BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 I
18

13. A. 15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

18 13-19.C-16
E
15

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTIO MAXIMA CONCILIORUM OMNIUM HISPANIÆ, ET NOVI ORBIS.

TOMUS TERTIUS

Continens Concilia & monumenta ſacra ab anno Chriſti DCCI. uſque ad MDXI.

Digitized by Google

Digitized by Google


COLLECTIO
MAXIMA
CONCILIORVM
HISPANIÆ
NOVI ORBIS
S. Valerius
S. Isidorus
S. Martinus Bracarensis
S. Iulianus II Tolet.
S. Eugenius III
S. Leander
Priscillianus

Digitized by Google

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM
OMNIUM
HISPANIÆ,
ET NOVI ORBIS,

EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM CELEBRIORUM,
NECNON PLURIUM MONUMENTORUM
VETERUM AD ILLAM
SPECTANTIUM:

CUM NOTIS ET DISSERTATIONIBUS,
QUIBUS SACRI CANONES, HISTORIA AC DISCIPLINA ECCLESIASTICA,
ET CHRONOLOGIA, ACCURATE ILLUSTRANTUR.

TOMUS TERTIUS.

Curâ & ſtudio

JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE,

Benedictinæ Congregationis Hiſpaniarum Magiſtri Generalis, Regii
ac Supremi Fidei Senatûs Conſultoris, in Salmanticenſi
Academia Doctoris Theologi, ac poſt plures
alias cathedras Primarii ſacrorum
Bibliorum Interpretis;

NUNC

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS,
TITULI S. BALBINÆ,
PROTECTORIS REGNI SICILIÆ.

ROMÆ, M. DC. XCIV.
Typis Jo: Jacobi Komarek Bohemi propè SS. Vincentium & Anaſtaſium in Trivio.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

EPISTOLA
JOSEPHI CARDINALIS
DE AGUIRRE,
SEU
RATIO TOTIUS OPERIS,
AD
Illuſtriſſimos & Reverendiſſimos
ARCHIEPISCOPOS
ET EPISCOPOS HISPANIÆ,
AC NOVI ORBIS.

I. PRODIT denique, ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI ANTISTITES, Romanis typis *Collectio Maxima Conciliorum omnium Hiſpaniæ ac Novi Orbis*, comprehenſa quatuor juſtis voluminibus, multorum annorum labore ac ſtudio, licèt interrupto, parata, & digeſta, cum plurimis aliis monumentis ſacris, & Epiſtolis Pontificum Romanorum ad Hiſpaniam ſpectantibus.

II. INITIO uniuſcujuſque eorundem voluminum, ac præſertim Primi, præmitto, aut rationem totius Operis, aut ſaltem monita aliquot opportuna, ut Lectores in ipſo ferè aditu aut veſtibulo, ob oculos habeant veluti ſumma capita eorum, quæ poſtea in progreſſu fuſiùs pertractantur. Verùm præterea hoc loci viſum fuit initio hujus Tomi Tertii nonnulla adjungere. Fateor equidem magnam eorundem Conciliorum & monumentorum partem antea editam fuiſſe: ſed ſparſim, & in variis aut exquiſitis libris, quorum multi rari ſunt: ut propterea nonniſi inſolito labore, aut diligentiâ diuturnâ in unum colligi poſſint.

III. ALIA autem Concilia, monumenta ſacra, & Epiſtolæ, quas repræſento, aut vix, aut nunquam hactenos viderunt lucem, ſed tot ſæculis manuſcripta latuère in antiquiſſimis bibliothecis, præſertim Eccleſiarum & Monaſteriorum inſignium intra & extra Hiſpaniam, quarum ſingulas honoris cauſâ nomino propriis locis. Inter eas verò omnes potiſſimùm adjumento fuerunt Vaticana, & Toletana, Scorialenſis, & Æmilianenſis, ſive Regii Monaſterii Sancti Æmiliani in Caſtella Veteri, ubi ad ſacrum Ordinem Sancti BENEDICTI, indignus licèt, admiſſus fui. Nimirum exinde PHILIPPUS II. Hiſpaniarum Rex, cognomento Prudens, antiquiſſima manuſcripta, præſertim Conciliorum & Epiſtolarum Decretalium, tranſtulit ad ſuam celeberrimam bibliothecam Sancti LAURENTII in Scoriali, ut omnes nôrunt. Sed & nonnihil contulerunt nobis, præſertim ad obſervandam varietatem lectionum, bibliotheca manuſcripta Sereniſſimæ Suecorum Reginæ CHRISTINÆ ALEXANDRÆ, & aliæ plures Cataloniæ ac Galliarum, unde primùm Illuſtriſſimus Dominus Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis, deinde V. Cl. Stephanus Baluzius, ac poſtea celebres antiquarii & ſcriptores, Lucas d'Acherius, & Joannes Mabillon, eximium par doctiſſimæ & obſervantiſſimæ Congregationis Sancti Mauri, tot rara, aut nunquam antea edita monumenta publicæ luci dederunt, etiam ad Hiſpaniam ſpectantia: præter plurima alia omnis generis, quæ paſſim evulgantur ab aliis Patribus ejuſdem Congregationis & inſignis Monaſterii Sancti Germani à Pratis, cum magno totius Eccleſiæ plauſu ac fructu.

IV. PORRO Diſſertationes omnes Eccleſiaſticæ, Hiſtoricæ, & Chronologicæ ac Criticæ, totius hujus vaſti Operis, nunc primùm prodeunt, ſtudio ac labore noſtro. Notæ autem, ſive obſervationes in ſingula Concilia, Epiſtolas, & monumenta quæque ſacra, pariter à nobis elaboratæ, aut nunc primùm lucem vident, aut ab aliis eruditiſſimis viris, tum Hiſpanis, tum Exteris, quarumlibet nationum, antea editæ diviſim, modò à nobis in unum collectæ fuerunt, ſub proprio uniuſcujuſque eorum nomine, vel etiam elogio. Nimirùm, jamdiu altè nobis inſedit vetus illud: PULCHRUM EST FATERI PER QUOS PROFECERIS. Ut nihil interim dicam de turpi illa plagii nota,

qua m ſcimus nonnullis haud immeritò inuſtam fuiſſe, quòd cornicularum more alienis plumis quaſi propriis uſi fuerint. Sua itaque laus unicuique eorum integra eſto, atque in hiſce lucubrationibus poſterit âti conſignata ſit.

V. Verùm recapitulando, ſeu potiùs breviſſimè indicando, quæ ſingulis Tomis continentur ordine ſuo, placet hæc pauca monere, præter alia, quæ in Præfationibus ad illos dixi.

VI. PRIMUS Tomus continet initio, præter plura monumenta obſervatu digna, præſertim chronologica & hiſtorica, varias Diſſertationes circa Collectionem omnium Conciliorum & Epiſtolarum Decretalium, factam à Sancto Iſidoro Archiepiſcopo Hiſpalenſi, cui ſoli illam aſſerimus & vindicamus ab objectis plurimorum recentium Scriptorum, præſertim illorum, qui Criticen profitentur. Vindicamus, inquam, ſed cum delectu, diſtinguentes inter ea, quæ germana videntur, & illa quæ ſuſpicionem ingerunt haud exiguam interpolationis, aſſumenti, aut parachroniſmi additi, cujuſpiam ſcioli aut imperiti manu, quiſquis ille fuerit. Neque enim Epiſtolas illas ad Hiſpaniam ſpectantes nomine veterum Pontificum editas, & manibus omnium circumferri ſolitas à Sancto Clemente Papa uſque ad Siricium, tueri animus eſt integrè prout jacent; ſed tantùm quoad præcipua capita, aut aliis monumentis germanis confirmata. In quorum omnium explanatione, & defenſione, expendimus totum apparatum illius voluminis ſatis laborioſum. Quod gratum ſperamus futurum, etiam iis Scriptoribus Catholicis, & eximiè eruditis, qui eas omnes Epiſtolas prorſus reiiciunt, & nec laudari ſeu citari jam à quopiam volunt, veluti omnino nothas & ſubdititias: cùm tamen ſaltem decurſu octingentorum circiter annorum, ideſt ab inclinante ſæculo octavo uſque ad medium proximè præcedentis, fuerint in ſumma omnium laude ac veneratione totius Eccleſiæ. Verùm fortaſſis vel illi delicatiores & κατηκόντως, ut ita loquar, lectis iis Diſſertationibus noſtris, nonnihil remittent de præfidentia illa, quâ plerumque eas aſpernabantur, veluti intruſas omnino ab aliquo nebulone, aut tenebrione ſub initium noni ſæculi.

Poſt apparatum verò prædictum exhibemus Epiſtolas illas, & monumenta ſacra ad Hiſpaniam ſpectantia intra tria priora ſæcula Eræ Chriſtianæ, & illarum explanationem ac defenſionem, quantam & qualem nobis ſubjungere licuit.

VII. Sequitur deinde Concilium Elliberritanum exactiſſimè correctum juxta varia manuſcripta, cum Notis & Obſervationibus, partim magni illius & celeberrimi Interpretis D. Ferdinandi de Mendoza, partim plurimorum Virorum inſignium, partim denique noſtris, ſub proprio uniuſcujuſque nomine. Quod ipſum circa omnia Concilia & monumenta quæque vetera, exactè ſervatur. Cum verò Concilium ipſum apud Elliberim coactum fuerit, juxta veriorem ſententiam, ſub initium Sæculi IV. & fortaſſis anno Chriſti, ſive Eræ communis CCCIII. (ut initio Tomi II. oſtendimus latè) efficitur demum, ut Tomus I. ſolùm exhibeat ea monumenta Hiſpaniæ Chriſtianæ, quæ pertingunt uſque ad prædictum annum.

VIII. SECUNDUS Tomus amplectitur quæcunque Concilia & monumenta Sacra Pontificum Romanorum ac diverſorum Patrum, Scriptorumque illuſtrium, ſpectant ad Hiſpaniam ab anno prædicto CCCIII. uſque ad DCCI. cum Diſſertationibus & Notis interjectis, quibus non modò Hiſtoria & Chronologia, ac ſenſus germanus illorum exponitur, ſed etiam diſciplina Eccleſiaſtica accuratè illuſtratur, immo & ſæpe veluti poſtliminio revocatur: quod tamen nec ego, nec quiſquam alius privatâ authoritate poterit fructuosè in praxim communẽ redigere, niſi prudenter admodum, & ſub opportuno, ac ſemper ſubintelligendo beneplacito Sedis Apoſtolicæ, in his quæ decreta priſcis ſæculis ſolo Jure Eccleſiaſtico, jamdiu penitus antiquata & abrogata ſunt vel fuerint. Eadem quoque diſciplina denuò ſtabilitur teſtimoniis totius antiquitatis Chriſtianæ, atque in uſum, functionemque deducenda proponitur ab iis quorum intereſt, & quatenus ſinit miſera conditio noſtrorum temporum in hac mundi ſenecta. Indignum enim eſt ut ſaluberrima illa ſtatuta per ſanctiſſimos ac doctiſſimos Hiſpaniæ Præſules, præſertim Leandrum & Iſidorum Hiſpalenſes, ac Eugenium III. Ildephonſum & Julianum Toletanos, Toribium Aſturicenſem, Martinum Bracarenſem, alioſque ſimiles, tam ſolenniter in graviſſimis Conciliis totius Hiſpaniæ prolata, & tot ſæculis in magna veneratione habita à tota Eccleſia, & tandiu religiosè cuſtodita, exoleſcant omnino, & nulla ratio habeatur quoad praxim illorum Canonum, qui ſpiritu Dei conditi ſunt, & totius mundi reverentiâ conſecrati, ut loquar verbis Sancti Leonis Papæ. Legatur Parænefis Sancti Paciani Epiſcopi Barcinonenſis graviſſima & eruditiſſima, quam exhibemus cum Notis recentibus Tomo II. pagina 103. & ſequentibus. Multa etiam in hiſce Synodis & veteribus Hiſpaniæ monumentis contenta, pariter habentur ſtatuta in Conciliis Oecumenicis, & decretis notiſſimis Sedis Apoſtolicæ: immo & hauſta ſunt, aut collectione firmâ, aut rationabili conjecturâ, ex ipſis ſacris literis, aut traditionibus Apoſtolicis: quæ proinde oportet in praxim deducere; quantum prudentia Chriſtiana dictat, & exigit ſtatus præſens Eccleſiæ Catholicæ, licèt multa alia ex ſolo jure Eccleſiaſtico procedentia fortaſſis jam fuerint antiquata, & à multis ſæculis omnino in deſuetudinem abierint, aut etiam contrario uſu longiſſimi temporis abrogata videantur, ſcientibus & tacentibus, aut fortè conniventibus etiam iis Prælatis, quorum muneris erat ea ſarta tecta curare, & in exſecutionem deducere. Legendus de hoc præſertim Sanctus Thomas Quodlibet. IX. art. 15.

IX. Id conſiderans & dolens Sacra & Oecumenica Synodus Tridentina ſeſſ. XXII. cap. 1. Statuit, *ut quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à Sacris Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaq; retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus,*

nec

necnon ſæcularibus negociis fugiendis, copioſè ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum eiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, obſerventur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò ex iis in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quamprimùm in uſum revocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri ſtudeant: NON OBSTANTIBUS CONSUETUDINIBUS QUIBUSVIS, NE SUBDITORUM NEGLECTÆ EMENDATIONIS IPSI CONDIGNAS, DEO VINDICE POENAS PERSOLVANT. Ita præcipitur in Sacroſancta illa Synodo, omnium Oecumenicarum poſtrema, quæ tanto plauſu ac fructu ſtatim recepta fuit in omnibus Metropolitanis Eccleſiis Hiſpaniæ, quarum Concilia Provincialia ad illam ſolenniter evulgandam & exſequendam exhibemus Tomo IV. hujus Operis. Utinam plura alia inveniſſemus pariter intra hoc ipſum ſæculum celebrata & latinè ſcripta intra Hiſpaniam, aut in Novo Orbe. Pariter enim omnia modò in lucem mitteremus. Sed nulla nobis invenire licuit Provincialia latinè ſcripta (de his tantùm loquor) ab initio hujus ſæculi uſque modò. Quam ob cauſſam lamentamur in præfatione quadam ad Tomum II. hujus Operis, ſimiliter directa ad Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras, quam non eſt opus hoc loco repetere.

X. TERTIUS Tomus profert ea monumenta ſacra & Concilia, quæ ſpectant ad Hiſpaniam ab anno Chriſti DCCI. uſque ad annum circiter MD. quorum multa nunc primùm è prælo exeunt. Alia verò aut rara ſunt, aut non ita facilè alibi inveniri poterunt. Porrò nec inter ea, nec inter reliqua contenta intra noſtram Collectionem, invenietur aliquid obtruſum ex illis Pſeudo-chronicis ſub finem ſuperioris ſæculi confictis nomine DEXTRI, MAXIMI, LUITPRANDI, ET JULIANI PEREZ. Idipſum dico de farraginibus illis & inſulſiſſimis fabulis, quæ poſtea à quibuſdam otioſis, ſeu malè feriatis capitibus, obtruſæ, aut venditatæ fuerunt ſub nominibus LIBERATI, HELECÆ, & AUBERTI Hiſpalenſis. Omnia ea figmenta jam pridem in variis lucubrationibus rejeci, ſicuti & illa contempſerunt ab initio ferè & poſtea, eruditiſſimi quique intra & extra Hiſpaniam, alibi à me laudati, & nuper doctiſſimus Bollandus ac ſocii ferè paſſim in Actis Sanctorum, ubi & palam proferunt nomen Authoris præcipui earundem fabularum, ſicut & alii jam detexerunt nominatim artifices illos, per quos innumera figmenta nomine Auberti Hiſpalenſis primùm conficta, aut poſtea adaucta ſunt. Sed de his omnibus uberrimè diſſerentem legere oportebit Cl. & eruditiſſimum Virum D. Nicolaum Antonium, Equitem Jacobæum, Canonicum Hiſpalenſem, Catholicæ Majeſtatis diù in Urbe Procuratorem, ac tandem Matriti Conſiliarium, in Bibliotheca Veteri Hiſpana illorum Scriptorum, qui floruêre à Chriſto nato uſque ad annum MD. Nimirum illam propriâ manu auctoris ſcriptam, & nunquam hactenus editam, dabimus publicæ luci, quamprimùm fieri poſſit, eleganti formâ & caractere. Dabimus, inquam, σὺν Θεῷ, duobus juſtis voluminibus ab initio, circiter ſequentis Decembris, uſque ad Julium ſubſequentis anni, quo exeunte ſperamus integrè prodituram è prælo.

XI. Porrò idem Tomus III. initium ducit ab Indice utiliſſimo Conciliorum, & Canonum, nunquam hactenus (quod ſciamus) publici juris facto, quo utebatur Eccleſia Hiſpanica uſque ad annum circiter ſeptingenteſimum. Fortaſſis verò idem ipſe eſt, quem multò antea elaboraverat Ferrandus Diaconus, ineunte ſæculo ſexto ſub epigraphe Compendii ſacrorum Canonum. Sit per me licet idem cum illo: ſed tamen longè auctior eſt iſte, cùm in hoc citentur multa Concilia & Decreta longè poſteriora, & nonnulla eorum ferè integro ſæculo ab obitu Ferrandi celebrata aut habita. Cujuſcumque demum ſtudio is primùm ſcriptus fuerit, utiliſſimus eſt. Vellem autem ut quiſpiam eruditus ac diligens Scriptor eidem Indici intra unum volumen juſtum conjungeret, quàm breviter fieri poſſit, aut ſummatìm ſolùm perſtringeret, Concilia, Canones, & Epiſtolas Decretales ibidem citatas. Sic enim plenè dignoſceremus quænam diſciplina Eccleſiaſtica permaneret adhuc uſu recepta in Eccleſia, præſertim Hiſpanica, initio octavi ſæculi. Mitto nunc nonnulla alia legenda eodem Tomo III. in Præfatione noſtra ad eundem Indicem, quem gratiſſimum ſperamus hominibus doctis & ſtudioſis antiquitatis Eccleſiaſticæ.

XII. Idipſum ſperare licet de plurimis aliis monumentis rarioribus & exquiſitis, ſpectantibus ad Hiſpaniam, ſparſis toto eo volumine III. quibus tamen paucas notas adjecimus: tum quia non videbantur neceſſariæ circa ſcripta ætatis mediæ: tum præſertim ob aſſidua impedimenta, & ægritudines moleſtiſſimas, quibus affligebamur. Fortaſſe quiſpiam alius progreſſu temporis ad communem utilitatem Reipublicæ literariæ, id oneris in ſe recipiet.

XII. Præterea eodem Tomo III. recudimus Acta quædam Concilii Francofordienſis, celebrati in Germania anno Chriſti DCCXCIV. ſub Adriano I. Papa & Carolo Magno Francorum Rege, adversùs Præſules Felicem Urgellitanum, & Elipandum Toletanum, veluti diſſeminantes errorem dictum Adoptivorum, ſeu docentes Chriſtum Dominum fuiſſe Filium Dei adoptivum, & allegantes pro ſe quædam teſtimonia, ſeu dicta Eugenii, Ildephonſi, & Juliani, Antiſtitum Toletanorum. Hos tres ſanctiſſimos Præſules palam reprehendit illa Synodus, graviſſima quidem, & numeroſiſſima; ſed decepta per errorem facti ſuggeſtum ab ipſis Adoptivis: cùm conſtet clariùs meridiana luce, ſanctiſſimos Præſules Toletanos, Eugenium III. Julianum & Ildephonſum, immo & omnes alios Epiſcopos Hiſpaniæ, qui cum iis celebrârunt Concilia Toletana plura decurſu totius ſæculi ſeptimi, longiſſimè fuiſſe ab eo errore, immo & palam tradidiſſe Chriſtum non adoptivum, ut alii Sancti ac juſti, ſed naturalem Filium Dei unigenitum fuiſſe, in unica Perſona conſtantem duabus naturis, Divinâ & humanâ. Idque præterea palam teſtatum habet idem Sanctus Ildephonſus variis locis, & præſertim in aureo libro de perpetua virginitate Deiparæ, ut jam opportunè monuimus Tomo II. pag. 669. breviter quidem,

ſed

ſed ita manifeſtè, ut nullâ aliâ demonſtratione opus ſit. Accipite verba ipſius in libro citato apud Bibliothecam Anniſſunianam Tomo XII. pag. 656. ubi ita loquitur de Chriſto naſcente ex Virgine: *Non illum, ut cæteros, adoptio Filios, Dei fecit filium, ſed divinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltavit, donavit & illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut eſſet totus Dei Filius, homo, & Verbum: quia nunquam non fuit Dei Filius, qui ſempiternus permanet unici genitoris unigenitus. Numquam igitur ipſe purus homo conceptus, nec natus, ſicuti cæteri naſcuntur infantes, ut ei ex adoptionis gratia, aut ex molimento virtutum prærogativa Filii præſtaretur: ſed Dei Verbum, quia caro factum eſt, aſſumpſit hominem in ſe ſine perſona hominis*, Hactenus Ildephonſus. Sed & omnes Epiſcopi Hiſpaniæ, & contemporanei ipſius, ſicut & SS. Eugenii III. ac Juliani, qui ſimul cum Quirico Antiſtite Toletano & Præſide celebrârunt Concilium Toletanum XI. anno Chriſti DCLXXV. Ita palam loquuntur de Chriſto in ipſa Profeſſione Fidei; *Hic etiam Filius Dei, naturâ eſt Filius, non adoptione*. Quâ igitur ſpecie veri potuit quiſquam adſcribere iis ſanctiſſimis Præſulibus Eccleſiæ Toletanæ errorem Adoptivorum?

XIII. Veruntamen licèt ii errones adſcripſerint ipſis eam opinionem damnatam poſtea à PP. Francofordienſibus, & hi minùs cautè crediderint veram fuiſſe narrationem ſibi factam, ac propterea ſiniſtrè ſenſerint de Eugenio, Ildephonſo, & Juliano Præſulibus Toletanis, per purum & merum errorem facti non revelati à Deo (qui etiam in Conciliis Oecumenicis, & Decretis Romanorum Pontificum, intervenire poteſt, & nonnunquam accidit, ut omnes Theologi cum Cardinalibus Baronio, & Bellarmino fatentur) adhuc tamen nos Tomo III. integrè exhibemus Acta ipſa Concilii Francofordienſis, quatenus ad Hiſpaniam ſpectant, & nominatim ad cenſuram prædictam adverſus eoſdem ſanctiſſimos Præſules Toletanos, prout hactenus exſtant in aliis editionibus Conciliorum. Religioni enim duximus aliquid mutare, auferre, vel addere in his monumentis, aliiſque omnibus antiquitatis Chriſtianæ, quotquot exhibet noſtra Collectio. Solùm pag. 103. col. 2. ejuſdem Tomi III. adhibuimus notulam ad marginem, ne quis fortè impingat vel erret, legens cenſuram illam PP. Francofordienſium, in Epiſtola Synodica ad Epiſcopos Galliæ, Germaniæ, & Hiſpaniæ, ubi §. 7. carpunt prædictos Antiſtites Toletanos, ſiniſtrâ relatione diffamatos.

XIV. Immo permiſſo & non conceſſo, quòd illi ſanctiſſimi Præſules verbo aut ſcripto protuliſſent verba ibidem citata; de adoptione ſolius carnis, ſive humanitatis, palam intelligi debent: utpote quæ non ex ſe, neque ex natura ſua, ſed ſolùm ex gratia Dei, immo & ſumma gratia unionis hypoſtaticæ ad Verbum, aſſumpta fuit ab Unigenito Filio Dei, & ſibi perſonaliter unita in conſortio naturæ divinæ. Hoc ſenſu planè obvio & germano intellecta illa teſtimonia, veluti prolata ab iiſdem ſanctiſſimis Patribus, palam profitentibus veritatem myſterii Incarnationis, & Trinitatis, atque omnia ea, quæ in quatuor primis Conciliis Oecumenicis tradita fuerant; nihil continent adverſum Catholicæ Fidei, aut favens Neſtorio, ne à longè quidem. Et ſi eo dumtaxat ſenſu ſcripſiſſent ac locuti eſſent palam Elipandus Toletanus, ac Felix Urgellenſis, Concilium Francofordienſe non ita acriter contra illos commotum fuiſſet, nec Etherius & Beatus, Scriptores Hiſpani ejuſdem temporis, in ſcriptis ſuis ea de re adhuc exſtantibus caractere Gotthico octingentorum circiter annorum antiquitatis, in Bibliotheca Toletanæ Eccleſiæ (ubi nos illa vidimus anno MDCLXXXV.) adeò durè contra Elipandum ſcripſiſſent.

XV. Verùm quicquid ſit de Elipando & Felice, quos tueri, non eſt voluntatis aut mentis noſtræ, fixum maneat, ſanctiſſimos illos & doctiſſimos Præſoles Eccleſiæ Toletanæ, ac ſubinde reliquos omnes Epiſcopos, qui interfuêre Conciliis Hiſpaniæ, ab initio Eræ Chriſtianæ uſque ad annum DCCCXCIV. quo coacta fuit Synodus Francofordienſis, longiſſimè fuiſſe à qualibet opinione erronea Adoptivorum, quicumque demum iſti fuerint: quales antea duobus ſæculis videntur fuiſſe nonnulli, propterea impugnati à Juſtiniano Epiſcopo Valentiæ, qui teſte S. Iſidoro Hiſpalenſi, in lib. *De Viris illuſtribus*, inter alias lucubrationes ſcripſit librum reſponſionum ad quendam Ruſticū *De Variis interrogatis quæſtionibus*, quarum ſecunda eſt contra Bonoſiacos, qui Chriſtum *adoptivum & non proprium dicunt*. Legantur quæ de eodem Juſtiniano, & de aliis tribus ejus fratribus pariter Hiſpanis, & doctrinâ illuſtribus, obſervamus præſertim Tomo III. pag. 73. Sed nec apparet an illi errones refutati à Juſtiniano, eſſent Hiſpani, aut cujuſnam alterius nationis: multò autem minùs conditio, aut nomina ipſorum. Et certè quicquid ſit de adoptione Dei cadente ſupra ſolam humanitatem Chriſti quatenus gratis aſſumptam, & non ſupra perſonam aſſumentem (circa quod Theologi multi ſalvâ Fide utrinque differunt opinionibus contrariis, & forſan multi altercabantur eo ſæculo octavo, ſi mens eorum penitiùs examinetur) nemo unquam Catholicus aſſerere potuit adoptivam filiationem Chriſti cadentem ſupra perſonam, tanquam extraneam aut diſtinctam à perſona Verbi increati, & unigeniti Filii Naturalis Dei. Nemo etiam erronum quorumlibet eo ſenſu deſipere potuit, aſſerens Chriſtum fuiſſe Filium Dei adoptivum, niſi pariter erraret circa myſterium Trinitatis, aut cum Neſtorio fingeret duas perſonas in Chriſto, ſive duplex ſuppoſitum, quorum alteri competeret abſolutè filiatio Dei ſolùm adoptiva. Sed hæc obiter ſolùm dicta ſunto, ab aliis pleniùs examinanda propriis locis.

XVI. Laudes autem, aut etiam vindicias illorum Antiſtitum, per quos Concilia Hiſpaniæ celebrata ſunt, aut ſcripta aliquot elaborata circa Fidem, pietatem, aut diſciplinam Eccleſiaſticam, exhibemus propriis locis. Sed imprimis curæ fuit Tomo I. variis locis tueri Patres Concilii Eliberitani, & vindicare à teterrima Novatianiſmi nota, quam ſæculo ſuperiori iis inurebant nonnulli, etiam ex Catholicis, parùm conſideratè, donec eximio Vir ingenio Ferdinandus Mendoza, & poſtea eruditiſſimi

Alba-

Digitized by Google

Albaſpineus, Petavius, ac Gonzalez, diſſipandam curârunt. Sed & ſi quòd illius veſtigium ſupereſſe poſſet, nos omnino delendum ſæpe curavimus utroque priori volumine: ut facilè inveniet quiſquis legerit Indicem ſummarium unicuique præfixum. Neque enim Alfabeticum elaborare potuimus.

XVII. Unde audiendus non eſt Auxilius Scriptor ſæculi decimi libro *De ordinationibus Formoſi Papæ*, exſtante in Bibliotheca Maxima Aniſſoniorum, Tomo XVII. Sæculo X. ubi audet notare Patres Concilii Sardicenſis (ac proinde magnum illum Oſium Cordubenſem, qui in illo potiſſimas partes habuit, cum quatuor aliis Epiſcopis Hiſpanis) tanquam Novatianâ lue infectos. Hanc calumniam eò uſque inauditam variis locis refutamus aliquantò operoſiùs, præſertim Tomo II. pag. 24. & duabus ſeqq. ubi vindicatur honor ejuſdem graviſſimi Concilii apud Sardicam coacti, & celebrati anno CCCXLVII. & ſemper recepti à tota Eccleſia, inſtar appendicis magnæ Synodi Nicænæ.

XVIII. Oſium verò ipſum quod attinet, longiori diſcuſſione ac defenſione opus fuit: quoniam ſicut nemo Patrum Concilia celebrantium laudatior unquam exſtitit, aut celebrior in Eccleſia, decurſu longiſſimæ vitæ uſque ad centum circiter annos: ita & nullus invenitur, qui in vitæ exitu, aut circa finem illius, graviores Scriptores contra ſe habeat. Rem autem totam diligenter examinare, & maturè expendere curamus totâ Diſſertatione ſecunda ejuſdem Tomi II. ad cujus lectionem eruditos quoſque, & antiquitatis Eccleſiaſticæ amantes invitamus. Nunc ſatis ſit dicere, in eodem Concilio pleniſſimo Sardicenſi, cui præſedit nomine S. Julii Papæ, Oſium veluti oraculum fuiſſe. Unde plerique illius Canones ita incipiunt: ΟΣΙΟΣ Ἐπίσκοπος πόλεως Κορδύβης εἶπεν. *OSIUS Epiſcopus urbis Cordubæ dixit*. Deinde hiſce verbis deſinunt: Πάντες Ἐπίσκοποι εἶπον, ἀρέσκει πᾶσι. *OMNES EPISCOPI DIXERUNT: OMNIBUS PLACET*. Nimirum, Oſius in iis Conciliis graviſſimis *quaſi ingenium & lingua fuit*, quemadmodum de S. Auguſtino in Africanis loquitur Proſper. Quin & ipſi hæretici ſectatores Arii, teſte S. Athanaſio in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, conquerebantur apud Conſtantium Imperatorem pariter Arianum, & totius ejus ſectæ patronum iniquiſſimum, quòd non poſſent in ſuas partes trahere Oſium *Principem Synodorum, qui ſi quid ſcriberet, ubique audiretur: QUI FORMULAM FIDEI IN NICÆNA SYNODO CONCEPIT, & Arianos ubique pro hæreticis traduxit*. Tam honorificè loquuntur de illo, licèt ipſis adverſante, coacti rei veritate: multò autem magis omnes alii Scriptores Græci ac Latini, apud quos paſſim legitur elogii cauſâ ΜΕΓΑΣ ΟΣΙΟΣ: id eſt *MAGNUS OSIUS*: quâ etiam appellatione S. Athanaſius ipſum honorat ſæpe, & exſcriptâ quadam ipſius Epiſtola Græca ad Conſtantium, concludit hiſce verbis: Ταῦτα μὲν ὁ Ἀβραμιαῖος γέρων, ὁ ἀληθῶς ὅσιος. Ἰσφρόνησέ τε, καὶ ἔγραψεν. *Hæc Abrahamicus ille ſenex, verè Oſius, id eſt*, Sanctus, *& ſenſit, & ſcripſit*. Plurima alia eodèm ſpectantia legi poſſunt opportuniùs citatâ Diſſertatione II.

XIX. Porrò inter alia monumenta minùs nota Tomi III. invenientur plura privilegia conſtituta ac decreta Imperatorum Caroli Magni, Ludovici Pii, & Caroli Calvi, ſpectantia ad Eccleſias & Monaſteria Cataloniæ, quandiu illa fuit ſub dominio eorundem Regum Francorum ab ineunte ſæculo octavo uſque ad finem illius: ut alia poſteriora tempora omittam. Certè ea inſtrumenta vetera non à quopiam homine ignoto, aut ſuſpecto, ſed ab Illuſtriſſimo D. Petro Marca primùm viſa & obſervata fuerunt in ipſis codicibus antiquiſſimis, qui adhuc circa medium hujus ſæculi ſervabantur incorrupti priſco caractere apud tabularia & chartophylacia illius nobiliſſimi Principatûs. Ex iiſdem eruit D. Marca plurima exemplaria fideliter, & ſecum in Gallias detulit: quæ poſtea vir clariſſimus Stephanus Baluzius prælo edidit in ſua Marca Hiſpanica, unde nos quædam eruimus, prætermiſſis aliis pluribus. Ex iiſdem verò conſtat apertiſſimè, plura Monaſteria Ordinis S. Benedicti, intra Cataloniam & Ruſcinonem fuiſſe ac floruiſſe, ſaltem toto decurſu illius ſæculi octavi: ut proinde vel ex hoc capite, quamvis plura alia deeſſent, à me variis locis indicata obiter, mutis eſſe liceat nonnullis ferè hoſpitibus in hiſtoria Eccleſiaſtica veteri, qui nuper ſomniârunt, & libris editis dicere auſi ſunt, nullum Monaſterium ſub Regula S. Benedicti fuiſſe in Hiſpania, uſque ad annum Chriſti milleſimum quinquageſimum, quo celebrata fuit Synodus Coyacenſis ſub Ferdinando Magno Caſtellæ Rege. Verùm hoc paradoxon, & alia ejuſdem farinæ, lepidè ſimul & diſertiſſimè refutavit Salmanticæ eruditiſſimus Scriptor, ac linguarum varietate celeberis Magiſter Joſephus Perez in ſuis Diſſertationibus Eccleſiaſticis ubique ſparſis cum eximia ipſius laude. Nobis ſolùm licuerit rem hanc veluti digito indicâſſe, præter nonnulla alia, quæ obiter monuimus Tomo II. pag. 403. & 764. circa S. Ildephonſum. & alios Præſules Toletanos intra ſextum & ſeptimum ſæculum, qui in Monaſteriis clariſſimæ urbi Toletanæ Vicinis, Regulam S. Benedicti profeſſi ſunt, præter quam nulla alia iis temporibus, immo nec longè poſtea, uſque ad ſæculum duodecimum recepta aut ſervata legitur in Hiſpania, niſi aliquis abductus præjudicio, aut nimio affectu rerum ſuarum, oppoſitum ſomniare velit ſine fundamento ullo antiquæ traditionis, vel inſtrumenti veteris, & fide digni. Nam quæ ex pſeudo-chronicis ſuprà memoratis nomine Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani Perez, Hauberti, &c. proferuntur, fabuloſa & aërea ſunt: uti cum plurimis & graviſſimis Scriptoribus ſæpe dixi, præſertim Tomo II. Diſſertatione III. omnino videndâ.

XX. In Hiſpania decreveram edere intra eundem Tomum III. aut IV. Conſtitutiones Synodales, ſive ſtatuta Conciliorum clariſſimæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, ab anno Chriſti circiter MCC. uſque ad plus minus MCCCCLXXXVIII. Atque in eundem finem acceperam quoddam exemplar antiquum earundem à Cl. & eruditiſſimo viro D. Joſepho Exea Deſcartin.

XXI. Sed caſu accidit ut in valde prolixo itinere Matrito Romam, id exemplar amitterem, & poſtea aliud ad me miſſum cum ſarcina oneraria cujuſdam navis, in Mediterraneo naufragium pa[illegible]retur. Domini

Digitized by Google

lui ecquidem ob defectum eorum monumentorum: quorum nonnulla fortè aliquid momenti conferrent, præſertim ad decorem antiquiſſimæ illius & graviſſimæ Eccleſiæ Deiparæ Virginis del PILAR, tot ſæculis celeberrimæ ferme in toto Chriſtiano Orbe, veluti eximiè decoratæ præ aliis. reali ut piæ creditur, præſentiâ Beatiſſimæ Virginis, adhuc viventis in carne mortali, ſuprà columnam lapideam, tandiu ibidem aſſervatam, cum inſigni veneratione innumerabilium hominum cujuslibet conditionis & nationis eò adventantium devotionis aut voti cauſsâ. De quo, poſt plurimos omnis ferè generis & nationis ſcriptores, eam traditionem antiquā tuentes, nonnulla ſatis obſervatu digna monui Tomo I. hujus Operis Diſſertatione IX. præſertim Excurſu VII. Videantur præterea Tomo III. pag. 331. & ſeqq. quædam monumenta, præſertim Gelaſii II. Papæ ad annum Chriſti MCXVIII. ſpectantia ad eandem Eccleſiam Cæſarauguſtanam, Beatæ Virgini dicatam, quam ille egregius Pontifex ſexcentis circiter retrò annis dolebat jamdiu fuiſſe cum tota illa nobiliſſima urbe ſub Sarracenorum tyrannide penè dirutam, & Chriſtianorum ſubſidiis egentem, quos proinde invitat ad ipſius reparationem, propoſitis Indulgentiis certo quodam & ſolemniſſimo ritu, eo uſque inſolito juxta arbitrium Bernardi Præſulis Toletani, & aliorum Hiſpaniæ Antiſtitum: licèt aliàs conceſſio Indulgentiarum, ſeu relaxatio & compenſatio ſatisfactionum pœnalium pro peccatis, eſſet longè antiquior in Eccleſia Catholica. Verùm modus ille peculiaris ſervatus à Gelaſio II. circa Eccleſiam Deiparæ, Virginis del Pilar, tunc primùm cœpiſſe invenitur, & in ipſis verbis Pontifex ſatis denotat Eccleſiam illam multis ante ſæculis conſpicuam ac celebrem fuiſſe, *Beato & antiquo nomine ſanctitatis ac dignitatis*, ut ipſe loquitur.

XXI. Alias verò Conſtitutiones Synodales, ſeu Decreta Conciliaria ſtatuta in Eccleſiis Metropolitanis, Tarraconenſi & Valentina, ab anno circiter MCC. uſque ad MDXC. per annos plus minus quadrigentos recudimus Tomo IV. cum nonnullis aliis ſpectantibus ad illas, & ipſorum Præſules quoſdam eximios, veluti S. Thomam à Villanova, venerabilemque, & heroicis virtutibus admirandum D. Joannem de Ribera, ac denique magnum illum, & omnimodâ eruditione præſtantiſſimum Virum D. Antonium Auguſtinum. Quod poſtremum toto ferè Opere præſtamus, ubi circa Concilia quæque Hiſpaniæ ac novi Orbis, eſt locus opportunus aut occaſio laudandi eximios quoſque, & in paucis præſtantes Viros, qui ſanctitate aut doctrinâ Eccleſiam illuſtrârunt.

XXII. Quartus Tomus denique exhibet, ſervato temporis ordine, ea Concilia Provincialia, quæ ab anno Chriſti MD. uſque ad MDC. celebrata fuerunt tam in tota Hiſpania, quàm in Novo Orbe, & præterea diœceſana quædam lectu digniſſima, præſertim ſub BEATO TORIBIO MOGROVEXO, Archiepiſcopo Limano, verè gemmâ Præſulum, quæ propterea ſpeciali ratione ſimul cum aliis Provincialibus edenda aut recudenda cenſuimus. Acceſſit præterea eiſdem multiplex elogium quorundam inſignium virorum, qui in ejuſdem Conciliis præcipuas partes habuerunt, & tandem recenſio ſeu Catalogus eorum omnium Hiſpanorum, dignitate aut doctrinâ illuſtrium, qui intervenêre duobus poſtremis Conciliis Oecumenicis, nimirum, Lateranenſi ſub Julio II. & Leone X. ac tandem Tridentino, omnium graviſſimo ac doctiſſimo, quod proinde ſtatim in omnibus Eccleſiis Metropolitanis Hiſpaniæ, ac Novi Orbis ſummâ veneratione receptum fuit, ut illarum Synodi Provinciales eodem Tomo IV. contentæ teſtantur; partim difficiles inventu, partim nunc primùm à nobis in lucem miſſæ.

XXIII. Hanc itaque Collectionem adeò utilem, & ſalutarem tot venerabilium Conciliorum, ac mononmentorum ſacræ Antiquitatis, & qualemcumque laborem ac ſtudium noſtrum, in his exponendis collocatum, accipite benigno animo, ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI PRÆSULES, ſicut & monitionem præmiſſam initio Tomi II. ſive exhortationem ad celebrandum frequenter Concilia. Hoc tandem inſtanter rogo, ut ſalutarem ipſorum doctrinam ad praxim redigere pergatis juxta inſignem pietatem, doctrinam, & prudentiam veſtram, ſatis mihi notam magna ex parte, aut experimento proprio, aut fide digno relatu aliorum. Denique precor humiliter ut veſtris ſacrificiis & orationibus, ac ſubditorum, me nimis peccatorem, viventem, & vitâ functum Deo commendetis, & ſi quæ errata in tam prolixo Opere, aliiſque lucubrationibus meis commiſi, piâ quadam æquitate, aut corrigenda, aut interpretanda curetis. Dabam Romæ die quinta Octobris, SS. Martyribus Placido, & Sociis ſacrâ, anno Salutis 1694.

AD VENERANDA CAPITULA ECCLESIARUM HISPANIÆ, AC NOVI ORBIS.

XXV. Poſtquam Illuſtriſſimos Præſules veſtros alloquutus fui, placet hæc paucula præfari ad ampliſſimas Dominationes veſtras, intra quarum ſinum eſſe ſolent plures egregii pietate, doctrinâ, eruditione, & zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ viri; quos proinde hortor, quantum in Domino poſſum, ad legendam Collectionem hanc Conciliorum & Canonum, in communem utilitatem, præſertim Cleri Hiſpanici, & Americani. Nihil enim magis proprium ac neceſſarium eſt cuilibet viro Eccleſiaſtico, præſertim intra Eccleſias Cathedrales, ac doctrina & accurata exquiſitio Conciliorum, Epiſtolarum Decretalium, & ſacrorum Canonum: ut palam habetur & præcipitur in eiſdem, & imprimis ſuadet dignitas ac conditio eorum, qui Ordine ſacro, aut etiam ſacerdotali, decorantur intra præcipuas Eccleſias. Valete ampliſſimi domini, & laborem noſtrum boni atque æqui accipite. Romæ 25. Octobris MDCXCIV.

CEN-

CENSURA

R. P. D. JOANNIS MARIÆ GABRIELLII, Monachorum S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Viſitatoris Generalis, S. Theol. Mag. ſacræ Congreg. Indicis Conſultoris, Supremæ ac Univerſalis Romanæ Inquiſitionis Qualificatoris, &c.

HAUD immeritò Latinus Pacatus olim de Hiſpania diſertiſſimè elocutus eſt in panegyrico ad Theodoſium Auguſtum: *Terris omnibus terra felicior, cui excolendæ atque adeò ditandæ, impenſiùs quàm cæteris gentibus ſupremus ille rerum fabricator indulſit ..... cui quidem uni quicquid ubiquè laudatur, aſſurgit: hæc duriſſimos milites, hæc experientiſſimos duces, ac facundiſſimos oratores, hæc clariſſimos vates parit, hæc judicum mater, hæc Principum eſt.* Et ſpeciatim Tudertanos Hiſpaniæ Tarraconenſis populos literis addictiſſimos graphicè deſcripſit Strabo: *Hi ſapientiâ putantur excellere, & literarum ſtudiis utuntur, & memoranda vetuſtatis volumina habent, poëmata, leges quoque verſibus conſcriptas è ſex annorum millibus &c.* (Lib. 3. Geograph.) Jure tamen longè potiori Eminentiſs. ac Reverendiſs. D. Card. de Aguirre, non tantùm Juliobrigæ, patriæ ſuæ, ac præſtantiſſimæ ejuſdem Tarraconenſis urbis decus, ſed etiam Vaticanæ Purpuræ, totiuſque Eccleſiæ ornamentum, de Hiſpania Chriſtiana idipſum demonſtrat in *Collectione Maxima Conciliorum omnium Hiſpaniæ & Novi Orbis*, ubi ſectatus conſultiſſimum S. Syricii Romani Pontificis monitum Himerio Tarraconenſi Antiſtiti propinatum, enixè adhortatur *ad ſequendos Canones, & tuendas Decretales ſanctiones: nam ſtatuta Apoſtolicæ Sedis vel Canonum venerabilia definita nulli ſacerdotum Domini ignorare eſt liberum.* Et ut confirmat S. Innocentius I. *Eccleſiaſticorum Canonum norma nulli eſſe debet incognita ſacerdoti, quia neſciri hæc à Pontifice ſatis eſt indecorum, maximè cùm à laicis religioſis viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur.* (Epiſt. 5.) Ibi enim concluditur orthodoxorum dogmatum altitudo, & exculpuntur ſanctiſſimarum vitæ regularum axiomata, in innumeris Eccleſiaſticis Synodis afferta ab illis cœleſtibus magiſtris, qui, ut cum S. Maximo loquar, *vitæ ſermonem continent, qui ſplendore ſuo firmamenti lumina vincunt, quorum lucerna non comminuitur, & oleum non abſumitur, & flamma non extinguitur.* (In Flectis M.SS. de SS. PP.) Ut enim Magnus Conſtantinus Auguſtus Eccleſiis ſcribens teſtatus eſt: *Quicquid in Sanctis Epiſcoporum Conciliis geritur, id omne ad divinam referendum eſt voluntatem.* (Apud Socrat. lib. 1. cap. 9.) *Ubi eſt* (ita appoſitè declamat S. Gelaſius Pontifex Maximus) *quod ſcriptum eſt: Terminos patrum tuorum non tranſgredieris, &: Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi, & ſeniores tuos, & dicent tibi? Quid ergò tendimus ultra definita majorum, aut cur nobis non ſufficit, ſi quid ignorantes diſcere cupiamus, qualiter ab orthodoxis patribus & ſenioribus ſingula quæque vel vitanda præcepta ſunt, vel aptata Catholicæ veritati; cur non his probantur eſſe decreta? Numquid aut ſapientiores illis ſumus, aut poterimus firma ſtabilitate conſtare, ſi ea quæ ab illis conſtituta ſunt, ſubruamus?* (Epiſt. 5. ad Honor. Epiſc. Dalmat.) Opportuniſſimum, immo hac tempeſtate cùm Probabilitatis commentum Chriſtianam Ethicam miſerum in modum deformavit, ſummè neceſſarium argumentum ab Eminentiſs. authore pro dignitate tractatum, quo ad internecionem uſque confodiuntur nonnulli *contemptores authoritatum veterum* (verba ſunt Hormiſdæ Summi Pontificis) *novarum cupidi quæſtionum, ſolam putantes ſcientiæ rectam viam qualibet conceptam facilitate ſententiam.* (Epiſt. ad Poſſeſſorem.) *Qui inſtruunt eos* (ita ſubjungit S. P. Bernardus) *à quibus fuerant inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſua, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obſtruunt judicii vias, quod quidem interius malum ſequunt principia, poſteriora produnt; error namque eſt humanæ mentis non modò bonum putare malum, & malum bonum, aut verum falſum, & è converſo, ſed certa recipere pro dubiis, dubia pro certis.* (Lib. 1. de Conſider. cap. 9. Lib. 4. de Conſid. cap. 5. Epiſt. 35.) Neque quiſpiam in præſentiarum audeat objectionem à Nazianzeno ſibimet ipſi præſtructam obtrudere. Ἀλλ' οὐχ οὕτω, φησὶ, δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. (Orat. 27.) *Atqui pleriſque ſecus videtur, inquies.* Sed patet ejus reſponſio: τί δέ μοι διαφέρει ᾧ τὸ εἶναι πλεῖον ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ πᾶς. οὗτος γάρ ἢ κατέκρινεν ἢ ἐδικαίωσεν, ἢ ἄθλιον ἀπέδειξεν, ἢ μακάριον· τὸ δὲ δοκεῖν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδὲ ὄναρ ἀλλότριον. *Quid verè mea intereſt, qui rei veritatem magis curo, immo ſolùm curo? Hoc enim vel me condemnaverit, vel abſolverit, hoc miſerum vel beatum reddiderit; quid autem aliis videatur, nihil ad nos; quemadmodum nec alienum ſomnium.* Et alibi: εἰ γὰρ ἐξ ὧν χαριούμεθα σκοπούμεθα μᾶλλον, ἢ ἐξ ὧν ὠφελήσομεν. *Non enim tam hominum gratiam, quàm utilitatem ſpectamus.* Rationem luculentiſſimam idem Theologorum Orientalium princeps ſuperiùs inſinuaverat: (Orat. 20.) καὶ γὰρ εἰ φαύλως τοῦτό τινες πεφιλοσοφήκασιν .... ὅτι παρέζευνται ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, καὶ εἰσί πως ἀγχίθυροι, καὶ ῥᾷστον ἄλλό τι ὄντα ἕτερον νομισθῆναι τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοις. *Virtutibus finitima, & quodammodo vicina ſunt vitia, nihilque facilius eſt, quàm ut ab illis, qui hujuſmodi rerum ſcientiâ ... non te... nent, res quædam aliud eſſe judicetur, quàm revera ſit quod propriè illis accidit* (ut veri... ſcriptum eſt

Dialog. I. Immutab. Lib. cont. Manich. to. 4. Biblio. SS. PP.

eſt à Theodoreto) *qui à recta via deflectunt, eo quòd tritâ viâ non ambulant. Multi enim principio* (ut rectè advertit S.Serapion Epiſcopus Thmueos) *& pravo errore cepto in pelagus erroris delapſi, & effuſi ſunt. Iccircò curandum eſt, ut ne minimo quidem errore labi contingat, pulcherrimo animæ propugnaculo ædificato; ne majore capiamur, qui in parvis labitur errore, aliquando in majoribus, & qui non eſt ſeductus à parvis, erit ita contra majora munitus & tutus, ut ei reſiſti non poſſit.* Regiam tritamque viam ab omni diſcrimine liberam, munitiſſimumque animæ adverſus quoſvis errores propugnaculum exhibet Purpuratus Doctor in hoc tertio Tomo, de mandato Reverendiſs. P. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri à me attentè perluſtrato, & à cenſorio ſtigmate prorsùs immuni reperto; in quo demiratus ſum plurima ſacra venerandæ antiquitatis, pietatis, & diſciplinæ monumenta, ceu æquitatis indeflexas regulas, alia Mss. à blattis, tineis, carie, ſitu, & ab interitu vindicata, in publicam lucem omniumque conſpectum primò producta, alia variis fœdiſque mendis ac maculis ſordidata, primævo candori reddita, alia mutila & lacera, exemplaribus undique conquiſitis, priſtinæ integritati reſtituta, alia juxta exactiorem chronographiam & coſmographiam caſtigata, alia tanquam ſpuria & adulterina purgatiſſimo criterio deprehenſa atque exploſa, pleraque accuratiſſimis Notis & ſubtiliſſimis Diſſertationibus locupletata, omniaque ita ſuis ponderibus examinata, ut & ad doctrinam ingenia, & ad virtutem animi ſplendidiſſimè informentur, & hac tutiſſima via ad ſalutem cuncti graſſentur. Quamobrem inter reliquos Tomos etiam iſte tertius publica luce digniſſimus, quàm primùm prodeat, ac in eo Eminentiſs. author de tota Eccleſia optimè meritus rectiſſimè inſcribat, quod Willelmus Malmesburienſis in Prologo ad librum de Pontif. Angl. præfatus eſt: *Quid utilius ac dulcius, quàm majorum recenſere documenta, ut eorum doctrinam cognoſcas, à quibus acceperis, & rudimenta fidei, & incitamenta bene vivendi?* Romę, ex Monaſterio S. Pudentianę IV. Idus Octobris, anno Chriſtiano MDCXCIV.

D. Joannes Maria Gabriellius, monachorum S. Bernardi Ordin. Ciſtercien. Viſitator Generalis, S. Theol. Mag. Sac. Congreg. Indicis Conſultor, ac Supremæ Inquiſitionis Qualificator.

Imprimatur.

Si videbitur Reverendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Sperellus Epiſcopus Interamnen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Thomas Maria Ferrari Ordinis Prædicatorum, Sac. Pal. Apoſtolici Magiſter.

IN

INDEX SUMMARIUS

EORUM, QUÆ CONTINENTUR TOMO III. CONCILIORUM HISPANIÆ AC NOVI ORBIS.

INDEX ſacrorum Canonum & Conciliorum, quibus Eccleſia, præſertim Hiſpanica, regebatur ab ineunte ſexto ſæculo uſque ad initium octavi. Nunc primùm editus ex Mss. antiquis magnæ Eccleſiæ Toletanæ, & Excellentiſſimi Marchionis Mondexarenſis. pag. 1.

Liber I. De inſtitutionibus clericorum. 2.

Liber II. De inſtitutionibus monaſteriorum & monachorum, atque ordinibus pœnitentium. 18.

Liber III. De inſtitutionibus judiciorum, & gubernaculis rerum. 22.

Liber IV. De inſtitutionibus officiorum, & ordine baptizandi. 31.

Liber V. De diverſitate nuptiarum, & ſcelere flagitiorum. 38.

Liber VI. De generalibus regulis clericorum, cæterorumque Chriſtianorum, & regimine principali. 41.

Liber VII. De honeſtate & negotiis Principum. 42.

Liber VIII. De Deo, & de iis quæ ſunt credenda de illo. 43.

Liber IX. De abdicatione hæreticorum. 47.

Liber X. De idololatria & cultoribus ejus: ac de ſcripturis pacis, & muneribus miſſis. 49.

Catalogus Romanorum Pontificum, à tempore irruptionis Sarracenorum in Hiſpaniam (nimirum ab anno Chriſti circiter DCCXV.) uſque ad præſentem diem, juxta computum R. P. Danielis Papebrochii. 51.

Catalogus Regum Hiſpaniæ, ſub quibus Concilia habita ſunt à tempore irruptionis Sarracenorum, ab ann. Chriſti circiter DCCXIV. uſque modò, ex Mss. antiquis. 65.

Catalogus Toletanorum Præſulum, à tempore irruptionis Sarracenorum in Hiſpaniam, ſive ab anno Chriſti DCCXIV. 67.

Opuſcula aliqua quorundam Patrum, primò edita à D. Garſia Loaïſa. 68.

Admonitio Cardinalis de Aguirre ad Lectorem. 68.

Præfatio D. Loaïſæ. 68.

Catalogus virorum illuſtrium ex S. Hieronymo. 68.

Idem ex Gennadio. 68.

Idem ex S. Iſidoro. 70.

Idem ex S. Ildephonſo. 71.

Idem ex Felice Archipræſule Toletano. 71.

Idem ex incerto auctore. 71.

S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis additio ad librum S. Hieronymi, & poſt eum Gennadii, *De viris illuſtribus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ.* 71.

Notæ Andreæ Scotti in Iſidorum *De Eccleſiaſticis ſcriptoribus.* 75.

S. Ildephonſi Epiſcopi Toletani additio ad libellum S. Iſidori *De viris illuſtribus ſanctæ Eccleſiæ,* poſt Hieronymum & Gennadium. 77.

Notæ Andreæ Scotti in additamentum S. Ildephonſi. 80.

Appendix Juliani. 81.

Appendix Felicis. 81.

Vita Salvi Abbatis Albeldenſis, incerto auctore. 83.

Notæ V. Cl. Joannis Mabillonis, in Actis ſæculi V. Benedictini, ad annum Chriſti CMLXII. ubi de Dulquito Salvi deceſſore. 83.

Tredecim vitæ incerto auctore, editæ primùm à D. Loaïſa: quæ in Mss. D. Iſidoro & Ildephonſo præponebantur. 84.

EPISTOLA Euantii archidiaconi Toletani, contra eos qui ſanguinem animalium immundum eſſe judicant, & carnem mundam eſſe dicunt. Anno circiter DCCXXX. 87.

Scriptura contractùs monachorum S. Vincentii urbis Ovetenſis, cum Fromeſtano Abbate illius, facta ſub Regula Sancti Benedicti, Erâ DCCCXIX. ideſt anno Chriſti DCCLXXI. Ex Yepio To. III. in *Appendice*, pag. 21. 88.

Scriptura Principis Adelgaſtri, filii D. Silonis Regis, in donationem & gratiam monaſterii S. Mariæ de Obona apud Aſtures, ſub Regula S. Benedicti, Erâ DCCCXVIII. anno Chriſti DCCLXXX. Ex Chronico fideliſſimo Antonii Yepii Tomo III. in *Appendice*, paginâ 24. 89.

Scriptura donationis factæ à D. Munia Abbatiſſa, & D. Guttierre Abbate monaſterii S. Mariæ Superadi, dominis Franſuario Oſoriz, & Anuniæ uxori ſuæ, anno Domini DCCLXXXII. Ex archivo ejuſdem monaſterii eruta, & luci data à D. Antonio Yepio in Chronico generali Ordinis S. Benedicti, Tomo IV. in *Appendice*, folio 458. 91.

EPISTOLA Hadriani Papæ I. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, contra Elipandum Epiſcopum Toletanum. 91.

Libellus Epiſcoporum Italiæ contra Elipandum, Concilii decreto miſſus ad provincias Hiſpaniæ. 96.

EPISTOLA ſynodica Concilii Franco-fordienſis, ab Epiſcopis Galliæ & Germaniæ ad Præſules Hiſpaniæ miſſa. 102.

EPISTOLA Caroli Magni Regis ad Elipandum & cæteros Epiſcopos Hiſpaniæ. 110.

Ex Actione I. Synodi Leonis Papæ III. adverſus Fe.

Felicem Urgellitanum, an. Chr. DCCXCIX. 114.

Ex Actione II. ejuſdem. 114.

Ex Actione III. ejuſdem. 115.

Confeſſio Fidei Felicis Orgellitanę ſedis Epiſcopi, quam ipſe poſt ſpretum errorem ſuum, in conſpectu Coocilii edidit, & eis qui in ipſo errore ei dudum conſentientes fuerant, direxit. Anno Chriſti DCCXCIX. 115.

EPISTOLA Alcuini ad Abbates & monachos Gotthiæ, in cauſſa Felicis Urgelleoſis, nuper eruta à Stephano Baluzio ex Mss. Bibliothecæ Colbertinæ. 118.

Tranſlatio corporis S. Jacobi à Hieroſolymis ad Gallæciam, circa annum Chriſti XLVI. Ex Anonymo auctore in Gallia edita ineunte hoc ſæculo à Joanne Boſco, & ad Philippum III. Regem Hiſpaniarum directa. 119.

Commeotarius de tranſlatione S. Jacobi Apoſtoli. 120.

Scriptura dotationis monaſterii S. Mariæ de Ovarra in Ripa-curtia, ubi Comes D. Bernardus, ejuſque uxor D. Toda Galiodez, ac filii ipſorum, Comes D. Ramon & D. Borell, ita loquuntur. Anno Chriſti DCCCXIII. regnante adhuc apud Francos Carolo Magno. *Ex archivo ejus monaſterii eruta, & luci data à D. Joſepho Pellizerio, Jacobao Equite, regio Archi-chronographo, in ſuo* Maximo Cęſar-auguſtano, *pag. 65. & ſeqq. ubi & allegat Zaritam in Indicibus folio 8. ac Hieronymum Blancum.* 125.

Donatio Suniefredi Comitis ad Eccleſiam Urgellenſem, anno DCCCXIX. 126.

Præceptum Ludovici Pii Imperatoris pro monaſterio Arulenſi in diœceſi Helanenſi, anno DCCCXXI. 126.

Obſervatio Cardinalis de Aguirre. 127.

Præceptum ejuſdem Imperatoris pro monaſterio S. Gratę in diœceſi Urgelléſi, an. DCCCXXIII *Ex archivo Eccleſię Urgellenſis, & apud Marcam Hiſpanicam col. 767.* 127.

Obſervatio Stephani Baluzii. 128.

Scriptura Adelphonſi Caſti Regis in favorem Eccleſiæ Lucenſis & Ovetenſis, aono Chriſti DCCCXXX. Ex Sandovallio pag. 171. & ſeqq. 129.

Privilegium erectionis monaſterii beatæ Mariæ de Alaon, Ordinis S. Benedicti, anno Chriſti DCCCXXXII. 131.

Nota D. Didaci Joſephi Dormer in hoc privilegium. 137.

Præceptum Ludovici Pii Imperatoris pro Eccleſia Helenenſi. *Ex Chartulario ipſius*. Aono DCCCXXXIII. 138.

Præceptum Ludovici Pii Imperatoris pro Eccleſia Garundenſi. *Ex archivo Eccleſię Gerundenſis.* Anno DCCCXXXIV. 139.

Aliud præceptum Ludovici Pii Imperatoris pro Eccleſia Urgallenſi. Anno DCCCXXXVI. *Ex archivo Eccleſia Urgellenſis*. Vide Mabillon lib. 2. *De re diplomat.* cap. 3. §. 13. 140.

Ejuſdem Imperatoris præceptum pro monaſterio S. Aodreæ Suredenſis in diœceſi Helenenſi, circa ann. DCCCXXXVI. *Ex archivo regio Carcaſſonenſi*. Vide Mabillon lib. 6. *De re diplomatica*, pag. 506. 141.

Præceptum Lotharii Imperatoris pro Eccleſia Helenenſi, anno DCCCXL. *Ex chartularia Eccleſiæ Helenenſis.* 141.

Notitia judicati pro Eccleſia Gerundenſi, anno DCCCXLIII. *Ex chartulario Eccleſia Gerundenſis.* 142.

Caroli Calvi Regis Francorum præceptum pro monaſterio Sancti Andreæ Suredenſis, circa annum DCCCL. *Ex archivo regio Carcaſſonenſi.* 143.

Chronologia eorum, quæ in Hiſtoria & Epiſtolis S. Eulogii continentur, auctore Ambroſio Morale, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Chronographo. 144.

CONCILIUM Cordubenſe, ſeu potius Conciliabulum, coactum anno Chriſti DCCCLII. ex S. Eulogio Martyre, & electo Archiepiſcopo Toletano, in Memoriali lib. 2. cap. 15. cui titulus: *Chriſtianorum perturbatio, & eorumdem varia ſententia, in Concilio Epiſcoporum Corduba congregato.* 149.

Notæ Severini Binii. 149.

Caroli Calvi Regis Præceptum, de cella S. Juliani & Sancti Vincentii in pago Biſuldunenſi. *Ex chartulario monaſterii Balneolenſis*. Anno DCCCLXVI. 150.

Ejuſdem præceptum pro monaſterio S. Andreæ Suredenſis. *Ex chartulario Eccleſiæ Arulenſis.* Anno DCCCLXIX. 151.

Aliud ejuſdem pro monaſterio Arulenſi. *Ex eodem chartulario*. Aono DCCCLXIX. 152.

Scriptura contractûs cujuſdam inter monaſteria Benedictina SS. Facundi & Primitivi, ac S. Petri de Exlonza io regno Legionenſi, facta anno Chriſti MLXXIII. in qua indicatur, monachos S. Facundi jam tum bona quædam tribus ſæculis poſſediſſe. 153.

EPISTOLA I. Joannis Papæ VIII. ad Adelphonſum Hiſpaniæ Regem. *Ex hiſtoria Sampiri.* 154.

EPISTOLA II. Ejuſdem ad Adelphonſum Hiſpaniæ Regem, in qua monet Eccleſiam S. Jacobi conſecrari. 154.

CONCILIUM Ovetenſe, anno Chriſti, non DCCCLXXII. ſed DCCCLXXIII. aut aliquo proximè ſequenti, die XVIII. Kalend. Julii, Erâ, non CMX. ſed CMXI. aut alia quavis conſequente; ſi verè, ut ajunt Hiſpani ſcriptores, celebratum fuit ſub Joanne VIII. Papa, & Adelphonſo Gallæciæ Rege. *Ex Sampiri Epiſcopi hiſtoria, à Prudentio Sandovalio Epiſcopo Pampilonenſi edita.* 155.

Notæ Variorum in hoc Concilium. 157.

Acta Concilii Ovetenſis, nunc primùm edita ex Mss. Eccleſiæ Toletanæ & Ovetenſis. 158.

Notæ Cardinalis de Aguirre. 160.

EPISTOLA Stephani Papæ VI. nomine ſcripta adverſus Selvam & Hermemirum falſos Epiſcopos Eccleſiarum Urgellenſis & Gerundenſis. *Ex archivis Eccleſiarum Tarraconenſis & Narbonenſis*. Anno DCCCLXXXVII. 161.

Acta dedicationis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Rivi-

pul-

pullenſis. Ex chartulario monaſterii Rivi-pullenſis. Anno DCCCLXXXVIII. 163.
Præceptum Odonis Regis Francorum pro Eccleſia Auſonenſi. Ex archivo Eccleſiæ Auſonenſis. Anno DCCCLXXXVIII. 164.
Acta dedicationis Eccleſiæ S. Stephani Balneolenſis. Ex archivo monaſterii Balneolenſis. Anno DCCCLXXXIX. 164.
Privilegium Wifredi Comitis Barcinonenſis, in gratiam monaſterii Rivi-pullenſis in Catalonia. Ex quo conſtat eo tempore rationem habitam fuiſſe Montis-ſerrati: Anno Domini DCCCLXXXVIII. Ex Yepio in Appendice Tomi IV. pag. 446. 165.
Privilegium Berengarii Comitis Barcinonenſis, in quo Abbatiam S. Cæciliæ in Monte-ſerrato ſitam, monaſterio Rivi-pullenſi ſubjectam eſſe declarat, anno circiter DCCCXC. Ex eodem Yepio ibid. pag. 447. 166.
Scriptura monaſterii S. Vincentii del Pino apud Montem-fortem in Gallæcia: in qua fit mentio Concilii apud Ovetum celebrati, quando ejus Eccleſia erecta fuit in Metropolin, & prædicto monaſterio data fuit ordinaria juriſdictio. Anno DCCCXCI. Ex Yepio in Appendice To. IV pag. 448. 167.
CONCILIUM Compoſtellanum octo Epiſcoporum, habitum Erâ CMXXXVIII. 3. Kal. Decembris, ideſt anno Chriſti CM. 168.
CONCILIUM Ovetenſe XVIII. Epiſcoporum, præſente Theodulpho Epiſcopo Legato Regis Francorum, Erâ CMXXXIX. ideſt, anno Chriſti CMI. 168.
CONCILIUM Barcinonenſe ſeptem Epiſcoporum, præſide Arnuſto Archiepiſcopo Narbonenſi, celebratum anno CMVI. 169.
Privilegium Garſiæ I. Regis in gratiam monaſterii S. Iſidori juxta oppidum de Dueñas, ejuſque Abbatis Ovecci, & monachorum ſub Regula S. Benedicti, anno Domini CMXI. Ex Yepio in Appendice Tomi IV. fol. 444. 170.
Privilegium Ordonii II. Regis in gratiam monaſterii S. Martini Compoſtellani: ubi plura obſervatu digna. Anno Domini CMXII. Ex Yepio in Appendice Tomi IV. pag. 435. 170.
Teſtamentum S. Gennadii Epiſcopi Aſturicenſis, anno Chriſti CMXV. Ex Ambroſio Morale Tomo I. pag. 15. & Yepio in Appendice To. IV. pag. 447. 172.
De officio Hiſpanæ Eccleſiæ, Romæ laudato & confirmato, Erâ CMLXII. Ex Mſſ. Eccleſiæ Toletanæ. 174.
Privilegium Ferdinandi Gonzalez Comitis Caſtellæ, in gratiam monaſterii Sancti Sebaſtiani de Silos (nunc Sancti Dominici appellati) Ordinis Sancti Benedicti, anno CMXIX. Ex Yepio in Appendice Tomi IV. pag. 457. 175.
Privilegium votorum Ferdinandi Gonzalez ſupremi Caſtellæ Principis, in gratiam S. Æmiliani, ejuſque antiquiſſimi monaſterii, ob miraculoſam victoriam Hiſpanorum de Sarracenis habitam, anno Chriſti CMXXXIV. Ex Mſſ. ejuſdem monaſterii. 176.
Privilegium, ſeu donatio S. Rudeſindi Epiſcopi, in gratiam monaſterii S. Salvatoris de Cellanova in Gallæcia. Anno Chriſti CMXXXV. Ex Yepio in Appendice To. V. pag. 424. 179.
CONCILIUM Helenenſe in Fontanis, habitum circa ann. Domini CMXLVII. Præſide Aymerico Narbonenſi Archiepiſcopo. 182.
Dedicatio monaſterii S. Benedicti de Bagiis (vulgò Baxes) in diœceſi Auſonenſi. Anno Chriſti CMLXXII. 182.
Conventus Epiſcoporum apud monaſterium Rivi-pullenſe (vulgò Ripoll) in diœceſi Auſonenſi. Anno Chriſti CMLXXVII. 183.
Teſtamentum S. Rudeſindi, factum Erâ MXVI. ideſt anno Chriſti CMLXXVIII. Ex Yepio in Appendice ad Tom. V. fol. 425. 183.
Scriptura fundationis monaſterii Biſuldunenſis in Catalonia, facta ab Epiſcopo Mirone anno Domini CMLXXVIII. Ex Yepio in Appendice ad Tomum V. fol. 441. 185.
EPISTOLA Benedicti VII. Papæ, ad Guiſpedum Abbatem monaſterii Biſuldunenſis: in qua plura largitur privilegia & libertates. Anno Chriſti CMLXXIX. 186.
Conventus Epiſcoporum apud Urgellum, anno Chriſti CMXCI. 187.
EPISTOLA I. S. Odilonis Abbatis ad Paternum Abbatem in Aragonia, an. Chriſti CMXCIX. 187.
EPISTOLA Joannis Papæ ad eundem Odilonem Abbatem. 188.
EPISTOLA II. S. Odilonis ad Garſiam regnantem in Hiſpania. 188.
EPISTOLA III. S. Odilonis ad nobiliſſimam matronam, ut apparet, Hiſpanam. 188.
Conventus Epiſcoporum apud Barcinonem, anno Chriſti MIX. 189.
CONCILIUM Legionenſe Erâ ML. ideſt anno Chriſti MXII. celebratum ſub Alphonſo V. Legionis Rege. 189.
Præfatio. 189.
Canones. 189.
Nota Severini Binii. 190.
Alia decreta ejuſdem Concilii Legionenſis ad regimen populorum ſpectantia, nunc primùm edita ex Mſſ. Toletano & Mondexarenſi. 190.
CONCILIUM Leyrenſe celebratum XI. Kalend. Maji, anno Domini MXXII. 193.
Conventus Epiſcoporum apud monaſterium Rotenſe in Catalonia, quando nova ejus Eccleſia conſecrata eſt, anno Chriſti MXXII. 194.
CONCILIUM Pampilonenſe ſeptem Epiſcoporum, celebratum tertio Kalendas Octobris, anno Chriſti MXXIII. 195.
Notæ in hoc Concilium. 197.
SYNODUS Helenenſis in prato Tulugienſi, anno Chriſti MXXVII. in qua de tregua & pace actum, atque alia quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant, inſtaurata. Edita ex tabulis Eccleſiæ Helenenſis à Stephano Baluzio V. Cl. Tomo I. De Concord. ſacerd. & Imper. 197.
Obſervatio Gabrielis Coſſartii. 198.
CONCILIUM Auſonenſe trium Epiſcoporum, celebratum anno Domini MXXVIII. 198.

CONCILIUM Compoſtellanum coactum die XIX. Kal. Februarii. Erâ MLXIX. anno Chriſti MXXXI. 199.
Conventus Epiſcoporum apud monaſterium Rivi-pullenſe, in quo Baſilica ejuſdem monaſterii quartò dedicata eſt, an. Chr. MXXXII. 201.
Conventus Epiſcoporum apud Gerundam, pro conſecratione novæ Eccleſiæ Gerundenſis, anno Chriſti MXXXVIII. 202.
Conventus Epiſcoporum apud Urgellum, pro dedicatione Eccleſiæ Urgellenſis, anno Chriſti MXL. 204.
Conventus Epiſcoporum apud S. Michaëlem Fluvianenſem in Comitatu Emporitano, pro conſecratione dictæ Eccleſiæ, an. Chriſti MXLV. 206.
Conventus Epiſcoporum apud monaſterium Arulenſe in diœceſi Helenenſi, pro conſecratione Eccleſiæ S. Mariæ Arulenſis, an. Chr. MXLVI. 207.
CONCILIUM Coyacenſe pro reformandis Eccleſiæ moribus, celebratum in diœceſi Ovetenſi, tempore Ferdinandi I. Regis Caſtellæ, cognomento Magni, Erâ MLXXXVIII. anno Chriſti ML. ſub Leone IX. Papa, nunc collatum cum exemplari Toletano Ms. 209.
Tituli Capitulorum. 209.
Decreta Ferdinandi Regis & Sanctiæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium ejuſdem regni optimatum, Erâ MLXXXVIII. 209.
Præfatio. 209.
Capitula. 210.
Notæ Variorum. 211.
Decreta V. Concilii Coyacenſis Hiſpanico idiomate antiquo exhibentur. *Ex Cod. Ms. monaſterii S. Facundi.* 212.
Acta fundationis monaſterii S. Mariæ Naxarenſis, factæ à D. Garſia Rege: quod quidem ſede Epiſcopali decoratur, tranſlato in illud Epiſcopatu olim dicto de Val-pueſta, anno Chriſti MLII. Ex Yepio in *Appendice* Tomi VI. pag. 469. 213.
Tranſlatio S. Æmiliani dicti de la Cogolla, facta à veteri Eccleſia in novam, an. Chriſti MLIII. *Nunc primùm prodit ex archivo antiquiſſimi & regii monaſterii S. Æmiliani in Caſtella veteri.* 215.
Conventus Epiſcoporum apud Barcinonem, adverſus invaſores bonorum Eccleſiæ Barcinonenſis, anno Chriſti MLIV. 217.
CONCILIUM Compoſtellanum celebratum ſub Ferdinando Rege Legionis & Gallæciæ, anno XXI. regni ejus, Erâ MXCIV. anno Chriſti MLVI. *Ex Ms. Eccleſiæ Toletanæ.* 218.
Admonitio ad Lectorem. 218.
Canones. 219.
Notæ. 220.
Conventus Epiſcoporum apud Cæſar-auguſtam, in quo adverſus Archagibum Maurum ducem, inter Raymundum Comitem Barcinonenſem & Hermengaudum Urgellenſem fœdus initum eſt, anno Chriſti MLVIII. 220.
Conventus Epiſcoporum apud Barcinonem, pro dedicatione novæ Eccleſiæ Barcinonenſis. Anno Chriſti MLVIII. 221.
Privilegium Deniæ & Majoricarum, quo Hali Dux Deniæ filius Mugehid dedit & ſubdidit inſulas Baleares & totum Epiſcopatum Deniæ ſedi Barchinonæ, & omnes Eccleſias & clericos ipſius Epiſcopatus. 224.
Conventus Epiſcoporum apud Helenam, pro dedicatione Eccleſiæ Helenenſis, anno Chriſti MLVIII. 224.
EPISTOLA Oſmundi Epiſcopi Aſtoricenſis ad Idam Comitiſſam Bononienſem, anno Domini MLIX. 225.
Nota Joannis Mabillonis M. B. 225.
CONCILIUM Pinnatenſe in Aragonia, celebratum ſub Ramiro I. Rege apud S. Joannem Pinnatenſem, anno Chriſti MLXII. 226.
Notæ Variorum. 226.
CONCILIUM Jaccenſe in Aragonia, celebratum anno Chriſti MLXIII. 228.
Notæ Variorum. 230.
EPISTOLA Alexandri II. Papæ ad monachos Rivi-pullenſes, anno Chriſti MLXIII. 231.
CONCILIUM Barcinonenſe, ſeu potiùs Comitia, in quibus leges Gotthicæ, quibus Catalani utebantur, planè ſunt abrogatæ, anno Domini MLXIV. tempore Alexandri Papæ II. 232.
Notæ Variorum. 232.
CONCILIUM Tulugienſe, in quo tregua & pax confirmata an. Chr. circiter MLXV. 233.
Canones. 233.
Notæ Variorum. 235.
EPISTOLA Alexandri II. Papę ad Amalgerium Civitatenſem Epiſc. circa an. Dom. MLXV. De pœnitentia presbyteri, qui presbyterum occîdit. 236.
EPISTOLA Alexandri II. Papæ ad omnes Epiſcopos Hiſpaniæ, circa annum Dom. MLXVI. Quòd Judæi ſervari debeant, non occîdi. 237.
Privilegium D. Majoris Sanchez filiæ Comitis D. Sancii, primæ Reginæ proprietariæ in regno Caſtellæ, factum in gratiam monaſterii S. Martini de Fromeſta, anno Chriſti MLXVI. Ex Yepio in *Appendice* Tomi VI. fol. 460. 237.
CONCILIUM Leyrenſe, in quo Gotthici ſacrorum ritus abrogati, anno, ut probabilius videtur, MLXVIII. Alex. II. Pontifice. 238.
Additio Gabrielis Coſſartii S. J. 238.
CONCILIUM Gerundenſe, præſide Hugone Candido Cardinale, Sedis Apoſtolicæ Legato, anno Chriſti MLXVIII. 239.
CONCILIUM Auſonenſe celebratum circa annum Domini MLXVIII. in quo de treuga & pace actum eſt. Ex V. Cl. Stephano Baluzio in *Appendice Marcæ Hiſpanicæ.* 239.
Nota D. Baluzii. 241.
Privilegium Sanctii Ramireſii Regis Aragonum & Montiſonis, in gratiam monaſterii Leyrenſis. In quo indicatur olim in eo ſitam fuiſſe ſedem Epiſcopalem Pampilonenſem. Deque Conciliis in monaſterio Leyrenſi celebratis, & à nobis memoratis pag. 193. & 238. Anno Chriſti MLXX. Ex Yepio in *Appendice* Tomi IV. fol. 439. 241.

EPISTOLA Alphonſi Regis Hiſpaniarum ad S. Hugonem Abbatem Cluniacenſem, anno Chriſti MLXX. 243.
Statuta S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, pro Alphonſo Rege Hiſpaniarum, tanquam inſigni benefactore. Anno Chriſti MLXX. 244.
EPISTOLA Alexandri II. Papæ ad Aquilinum Abbatem monaſterii S. Joannis Pinnatenſis in Aragonia, an. Chr. MLXXI. *Ex Joanne Brizio Martinezio in hiſtoria ejuſdem monaſterii.* 245.
S. Gregorii Papæ VII. S. Romanæ Eccleſiæ defenſoris invicti, Epiſtolæ ad Hiſpanos. 246.
EPISTOLA I. Ad Principes Hiſpaniæ, anno Chriſti MLXXIII. 246.
Nota Cardinalis de Aguirre. 246.
EPISTOLA II. Ad Sancium Aragoniæ Regem. Anno Chriſti MLXXIV. 247.
EPISTOLA III. ad Alphonſum Caſtellæ, & Sancium Aragoniæ Reges. Anno Chriſti MLXXIV. 248.
EPISTOLA IV. Ad Alphonſum Caſtellæ Regem. Anno Domini MLXXIV. 248.
EPISTOLA V. Ad Sancium Regem Aragoniæ. Anno Chriſti MLXXV. 249.
EPISTOLA VI. Ad Simeonem Epiſcopum in Hiſpania. Anno Chriſti MLXXV. 250.
EPISTOLA VII. Ad Hiſpanos. Anno Chriſti MLXXVI. 250.
CONCILIUM Biſuldunenſe, Præſide Amato Apoſtolicæ Sedis Legato, celebratum VIII. Idus Decemb. anno Dom. MLXXVII. 252.
EPISTOLA VIII. Ad Berengarium Gerondenſem Epiſcop. An. Chriſti MLXXVIII. 252.
EPISTOLA IX. ad Alphonſum Regem Caſtellæ. Anno Chriſti MLXXIX. 253.
EPISTOLA X. ad Alphonſum Caſtellæ Regem. Anno Chriſti MLXXIX. 254.
Nota. 255.
EPISTOLA XI. ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem. Anno Chriſti MLXXIX. 255.
EPISTOLA XII. ad Alphonſum Caſtellæ Regem. Anno Chriſti MLXXX. 256.
CONCILIUM Burgenſe, in quo Romani ſacrorum ritus imperati, & alia ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia, anno Domini MLXXX. 257.
Notæ Gabrielis Coſſartii. 258.
Miſſa Moz-arabum, ſeu Mixt-arabum, S. Leandro communiter adſcripta, & in Hiſpaniis uſque modò certis locis uſitata. 258.
Nota . 260.
Ordo divini Officii Gotthici Muz-arabum, excerptus, & in Latinum ſermonem converſus ex Hiſpanico libri *De vita & geſtis Franciſci, Ximenii S. R. E. Cardinalis*, ab Eugenio Robleſio Toletano, ex Biblioth. R. D. Renati Poterii Epiſcopi Bellovacenſis. 260.
Caput XXIII. De auctoritate hujus ſancti Officii, & ratione ejus uſus, ut ritè poſſint debita exercere munia, tum curiones, tum beneficiis Eccleſiaſticis & ædiculis ſacris addicti, ſeu cappellani Muz-arabes. 260.
Caput XXIV. De officio Muz-arabico, & de quibuſdam generatim notatu dignis. 261.
Caput XXV. De horis tum majoribus tum minoribus hujus ſancti Officii. 262.
Caput XXVI. De quibuſdam notatu dignis, quæ peculiaria ſunt officio Muz-arabico. 264.
Caput XXVII. De Miſſæ ſacrificio Muz-arabico, ejuſque cæremoniis. 264.
Caput XXVIII. De Miſſis Dominicarum Quadrageſimæ. 267.
Caput XXIX. De feriis Quadrageſimæ. 268.
Caput XXX. De vigiliis totius anni. 268.
Caput XXXI. De Miſſa pro defunctis. 268.
Caput XXXII. De quibuſdam ſpeciatim notatu dignis in Miſſa Muz-arabica. 269.
Caput XXXIII. De Sãctis qui propriè ſunt Muz-arabici, quorum olim fiebat commemoratio, & de his qui poſtea adjecti ſunt, & à quo. 269.
Caput XXXIV. De quibuſdam proprietatibus quæ peculiares ſunt Officio & Miſſæ Muz-arabicæ. 269.
Caput XXXV. De quibuſdã feſtis præcipuis, quæ proprium Sacrum & Officium habent. 270.
Caput XXXVI. De Præſulibus, Principibus, & Regibus, qui iſtud Officium, hancque ædem ſacram præſentiâ ſuâ illuſtrârunt. 270.
In feſto S. Jacobi Apoſtoli, fratris S. Joannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, ad Veſperum. 271.
Diatriba de Officio Muz-arabico, auctore Joanne Bona S. R. E. tit. S. Bernardi ad Thermas, presbytero Cardinali, Ordinis Ciſtercienſis. Ex lib. 1. *Rerum Liturgicarum*. 279.
Caput XI. De Miſſa Muz-arabum. Cur Hiſpani dicti Muz-arabes. Hujus ritus inſtitutio. Hæreticorum fraude depravatur. Deſiit tandem Romanis ritibus ſubrogatis. Quo tempore hæc mutatio contigerit, & de turbis ob eam exortis. A Franciſco Ximenio reſtituitur. Deſcribitur Miſſa Muz-arabica, ejuſque ritus. 279.
Donatio Alphonſi VI. in gratiam monaſterii S. Facundi, & Bernardi ejuſdem Abbatis, anno Chriſti MLXXXV. Ex Jepio *in appendice* Tomi VI. fol. 488. 283.
Conventus Epiſcoporum apud monaſterium Balneolenſe, pro dedicatione ejuſdem Eccleſiæ, anno Chriſti MLXXXVI. 285.
CONCILIUM Toletanum, ſeu potiùs Comitia, in quibus Rex Alphonſus Eccleſiam Toletanam à Sarracenorum tyrannide liberatam ampliſſimè dotavit, & Bernardus Abbas S. Facundi in novum Præſulem electus eſt, anno Chriſti MLXXXVI. 287.
Urbani II. Papæ Epiſtolæ ad Hiſpanos. Ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum. De Primatu ejuſdem Eccleſiæ conceſſo. Anno Domini MLXXXVIII. 287.
EPISTOLA II. Ad Archiepiſcopum Tarraconenſem, ejuſdem argumenti. Circa annum Chriſti MXCI. 288.
Nota Cardinalis de Aguirre. 288.
EPISTOLA III. Ad proceres provinciæ Tarraconenſis. De reſtauratione Eccleſiæ Tarraconenſis. Anno Chriſti MLXXXIX. 288.
Nota Stephani Baluzii. 288.
Inſtrumentum donationis factæ de civitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ à Berengario Comite 289.

te Barcinonenſi, anno Chriſti MXC. 290.
Nota Cardinalis de Aguirre. 290.
Donatio Alphonſi VI. Regis in gratiam monaſterii Cluniacenſis, cujus ſe veluti tributarium conſtituit ſub onere ſolvendi duas mille monetas auri. Anno Chriſti MXC. Ex Ms. Carrionenſi apud Yepium Tomo IV. fol. 452. 291.
Quædam ſpectantia ad Eccleſiam Toletanam in Concilio Toloſano coacto anno MXC. vel, ut alii, MLXXXIX. vel etiam præcedenti, præſente D. Bernardo Archiepiſcopo Toletano. 292.
Additio Philippi Labbè S. J. 292.
Quòd Mezquita Maurorum facta eſt Eccleſia Chriſtianorum. 292.
De commutatione Officii Toletani. 293.
Notæ Variorum. 293.
Translatio S. Felicis ex Caſtro Bilibienſi in monaſterium S. Æmiliani, Erâ MCXXVIII. ideſt, anno Chriſti MXC. *Nunc primùm edita ex Ms. S. Æmiliani.* 294.
CONCILIUM Legionenſe Præſide Renerio S. R. E. Cardinale, & per Hiſpanias Legato, unà cum Bernardo Toletano Primate, anno Aldephonſi Regis XXVIII. Erâ MCXXIX. Chriſti MXCI. 298.
Notæ Cardinalis de Aguirre. 298.
EPISTOLA IV. Urbani II. Papæ ad Berengarium Auſonenſem Epiſcopum. Eum conſtituit Tarraconenſem Archiepiſcopum. Anno Chriſti MXCI. 299.
EPISTOLA V. Ad Raynerium S. R. E. Cardinalem & Legatum in Hiſpania. De Primatu Archiepiſcopatus Toletani. 300.
EPISTOLA VI. Ad Tarraconenſem & cæteros Hiſpaniarum Archiepiſcopos. Incerto anno. 301.
EPISTOLA VII. B. Tarraconenſi Archiepiſcopo. Incerto anno. 301.
Nota. 302.
EPISTOLA VIII. Ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum. Incerto anno. 302.
EPISTOLA IX. Ad Hugonem Cluniacenſem Abbatem. Incerto anno. 302.
EPISTOLA X. Ad Frotardum Tomerienſem Abbatem. Incerto anno. 303.
EPISTOLA XI. Ad Raynerium S. R. E. presbyterum & Legatum in Hiſpania. 303.
EPISTOLA XII. Ad L. Cardinalem presbyterum. Multa mandat ad res Hiſpanicas ſpectantia. Incerto anno. 304.
EPISTOLA XIII. Ad L. Cardinalem presbyterum. Incerto anno. 304.
EPISTOLA Raymundi Gallæciæ, & Henrici Portugalliæ Comitum, Hugoni Abbati Cluniacenſi, anno Chriſti MXCIII. 305.
Bernardi Abbatis Rivi-pullenſis expoſtulatio in Concilio Nemauſenſi adverſus Berengarium Archiepiſcopum Tarraconenſem, qui ſpretis Sedis Apoſtolicæ privilegiis, Eccleſias ejus monaſterii à divino Officio interdixerat. Urbani II. Papæ privilegium in gratiam ejuſdem monaſterii, an. MXCVI. & MXCVII. 306.
CONCILIUM Gerundenſe, Præſide Bernardo Sedis Toletanæ Primate, ac Legato Apoſtolico. Anno Chriſti MXCVII. 307.
EPISTOLA XIV. Urbani II. Papæ ad Petrum Oſcenſem Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores. *Nunc primùm edita ex Ms. Eccleſiæ Cæſaraugnſtanæ.* Anno Chriſti MXCVIII. 308.
EPISTOLA XV. Urbani II. Papæ ad Odonem Urgellenſem Epiſcopū. An. Chriſti MXCIX. *Ex chartulario Eccleſiæ Urgellenſis apud Marcam Hiſpanicam.* 309.
Nota Stephani Baluzii. 310.
Conventus Epiſcoporum apud Giſſonam, pro dedicatione Eccleſiæ Giſſonenſis. Anno Chriſti MXCIX. 310.
Conventus Epiſcoporum apud Villam-Bertrandum in diœceſi Urgellenſi, pro dedicatione Eccleſiæ B. Mariæ ejuſdem loci. Anno Chriſti MC. 312.
EPISTOLA I. Paſchalis II. Papæ ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum. Anno Chriſti MCI. 314.
EPISTOLA II. Ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum. Anno Chriſti MCIII. vel MCIV. 315.
EPISTOLA III. Ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum. 315.
Nota Severini Binii. 316.
EPISTOLA IV. Ad Bernardum Toletanum Primatem, Apoſtolicæ Sedis vicarium. Anno incerto. 316.
EPISTOLA V. Ad eundem. 316.
CONCILIUM Fuſſelenſe, celebratum prope Palentiam, apud oppidum *Huſillos* dictum, circa annum Chriſti MCIV. 317.
Nota Cardinalis de Aguirre. 317.
CONCILIUM Carrionenſe, præſide Bernardo Archiepiſcopo Toletano & S. R. E. Legato, celebratum in fine anni MCX. vel ineunte anno ſequenti MCXI. 318.
CONCILIUM Legionenſe indictum à Bernardo Archiepiſcopo Toletano circa annum Chriſti MCXIV. *Ex Munione Adephonſiade in Hiſtoria Compoſtellana Ms.* 319.
CONCILIUM Palentinum, præſide Bernardo Archiepiſcopo Toletano celebratum an. Chriſti MCXIV. *Ex Hiſtoria Compoſtellana Ms. Munionis Adephonſiada, & Codice Cl. V. Garſiæ Loaiſa pariter Ms.* 319.
De Concilio Palentiæ. 320.
EPISTOLA Bernardi Archiepiſcopi Toletani ad Epiſcopos Gallæciæ, de conſecratione Lucenſis electi. 320.
SYNODUS Compoſtellana ſub D. Didaco Gelmirez ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, anno Chriſti MCXIV. *Primùm à nobis edita ex Ms. Mondexarenſi, quod olim fuit penes D. Cardinalem Quirogam, & deſumptum eſt ex Hiſtoriâ Compoſtellana Ms. Munionis Adephonſiada: ac præterea collata cum Ms. Toletano.* 322.
CONCILIUM Ovetenſe habitū Erâ MCLIII. anno Chriſti MCXV. *Ex Mss. Eccleſiæ Toletanæ.* 324.
Subſcriptiones Epiſcoporum. 327.

No-

Notæ in hoc Concilium. 328.

EPISTOLA Paſchalis II. Papæ ad Berengarium Epiſcopum Gerundenſem, anno Chriſti MCXV. 330.

EPISTOLA I. Gelaſii Papæ II. ad Gallos, contra Mauricium Epiſcopum Bracarenſem, anno Chriſti MCXVIII. 331.

EPISTOLA II. Ad Bernardum Toletanum Epiſcopum, Hiſpaniæ Primatem, anno Chriſti MCXVIII. 331.

Nota Cardinalis de Aguirre. 332.

EPISTOLA III. Ad exercitum Chriſtianorum civitatem Cæſar-auguſtanam obſidentium, anno Chriſti MCXVIII. 332.

Notæ in hanc Epiſtolam. 332.

EPISTOLA Encyclica Epiſcoporum Hiſpaniæ ad omnes orthodoxos, juxta præſcriptum Gelaſii II. Papæ, in gratiam eorum qui auxilium ſive eleemoſynam contulerint Eccleſiæ Cæſar-auguſtanæ, paullò antea Sarracenis ereptæ. 333.

Notæ Severini Binii, 333.

CONCILIUM TOLOSANUM celebratum pro facta in Hiſpaniam expeditione adverſus Sarracenos, anno Chriſti MCXVIII. 334.

EPISTOLA I. Calliſti II. Papæ ad Pelagium Bracarenſem Epiſcopum. 334.

EPISTOLA II. Ad Bernardum Toletanum Primatem, circa jura Primatus Toletani, anno Chriſti MCXXII. 334.

EPISTOLA III. Ad eundem, anno Chriſti MCXXII. 335.

EPISTOLA IV. Ad Ovetenſem & Legionenſem Epiſcopos. Anno Chriſti MCXXII. 336.

EPISTOLA V. Ad Epiſcopos, Abbates, & cæteros in Hiſpania. An. Chriſti MCXXII. 336.

EPISTOLA VI. Ad Oldegarium Archiepiſcopū Tarraconenſem. An. Chriſti MCXXIII. 336.

CONCILII Lateranenſis I. Generalis, ſub eodem Calliſto II. Papa congregati, anno Chriſti MCXXIII. Canon undecimus. 337.

Nota Stephani Baluzii. 337.

De diſſidio Toletani & Compoſtellani Archiepiſcoporum, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXIV. Pontificatûs autem domini Calliſti Papæ anno VI. *Ex compendio Hiſtoriæ Compoſtellanæ Ms. auctore Munione Adephonſiade fol. 70.* 338.

Literæ Toletani ad Compoſtellanum, de interdictione Concilii. 338.

Literæ Compoſtellani ad Toletanum, de reſponſione interdictionis, & aliorum ſibi ab illo objectorum. 339.

EPISTOLA Oldegarii Archiepiſcopi Tarraconenſis, ad Raymundom Epiſcopum Auſonenſem ſuffraganeum ſuum. Circa annum Chriſti MCXXIV. 340.

CONCILIUM Palentinum celebratum Erâ MCLXVII. ideſt anno Chriſti MCXXIX. *Ex lib. III. Hiſtoriæ Compoſtellanæ Munionis Adephonſiadis, ſcriptoris ejuſdem temporis, à nobis primò editum ex Ms. Mondexarenſi.* 340.

Decreta Pontificum. 340.

EPISTOLA Domni Oldegarii Tarraconenſis Archiepiſcopi ad Innocentium II. Papam, circa annum Chriſti MCXXXI. *Nunc primùm edita ex Ms. Eccleſiæ Rotenſis.* 342.

Alphonſi VII. Hiſpaniæ Regis præceptum, in quo Abbatia SS. Facundi & Primitivi Cluniaco ſubjicitur. Anno Chriſti MCXXXII. 343.

EPISTOLA Innocentii II. Papæ ad Petrum Abbatem Cluniacenſem, anno Chriſti MCXXXIII. 344.

CONCILIUM Legionenſe, ſive Comitia, celebrata Erâ MCLXXIII. an. Chr. MCXXXV. die ipſo ſancti Spiritûs. *Ex Hiſtoria Adephonſi VII. Imperatoris, Latinè ſcripta, ac extante in Bibliotheca Ms. Eccleſiæ Toletanæ.* 344.

CONCILIUM Burgenſe celebratum Erâ MCLXXIV. anno Chriſti MCXXXVI. regnante in Hiſpania Alphonſo VII. tempore Innocentii II. Papæ, 345.

CONCILIUM Vallis-oletanum, celebratum hortatu Alphonſi VII. Erâ MCLXXV. ideſt, anno Chriſti MCXXXVII. 346.

Privilegium Raymundi Comitis Barcinonenſis, quo pollicetur ſe deinceps invaſurum non eſſe bona Epiſcopi Barcinonenſis, anno Chriſti MCXXXVII. 347.

Nota Stephani Baluzii. 347.

EPISTOLA Innocentii II. Papæ ad Archiepiſcopum Narbonenſem & Epiſcopū Helenenſem, anno Chriſti MCXL. 348.

Conventus Epiſcoporum apud Gerundam, pro conſtituenda nova militia adverſus Sarracenos, ad defendendam Occidentalem Eccleſiam, anno Chriſto MCLXIII. 349.

EPISTOLA I. Cœleſtini II. Papæ ad Toletanum Archiepiſcopum, an. Chriſti MCXLIV. 351.

Ejuſdem Epiſtola II. Confirmatio monaſterii S. Vincentii Salmanticenſis in Hiſpania, anno Chriſti MCXLIV. 351.

EPISTOLA I. Lucii II. Papæ ad Raymundum Archiepiſcopum Toletanum, anno Chriſti MCXLIV. 351.

Ejuſdem Epiſtola II. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Hiſpaniæ, an. Chriſti MCXLIV. 352.

EPISTOLA Alphonſi Regis Portugalliæ ad Luciū II. Papam, anno Chriſti MCXLIV. 353.

Nota Cardinalis de Aguirre. 353.

Reſponſoria Lucii II. Papæ, anno Chriſti MCXLV. 353.

Nota Card. de Aguirre. 354.

CONCILIUM Tarraconenſe, celebratum anno Domini MCXLVI. tempore Eugenii Papæ III. 354.

CONCILIUM Palentinum, ſeu potiùs Comitia, ab Alphonſo VII. celebrata apud Palentiam Erâ MCLXXXVI. ideſt anno Chriſti MCXLVIII. 354.

EPISTOLA I. Eugenii III. Papæ ad Raymundum Toletanum Archiepiſcopum, circa annum Chriſti MCL. 355.

Nota Cardinalis de Aguirre. 355.

Privilegium Raymundi Comitis Barchinonenſis, quo promittit ſe deinceps invaſurum non eſſe bona Epiſcoporum provinciæ Tarraconenſis. Anno Chriſti MCL. 355.

Digitized by Google

EPISTOLA II. Eugenii III. Papę ad Joannem Toletanum Archiepiſcopum, anno Chriſti MCLII. 356.
Nota Cardinalis de Aguirre. 357.
Ejuſdem Epiſtola III. Ad Joannem Bracarenſem Archiepiſcopum, incerto anno. 357.
Ejuſdē Epiſtola IV. ad Alphonſum Hiſpaniarum Regem, poſt annū Chriſti MCXLVIII. 357.
Ejuſdem Epiſtola V. ad eundem, incerto anno. 358.
Nota Cardinalis de Aguirre. 359.
Ejuſdem Epiſtola VI. ad Bracarenſem Archiepiſcopum, eodem anno. 359.
Ejuſdem Epiſtola VII. ad Bernardum Tarraconenſem Archiepiſcopum, incerto anno. 359.
Ejuſdem Epiſtola VIII. ad Joannem Toletanum Archiepiſcopum, eodem anno. 360.
Ejuſdem Epiſtola IX. ad Bernardum Archiepiſcopum Tarraconenſem, incerto anno. 360.
Ejuſdem Epiſtola X. ad Hiſpaniarnm Epiſcopos, eodem anno. 361.
Ejuſdem Epiſtola XI. ad Tarraconenſem Archiepiſcopum Apoſtolicę ſedis Legatum, incerto anno. 361.
Ejuſdem Epiſtola XII. ad Clerum & populum Toletanum, incerto anno. 362.
Conventus Epiſcoporum apud Salmanticam, præſente Alphonſo VII. Erâ MCXCII. anno Chriſti MCLIV. 362.
Anaſtaſii IV. Papæ Epiſtola I. ad Bracarenſem Archiepiſcopum, anno Chriſti MCLIV. 363.
Ejuſdem Epiſtola II. ad Hyacinthum Cardinalem & Legatum in Hiſpania, anno Chriſti MCLIV. 363.
CONCILIUM Vallis-oletanum Generale, Præſide Hyacintho S. R. E. Cardinale, & Apoſtolicæ ſedis Legato, ſub Alphonſo VII. Erâ MCXCIII. anno Chriſti MCLV. 364.
Hadriani IV. Papæ Epiſtola I. ad Tarraconenſem & Narbonenſem Archiepiſcopos, anno Chriſti MCLV. 364.
Ejuſdem Epiſtola II. ad Bracarenſem Archiepiſcopum, circa annum Chriſti MCLVI. 365.
Ejuſdem Epiſtola III. ad Ludovicum Francorum Regem: ubi de expeditione in Hiſpaniam. Incerto anno. 365.
Ejuſdem Epiſtola IV. ad Joannem Toletanum Archiepiſcopū, circa an. Chriſti MCLV. 367.
Nota Cardinalis de Aguirre. 368.
Ejuſdem Epiſtola VI. ad eundem, incerto anno. 368.
Ejuſdem Epiſtola VI. ad eundem, Incerto anno. 369.
Ejuſdem Epiſtola VII. ad Berengarium Archiepiſcopum Narbonēſem, Artaldum Epiſcopum Helenenſem, & Barones per Helenenſem Epiſcopatum conſtitutos. Circa annum Chriſti MCLVI. 369.
Conventus Epiſcoporum apud Caſtrum Morel in Aragonia. Pro confirmatione privilegiorum monaſterii Sancti Ruffi Valentinenſis provinciæ Viennenſis in Gallia. Anno Chriſti MCLVII. 370.
Conventns Epiſcoporum apud monaſterium Arulenſe, pro dedicatione ejuſdem Eccleſiæ. Anno Chriſti MCLVII. 371.
EPISTOLÆ Alexandri Papæ III. ad Hiſpanos. Epiſtola I. Ad Narhonenſem Archiepiſcopum & Helenenſem Epiſcopum. Anno Chriſti MCLXI. 373.
Privilegium Ermengaudi Comitis Urgellenſis, quo abdicat conſuetudinem quam ab anteceſſoribus ſuis habebat, capiendi bona mobilia & immobilia Epiſcoporum Urgellenſium defunctorum. Anno Chriſti MCLXII. 373.
EPISTOLA II. ad Poncium Priorem Eccleſiæ S. Mariæ de Campo, an. Chriſti MCLXIII. 374.
EPISTOLA III. ad Raymundum Abbatem monaſterii S. Martini Canigonenſis. Anno Chriſti MCLXIII. 375.
EPISTOLA V. ad Berengariū Abbatem monaſterii Guixalenſis. An. Chriſti MCLXIII. 377.
EPISTOLA VI. ad Archiepiſcopnm Toletanum. Anno Chriſti MCLXIII. 378.
EPISTOLA VII. ad Canonicos Pampilonenſes. Anno Chriſti MCLXIII. 378.
EPISTOLA VIII. ad Guinardum Comitem Ruſcinonenſem. Anno Chriſti MCLXV. 378.
EPISTOLA IX. ad Narhonenſem, Barcinonenſem, Helenenſem, & Gerundenſem Epiſcopos. Eodem anno. 379.
EPISTOLA X. ad Abbatem & monachos Rivipullenſes. Anno Chriſti MCLXVII. 379.
EPISTOLA XI. ad Epiſcopū Auſonenſem, ejuſque capitulum. An. Chriſti MCLXVII. 380.
EPISTOLA XII. ad Vicenſem Epiſcopum. Anno Chriſti MCLXVII. 381.
EPISTOLA XIII. ad Oſcenſem & Barchinonenſem Epiſcopos. An. Chr. MCLXVII. 381.
EPISTOLA XIV. ad Petrum Abbatem & monachos Vallis-laureæ. Anno Chriſti MCLXVIII. 381.
EPISTOLA XV. ad eoſdem. Anno Chriſti MCLXVIII. 381.
EPISTOLA XVI. ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, & cæteros Prælatos Hiſpaniæ. An. Chriſti MCLXVIII. 382.
EPISTOLA Berengarii de Tarragona ad Ildephonſum Regem Aragonum. Anno Chriſti MCLXXI. 383.
EPISTOLA XVII. ad ſuffraganeos Eccleſię Tarraconenſis. Anno Chriſti MCLXXI. 384.
EPISTOLA XVIII. ad Willelmum Archiepiſcopum Tarraconenſem & ſuffraganeos ejus. Anno Chriſti MCLXXI. 384.
Nota D. Stephani Baluzii. 385.
EPISTOLA XIX. ad Ildephonſum Regem Aragoniæ. Anno Chriſti MCLXXI. 385.
EPISTOLA XX. ad eundem. Anno Chriſti MCLXXI. 386.
EPISTOLA XXI. ad Tarraconenſem Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Sedis legatum. Anno Chriſti MCLXXI. 386.
EPISTOLA XXII. ad Vibianum Abbatem, & monachos Sanctæ Mariæ de Monte-læto, ſive, Hyracenſis, in Navarra. Anno Chriſti MCLXXII. 387.
EPISTOLA XXIII. ad Raymundum Abbatem &

Digitized by Google

& monachos S. Stephani Balneolenſis, anno Chriſti MCLXXIV. 388.
EPISTOLA XXIV. ad Magiſtrum militiæ S. Jacobi in Hiſpania, ejuſque fratres, anno Chriſti MCLXXV. 390.
EPISTOLA XXV. ad Legionenſem Epiſcopum, incerto anno. 393.
EPISTOLA XXVI. ad Toletanum Archiepiſcopum, incerto anno. 393.
EPISTOLA XXVII. ad Toletanum Archiepiſcopum, incerto anno. 394.
EPISTOLA XXVIII. ad Lucenſem Epiſcopum, incerto anno. 394.
EPISTOLA XXIX. ad Zamorenſem Epiſcopum, incerto anno. 395.
CONCILIUM Salmanticenſe, præſide Hyacintho S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, tempore Alexandri Papæ III. 395.
Literæ Cerebruni Archiepiſcopi Toletani, anno Chriſti MCLXXV. 395.
CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Berengario ejus ſedis Archiepiſc. anno Dom. MCLXXX. 396.
Additio ex D. Mabillone. 396.
Acta concordiæ initæ inter Auſcitanam & Cæſaraugustanam Eccleſiam, occaſione Eccleſiæ Alagonenſis, anno Chriſti MCLXXXII. 397.
Urbani II. Papæ Epiſtola I. ad Archiepiſcopum Tarraconenſem & Epiſcopum Barcinonenſem, anno Chriſti MCLXXXV. 398.
EPISTOLA II. ad Martinum Abbatem & monachos Sancti Petri de Exlonza, anno Chriſti MCLXXXVI. 398.
CONCILIUM Salmanticenſe, præſide Guillelmo Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, anno circiter MCXC. 400.
Cœleſtini III. Epiſtola ad capitulum Narbonenſe, anno Chriſti MCXCI. 400.
EPISTOLA II. ejuſdem ad canonicos Urgellenſes, anno Chriſti MCXCIV. 401.
Conventus Epiſcoporum apud Gerundam, in quo Petrus Aragonum Rex conſtitutionem edidit adverſus hæreticos, anno Chr. MCXCVII. 401.
CONCILIUM Salmanticenſe, præſide Guillelmo S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, circa annum Domini MCXC. 403.
EPISTOLÆ Innocentii Papæ III. ad Hiſpaniam ſpectantes, ab anno MCXCIX. uſque ad MCCXVI. 403.
Admonitio ad lectorem. 403.

EX LIBRO I. EPISTOLARUM INNOC. III. juxta editionem D. Stephani Baluzii.

EPISTOLA I. ad Tarraconenſem Archiepiſcopum, & Sacriſtam Vicenſem. 404.
II. ad Zamorenſem Epiſcopum. 404.
III. ad Lucenſem Epiſcopum, Abbatem de Melon, & Petrum Joannem archidiaconum Aſtoricenſem. 405.
IV. Zamorenſi Epiſcopo, Abbati Saltus-Noval, & Priori Sancti Marci. 405.
V. Zamorenſi Epiſcopo. 406.
VI. Decano Aſtoricenſi. 406.
VII. Dilecto filio fratri Raynerio. 407.
VIII. Eidem fratri Raynerio. 408.
IX. Illuſtri Regi Portugalliæ. 408.
X. Lamecenſi Epiſcopo, & G. monacho quondam Epiſcopo Lamecenſi, & Priori de Eccleſiola. 408.
XI. Ovetenſi Epiſcopo. 409.
XII. Fratri Raynerio Legato ſedis Apoſtolicæ apud Hiſpaniam. 409.
XIII. Tarraconenſi Archiepiſcopo. 410.
XIV. Oxomenſi, Oſcenſi, & Dertuſenſi Epiſcopis. ibid.
XV. Illuſtri Regi Navarræ. ibid.
XVI. Bracarenſi Archiepiſcopo, & Abbati de Burio. ibid.
XVII. Abbati Alcobatienſi, Fr. Menendi, & P. Exod. monachis Alcobatiæ. 411.
XVIII. Epiſcopo & Priori Elborenſi. ibid.
XIX. Decano Ulixbonenſi, Priori & P. Frodiz monacho de Alcobatia. ibid.
XX. Abbatibus da Saxeta, & de Manzenera, & P. Frod. monacho de Alcobatia. 412.
XXI. Abbatibus de Alcobatia, & de Seiza, & Priori de Alcobatia. ibid.
XXII. Abbatibus de Sazeta, & de Manzenera, & Fr. Menendi monacho de Alcobatia. ibid.
XXIII. Burgenſi & Palentino Epiſcopis. 413.
XXIV. Fratri Raynerio. ibid.
XXV. Epiſcopo & archidiacono Zamorenſi, & Didaco Priori de Morerola. ibid.
XXVI. Alphonſo Aurienſi Epiſcopo. 414.
XXVII. Epiſcopo & canonicis Hoſcenſibus. ibid.
XXVIII. Epiſcopo Segobienſi. ibid.
XXIX. Hoſcenſi & Tyraſſonenſi Epiſcopis. 415.
XXX. Alphonſo Epiſcopo, & capitulo Aurienſi. ibid.
XXXI. Calaritano Archiepiſcopo, Epiſcopo Sorano, & electo Turritano. ibid.
XXXII. Decano Ulixbonenſi, de Alcobatia, & Sanctæ Mariæ de Carcadi Prioribus. 417.
XXXIII. Fratri Raynerio. 418.
XXXIV. Archipresbytero & clericis Burgenſis Eccleſiæ. ibid.
XXXV. Sancio illuſtri Regi Portugallenſi. ibid.
XXXVI. Regi Portugalliæ. 419.
XXXVII. Fratri Raynerio. ibid.
XXXVIII. Urgellenſi Epiſcopo. ibid.
XXXIX. Capitulo Urgellenſi. 420.
XL. Archiepiſcopo Tarraconenſi. ibid.
XLI. Petro Colimbrienſi Epiſcopo. 421.
XLII. Colimbrienſi & aliis Epiſcopis in regno Portugalliæ conſtitutis. ibid.
XLIII. Illuſtri Regi Navarræ. 421.
XLIV. Petro Colimbrienſi Epiſcopo. 422.

EX LIBRO II. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Illuſtri Regi Aragonum. ibid.
II. Magiſtro & fratribus Ordinis de Calatrava, tam præſentibus quàm futuris, ſecundùm Ordinem Ciſtercienſium fratrum viventibus. 423.

III. Oxomenſi Epiſcopo. 424.
IV. Oxomenſi Epiſcopo. 425.
V. Hiſpano decano Toletano, ibid.
VI. Hiſpano archidiacono de Colera, ibid.
VII. Epiſcopo Abulenſi, ibid.
VIII. Compoſtellano Archiepiſcopo, & univerſis Epiſcopis in regno Legionenſi conſtitutis. 426.
IX. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo. 428.
X. Bracarenſi Archiepiſcopo. 430.
XI. Martino Bracarenſi Archiepiſcopo, 433.
XII. Epiſcopo Tudenſi, decano Zamorenſi, & Priori Sancti Iſidori Legionenſis, 433.
XIII. Bracarenſi Archiepiſcopo. 433.
XIV. Ulixbonenſi, Elborenſi, & Lamecenſi Epiſcopis, & clero & populo Egitanienſi, 434.
XV. Lucenſi, Aſtoricenſi, Mindoolenſi, Aurienſi, & Tudenſi Epiſcopis. ibid.
XVI. Archiepiſcopo & Capitulo Compoſtellano. 435.
XVII. Martino Bracarenſi Archiepiſcopo. ibid.
XVIII. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum, ibid.
XIX. Martino Bracarenſi Archiepiſcopo. 437.
XX. Archiepiſcopo, decano, & capitulo Compoſtellano. ibid.
XXI. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo. ibid.
XXII. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo, 438.
XXIII. Toletano & Bracarenſi Archiepiſcopis, & ſuffraganeis eorum Orienſi & Legionenſi Epiſcopis, ibid.
XXIV. Magiſtris & fratribus Spathariis, & religioſis per Hiſpanias conſtitutis. ibid.
XXV. Bracarenſi Archiepiſcopo. 439.
XXVI. Portugallenſi & Lamecenſi Epiſcopis, & Abbati de Burio, ibid.
XXVII. Oxomenſi, Portugallenſi, & Placentinenſi Epiſcopis. 440.
XXVIII. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo. ibid.
XXIX. Petro Archiepiſcopo, & capitulo Compoſtellano. ibid.
XXX. Bracarenſi Archiepiſcopo, & Priori Eccleſiolæ, & Fr. Menendi monacho de Alcobatia, 441.

EX LIBRO X. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Zamorenſi, Segobienſi, & Abulenſi Epiſcopis. 442.
II. Compoſtellano Archiepiſcopo, ibid.
III. Eidem. 443.
IV. Archiepiſcopo & Epiſcopis per Hiſpaniam & Guaſconiam conſtitutis. ibid.
V. Cæſar-auguſtano Epiſcopo. ibid.
VI. Archiepiſcopis & Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & univerſis clericis in regno Aragoniæ conſtitutis. ibid.
VII. Civibus, & univerſo populo Dertuſenſi, 444.

EX LIBRO XI. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Illuſtri Regi Aragonum. ibid.
II. In eundem ferè modum illuſtri Reginæ Aragonum. 445.
III. Illuſtri Regi Aragonum. 445.
IV. Tarraconenſi, Bracarenſi, & Compoſtellano Archiepiſcopis, 446.

EX LIBRO XII. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Petro Compoſtellano Archiepiſcopo. 447.
II. Epiſcopo, & F. & V. Archidiaconis Salamantinis. ibid.
III. Illuſtri Regi Aragonum, 449.
IV. Epiſcopo Seguntino, ibid.
V. Epiſcopo Segobienſi & Palentino electo, & archidiacono Septempublicenſi Segobienſis diœceſis, 450.
VI. Epiſcopo, & S. de Aunes archidiacono, Oſcenſibus, & Decano Tyraſſonenſi. ibid.

EX LIBRO XIII. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Roderico Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. 451.
II. Capitulo Toletano. 452.
III. Hiſpano Eccleſiæ Toletanæ decano. 452.
IV. Epiſcopo & Magiſtro Flo. archidiacono Zamorenſi, & Abbati de Morerola diœceſis Zamorenſis. 453.
V. Burgenſi Epiſcopo, ibid.
VI. Zamorenſi & Legionenſi Epiſcopo. 454.
VII. Zamorenſi Epiſcopo, & magiſtris Mauricio archidiacono Toletano, & Michaëli canonico Segobienſi, 455.
VIII. Eiſdem, ibid.
IX. Eiſdem. 456.
X. Fratribus monaſterii Onienſis. 457.
XI. Epiſcopo Zamorenſi, & Mauricio archidiacono Toletano, & magiſtro Michaëli canonico Segobienſi. 458.
XII. Durando de Oſca, & Willelmo de S. Antonino, eorumque fratribus in Fide Catholica permanentibus, ibid.
XIII. Archiepiſcopo & ſuffraganeis Tarraconenſis Eccleſiæ, ibid.
XIV. Epiſcopo & cantori Zamorenſi, & Abbati de Morerola diœceſis Zamorenſis. 459.
XV. Compoſtellano Archiepiſcopo. 460.
XVI. Archiepiſcopis & Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, 461.
XVII. Palentino & Burgenſi Epiſcopis, & Abbati de Morimundo Ciſtercienſis Ordinis. ibid.

EX LIBRO XIV. EPISTOLARUM INNOC. III.

EPISTOLA I. Archiepiſcopo Toletano, & Tyraſſonenſi, Colimbrienſi, & Zamorenſi Epiſcopis. ibid.

II. Al-

II. Aldephonſo illuſtri Regi Caſtellæ. 462.
III. F. primogenito chariſſimi in Chriſto filii noſtri A. Illuſtris Regis Caſtellæ. ibid.
IV. Illuſtri Regi Portugallenſi. ibid.
V. Compoſtellano Archiepiſcopo. 464.
VI. Eidem. ibid.
VII. Toletano Archiepiſcopo. 465.
VIII. Illuſtri Regi Portugalliæ. ibid.
IX. Sancio illuſtri Regi Portugallenſi. ibid.
X. Compoſtellano Archiepiſcopo, & Bracarenſi electo, & Zamorenſi Epiſcopo. 466.
XI. Nobili mulieri M. filiæ Sancii quondam Regis Portugallenſis. ibid.
XII. Archiepiſcopo Compoſtellano, & Ulixbonenſi & Egitanienſi Epiſcopis. ibid.
XIII. Nobilibus mulieribus Taraſiæ Reginæ & S. filiabus S. quondam Regis Portugalenſis. 467.
XIV. Compoſtellano Archiepiſcopo, & Zamorenſi & Aſtoricenſi Epiſcopis. ibid.
XV. Priori & conventui Sancti Vincentii Ulixbonenſis. ibid.
XVI. Abbati, ſuperiori, & ſacriſtæ Alcobatiæ, Ulixbonenſis diœceſis. 468.
XVII. Cæſar-auguſtano & Tyraſſonenſi Epiſcopis, & R. Lain archidiacono Jaccenſi, Oſcenſis diœceſis. ibid.
XVIII. Illuſtri Regi Caſtellæ. 469.

EX LIBRO XV. EPISTOLARUM INNOCENTII III.

EPISTOLA I. Toletano & Compoſtellano Archiepiſcopis. ibid.
II. Helenenſi Epiſcopo. 470.
III. Illuſtri Regi Aragonenſi. 471.
IV. Mariæ illuſtri Reginæ Aragonenſi, & hominibus Montis-Peſſulani. ibid.
V. Aſtoricenſi Epiſcopo, & Palentinenſi electo. ibid.
Supplicatio generalis ad Deum Romæ indicta ab Innocentio III. Papa feriâ IV. poſt octavam Pentecoſtes, anno Domini MCCXII. ad divinum auxilium implorandum in bello contra Mauros apud Hiſpaniam gerendo. 472.
EPISTOLA Alphonſi VIII. (aliàs IX.) Regis Caſtellæ, ad dominum Papam Innocent. III. ibid.
VI. Illuſtri Regi Caſtellæ. 475.
VII. Nobili viro Simoni Comiti Montis-fortis. 476.
VIII. Eidem. ibid.
IX. Mariæ illuſtri Reginæ Aragonum. ibid.

EX LIBRO XVI. EPISTOLARUM INNOCENTII III.

EPISTOLA I. Zamorenſi & Portugallenſi Epiſcopis, & magiſtro Florentio archidiacono Zamorenſi. 479.
CONCILIUM Vaurenſe in cauſſa Petri Aragonum Regis Comitem Toloſanum protegentis celebratum anno Domini MCCXIII. 480.

Petitiones illuſtris Petri Regis Aragonum in Concilio apud Vaurum coacto an. MCCXIII. ſimul & reſponſio Patrum congregatorum ad ipſum. ibid.
Reſponſum Prælatorum in Concilio apud Vaurum. 481.
EPISTOLA II. Fr. A. Narbonenſis Archiepiſcopi, Legati Sedis Apoſtolicæ. 482.
EPISTOLA III. Archiepiſcopi Tarraconenſis, aliorumque Epiſcoporum, & Abbatum, ad Innocentium III. Papam. 483.
Conſulum Toloſæ juramentum. ibid.
Profeſſio Comitis Fuxenſis. 484.
Profeſſio Comitis Convenarum. ibid.
Profeſſio Gaſtonis de Bearno. 485.
EPISTOLA IV. Petro Sanctæ Mariæ in Aquiro diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato. ibid.
Statutum Petri II. Aragoniæ Regis, ſuper iis qui excommunicationis fulmine icti, in eadem excommunicatione perſiſtunt. Deque pœna iis, qui clericum percuſſerint, infligenda. Ac Bulla Gregorii Papæ ſuper iiſdem. Anno Chriſti MCCX. *Ex archivo Eccleſiæ Valentinæ*. 486.
Teſtamentum Mariæ Reginæ Aragoniæ, anno Chriſti MCCXIII. Ex membranis D. d'Herouval apud D'Acherium tomo 9. *Spicil.* paginâ 168. 487.
EPISTOLÆ Honorii III. Papæ ad Hiſpanos. 488.
EPISTOLA I. Ad Rodericum Archiepiſcopum Toletanum. De Primatu Toletano, circa annum MCCXVII. ibid.
II. Ad Archiepiſcopum & Capitulum Bracarenſe. De eodem argumento, an. Chr. MCCXVII. 489.
III. Ad Rodericum Archiepiſcopum Toletanum. Primatus in Hiſpalenſem Metropolim conceditur, anno Chriſti MCCXVIII. ibid.
IV. Ad B. Apoſtolicæ Sedis Legatum in Hiſpania. Habet in ſua protectione Regem Jacobum I. Aragoniæ, & omnem ditionem ſuam, dum infans eſſet, anno Chriſti MCCXX. 490.
V. Ad Epiſcopum Ilerdenſem. De inſtituendis monachis Ciſtercienſibus in monaſterio Lavacenſi, anno Chriſti MCCXXIII. ibid.
EPISTOLA Alphonſi Regis Caſtellæ ad Philippum Auguſtum Francorum Regem, quo ab eo petit auxilium adverſus Sarracenos, anno Chriſti MCCX. 491.
CONCILIUM Ilerdenſe præſide Joanne Epiſcopo Sabinenſi, S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, anno Dom. MCCXXIX. ibid.
CONCILIUM Turiaſonenſe, præſide Joanne S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, anno Domini MCCXXIX.
Acta Concilii Turiaſonenſis, in cauſſa divortii facti inter Jacobum Regem Aragoniæ, & Eleonoram Reginam, an. Domini MCCXXIX. Ex Didaco Dormer in libro cui titulus: *Diſcurſos varios de hiſtoria*, pag. 54. 493.
CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Aſparago Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum

bratum anno Domini MCCXXX. 495.

EPISTOLA Gregorii IX. Papæ ad Archiepiſcopum Toletanum & ſuffraganeos, anno Chriſti MCCXXXVI. ibid.

Votum à Jacobo Aragonum Rege debellacore factum de locupletaoda Valentina Eccleſia annuis redicibua, ſi eam urbem à Mauroruṁ jugo liberaret, anno Chriſti MCCXXXVI. *Nunc primùm prodit ex Ms. Eccleſiæ Valentinæ.* ibid.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Petro Albalatio Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum anno Domini MCCXXXIX. 496.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio, celebratum anno Domini MCCXL. ibid.

Jacobus Aragonum Rex, cognomento Bellator, votum ſolvit, & Eccleſiam Valentinam annuis reditibus ditat, anno Chriſti MCCXLI. *Nunc primùm prodit ex Ms. Eccleſiæ Valentinæ.* 497.

CONCILIUM Tarraconenſe ob Valdenſes hæreticos celebratum an. Dom. MCCXLII. 498.

Privilegium Regis Jacobi, in quo conceditur Judæis, Mauriſque, ut Fidem Catholicam amplecti valerent abſque ulla bonorum amiſſione. Anno Chriſti MCCXLII. *Nunc primùm prodit ex Ms. Eccleſiæ Valentinæ.* 501.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, anno Domini MCCXLII. 502.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLIV. ibid.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLVI. ibid.

CONCILIUM Ilerdenſe, præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum anno Domini MCCXLVI. 503.

Literæ Aznaris Epiſcopi Calagurritani, anno Chriſti MCCXLVI. ibid.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLVII. 504.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide eodem Petro Albalatio celebratum anno Domini MCCXLVIII. ibid.

EPISTOLA Innocentii Papæ IV. ad Raymundum de Penna-forti, Ordinis Prædicatorum magiſtrum, & Provincialem Hiſpaniæ, anno Chriſti MCCXLIX. De hæreſi extirpanda. ibid.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Benedicto Tarraconenſi Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCLIII. 505.

Literæ Eduardi primogeniti Regis Angliæ procuratoriæ ad contrahendum matrimonium cum Alionora ſorore Regis Caſtellæ, anno Chriſti MCCLIV. ex chartis D. d'Herouval apud d'Acherium Tomo X. *Spicileg.* ibid.

Conſtitutiones ſynodales Valentinæ diœceſis, editæ per Reverendiſſimum in Chriſto patrem fratrem Andream de Albalato Epiſcopum Valentinum. Anno Chriſti MCCLV. *Nunc primùm edita ex veteri Codice Ms. aſſervato in archivo ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ.* 506.

Conventus Epiſcoporum apud Ilerdam, in quo Jacobus Rex Aragonum confirmavit jura & privilegia omnibus ſuarum ditionum Epiſcopis, & cæteris Prælatis, an. Chr. MCCLVII. 512.

EPISTOLA Alexandri IV. Papæ ad Aprilem electum Epiſcopum Urgellenſem, anno Chriſti MCCLVII. 513.

Nota Stephani Baluzii. 514.

EPISTOLA II. Ad Capitulum Urgellenſe, de eodem electo, anno Chriſti MCCLVII. ibid.

Literæ de matrimonio Philippi, Sancti Ludovici & Iſabellis, filiæ Jacobi Regis Aragonum, anno Chriſti MCCLVIII. Ex ſchedis D. d'Herouval apud Acherium Tomo XII. *Spicilegii*, pag. 586. 516.

Conſtitutiones ſynodales fratris Arnaldi de Peralta Epiſcopi Valentini, ab anno MCCLXI. uſque ad MCCLXXIII. *Nunc primùm edita ex veteri Codice Ms. aſſervato in archivo ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ.* 516.

Matrimonium initum per procuratores inter Fernandum filium Regis Caſtellæ, & Blancham Regis Franciæ filiam, anno Chr. MCCLXVI. Ex ſchedis domini d'Herouval, apud Acherium Tomo XII. *Spicilegii*, pag. 593. 521.

Contractus matrimonii inter Sancium filium Regis Alphonſi & Guillelmam filiam Gaſtonis Vice-comitis Bearnenſis, ao. Chr. MCCLXX. Ex membranis D. d'Herouval apud Acherium Tomo VIII. pag. 245. 523.

CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Bernardo Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCLXXIX. ad procurandam canonizationem Raymundi de Penna-forti, paucis retrò annis vitâ functi. ibid.

Martini II. Papæ ſententia excommunicationis contra invaſores regni Siciliæ, anno Chriſti MCCLXXXII. ibid.

Proceſſus habitus contra Petrum Regem Aragonum an. Dom. MCCLXXXII. indict. XI. 525.

Proceſſus depoſitionis, habitus contra Petrum Regem quondam Aragonum, anno Chriſti MCCLXXXIII. 532.

EPISTOLA Martini II. Papæ ad Eduardum I. Regem Angliæ, an. Chriſti MCCLXXXIV. 534.

Bonifacii VIII. Bulla, in qua conſtituit Jacobum II. Aragonum Regem Chriſtiani exercitûs ducem, anno Chriſti MCCXCVI. 535.

Privilegium Jacobi II. in quo Judæi vel Sarraceni orthodoxam religionem amplexi, à bonorum amiſſione eximuntur: ac pariter jubetur ne à quoquam conviciis vel ſcommatibus inceſſantur, anno Chriſti MCCXCVII. *Nunc primùm prodit ex Ms. Eccleſiæ Valentinæ.* 537.

CONCILIUM Penna-fidelenſe, præſide D. Ægidio Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCII. *juxta fidem Codicis Mendozarenſis.* 538.

Tituli Capitulorum. ibid.

Præ-

Præfatio. ibid.
Capitula. ibid.
Gabrielis Coſſartii Obſervatio. 543.
SYNODUS Oſcenſis in Aragonia celebrata anno Domini MCCCIII. ibid.
CONCILIUM Salmanticenſe juſſu Clementis V. Papæ in cauſſa Templariorum celebratum anno Domini MCCCX. ibid.
Nota Cardinalis de Aguirre. 544.
Chronicō Barcinonēſe ab an. Dom. CMLXXXV. uſque ad MCCCXI. *Ex Luca d'Acherio Tomo X. Spicileg. pag. 621.* ibid.
CONCILIUM Tarraconenſe, præſide Guillelmo Archiepiſcopo, in cauſſa Templariorum celebratum anno Domini MCCCXII. 546.
CONCILIUM Salmanticenſe, præſide Archiepiſcopo Compoſtellano, celebratum anno Chriſti MCCCXII. 547.
EPISTOLA Clementis V. Papæ ad Jacobum Regem Aragonum, anno Chriſti MCCCXIV. 548.
Bulla Joannis XXII. Papæ, pro erectione equeſtris Ordinis de Monteſia. Anno Chriſti MCCCXVII. 549.
EPISTOLA II. ad Magiſtrum & fratres Calatravenſes. Anno Chriſti MCCCXVII. 552.
EPISTOLA III. Ad Magiſtrum Ordinis Calatravenſis, anno Chriſti MCCCXVII. 553.
EPISTOLA IV. Ad Abbatem Sanctarum-Crucum. Anno Chriſti MCCCXVII. ibid.
EPISTOLA V. ad Epiſcopum Valentinum. Anno Chriſti MCCCXIX. 554.
CONCILIUM Cæſar-auguſtanum, Præſide D. Petro de Luna, primo ejus urbis Archiepiſcopo celebratum anno Chriſti MCCCXVIII. 555.
CONCILIUM Tarraconenſe, præſide D. Ximeno de Luna Archiepiſcopo, anno Chriſti MCCCXVIII. ibid.
CONCILIUM Vallis-oletanum, præſide Guillelmo Epiſcopo Sabinenſi, & Apoſtolicæ Sedis Legato, celebratum an. Dom. MCCCXXII. ſub Joanne XXII. Papa. *Editum juxta exemplar aſſervatum in Collegio Majori S. Ildephonſi Complutenſi, & collatum cum excuſſis, quorum varietatem ad oram rejecimus* 556.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. 557.
CONCILIUM Toletanum, præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primate, ac regni Caſtellæ Cancellario, celebratum anno Domini MCCCXXIII. *Nunc primùm prodit ex Ms. Mondexarenſi.* 569.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. 570.
CONCILIUM Toletanum celebratum anno Domini MCCCXXIV. *Juxta exemplar Mondexarenſe editum, & collatum cum excuſſis, quorum variantes lectiones ad marginem rejecimus.* 576.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. ibid.
CONCILIUM Complutenſe, celebratum anno Domini MCCCXXV. *Nunc primùm prodit ex Ms. Mondexarenſi.* 578.
CONCILIUM Complutenſe, præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCXXVI. *Primùm edidit Labbi ex Biblioth. Vallicellana: nunc autem contulimus cum Ms. Mondexarenſi.* 579.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. ibid.
CONCILIUM Toletanum, præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCXXVI. *Nunc primùm prodit ex Ms. Mondexarenſi.* 580.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. ibid.
Admonitio ad Lectorem. 581.
Conſtitutiones factæ per dominum Patriarcham in Concilio Tarraconenſi II. Kal. Februarii, anno Domini MCCCXXXI. *Nunc primùm prodeunt ex Cod. Ms. cui titulus:* La Bisbalia: *aſſervato in Eccleſia ſancta Metropolitana Eccleſia Valentina.* 582.
CONCILIUM Complutenſe, præſide D. Ximeno (aliàs Simone) de Luna, Archiepiſcopo Toletano, anno Domini MCCCXXXIII. 584.
CONCILIUM Salmanticenſe, celebratum Salmanticæ in Eccleſia Cathedrali, anno Chriſti MCCCXXXV. Præſide D. Joanne Archiepiſcopo Compoſtellano. *Ex Ms. S. Eccleſiæ Toletanæ.* ibid.
Tituli Decretorum. ibid.
Præfatio. 585.
Capitula. ibid.
Nota D. Mabillonii. 591.
Conſtitutiones ſynodales Eccleſiæ Helenenſis, ab anno MCCCXXXV. uſque ad MCCCLXXV. 592.
Conſtitutiones Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXXXV. ibid.
Conſtitutiones ſynodales Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Dom. MCCCXXXVII. 593.
Conſtitutiones ſynodales Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Dom. MCCCXXXVIII. 597.
Ejuſdem Conſtitutiones editæ anno Domini MCCCXXXIX. 598.
Ejuſdem Conſtitutiones editæ anno Domini MCCCXL. 599.
Conſtitutiones ſynodales Raymundi Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCLXX. 600.
Conſtitutiones ſynodales Petri Epiſcopi Helenenſis, pro reformatione Cathedralis Eccleſiæ Helenenſis. An. Chriſti MCCCLXXV. 605.
EPISTOLA I. Arnaldi Ceſcomitis Archiepiſcopi Tarraconenſis ad Benedictum XII. Papam. De Sarracenis ab Hiſpania pellendis, anno Chriſti MCCCXXXVII. 607.
EPISTOLA II. ad Joannem de Co[illegible]nis Epiſcopum,

pum, Cardinalem Portuenſem. De eodem argumento, eodam anno. 608.
EPISTOLA III. ad euodem, de eodem argumento, eodem anoo. 609.
CONCILIUM Toletanum, auctoritate Ægidii Toletani Archiepiſcopi, ad reformandos mores Eccleſiæ celebratum anno Domioi MCCCXXXIX. tempore Benedicti Papæ, 609.
Tituli Capitulorum, ibid.
Præfatio, 610.
Capitula. ibid.
CONCILIUM Barcinonenſe, Præſide Card. Rhodenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, celabratum anno Domioi MCCCXXXIX. 611.
EPISTOLA Clementis VI. ad Archiepiſcopum Tarraconenſem ejuſque ſuffraganeos, anoo Chriſti MCCCXLIII. 612.
CONCILIUM Complutenſe, auctoritate Ægidii Archiepiſcopi Toletani celebratum anno Domini MCCCXLVII. tempore Clementis Papæ VI. 614.
Tituli Capitulorum, ibid.
Capitula. ibid.
Privilegium Regis D. Petri Secundi Valentiæ, in quo deceroit Eccleſiaſticos à vectigalibus exemptos eſſe, jubetque ut illis reſtituatur qnod ſolverint. *Nunc primùm prodit ex Mſ. Eccleſiæ Valentinæ*. An. Chriſti MCCCXLIX. 615.
CONCILIUM Hiſpalenſe, præſidæ D. Nunio Archiepiſcopo celebratum anno Domini MCCCLII. 617.
CONCILIUM Toletanum, auctoritate Blaſii Archiepiſcopi celebratum an. Dom. MCCCLV. tempore Innocentii Papæ VI. ibid.
Tituli Capitulorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. ibid.
CONCILIUM Complutenſe Nationale, præſide D. Petro Tenorio Archiepiſcopo Toletano, celebratum circa an. Dom. MCCCLXXIX. 618.
Conventus Epiſcoporum apud oppidum de Illeſcas in regno Caſtellæ, anno Chriſti MCCCLXXIX. ibid.
CONCILIUM Toletanum, præſide D. Petro Tenorio, celebratum an. Dom. MCCCLXXIX. 619.
Conventus Epiſcoporum apud Burgos, habitus anno Domini MCCCLXXIX. ibid.
Conventus Epiſcoporũ apud Medinam Campeſtrem, celebratus anno Dom. MCCCLXXX. ibid.
CONCILIUM Salmanticeoſe celebratum anno Domini MCCCLXXXI. Præſide D. Petro de Luna Cardioali, & Clementis VII. Legato. 620.
Nota Cardinalis de Aguirre. ibid.
Conventus Epiſcoporum apud Navarram, habitus anno Domini MCCCLXXXVII. ibid.
Conventus Epiſcoporum apud Barcinonem, habitus anno Domini MCCCLXXXVII. 621.
CONCILIUM Palentinum ſub præſidio Petri de Luna Cardinalis in Hiſpania (quæ adhuc iſto tempore Clementi Anti-papæ adhærſcebat) celebratũ an. Dom. MCCCLXXXVIII. tempore Urbani Papæ VI. 621.
Tituli Capitolorum. ibid.
Præfatio. ibid.
Capitula. 622.
EPISTOLA Benedicti XIII. denominati Papæ, ad Joannem Regem Aragonum, anno Chriſti MCCCXCIV. 626.
Conventus Epiſcoporum apud Complutum, habitus aono Domini MCD. 627.
Conventus Epiſcoporum apud Vallis-oletum, habitus anoo Domini MCDIII. 628.
EPISTOLA Gregorii XII. Papæ ad Beoedictum XIII. Pſeudo-Papam. De unione. Anno Chriſti MCDVI. ibid.
EPISTOLA I. Benedicti XIII. Pſeudo-Papa ad Gregorium XII. An. Chriſti MCDVII. 629.
EPISTOLA II. ad Paulum Lucenſium Dynaſtam. Anno Chriſti MCDVIII. 630.
Literæ clauſæ miſſæ domino Benedicto per Cardioales partis ſuæ, unà cum aliis literis patentibus, per quas ad Concilium vocatur apud Piſas, anno Chriſti MCDVIII. 631.
Petri de Luna Reſponſio ad ſuperiores Cardinalium literas. 634.
Conciliabulum Perpinianenſe, celebratum auctoritate Benedicti XIII. ſeu Petri de Luoa Pſeudo-Papæ, anno Chriſti MCDIX. 637.
Additio Gabrielis Coſſartii ad Concilium Perpinlani in Aragonia celebratum. 638.
Geſta in Concilio domini Beoedicti, vel domini Petri de Luna. 639.
EPISTOLA Concilii Piſani Univerſalis, quod ad tollendum ſchiſma indictum, Gregorio Pontifice & Benedicto Pſeudo-papa depoſitis, Alexandro V. conſenſu Cardinalium utriuſque obedientiæ electo, celebratum fuit anno Domini MCDIX. 641.
Tenor ſententiæ definitivæ contra Petrum de Luna, & Angelum Corarium, contendentes de Papatu. Anno Chriſti MCDIX. 643.
CONCILIUM Salmanticenſe celebratum anno Domini MCDX. 645.
CONCILIUM Hiſpalenſe, præſide Patriarcha, Eccleſiæ Hiſpalenſis adminiſtratore, coactum anno Domini MCDXII. ibid.
Conventus Epiſcoporum, ſeu potiùs Comitia, apud Caſpem in Aragonia, anno Chriſti MCDXII. ibid.
Martini Papæ V. Diploma I. in gratiam Joannis de Contreras Archiepiſcopi Toletani, ejuſque ſucceſſorum, anno Chriſti MCDXXIV. 647.
Ejuſdem Diploma II. De eadem re, eodem anno. ibid.
CONCILIUM Dertuſanum apud urbem quæ nunc Tortoſa dicitur, celebratum anno Chriſti MCDXXIX. 648.
Subſcriptiones. 654.
Capitula. 663.
Decretum Alphonſi Regis Aragonum, de non accipiendis Reſcriptis tempore ſchiſmatis graſ-

ſantis anno MCDXLII. *Nunc primùm prodit ex Ms. Archivi regni Aragonum.* 670.
Nota D. Didaci Dormer. 671.
CONCILIUM Matritenſe, Præſide D. Roderico de Borgia Card. Legato, celebratum anno Domini MCDLXXIII. ibid.
CONCILIUM Arandenſe, in oppido Aranda celebratum ad reformandos cleri & populi mores, præſide D. Alphonſo Carillo Archiepiſcopo Toletano, tempore Xyſti Papæ IV. anno Chriſti MCDLXXIII. 672.
Tituli Capitulorum. 672.
Præfatio. 673.
Capitula. 673.
Nota Severini Binii. 682.
Conventus Theologorum apud Complutum, tempore Xyſti IV. Papæ habitus, præſide D. Alphonſo Carillo Archiepiſcopo Toletano, contra Petrum de Oſma, anno Chriſti MCDLXXIX. 682.
Diploma Xyſti Papæ IV. circa eandē rem. 686.
Notæ Variorum. 688.
Diploma Alexandri Papæ VI. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, adverſus parochos imperitos. Ut eorum inſcitiam corrigi, aut per idoneos vicarios ſuppleri curent. Anno Chriſti MCDXXIX. 689.
Diploma aliud ejuſdem Alexandri VI. ad quoſdam Præſules Hiſpaniæ. Injungit iis curam, & auctoritatem præſtat corrigendi, ac ſupplendi inſcitiam parochorum, ſi fortè alii Hiſpaniæ Prælati ea in re negligenter ſe habuerint. Eodem anno. 689.
Bulla ejuſdem Alexandri VI. Papæ, in qua Academia Valentina erigitur. Anno Chriſti MD. 690.
Nota Cardinalis de Aguirre. 692.

EX

EX CONCILIO TRIDENTINO
Seſſione XXIV.
Decreto *De reformatione*, cap. 2.

PROVINCIALIA Concilia ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controverſiis componendis, aliiſque ex ſacris Canonibus permiſſis, renoventur. Quare Metropolitani per ſe ipſos, ſeu illis legitimè impeditis, Coëpiſcopus antiquior, intra annum ad minus à fine præſentis Concilii, & deinde quolibet ſaltem triennio, poſt octavam Paſchæ Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu alio commodiori tempore, pro more provinciæ, non prætermittat Synodum in provincia ſua cogere, quò Epiſcopi omnes, & alii qui de jure vel conſuetudine intereſſe debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet, convenire omnino teneantur, &c.

INDEX

I N D E X
SACRORUM CANONUM, ET CONCILIORUM,
Quibus Eccleſia, præſertim Hiſpanica, regebatur ab ineunte ſexto ſæculo uſque ad initium octavi:

NUNC PRIMUM EDITUS

Ex Mſſ. antiquo Excellentiſſimi Marchionis Mondexarenſis, quod olim fuit cl. v. Joannis Perez, Canonici & Bibliothecarii Eccleſiæ Toletanæ, ac poſtea Epiſcopi Segobricenſis.

CARDINALIS DE AGUIRRE LECTORI S.

ECCLESIAM Hiſpanicam ab antiquiſſimo tempore uſam fuiſſe Codice aliquo Canonum antiquorum, dubitari non poteſt: tum quia illorum retinentiſſima fuit; tum etiam quoniam id in variis Hiſpaniæ Conciliis ſatis indicatur, aut palam teſtatum habetur. Etenim in Toletano II. celebrato Erâ DLXV. ideſt, anno Chriſti DXXVII. Epiſcopi congregati in ſubſcriptionibus utuntur formulâ illâ, ſalvâ auctoritate priſcorum Canonum.

Præterea in Bracarenſi I. (aliàs II.) Erâ DXCIIX. anno Chriſti DLX. Ariamiri Regis tertio, propoſitis & relectis decem & ſeptem capitulis circa Fidem & religionem, præſertim adversùs Priſcillianiſtas, ſubditur: Lucretius Epiſcopus dixit: Quoniam ea, quæ à Catholicis abominanda ſunt, manifeſtiùs & apertiùs etiam ignorantibus declarata ſunt; neceſſarium poſt hoc arbitror, ſi veſtræ fraternitati videtur, ut inſtituta nobis Sanctorum Patrum, recenſitis antiquis Canonibus, innoteſcant. Quæ, etſi non omnia, certè vel pauca quædam, quæ ad inſtructionem clericalis diſciplinæ pertinent, relegantur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Placet quod dictum eſt, & congrua res eſt, ut quibus fortaſſe per incuriam abolita ſunt Eccleſiaſtica conſtituta, audiant SANCTORUM CANONUM REGULAM, & obſervent. RELECTI EX CODICE CORAM CONCILIO, TAM GENERALIUM SYNODORUM CANONES, QUAM LOCALIUM.

Deinde lecta fuit Inſtructio quædam ab ipſa beatiſſimi Petri Cathedra, *directa ad Profuturum olim Bracarenſem Epiſcopum; & ſimul cum variis capitulis reducta eſt* AD UNIFORMEM CONCORDIÆ REGULAM. *Nimirùm, ad Codicem Canonum uberiorem, in quo antiqui ſemel & recentes ibidem ſtatuti continerentur. Unde & in progreſſu iſtorum cap. 12. 13. 19. & 20. iterata fit mentio* antiquorum Canonum.

Et in Toletano III. anno DLXXXIX. initio ferè dicitur: Omne quod priſcorum Canonum auctoritas prohibet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum; & agatur omne quod præcipit fieri. Maneant in ſuo vigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & Synodicæ Sanctorum Præſulum Romanorum Epiſtolæ. *Nimirùm omnia ea continebantur in prædicto Codice. Deinde verò Canone XI. præcipitur,* ut ſecundùm formam Canonum antiquorum dentur pœnitentiæ, &c.

Poſtea in Concilio Toletano IV. anni DCXXXIII. Præſide Sancto Iſidoro Hiſpalenſi, cap. 4. inter alia quæ præſcribuntur initio Concilii agenda, dicitur: DIACONUS ALBA INDUTUS, CODICEM CANONUM IN MEDIO PROFERENS, CAPITULA DE CONCILIIS AGENDIS PRONUNCIET. *Et cap. 25.* Sciant igitur ſacerdotes Scripturas ſanctas ET CANONES: ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos, tam Fidei ſcientiâ, quàm operum diſciplinâ. *Sunt & alia hujuſmodi paſſim in eiſdem Conciliis.*

Digitized by Google

Porrò in eo Codice non modò erant Canones Generalium & Localium Conciliorum, ut nuper vidimus; ſed etiam conſtituta Romanorum Pontificum in Epiſtolis Decretalibus, quæ poſtea in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ fuerunt collocata. Unde in Concilio Bracarenſi nuper allegato inſeruntur capitula quædam juxta inſtructionem AB IPSA BEATISSIMI PETRI CATHEDRA *directam; ideſt, juxta Epiſtolam Decretalem Vigilii Papæ ad Profuturum Epiſcopum Bracarenſem. Deinde in Concilio Toletano IV. nuper laudato, dicitur Can. XVI.* Synodica Præſulum Romanorum decreta, Apocalypſin Joannis inter divinos libros recipiendam conſtituunt: *Quibus verbis palam judicatur celebris Epiſtola Sancti Innocentii I. Papæ ad Exuperium Tholoſanum, ubi Pontifex libros Canonicos recenſet, & in iis Apocalypſin Joannis.*

Inſuper in Concilio VI. Toletano 48. Epiſcoporum, titulo ſeptimo, pœnitentibus tranſgreſſoribus indicitur pœna, ſicut priſcorum Canonum ſtatuerunt decreta. *Et titulo octavo laudatur ſententia Leonis Papæ in Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, quæ certè in Codice Canonum Romanæ Eccleſiæ exſtabat. Mitto alias Romanorum Præſulum Epiſtolas ad Epiſcopos, præſertim Hiſpaniæ, contentas tum in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, tum Hiſpanæ, de quibus ſuo loco.*

Oportuit autem, ut circa finem ſæculi ſeptimi, aut initium octavi, is Codex eſſet ampliſſimus, & ingentis magnitudinis volumine comprehenderetur: utpote in quo exſtarent omnia Concilia eouſque celebrata, tum Generalia, tum Nationalia, & Provincialia; tum præterea quamplurimæ Romanorum Præſulum Epiſtolæ Decretales, tot ſæculis ſcriptæ, præſertim ad Hiſpanos.

Quamvis verò non poſſim lectoribus ob oculos ſiſtere Codicem ipſum, cujus exemplaria plurima olim exſtitiſſe conſtat in Hiſpania (ut nihil dicam de Italia, Gallia, ac Germania) licebit repræſentare hoc loco uberrimum & ordinatiſſimum illius Indicem, quo Eccleſia Hiſpana utebatur, ſaltem ab ineunte ſæculo ſexto uſque ad finem ſeptimi. Nimirum Concilia, & Epiſtolæ in eo indicatæ, duntaxat pertingunt uſque ad annum circiter DCC. nam ultimum ex Conciliis ibidem indicatis eſt Toletanum XVI. quod celebratum fuit Erâ DCCXXXI. cui reſpondet annus Chriſti DCXCIII. triennio poſt ſextã Synodum Generalem. Eum itaq; Indicem, nunquam uſque adhuc (quod ſciamus) prælo editum, & ex monumentis veteribus Toletanæ Eccleſiæ ſervatum inter pretioſiora manuſcripta clariſſimi viri Joannis B. Pereȥii canonici ac bibliothecarii, & poſtea Epiſcopi Segobricenſis, exſtantia apud Excellentiſſimum Marchionem Mondaxarenſem, publicæ luci committimus, in communem utilitatem.

Sunt equidem in eo Codice aliquot lacunæ ex corroſione aut detritione literarum, quas implere ex conjectura, religioni duximus. Sunt & verſus initio libri cujuſque, quibus in compendium videtur redigi quicquid in eo continetur: verùm adeò inficeti, inſulſi, barbari, & à metri poëtici legibus alieni, ut puduerit eos exhibere hoc loci, præſertim cùm non ſint pars ejuſdem Indicis, ſed aſſumentum cujuſdam Poëtaſtri βαρβαρωτάτου, ſi quis alius unquam fuit. VALE.

IN NOMINE

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

LIBER CANONUM

SANCTORUM PATRUM GENERALITER.

LIBER PRIMUS

De inſtitutionibus clericorum.

INDEX LIBRI.

I. *De quibus non ſunt clerici ordinandi.*
II. *De profeſſione & conjugiis clericorum.*
III. *De uxoribus clericorum.*
IV. *De filiis totius ordinis clericorum.*
V. *De hæreditatibus clericorum.*
VI. *De relictis clericorum.*
VII. *De ſervis Eccleſiæ vel clericorum.*
VIII. *De abſolutione & libertate ingenuorum, ac ſervilium clericorum.*
IX. *De ſtipendiis clericorum.*
X. *De non ordinandis abſolutè clericis.*
XI. *Sine teſtimonio non faciendas ordinationes clericorum.*
XII. *De electione, temporibus, & gradibus clericorum.*
XIII. *De regulis clericorum.*
XIV. *De honore clericorum, & laïcorum fidelium.*
XV. *Quòd non aboleantur crimina ordinationum collatione.*
XVI. *Ne clerici per impoſitionem manûs pœnitentiam accipiant.*
XVII. *De religioſis utriuſque ſexus comprobandis, ſive de religioſis vagis.*
XVIII. *De pſalmiſtis.*
XIX. *De oſtiariis.*
XX. *De lectoribus.*
XXI. *De exorciſtis.*
XXII. *De acolytis.*
XXIII. *De ſubdiaconibus.*
XXIV. *De quibus diacones ordinandi non ſunt.*
XXV. *De electione & conjugiis diaconorum.*
XXVI. *De ætate & temporibus diaconorum.*
XXVII. *De regulis & numero diaconorum.*
XXVIII. *De ordine diaconorum.*
XXIX. *De quibus presbyteri ordinandi non ſunt.*
XXX. *De doctrina, & regulis presbyterorum.*
XXXI. *De electione, ætate, temporibus, & gradibus presbyterorum.*
XXXII. *De honore ſacerdotum, & non contemnendis oblationibus eorum.*
XXXIII. *De hæreticis, & ſchiſmaticis Epiſcopis, ſi Catholici fiant.*
XXXIV. *De quibus Epiſcopi ordinandi non ſunt.*
XXXV. *De Chorepiſcopis.*

XXXVI. De

Digitized by Google

XXXVI. *De electione, temporibus, & gradibus Epiſcoporum.*
XXXVII. *Ne per præmium ordinentur Epiſcopi.*
XXXVIII. *Ne per ambitum ordinentur Epiſcopi, & in una Eccleſia duobus Epiſcopis non habendis, neque duas cathedras ab uno Epiſcopo obtinendas.*
XXXIX. *Ne ſine Metropolitano ordinentur Epiſcopi.*
X L. *Ne à duobus Epiſcopis ordinetur Epiſcopus.*
X L I. *De Epiſcopis petentibus populis ordinandis.*
X L I I. *De Epiſcopis volentibus ſuſcipere miniſterium, vel tenere ſedem.*
X L I I I. *De Epiſcopis ordinandis, & à populo non ſuſceptis.*
X L I V. *De exequiis morientis Epiſcopi, & rebus ejus.*
X L V. *De non conſtituendis ſucceſſoribus Epiſcoporum.*
X L V I. *De non differenda ordinatione Epiſcoporum.*
X L V I I. *De ordinandis Epiſcopis.*
XL VIII. *De doctrina & regulis Epiſcoporum.*
XLIX. *De Metropolitanis.*
L. *De Archiepiſcoporum primatu.*
LI. *De commiſſa vice Apoſtolicæ Sedis, aliiſq; præceptis.*
LII. *De clericis contra interdictum ordinatis, vel filios generantibus.*
LIII. *De ſacerdotibus & levitis ſine examinatione promotis.*
LIV. *De caſtimonia totius ordinis clericorum, ac de ſponte profeſſis.*
LV. *De abſtinendis clericis à propriis conjugibus.*
LVI. *Ne mulieres commorentur cum clericis.*
LVII. *De non conſummato concupiſcentiæ malo.*
LVIII. *De ſacerdotibus, cunctiſq; deſertoribus, & non transferendis in alienum locum.*
LIX. *De ſacerdotibus & clericis legitimè transferendis.*
LX. *Quòd non liceat cuique alienum clericum, ſive monachum, laïcum, vel civem, libertum, aut ſervum, in ſua Eccleſia ordinare, vel retinere.*

T I T U L U S I.

De quibus non ſunt clerici ordinandi.

DE eunuchis, qui ſeipſos abſciderunt. Concilio Nicæno titulo 1. à capite 1.

Item de iis qui ſeipſos abſcindunt. Concilio Arelatenſi II. tit.7. à cap.22.

Item de iis qui ſe ipſos abſcindunt, aut ab aliis fiunt. In excerptis Martini tit.21. à cap.63.

De iis qui ſe ipſos abſcindunt. Decretum Gelaſii generale tit.18.

Si quis volens partem ſibi corporis amputaverit, clericus eſſe non poteſt. Epiſtola Innocentii ad Felicem tit.1. Epiſt.9.

De neſcientibus literas, & partem corporis imminutis. Decretum Gelaſii generale tit. 18. Epiſtol. 84.

Uxoris adulteræ vir laïcus clericus non erit. Si autem adulteræ uxoris vir ſit clericus; aut repudiet, aut à clero ceſſet. Concil. Neo-cæſar. tit.8. cap.3.

De iis, quorum uxores mœchantur, ne clerici ſint. In excerptis Martini tit.28. à cap.63.

Epiſcopus viduæ vel repudiatæ maritum in clerum promovens deponatur. Concil. Carthag. IV. tit.69. à cap.16.

Laïci, qui poſt uxorem quamcumque mulierem cognoverint, in clero non admittantur. Concil. Gerundenſe tit.8. à cap.40.

De iis qui viduas aut dimiſſas ducunt, vel in malis conſiliis miſti ſunt. In excerptis Martini tit.26.

Ut virginitatem profitentes, ſi mœchaverint, inter bigamos habeantur. Concil. Ancyrano tit.18. à cap.11.

Ut ſi laïcus viduam duxerit, clericus non ſit. Epiſtola Innocentii ad Victoricum titul.5. Ep.7.

Qui ſecundam duxerit uxorem, clericus non fiet. Epiſtola ejuſdem tit.6.

Quòd bigami ad clerum admitti non poſſint. Epiſtola Innocentii ad Felicem tit.2. Epiſt.9.

Ut bigamus, aut viduæ vel corruptæ maritus, clericus non ſit. Decretum Hilarii ſynodale tit.2. 76.

De bigamis, ac penè omnibus perſonis, de quibus clerici non ſint. Decretum Gelaſii generale tit.5. 84.

De bigamis, ne conſecrentur in clerum. Concilio Valentino tit.1. à cap.24.

Ut ſi ſacerdos, vel quilibet ex clero, viduam uxorem duxerit, vel abjectam; nec ad clerum admittantur, & à clero removeantur. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit.1.12.

De clericis, qui viduam aut ſecundam conjugem duxerint, ut omni dignitate priventur. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.15. Epiſt.3.

Ut quicumque ad ſacerdotium, viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia, promoti fuerint; ab Eccleſiaſticis officiis arceantur. Epiſtola Leonis ad univerſos Epiſcopos per Campaniam & diverſas provincias, Titul. 52. Epiſt.67.

De iis qui priuſquam ordinarentur, incontinentes inventi ſunt. Concil. Arauſic. titul.24. à capite 27.

Ut monachus, ſi clericus factus fuerit, propoſitum ſervet: & quòd nullus monachus, vel clericus corruptus, baptizatus, uxorem & honorem habere poteſt. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit.10. 7.

Is qui ante baptiſmum uxorem habuit, & poſt baptiſmum aliam duxit, clericus non fiat. Epiſtola Innocentii ad univerſos in Tholoſa tit.6. Epiſt.27.

Inexploratæ vitæ homines, aut corruptam

vitam accipientes, clerici non ſint. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.8.3.

Catechumenus poſt lavacrum alteram uxorem ducens, non erit clericus: & quòd in baptiſmo ſola peccata dimittantur, non uxorum numerus deleatur. Epiſtola Innocentii ad Ruſum tit.11.12.

De diſcretione pœnitentium: qui poſſint ad honores Eccleſiaſticos provehi, vel qui non poſſint. Concil. Tolet.IV. tit. 54. à cap.47.

De diſcretione libertorum: qui ad Eccleſiaſticos honores advenire poſſunt, vel qui provehi prohibentur. Concil. Toletano IV. tit.63.

De libertis familiarium Eccleſiæ: qui vel qualiter ad ſacerdotium promoveantur: & de rebus eorum, quid, ac ne obteſtificent, vel accuſent. Concil. Tolet.IV. tit.24.

Ex pœnitentibus ordinatus clericus deponatur. Concil. Carthaginenſe IV, titul. 68. à cap. 16.

Vel ut pœnitentes, vel ut repudiatarum mariti, ad clerum non provehantur. Concil. Arelat. III. tit.3. à cap.24.

De pœnitentibus clericus non fit, diaconus quoque non miniſtret, presbyter altare conſecret. Concil. Agathenſe tit.43.30.

De pœnitentibus, ſeu bigamis, aut viduæ maritis, ne admittantur ad clerum. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.15.

Ut pœnitentes, & inſcii literarum, vel defectum membrorum, aut deciſionem, aut quid minus habentes, clerici non ſint. Decretum Hilarii ſynodale tit.4. 76.

Quod poſt pœnitentiam nullus ad clerum poſſit admitti. Epiſtola Innocentii ad Agapitum, & reliquos. Ex integro 11.

Ut implicati negotiis alienis, ante redditam rationem clerici non fiant. Concil. Carthag. I. tit.8. cap.17.

Ut nullus obligatum cuiquã, abſque conſenſu domini vel patroni, clericum faciat. Conc. Tolet.I. tit.10.

De conditionalibus abſque conſenſu domini vel patroni non ordinandis. In excerptis Martini tit.42. à cap.63.

De libertis quorum pa::::::

Ut nullus ſervus aut :::::

Ex curialibus, vel qui functiones injunctas habet, clericus non ſit ::::: presbyter diaboli voluntate. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit.11. 7.

De laïcis fidelibus, qui caſas portaverint, ſive adminiſtraverint, Epiſtola Innocentii ad Felicem tit.3.

Cauſidici, & curiales, vel ſæculari militia dediti, ad clerum non admittantur. Epiſtola Innocentii ad univerſos in Tholoſa titul.11.27.

Poſt baptiſma ſtatim baptizati, ad clerum non applicentur: & qui præcedenti tempore mortale peccatum admiſerunt, clerici non ſint. Concil. Nicæno tit.11. à cap.1.

Rebaptizati, ad nullum clericatûs gradum promovendi. Concil. Carthag. V. tit. 11. à cap.17.

De iis qui ab hæreticis baptizati, aut rebaptizati ſunt, ut ad Eccleſiaſticam militiam non pertingant. Epiſtola Felicis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 5. 81.

Neophyti, ideſt nuper baptizati, mox clerici non ſint. In excerptis Martini tit.21.

Qui poſt baptiſmum cingulum militiæ ſæcularis acceperunt, clerici non erunt. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit.11. 7.

De magiſtratibus, & duum-viratis, ne ad clerum promoveantur. Concil. Eliberitano tit. 56. 38.

Peregrè baptizati, clerici non ſint, nec omnimodo fiant. Concil. Carthag. IV. tit. 66. à cap. 16.

De hæreticis, ne ad clerum promoveantur. Concil. Eliberitano tit.51. à cap.38.

De criminoſis, ne ad clerum provehantur. Decretum Gelaſii generale titulo 20. 84.

Energumeni, ideſt, qui palam arrepti ſunt ::: ſed & inventi abjiciantur. Concil. Arauſic. tit. 16. à cap.27.

Quòd dæmonis, aliiſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacra tractare non liceat. Decretum Gelaſii generale tit.21. à cap.84.

De perſonis penè omnibus, quibus clerici non ſint. Epiſtola Innocentii ad univerſos in Tholoſa tit.4. 27.

De Hiſpanorum reprehenſione, qui inordinatè conſtituunt clericos. Epiſt. Innocentii ad univerſos in Tholoſa tit.1.

TITULUS II.

De profeſſione & conjugiis clericorum.

Ut clerici, quum ad pubertatem venerint, aut conjugium, aut caſtitatem profiteantur. Concil. Carthag.III. tit.19. à cap.15.

Ut non liceat clerico uxorem ſectæ alterius accipere, niſi fortè ſpoponderit ſe ad veram Fidem venire. Concil. Chalcedon. tit.14. à cap. 11.

De iis quos parentes ab infantia in clericatus officio mancipârint, ſi poſtea voluntatem habeant nubendi. Concil. Toletano II. tit.1.45.

De perſonis mulierum, quas convenit clericis copulari: & ſi neſciente Epiſcopo clericus ducat uxorem. Concil. Toletano IV. tit. 44. à capit.47.

De conjugiis clericorum. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.9. Epiſt.3.

Ut clerici virginibus ſocientur, nec viduam accipiant, nec rejectam. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit.4. 7.

TITULUS III.

De uxoribus clericorum.

De adulteris uxoribus clericorum, Concil. Eliberitano tit.65. à cap. 38.

Ut clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem, poteſtatem habeat diſtringendi, & cum ea cibum non ſumat. Concil. Tolet. I. tit. 7. à capit. 44.

TI-

TITULUS IV.

De filiis totius ordinis clericorum.

FIlii clericorum ad ſpectacula non accedant, Concil. Carthag. III. tit. 11. à cap. 15.

Filii cujuſcumque ordinis clericorum, Gentilibus, hæreticis, vel ſchiſmaticis, matrimonio nullatenus conjungendi. Concil. Carthag. III. tit. 12. à cap. 15.

Cujuſcumque ordinis clerici, ſuos filius à poteſtate ſua exire non ſinant, niſi ætate & moribus comprobatis. Concil. Carthag. III. tit. 14.

Filii clericorum inter hæreticos, nec baptizabuntur, nec commorabuntur. Concil. Chalcedon. tit. 14. 11.

Si ſacerdotis, vel diaconi filia religioſa peccaverit; in finem tantùm communicet. Concil. Tolet. I. tit. 19. à cap. 44.

De filia Epiſcopi, presbyteri, vel diaconi, quæ fuerit devota, & peccaverit. Concil. Bracarenſi III. tit. 30. 63.

De damnatione filiorum, qui ex ſacerdotibus & miniſtris geniti comprobantur, Concil. Tolet. IX. tit. 10. à cap. 52.

TITULUS V.

De hæreditatibus clericorum.

CLerici totius ordinis de rebus ſuis nihil infidelibus, vel ſi & propinqui ſint, ſcripto conferant. Concil. Carthaginenſi III. tit. 14. à cap. 5.

De Epiſcopis extraneis à conſanguinitate, hæredibus, ſive hæreticis vel paganis, conſanguineis, facultatem ſuam dimittentibus; ſi Eccleſiæ nihil contulerint; nomina eorum ad altare non recitentur, & poſt mortem anathema eis dicatur. Inexcuſabilea enim erunt à percipienda damnatione, etiamſi deceſſerint inteſtati. Quare tempore conſecrationis ſuæ, rei propriæ ordinationem ſuæ profeſſioni congruam non fecerunt. Concil. Carthaginenſi V. tit. 14. à cap. 17.

TITULUS VI.

De relictis clericorum.

SI relicta presbyteri, vel diaconi, ſe cuicumque conjunxerit, aut caſtigati ſeparentur, aut excommunicatione plectantur. Concil. Aurelian. tit. 9. à cap. 31.

Si vidua Epiſcopi, presbyteri, vel diaconi nupſerit, cum nullo Chriſtiano convivens, tantùm in fine communicet. In excerptis Martini tit. 29 à cap. 63.

Si ſacerdotis vidua vel levitæ maritum acceperit; in fine tantùm communicet. Concil. Tolet. I. tit. 18. à cap. 44.

TITULUS VII.

De ſervis Eccleſiæ vel clericorum.

UT ſervi Eccleſiæ, ſive clericorum, non debeant à judicibus vel auctoribus in aliqua angaria fatigari. Concil. Tolet. III. tit. 21. à cap. 46.

TITULUS VIII.

De abſolutione & libertate ingenuorum, ac ſervilium clericorum.

DE abſolutione à laboribus, vel indictionibus clericorum ingenuorum. Concil. Tolet. IV. tit. 47. à cap. 47.

Quòd de clero ex familiis fiſci nullus unquam à Rege poſtulet: & qui acceperit, irrita talis donatio maneat. Concil. Tolet. III. tit. 8. à cap. 46.

Quòd ſervilibus clericis dare debeant Epiſcopi libertatem. Concil. Tolet. IV. tit. 11. 52.

TITULUS IX.

De ſtipendiis clericorum.

CLerici, quantumlibet eruditi, artificio victum quærant. Concil. Carthag. IV. tit. 51. à cap. 16.

Qualiter clerici ſibi victum ac veſtitum quærant. Concil. eodem. tit. 52.

Ut ſtipendia clericorum juxta meritum diſtribuantur. Concil. Agathenſi tit. 35. à cap. 30.

TITULUS X.

De non ordinandis abſolutè clericis.

NOn oportere abſolutè quoslibet clericos ordinare, niſi in proprio. Concil. Chalced. tit. 6. à cap. 11.

Ubi quis ordinatur, ibi permaneat. Concil. Arelat. I. tit. 11. à cap. 22.

TITULUS XI.

Sine teſtimonio non faciendas ordinationes clericorum.

NOn ordinandos clericos, niſi Epiſcopi & populi teſtimonio probabiles. Concil. Carthag. III. tit. 22. à cap. 15.

Non ordinandos clericos ſine teſtimonio & conniventia clericorum & civium. Concil. Carthag. IV. tit. 22. à cap. 16.

TITULUS XII.

De electione, temporibus, & gradibus clericorum.

DE iis quos parentes ab infantia in clericatûs officio mancipârunt, quo tempore incipiant honoribus ſublimari, vel ſi pro-

feſſam

feſſam continentiam violent, ut ſacrilegi habeantur. Concil. Tolet. II. tit. t. à cap. 45.

De iis qui parentes ab infantia publicè pœnitentiam non accipiunt, ſed tantùm viaticum, ut in clero promoveantur. Concil. Gerundenſe tit. 9. à cap. 40.

De diſcretione libertorum: qui ad Eccleſiaſticos honores pervenire poſſunt, vel qui provehi prohibentur. Concil. Tolet. IV. tit. 73. à cap. 47.

Ut ſi da laïcis eligantur ad clerum, quantum temporis obſervetur. Decretum generale tit. 4. à cap. 84.

Quales debeant clerici fieri: ac de conjugiis & gradibus eorum, Epiſtola Syricii ad Enmerium tit. 9. à cap. 3.

De iis qui ætate grandævi ad ſacram militiam feſtinant: ac de temporibus eorum. In quo ſuprà tit. 10.

De monachis promovendis ad clerum, & qualiter per gradus & tempora promoveantur. Epiſtola Syricii ad Eomerinm tit. 13. à cap. 3.

De laïcis, qui poſſunt clerici fiati, ſi poſt baptiſmum clericis vel monachis juncti ſunt, vel concubinam, ac pellicem nuſquam noverint. Epiſtola Innocentii ad Felicem tit. 4. à cap. 9.

De temporibos in clerici ordinibus immorandis. In quo ſuprà tit. 5.

Quales eligendi ſunt in ordine clericorum, Epiſtola Innocentii ad univerſos in Tholoſa. tit. 5. à cap. 27.

Ut nullos, niſi per gradus Eccleſiaſticos, debeat ad ſacerdotium pervenire. Epiſtola Zoſimi, decretum ad Iſicium Salomitanum tit. 1. à cap. 28.

Quæ in ſingulis clericorum gradibus tempora ſint præfixa: & ſi ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederunt. In quo ſuprà tit. 3.

Ut cùm defuerint clerici, de monachis eligantur: aut quales ſint, vel in qualia officia, per quanta, & qualia tempora tranſeant. Decretum Gelaſii generale tit. 3. 83.

TITULUS XIII.

De clericorum regulis.

UT monachus, ſi clericus factus fuerit, monachi propoſitum ſervet. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 10. à cap. 7.

De conſervatione clericorum, ut in uno conclavi ſint, Concil. Tolet. IV. tit. 24. à. cap. 47.

De qualitate tonſuræ à cunctis clericis vel lectoribus communiter habenda. Concil. Tolet. IV. tit. 41. à cap. 47.

De adtondenda coma clericorum, & habitu ordinato. In excerptis Martini tit. 66. à capite 73.

Clerici non comam nutriant, nec barbam radant. Concil. Carthag. IV. tit. 44. à cap. 16.

De clericis qui comam nutriunt. Concil. Agathenſi tit. 20. à cap. 30.

Clerici nec veſtimentis, nec calceamentis decentem quærant. Concil. Carthag. IV. tit. 45. à cap. 16.

Clerici, qui operari non poſſunt, artificiola & literas diſcant. Concil. Carthag. IV. tit. 53.

Ut diœceſani cleri ſeptimanas teneant; & die ſabbatho omnes in unum conveniant. Concil. Tarraconenſi tit. 7. à cap. 39.

De eo, quòd non liceat clericos die Dominico ab Eccleſia abſentari, ſed Miſſarum ſolennibus intereſſe jejunos. In excerptis Martini tit. 63. à cap. 63.

De clericis qui ab Eccleſiæ officio diebus ſolennibus deſunt. Concil. Agathenſe tit. 64. à cap. 30.

Clerici ab officio declinantes, vel negligentiùs agentes, ab officio removendi. Concil. Carthag. IV. tit. 50.

Clerici qui vigiliis deſunt, ſtipendiis privandi. Concil. eodem tit. 20.

Ut cujuslibet ordinis clericus, ſi tardiùs ad Eccleſiam venerit, deponatur. Concil. Tolet. I. tit. 5. à cap. 48.

Contumaces clerici, & ad officium tardiùs venientes, excommunicentur. Concil. Agathenſi I. tit. 2. à cap. 30.

Clerici ad officium venire contemnentes, arbitrio Epiſcopi coërceantur. Concil. Aurelian. tit. 24. à cap. 31.

De clericis qui ad Veſpertinum, vel Matutinum quocumque loco non conveniunt. In excerptis Martini titulo 63.

Clerici ſani jejunia polluentes, minores habendi. Concil. Carthag. IV. tit. 63. à cap. 16.

Clericus junior ſeniori non præponatur. Concilio Agathenſi tit. 23. à cap. 30.

Clerici qui propter licentiam monachi eſſe volunt, excommunicentur. Concil. Cæſaraugust. tit. 6. à cap. 41.

Clerici qui monachorum propoſitum appetunt, idipſum licitum habeant. Concil. Tolet. IV. tit. 50. à cap. 47.

Clerici maledici degradentur. Concil. Carthag. IV. tit. 57. à cap. 16.

Diſcordantes clericos, aut ratio, vel ſuaſio Epiſcopi concordet, aut Synodus damnet. Concil. Carthag. IV. tit. 59. à cap. 16.

Clerici hæreticorum convivia vel conſortia fugiant. Concil. Carthag. IV. tit. 70. à capite 16.

Non licere laïcis, vel clericis, ante horam tertiam prandere, nec ad menſam accedere ſine hymno. Concil. Bracar. III. tit. 75. à cap. 63.

Non debere clericos, & miniſtros, ſive laïcos, ad Agapen vocatos, partem tollere. Concil. Laodic. tit. 26. à cap. 7.

Clerici inter epulas cantantes, ſeveriſſimè cnercendi, Concil. Carthag. IV. tit. 62. à capite 16.

Ut clerici nuptialia vitent convivia. Concit. Agath. tit. 29. à cap. 30.

Non licere miniſtros altaris, vel cæteros quoslibet, ſpectaculis, quæ aut nuptiis, aut ... exhibentur, intereſſe. Concil. Laodic. tit. 53.

Non licere ſacerdotibus vel clericis ſpecta-

culis

culis intereſſe ; Concil. Bracar. III. tit. 60. à cap. 63.

Clerici ſcurriles, & veibis turpibus joculares, ab officio detrahendi. Concil. Carthag. IV. tit. 60.

De ſcurrilibus & jocularibus. Concil. Agathen. tit. 70. à cap. 30.

Clerici per creaturas jurantes, acerrimè objurgandi. Concil. Carthag. IV. tit. 61. à capite 16.

Clerici invidi non promoveantur. Concil. quod ſuprà IV. tit. 54.

Clerici adulatores & proditores degradentur. Concil. Carthag. IV. tit. 56.

Ut proditores, vel vaſorum ſacrorum, ſeu Scripturarum, cum verberibus deponantur. Concil. Arelat. I. tit. 13. à cap. 21.

Si clericus furtum Eccleſiæ fecerit, Concil. Agathen. tit. 5. à cap. 30.

Ut ſi voluntariè clericus Eccleſiæ damnum fecerit ; & ſatisfaciat, & excommunicetur. Concil. eodem tit. 26.

De clericis qui crimen capitale commiſerint. Concil. eodem tit. 50.

Non licere, clericos magos, vel incantatores eſſe, aut philacteria facere. Concil. Laodiceno tit. 30. à cap. 7.

De ſortilegis, aut auguria obſervantibus, ut ab Eccleſia ſeparentur. Concil. Agathen. tit. 42. à cap. 30.

De eo, quòd non liceat ſacerdotibus vel clericis incantaturas, vel etiam contrarias ligaturas facere. Concil. Bracar. III. tit. 58. à capite 63.

De levitis vel clericis, ne magi aut incantatores ſint. Concil. Agathen. tit. 68. à cap. 30.

De ſacerdotibus, levitis, vel clericis magos haruſpices conſulentibus. Concil Tolet. IV. tit. 29. à cap. 47.

Clerici per plateas & andronas non ambulent. Concil. Carthag. IV. tit. 47. à cap. 16.

Clerici qui abſque neceſſitate in nundinis aut in foro ambulant, degradentur. Concil. eodem tit. 47.

Ut clericis vetetur ebrietas. Concil. Agathen. tit. 41. à cap. 30.

Clerici tabernas non ingrediantur abſque peregrinationis neceſſitate. Concil. Carthag. III. tit. 27. à cap. 15.

Non oportere, ex omni gradu uſque ad minimum, clericum tabernas intrare. Concil. Laodic. tit. 23. à cap. 7.

Non licere clericis uſuram vel ſextupla accipere. Concil. Laodic. tit. 5.

Clerici in omni gradu non erunt conductores, vel procuratores, aut negotiatores, vel turpia lucra ſectantes. Concil. Carthag. III. tit. 15. à capite 15.

De uſuris & negotiorum lucris, ne à clericis agantur. Concil. Bracar. III. tit. 62. à cap. 63.

Clerici non erunt uſurarii, dónando minus, & accipiendo plus: nec aliam, niſi quam dederint, accipiant. Concil. Carthag. III. tit. 16. à cap. 15.

Clerici, ſi ſolidum præſtiterint, ſine uſura recipiant. Concil. Tarracon. tit. 3. à cap. 39.

Non liceat laïcis fœnerari. Concil. Carthag. I. tit. 13. à cap. 21.

Clerici uſuram non accipiant. Concil. Arelatenſi tit. 13. à cap. 22.

Clerici emere viliùs, vel vendere cariùs non permittantur. Concil. Tarracon. tit. 2. à cap. 39.

De clericis negotia & nundinas ſectantibus. Concil. Eliberit. tit. 18. à cap. 38.

De clericis uſuram aut ampliationem accipientibus, vel turpia lucra ſectantibus. Concil. Nicæno tit. 18. à cap. 1.

De clericis & laïcis uſurariis. Concil. Eliberit. tit. 20.

Ut nullus clericorum negotiationes inhoneſtas, vel turpia lucra ſectetur. Decretum Gelaſii generale tit. 16. à cap. 84.

Ut clericus nec alieno nec ſuo nomine fœnus exerceat : Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Campaniam tit. 4. à cap. 66.

Quòd non oporteat Epiſcopos, clericos, aut monachos prædia ſæcularia ſuſcipere. Concil. Chalcedon. tit. 3. à cap. 11.

Clerici actus ſæcularium, vel procurationes non ſuſcipiant. Concil. Carthag. I. tit. 6. à cap. 13.

Laïci clericos actores, vel ratiocinatores ſibi non conſtituant. Concil. eod. tit. 9. à cap. 13.

De clericis, qui ad Eccleſiarum defenſionem confugiunt, propter diſtrictionem Epiſcopi. Concil. Agathen. tit. .. à cap. 30.

De clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt. Concil. Ilerden. tit. 11. à cap. 42.

De clericis qui arma ſumpſerint, vel ſumpſerunt. Concil. Tolet. IV. tit. 45. à cap. 47.

De clericis ſepulchra demolientibus. Concil. eodem tit. 46.

De iis qui altari miniſtrant, ut à ſanguine abſtineant. Concil. Ilerd. tit. 1. à cap. 42.

De clericis & monachis non manentibus in ſuo propoſito. Concil. Chalced. tit. 7. à cap. 11.

De miniſtris, ne in ſecretarium ingrediantur. Concil. Agathenſi tit. 66. à cap. 30.

TITULUS XIV.

De honore clericorum & laïcorum fidelium.

DE clerico inter tentationes fideli, gradibus ſublimando. Concil. Carthag. IV. tit. 42. à cap. 16.

De iis qui pro Fide perſecutiones ab infidelibus patiuntur. Concil. eodem tit. 43.

De ſenibus & pauperibus Eccleſiæ honorandis. Concil. eodem tit. 81.

TITULUS XV.

Quòd non aboleantur crimina ordinationum collatione.

QUòd in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit. 4. à cap. 26.

TI-

TITULUS XVI.

Ne clerici per impoſitionem manûs pœnitentiam accipiant.

DE clericis * ut per impoſitionem manûs pœnitentiam accipiant, nec laïcus poſt pœnitentiam conclericus fiat. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.14. à cap.3.

Quòd presbyter aut diaconus, ſi in aliquod crimen lapſi fuerint, non poſſunt per manûs impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.2. à cap. 68.

Ut lapſis ſacerdotibus manus ſicut laïcis non ponatur. Concil. Carthag.V. tit.11. à cap. 17.

TITULUS XVII.

De religioſis utriuſque ſexus comprobandis, ſive de religioſis vagis.

DE iis qui in parva ætate coram parentibus religionis habitum tenuerunt. Concil. Toletano X. tit.6. à cap.53.

De religioſis vagis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur. Concil. Toletano IV. tit.53. à cap.47.

De recluſis honeſtis ſive vagis. Concil. Toletano VII. tit.5. à cap.50.

TITULUS XVIII.

De pſalmiſtis.

QUaliter pſalmiſta ordinetur. Concil. Carthag.III.tit.10. à cap.15.

Pſalmiſtam non debere orario uti. Concil. Laodic. tit.22. à cap.7.

De pſalmiſtis ſolis pſallendis. Concil. eodem tit.15.

TITULUS XIX.

De oſtiariis.

QUaliter oſtiarii ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit.16. à cap.16.

Non oportere miniſtros, ideſt oſtiarios, ſecretarium ingredi, aut vaſa Dominica tangere. Concil. Laodic. tit.21. à cap.7.

Oſtiarii tabernas non intrent. Concil. eodem tit.23.

Miniſtros, ideſt oſtiarios, ab oſtiis & oratione non debere deeſſe. Concil. eodem tit.42.

Pœnitens, ſi neceſſitas cogat, oſtiarius, aut lector fiat. Vel de quibus pœnitentibus dicit. Concil. Tolet. I. tit.2. à cap.44.

Pœnitens, ſi uſus exegerit, inter oſtiarios deputetur, vel de quibus pœnitentibus dicit, In excerptis Martini tit.27. à cap.63.

TITULUS XX.

De lectoribus.

QUaliter lectores ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit.8. à cap.16.

Quòd clericorum nomen etiam lectores, pſalmiſtæ, & oſtiarii retineant. Concil. Carthag. III. tit.21. à cap.15.

Lectores orario non utantur. Concil. Laodic. tit.22. à cap.7.

Quòd lectores neque in habitu ſæcularium pſallere, neque granos dimittere permittantur. Concil. Bracar. I. tit.10. à cap.61.

Quòd lectores contingere altaris vaſa prohibeantur. Concil. Bracarenſi I. tit.10.

Lectores tabernas non ingrediantur. Concil. Laodicenſi tit.23. à cap.7.

Lectores populos non ſalutent. Concil. Carthag. IV..... 15.

Pœnitens, ſi neceſſitas cogat, lector fiat. Concil. Toletano I. tit.2. à cap.44.

Pœnitens, ſi uſus exegerit, inter lectores deputetur. In excerptis Martini titulo 27.

Non aſcendat in pulpitum, niſi lector. In eiſdem tit.41.

Si lector bigamus ſit, ac viduam duxerit, nec ampliùs quàm ſubdiaconus fiat. Ibid. tit.43.

TITULUS XXI.

De exorciſtis.

QUaliter exorciſta ordinetur. Concil. Carthag. IV. tit.7. à cap.16.

Ut exorciſtę tabernas non ingrediantur. Concil. Laodic. tit.23. à cap.7.

Non oportere exorcizare, qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati. Concilio eodem tit. 25.

TITULUS XXII.

De acolytis.

QUaliter acolyti ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit.6. à cap.16.

Acolyti tabernas non ingrediantur. Concil. Laodic. tit.23. à cap.7.

TITULUS XXIII.

De ſubdiaconibus.

QUaliter ſubdiacones fiant. Concil. Carthag. IV. tit.5. à cap.16.

Si probati viri conjugia duplicaverint, non plus quàm ſubdiacones fiant. Concil. Arauſic. tit.25. à cap.27.

Qui poſt lavacrum mœchaverint, ſubdiacones non erunt. Concil. Eliberitano tit. 30. à cap.38.

Subdiaconus, ſi defuncta uxore aliam duxerit, abjiciatur: vel ſi tertiam ducat; quòd nec dici

dici poterit nec audiri. Concil. Tolet. I. tit.4. à cap. 44.

Subdiaconus bigamus inter lectores vel oſtiarios habeatur. In excerptis Martini tit.44.

Subdiaconus pœnitens ad altiores gradus non veniat. Concil. Tolet. I. tit.2. à cap.44.

Idipſum de eodem. Concil. Bracar. III. tit.23. à cap. 63.

Non liceat miniſteria tangere, niſi ſubdiaconum aut acolytum. In excerptis Martini tit. 41.

TITULUS XXIV.

De quibus diacones non ſint.

NEophytus diaconus aut presbyter non erit. Concil. Arelatenſe II. tit. 1. à capite 22.

Neophyti, ſive laïci, diacones vel ſacerdotes non erunt, quòd etiam cum obteſtatione nominis divini decernitur. Epiſtola Syricii ad diverſos tit.3. 4.

Bigami, ac pœnitentes, & repudiatarum mariti, diacones non erunt. Concil. Arelaten. tit.3. à cap.23.

Clerici conjugati, niſi continentiam profiteantur, diacones non erunt. Concil. Arauſic. tit.22. à cap.27.

Bigami diacones vel presbyteri non miniſtrent. Concil. Agathen. tit.1. à cap.30.

Ut bigamus, aut viduæ maritus, nullo honore ſit diaconus. Decretum Hilarii tit. 11. à cap. 74.

Qui viduas acceperint, diacones non efficiantur. Concil. Tolet. I. tit.3. à cap.44.

De eo qui poſt baptiſmum militaverit, ut ad diaconium non promoveatur. Concil. Tolet. I. tit.8.

TITULUS XXV.

De electione & conjugiis diaconorum.

NOn licere populis miniſtros altaris eligere. Concil. Laodicen. tit.13. à cap.7.

De iis qui ad diaconium eliguntur, & inter conjugium. In excerptis Martini tit. 39.

Dum ordinantur diaconi, de conjugio interrogentur. Concilio Ancyritano titul. 10. à cap. 11.

TITULUS XXVI.

De ætate & temporibus diaconorum.

UT levitæ ante viginti quinque annos non conſecrentur. Concil. Carthag. IV. tit.4. à cap.15.

Idipſum de eodem. Concil. Arelat. IV. tit.1. à cap.23.

Idipſum de eodem. De conſenſu etiam & profeſſione conjugati. Concil. Agathen. tit. 16. à cap.30.

De numero annorum, quo ſacerdotes & levitæ ordinentur. Concil. Tolet. IV. tit. 20. à cap. 47.

Ut laïcus ante annum converſionis diaconus non fiat. Concil. Arelaten. III. tit. 11. à cap.23.

De ordinatione diaconi, vel totius ordinis, ut die Dominico celebretur: & ut ordinans vel ordinandus ſabbatho jeiunent. Epiſtola Leonis ad Dioſcorum tit.1. à cap.74.

De ordinatione totius ordinis, quibus menſibus & temporibus fiat: nec quemlibet cujuſcumque utilitatis iis præferre, qui ante ipſos ordinati ſint. Decretum Gelaſii generale tit.14. à cap. 84.

TITULUS XXVII.

De regulis & numero diaconorum.

NOn licere diaconibus ſemotim populos colligere. Concil. Antiocheno tit. 5. à cap. 6.

De honore diaconi erga presbyteros, & clericorum erga diaconos. Concil. Laodic. tit.20. à cap. 7.

De obedientia diaconorum erga presbyteros. Concil. Carthag. 4. tit.37. à cap.16.

Ut diaconus nihil ſine presbytero ſuo agat. Conc. Arelaten. IV. tit.18. à cap.21.

Diaconus tabernas non ingrediatur. Concil. Laodicen. tit.23. à cap.7.

Ut Epiſcopus, presbyter, vel diaconus canibus ad venandum, vel accipitribus, non utantur. Concil. Agathen. tit.45. à cap.30.

Quòd diaconis nec offerre, nec presbyteris corpus Chriſti tradere, nec ante eos communicare vel ſedere ſit licitum. Concil. Nicæn. tit.14. à cap.1.

Ut levitæ non offerant. Concil. Arelat. tit.16.

Non licere miniſtris panem dare, aut calicem benedicere. Concil. Laodicen. tit. 24. à cap. 7.

Ne diaconus coram presbytero ſedeat, aut Euchariſtiam tradat. Concil. Arelaten. II. tit.16. à cap. 22.

Diaconus Euchariſtiam jubente vel præſente presbytero pro neceſſitate populis det. Concil. Carthag. IV. tit.38. à cap.16.

Diaconus præſente presbytero ſedeat. Conc. Carthag. IV. tit.39.

Diaconus coram presbytero interrogatus loquatur. Concil. eodem tit.40.

De levitis, ne ſine juſſu presbyteri ſedeant. Concil. Agathen. tit.15. à cap.30.

De eo, quòd non liceat diaconum non juſſum ſedere. Concil. Bracaren. III. tit. 40. à cap. 63.

Diaconus à tempore tantùm oblationis & lectionis albâ utatur. Concil. Carthag. IV. tit. 41.

De uno orario diaconibus utendo, nec ornato, ſed puro. Concil. Tolet. IV. tit.40. à cap. 47.

De orario diaconibus non abſconsè, ſed ſuperpoſito ſcapulæ utendo. Concil. Bracar. I. tit.9. à cap.61.

Si diaconus vel presbyter crimen capitale commiſerint. Concil. Arelaten.tit.6.à cap. 31.

Ut diacones menſuram propriam juxta Patrum decreta cuſtodiant, nec baptizent, niſi neceſſitate cogente. Decretum Gelaſii generale tit.9. à cap.84.

Diaconi tantùm ſeptem ernnt, quamvis in magna civitate. Concil. Neo-cæſar. tit. 14. à cap. 7.

Quòd diaconi, nec in presbyterio ſedere poſſint, nec ſacri corporis prorogationem jus habeant exercendi. Decretum Gelaſii generale 84.

TITULUS XXVIII.

De ordinatione diaconorum.

Qualiter diacones ordinentnr. Concil. Carthag. IV. tit.4. à cap.16.

Non licere coram catechumenis clericos fieri. Concil. Laodicenſi tit.4. à cap.7.

Nec diacones, ſed nec ſacerdotes ordinandi, niſi omnes qui cum eis ſunt, fideles exiſtant. Concil. Carthag. IV. tit.18.

TITULUS XXIX.

De quibus presbyteri ordinandi non ſunt.

De neophytis presbyteri non ordinentur. Concil. Arelat. II. tit.1. à cap.22.

Neophyti, ſive laïci, presbyteri non erunt. Epiſtola Syricii ad diverſos tit.4. à cap.5.

Bigami pœnitentes, vel repudiatarum mariti, presbyteri non ſint. Concil. Arelat. III. tit.3. à cap.22.

De bigamis, ad presbyterium vel diaconatum non promovendis. Concil. Hiſpalen. II. titul. 4.

Bigamus, ant viduæ maritus, presbyter non erit. Decretum Hilarii tit.11. à cap.76.

Ii qui in ægritudine baptizati ſunt, presbyteri non ernnt, niſi Fide & charitate cogente. Concil. Neo-cæſar. tit.13. à cap.3.

TITULUS XXX.

De doctrina & regulis presbyterorum.

Quòd non debeant ſacerdotes aut clerici amicti pelleis, vel præcincti lumbis in Eccleſia miniſtrare. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit.1. Epiſtola 34.

Quòd parochianis presbyteris quum ordinātur officialis libellns debeat dari, & iidem presbyteri in litaniis ſint de officio requirendi. Concil. Tolet. IV. tit.26. à cap.47.

De iis quæ prohibentur presbyteri in Eccleſiaſticis ſacramentis agere. Concil. Hiſpalen. II. tit. 7.

De profeſſione presbyterorum vel diaconorum Epiſcopo facienda, qnum in parochiis ordinantnr. Concil. Tolet. IV. tit.24. à cap. 47.

Non licere presbyteris contempto Epiſcopo ſemotim populos colligere, & altare erigere. Concil. Antioch. tit.5. à cap.6.

Presbyter miniſtrum non ordinet, nec altare conſecret. Concil. Agathen. tit.43. à cap. 30.

Ut presbyter qui præſumpſerit chriſma conficere, aut Eccleſiam, vel altare conſecrare, ab officio deponatur. Concil. Bracarenſe II. tit.19. à cap.61.

Presbyter benedictionem aut pœnitentiam dare non præſumat. Concil. Agathen. tit. 44. à cap. 30.

Chriſma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentinm à presbyteris non fiat. Concil. Carthag. II. tit.3. à cap.14.

Ut presbyter pœnitentem juſſus ab Epiſcopo ſuo reconciliet. Concil. Carthag. II. tit. 3.

Quomodo presbyter abſente Epiſcopo ob neceſſitatem reconciliet pœnitentem. Concil. Carthag. III. tit.32. à cap.15.

Ut presbyter benedicat & confirmet neophytum. Concil. Rhegien. tit.3. à cap.25.

Ut presbyter inconſulto Epiſcopo virginem non conſecret, & chriſma nunquam conficiat. Concil. Carthag. III. tit.36. à cap.25.

Presbyter diaconum aut presbyterum non ordinabit. Concil. Hiſpalen. I. tit. 5.

Si presbyter inconſulto & præſente Epiſcopo agendam celebraverit, honore privetur. Concil. Carthag. II. tit.9. à cap.14.

Ut præter Epiſcopum nullus chriſma conficiat. Concil. Tolet. I. tit.20.

Non licere presbyterum præſente Epiſcopo chriſmare. In excerptis Martini tit.52.

Non oportere presbyterum ante ingreſſum Epiſcopi ingredi, & ſedere in tribunali. Concil. Laodicen. tit.55. à cap.7.

Quia non licet presbytero ante Epiſcopum in baptiſterium introire. Concil. Bracar. III. tit.53. à cap.63.

De baptizatis ut nihil accipiat clerus. Concil. Bracar. II. tit.7. à cap.62.

De presbyteris, ut in ſecundas nuptias non vadant. In excerptis Martini tit. 38.

Ne presbyteri foraſtici præſente Epiſcopo vel presbytero civitatis audeat miniſtrare. In excerptis Martini : : : :

Ne presbyteris alterius regionis, præſente Epiſcopo, vel presbyteris civitatis, liceat miniſtrare: & quo ordine panem, ſive calicem dent. Concil. Neo-cæſareenſi tit.13. à cap.9.

Ut nullus miniſter ſine chriſmate proficiſcatur, ubi & presbyter miniſter oſtenditur. Concil. Arauſic. tit.13. à cap.27.

Si diaconus vel presbyter capitale crimen admiſerit. Concil. Aurelian. tit.6. à cap.31.

Si presbyter aut diaconus de miniſterio Eccleſiæ aliqnid vendiderit. Concil. Bracar. III. tit.17. à cap.63.

Ut presbyteri parochiani aut per ſe aut per ſacriſtas ſuos accipiant chriſma. Concil. Carthag. IV. tit.36. à cap.16.

Ut ab alterius Epiſcopo chriſma nullns accipiat. Conc. Vaſenſi tit.3. à cap. 38.

De iis quæ omnino prohibentur presbyteros

quæ

Digitized by Google

quæ ſi præſumpſerit, & dignitate & communione privabitur. Sed nec Epiſcopus à culpa vacabit, ſi talia facientem diſſimulaverit indicare. Decretum Gelaſii generale titul. 8. à capite 84.

TITULUS XXXI.

De electione, ætate, temporibus, & gradibus presbyterorum.

Qualiter presbyteri ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit.3. à cap.16.

Presbyter non ordinetur, niſi omnes qui cum eo ſunt, fideles ſint. Concil. Carthag. III. tit.18. à cap. 15.

Qualiter conjugati ad ſacerdotium promoveantur. Concil. Arelaten. II. tit.2. à cap. 22.

Laïcus ante annum converſionis presbyter non fiat. Concil. Arelatenſi tit. 2. à cap. 23.

Laïcus presbyter non ordinetur, niſi per gradus Eccleſiaſticos tranſierit. Concil. Bracar. II. tit.20. à cap.62.

Presbyterum minus triginta annorum non ordinandum, quamvis probatæ vitæ. Concil. Neo-cæſareen. tit.11. à cap.3.

Ut diaconus ante vigintiquinque annos, & ſacerdos ante triginta, non ordinentur. Epiſcopus, & presbyter ante perfectam ætatem, ideſt triginta annos, non ordinentur. Concil. Agathen. tit.16. à cap.30.

Ante triginta annos presbyter non ordinetur. Concil. Bracar. III. tit. 20. à cap.63.

Ut ordinatio presbyteri ſabbatho ad veſperã celebretur. Epiſtola Leonis ad Dioſcorum tit.1. à cap. 74

De ordinatione totius ordinis, quibus menſibus & temporibus fiat. Decretum Gelaſii tit.13. à cap. 84.

TITULUS XXXII.

De honore ſacerdotum, & non contemnendis oblationibus eorum.

De Epiſcopis, atque presbyteris, ut ad cujuſquam Eccleſiam in ordine ſuo recipiantur; & tam ad verbum faciendum, quàm ad Miſſam dicendam invitentur. Concil. Carthag. IV. tit.33. à cap.16.

De non contemnenda oblatione presbyteri conjugati. Concil. Gangrenſi tit.4. à cap. 4.

Ut peregrino locus ſacrificandi detur. Concilio Arelatenſi tit.14. à cap.21.

TITULUS XXXIII.

De hæreticis, & ſchiſmaticis Epiſcopis, ſi Catholici fiant.

De hæreticis & ſchiſmaticis, ſi ad Catholicam Fidem venerint, quid obſervent. Concil. Rhegien. tit.3. à cap.26.

TITULUS XXXIV.

De quibus Epiſcopi ordinandi non ſunt.

De iis qui poſt baptiſma ſtatim Epiſcopi fiunt, vel ſi præcedenti tempore mortale peccatum habent. Conc. Nicæno tit.11.

Ex laïco Epiſcopus non ordinetur. Concil. Sardicen. tit.13. à cap.5.

De neophytis ſacerdos non fiat. Concil. Laodic. tit.3. à cap.7.

De neophytis miniſtri & ſacerdotes non ſint. Concil. Arelaten. II. tit.1. à cap.22.

Neophyti vel laïci Epiſcopi non ſint. Epiſtola Syricii ad diverſos tit.3. Epiſtola 5.

De Aggaro & Tyberiano, qui ex laïcis fuerunt ordinati. Epiſtola Leonis ad Africanos tit.7. à cap.71.

Ex pœnitentibus, quamvis bonus, Epiſcopus non ſit. Concil. Carthag. IV. tit.18. à cap. 15.

Digami pœnitentes, & repudiatarum mariti Epiſcopi non ſint. Concil. Arelaten. II. tit. 11 à cap. 14.

Viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia, Epiſcopi non ſint. Quærenda etiam dignitas natalium & morum. Epiſt. Leonis ad univerſos tit.2. à cap.64.

Bigami, vel corruptæ ſive viduæ mariti, Epiſcopi non ſint. Decretum Hilarii titul. 2. à capit. 76.

A Metropolitanis non laïci, non viduarum mariti, non digami, ſed irreprehenſibiles ordinentur. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium titul. 3. à cap.69.

Indignus nullus efficiatur Epiſcopus, de robore etiam Nicæni Concilii. Epiſtola Syricii ad diverſos tit.1.4.

Illicitæ perſonæ ad Epiſcopatum, vel ad ullum honorem promovendæ non erunt. Optimè ſatis Epiſtola Leonis ad Africanos tit. 1. à cap. 71.

Pœnitentes, & inſcii literarum, ſive defectu membrorum, vel deciſione aliqui minus habentes, Epiſcopi non ſint. Decretum Hilarii tit.3. 76.

Non habeantur Epiſcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquiſivit. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.1. 69.

Nullus invitus ordinetur Epiſcopus. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium tit.5. 69.

Quòd nolentibus clericis vel populis nemo debeat Epiſcopus ordinari. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit.5.

Ignotis miniſterium aut ſacerdotium non dabitur. Epiſtola Syricii ad diverſos tit.2. 4.

De omnibus penè perſonis, de quibus Epiſcopi non ſint, ac de removendis iis, & ne in una Eccleſia duo habeantur Epiſcopi. Decretum Hilarii ad Aſcanium tit.4. à cap.77.

De ordinatione Epiſcopi, ac de omnibus perſonis, quæ Epiſcopi ordinandi non erunt: vel qualiter, & ubi ordinetur Epiſcopus. Concil. Tolet. IV. tit.18. à cap.47.

Quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum; & nullus de prohibitis perſonis Epiſcopus ordinetur. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit. 4.

Ut nullus contra ordinem Canonum efficiatur Epiſcopus. Epiſtola Innocentii ad Aurelium ex integro 16.

Quòd non oporteat contemptis clericis Eccleſiarum de laïcis Epiſcopos ordinare. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos per Apuliam titul.2, à cap.36.

TITULUS XXXV.

De Chorepiſcopis.

QUòd Chorepiſcopi ad exemplum ſeptuaginta Seniorum ſint inſtituti, Concilio Neo-cæſareenſi tit.13.

De Chorepiſcopis, vel quid poſſint. Conc. Ancyr. tit.13.

Epiſtolas formatas ſoli Chorepiſcopi faciant. Concil. Antioch. tit.7. à cap.6.

De Chorepiſcopis, & poteſtate eorum, In quo ſuprà tit. 10.

TITULUS XXXVI.

De electione, temporibus, & gradibus Epiſcoporum.

NOn licere populis miniſtros altaris eligere. Concil. Laodicen.tit.13. à cap.7.

Idipſum de eodem ſubſequenter. Decretum Hilarii ad Aſcanium tit.4. 78.

Idipſum de electione Epiſcopi. In excerp. Martini tit.1.

Dum Epiſcopus eligitur, ſi contradictores habeat, quinque vel ſex Epiſcopi conveniant. Concil. Carthag.IV.tit.40.

Si in electione Epiſcopi contentio ſit; obtineat ſententia plurimorum, Et de Primatibus Metropolitanorum. Concil. Nicæno tit.6.

Ut Epiſcopus ante triginta annos non ordinetur. Concil. Agathen. tit.8.

Qua ætate Epiſcopus, vel presbyter ordinetur. Concil.Agathen.tit.17.

Ut laïcus ante annum converſionis Epiſcopus non ordinetur. Concil.Arelaten.III. tit.11.

Ex laïco, niſi ſtatuta tempora & officia tranſierit, non fiat Epiſcopus. Concil. Bracar. I. tit. 20.

Ex laïco miniſtet & Epiſcopus non fiat, niſi tempora præfixa cuſtodierit. Epiſtola Innocentii ad Felicem tit.9.

Monachi, vel laïci, niſi per gradus Eccleſiaſticos tranſierint, Epiſcopi non ſint. Epiſtola Zoſimi ad Iſicium tit.1.28.

De temporibus, gradibus, & officiis, quæ niſi quiſque tranſierit, ſacerdos non erit. Inibi titul. 3.

Epiſcopus non ordinetur, niſi omnes qui cum eo ſunt, fideles exiſtant. Concil. Carthaginenſi III. tit. 18.

Quòd per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatûs debeant officium pervenire: & quòd nullus indignus ordinetur Epiſcopus. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit.6.

TITULUS XXXVII.

Ne per præmium ordinentur Epiſcopi.

DE monachis, vel laïcis per præmium ordinatis, ut cum ordinatoribus Simonis crimen incurrant. Decretum Gelaſii titul.27. à capit.84.

Non oportere omnino per pecunias ordinare, vel ullum clericum, vel ullum officium in Eccleſiæ domo, ex omni ordine & perſona. Concil. Chalced. tit. 2. à cap.11.

Non accipiendum præmium pro Epiſcopatûs honore, & de communione peccati. Epiſtola Hormiſdæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ tit. 2. à cap.93.

Nullus honorem Eccleſiaſticum quolibet præmio accipiat. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit.1. 87.

De damnatione clericorum per pecuniam Eccleſiaſticos gradus aſſequentium. Concil. Tolet.VI.tit.4.49.

TITULUS XXXVIII.

Ne per ambitionem ordinentur Epiſcopi: & in una Eccleſia duobus Epiſcopis non habendis, neque duas Cathedras ab uno Epiſcopo obtinendas.

NUllus per ambitum ad Epiſcopatum accedat. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium titul. 5. 87.

Per ambitum nullus ordinetur Epiſcopus. Epiſtola Bonifacii ad Honorium Auguſtum ex integro 30.

Si denuò Romæ Epiſcopi duo ordinati fuerint; ambo expellantur. Epiſtola Honorii Auguſti ad Bonifacium ex integro.

Ut in una Eccleſia duo Epiſcopi non habeantur. Vel de iis qui illicitè ordinati ſunt, removendis. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium titul. 4. 77.

Ne in una Eccleſia duo Epiſcopi permittantur. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium, ubi gratulatur de Fide Imperatoris, quę in Chalcedonenſi Concilio geſta eſt, & de Anatolio Epiſcopo, qui in eodem Concilio Alexandrinam & Antiochenam Eccleſias, contra inſtituta Nicæna, per ambitum ſibimet voluit ſubjugare. Epiſtola Leonis ad Marcianum Auguſtum. 53.

Ubi Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum de Fide in Chalcedonenſi Concilio laudat. Quem deinde arguit, quòd contra Nicænam Synodum Alexandrinam atque Antiochenam Eccleſias ſibimet ſubdere voluiſſet. Epiſtola Leonis ad Anatolium ex integro.

Digitized by Google

TITULUS XXXIX.

Ne ſine Metropolitano ordinentur Epiſcopi.

Sine Metropolitano Epiſcopo non ordinetur Epiſcopus. Concil. Nicæn. tit. 6.

Non licere ſine conſilio Metropolitani Epiſcopi, vel omnium Epiſcoporum ex omni provincia, ordinare Epiſcopum. Concil. Antioch. tit. 19. à cap. 16.

Sine conſilio Metropolitani, & finitimorum omnium, & probatione vitæ, & ſcientiæ dignitate, non ordinetur Epiſcopus. Concil. Laodic. tit. 12. à cap. 7.

Sine conſilio Metropolitani nullus ordinetur Epiſcopus. Concil. Carthag. II. titul. 12. à cap. 14.

Abſque Metropolitano nullus ordinetur Epiſcopus. Et de morientis exequiarum diebus. Concil. Rhegien. tit. 6. à cap. 26.

Nec extra conſcientiam Metropolitani, nec ab uno Epiſcopo ordinandum Epiſcopum. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 1. 7.

Nemo contempto Metropolitano Epiſcopus ordinetur. Et de robore Nicæni Concilii. Epiſtola Bonifacii ad Hilarium Narbonenſem ex integro 33.

Non eſſe Epiſcopum ſine Metropolitano ordinandum. Concil. Arelat. II. tit. 6. à cap. 22.

Sine Metropolitani & trium Epiſcoporum præſentia, vel conſenſu omnium abſentium, non ordinandum Epiſcopum. Concil. Arelatenſe II. tit. 5.

Non eſſe Epiſcopum ſine Metropolitano, & confinitimis ordinandum. In excerptis Martini tit. 3.

Ut nullus ſine conſenſu Metropolitani Epiſcopus ordinetur. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium Tarraconenſem Epiſcopum tit. 77.

Qui in Metropolitana civitate non ordinetur Epiſcopus, poſt duos menſes præſentatus occurrat. Concil. Tarraconen. tit. 5. à cap. 39.

TITULUS XL.

Ne à duobus Epiſcopis ordinetur Epiſcopus.

Ut non præſumant duo Epiſcopi ordinare Epiſcopum. Concil. Carthag. III. titul. 39. à cap. 15.

Ut non habeatur Epiſcopus à duobus Epiſcopis ordinatus. Concil. Rhegien. titul. 1. à capit. 16.

Quum violentus à duobus Epiſcopis ordinatur; Concil. Rhegien. tit. 1. à cap. 20. periclitabuntur. Si autem voluntarius, & ipſe ceſſabit. Concil. Arauſic. tit. 21. à cap. 27.

A duobus Epiſcopis ordinatus, aliquando Epiſcopus eſſe poteſt. Concil. Rhegien. tit. 2. à capit. 26.

Indebitè ordinati Epiſcopi propter neceſſitatem vel indulgentiam, aliquando ſtare poſſunt. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium 77.

Ut ſine tribus Epiſcopis non ordinetur Epiſcopus. Concil. Arelaten. I. tit. 20. à cap. 21.

TITULUS XLI.

De Epiſcopis petentibus populis ordinandis.

De Epiſcopis petentibus populis ordinandis: & ne in vico, vel parvo loco ordinentur. Concil. Sardicen. tit. 6. à cap. 5.

Epiſcopos in vicis & in villis non ordinandos: nec presbyteros ſine Epiſcopo aliquid acturos. Concil. Laodicen. tit. 61. à cap. 7.

TITULUS XLII.

De Epiſcopis volentibus ſuſcipere miniſterium, vel tenere ſedem.

De Epiſcopis, qui poſt ſuſceptam manûs impoſitionem non acquieſcunt ſuſcipere miniſterium. Concil. Antiochen. titul. 16. à cap. 6.

De contempore Epiſcopo, ſi nolit agere ſacerdotium. In excerptis Martini tit. 11.

De ſeditioſo Epiſcopo, ſi parochiam, in qua ordinatus eſt, non accipiat; ſed alteram quærat. In excerptis Martini tit. 12. à cap. 43.

De Epiſcopo per neceſſitatem vacante. Concil. Bracarenſe III. tit. 10. à cap. 43.

TITULUS XLIII.

De Epiſcopis ordinatis, & à populo non ſuſceptis.

De Epiſcopis, qui non pro vitio, ſed contradictione plebium non ſuſcipiuntur. Concil. Antioch. tit. 18. à cap. 6.

TITULUS XLIV.

De exequiis morientis Epiſcopi, & rebus ejus.

Qualiter humetur Epiſcopus. Concil. Valletano tit. 4. à cap. 43.

De exequiis morientis Epiſcopi. Concil. Tolet. VII. tit. 3.

Ut Epiſcopus, qui ſepelierit Epiſcopum, curam habeat Eccleſiæ ipſius. Concil. Rhegien. tit. 5. à cap. 26.

Ne extra conſtitutum ordinem morientis ſacerdotis hæredes rem ejus adire præſumant. Concil. Tolet. IX. tit. 7. à cap. 52.

Quantum commodum ſibi Epiſcopus tollat de Eccleſia, cujus tumulaverit ſacerdotem. Concil. eodem tit. 9.

TITULUS XLV.

De non conſtituendis ſucceſſoribus Epiſcoporum.

Epiſcopos non debere ſibi ſucceſſorem conſtituere. Concil. Antioch. tit. 23. à capite 6.

De

De non conſtituendis ſucceſſotibus. Concilium Bracarenſe III. tit. 8. à cap. 67.

Ut Epiſcopus ſucceſſorem ſibi non eligat. Decretum Hilarii tit. 5. 76.

TITULUS XLVI.

De non differenda ordinatione Epiſcoporum.

POſt obitum Epiſcopi non diu differri ordinationem alterius ultra tres menſes. Concil. Chalcedon. tit. 25. à cap. 11.

Ut interceſſor nulla ſeditione retineat mortui cathedram, ſed intra annum provideat ſucceſſorem, Concil. Carthag. V. tit. 8. à cap. 17.

TITULUS XLVII.

De ordinandis Epiſcopis.

QUaliter conſectentur Epiſcopi. Concil. Carthag. IV. tit. 2. à cap. 16.

Qualiter Epiſcopi debeant ordinari. Concil. Nicæn. tit. 4.

Quales, vel quàm docti debeant ordinari Epiſcopi. Concil. Carthag. IV. tit. 1. à cap. 16.

De ordinatione. In excerptis Martini tit. 2.

Ut Epiſcopi de die conſecrationis ſuæ literas ab ordinatoribus accipiant. Concil. Carthag. VIII. tit 14. à cap. 20.

De ordinatione miniſtrotum ſacerdotum, quando fiat. Epiſtola Leonis ad Dioſcorum tit. 1. 74.

Idipſum quibus menſibos & temporibus fiat. Decretum Gelaſii tit. 13. 84.

De omnibus ſecondùm ſtatuta Canonum ordinandis. Epiſtola Hormiſdæ ad Epiſcopos per Hiſpaniam tit. 1. 94.

TITULUS XLVIII.

De doctrina & regulis Epiſcoporum.

UT Epiſcopus antequam ordinetur, Canones agnoſcat. Concil. Carthag. III. tit. 3. à cap. 15.

Ut ſacerdotes Scripturarum ſacrarum, & Canonum cognitionem habeant. Concil. Tolet. IV. tit. 25. à cap. 47.

Ut poſteriores prioribus Epiſcopis deferant: nec inconſultis Primatibus ſuis aliquid agant. Concil. Carthag. VIII. tit. 23. à cap. 20.

Ut Epiſcopus ab Eccleſia die Dominico deeſſe non debeat, Concil. Aurelianenſe tit. 27. à cap. 31.

Ut Epiſcopus non longè ab Eccleſia hoſpitium habeat. Concil. Carthag. IV. tit. 14. à cap. 16.

Ut Epiſcopus ſupellectilem & menſam vilem habeat. Concil. eodem tit. 15.

Quòd lectio in omnibus ſacerdotum menſis legi debeat, Concil. Tolet. III. tit. 7. à capite 46.

Ut Epiſcopus nullam cutam rei familiaris ad ſe revocet, tantùm ordinationi & doctrinæ vacet. Concil. Carthag. IV. tit. 20. à cap. 16.

De cora populorum & pauperum, quam Epiſcopus ſibi impoſitam noverit. Concil. Tolet. IV. tit. 32. à cap. 47.

Ut & pauperes & infirmos tueatur. Concil. Aurelian. tit. 12. à cap. 31.

Ut Epiſcopus gubernationem viduarum & pupillarum, aut peregrinorum, non per ſe, ſed per ſubditos agat. Concil. Carthag. IV. tit. 17. à cap. 16.

Ut Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. Concil. Carthag. IV. tit. 18.

Ut Epiſcopus nec provocatus pro rebus tranſitoriis litiget. Concilio eodem titulo 19.

Epiſcopus alienum clericum peccantem redarguat. Concil. Vaſenſe tit. 8. à cap. 29.

De ſacerdotibus ad gentem extraneam nuncios mittentibus. Concil. Tolet. IV. tit. 30. à cap. 47.

Quòd omni tempore liceat Epiſcopo chriſma conficere. Concil. Bracar. III. tit. 51. à. capite 63.

Pro chriſmate Epiſcopus nihil accipiat. Concil. Bracar. II. tit. 4. à cap. 62.

Pto conſecratione Baſilicæ Epiſcopus nihil exigat. Concil. Bracar. II. tit. 5. à cap. 62.

Ut Epiſcopus quolibet loco ſedens, ſtare non patiatur presbyterum. Concil. Carthag. IV. tit. 34. à cap. 16.

Pto deferendo Epiſcopis invicem ſibi ſedendi loco, ſervato Metropolitani primatu. Concil. Btacar. I. tit. 6. à cap. 61.

De conſenſu presbyteri com Epiſcopo in Eccleſia. Concil. Carthag. IV. tit. 35. à cap. 16.

Ut ea quæ illicitè deceſſor Epiſcopi amiſit, vel ab aliis illicitè commiſſa ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt emendentur. Decretum Hilarii tit. 4. 76.

Ut Epiſcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat. Concil. Btacar. II. tit. 3. à cap. 62.

TITULUS XLIX.

De Metropolitanis.

UT Metropolitanus de Epiſcopo electo ad Epiſcopum Primàtum tenentem referat. De Metropolitano electo ſimiliter provinciales Epiſcopi referant. Et qualiter Metropolitanus ordinetur. Epiſt. Leonis ad Anaſtaſium tit. 6. 69.

De poteſtate Metropolitani; ſine quo reliquos Epiſcopos, & quem ſine reliquis Epiſcopis, nihil convenit agere: & ad jodicium ejos cæterorum Epiſcoporum negotiis deferendis. Concil. Antioch. tit. 9. 6.

De primatu Metropolitani: ſine quo reliquos Epiſcopos, & quem ſine reliquis, nihil agere. In excerptis Martini tit. 4. à cap. 63.

De poſteritate ejuſdem. In quo ſuprà tit. 2.

Ut Metropolitano ſua jura ſerventur. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium tit. 2. 69.

TI-

TITULUS L.

De Archiepiſcoporum primatu.

DE primatu Epiſcoporum Alexandriæ, Romæ, Antiochiæ. Et ſine Metropolitano Epiſcopo ordinatum omnino ceſſare. Concil. Nicæno tit.6.

De honore Epiſcopi Hieroſolymitani. In quo ſuprà tit. 7.

De honore Epiſcopi Conſtantinopolitani. Concil. Conſtantinopolit. tit.5. à cap.8.

De honore Antiocheni Epiſcopi. Epiſtola Innocentii ad Bonifacium. tit.1. 19.

De primatu Epiſcoporum Alexandriæ, Orientis, Antiochiæ, atque Aſiæ. Concil. Conſtantinopolit. tit. 2.

Ut primæ ſedis Epiſcopus princeps ſacerdotum non appelletur. Concil. Carthag. III. tit. 26.

Quòd prima ſedes apud Antiochiam Beati Petri eſſe memoretur. Et quòd abſque Epiſcoporum primatu tenente, Epiſcopus non ordinetur. Epiſtola Innocentii ad Alexandrum tit. 20.

TITULUS LI.

De commiſſa vice Apoſtolicæ Sedis, aliiſque præceptis.

QUòd Theſſalonicenſes Epiſcopi vicem Apoſtolicæ Sedis impleverint. Et quòd correptioni adhibenda dilectio; nec pro minimis cauſſis facilè exercenda damnatio, Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium tit.1. 69.

De commiſſa vice Apoſtolicæ Sedis, Epiſtola Simplicii ad Zenonem Hiſpalenſem ex integro 79.

De directis inſtitutis, & vice commiſſa. Epiſtola Hormiſdæ ad Joannem Illicitanæ Eccleſiæ Epiſcopum. Ex integro 81.

Ut contra hæreticos libentiùs & majori intendat auctoritate, perſonam ſuam jubet induere. Epiſtola Hormiſdæ ad Epiphanium ex integro 95.

De commiſſa vice per Bæticam & Luſitaniam. Epiſtola Hormiſdæ ad Salluſtium, ex integro.

TITULUS LII.

De clericis contra interdictum ordinatis, vel filios generantibus.

COntra interdictum ordinati, vel in honore poſiti filios generantes clerici, honore & ordine privabuntur. Concil. Ilerden. tit.12. à cap. 42.

Ut quicumque contra vetita ordinati fuerint, cum ordinatoribus deponantur, de commemoratione Nicæni Concilii. Epiſtola Innocentii ad univerſos in Tholoſa tit.4. à cap.27.

Ut ii qui contra interdictum ordinaverint, excommunicentur. Concil. Arelaten. III. tit. 3. à cap.23.

TITULUS LIII.

De ſacerdotibus & levitis ſine examinatione promotis, & de ſpontè confeſſis.

DE presbyteris, qui poſtquam promoti ſunt, pòſt examinati ſua peccata confeſſi ſunt. Concil. Nicæn. tit.9.

Si presbyter confeſſus, convictus fuerit ante ordinationem peccâſſe, Concil. Neo-cæſar. tit.9. à cap. 3.

Idem ipſum de diaconibus. In quo ſuprà tit. 10.

Si presbyter aut diaconus poſt ordinationem non convicti, confiteantur quòd antea peccaverint. In excerptis Martini tit.25. à cap.63.

Diaconi ſi ante honorem peccâſſe probantur. Concil. Eliberitan. tit.76. à cap.38.

Si ſacerdos vel levita de ſe crimen confiteantur. Concil. Valentino tit.3. à cap. 24.

Si presbyter aut diaconus pro reatu aliquo ab Euchariſtia ſe ſuſpenderint. Concil. Aurelian. tit.8. à cap.22.

TITULUS LIV.

De caſtimonia totius ordinis clericorum, ac de ſpontè profeſſis.

DE caſtimonia miniſtrorum & ſacerdotum. Concil. Toletan. IV. tit.21. à cap.47.

Ut Epiſcopus in conclavi ſuo idoneum teſtimonium habeat. Concil. Tolet. IV. tit.22.

Ut presbyter vel diaconus ſimiliter vitæ ſuæ habeat teſtes. Concil. eodem tit.23.

Ut caſtitas à ſacerdotibus & levitis cuſtodiatur. Concil. Carthag. II. tit.2. à cap.14.

De adulteris. Concil. Ancyritano tit.22.

Si presbyter uxorem duxerit, vel mœchaverit. Concil. Neo-cæſareenſi tit.1. à cap.3.

De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchaverint. Concil. Eliberitano tit.18. à cap.38.

De iis qui altari ſerviunt, ſi ſubitò flenda carnis fragilitate corruerint. Concil. Ilerden. tit.5. à cap.62.

De ſacerdotibus & miniſtris fornicantibus. In excerptis Martini tit.27.

Ne clerici viduarum familiaritati ſocientur. Concil. Carthag. IV. tit.52. à cap.16.

Ut etiam ad proprias ſanguinis ſui clerici cum teſtimonio vadant. Concil. Tarraconen. tit.1. à cap.34.

De clericis & oſtiariis, qui adulteris mulieribus admiſcentur, ut projiciantur. Concil. eodem tit. 9.

De clericis, cum quibus mulieres habitant. Concil. Hiſpalenſe I. tit.3. à cap.65.

TI-

TITULUS LV.

De abſtinendis clericis à propriis conjugibus.

DE ſacerdotibus & levitis, ut ab uxoribus ſe contineant. Concil. Carthag. V. tit. 3. à cap. 16.

De iis qui poſt acceptum diaconium incontinentes inveniuntur. Concil. Arauſican. tit. 23. à cap. 27.

De presbyteris & diaconibus, qni ad conjngalem thorum revertuntur, Concil. Agathen. tit. 8. à cap. 30.

De ſacerdotibus & miniſtris, ut ab nxoribus ſe abſtineant. Concil. Eliberit. tit. 33. à capite 38.

De presbyteris & diaconibus, ſi poſt ordinationem filios genuerint, Concil. Tolet. I. tit. 1. à cap. 44.

Ut Epiſcopis, presbyteris, aut diaconibns ex hæreſi venientibus uxoribus miſceri non liceat. Vel quòd ii qui ſemper Catholici fuerint, in cellulis cum mulieribus extraneis non morentur. Inventæ autem mulieres ab Epiſoopis venundentur. Concil. Toletan. III. tit. 5. à cap. 45.

De clericis incontinentibus, & indictione caſtimoniæ. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 6. 3.

Ut ſacerdotes & levitæ cum nxoribus coïre non debeant, ſed omnino ſint caſti. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 9. à cap. 7.

De continentia ſacerdotum & levitarnm. Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit. 1. à capice 8.

Ut ii qui in ſacerdotio filios genuerint, ab officio removeantur. Epiſtola Innocentii ad Maximum tit. 1. à cap. 10.

De ſacerdotibus & miniſtris, quòd ceſſare debeant ab opere coujugali, non tamen repudiare conjugia. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 4. 68.

Quòd ſubdiaconibus, & deinceps majoris ordinis clericis, carnale conjugium denegetur. Epiſtola Leonis ab Anaſtaſium tit. 4. 69.

Ut ſi qui ex conjugibus ordinati ſunt, ſine teſtimonio communiter non habitent. Concil. Gerunden. tit. 6. à cap. 40.

Idipſum de eodem. Et ne clericus ad domum extraneæ mulieris accedat, Concil. Agathen. tit. 10. à cap. 30.

TITULUS LVI.

Ne mulieres commorentur cum clericis.

DE fœminis quæ cum clericis habitare poſſunt. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 12. à cap. 3.

De ſubintroductis & adoptivis mulieribus. Et nt religioſæ fœminæ nullius laïci, vel alieni familiaritatem habeant, Concil. Bracar. III, tit. 33. à cap. 63.

Clerici vel ſanctimoniales fœminæ cum extraneis viris vel fœminis non habitent. Concil. Carthag. I. tit. 3. à cap. 13.

Cum clericis extraneæ fœminæ non cohabitent. Concil. Carthag. III. tit. 17. à cap. 15.

De remotione mulierum à conſortio clericorum. Concil. Tolet. IV, tit. 42. à cap. 47.

Nullus clericus, cujuſcumque ordinis, in cellario, aut in ſecreto intromittat puellam. Concil. Arelaten. II. tit. 4. à cap. 22,

Nullus clericns in cellario, vel in ſecreto quamcumque fœminam intromittat, Concil, Agathen. tit. 11. à cap. 30.

De familiaritate extranearnm mulierum. Concil. Aurelianenſe tit. 25. à cap. 31.

Clerici extraneas fœminas in domo non habeant. Concil. Eliberit. tit. 27. à cap. 28.

Clerici qui ſine nxoribns ordinantur, extraneas mulieres in domo non habeant. Concil. Gerunden. tit. 7. à cap. 40.

Nullus clericns à ſubdiaconatu, & ſuprà, cum extranea habitet muliere. De diſpoſitione etiam operis ancillarum. Concil. Tolet. II. tit. 3. à cap. 45.

Ut clerici cum extraneis mulieribns non habitent. Concil. Ilerden. tit. 15. à cap. 42.

De venditione mulierum, quæ clericis conjunctæ noſcuntur. Concil. Toletan. IV. tit. 43, à cap. 47.

TITULUS LVII.

De non conſummato concupiſcentiæ malo.

DE concupiſcentia non conſummata. Concil. Neo-cæſareen. tit. 4. à cap. 3.

TITULUS LVIII.

De ſacerdotibus, cunctiſque clericis deſertoribus, & non transferendis in alienum locum.

UT ubi qnis primùm legerit, ibi permaneat clericus. Concil. Carthag. VIII. tit. 15. à cap. 20.

Ne quis qnalibet neceſſitate ſuam relinqnat Eccleſiam. Concil. Arelaten. II. tit. 13. à capite 22.

Ut nullus clericus de Epiſcopo ſuo recedat, & ad alium ſe transferat, neque ei communicet, excepto ſi de hæreſi ad Eccleſiam ſe transferat. Concil. Toletan. I. tit. 12. à cap. 44.

Non debere clericum ad aliam Eccleſiam migrantem ibi perſeverare. Concil, Antioch. tit. 3. à cap. 6.

Quòd non liceat clerico in duabus Eccleſiis miniſtrare, ſed aut primæ reſtitui, aut ſecundæ firmari. Concil. Chalcedon. tit. 10. à cap. 11.

Ut clericus cujuſcumque ordinis alibi tranſiens excommunicetur. Concil. Arelaten. I. tit. 21. à cap. 21.

De clericis deſertoribus. Concil. Bracar. III. tit. 33. à cap. 43.

Item de clericis deſertoribus, ut Epiſcopis

suis

ſuis reſtituantur. Concil. Hiſpalen. II. tit. 3. à cap. 46.

Si Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ab Eccleſia, vel à civitate, in qua ordinati ſunt, abſceſſeriut. Concil. Nicæn. tit. 15.

De vagis & inobedientibus clericis, miniſtris, & ſacerdotibus. Concil. Valletano tit. 5. à cap. 43.

De presbyteris, diaconibus, vel clericis, qui ad alias civitates transeunt, ut non ſuſcipiantur alibi, ſed omnino reverti cogantur. Concil. Nicæno tit. 15.

Epiſcopum de provincia ad provinciam non tranſire, niſi fuerit invitatus. Concil. Sardicen. tit. 2. à cap. 5.

De ſacerdotibus qui Eccleſias ſuas derelinquunt, & ad alienas Eccleſias migrant. Epiſtola confeſſionis Damaſi tit. 3.

De Anatolio Epiſcopo, qui Antiochenam & Alexandrinam Eccleſiam uſurpare tentavit. Epiſtola Leonis ad Marcianum tit. 1. à cap. 57.

Item de quo ſuprà. Epiſtola ejuſdem ad eundem Anatolium tit....

Non invitati Epiſcopi ultra diœceſes ſuas non accedant. Concil. Conſtantinopolit. tit. 3. 8.

De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem tranſiens, vel agere clericatum. Concil. Bracar. III. tit. 5. à cap. 63.

Ut non liceat Epiſcopum, vel quemlibet ex clero ad aliam tranſire civitatem. Concil. Chalcedon. tit 5. à cap. 11.

Si quis Epiſcopus relictâ ſuâ Eccleſiâ, ad aliam ſe tranſtulerit. Decretum Gelaſii tit. 25. à cap. 84.

Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim non debere tranſire, nec violentiâ impulſum, nec ſuaſione provocatum. Concil. Antioch. tit. 21.

Epiſcopum non debere in alienam irruere civitatem. Concil. Antioch. tit. 22. à cap. 6.

Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem non tranſeat. Concilium Carthag. IV. tit. 27. à cap. 6.

De eo qui de inferiori civitate ad majorem tranſire vult. Concil. Bracar. III. tit. 5. 63.

De ſacerdotibus qui de Eccleſiis ſuis ad alias Eccleſias vel civitates tranſeunt. Epiſtola Damaſi ad Paullinum tit. 3. 2.

Epiſcopum non debere ad aliam civitatem ſe transferre. Concil. Sardicen. tit. 1. à cap. 5.

Ut nullus Epiſcoporum relictâ propriâ Eccleſiâ ad aliam tranſeat, ubi & natale ſuum Romæ Epiſcopi faciunt. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium tit. 2. à cap. 77.

Ut Irenæus remotus à Barcinonenſi, ad propria revertatur. Epiſtola ejuſdem ad quem ſuprà tit. 4.

De damnatione Irenæi ſi ad ſuam Eccleſiam non revertatur. Epiſtola ejuſdem ad quem ſuprà tit. 5.

De remotione Irenæi. Et quòd indebitè ordinati Epiſcopi propter neceſſitatem vel indulgentiam ſtare poſſint. Ac ne in una Eccleſia duo Epiſcopi permittantur. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium ex integro.

Ut Epiſcopi ſuas diœceſes gubernent, nec ad alias accedant. Concil. Conſtantinopolit. tit. 2. à cap. 8.

De non mutanda parochia. In excerptis Martini tit. 5.

Ut ſi quis Epiſcopus ſuam deſerens civitatem, majorem ſedem ambitus petierit; nec illam obtinere poterit, & ſuâ carere debebit. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſ. tit. 8. 69.

De Epiſcopis in aliena provincia poſſeſſiones habentibus. Concil. Sardicen. tit. 15. à capite 5.

De Epiſcopis qui in poſſeſſione ſua, vel in aliena diœceſi Baſilicam conſtituunt. Concil. Arauſic. tit. 10. à cap. 27.

Non licere fieri tranſlationes Epiſcoporum. Concil. Carthag. III. tit. 38.

Ut Epiſcopus in aliena provincia non immoretur, licèt ſit eruditus. Concil. Sardic. tit. 14. à cap. 5.

Clerici vim paſſi, ſi ad aliam civitatem acceſſerint, non vetentur ibi morari, quamdiu potuerint. Concil. eodem tit. 21.

Ut clerici ſine neceſſitate in aliena civitate non immorentur. Concil. Carthag. III. tit. 37.

Ut extranei clerici apud Theſſalonicam non tardent. Concil. Laodic. tit. 20. à cap. 5.

Non licere Epiſcopis ad alienam tranſire provinciam, & ibi clericos ordinare. Concil. Antioch. tit. 12. à cap. 6.

De Epiſcopis, qui in aliena provincia ordinationes facere præſumunt. Concil. Bracar. III. tit. 7. à cap. 63.

Si quis ſuſceperit Eccleſiæ propriæ deſertorem, & ad aliquam provexerit dignitatem; ſubjaceat ſententiæ, quam Canones præfixerunt. Decretum Gelaſii generale tit. 26. à cap. 84.

TITULUS LIX.

De ſacerdotibus & clericis legitimè transferendis.

DE Epiſcopis & clericis in alienam fortè Eccleſiam legitimè transferendis. Concil. Carthag. IV. tit. 27. à cap. 16.

Ut Epiſcopus, qui plures habet clericos, ei qui eget, poſtulatus, ad ornandum tribuat. Concil. Carthag. III. tit. 45. à cap. 15.

TITULUS LX.

Quòd non liceat cuique alienum clericum, ſive monachum, laïcum, vel civem, libertum, aut ſervum, in ſua Eccleſia ordinare, vel retinere.

UT clericum alienum ſine conſenſu Epiſcopi ſui in alienam Eccleſiam non liceat ordinare. Concil. Nicænum tit. 17. à cap. 1.

Non licere Epiſcopo alterius clericum in ſuam Eccleſiam ordinare. Concil. Sardicenſe tit. 18. à cap. 5.

Item de quo ſuprà. Concil. eodem tit. 19.

Non licere Epiſcopis in aliam provinciam clericos ordinare. Concil. Antioch. tit. 13. à cap. 6.

Item de quo ſuprà. Concil. eodem tit.22.

Item de quo ſuprà. Concil. Conſtantinopolit. tit.3. à cap.8.

Ut clericum alienum nullus ſibi uſurpet. Concil. Carthag.III. tit.44. à cap.15.

Ut Epiſcopus alienum clericum non retineat vel ordinet, Concil. Carthag.III. tit.21.

Ut clericum alienum nullus ordinet: nec ſit clericus, qui non ſpoponderit locum ubi ſit ordinatus. Concil. Valletanum tit.6. à cap.43.

Qui clericum alienum ſuſceperit. Concil. Tolet.II. tit.2. à cap.45.

Ut nullus Epiſcopus clericum alterius ordinare præſumat. Concil.Bracar. I.tit.8. à cap.61.

De clericis deſertoribus. Concil. Hiſpal. II. tit.4. à cap.66.

Quòd minimè clericos in alienam civitatem liceat tranſmigrare, niſi eos priùs amiſerint civitates. Concil. Chalced. tit.20. à cap.11.

Ut nullus Epiſcopus alterius clericum ordinare uſurpet. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit.7. 7.

Ut alterius clericum non promoveat alter, nec abjectum ſuſcipiat. Concil.Tauritan.tit.6. à cap. 25.

Nullus alienum clericum ſolicitare vel retinere præſumat, nec aliquid etiam pulchrum auferre de fratribus Eccleſiæ. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium tit.9. à cap.49.

Ut qui clericum alienum defendere nititur, à communione privetur. Concil. Arelaten.III. tit.4. à cap.23.

De iis qui clericum alienum ordinare præſumpſerint. Concil. Arauſic. tit.8. à cap.27.

Non ambiant ſibimet Epiſcopi vindicare clericos poteſtatis alienæ. Decretum Gelaſii generale tit.7. à cap.89.

De non recipiendis clericis vagis. Et de infirmanda ordinatione ejus qui ſine conſenſu Epiſcopi ſui ab alio Epiſcopo ordinatus eſt. Concil. Bracar.III. tit.33. à cap.63.

Ut clericus ſive laïcus in alterius Eccleſia non ordinetur. Concil. Carthag. I. tit. 5. à capite 13.

De clericis vel monachis ab alio Epiſcopo ordinatis. Concil. Carthag. V. tit.14. à cap.17.

De iis qui cives alienos ordinaverint. Concil. Arauſic. tit.9. à cap.27.

Si Epiſcopus alterius clericum ſecerit, & diaconum, vel presbyterum ordinaverit. Concil. Aurelianen. tit.5. à cap.31.

Ut nullus Epiſcopus ſervum alterius ad officium clericatûs promoveat. Epiſtola Leonis ad univerſos Epiſcopos per Campaniã tit.1. à c.66.

Ut nullus ſervum alienum abſque conſenſu domini ſui in monaſterio ſuſcipiat. Concil. Chalcedon. tit.4. à cap.11.

Non debere ſervum occaſione religionis contemnere dominum ſuum. Concil. Gangrenſe tit.3. à cap.4.

De non docendis ſervis alienis contemnere dominum ſuum. Conc.Brac.III.tit.47. à cap.63.

Servi ſub obtentu religionis non ſuſcipiantur aut vindicentur in monaſteriis aut in clero. Decretum Gelaſii generale tit. 16. à capite 84.

Si Epiſcopus ſervum alienum diaconum aut presbyterum fecerit, dupla ſatisfactione reſtituat ſervum. Concil. Aurelian. tit. 5. à cap.31.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS

De inſtitutionibus monaſteriorum & monachorum, atque ordinibus pœnitentium.

INDEX LIBRI SECUNDI.

I. *De monaſteriis virorum, & ordinibus eorum.*
II. *De monaſteriis fœminarum.*
III. *De cuſtodia ſacrarum virginum.*
IV. *De oratione ſacrarum virginum.*
V. *De tempore velandarum virginum.*
VI. *De ſacris virginibus velatis, ac poſtea corruptis, & de corruptoribus earum.*
VII. *De virginibus non velatis & corruptis, ac de corruptoribus earum.*
VIII. *De diſcretione viduarum ac virginum.*
IX. *De comprobatione ſanctimonialium, viduarum, ac virginum.*
X. *De prohibitione miniſterii fœminarum.*
XI. *De non velandis viduis.*
XII. *De caſtimonia & regulis viduarum.*
XIII. *De caſtimonia monachorum, ac virginum, & damnatione prævaricatorum.*
XIV. *De viduis mœchis.*
XV. *De appetendo pœnitentiæ bono.*
XVI. *Quid poſſit pœnitentia.*
XVII. *De dilatione pœnitentiæ & communionis.*
XVIII. *De danda pœnitentia, & temporibus pœnitendi.*
XIX. *De pœnitentium legibus.*
XX. *De temporibus remiſſionis pœnitentium.*
XXI. *De non recipiendis alienis pœnitentibus.*
XXII. *De iis qui in pœnitentia poſiti moriuntur.*
XXIII. *De damnatione tranſgreſſorum pœnitentium, & profitentium caſtitatem.*

TITULUS I.

De monaſteriis virorum, & ordinibus eorum.

DE monaſteriis non convellendis. Concil. Hiſpal.II. tit.11. à cap.67.

Cellulæ vel congregationes novæ abſque Epiſcopi notitia non conſtruantur. Conc.Agathen. tit.58. à cap.3.

Monaſterium inconſulto Epiſcopo nullus ædificet.

Monachi ſi evagantur, reducantur: & ſi neceſſe erit, cum voluntate Abbatis, de monacho clericus fiat. Concil. Agathen. tit. 27. à capite 30.

Ut Epiſcopo liceat unam de parochianis Eccleſiis

cleſiis monaſterium facere, & conferre quod voluerit de rebus Eccleſiæ. Concil. Tolet. IV. tit. 4. à cap. 46.

Si Epiſcopus monaſterium faciat, vel parochitanam Eccleſiam ditet, quantam partem de rebus Eccleſiæ conferat. Concil. Tolet. IX. tit. 5. à cap. 52.

Monachus ſine permiſſione Epiſcopi vel Abbatis cellulam ſibi non conſtruat. Concil. Aurelian. tit. 18. à cap. 31.

De poteſtate Epiſcopi in monaſteriis habenda: & ulteriùs non fieri ſæcularia habitacula, quæ fuerint monaſteria conſecrata. Concil. Chalcedon. tit. 24. à cap. 11.

De diſcretione poteſtatis Epiſcoporum, quam in monaſteriis habere poſſunt. Concil. Tolet. IV. tit. 51. à cap. 47.

Abbates in poteſtate Epiſcopi ſint. De monachis etiam vagis: & non ſuſcipiendum alienum monachum. Concil. Arelaten. tit. 15. à cap. 21.

De clericis, monachis, vel laïcis, qui ſunt in to:cis monaſteriis, atque martyriis, in poteſtate ſint uniuſcujuſque Epiſcopi civitatis. Concil. Chalcedon. tit. 8. à cap. 11.

Unus Abbas duobus cœnobiis non præferatur. Concil. Agathenſe tit. 62. à cap. 30.

De honore monachi, & pœnitente: & ut nullus eorum attentet Eccleſiaſtica aut ſæcularia inquietare negotia, neque monaſteria vel oratoria ſibi conſtituere licere. Concil. Chalcedonenſe tit. 4. à cap. 11.

De monachis vagis & à monaſterio egreſſis. Concilio Toletano IV. tit. 52. à cap. 47.

Clerici, & monachi, ſine Epiſcopi Epiſtola nō profecturi. De Abbatis quoque & monachorum cellulis, ac de monachis ægris & ſenibus. Concil. Agathen. tit. 38. à cap. 40.

De clericis & monachis non manentibus in ſuo propoſito. Concil. Chalcedon. tit. 7. à cap. 11.

De monachis vel puellis Deo dicatis, quòd non liceat eis nuptiis jungi. Coucil. eodem tit. 16.

Monachi orarium vel zancas in uſu non habeant. Concil. Aurelianen. tit. 16. à cap. 31.

Si monachus uxorem duxerit. Concil. eodem tit. 17.

De monachis ut clerici ordinentur cum voluntate Abbatis; & quæ monaſterio offeruntur, non auferantur: & de Baſilicis, quas laïci fecerint. Concil. Ilerden. tir. 3. à cap. 42.

De monachorum promotione ad clerum. Epiſtola Syricii ad Eumerium Tarraconenſem tit. 13. 3.

Ut monachus miſſus alicubi, miniſterium clericatûs agere non præſumat, nec negotiator, nec exſecutor exiſtat. Concil. Tarraconen. tit. 10. à cap. 39.

De profeſſione monachorum, & profeſſione parentum eorum. Concil. Tolet. IV. tit. 49. à cap. 47.

TITULUS II.

De monaſteriis fœminarum.

MOnaſterium puellarum procul à monachis conſtituendum. Concil. Agathen. tit. 28. à cap. 30.

Ut monaſteria virginum à monachis tueantur. Concil. Hiſpalen. II. tit. 12.

TITULUS III.

De cuſtodia ſacrarum virginum.

QUaliter ſacræ virgines Epiſcopi vel presbyteri cuſtodiâ tueantur. Concil. Carthag. III. tit. 33. à cap. 15.

Vir religioſis fœminis præponendus ab Epiſcopo probetur, Concil. Carthag. IV. tit. 97. à cap. 16.

Quòd ad reatum ſacerdotis pertineat, ſi viduæ, vel ſanctimoniales, clericorum, qui iis præſunt, familiaritatibus ſocientur. Concil. eodem tit. 52.

TITULUS IV.

De oratione ſacrarum virginum.

QUaliter virgo ſanctimonialis ordinetur. Carthag. IV. tit. 11. à cap. 16.

De virginibus ante viginti quinque annos non ordinandis. Concil. Carthag. III. tit. 4. à cap. 15.

Nihil oberit virginibus, quæ neceſſitate cogente, ante viginti quinque annos velata fuerit. Concil. Carthag. VIII. tit. 26. à cap. 20.

Virgines ſanctimoniales ante ætatis annum quadrageſimum non velentur. Concil. Agathen. tit. 19. à cap. 30.

Ante quadraginta annos ætatis ſanctimoniales virgines non velentur. Concil. Cæſarauguſt. tit. 8. à cap. 41.

De diaconiſſis non ordinandis. Concil. Arauſic. tit. 26. à cap. 27.

De diaconiſſis lapſis, ut non ante annum quadrageſimum ordinentur. Concil. Chalced. tit. 15. à cap. 11.

TITULUS V.

De tempore velandarum virginum.

DE virginibus ſacris, quibus temporibus velentur; ob neceſſitatem tamen omni tempore, ſicut de baptiſmate dictum eſt: ne ſine hoc munere tranſeant, quod imploràſſe dicuntur. Dectet. Gelaſii generale tit. 14. à capite 84.

TITULUS VI.

De ſacris virginibus velatis, ac poſtea corruptis, & de corruptoribus earum.

DE ſacris virginibus velatis, ſi publicè vel occultè lapſæ fuerint. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 11. à cap. 7.

De puellis quæ jam conſecratæ ſunt, ſi poſtea nupſerint; & propoſiti & conſecrationis duplex crimen admittunt. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 14. 68.

TITULUS VII.

De virginibus non velatis & corruptis, ac de corruptoribus earum.

DE virginibus ſacris non velatis, ſi lapſæ fuerint, Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 13. 7.

Quòd puellæ, quæ non coactè, ſed voluntate propria virginitatis propoſitum ſuſceperunt, delinquunt cùm nupſerint, etſi nondum fuerint conſecratæ. Epiſtola Leonis ad Ruſticum Narbonen. tit. 13. à cap. 68.

Si devota maritaverit, vel mœchaverit, pœnitentiæ deputabitur. Concil. Valentino tit. 2. à cap. 24.

De virginibus Deo ſacratis, ſi adulteraverint. Concil. Eliberit. tit. 13. à cap. 38.

Devota ſi adulteraverit, decem annis pœniteat: ſi maritum duxerit, non permittenda ad pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit. Concil. Tolet. I. 16. à cap. 44.

Si devota peccaverit vel maritaverit. Concil. Bracar. III. tit. 31. à cap. 63.

De virginibus ſacris, quæ vim barbaricam pertulerunt; quòd non habeant corruptam mentem propter corruptelam corporis violentam; quodque laudabiliores ſunt, ſi ſe incontaminatis non comparent. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos Africanos tit. 4. à cap. 71.

Ut raptores viduarum aut virginum, vel qui ſacris virginibus vi vel ſponte nupſerint, communione priventur. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit. 3. à cap. 87.

Quòd ii qui ſacris virginibus ſociantur, & fœdera incerta commiſcent, communicare non poſſint, niſi publicam pœnitentiam geſſerint. His autem de ſæculo tranſeuntibus viaticum non negari. Decretum Gelaſii generale tit. 22. 84.

TITULUS VIII.

De diſcretione viduarum ac virginum.

DE diſcretione ſæcularium & ſanctimonialium viduarum ac virginum. Concil. Tolet. IV. tit. 56. à cap. 47.

De profeſſione & veſte religioſarum viduarum. Concilio Toletano X. tit. 4. à cap. 53.

TITULUS IX.

De comprobatione ſanctimonialium, viduarum, ac virginum.

VIduæ quæ in propoſitum religioſum diuturna obſervatione permanſerint, & virgines quæ plurimis annis in monaſteriis fuerint, omnino nubere prohibentur. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit. 4. 87.

De fœminis quæ viduitatem profeſſæ ſunt coram Epiſcopo. Concil. Arauſic tit. 27. à cap. 27.

De remotis excuſationibus viduarum tranſgreſſionem ſequentium. Concil. Tolet. X. tit. 10. à cap. 53.

TITULUS X.

De prohibitione miniſterii fœminarum.

DE fœminis, ut ſacris altaribus non miniſtrent, vel aliquid ex eis quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumant. Decretum Gelaſii generale tit. 28. à cap. 84.

Ut nulla profeſſa vel vidua abſente ſacerdote in domo ſua ſacerdotale officium, vel lucernarium impleat. Concil. Tolet. I. tit. 9. à cap. 44.

Non debere mulieres ad altare ingredi. Concil. Laodic. tit. 44. à cap. 63.

Qualiter viduæ vel ſanctimoniales ad baptiſmi miniſterium ordinentur. Concil. Carthag. IV. tit. 12. à cap. 16.

Ut mulieres publicè docere non præſumant. Concil. Carthag. IV. tit. 12. à cap. 16.

Ut mulier baptizare non audeat. Concil. eod. tit. 1. cap. . . .

TITULUS XI.

De non velandis viduis.

VIduæ non velentur, quia id nec auctoritas divina, nec Canonum inſtituit forma. decretum Gelaſii generale tit. 15. à cap. 84.

Quòd viduæ (ut ſuprà dictum eſt) non velentur: & ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcaverint, ipſæ pro ſe Deo rationem reddant. Decretum Gelaſii generale tit. 23.

TITULUS XII.

De caſtimonia & regulis viduarum.

CUm viduis vel viduabus extraneæ perſonæ ne commorentur. Concil. Carthag. I. tit. 4. à cap. 13.

De viduis adoleſcentulis & infirmis victu Eccleſiæ ſuſtentandis. Concil. Carthag. IV. tit. 101. à cap. 16.

Ut viduæ quæ impendiis Eccleſiæ ſuſtentantur, Eccleſiam meritis & orationibus juvent. In quo ſuprà tit. 103.

Di viduis ſenioribus, quæ tamquam ordinatæ non ſuſcipiantur. Concil. Laodic. tit. 11. à cap. 7.

TITULUS XIII.

De caſtimonia monachorum ac virginum, & damnatione prævaricatorum.

DE monachis vel puellis Deo dicatis, quòd non liceat eis nuptiis jungi. Concil. Chalcedon. tit. 16. à cap. 11.

Clerici vel ſanctimoniales fœminæ cum extraneis viris vel fœminis non habitent. Concil. Carthag. I. tit. 3. à cap. 14.

Clerici vel continentes ad virgines & viduas

ſoli

Digitized by Google

ſoli nunquam accedant. Concil. Carthag. III. tit.25. à cap.15.

Ut religioſa puella virorum familiaritatem non habeat. Concil. Tolet. I. tit.6. à cap.44.

De monachis & virginibus caſtitatis propoſitum non ſervantibus. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.6. 3.

Quòd ſi qui propoſitum monachi deſeruerint, publica ſint pœnitentiæ ſatisfactione purgandi. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.12.68.

De viris ac fœminis ſacris propoſitum tranſgredientibus ſacrum. Concil. Tolet. VI. à cap. 49.

TITULUS XIV.

De viduis mœchis.

DE viduis mœchis, ſi eundem poſtea habeant. Concil. Eliberitan. tit. 72. à capite 38.

TITULUS XV.

De appetendo pœnitentiæ bono.

QUòd non oporter Chriſtianum de die in diem differre converti, ne anguſtias temporis incurrat extremi. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-julienſem tit.4. 72.

TITULUS XVI.

Quid poſſit pœnitentia.

QUòd omni tempore neceſſitatis & periculi pœnitentia & reconciliatio ſine mora ſit conferenda. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit.3.

Quòd Chriſtianum non conveniat in ſpatio vitæ ſpem indulgentiarum habere. In quo ſuprà tit.4.

TITULUS XVII.

De dilatione pœnitentiæ & communionis.

DE iis qui pœnitentiam agere differunt propter merum graviùs delinquendi. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.7. à cap.68.

De iis qui quocumque obſtaculo impediti, accipere pœnitentiam non recurrunt; quòd eis hoc remedium pœnitentiæ poſt mortem dari non poterit; quodque eorum merita Dei ſint judicio relinquenda. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit. 2. & in Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit.2. 72. & 8.

De iis qui uſque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communicationem petunt. In excerptis Martini tit.72.

TITULUS XVIII.

De danda pœnitentia, & temporibus pœnitendi.

IN infirmitate converſi manûs impoſitionem accipient. Concil. Arelaten. I. tit. 6. à cap.21.

De iis qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt, qualiter ab Eccleſia recipiantur. Concil. Carthag. VIII. tit.23. à cap.22.

Juxta peccati differentiam pœnitentiæ tempora decernaotur. Concil. eodem III. tit.31.

Ut ſacerdos pœnitenti abſque perſonæ acceptione pœnitentiæ leges jungat. Concil. Carthag. IV. tit.74. à cap.16.

De petentibus pœnitentiam, ſi poſtea obmuteſcant, vel in phreneſin vertantur. Concil. eod. tit.76.

Pœnitentiam deſiderantibus clericis non negandam. Concil. Arauſic. tit.4. à cap.27.

De iis qui ſubitò obmuteſcunt, ut baptiſmum & pœnitentiam accipiant. Concil. Arauſic. tit.12. à cap.27.

De iis qui mente deſipiunt, ut eis quæ pietatis ſunt, conferantur. Concil. eod. tit.13.

Quòd qui pœnitentiam petit, ſi obmutuerit, aut judiciis aut teſtimoniis certis comprobatus, quòd quæſivit accipiat. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit.5.72.

Qualiter majores pœnitentiam accipiant, quæ minoribus non facilè committenda eſt: & quòd viaticum in morte poſito nulli ſit denegandum. Concil. Agathen. tir.15. à cap.30.

Ut pœnitentia conjugatis ex conſenſu detur. Concil. Arelaten. II. tit.22. à cap.22.

Qualiter pœnitentia detur cum detonſione capitis, & mutatione veſtis. Concil. Tolet. III. tit.12. à cap.46.

De iis qui diverſorum peccatorum lapſus incurrunt; ut ſi dignè pœnituerint, communio tribuatur. Concil. Laodic. tit.2. à cap.7.

Quòd nulli ſit ultima pœnitentia deneganda. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit.2. à cap.34.

De pœnitentia fidelium, ut quum ad eam pervenerint, ceſſio eorum non publicetur. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum rit.2.67.

Quòd ægritudine aggravatis, vel obmuteſcentibus, pœnitentia per teſtimonium audientium detur. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit.1.72.

Quòd in generalibus cauſſis nihil ſioe Metropolitano oportet inquiri. Et ut iis qui in exitu ſunt, pœnitentia & communio non negetur. Nam nonniſi per ſupplicatiooes ſacerdotum valent Dei indulgentiam obtinere. Epiſtola Leonis ad Theodorum Foro-Julienſem tit.1.

TITULUS XIX.

De pœnitentium legibus.

UT negligentes pœnitentes tardiùs recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 25. à cap. 16.

Ut pœnitentes infirmi viaticum accipiant. Concil. eod. tit.77.

Ut pœnitentes viatico accepto, ſi ſupervixerint, ſine manûs impoſitione non ſe credant abſolutos. Concil. eodem tit.78.

Ut pœnitentium cauſſa, defunctorum & oblatio, & memoria commendetur. In quo ſup. tit.29

Omni

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Omni tempore jejunii à ſacerdote manus pœnitentibus imponenda. In quo ſuprà tit. 80.

Mortuos Eccleſiæ pœnitentes efferant & ſepeliant. In quo ſuprà tit. 82.

Quòd pœnitentes ſecundùm modum Canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant. Concil. Tolet. III. tit. 11.

Quòd oporteat eum qui pro illicitis veniam poſcit, etiam multis licitis abſtineri. Et quòd pœnitentes ſi cauſſas ſuas perfectionis amore non relinquunt, Eccleſiaſtico eas judicio agant. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 8. 68.

Quòd pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat. In quo ſuprà tit. 9.

Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam omnino redire non liceat. In quo ſuprà tit. 10.

TITULUS XX.

De temporibus remiſſionis pœnitentium.

De pœnitentium remiſſionis tempore. Epiſtola Innocentii ad decretum tit. 7. 6.

TITULUS XXI.

De non recipiendis alienis pœnitentibus.

De pœnitentibus, ut ab aliis Epiſcopis vel presbyteris non ſuſcipiantur, nec alibi communicent, niſi in ſua Eccleſia. Quòd ſi qui eos ſuſceperint; culpam tangunt. Epiſtola Felicis ap Epiſcopos per Siciliam tit. 6. 81.

Pœnitens ubi acceperit pœnitentiam, ibi communicet. Concil. Aurelianen. tit. 16. à cap. 21.

TITULUS XXII.

De iis qui in pœnitentia poſiti moriuntur.

De iis qui in pœnitentia poſiti vitâ exceſſerunt, ut & communicent, & oblatio eorum recipiatur. Concil. Arelaten. II. tit. 12. à cap. 22.

De pœnitentibus ſubitò mortuis, ut oblationes eorum recipiantur. Concil. Vaſenſi I. tit. 2. à cap. 28.

De non reconciliatis pœnitentibus, qui de corpore exeunt, ut viaticum accipiant; & ſi ſupervixerint, inter pœnitentes ſint. Concilio Arauſic. tit. 3. à cap. 27.

TITULUS XXIII.

De damnatione tranſgreſſorum pœnitentium, & profitentium caſtitatem.

De Apoſtatis qui tardiùs revertuntur, niſi per dignam pœnitentiam recipiantur. Concil. Arelaten. I. tit. 22. à cap. 21.

De iis qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæculum redeunt; & qui poſt pœnitentiam habitum ſæcularem reſumunt. Concil. Arelaten. II. tit. 25. à capite 22.

Si poſt acceptam pœnitentiam quis nupſerit, vel qualibet familiaritate cum extraneo vixerit. Concil. eod. tit. 21.

De iis qui pœnitentiam violaverint. Concil. Aurelian. II. tit. 6. à cap. 31.

De pœnitentibus mœchis, ſi poſtquam pœnituerint, rurſum fornicati fuerint. Concil. Eliberit. tit. 7. à cap. 38.

De viduis quæ profeſſam continentiam prævaricaverint. Conc. Carthag. IV. tit. 104. à cap. 16.

De fœminis quæ viduitatem profeſſæ ſunt coram Epiſcopo; ſi prævaricaverint, cum raptoribus damnentur. Conc. Arauſic. tit. 27. à cap. 27.

De iis quæ profeſſæ ſunt caſtitatem, ſi prævaricaverint. Concil. eod. tit. 28.

De pœnitentibus, viris ac fœminis, ſive viduis, virginibuſque ſacris, qui divertentes, laïci ſiunt, aut veſtem mutant, vel conjugiis copulantur. Tolet. IV. tit. 55. à cap. 47.

De iis qui viduæ, ſeu pœnitenti, vel religioſæ virgini ſtuprum intulerint. Concil. Ilerdenſi tit. 6. à cap. 42.

De iis qui acceptam pœnitentiam ſervaverunt, quid damnationis, vel quid ſubventionis habebunt. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 5. 3.

Quòd adoleſcens, ſi urgente, aut metu mortis aut captivitatis periculo, pœnitentiam geſſerit, & non ſe continet, uxoris poteſt remedio ſuſtineri. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 11. à cap. 68.

De pœnitentibus tranſgreſſoribus. Concil. Tolet. VI. tit. 7. à cap. 49.

Quid quibuſdam pœnitentibus priſtina reddantur conjugia. Concil. Tolet. VI. tit. 8.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS

De inſtitutionibus judiciorum, & gubernaculis rerum.

INDEX TITULORUM.

I. *De retinendo ſuſcepto regimine, & ſolicitè peragendo.*
II. *De formatis.*
III. *De modo profectionis miniſtrorum.*
IV. *De modo profectionis ſacerdotum.*
V. *De conſpirationis crimine.*
VI. *De delatoribus.*
VII. *De accuſatorum quærenda converſatione.*
VIII. *De accuſatorum reprobatione.*
IX. *De accuſatorum acceptione.*
X. *De examinatione teſtium.*
XI. *De non compellendis ad teſtimonium.*
XII. *De reprobatione teſtium.*
XIII. *De contemptu judicii.*
XIV. *De exordiis judicii.*
XV. *De implorandis judiciis.*
XVI. *De non relinquendis Eccleſiaſticis judiciis.*
XVII. *De electione judicum.*

XVIII. De

XVIII. *De numero judicum.*
XIX. *De dubiis judiciis.*
XX. *De diverſis judiciis.*
XXI. *De injuſtis judiciis,*
XXII. *De incertis judiciis.*
XXIII. *De convellendis & confirmandis judiciis.*
XXIV. *De collationibus pauperum.*
XXV. *De opprimentibus pauperes, & fraudantibus Eccleſiarum oblationes.*
XXVI. *De Conciliis celebrandis.*
XXVII. *De Epiſcopis ad Synodum ire contemnentibus.*
XXVIII. *De cuſtodiendis Epiſcoporum pactis, & à Principe confirmandis.*
XXIX. *De excommunicatis.*
XXX. *De excommunicatis, & ita defunctis.*
XXXI. *De conſervanda integritate locorum.*
XXXII. *De invaſis ſedibus & locis.*
XXXIII. *De regendis Eccleſiis, & triennali poſſeſſione.*
XXXIV. *De viſitandis & moderandis parochiis.*
XXXV. *Si contentio inter parochias oriatur, qua examinatione determinetur.*
XXXVI. *De œconomis & defenſoribus Eccleſiarum.*
XXXVII. *De diſpenſatione Eccleſiaſticarum rerum.*
XXXVIII. *De cuſtodiendis & non alienandis Eccleſiarum rebus.*
XXXIX. *De libertis & familia Eccleſiarum.*
XL. *De non ignorandis Canonibus.*
XLI. *De conſervatione Canonum, & damnatione vetita præſumentium.*
XLII. *De non contemnendis quæſtionibus, & cavendis contentionibus.*
XLIII. *De retinenda conditione ſervorum.*
XLIV. *De quorumcumque libertis Eccleſiæ commendatis.*

TITULUS I.

De retinendo ſuſcepto regimine, & ſolicitè peragendo.

QUòd non ſint quacumque ex cauſſa relinquenda regiminis jura ſuſcepta. Præfatio Epiſtolæ Leonis ad Ruſticum Narbonenſem 68.

Quòd jura regiminis ſolicitè ſint agenda. Præfatio Epiſtolæ Leonis ad Epiſcopos per Siciliam 65.

TITULUS II.

De formatis.

QUomodo fiat formata. Epiſtola Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi, quæ eſt in fine Græcorum Conciliorum, ex integro.

Qualiter fiat formata. Et ut ſine formata nullos clericus quocumque proficiſcatur. Concil. Carthag. VIII. tit. 20. à cap. 20.

TITULUS III.

De modo profectionis miniſtrorum.

NOn oportet miniſtrum altaris, vel etiam laïcum, ſine formatis literis aliquò proficiſci. Concilio Laodic. tit. 40. à cap. 7.

Non oportet altaris miniſtrum, vel quemlibet clericum, præter juſſionem Epiſcopi ſui ad peregrina proficiſci. Concil. eod. tit. 41.

Nullum peregrinum abſque epiſtolio, ideſt formata, ſuſcipi. Concil. Antioch. tit. 7. à capite 6.

Quòd non oporteat egenis epiſtolia tribui: honeſtiores autem commendatitiis literis approbari. Concil. Chalcedon. tit. 11. à cap. 11.

Ut qui confeſſorum literas portant, alias communicatorias recipiant. Concil. Arelat. I. tit. 9. à cap. 21.

De Epiſtolis communicatoriis confeſſorom. Concil. Eliberitano tit. 25. à cap. 38.

De iis qui communicatorias literas portant, ut de Fide interrogentur. Concil. eod. tit. 58.

De clericis qui ſine Epiſtolis ſui Pontificis proficiſcuntur. Concil. Agathen. tit. 52. & in eodem tit. 38. à cap. 30.

Ut clerici vel laïci in alienam Eccleſiam non communicent ſine literis Epiſcopi ſui. Concil. Carthag. I. tit. 7. à cap. 13.

De præſidibus, vel cæteris Rempublicam agere volentibus, ne ſine literis Epiſcopi ſui communicent: & quum contra diſciplinam egerint, excommonicentur. Concilio Arelatenſi I. tit. 7. à cap. 21.

Quòd non oporteat extraneos clericos ſine commendatitiis literis miniſtrare. Concil. Chalced. tit. 13. à cap. 11.

TITULUS IV.

De modo profectionis ſacerdotum.

UT Epiſcopus ſine formata Metropolitani longiùs non proficiſcatur. Concil. Carthag. III. tit. 28. à cap. 15.

Quòd Epiſcopus abſque vocatione Principis, & abſque juſtis cauſſis ad comitatum vadens, communione & dignitate privetur. Concil. Sardicen. tit. 11. à cap. 5.

De commotione Epiſcoporum, ne paſſim ad comitatum ire præſumant. Concil. Sardic. tit. 12. à cap. 5.

De Epiſcopis, vel omnibus omnino qui ſunt ſub Eccleſiaſtica regula conſtituti: ut nulli abſque conſilio & literis Metropolitani, omniumque, qui in eadem provincia ſunt Epiſcopi, ad Principem eant. Conc. Antioch. tit. 11. à cap. 6.

Ut Epiſcopi paſſim ad comitatum non pergant, niſi à Principe evocati. Et quomodo pro oppreſſis aut viduabus, vel pupillis atque damnatis, apud Poteſtates Epiſcopi remedium impetrent. Concil. Sardicen. tit. 8. à cap. 5.

Quomodo Epiſcopi, aut per ſe, aut per miniſtros ſuos, cauſſas ſibi competentes juſtè agere poſſint quum velint. Concil. eod. tit. 9.

Quòd

Quòd niſi pro juſtis cauſſis, aut pupillorum, vel viduarum, ſive laborantium remediis, Epiſcopus non eat. Concil. eod. tit. 10.

De convicinis Epiſcopis in urbe regia commorandis. Concil. Tolet. VII. tit. 6. à cap. 50.

TITULUS V.

De conſpirationis crimine.

DE conjurationibus & conſpirationibus, quòd crimen Græci *phratrias* dicunt. Concil. Chalcedon. tit. 18. à cap. 11.

TITULUS VI.

De delatoribus.

DE delatoribus. Concil. Eliberit. tit. 73. à cap. 38.

TITULUS VII.

De accuſatorum quærenda converſatione.

QUærendam in judicio converſationem accuſatoris & accuſati. Concil. Carthag. IV. tit. 96. à cap. 16.

TITULUS VIII.

De accuſatorum reprobatione.

QUi non bonæ converſationis ſunt, aut criminibus implicati ſunt, clericos non accuſent. Concil. Carthag. II. tit. 6. à capite 14.

De perſonis quæ clericos accuſare non poſſunt. Concil. Carthag. VII. tit. 2. à cap. 19.

De excommunicatis, ut donec in eadem ſententia ſunt, non accuſent. Concil. eod. tit. 1.

Ut accuſatores, qui primum crimen objectum non comprobaverint, ad cætera accuſanda non admittantur. Concil. Carthag. VII. tit. 3. à cap. 19.

De iis qui ſacerdotes accuſant nec probant. Concil. Eliberit. tit. 75. à cap. 38.

Ut qui clericum accuſaverit, & id non probaverit, excommunicetur. Concil. Bracar. II. tit. 8. à cap. 62.

Clerici accuſatores fratrum ad communionem non recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 55. à cap. 16.

Ut falſi accuſatores fratrum, uſque ad exitum excommunicentur. Concil. Arelat. I. tit. 14. à cap. 21.

De accuſatoribus fratrum. Concil. Arelaten. II. tit. 28. à cap. 22.

De laïcis qui in clericos crimen intendunt. Concil. Tolet. .... tit. 3. à cap. ....

Ut accuſatores de levibus cauſſis non audiantur; de criminalibus verò diſcutiantur. In quo Epiſcopus accuſatoris vice ſe diſcutiendum ſciat. Concilio Vaſenſi tit. 7. à cap. 28.

Ut Epiſcopus ſi cuicumque crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodo. Concil. Carthag. IV. tit. 29. à cap. 16.

Soli Epiſcopo accuſanti non eſſe credendum. Quòd ſi quem ſolus accuſaverit, & negantem excommunicaverit; nec ipſe communicet. Concil. Carthag. VII. tit. 5. à cap. 19.

TITULUS IX.

De accuſatorum acceptione.

DE Epiſcoporum & clericorum accuſatoribus, quales debeant in accuſationibus ſuſcipi. Chalcedon. tit. 21. à cap. 11.

Ne ſine accuſatore legitimè quiſpiam condemnetur. Concil. Tolet. VI. tit. 11.

TITULUS X.

De examinatione teſtium.

EJus qui frequenter litigat, & ad accuſandum facilis eſt, teſtimonium nemo abſque gravi examinatione recipiat. Concil. Carthag. IV. tit. 58. à cap. 16.

TITULUS XI.

De non compellendis ad teſtimonium.

DE clericis, nullius Eccleſiaſtici ad teſtimonium dicendum perſona pulſetur. Concil. Carthag. V. tit. 1. à cap. 17.

TITULUS XII.

De reprobatione teſtium.

DE perſonis, quæ adversùs clericos teſtificari non poſſunt. Concil. Carthag. VII. tit. 4. à cap. 19.

De falſis teſtibus. Concil. Eliberitano tit. 74. à cap. 38.

De Judæis converſis, & pòſt prævaricantibus, ut ad teſtimonium non admittantur. Concil. Toletano IV. tit. 64. à cap. 47.

De eo quem ſolo ſuo teſtimonio præſumpſerit Epiſcopus excommunicare. Concil. Carthag. III. tit. 5. à cap. 9.

TITULUS XIII.

De contemptu judicii.

DE accuſatis judicio adeſſe nolentibus. Epiſtola Bonifacii ad Epiſcopos Galliæ, ex integro 32.

TITULUS XIV.

De exordiis judicii.

UT nullus Epiſcopus pro judicio munera accipiat. Concil. Tarraconen. tit. 10. à cap. 39.

Ut Epiſcopus cauſſas cleris præſentibus audiat. Concil. Carthag. IV. tit. 23. à cap. 16.

Nullus Epiſcopus, vel infrà poſitus, die Dominico cauſſas audire præſumat. Concil. Tarraconen. tit. 14. à cap. 39.

De diſcretione cauſſarum, in quibus ſacerdotes judices eſſe poſſunt. Concil. Tolet. IV. tit. 30. à cap. 47.

TI-

TITULUS XV.

De implorandis judiciis.

DE clericis, ſi à Principe ſæculari, aut Epiſcopale judicium poſtulent. Concil. Carthag. VIII. tit.19. à cap.20.

Si clericus injuſtam diſtrictionem Epiſcopi circa ſe putat, recurrat ad Synodum. Concil. Carthag. XIII. tit.66. à cap.16.

Licere clericis, ſi injuſtè fuerint excommunicati, vicinos adire Epiſcopos. Concil. Sardicen. tit.17. à cap.5.

De clericis, qui de judiciis Epiſcoporum ſuorum conqueruntur. Concil. Carthag. VIII. tit. 22.

Qui ſententiæ Epiſcopi ſui non acquieſcit, recurrat ad Synodum. Concil. Vaſen. tit. 5. à cap. 29.

TITULUS XVI.

De non relinquendis Eccleſiaſticis judiciis.

NE Catholici apud infideles cauſſas proponant. Concil. Carthag. VIII. tit. 87. à cap. 20.

Quòd non oporteat clericos, prætermiſſo Epiſcopo, ad ſæcularia judicia commeare. Et ſi clericus adversùs Epiſcopum alienum cauſſam habeat, apud audientiam Synodi ejus provinciæ conqueratur. Nam ſi contra ipſius provinciæ Epiſcopum, aut contra Metropolitanum habuerit Epiſcopus vel clericus, ad diœceſis Epiſcopos pergat. Concil. Chalced. tit. 9. à capite 11.

Ut clerici omnino publica judicia non appellent: quòd ſi fecerint; aut cauſſam perdant, aut dignitate priventur. Concil. Carthag. III. tit.9. à cap.9.

Ut clericus inconſulto Epiſcopo ad judicem ſæcularem non pergat. Concil. Agathen. tit.32. à cap.30.

Quòd non liceat duos clericos in forum cauſſare publicum. Concil. Tolet. III. tit. 13. à cap. 47.

TITULUS XVII.

De electione judicum.

UT ſi ex conſenſu partium judices electi fuerint à numero qui conſtitutus eſt, non liceat eſſe judices pauciores. Concil. Carthag. III. tit.10. à cap.15.

TITULUS XVIII.

De numero judicum.

DE numero judicum, & clericis contumacibus, quanti poſſint judicare Epiſcopum, presbyterum, vel diaconum. Concil. Carthag. I. tit.11. à cap.13.

Quanti debeant judicare Epiſcopum, presbyterum, vel diaconum. Concil. Carthag. II. tit. 10. à cap.14.

De Epiſcopis & accuſatoribus: ubi, vel infra quod tempus examinentur: & de ſpatio purgationis, & communionis eorum. Concil. Carthag. III. tit.7. à cap.15.

De presbyteris & diaconibus, quanti Epiſcopi eos diſcutiant: & ut idem ordo cum accuſatoribus, in eorum cauſſis & diſcuſſionibus conſervetur. Qui in Epiſcoporum negotiis conſervari jubetur, aliorum clericorum cauſſas ſolus loci Epiſcopus agnoſcat & finiat. Concil. Carthag. III. tit.8.

Ut Gallicani Epiſcopi in Galliis non diſcutiantur. Concil. Vaſenſi tit.1. à cap.28.

De presbyteris vel diaconibus ab uno Epiſcopo non deponendis. Concil. Hiſpalen. II. titul. 6.

TITULUS XIX.

De dubiis judiciis.

DE Epiſcopis vel clericis à Synodo, vel à proprio Epiſcopo damnatis: quòd ſi queſti fuerint, ad majorem Epiſcoporum Synodum ſe convertant, & Principis auribus nullam moleſtiam ingerant. Concil. Antioch. tit. 12. à cap. 6.

De Epiſcopis accuſatis: ut ſi una pars eum innocentem, & altera judicaverit reum, alter Metropolitanus cum aliquantis Epiſcopis veniat, ut contentionem diſſolvat. Concil. Antioch. tit.14.

TITULUS XX.

De diverſis judiciis.

UT ſi quis ab aliis judicibus Eccleſiaſticis ad alios tranſeat, non obſit prioribus, ſi diverſam ſententiam proferant. Quærendum tamen ſi nulla ſint cauſſa injuſtitiæ depravati. Concil. Carthag. III. tit.10. à cap.15.

TITULUS XXI.

De injuſtis judiciis.

IRritam eſſe ſententiam Epiſcopi, niſi clericorum ſuorum ſententiâ confirmetur. Concil. Carthag. IV. tit.23. à cap.16.

Irritam eſſe injuſtam Epiſcoporum damnationem, & iccircò à Synodo retractandam. Concil. eod. tit.28.

Irritam eſſe abſente eo, cujus cauſſa agitur, ſententiam prolatam. Nam qui fecerint, in Synodo cauſſam dabunt. Concil. eod. tit.30.

TITULUS XXII.

De incertis judiciis.

DE Epiſcopis qui exceperint ſententiam à totius provinciæ Epiſcopis, ut eorum judicium revolvi non poſſit. Concil. Antioch. tit.15. à cap.6.

Non licere Epiſcopo, vel cuicumque clerico, ſi exhauſto ratus fuerit miniſtrare, donec reparari poſſit. Concil. Antioch. tit.4.

De clericis pro crimine ſuo damnatis, ut à quolibet non defenſentur. Concil. Carthag. V. tit. 2. à cap. 17.

De clericis excommunicatis, quamdiu eis aſſerere liceat. Concil. eod. tit. 12.

TITULUS XXIII.

De convellendis & confirmandis judiciis.

DE Epiſcopo adjudicato. Ut ſi voluerit Epiſcopus Romanus, aut renovet aut confirmet judicium. Concil. Sardic. tit. 4. à cap. 5.

Ut ſi Epiſcopus à Synodo fuerit depoſitus; in cathedram ejus nullus per omnia ordinetur, niſi ejus cauſſam Epiſcopus Romanus determinaverit. Concil. eod. tit. 5.

De cauſſis clericorum, tam ſuperioris ordinis quàm inferioris, quæ in provincia minimè finiuntur, ut ab Apoſtolica Sede determinentur. Epiſtola Innocentii ad Victoricum tit. 3. 7.

Quòd ſurreptum fuerit Apoſtolicæ Sedi; & ſuam in melius ſententiam commutaverit, quando damnationem * phoniti reſcindat. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit. 7. à cap. 26.

* Ita.

Item de Epiſcopo adjudicato: ut per quos voluerit Epiſcopus Romanus renovet judicium. Concil. Sardicen. tit. 4. à cap. 6.

De ordine quo depoſiti iterum ordinentur. Concilio Toletano IV. tit. 29.

De Epiſcopis accuſatis: ut à Romano Epiſcopo, vel ab aliis, quos miſerit, actio finiatur. Concil. Sardicen. tit. 7. à cap. 5.

Si presbyter aut diaconus injuſtè ſe excommunicatum in Concilio conquæratur. In excerptis Martini 25.

TITULUS XXIV.

De collationibus pauperum.

DE iis quæ in uſus pauperum conferuntur, ut extra Eccleſiam dentur. Concil. Gangrenſi tit. 8. à cap. 4.

Agapen fratrum non debere contemni. Concil. eod. tit. 11.

TITULUS XXV.

De opprimentibus pauperes, & fraudantibus Eccleſiarum oblationes.

UT opprimentium pauperes oblationes non ſuſcipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 94. à cap. 6.

Ut qui oblationes defunctorum aut negant aut difficulter reddunt, excommunicentur. Concil. eod. tit. 45.

Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur. Concil. Vaſenſi tit. 3. à capite 28.

De iis qui ſuas vel propinquorum oblationes Eccleſiis fraudant. Concil. Agathen. tit. 4. à cap. 30.

Si quis pœnitentium quemlibet exſpoliaverit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur. Concil. Tolet. I. tit. 11. à cap. 44.

TITULUS XXVI.

De Conciliis celebrandis.

UT bis in anno Epiſcoporum fiat Concilium. Concil. Nicæno tit. 5.

Quòd oporteat bis in anno Concilium fieri per ſingulas provincias. Concil. Chalced. tit. 19. à cap. 11.

Ut geſta Conciliorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus roborentur. Concil. Carthag. III. 49. à cap. 15.

Ut ad Metropolitani arbitrium Synodus congregetur. Concil. Arelaten. tit. 18. à cap. 22.

Ut Epiſtolas ad Concilium revocandum Metropolitanus ſubſcribat & dirigat. Concil. Carthag. IV. tit. 10. à cap. 20.

Quòd in communes cauſſas Eccleſiæ generale Concilium congregare oporteat, in privatis verò cauſſis ſpeciale uniuſcujuſque provinciæ. Concil. Carthag. VIII. tit. 9. à cap. 20.

De qualitate Conciliorum, vel quare, aut quando fiant. Concil. Tolet. IV. tit. 3. à capite 47.

Ut Epiſcopus ad diem Concilii occurrat. Concil. Carthag. V. tit. 10.

Formula qualiter Concilium fiat. Concil. Tolet. IV. tit. 4.

Ut Epiſcopus ægrotans pro ſe legatum ad Synodum mittat. Concil. Carthag. IV. tit. 21. à cap. 16.

De tempore Paſchæ, & die Concilii, quo celebrari oporteat. Concil. Carthag. V. tit. 7. à cap. 17.

De Synodo annis ſingulis congreganda. Concilio Agathen. tit. 71. à cap. 30.

Ut per ſingulos annos Concilium fiat. Concil. Carthag. III. tit. 2.

Ut bis in anno Concilium fiat. Concil. Rhegienſi tit. 7. à cap. 26.

Ut bis in anno Synodus celebretur. Concil. Antioch. tit. 20. à cap. 6.

De bis in anno Synodo facienda: & non licere alteri Epiſcopo propriè apud ſe Concilium facere, niſi ſoli Metropolitano. Concil. Bracar. III. tit. 18. à cap. 63.

Ut nulli Epiſcopo à Synodo liceat deeſſe, vel ante peractam Synodum diſcedere. Concil. Aurelian. II. tit. 19. à cap. 22.

Ut nullus Epiſcopus de Concilio ſine conſenſu diſcedat, aut ad Concilium ire recuſet. Neque officia ſua presbyteris injungat: ſed Epiſcopi & alii ea coram ſe agant. Concil. Arauſic. tit. 29. à cap. 27.

Quòd ſemel in anno ad Concilium ſacerdotes & judices atque actores patrimonii fiſcales debeant convenire. Concil. Tolet. III. tit. 18. à cap. 46.

Ut Epiſcopus Diœceſanus presbyteros, & quoſdam ex laïcis convenire literis ad Synodum moneat. Concil. Tarracon. tit. 13. à cap. 39.

Ut de Sicilia terni annis ſingulis Epiſcopi die tertia Kalend. Octobrium Romam pro Synodo occurrant. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 7. 65.

Ut

Ut bina pſr annos ſingulos Epiſcoporum Cnncilia celebrentur. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium tit.7. 69.

Ut bini de provinciis Epiſcopi, quos Metropolitani probaverint, ad Theſſalonicam dirigantur. Epiſtola Leonis ad Anaſtaſium titul.10.

Ut non ampliùs quàm dies quindecim in Concilio remorentnr Epiſcopi. Epiſtola ejuſdem ad quem ſuprà tit.11.

De Concilio per annos ſingulos celebrando. Epiſtola Hormiſdę ad Epiſcopos per Hiſpaniam tit.3.à cap.93.

De Epiſcopis qui poſt Acta Carthaginenſis Synodi retenti ſunt ad reliqua peragenda. Concil.Milevitano tit.27.

TITULUS XXVII.

De Epiſcopis ad Synodum ire contemnentibus.

Epiſcopos ad Synodum vocatos non debere contemnere. Concil. Leodicen. tit. 39. à cap. 7.

Ut qui plebe ſua contempta ad Concilium venire detractant, plebem & honorem amittant. Concil.Carthag.III.tit.43.à cap.15.

Ut nullus Epiſcopus de Concilio ſine conſenſu diſcedat,aut ad Concilinm ire excuſet.Concil. Arauſic.tit.29.à cap.27.

Si Epiſcopus à Metropolitano admonitus,pro Synodo vel ordinatione Epiſcopali venire diſtulerit. Concil. Agathen. tit.35.à cap.30.

Ut Epiſcopus qui à Metropolitano commonitus, ad Synodum non venerit, excommunicetur. Concil. Tarracon. titul. 6. à capite 39.

De Epiſcopo qui noluerit venire ad Synodum. Concil. Bracarenſi III. titul. 19. à capite 63.

TITULUS XXVIII.

De cuſtodiendis Epiſcoporum pactis, & à Principe confirmandis.

Ut geſta Concilii Epiſcopornm ſubſcriptionibus confirmentur. Concil. Carthag.III. tit.49. à cap.15.

Ut pacta inter Epiſcopos inita cuſtodiantur. Concil. Carthag.I. tit.11. à cap.13.

Ut Epiſcopus qui contra profeſſionem ſuam in Concilio habitam venerit, deponatur. Concil. Carthag.II. tit.13. à cap.14.

Ut de hæreticis & infidelibus, quicquid in Concilio conſtituitur, à Principe impetretur. Concil. Carthag.VIII. tit.11. à cap.20.

TITULUS XXIX.

De excommunicatis.

De excommunicatis clericis ſive laïcis. Concil. Nicæno tit.5.

De clericis excommunicatis,ne alii Epiſcopi eis communicent. Concil. Sardicen. tit. 16. à cap.5.

De excommunicatis quid obſervetur. Concil. Antioch. tit.6. à cap.6.

De excommunicatis, qui præter voluntatem Epiſcopi ad urbem regiam venerint. Concil. Chalced. tit.23. à cap.11.

Ut qui excommunicatum alterius ſuſceperit, excommunicetur, & pari crimine obnoxius teneatur. Concil. Carthag. II. tit. 7. à capite 14.

Excommunicatus presbyter ſi ſacrificare præſumpſerit, anathematizetur. Concil. eod. titul. 8.

De clericis & monachis excommunicatis, qui præter voluntatem Epiſcopi ſui ad urbem regiam veniunt. Concil. Chalcedon. tit. 23. à cap.11.

Ut cum excommunicato communicans vel orans excommunicetur. Concil. Carthag. IV. tit.73. à cap.16.

De iis qui excommunicatos alterius recipiunt. Concil. Arelaten.II. tit.8. à cap.22.

De clericis qui per culpam ſuam ab Epiſcopo ſuo excommunicantur. Concil. Tauritano tit.4. à cap.25.

De iis qui vel innocentes, vel pro minimis cauſſis ab Epiſcopo excõmunicantur,ut ab aliis Epiſcopis indubitanter communionem accipiant. Concilio Agathenſi tit.4. à cap.30.

Ut excommunicatus humiliet ſemetipſum, ut feſtiniùs reconcilietur. Concil. Vaſenſi tit.6. à cap.29.

De eo qui ab Epiſcopo ſuo aliquid repetit pro ipſa conventione,ab Eccleſia non privetur, Concil. Aurelian. tit.4. à cap.31.

De excommunicatis presbyteris, ut in neceſſitate communionem dent. Concil. Eliberit. tit.32. à cap.38.

De Epiſcopis qui excommunicatum alienum communicant. Concil. eod. tit.53.

Ut qui à ſuis Epiſcopis privantur, ab aliis non recipiantur. Concil. Cæſarauguſt. tit. 5. à cap.41.

De iis qui excommunicantur à ſacerdotibus, ut nullus ad eos accedat. Concil. Tolet. I. tit. 15. à cap.44.

De non communicando excommunicatis. Concil. Bracar. tit.15.

De clericis excommunicatis. Concil. Bracar.III. tit.37.

Non licere communicare excommunicatos. Concil. eod. tit.84.

De iis qui in ſua provincia non communicantes, alibi communicant. Concil. Africano Milevitano tit.18 à cap.20.

Si qui libens clericus aut laïcus pro hæreſi fuerit excommunicatus, libellum Fidei ſuæ det, ut opinionem hæreſis expurget. In excerptis Martini tit.36.à cap.63.

De damnatione Acacii, quòd hæreticis auſus ſit communicare. Epiſtola Felicis ad eundem Acacium Conſtantinopolitanum ex integro.

De Epiſcopis qui excommunicatum alterius ſuſcipiunt. Concil. Arauſic. tit.11. à cap.27.

TITULUS XXX.

De excommunicatis & ita defunctis.

DE excommunicatis à ſæculo exeuntibus. Concil. Nicæn. tit.12.

De communione privatis & ita defunctis, Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.6.

TITULUS XXXI.

De conſervanda integritate locorum.

NOn accipiat alium Epiſcopum plebs,quæ in diœceſin ſemper ſubjacuit. Concil. Carthag.III. tit.45. à cap.15.

Ut diœceſis quæ Epiſcopum nunquam habuit, non habeat. Concil. Carthag. II. tit. 5. à cap. 19.

Ut qui comprobaverit ſuam civitatem Metropolitani fuiſſe, teneat primatum. Concil. Tauritano tit.1. à cap.25.

Ne in una provincia duo Metropolitani ſint, & de quibus ita factum eſt. Concil. Chalced. tit.12. à cap.11.

Quòd non oporteat ſecundùm ſtatuta Imperatorum duos eſſe Metropolitanos Epiſcopos. Epiſtola Innocentii ad Alexandrum tit. 2.

Quòd unaquæque provincia ſuo Metropolitano debeat eſſe contenta. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit.4.

De terminis non transferendis. Epiſtola Innocentii ad Florentinum ex integro.

Ut nullus Epiſcopus relictâ cathedrâ in diœceſi reſideat. Concil. Carthag. V. tit. 5. à cap. 17.

Epiſcopus in diœceſin factus, ſolam eam teneat plebem, in qua eſt ordinatus. Concil. Carthag. III. tit.46. à cap.15.

Si Epiſcopi negligentes ſint adversùs hæreticos, amittant eadem loca,in quibus inveniuntur exiſtere negligẽtes. De judicibus etiam,quibus in cauſſa dirimi poteſt. Concilio Carthag. VIII. tit.24. à cap.20.

Ut ſi Epiſcopus in majoribus cathedris conventus à vicinis Epiſcopis, infra ſex menſes ad Eccleſiæ unitatem non converterit, excommunicetur. Quòd ſi fuerit de communione mentitus Epiſcopus privetur. Concil. eod. tit. 25.

TITULUS XXXII.

De invaſis ſedibus & locis.

DE Epiſcopis vagantibus Eccleſias vacantes occupantibus. Et hanc eſſe plenam Synodum, ubi Metropolitanus fuerit. Concil. Antioch. tit.16. à cap.6.

Ut nullus Epiſcopus alienum conculcet Epiſcopum. Concil. Arelaten. I. tit. 19. à capite 21.

Ne Epiſcopus alterius Epiſcopi plebes aut fines uſurpet. Concil. Carthag. I. tit. 10. à capite 13.

Ut nullus parochiam alienam præſumat. Concil. Carthag.III. tit.20. à cap.15.

De Epiſcopis, qui quod repetere poterant, prætermiſſâ Synodo invaſerunt. Concil. Carthag. VIII. tit.21. à cap.20.

TITULUS XXXIII.

De regendis Eccleſiis,& tricennali poſſeſſione.

DE Eccleſiis in barbarico poſitis. Concil. Conſtantinop. tit.4. à cap.8.

De Eccleſiis in parochiis per triginta annos ab Epiſcopo habitis, vel renovatis urbibus. Concil. Chalcedon. tit.17. à cap.11.

De tricennii tempore,& per provincias cauſſarum diſcretione. Concil. Tolet. IV. tit...., à cap.47.

De tricennali præſcriptione: ut poſt triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quòd legum tempus excluſit. Epiſtola Gelaſii ad Sicilienſes Epiſcopos tit.2. à cap.85.

Ut Baſilicæ in cujus territorio ſunt, in ejus Epiſcopi maneant poteſtate. Concil. Aurelian. tit.13. à cap.31.

De Eccleſiis ab hæreſi translatis: ut ad eos Epiſcopos, in quorum ſunt parochiis, pertineant. Concil. Tolet.III. tit.9. à cap.46.

Quòd Eccleſiarum omnium dotes ad Epiſcopi ordinationem debeant pertinere. Concil. Tolet.III. tit. 19. à cap.46.

De conventu territorii, & Baſilicis noviter conſtructis: ad quem Epiſcopum pertineant. Concil. Tolet.IV. tit.35.

TITULUS XXXIV.

De viſitandis & moderandis parochiis.

UT annis ſingulis Epiſcopi diœceſin viſitent. Ut non pluſquam tertiam de parochiis ſuis accipiant. Concil. Tarracon. tit. 8. à cap.39.

De requiſitione Epiſcoporum per ſingulos annos in parochiis peragenda. Concil. Toletano III. tit.20. à cap.46.

Ne ex facultatibus Eccleſiarum diœceſis, excepto tertiam rationem tributorum ac frugum, Epiſcopus aliquid auferat. Concil. Tolet. IV. tit.34. à cap.47.

Ut Epiſcopus ambulet per diœceſem ſuam. Concil. Bracar.II. tit.1.

Ut Epiſcopus per diœceſem ſuam ambulans, duos ſolidos tantùm accipiat: neque tertiam partem de oblationibus quærat: clerici non cogantur more ſervili. Concil. eod. tit. 5.

Ut Epiſcopus ambulet per diœceſem ſuam, diſcutiens clericos, ſi bene miniſtrent, & ante 20.dies Paſchæ catechumeni doceantur Symbolum. Concil. Bracar.II. tit.1.

De exactione Eccleſiarum Galliciæ provinciæ. Concil. Tolet.VII. tit.4. à cap.50.

TI-

TITULUS XXXV.

Si contentio inter parochias oriatur, qua examinatione determinetur.

DE Theodulphi Malacitanæ Eccleſiæ Epiſcopi querimoniis adversùs reliquos Epiſcopos pro quibuſdam parochiis. Concil. Hiſpaleoſi III. tit.1.

De querimoniis Fulgentii & Honorii Epiſcoporum pro quibuſdam parochiis. Concil, eod, tit.2.

De duobus Epiſcopis unius provinciæ inter ſe contentionem habeotibus. Coocil. Sardiceo. tit.7. à cap,5.

TITULUS XXXVI.

De œconomis & defenſoribus Eccleſiarum.

DE œconomis, ideſt diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum habendis, Concil, Chalced. tit.26. à cap.41.

De inſtitutione œconomorum, ideſt qui res Eccleſiaſticas tractant. Concil. Tolet. IV. tit.... à cap.47.

De œconomis, ne ex laïcis conſtituantur. Concil. Hiſpalenſi II. tit.9.

Defenſor Eccleſiarum à principio poſtuletur. Concil. Carthag.V. tit.9. à cap.17.

Ut pro cauſſis Eccleſiæ pro-perſecutores vel advocati à Principe poſtulentur, Concil. Carthag.VIII. tit.16. à cap.20.

Ut fundatores Eccleſiarum, quouſqoe advixerint, earum habeant curam; ipſique illic miniſtros eligant ſerviturος. Concil. Tolet. IX. tit.2. à cap.52.

TITULUS XXXVII.

De diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum.

UT oblatio fidelium, quæ in nummis offertur, apud unumquemlibet clericum ſervetur, competenti tempore Inter clericos dividenda. Concil.Bracar. I. tit.21.

De iis quæ in altario offerontur, ſive prædiis. Concil. Areiat. tit.10. à cap.31.

De iis quæ in altario à fidelibus io parochitanis Baſilicis offeruntnr. Concil. eod. tit. 11.

De rebus Eccleſiaſticis qnòd portiones ſiant, Concil. Bracar.IV. tit.7.

De rebus Eccleſiæ diſpenſandis: quæ diſpenſatio ita ſiet, ut nulla neceſſitas maneat. Concil. Bracar. III. tit.16.

Ut de redditibus Eccleſiæ, & oblatione fidelium quatuor portiones fieri debeant. Decretum Gelaſii generale tit. 29. à cap.84.

De bene regendis Eccleſiæ rebus ab Epiſcopis. Epiſtola Gelaſii ad Sicilienſes Epiſcopos tit.2. 85.

De conquiſitis rebus, inter Eccleſiam & ſacerdotis inteſtati hæredes, quæ diviſio fiat. Concil.Tolet.IX. tit.4. à cap.52.

Ut Epiſcopus tertiam Eccleſiaſticarum rerum ſibi debitam, cui eligerit conferat. Concil. Tolet.VIII. tit.6. à cap.52.

TITULUS XXXVIII.

De cuſtodiendis & non alienandis Eccleſiarum rebus.

DE collatis rebus Eccleſiis, ut in earum jure perdurent. Concil. Tolet. VI. tit.15. à cap.49.

Non debere ſacerdotes Eccleſiaſtica vendere; verumtamen vendita revocare. Concil. Ancyritano tit.15. à cap.2.

Irritam eſſe quamcumque diſtractionem Epiſcopi actam ſine conniventia clericorum. Concil. Carthag.IV. tit.32. à cap.16.

Res Eccleſiæ inconſulto Metropolitano Epiſcopo non alienandæ. Concil. Carthag.V. tit.4. à cap.17.

Ut Epiſcopo non liceat rem alienare Eccleſiæ, clericis autem, monachis, & peregrinis liceat dare. Concil. Tolet.III. tit.3. Concil. Agathen. tit.22. à cap.30.

Non licere cunctis miniſtris & ſacerdotibus res Eccleſiæ commutare, vendere, vel donare; nec libertis à parochitanis editis Eccleſiam relinquere. Concil. Agathen. tit.49.

Non licere presbyteris parochitanis de rebus Eccleſiæ aliquid vendere. Concil. eod. tit.53.

Presbyteri parochitani quodcumque emerint, ad nomeo Eccleſiæ faciant ſcripturam. Concil. eod. tit.54.

Ut Epiſcopus in rebus Eccleſiæ poteſtatem habeat, nec domeſticis ſuis vel propinquis in eis poteſtatem attribuat, Concil. Antioch. tit. 25. à cap.6.

Epiſcopus rebus Eccleſiæ, tamquam commendatis, non quaſi propriis, utatur. Concil. Carthag. III. tit.31. à cap. 16.

Quomodo ab Epiſcopis res Eccleſiæ habeantur. Et de libertis manumittendis. Coocil. Agathen. tit.7. à cap.30.

Licere Epiſcopo ſine conniventia clericorum aliquid exiguum vendere. Concil. eod. titul. 41.

Licere Epiſcopis fugitivos ſervos Eccleſiæ venuodare. Concil. eod. tit.46.

De maocipiis Eccleſiæ ab Epiſcopo manumiſſis. Concil. Hiſpalenſi I. tit.1.

De ſuperbis Eccleſiæ libertis, ut ad ſervitium revocentur. Concil. Hiſpalenſi II. tit.13.

De mancipiis Eccleſiæ ab Epiſcopo proximis ſuis collatis. Concil. Hiſpalenſi I. tit.2.

Si Epiſcopus de rebus Eccleſiæ aliquid per teſtamentum contulerit, Concil. Agathen. tit.51. à cap.30.

De præſumptooſo Epiſcopo, ſi abſque neceſſitate, & inſcio clero, vel de loco illo, ubi presbyter non eſt, de rebus Eccleſiæ vendere quodcumque præſumpſerit. Concil. Bracar. III. titul. 14.

Noo licere clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere. Concil. Chalced. tit.22. à cap.11.

Ut ſi Epiſcopus inteſtatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant, ut nullus exinde

exinde aliquid auferat. Concil. Tarraconenſi tit.12. à cap.39.

Si ſaderdos moritur, quid de rebus Eccleſiæ obſervetur. Concil. Ilerden. tit.16. à cap.42.

Ut defuncto Epiſcopo, de rebus ipſius, vel Eccleſiæ, nullus quicquam præſumat. Concil. Valletano tit.2. à cap.43.

De rebus Eccleſiaſticis & Epiſcopalibus, qualiter ſerventur. Concil. Antioch. tit. 23. à cap. 6.

De rebus Eccleſiaſticis gubernandis, ac à ſpiritualibus ſegregandis. Concil. Bracar. III. tit.15.

Ut propinqui morientis Epiſcopi de rebus ejus nihil uſurpent ſine Metropolitani & comprovincialium conſcientia. Concil. Tolet..... tit.3. à cap.42.

De rebus Epiſcopi propriis vel acquiſitis, quid debeat obſervari. Concil. Agathen. tit. 48. à cap.30.

Si Epiſcopo quippiam à quolibet fuerit derelictum, ab Eccleſia vindicetur exceptis iis, qui per fidei-commiſſum data reperiuntur. Concil. eod. tit. 6.

Ut Epiſcopus relinquens, vel non relinquens filios, ſi Eccleſiam cui præfuit hæredem non fecerit, de bonis quæ relinquit, damnis Eccleſiæ conſulatur. Concil. eod. tit.22.

De venditionibus, quas Abbates facere præſumunt, & nullatenus faciendis libertis de monaſteriis ſervis. Concil. eod. tit.56.

De promiſſo ſuffragii præſtiti ex rebus Eccleſiæ ſacerdotibus perſolvendo, ut ita Concilio roboretur. Concil. Tuletano IV. tit. 37. à cap. 47.

Si de rebus Eccleſiæ pro præſtatione aliquid dari dicatur, cauſſa præſtiti cognoſcatur. Concit. Tolet IX. tit.3. à cap.52.

De ſuffragio fundatoribus Eccleſiarum, vel filiis eorum, ex rebus ab ipſis collatis impertiendo. Concil. Tolet. IV. titulo 38. à cap. 47.

Res Eccleſiaſticæ uſu collatæ nulla conſcriptione temporum defendantur. Concil. Agathen. tit.64. à cap.30.

Si Epiſcopus cuiquam terrulas præſtiterit excolendas ſine præjudicio juris Eccleſiæ, tenebunt. Concil. Aurelianenſi tit.18. à cap.31.

Ut quicquid de jure Eccleſiæ clerici tennerint, poſt obitum eorum ad Eccleſiam revertatur. Concil. Tolet.II. tit.4. à cap.45.

Ut res Eccleſiæ non alienentur; & clericis, & monachis, aut peregrinis in uſum dentur. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit.1. à cap.87.

De ſtipendiis clericorum, ne à jure alienentur Eccleſiarum. Concil. Tolet.VI.tit. 5.à cap.49.

Ut de rebus Eccleſiæ nihil Epiſcopi auferant. Et qualiter proximi fundatores Eccleſiarum ſolicitudinem gerant. Concil. Tolet. IX. tit. 5. à cap. 52.

Ut ſcripturæ, quas ſacerdotes & miniſtri injuſtè fecerint, poſt mortem eorum habeant annorum numerum computatum. Cuncil. eod. titul. 8.

TITULUS XXXIX.

De libertis ex familia Eccleſiarum.

DE libertis ex familia Eccleſiæ factis, ſi nihil ex proprio conferant ſacerdotes qui eos faciunt. Concil. Tolet. IV. tit. 67. à capite 47.

De diſcretione manumiſſorum ex familia Eccleſiæ, qualiter manumittantur, & ne adverſa teſtificent vel accuſent. Concil. eod. tit.68.

Quòd liberti ex familia Eccleſiæ pro compenſatione acquiſitæ rei ab Epiſcopis poſſint fieri. Concil. eod. tit.69.

De profeſſione libertorum Eccleſiæ, & poſteritatis eorum ſacerdotibus facienda; ne longinquitas temporis hos faciat oblitefcere libertate. Concil. eod. tit.70.

De libertis Eccleſiæ ejuſdem patrocinium derelinquentibus. Concil. eod. tit.71.

De profeſſionibus & obedientia libertorum Eccleſiæ. Concil. Tolet.VI. tit.9. à cap.49.

De progenie libertorum Eccleſiæ: ne iis vel pro nutritione ab Eccleſia liceat evagari. Concil. Tolet.VI. tit.10.

Quòd poſt mortem ſacerdotis libertate ſeriùs collatâ, annorum tempus debeat computari. Concilio Toletano IX. tit.12. à cap.52.

Ut ex libertis Eccleſiæ, & ex perſonis ingenuis geniti, ab obſequiis Eccleſiæ non recedant. Concil. eod. tit.13.

Si liberti Eccleſiæ non recedant. Concil. eod. tit. 13.

Si liberti Eccleſiæ ad eam reverti non velint. Concil. eodem tit.14.

De obſequlo & diſciplina libertorum Eccleſiæ. Concil. eod. tit.15.

Quòd libertis Eccleſiæ nihil de rebus ſuis in alienum liceat transferre dominum. Concil. eod. tit.16.

TITULUS XL.

De non ignorandis Canonibus.

QUòd nulli ſacerdoti liceat Canones ignorare. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos per Apuliam tit.1. à cap.36.

Quòd ignorantia ſanctarum Scripturarum Eutychen hæreticum fecerit. Reſcriptum Leonis ad Naviannm tit.11. à cap.40.

Ut ſciant ſervare quod noverunt, & curent nôſſe quod ignorant. Decretum Gelaſii generale tit.28. à cap.84.

TITULUS XLI.

De obſervatione Canonum, & damnatione vetita præſumentium.

DE ſtatutis Canonum conſervandis. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos Africanos tit. 5. 71.

Ut Canones Nicæni, & Apoſtolicæ Sedis decreta cuſtodiantur. Decretum Hilarii tit.1. 76.

De inſtitutis Eccleſiaſticis moderandis, pro tem-

temporis qualitate diſpoſitis. Decretum Gelaſii tit. 1. 76.

Ut ubi nulla perurget neceſſitas, conſtituta Patrum inviolata ſerventur. In quo ſuprà tit. 2.

Quòd Apoſtolica Sedes paternos Canones pro ſtudio devota cuſtodiat, & eos cuſtodiri ſimilì intentione præcipiat. Decretum Gelaſii generale tit. 11.

Ut Epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui contra hæc ſtatuta fecerint, periclitentur. Decretum Gelaſii generale tit. 30.

Quòd prævaricatores interdictorum communionis ſe noverint ſubire jacturam. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit. 5. à cap. 87.

Quòd in præteritis regulis, & quæ cuſtodienda ſunt, & quæ vetita ſunt, ordinataque, in omnibus diligenter debeant obſervare. Epiſtola Hormiſdæ ad Salluſtium Hiſpalenſem tit. 2. à cap. 96.

Ut nullus privilegia antiqua convellat, ſed in honora ſuo à patribus decreta ſerventur. Reſcripto Hormiſdæ ad Epiſcopos Bæticæ, ex integro 96.

De damnatione eorum qui ea quæ interdicta ſunt, uſurpare præſumunt. Epiſtola Zoſimi ad Iſicium Salonitanum Epiſcopum tit. 3. à capite 28.

Id ipſum de eodem. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos per Apuliam, tit. 3. à cap. 36.

Ut ſi quis ſacerdotum contra interdicta fecerit, à ſuo ſit officio removendus. Epiſtola Leonis ad univerſos Epiſcopos per Campaniam & diverſas provincias tit. 5. 66.

Qui inſtituta violaverit, ſententiam in ſe inveniet. Decretum Hilarii tit. 4. 76.

Ut Epiſcopi qui contra ſtatuta faciunt, honore priventur. Concil. Tauritano tit. 2. à cap. 25.

De Abgaro & Hyberitano, qui ex laïcis fuerunt ordinati. Epiſtola Leonis ad Africanos Epiſcopos tit. 3. 72.

De damnatione eorum qui prætereuntes ſtatuta, nova introducunt præcepta. Sententia in fine Gangrenſis Concilii à cap. 4.

De Canonibus uniuſcujuſque Concilii conſervandis. Concil. Chalcedon. tit. 1. à cap. 11.

De obſervatione priorum Canonum. Concil. Tolet. III. tit. 1. à cap. 47.

De ſtabilitate Canonum, & damnatione eos violantium. Concil. Bracar. tit. 22.

Ut laïci contemptores Canonum excommunicentur, clerici honore priventur. Concil. Carthag. I. tit. 14. à cap. 13.

De Proterio Alexandrino Epiſcopo, ut primorum ſuorum decreta conſervet. Epiſtola Leonis ad Marcianum Auguſtum tit. 1. à cap. 57.

Ubi poſtulat eundem Imperatorem, ut Epiſtolam, quam ad Havianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcripſerat, in Græcum tranſlatam Alexandrinæ Eccleſiæ deſtinet. In quo ſuprà tit. 2.

Ubi per legatos ſuos hortatur Dei ſacerdotes, ut ſecundùm ſacras Scripturas cuncta diſponant. Epiſtola Leonis ad Synodum Chalcedonenſem ex integro 56.

TITULUS XLII.

De non contemnendis quæſtionibus, & cavendis contentionibus.

PRofundiores quæſtiones nec contemnendæ ſunt, nec penitùs aſſerendæ. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit. 13. 24.

Quòd magnopere contentio ſit cavenda. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium tit. 4. à cap. 86.

TITULUS XLIII.

De retinenda conditione ſervorum.

UT ſervi ſub obtentu religionis non ſuſcipiantur aut vindicentur in monaſteriis, vel in clero. Decretum Gelaſii generale tit. 16. à cap. 84.

TITULUS XLIV.

De quorumcumque libertis Eccleſiæ commendatis.

DE libertis qui Eccleſiæ commendati ſunt, ne opprimantur. Concil. Arauſic. tit. 7. à cap. 27.

De libertis, ut in neceſſitate ab Eccleſia tueantur. Concil. Agathen. tit. 29. à cap. 30.

Quòd liberti ab Epiſcopis vel ab aliis facti, & Eccleſiæ commendati, permanere debeant liberi. Concil. Tolet. III. tit. 6. à cap. 46.

De libertis patrocinio Eccleſiæ commendatis. Concil. Tolet. IV. tit. 72. 47.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QUARTUS

De inſtitutionibus officiorum, & ordine baptizandi.

TITULI.

I. *Quòd ſibi tantùm noceant, quum à malis bona miniſtrantur.*
II. *De non uſurpanda doctrina & nomine doctoris.*
III. *De recipiendis libris canonicis, & renuendis libris & pſalmis apocryphis.*
IV. *De Symbolis Patrum.*
V. *De cuſtodiendis Symbolis.*
VI. *De prædicando Symbolo.*
VII. *De conſtruendis Eccleſiis & altaribus.*
VIII. *De honore Eccleſiarum.*
IX. *De honore Martyrum.*
X. *De conſecratione ſanctarum oblationũ.*
XI. *De honore ſanctarum oblationum.*
XII. *De ſitu & acceſſu in choro.*
XIII. *De concordia officiorum.*
XIV. *De ordine officiorum.*
XV. *De orationibus & celebritate Miſſarũ.*
XVI. *De honore Miſſarum.*

XVII. *De*

Digitized by Google

XVII. *De litaniis.*
XVIII. *De obſervantia jejuniorum.*
XIX. *De obſervantia Quadrageſimæ.*
XX. *De cognitione & celebritate Paſchæ.*
XXI. *De catechumenis.*
XXII. *De iis qui baptiſmum dare poſſunt.*
XXIII. *Quod in nomine Trinitatis debeat baptiſmus dari.*
XXIV. *Quid valeat virtus baptiſmi.*
XXV. *De merſione baptiſmi.*
XXVI. *De tempore baptiſmi.*
XXVII. *De baptizandis ægrotis, & non baptizandis mortuis.*
XXVIII. *De prægnantibus baptizandis.*
XXIX. *De baptizandis gentibus.*
XXX. *De dubio baptiſmo.*
XXXI. *De regulis baptizatorum.*
XXXII. *De ordine baptizandi.*
XXXIII. *De baptizatis & non confirmatis, atque ita mortuis.*
XXXIV. *De filiis Catholicorum, ſi baptiſmati hæreſis dentur.*
XXXV. *De non iterando baptiſmo.*
XXXVI. *De baptizatis à ſolis Epiſcopis conſignandis.*
XXXVII. *De baptizatis chriſmate perungendis.*
XXXVIII. *De funeribus Chriſtianorum.*
XXXIX. *De non judicando de mortuis.*
XL. *De energumenis.*

TITULUS I.

Quòd ſibi tantùm noceant, quando à malis bona miniſtrantur.

QUòd mali bona miniſtrando ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium Auguſtum tit.8. à cap.86.

Quòd eos quos poſt damnationem ſuam baptizavit vel ordinavit Acacius, nulla portio læſionis attingat. In quo ſuprà tit.7.

TITULUS II.

De non uſurpanda doctrina & nomine doctoris.

UT doctoris ſibi nomen non imponat, cui conceſſum non eſt. Concil. Cæſarauguſt. tit.7. à cap.41.

Ut laïcus præſentibus clericis non doceat. Concil.Carthag.IV.tit.98. à cap.16.

Ut mulieres publicè docere non præſumant. Concil.Carthag.IV.tit.99.

TITULUS III.

De recipiendis libris canonicis, & renuendis libris & pſalmis apocryphis.

NOn licere pſalmos ab idiotis compoſitos in Eccleſia dici, neque libros qui ſunt extra Canonem legere: & qui ſint libri canonici. Concil.Laodic.tit.58. à cap.7.

Ut præter ſacras Scripturas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine divinarum Scripturarum: & qui ſint libri canonici. Concil. Carthag.III. tit. 47. à cap. 15.

Præter canonicas ſcripturas nihil in Eccleſia Catholica, nihil in auctoritate recipiendum. Concil. Toletan. I. ex Regula Fidei tit. 12. à cap. 44.

Quòd extra auctoritatem Veteris & Novi Teſtamenti nihil poëticum ſit in Eccleſia decantandum. Concil.Bracar.I.tit.12.

De eo quòd non liceat pſalmos poëticos in Eccleſia dicere, nec libros apocryphos legere. Concil.Bracar.III. tit.67.

De Apocalypſis libro in omnibus recipiendo. Concil.Tolet.IV.tit.17.à cap.47.

De canonicis libris qui recipi debeant. Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit. 7.à cap.8.

TITULUS IV.

De Symbolis Patrum.

SYmbolum Nicæni Concilii à cap. 1. Fides Sancti Gregorii Majoris.

Symbolum Conſtantinopolitani Concilii à cap. 8.

Regula Fidei habita in Concil. Tolet. I. à cap. 44.

Tractatus & confeſſio Fidei Recaredi Regis, quando gens Gotthorum eſt ab hæreſi Ariana converſa. Exordium Concil. Tolet. III. à capite 46.

De evidenti Fidei Catholicæ veritate. Concil. Tolet. IV. tit. .. . . à cap.47.

De plenitudine Fidei Catholicæ. Concil. Tolet. VI. tit. 1. à cap.49.

De unius ſacræ Fidei veritate. Concil. Tolet. VIII. tit.1. à cap.51.

TITULUS V.

De cuſtodiendis Symbolis.

CUſtodiendam Fidem Patrum trecentorum decem & octo. Concil. Conſtantinop. tit. 1. à cap. 9.

TITULUS VI.

De prædicando Symbolo.

DE prædicando Symbolo populis in Eccleſia. Concil.Tolet.III.tit.2. à cap.46.

Ut Symbolum ante octo dies Paſchæ competentibus prædicetur. Concil. Agathen. tit. 13. à cap. 30.

TITULUS VII.

De conſtruendis Eccleſiis & altaribus.

NE ſine præceptione Epiſcopi novæ Baſilicæ dedicentur. Decretum Gelaſii generale tit.6. à cap.84.

Ut nulla Baſilica ſub quorumlibet defunctorum nomine conſtructa dedicetur. Decretum Gelaſii generale tit. 27. à cap.84.

De Baſilicis quæ ſine Martyrum reliquiis dedicatæ ſunt, ut deſtruantur. Concil.Carthag.V. tit.15. à cap.17.

Ne

Ne picturæ in Eccleſia fiant. Concil. Eliberit.tit.36. à cap.38.

Quòd maoere debeat firmom ſi ſervi fiſci Eccleſias fecerint, eaſque periculo ſuo ditaverint. Concil. Tolet.III.tit.15. à cap.46.

Ut altare & ungatur & benedicatur. Concil. Agathen.tit.14.à cap.30.

De Eccleſiarum reſtauratione in fabricis, vel ædificatione, quid ſit obſervandom. Epiſtola Vigilii ad Profoturom Epiſcopum tit. 4. à capite 98.

TITULUS VIII.

De honore Eccleſiarum.

DOmum Dei, & congregationes quæ in ea fiunt, non debere contemni. Concil. Gangren.tit.5.à cap.4.

Non licere extra Eccleſiam congregationes fieri, & contempto Epiſcopo cum presbytero agere. Concil.eod.tit.6.

Non licere commonionem Eccleſiæ contemnere, aut excommunicatis commonicare. Concil.Antiochen.tit.2.à cap.6.

De fructibus io Eccleſia, & non alibi, dandis. Concil. Gangreo.tit.7.à cap.4.

Non licere in Eccleſiis accubitus ſternere, vel Agapen facere. Concil.Laodic. tit.27.à cap. 7.

Ut nullos in Eccleſia commonicetur. Concil.Carthag.III. tit.30.à cap.15.

TITULUS IX.

De honore Martyrum.

DE communicando in Baſilicis Martyrum. Concil.Gangren.tit.20.à cap.4.

De Martyrum ſepolchris, & honorificentia. Concil.Carthag.I.tit.2.à cap.14.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur. Concil. Eliberit.tit.34.à cap.38.

TITULUS X.

De conſecratione ſanctarum oblationum.

UT in ſacrificio panis tantùm & calix offeratur. Concil. Carthag. III. tit. 24. à capite 15.

Quòd in altario non poteſt alind offerri præter panem, vinum, & aqoam. Concil. Bracar. III. tit. 55.

Ut in unum propoſitio Sacramenti conſecretur. Concil.Arauſic.tit.17.à cap.37.

TITULUS XI.

De honore ſanctarum oblationum.

UT ſacrificiom à jejnnis fiat. Verba Honorati & Urbani Epiſcoporum. Concil. Carthag.III.tit.18.à cap.15.

Ut Miſſa à jejunis celebretur. Concil. eod. tit. 29.

Ut presbyter poſt cibum non teneat Miſſam pro mortuis. Concil.Bracar.II.tit.10. à cap. 62.

Non oportet in domibus ab Epiſcopis vel presbyteris oblationes fieri. Concil. Laodic. tit. 57. à cap.7.

De eo qoòd non liceat ſuper monomenta, vel in campo Miſſas tenere, vel ſacramenta diſtribuere. Concil.Bracar.III.tit.18.à cap.63.

Sanctas oblationes pro eulogiis in feſtivitate Paſchali ad alias parochias non debere tranſmitti. Concil.Laodic.tit.14.à cap.7.

Ut mortuis baptiſmus vel Euchariſtia non detur. Concil.Carthag.III. tit.6.à cap.15.

De renuendis oblationibus eorom qui non communicant. Concil. Eliberit.tit.28.à cap.38.

De iis qoi io Eccleſiam intrant; & non communicant, ot excommunicentur. Concil. Tolet.I.tit.13.à cap.44.

Ut qui Euchariſtiam in Eccleſia accipit, & ibi eam non ſomit, aoathematizetur. Concil. Cæſaraugoſt.I.tit.3.à cap.41.

De eo qui acceperit Eochariſtiam, & non ſompſerit, ut ſacrilegus repellatur. Conc. Tolet. I.tit.43.à cap.44.

De eo quòd non liceat convivia facere de confeſſis. Concil. Bracar. III. tit. 61. à cap. 63.

De fermento, quod civitatis taotùm presbyteris die Dominico dirigatur. Epiſtola Innocentii ad Decentium tit. 5. 6.

De feſtivitatibus: ut ſi nna agenda populo non ſuffecerit, non ſit hæſitatio ſacrificium iterare. Epiſtola Leonis ad Dioſcorum tit.4.à c.74.

De langnoris eventu miniſtrantium clericorum. Concil.Toletan.VII.tit.2.à cap.50.

TITULUS XII.

De ſitu & acceſſu in choro.

DE diſcretione presbyterornm atqne diaconorom, ut in utroque choro conſiſtant. Concil.Tolet.IV.tit.39.à cap.47.

De eo quòd intra altare neque laïci neque mulieres communicare jubeotur. Concil. Bracar.I.tit.13.à cap.61.

TITULUS XIII.

De concordia officiorum.

UT nnaquæque provincia in officio unum ordioem teneat. Concil. Gerunden. tit. 1. à cap.40.

De uno ordine in miniſteriis & officiis in cunctis Eccleſiis celebrando. Concil. Toletan. IV.tit.3.à cap.47.

De uno ordine in Veſpertiois, vel in Matutinis officiis in cunctis Eccleſiis celebrando. Concil.Bracar.I.tit.1.à cap.61.

TITULUS XIV.

De ordine officiorum.

PSalmos ſparſim non licere confundi. Concil.Laodic.tit.17. à cap.7.

Quòd non ſit aliter dicendum, niſi Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſaocto. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit.2.98.

Quòd in fine pſalmorum Gloria & honor

Deo ſit dicendum. Concil. Tolet. IV. tit. 55. à cap. 47.

De diſcretione Gloriæ in fine Reſponſoriorum. Concil. eod. tit. 16.

Ut poſt antiphonas Orationes dicantur: verùm & hymnus Matutini & Veſpertini cum capitellis Pſalmorum cantentur. Concil. Agathen. tit. 30. à cap. 30.

De non renuendo pronunciare hymnos. Concil. Tolet. IV. tit. 13. à cap. 47.

De celebrando officio in ſexta feria Paſchæ. Concil. Tolet. IV. tit. 7. à cap. 47.

De benedicendo cereo & lucerna in pervigiliis Paſchæ. Concil. eod. tit. 9.

TITULUS XV.

De ordinationibus & celebritate Miſſarum.

DE orationibus quotidianis. Concil. Laodic. tit. 18. à cap. 7.

Ut preces vel orationes, niſi probatæ fuerint in Concilio, non dicantur. Concil. African. Milevitan. tit. 12. à cap. 20.

De omnibus diebus matutinis & veſpertinis oratio Dominica dicatur. Concil. Gerunden. tit. 12. à cap. 40.

De Dominica oratione quotidie patenter pronuncianda. Concil. Tolet. IV. tit. 10. à cap. 47.

Quòd non aliter presbyteri, ſed ſicut Epiſcopus, populum ſalutare debebunt, dicentes: Dominus ſit vobiſcum. Concil. Bracar. I. tit. 3. à cap. 61.

De non legendis diverſis lectionibus per ſolennium dierum vigilias, vel Miſſas. Concil. Bracar. I. tit. 12. à cap. 61.

De hymno trium puerorum in cunctis Miſſarum ſolennitatibus decantando. Concil. Tolet. IV. tit. 14. à cap. 47.

Ut ſanctum Euangelium etiam ſabbathis legatur. Concil. Laodicen. tit. 16. à cap. 7.

Ut Euangelium poſt Apoſtolum legatur. Concil. Valletano tit. 1. à cap. 43.

Quòd Laudes non mox poſt Apoſtolum, ſed poſt Euangelium dicendæ. Concil. Tolet. IV. tit. 12. à cap. 47.

De non cantando in Quadrageſima Allelùia. Concil. Tolet. IV. tit. 11.

Quòd juxta auctoritatem Apoſtolicæ ſedis, à Profuturo Metropolitano Epiſcopò ſuſceptam, Miſſarum ordo debeat celebrari, Concil. Bracar I. tit. 4. à cap. 61.

De ordine orationum catechumenorum atque fidelium tempore Miſſæ, & de communione eorum. Concil. Laodic. tit. 19. à capite 7.

De precibus & orationibns Miſſarum: & qnis erit in eis ordo ſervandus: & ut abſque collatione fratrum nomine proferatur. Concil. Carthag. IV. tit. 23. à cap. 15.

De pacis oſculo dando poſt confecta myſteria. Epiſtola Innocentii ad Decentium tit. 1. à capite 6

De nominibus offerentium ante precem Sacerdotis non recitandis. Epiſtola Innocentii ad eundem tit. 2. 6.

De Paſchæ annunciatione, ac de precom ordine, & Miſſarum ſolennitate. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit. 5. à cap. 98.

Quòd poſt benedictionem popnlo datam ſic communicare debeant ſacerdotes. Concil. Tolet. IV. tit 18. à cap. 47.

Quòd propter ſtatuta ſedis Apoſtolicæ omnes orationes *Ecce Chriſti gratiam* reſonent, quâ genos reparatur humanum. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit. 11. à cap. 39.

Quòd pro Chriſto ſungatur legatione, dum pro pace precatur Eccleſiæ. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium Imperatorem tit. 1. à cap. 86.

TITULUS XVI.

De honore Miſſarum.

UT Vallematiæ & turpia cantica prohibeantur à Sanctorum ſolennitatibus. Concil. Tolet. III. tit. 23. à cap. 46.

Ut qoando ſacerdos verbum facit, ab auditorio exiens excommnnicetur. Concil. Carthag. IV tit. 24. à cap. 17.

Ut ante Miſſam expletam, & benedictionem perceptam, ne quis fidelium, nec populus egrediatur, aut abire præſumat. Concil. Agathen. tit 47. à cap. 30.

Ut populus ante completam Miſſam, & benedictionem acceptam, egredi non præſumat. Concil. Arelat. tit. 22. à cap. 31.

Non debere die Dominico jejunari. Concil. Gangren. tit. 19. à cap. 4.

Ut diebus Dominicis nullus jejunet. Conc. Cæſarauguſt. tit 2. à cap. 41.

De diebus Dominicis & Pentecoſtes, ut in eis ſtantes erimus. Concil. Nicæno tit. 21. à c. 1.

De non jejunando in die Dominico, neque genuflectendo, ſimiliter & in Quinquageſima. Concil. Bracar. III. tit. 51. à cap. 63.

TITULUS XVII.

De litaniis.

UT Litaniæ poſt Aſcenſionem Domini celebrentur. Concil. Aurelian. tit. 33. à capite 31.

Ut litaniæ poſt Pentecoſten à quinta feria uſque in ſabbatum celebrentur. Concil. Gerunden. tit. 2. à cap. 40.

De ſecundis litaniis faciendis Kalendarum Novembrium. Concil. eod. tit. 3.

De inſtitutione novarum litaniarum. Concil. Tolet. V. tit. 1. à cap. 48.

TITULUS XVIII.

De obſervantia jejuniorum.

NON licere jejunia communia ſolvere. Concil. Gangren. tit. 19. à cap. 4.

De iis qui ſtudioſè die Dominico jejunant, ut non credantur Catholici. Concil. Carthag. IV. tit. 64. à cap. 16.

De

De temporibus jejuniorum. & ut omnibus menſibus jejunium fiat, exceptis Julio & Auguſto. Concil. Eliberitano tit. 24. à cap. 38.

Ut omni ſabbatho jejunetur. Concil. eodem tit. 26.

Quòd ritè omni ſabbatho jejunetur. Epiſtola Innocentii Papæ ad Decentium tit. 4. à capite 6.

TITULUS XIX.

De obſervantia Quadrageſimæ.

NON debere in Quadrageſima natalitia Martyrum celebrari, niſi tantùm ſabbatho & Dominicâ memoriam eorum fieri. Concil. Laodic. tit. 50. à cap. 7.

Ut omnibus diebus Quadrageſimæ ſabbatho etiam jejunetur cum diſtrictionis auctoritate. Concil. Agathen. tit. 13. à cap. 30.

Non licere quintâ feriâ ſeptimanæ ultimæ ſolvi jejunium. Concil. Laodic. tit. 49. à capite 7.

De non ſolvendo jejunio in quinta feria. Concil. Bracar. III. tit. 50. à cap. 43.

De non ſolvendo jejunio in ſexta feria Paſchæ. Concil. Tolet. IV. tit. 8. à cap. 47.

Ut ante Paſcha, non Quinquageſima, ſed Quadrageſima teneatur. Concil. Aurelian. tit. 20. à cap. 31.

Ut diebus Quadrageſimæ nemo ab Eccleſia ſe abſentet. Concil. Cæſarauguſt. tit. 2. à cap. 41.

De non celebrandis natalitiis Martyrum, neque natalitiis hominum, vel nuptiis, Quadrageſimæ diebus. Concil. Bracar. III. tit. 47. à capit. 63.

In Quadrageſima ſabbatho tantùm & Dominicâ offerendum. Concil. Laodic. tit. 48. à cap. 7.

TITULUS XX.

De cognitione & celebritate Paſchæ.

UT Comprovinciales Epiſcopi de Paſcha ſuum Primatem inquirant. Concil. Carthag. III. tit. 1. à cap. 15.

Ut per ſingulos annos convenientes Epiſcopi ad Concilium de Paſchali ſolennitate à Primate ſuo informentur. Concil. eod. tit. 41.

De tempore Paſchæ, ſeu Concilii, per formatas provinciis nunciando. Concil. Carthag. V. tit. 7. à cap. 17.

De annunciatione Paſchæ ante Epiphaniam inter Epiſcopos exquirenda. Concil. Tolet. IV. tit. 5. à cap. 47.

Ut per ſingulos annos à Metropolitano Epiſcopo Paſcha pronuncietur. Concil. Bracar. II. tit. 9. à cap. 62.

De Paſcha uno die & tempore celebrando. Concil. Carthag. IV. tit. 65. à cap. 16.

Ut uno die, & tempore Paſchæ celebretur. Concil. Arelat. I. tit. 1. à cap. 21.

Non debere Paſcha diverſo tempore facere, neque cum Judæis celebrare. Concil. Antioch. tit. . . . . à cap. 6.

De inſinuatione & indictis temporibus Paſchæ. Epiſtola Innocentii ad Aurelium ex integro 15.

De celebratione Pentecoſtes. Concil. Eliberit. tit. 43. à cap. 38.

De celebritate feſtivitatis Dominicæ Matris. Concil. Tolet. X. tit. 1. à cap. 53.

TITULUS XXI.

De catechumenis.

UT Euangelica catechumeni audiant. Concil. Arauſic. tit. 18. à cap. 27.

De catechumenis qui Eccleſiam non frequentant. Concil. Eliberit. tit. 45. à cap. 38.

De catechumenis peccantibus, ut aut emendati audiant verbum, aut abjiciantur omnino. Concil. Neo-cæſar. tit. 5. à cap. 3.

Ut ad baptiſterium catechumeni nunquam accedant. Concil. Arauſic. tit. 19. à cap. 27.

Ut catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant. Concil. eodem tit. 20.

De catechumenis ſine baptiſmo defunctis, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Concil. Bracar. I. tit. 17. à cap. 61.

TITULUS XXII.

De iis qui baptiſmum dare poſſunt.

UT in neceſſitate fideles baptizent. Concil. Eliberit. tit. 38.

TITULUS XXIII.

Quòd in nomine Trinitatis debeat baptiſmus dari.

QUòd in nomine Trinitatis debeant baptizari. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit. 6. à cap. 98.

TITULUS XXIV.

Quid valeat virtus baptiſmi.

QUòd in baptiſmo non proveniat interfectione peccati, & ſepulturam Chriſti imitetur trina demerſio; & ab aquis elevatio ſit velut reſurrectio de ſepulchro. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 3. 65.

Quòd gratiam det etiam baptizandorum, teſtatur inſtituta purgatio; cùm exorciſmis & inſufflationibus ſpiritus ab eis expellantur immundi. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit. 12. à cap. 34.

TITULUS XXV.

De merſione baptiſmi.

DE trina & ſimpla in baptiſmo merſione. Concil. Tolet. IV. tit. 6. à cap. 47.

De trina merſione. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit. 2.

De trina & ſimpla merſione. Epiſtola Gregorii ad Leandrum ex integro 79. 9.

TITULUS XXVI.

De tempore baptiſmi.

DE iis qui ad Fidem veniunt: quando baptizentur. Concil. Eliberit. tit. 42. à cap. 38.

Ut in Paſcha tantùm & Natali Domini baptiſmus detur, exceptis iis qui in langnore conſiſtunt. Concil. Gerunden. tit. 4. à cap. 40.

Non debere poſt duas ſeptimanas Quadrageſimæ aliquem ad baptiſmum ſuſcipi. Concil. Laodicen. tit. 43. à cap. 7.

Non ſuſcipi debere infantes ad baptiſmum niſi ante tres ſeptimanas Paſchæ, & ut baptizandi Symbolum dicant, quod quintâ feriâ Paſchæ ſacerdotibus reddant. Concil. Bracar. III. tit. 49. à cap. 63.

Ut præter Paſcha & Pentecoſten baptiſmus non celebretur; ad neceſſitatem tamen omni tempore. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 2. à cap. 3.

Quòd in die Epiphaniorum baptiſmus celebrari prohibeatur. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 1. à cap. 65.

Quòd omnia nobis rerum ordine per Incarnationem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalutis ſacramenta digeſta ſunt In quo ſuprà tit. 2.

Quòd in Paſcha & Pentecoſte ſit baptizandum. In quo ſuprà tit. 3.

Quòd Beatus Petrus in die Pentecoſtes virorum tria millia baptizavit. In quo ſuprà tit. 4.

Quòd in Paſcha & Pentecoſte ſit baptizandum. In quo ſuprà tit. 5.

Quòd omni tempore ii, qui neceſſitate mortis, aut ægritudinis, vel obſidionis, ſive perſecutionis, aut naufragii, urgentur, debeant baptizari. De reddita etiam Chriſti baptiſmi ratione. In quo ſuprà tit. 6.

Ut non omni tempore baptiſmi regeneratio detur, niſi in Paſcha & Pentecoſte: ob neceſſitatem tamen omni tempore. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum tit. 1. à cap. 46.

Ut præter Paſchale tempus & Pentecoſten nemo baptizari præſumat. Decretum Gelaſii generale tit. 12. à cap. 84.

TITULUS XXVII.

De baptizandis ægrotis, & non baptizandis mortuis.

DE iis qui in ægritudine baptizantur, ut ſani facti Symbolum doceantur. Concil. Laodic. tit. 46. à cap. 7.

De baptizandis ægrotis, qui jam loqui non poſſunt. Concil. Carthag. III. tit. 34. à capite 15.

De catechumeno, ſi graviter ægrotaverit, quando baptizetur. Concil. Eliberit. tit. 31. à capite 38.

Ut unius diei infans, ſi in diſcrimine eſt, baptizetur. Concil. Gerunden. tit. 5 à cap. 40.

Ut mortuis baptiſmus vel Euchariſtia non detur. Concil. Carthag. III. tit. 6. à cap. 15.

TITULUS XXVIII.

De prægnantibus baptizandis.

DE baptizandis propter quod unius cujuſque confeſſio pro ſe teneatur. Concil. Bracar III. tit. 54. à cap. 63.

De prægnantibus baptizandis: quòd nihil communicet baptiſmi ſacramentum cum filio generando. Concil. Neo-cæſareen. tit. 7. à cap. 3.

TITULUS XXIX.

De baptizandis gentibus.

DE meretricibus paganis baptizandis, ſi convertantur. Concil. Eliberit. tit. 44. à cap. 38.

TITULUS XXX.

De dubio baptiſmo.

DE iis qui nullo teſtimonio ſe baptizatos noverunt, ut baptizentur. Concil. Carthag. V. tit. 6. à cap. 17.

De quibus dubium eſt utrum baptiſmum perceperint, neceſſe eſt renaſcantur. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 15. à cap. 68.

De parvulis qui in captivitatem devenerunt, & baptiſmi gratiam non reminiſcuntur, ut baptizentur. Epiſtola Leonis ad Leonem Ravennenſem tit. 1. à cap. 73.

TITULUS XXXI.

De regulis baptizatorum.

UT qui baptizandi ſunt, nomen dent, & à vino & à carnibus abſtineant. Concil. Carthag IV. tit. 85. à cap. 16.

Ut nuper baptizati caſtè & continenter vivant. Concil. Carthag. IV. tit. 86.

Baptizandos debere Fidei Symbolum doceri, & quintâ feriâ Paſchæ reddere. Concil. Laodic. tit. 15. à cap. 7.

TITULUS XXXII.

De ordine baptizandi.

DE ordine ſecundùm quem baptizari oportet. Concil. Bracar. I. tit. 5. à cap. 61.

TITULUS XXXIII.

De baptizatis & non confirmatis, atque ita mortuis.

DE baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur. Concil. Eliberit. tit. 77.

TITULUS XXXIV.

De filiis Catholicorum ſi baptiſmati hæreſis dentur.

DE Catholicis qui filios ſuos baptiſmati hæreticorum dederint, ut non recipiatur eorum oblatio. Concil. Ilerden. tit. 13. à cap. 42.

TI-

TITULUS XXXV.

De non iterando baptiſmo.

BAptiſmus in Trinitate ſuſceptus non iteretur. Concil. Carthag. I. tit. 1. à cap. 14.

Ex hæreſi converſi, ſi in Trinitate baptizati ſunt, manûs impoſitionem accipiant tantùm. Concil. Arelat. I. tit. 8. à cap. 21.

De iis qui rebaptizati ſunt, quantum pœniteant Concil. Ilerden, tit. 9. à cap. 42.

De Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus, qui in lapſu hæreticorum ſe baptiſmati dederunt, ut tantundem laïcam communionem habeant. Epiſtola Felicis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 2, à cap. 81.

De clericis, ac monachis, & puellis Dei, vel ſæcularibus, qui ſe rebaptizandos impiè dederunt. In quo ſuprà tit. 3.

De iis qui per ignorantiam ætatis rebaptizati ſunt, & temporibus conſtitutis ſuper eos qui in hanc impietatem labuntur. In quo ſuprà tit. 3.

De Arianis Catholicis non rebaptizandis. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 1. à cap. 3.

Ut non rebaptizentur qui à Novatianis, vel Moutenſibus veniunt. Epiſtola Innocentii ad Victorium tit. 8. à cap. 7.

Quòd eos qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua Fide neſciunt, per manûs impoſitionem ſuſcipi conveniat. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit. 16. à cap. 68.

Ut ii qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſolâ ſancti Spiritus invocatione firmentur. Epiſtola Leonis ad Nicetam Aquilejenſem tit. 7. à capite 70.

Ut ab hæreticis baptizatus per manûs impoſitionem accipiat Spiritum ſanctum. Epiſtola Leonis ad Leonem Ravennenſem tit. 2. à capite 73.

De iis qui rebaptizati doluerunt, & poſtea pœnitere voluerunt. Epiſtola Felicis ad Epiſcopos per Siciliam tit. 1. à cap. 81.

De iis qui ab Arianis iterum baptizantur: & quòd alia ſit impoſitio manûs, per quam Spiritus ſanctus accipitur; alia per quam pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſancta communio reſtauratur. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit. 3. 98.

Quòd ii qui ad iterationem baptiſmi vel vi vel timore coacti animos inclinaverunt, pœnitentiæ ſint remedio ſublevandi; & ut ſenilis ætatis periculorum quoque ægritudinem, cæterarumque neceſſitatum habeatur ſolicita conſideratione reſpectus. Epiſtola Leonis ad Nicetam Aquilejenſem tit. 6. 70.

Baptizandi ſacrilegium opus bonorum non eſſe credendum ſive agendum. Concil. Toletan. IV. ex capitulis contra Arianos tit. 15. à cap. 46.

TITULUS XXXVI.

De baptizatis à ſolis Epiſcopis conſignandis.

QUòd non debeant baptizati niſi ab Epiſcopis conſignari, nec presbyteris licere fontem ex chriſmate ungere: quod ſolis debetur Epiſcopis, quum ſanctum Spiritum tradunt. Epiſtola Innocentii ad Decentium tit. 3. 6.

De energumenis baptizatis, ut permittente Epiſcopo à presbyteris adſignentur, & cæteri clerici eis manus imponant. In quo ſuprà tit. 6.

De infirmis chriſmate perungendis, & orandum pro eis, ex commemoratione Epiſtolæ Sancti Jacobi. Epiſtola Innocentii ad Decentium tit. 8. à cap. 6.

TITULUS XXXVII.

De baptizatis chriſmate perungendis.

POſt baptiſmum chriſmandom eſt. Concil. Loadic. tit. 47. à cap. 7.

Ut hæretici qui in Trinitate baptizati ſunt, cum chriſmate, & manûs impoſitione recipiantur. Conc. Arelaten II. tit. 27. à cap. 22.

Ut nulla prædia vel illaciones de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur. Decretum Gelaſii generale tit. 7. à cap. 84.

TITULUS XXXVIII.

De funeribus Chriſtianorum.

QUòd religioſorum corpora cum pſalmis & canticis tantùm deferenda ſint ad ſepulchra. Concil. Tolet. III. tit. 20. à cap. 46.

De corporibus hominum intra Baſilicas Sanctorum nullatenus ſepeliendis. Concil. Bracar. I. tit. 18. à cap. 61.

TITULUS XXXIX.

De non judicando de mortuis.

QUòd non ſit temerè judicandum de iis, qui jam ad Dominum migrârunt. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium Auguſtum tit. 2. à cap. 86.

TITULUS XL.

De energumenis.

ENergumenis omni die ab exorciſtis manus imponenda. Concil. Carthag. IV. tit. 90. à cap. 16.

Pavimenta domûs Dei energumeni verrant. Concil. eod. tit. 91.

Energumenis victus in domo Dei per exorciſtas adminiſtretur. Concil. eod. tit. 92.

De energumenis baptizatis, ut clericorum monitis obtemperent. Concil. Arauſic. tit. 14. à cap. 27.

Energumenis & catechumenis de baptiſmo conſulendum. Concil. Arauſic. tit. 15. à cap. 27.

De

De energumenis, ut nec eorum nomen recitetur, nec ipſi miniſtrent. Concil. Eliberit. tit.29. à cap.38.

De energumenis, quando baptizentur, vel communicent. Concil.eodem tit.37.

FINIS LIBRI QUARTI.

LIBER QUINTUS

De diverſitate nuptiarum, & ſcelere flagitiorum.

TITULI.

I. *De non exſecrandis nuptiis, & diſpoſitionibus nuptiarum.*
II. *De poteſtate nubendi, & impedientibus caſtitatem.*
III. *De raptoribus.*
IV. *De interruptis conjugiis.*
V. *De publicatis & frequentatis conjugiis.*
VI. *De virginibus ſæcularibus mœchis, & ne cum alienis viris habitent.*
VII. *De iis qui ſæpè mœchantur.*
VIII. *De adulteriis, diſſidio, & lenociniis conjugum.*
IX. *De alterno inter parentes & filios affectu.*
X. *De parentibus qui filios ſuos necant.*
XI. *De expoſitis infantibus.*
XII. *De inceſtuoſis conjugiis.*
XIII. *De ſtupratoribus puerorum.*
XIV. *De iis qui cum animalibus commiſti ſunt.*
XV. *De obſervatione vanitatum.*
XVI. *De homicidiis non voluntariis.*
XVII. *De homicidiis voluntariis, & falſis teſtibus, adulteris, & furibus, vel ſi ad Eccleſiam confugiant.*
XVIII. *De iis qui ad Eccleſiam confugerunt, & pro eis non pignorandis clericorum ſervis.*

TITULUS I.

De non exſecrandis nuptiis, & diſpoſitionibus nuptiarum.

Qualiter ſponſus & ſponſa benedicantur, & de caſtimonia eorum tempore nuptiarum. Concil.Carthag.IV.tit.13. à cap.16.

De iis qui nuptias damnant. Concil. Gangren.tit.1.à cap.4.

Si quis dixerit, vel crediderit, conjugia hominum, quæ ſecundùm legem divinam licita habentur, exſecrabilia eſſe, anathema ſit. Concil. Tolet.I. Ex Regulis Fidei Catholicæ contra Priſcillianos tit.16.à cap.44.

Virginitati ſtudentes non debere nuptias exſecrari. Concil.Gangren.tit.9.à cap.4.

De iis qui pro virginitate ſuperbiunt. In quo ſuprà tit.10.

Non debere condemnantem nuptias à viro diſcedere. In quo ſuprà tit.14.

Non licere in Quadrageſima nuptias fieri. Concil.Laodic.tit.51.à cap.7.

Non licere Chriſtianos ad nuptias euntes ballare, vel ſtare. In quo ſuprà tit.82.

De eo qui ſororem ſponſæ ſuæ vitiaverit. Concil. Ancyrit.tit.25.à cap.2.

De parentibus qui fidem ſponſaliorum frangunt.Concil.Eliberit.tit.54.à cap.34.

Quòd non liceat alterius ſponſam matrimonii alterius jura ſortiri. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit.4. 3.

Si cujus uxor abſens fuerit, & alteram maritus acceperit; revertente primâ ſecunda mulier excludi. Epiſtola Innocentii ad Probum ex integro 14.

Quòd debeant fœminæ, quæ captis viris, aliis nupſerint, de captivitate reverſis, prioribus copulari. Epiſt.Leonis ad Nicetam.tit.1. à cap.70.

Quòd non probetur eſſe culpabilis qui uxorem captivi in matrimonio videtur eſſe ſortitus In quo ſuprà tit.2.

Si viri in captivitate ingreſſi, in dilectione ſuarum conjugum perſeverant, recipient eas. In quo ſuprà tit.3.

Ut ſi mulieres ad priores maritos redire noluerint; velut impiæ Eccleſiaſtica communione privandæ ſint. In quo ſuprà tit.4.

Quòd aliud ſit uxor, aliud concubina; nec errat quiſquis filiam ſuam in matrimonio concubinam habenti dederit. EpiſtolaLeonis ad Ruſticum tit.4.à cap.68.

Quòd non ſit conjugii duplicatio quando ancilla rejicitur, & uxor adſumitur. In quo ſuprà tit.5

TITULUS II.

De poteſtate nubendi, & impedientibus caſtitatem.

De viduis & virginibus quòd quæ voluerint continentiam teneant, & quæ nubere elegerint, quibus voluerint, nubant. Et de excommunicandis qui propoſitum caſtitatis impedierint.Concil.Tolet.III.tit.10.à cap.16.

TITULUS III.

De raptoribus.

De Sponſatis puellis, & ab aliis corruptis, ut etiam cum damno pudoris reſtituantur ſponſis.Concil.Ancyrit.tit.11.à cap.2.

De iis qui ſibi rapiunt uxores, vel eis auxilium præſtiterint. Concil.Chalcedon.tit. 26. à cap.11.

De raptoribus, ſi ad Eccleſiam confugiunt. Concil.Aurelianen.tit. .... à cap.31.

De raptoribus viduarum, ac virginum. Epiſtola Symmachi ad Cæſarium tit.3.à cap.87.

TITULUS IV.

De interruptis conjugiis.

De ſæcularibus, ut ſine judicio Epiſcopi culpabiles conjuges non relinquant. Concil.Agathen.tit.25.à cap.30.

Ut neque dimiſſus, neque dimiſſa alteri conjungatur, Concil.African.VIII. tit.17.à cap.20.

Ut

Ut cujus uxor adulteraverit, alteram non accipiat. Concil. Arelaten. tit. 10. à cap. 21.

De fœminis, quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt. Concil. Eliberit. tit. 8. à cap. 38.

De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt. In quo ſuprà tit. 9.

Quòd qui intercedente repudio diu pertulerunt, ſi ſe aliis nuptiis junxerint, adulteri eſſe monſtrentur. Epiſtola Innocentii ad Exuperium Toloſanum tit. 6. 8.

TITULUS V.

De duplicatis & frequentatis conjugiis.

UT ſecunda conjugia ſæcularibus non negentur: quibus tamen ad clerum minimè venire conceditur. Decretum Gelaſii generale tit. 24. à cap. 84.

Presbyterum ad ſecundas nuptias vadere non licere. Concil. Neo-cæſar. tit. 7 à cap. 3.

De presbyteris: ut ad ſecundas nuptias non vadant. Concil. Bracar. III. tit. 78. à cap. 63.

De iis qui multis nuptiis communicaverint. Concil. Neo-cæſar. tit. 3. à cap. 3.

De iis qui multis nuptiis irruunt. Concil. Bracar. III. tit. 80. à cap. 63.

Ut ſecundò, licèt legitimè, nubentes, niſi pœnituerint, non communicent. Concil. Laodic. tit. 1. à cap. 7.

TITULUS VI.

De virginibus ſæcularibus mœchis, & ne cum alienis viris habitent.

DE virginibus ſæcularibus, ſi mœchaverint. Concil. Eliberit. tit. 14. à cap. 78.

De virginibus puellis, quæ cum nonnullis viris habitare volunt. Concil. Ancyrit. tit. 19. à cap. 2.

TITULUS VII.

De iis qui ſæpè mœchantur.

DE eo qui uxorem habens ſæpiùs mœchatur. Concil. Eliberit. tit. 48. à cap. 38.

De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis. Concil. eod. tit. 68.

De eo qui uxorem habet, ſi concubinam habuerit, non communicet. Concil. Tolet. I. tit. 17. à cap. 44.

Quòd cur viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cùm utroque ſexu adulterium religio Chriſtiana condemnet? Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit. 4. 8.

De iis qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, ultimo vitæ pœnitentiam poſcunt. Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit. 2.

TITULUS VIII.

De adulteriis, diſſidio, & lenociniis conjugum.

LAïcus, cujus uxor adulteraverit, aliam non accipiat. Concil. Arelaten. I. titul. 10. à cap. 21.

De ſæcularibus qui ſuas conjuges derelinquunt. Concil. Agathen. tit. 25. à cap. 30.

De relicta catechumeni, ſi alteram duxerit: quòd ſi fidelis mulier ſit quæ ducitur, & noverit virum inculpatam uxorem relinquere; nec in finem communicet. Concil. Eliberit. tit. 10. à cap. 38.

De mulieribus quæ lenocinium fecerint. Concil. eod. tit. 12.

De fœminis quæ uſque ad mortem cum alienis viris adulterantur. Concil. Eliberit. tit. 64.

Ne fidelis, aut catechumena, comatos, aut cinerarios viros habeant. Concil. eod. tit. 67.

De fœminis quæ conſciis maritis adulterantur. Concil. eod. tit. 70.

De fidelibus conjugatis, ſi cum Judæis, ſive Gentilibus mœchaverint. Concil. eod tit. 79.

Si cujus uxor adulteraverit, ſeptem annis pœniteat. Concil. Bracar. III. tit. 76. à cap. 63.

TITULUS IX.

De alterno inter parentes & filios affectu.

NOn debere quemquam continentiæ cauſsâ ſuos filios negligere. Concil. Gangren. tit. 15. à cap. 4.

Non debere filios occaſione religionis parentes ſuos deſpicere. Concil. eod. tit. 16.

TITULUS X.

De parentibus qui filios ſuos necant.

DE mulieribus quæ fornicatæ partus ſuos necant. Concil. Ancyrit. tit. 21. à cap. 2.

De catechumena adultera, quæ filium necat. Concil. Eliberit. tit. 68. à cap. 38.

Quòd ſi qui filios ſuos necaverint, à ſacerdotibus vel judicibus diſtringantur. Concil. Tolet. III. tit. 17. à cap. 15.

De mulieribus fornicariis, & ad abortum, vel contra conceptum facientibus. Concil. Bracar. III. tit. 77.

De uxoribus quæ filios ex adulterio necant. Concil. Eliberit. tit. 63. à cap. 38.

De iis quæ abortum faciunt vel natos ſuos extinguunt. Concil. Ilerden. tit. 2. à cap. 42.

TITULUS XI.

De expoſitis infantibus.

UT qui expoſitum invenerit, Eccleſiam conteſtetur. Concil. Vaſenſi titul. 8. à capit. 28.

Ut qui præter conſtitutum expoſitum repoſcit, homicida habeatur. Concil. eodem tit. 10.

De expoſitis inventis, ut id quod conſtitutum eſt, obſervetur. Concil. Agathen. tit. 24. à cap. 30.

TITULUS XII.

De inceſtuoſis conjugiis.

DE inceſtis, ut excommunicentur. Concil. Aurelianen. tit. 14. à cap. 31.

De

De iis qui duabus ſororibus copulantur. Concil.Eliberit.tit.61. à cap.38.

De inceſtis, ut quamdiu in ſcelere ſunt, inter catechumenos habeantur. Concil.Ilerden. tit.4. à cap.42.

De iis qui proximis ſe copulant, ut à communione Chriſti ſeparentur. Concil. Tolet. II. tit.5. à cap.45.

De muliere quæ duos fratres in conjugio, vel vir, qui duas ſorores habuerit. Concil. Bracar. III. tit.78. à cap. 63. & in Concil. Ancyritan. tit. 16. à cap. 2.

De iis qui privignas ſuas ducunt. Concil. Eliberit.tit.66. à cap.38.

Mulierem duobus fratribus, & virum duabus ſororibus, nubere non licere. Concil. Neocæſar.tit.5. à cap.3.

TITULUS XIII.

De ſtupratoribus puerorum.

DE ſtupratoribus puerorum. Concil. Eliberit.tit.71. à cap.38.

Item de ſtupratoribus puerorum. Concil. Toletan.XVI. à cap.58.

TITULUS XIV.

De iis qui cum animalibus commiſti ſunt.

DE iis, qui ſe animalibus commiſcuerunt. Concil. Bracar.III. tit. 81. à cap.63.

De iis qui irrationabiliter vixerunt. Concil. Ancyrit. tit.16. à cap.2.

De iis qui ſicut muta animalia vixerunt, ut inter energumenos orent. Concil. eod.tit.17.

TITULUS XV.

De obſervatione vanitatum.

DE iis qui auguria, auſpicia, ſive ſomnia, cæteraque hujuſmodi ſecundùm morem gentilium obſervant. Concil. Ancyrit. titul.24. à cap. 2.

De iis qui auguriis, vel incantationibus, vel Judaïcis ſuperſtitionibus ſerviunt. Concil. Carthag.IV. tit.89.

De ſortilegis, vel auguria obſervantibus, ut ab Eccleſia ſeparentur. Concil.Agathen. tit.42. à cap.30.

De divinis, & ſortilegis. Concil. Bracar. III. tit.71. à cap.73.

De eo quòd non liceat Chriſtianis obſervationes diverſas attendere. Concil.eod. tit. 72. à cap.63.

De eo quòd non liceat Kalendas obſervare. Concil.Bracar.III. tit.73. à cap.63.

De eo quòd non liceat mulieres Chriſtianas in lanificiis aliquid obſervare. Concil. eodem titul.75.

De religioſis & ſæcularibus qui divinationes attendunt. Concil.Aurelian.tit.26.

TITULUS XVI.

De homicidiis non voluntariis.

DE iis qui nolentes, homicidium fecerint. Concil. Ancyrit.tit.23. à cap.2.

Si domina per zelum, voluntate, an caſu ancillam occiderit. Concil. Eliberit. tit.5. & Concil. Bracar.III.tit.78.

TITULUS XVII.

De homicidiis voluntariis, & falſis teſtibus, adulteris, & furibus, vel ſi ad Eccleſiam confugiant.

DE iis qui volentes, homicidium fecerint. Concil. Ancyrit. tit.22. à cap.2.

De homicidiis & falſis teſtibus, ne communicent. Concil.Agathen.tit.37. à cap.30.

De iis qui ſervos ſuos extra judicium negant. Concil.eod.tit.62.

De homicidis, adulteris, & furibus, ſi ad Eccleſiam confugerint. Concil.Aurelianen. tit. 1. à cap.31.

Si quicumque per maleficium hominem interfecerit. Concil Eliberit.tit.6. à cap.38.

De iis qui ſibi quacumque negligentia mortem inferunt, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter & de iis qui pro ſceleribus puniuntur. Concil.Bracar.I. titul. 16. à cap. 61.

De homicidio voluntario & non voluntario. Concil.Bracar.III.tit.68. à cap.63.

TITULUS XVIII.

De iis qui ad Eccleſiam confugerunt, & pro eis non pignorandis clericorum ſervis.

DE ſervis qui ad Eccleſiam confugerint, ut poſt juramentum exire nolentes, liceat occupare. Concil. Aurelian. tit.3. à cap.31.

De iis qui ad Eccleſiam confugiunt, ne tradantur. Concil. Arauſic. tit. 5 à cap.27.

Ut nullus pro ſuis mancipiis quæ ad Eccleſiam confugiunt, occupet mancipia clericorum. Concil. eod. tit.6.

Si clericus ſervum aut diſcipulum de Eccleſia traxerit, ut pœnitentiam agat. Concil. Ilerden. tit.8. 42.

De iis qui jubente Epiſcopo, omiſsâ culpâ, ab Eccleſia exire contemnunt. Concil. eod. titul. 10.

De iis qui ad Eccleſiam confugium faciunt. Concil. Tolet.XII. tit.10. à cap.55.

FINIS LIBRI QUINTI.

LIBER

LIBER SEXTUS

De generalibus regulis clericorum, cæterorumque Chriſtianorum, & regimine principali.

TITULI.

I. *De populis docendis.*
II. *De conveniendo ad Eccleſiam.*
III. *De quibuſdam regulis.*
IV. *De diſcordia & oblationibus Eccleſiaſticorum atque laïcorum.*
V. *De diſcretione abſtinentiæ carnium.*
VI. *De regulis fœminarum.*

TITULUS I.

De populis docendis.

DOcendus eſt populus, non ſequendus. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos per Apuliam tit. 3. à cap. 26.

Ne putetur valere petitio populorum, & voluntas Domini deſeratur. Epiſtola Hilarii ad Aſcanium, & univerſos Tarraconenſes tit. 4. à cap. 77.

Ut laïcus præſentibus clericis non doceat. Concil. Carthag. IV. tit. 99.

TITULUS II.

De conveniendo ad Eccleſiam.

DE iis qui Eccleſia prætermiſsâ ad ſpectacula pergunt. Concil. Carthag. IV. tit. 88. à cap. 47.

De iis qui tardiùs ad Eccleſiam accedunt. Concil. Eliberit. tit. 21. à cap. 38.

Quòd ſolennitates majores à laïcis in civitatibus omnino ſunt celebrandæ. Concil. Agathen. tit. 21. à cap. 30.

De laïcis qui in ſolennitatibus majoribus ad civitatem conveniunt. Concil. eod. tit. 63.

Ut cives feſtivitates majores in villa celebrent. Concil. Anrelianen. tit. 21. à cap. 31.

Ut tribus hebdomadibus, quæ ſunt ante Epiphaniam, ab Eccleſia non procedant. Concil. Cæſarauguſt. tit. 4. à cap. 41.

De laïcis, quibus temporibus communicare debeant. Concil. Agathen. tit. 18. à cap. 30.

De iis qui intrantes Eccleſiam, per nimiam luxuriam ſuam à ſacramento ſe abſtinent. Concil. Bracar. III. tit. 83.

TITULUS III.

De quibuſdam regulis.

DE non permittendo laïcis imperare religioſis. Concil. Tolet. X. tit. 3. à cap. 53.

Quòd ob neceſſitatem peccatum populi in Eccleſia multum ſoleat præteriri. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit. 6. à cap. 36.

De iis qni in Eccleſiam libellus famoſos ponnnt. Concil. Eliberit. tit. 52. à cap. 38.

Nulli Chriſtiano licere cum mulieribus lavacra exercere. Concil. Laodic. tit. 29. à cap. 7.

De viris & mulieribus, qui veſtimenta ſua ad ornandam pompam ſæculi dederint. Concil. Eliberit. tit. 57. à cap. 38.

De iis qui tabulas ludunt. Concil. eod. tit. 79.

De eo quòd non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare. Concil. Bracar. III. tit. 69. à cap. 63.

De continentibus ab uſu palliorum. Concil. Granatenſi tit. 12. à cap. 4.

Quòd uſuram non ſolùm clerici exigere non debent, ſed nec laïci Chriſtiani. Epiſtola Leonis ad Epiſcopos per Campaniam, & diverſas provincias tit. 3. 66.

Ut qui in pace arma projiciunt, excommunicentur. Concil. Arelat. I. tit. 3. à cap. 21.

Ut aurigæ dum agitant excommunicentur. Concil. eod. tit. 4.

Ut qui in theatris conveniunt, excoinmunicentur. Concil. eod. tit. 5.

De aurigis & theatricis fidelibus excommnnicandis. Concil. Arelaten. II. tit. 20. à cap. 22.

De aurigis & pantominis, ſi convertanrur. Concil. Eliberitano tit. 62. à cap. 39.

TITULUS IV.

De diſcordia & oblationibus clericorum atque laïcorum.

DIſcordantes Epiſcopos ſi non timor Dei, Synodus reconciliet. Concil. Carthag. IV. tit. 25. à cap. 16.

Epiſcopi diſſidentes clericos ſive laïcos concordare compellant. Concil. eod. tit. 26.

De iis qui per odium ad pacem non revertuntur. Concil. Agathen. tit. 31. à cap. 30.

De iis qui ſacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant. Concil. Ilerden. tit. 7. à capite 42.

Ut oblationes fratrum diſcordantium non recipiantur. Concil. Carthag. IV. tit. 93. à capite 16.

TITULUS V.

De diſcretione abſtinentiæ carnium.

CLerici non exſecratis, ſed prægustatis carnibus, abſtineant ſi voluerint. Concil. Bracar. III. tit. 58. à cap. 63.

De totius ordinis clericis à carne ſe abſtinentibus. Concil. Ancyritano tit. 14. à cap. 2.

De iis qui præter idolothytum & ſuffocatum, carnes comedentem damnant. Concil. Gangren. tit. 2. à cap. 4.

De clericis ab eſca carnium abſtinentibus. Concil. Bracar. I. tit. 14. à cap. 61.

De damnatione Priſcillianorum, qui ſe à carnibus abſtinent. Epiſtola Vigilii ad Profuturum tit. 1. à cap. 88.

Carnibus avium & pecorum, non pro exſecratione, ſed pro caſtigatiune corporis abſtinendum.

dum. Concil. Tolet. I. ex Regulis Fidei Catholicæ tit.17. à cap.44.

TITULUS VI.

De regulis fœminarum.

DE fœminarum Epiſtolis. Concil. Eliberitano tit.81. à cap.38.

Ut fœminæ fideles à virorum alienorum cœtibus ſeparentur. Concil. Cæſarauguſt. tit. 1. à cap.41.

Non debere mulieres continentiæ cauſsâ virilem habitum uſurpare. Concil. Gangren. tit.13. à cap.4.

Caput tondere mulieri non licere. Concil. eod. tit.17.

Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent. Concil. Eliberit. tit.35.

LIBER SEPTIMUS

De honeſtate & negotiis Principum.

TITULI.

I. *De reverentia Principum Dei ſacerdotibus exhibenda.*

II. *Qualiter eligantur Principes.*

III. *De laude operum Regum.*

IV. *De inſtitutione operum regalium.*

V. *De tutamine Principum.*

VI. *De judiciis & excidiis Principum.*

VII. *Ne plebs in Principem delinquat.*

VIII. *De non violanda fide Principibus promiſſa.*

IX. *De non uſurpando regno.*

X. *De fidelibus Regum.*

XI. *De iis qui ad hoſtes confugiunt.*

TITULUS I.

De reverentia Principum Dei ſacerdotibus exhibenda.

DE allocutione Marciani Auguſti ad ſanctam Synodum Chalcedonenſem. Principium Concilii Chalcedonenſis à cap.11.

Allocutio Recaredi Principis in ſanctam Synodum Toletanam. Principium Concilii Tolet. à cap.46.

Commemoratio de allocutione Siſenandi Principis ad Synodum Toletan. Principium Concilii Tolet.IV. à cap.47.

Commemoratio de allocutione Chintilani Principis ad Synodum Toletanam. Principium Concil. Tolet.V. à cap.48.

Allocutio Receſvinthi Principis ad Synodum Toletanam, cum expoſitione Fidei ſanctæ, & prolato remedio pietatis contra inſtitutionem gravedinis parentalis. Principium Concil. Tolet.VIII. à cap.51.

TITULUS II.

Qualiter eligantur Principes.

DE electione Principum. Concil. Tolet.IV. à cap.47.

TITULUS III.

De laude operum Regum.

DE laude Recaredi Regis, quòd per eum ad Catholicam Fidem gens Gotthorum converſa eſt. Epiſtola Gregorii ad Recaredum Regem tit.1. à cap.102.

De conſtitutione ejuſdem, quòd non ſit auro corrupta. Epiſtola ejuſdem ad quem ſuprà titul. 3.

De favore Principis Concilii acclamatione conceſſo. Concil. Tolet.V. tit.9. à cap.48.

De gratiarum actione in confirmatione Concilii Deo & Principi data. Concil. Tolet. VI. tit.19. à cap.49.

TITULUS IV.

De inſtitutione operum regalium.

UT Principes humilitatem cordis habeant. Epiſtola Gregorii ad Recaredum Regem tit.4. à cap.102.

Ut Principes moderati & mites erga ſubjectos exiſtant. Ejuſdem ad quem ſuprà tit.6.

Ut Principes caſtitati corporis ſtudeant. Ejuſdem ad quem ſuprà tit.5.

Ubi admonetur Imperator, ut conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet cum argutione patenti. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium Auguſtum tit.6.86.

Ut Alexandrinos Imperator admoneat ad Fidem ſynceram, & pacem redire Catholicam. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium tit.5. 86.

De indulgentia Principum noxiis reſervata. Concil. Tolet.V. tit.8. à cap.48.

TITULUS V.

De tutamine Principum.

DE cuſtodia ſalutis Regum, & defenſione prolis eorum. Concil. Toletano V. tit.2. à cap.48.

De cuſtodia vitæ Principum, & defenſione præcedentium Regum à ſequentibus adhibenda. Concil. Tolet.VI. tit.18. à cap.49.

De iis qui Principes maledicere præſumunt. Concil. Tolet.V. à cap.48.

Quòd in celebritate cunctorum Conciliorum Synodus Toletana tempore Siſenandi Principis habita debeat referari. Concil. eod. titul. 2.

De incolumitate & adhibenda dilectione Regiæ prolis. Concil. Toletan. VI. tit.16. à cap. 49.

Digitized by Google

TITULUS VI.

De judiciis & excidiis Principum.

DE commnnitione Principum, qualiter judicent. Concil. Tolet. IV. tit. 75.

De ultinne Principum nequiter judicantium. inibi.

TITULUS VII.

Ne plebs in Principem delinquat.

DE exſecratinne Svintilanis, & conjugis, ac prnlis ejus: & de Jeilane, ac rebus enrum. inibi.

TITULUS VIII.

De non violanda fide Principibus promiſſa.

DE tranſgreſſione fidei, quæ promittitur Principibus. Concil. Toletan. IV. tit. 75. à cap. 47.

De non vinlandis juramentis in ſalutem regiam datis. Concil. Tolet. X. tit. 2. à cap. 53.

TITULUS IX.

De non uſurpando regno.

DE iis qui ſibi regnum blandiuntur ſpe, rege ſuperſtite. Concil. Toletan. V. tit. 4. à cap. 48.

De reprnbatione perſnnarnm, quæ prnhibentur adipiſci regnum. Concil. eod. tit. 3.

De iis qui rege ſuperſtite, aut ſibi aut aliis ad futurum provident regnum: & de perſnnis quæ prohibentur ad regnum accedere. Concil. Tolet. VI. tit. 16.

TITULUS X.

De fidelibus Regum.

UT Regum fideles à ſucceſſoribns regni à rerum jure nnn fraudentur, pro ſervitutis mercede. Concil. Tnletan. V. titul. 6. à capite 48.

De honnre primatum palatii. Concil. Tolet. VI. tit. 13. à cap. 49.

De remuneratinne cnllata fidelibus Regum. Concil. Tnlet. VI. tit. 14.

TITULUS XI.

De iis qui ad hoſtes confugiunt.

DE confugientibus ad hnſtes. Cnncil. Tolet. VI. tit. 12. à cap. 49.

De refugis atque perfidis clericis, ſive laïcis. Concil. Tnlet. VII. tit. 1. à cap. 5n.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER OCTAVUS

De Deo, & de iis quæ ſunt credenda de illo.

TITULI.

I. *Quòd unus ſit Deus qui omnia fecerit, & qui legem atque Evangelia dederit.*
II. *Quòd unus ſit in Trinitate Deus.*
III. *De myſterio Incarnationis Chriſti.*
IV. *Contra Eutychetis dogma de Incarnatione Chriſti.*
V. *Contra Arianos de Fide ſanctæ Trinitatis.*
VI. *Contra Priſcillianos.*
VII. *Contra Pelagianos de libero arbitrio.*
VIII. *De damnatione hæreſum & hæreticorum.*
IX. *De damnatione Concilia Patrum non recipientium.*

TITULUS I.

Quòd unus Deus ſit qui omnia fecerit, & qui legem atque Evangelia dederit.

QUòd Deus ſolus & mundum & nmnia ejus fecerit. Concil. Tnlet. I. De reg. Fidei titul. 1.

Quòd ſolus ille Deus fecerit mundum, de qnn ſcriptum: *In principio fecit Deus cœlum & terram.* In qnn ſuprà tit. 9.

Quòd nihil ſit, quod ſe extra divinitatem poſſit extendere. In qun ſuprà tit. 14.

Quòd idem Deus ſit & priſcæ legis & Evangeliornm. In qun ſuprà tit. 8.

TITULUS II.

Quòd unus ſit in Trinitate Deus.

UT Trinitas & credatur & prædicetur. Cnncil. Carthag. Africæ II. tit. 1. à cap. 14.

Regula Fidei de Trinitate contra Priſcillianos. Concil. Tnlet. I.

Quòd nnn ſit idem Pater, qni Filius, aut Paraclitus. In qnn ſuprà tit. 2.

Quòd non ſit Filius, qui Pater, vel Paraclitus. In quo ſuprà tit. 3.

Quòd nnn ſit Paraclitus, qui Pater, vel Filius. In qun ſuprà tit. 4.

De Trinitatis unitate. Epiſtola ſecunda confeſſinnis Damaſi ad Paullinum tit. 2.

Contra Priſcillianiſtas, qui ſanctam Trinitatem nnn perſnnis, ſed tantùm nnminibus diſtinguunt. Epiſtnla Leonis ad Turibium Aſturicenſem tit. 1. 63.

De myſterin Trinitatis: quid perſnnæ, quid deſignentur ſubſtantiæ. Epiſtola Hnrmiſdæ ad Juſtinianum Imperatorem tit. 2. à cap. 88.

TITULUS III.

De myſterio Incarnationis Chriſti.

DE duabus in Chriſto naturis, & myſterio Trinitatis, Epiſtola Hormiſdæ ad Epiphanium tit.2. Epiſtola 95.

De divinitate & humanitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, Epiſtola Hormiſdæ ad Juſtinum Imperatorem tit.3. à cap.88.

Adversùs id quòd dicitur, ideo Unigenitum Chriſtum, quia ſolus ſit de Virgine natus. Epiſtola Leonis ad Turibium Aſturicenſem tit. 3. à cap.63.

Quòd & carnem & animam filius Dei ſuſceperit, Concil. Tolet. I. Ex regula Fidei tit.5. à cap.44.

Quòd Chriſtus natus eſt. In quo ſuprà tit.6.

Quòd deitas Chriſti convertibilis & paſſibilis non eſt. In quo ſuprà tit.7.

Quòd deitas & carnis Chriſti una natura non ſit. Tit.13.

Confitendum Deum eſſe veraciter, & Emmanuel, & Dei genitricem Virginem Mariam, quæ peperit ſecundùm quòd ſcriptum eſt, Verbum carne factum. Synodo Epheſina titul. 1. à cap. 10.

Confitendum Verbum Dei Patris Unigenitum propriè carnem; ita ut unus ſit Chriſtus Deus, ſcilicet ſimul & homo, In quo ſuprà titul. 2.

Confitendum, duas ſubſtantias in Chriſto poſt unitatem, non ſola poteſtate, ſed conventu naturali, qui per unitatem factus eſt, eſſe conjunctas. In quo ſuprà tit.3.

Quæ Apoſtolicis & Euangelicis vocibus de Chriſto dicuntur, non ita dividenda ſunt, ut ſoli naturæ Dei deputentur quæ digna Deo ſunt, ut ſoli naturæ hominis quæ digna homine ſunt. In quo ſuprà tit. 4.

Confitendum, Chiſtum non ita eſſe hominem quaſi theophoron, ideſt Deum ferentem; ſed veraciter filium Dei per naturam, ſecundùm quòd Verbum caro factum eſt; & ſimiliter ut nos, communicâſſe carni & ſanguini. In quo ſuprà tit.5.

Confitendum, Chriſtum non ſolùm in hoc eſſe Deum, quòd Verbum eſt Patris, & in eo quòd Verbum caro factum eſt, Deum & hominem eſſe unum Chriſtum Deum. In quo ſuprà tit.6.

Non ita confitendum Jeſum, velut hominem Dei operatione Verbo conjunctum, ut quaſi alteri præter ipſum exiſtenti Unigeniti gloria tribuatur. In quo ſuprà tit.7.

Non confitendum in Chriſto coadorandum hominem cum Deo, quaſi alter cum altero adoretur, ſed unà ſupplicatione atque glorificatione Verbum caro factum: idem adorandus & glorificandus eſt unus Chriſtus. In quo ſuprà titul. 8.

Non confitendum Jeſum ita per Spiritum ſanctum operatum fuiſſe miracula, quaſi aliena virtute uſus fuiſſet: ſed verè per ſuum ſpiritum complevit ſigna quæ voluit. In quo ſuprà tit.9.

Confitendum, Jeſum hunc ipſum factum eſſe Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ, qui Verbum caro factum eſt: & non alterum præter ipſum ſpecialiter ex muliere hominem natum. Confitendum etiam pro nobis tantùm obtuliſſe ſemetipſum, & non pro ſe. In quo ſuprà tit.10.

Confitendum, Chriſti carnem, & vivificatricem eſſe, & omnia vivificare valentem: non autem ita eſſe, ut quaſi ſit divinitatis habitatio tantùm. In quo ſuprà tit.11.

Confitendum, Verbum Dei, & paſſum carne, & crucifixum carne, & mortem carne guſtâſſe, factumque primogenitum ex mortuis ſecundùm quod vita eſt, & vivificans Deus. In quo ſuprà tit.12.

TITULUS IV.

Contra Eutychetis dogma de Incarnatione Chriſti.

ADverſùs id quòd Deum dominum pro parte credunt fuiſſe cum Patre. Epiſtola Leonis ad Turibium Aſturicenſem tit.2. 63.

Quòd integrum hominem ſuſceperit Chriſtus ſine peccato, & quòd unus ſit Chriſtus ante ſæcula ex Patre, in tempore ex Virgine natus. Epiſtola Damaſi ad Paullinum ex integro.

Contra eos qui in duos filios diſpenſationis Dominici myſterium ſcindere moliuntur. Reſcriptum Leonis ad Flavianum Epiſcopum tit. 2. à capite 38.

Contra eos qui paſſibilem divinitatem unigeniti filii Dei audent aſſerere. In quo ſuprà titul. 3.

Contra eos qui in duas naturas Chriſti temperamentum vel confuſionem argumentantur. In quo ſuprà tit.4.

Contra eos qui cœleſtem, aut alterius cujuſquam ſubſtantiæ exiſtere formam ſervi, quam Dominus ex nobis aſſumpſit, inſaniendo aſſerunt. In quo ſuprà tit.5.

Contra eos qui duas quidem ante annunciationem naturas Domini deliberant, unam verò poſt annunciationem fingunt. In quo ſuprà titul. 6.

Item Epiſtola Petri Epiſcopi Ravennenſis ad Eutychen: ubi contra ejus errores illi apto exemplo reſpondit ex integro. Epiſtola 41.

Quòd in una Domini noſtri Jeſu Chriſti perſona gemina ſit deitatis & humanitatis aſſerenda natura. Epiſtola Leonis ad Leonem Auguſtum tit.2. à cap.62.

De capitulis Fidei ex ſanctorum Patrum libris collectis pro eo ipſo. In quo ſuprà tit. 3.

Epiſtola Papæ Leonis ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum: ubi quærit quid Eutyches contra Fidem Catholicam ſentiens, à communione Eccleſiæ ab eo fuerit ſeparatus. Ex integro 38.

De ſubdolis hoſtis inſidiis. Reſcriptum Flaviani ad Leonem Papam tit.1. à cap.39.

De

De fraudulenta ſubtilitate hæreticorum. In ſuprà tit.2.

De blaſphemiis Entychetis. In qno ſuprà titul.3.

De excommunicatione ejus juſtiſſima. In qno ſuprà tit.4.

Ubi ſcripſit de exſilio Eutychetis, ut ad ſecretiora loca eum transferret: quia ubi poſitus erat, adhuc prava docebat. Epiſtola Leonis ad Marcianum Auguſtum.

De blaſphemiis & anathemate Neſtorii, & Eutychetis. Epiſtola Leonis ad Leonem Auguſtnm tit.1.

Libellus Fidei, in quo anathematizat Neſtorium, atque Eutychen, & reliquorum hæreticorum blaſphemias. Epiſtola, ſive libellus Fidei S. Joannis, de Græco in Latinum tr[illegible]s, & directus adversùs Neſtorii & Eutychetis blaſphemias. Epiſtola Hormiſdæ ad Juſtinum Imperatorem tit.1. 88.

Ubi Leo Epiſcopus provocat congregatos Epiſcopos Euthychetis blaſphemias condemnare. Epiſtola Leonis ad Epheſinam Synodum ex integro 42.

De ſecunda Synodo Epheſina, in qua Eutychetis hæreſis quorundam Epiſcoporum pravo intellectu adjuta eſt. Unde hortatur Leo Epiſcopus Theodoſium Anguſtum, ut priſcæ Fidei conſtituta ab eis non violentnr, donec ſacerdotes totius Orbis coadunentur. Epiſtola Leonis, & univerſæ Synodi ad Theodoſium Auguſtum ex integro 43.

Contra eandem ſecundam Epheſinam Synodum: ut ejus errores in alia Synodo retractentur. Epiſtola Leonis ad Pulcheriam Augnſtam ex integro 44.

De damnatione Epheſini Concilii ſecundi. Epiſtola Leonis ad Martinum & Fauſtinum presbyteros.

Ubi ſcribit Leo, nt de eo quod de Incarnatione Filii Dei ab Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo prædicator, agnoſcat, & Univerſale Concilium in Italia fiat. Epiſtola Leonis ad Theodoſium Auguſtum ex integro.

Ubi petit à Pulcheria Auguſta ea quæ ſuperiùs à Theodoſio Auguſto poſtulavit. Epiſtola Leonis ad Pulcheriam Auguſtam ex integro.

De commendatione eornm qui ad Principem cum Patrum auctoritate directi ſnnt. Epiſtola Leonis ad Fauſtum, & Martinum, cæteroſque presbyteros, ex integro.

TITULUS V.

Contra Arianos de Fide ſanctæ Trinitatis.

Fidem & communionem ab Ario venientem non eſſe retinendam. Concil. Toletan. III. ex capitulis contra Arianos tit. 1. à cap.46.

Quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus à paterna ſubſtantia ſine initio genitus, æqualis, & conſubſtantialis illi ſit, Concil. Tolet. III. ex capitulis contra Arianos tit.2. à cap.46.

Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere, cum quo æternum & eſſentialem eſſe credendum. Concil. Tolet. III. Ex capitulis contra Arianos tit. 3. à cap.46.

In Patre, & Filio, & Spiritu ſancto perſonas diſtinguendas, & unius divinitatis ſubſtantiam agnoſcendam. In quo ſuprà tit.4.

Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum, Patre minores eſſe, & gradibus ſeparari, creaturamque dici penitùs non debere. In quo ſuprà tit.5.

Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctnm, unius ſubſtantiæ, omnipotentiæ, & æternitatis eſſe credendum. In quo ſuprà tit.6.

Neſcire Filinm Dei, quæ Pater ſciat, non eſſe dicendum. In qno ſuprà tit.7.

Initium Filio Dei, & Spiritui ſancto non eſſe deputandum. In quo ſuprà tit. 8.

Filium Dei ſecundùm divinitatem ſuam viſibilem, aut paſſibilem, non eſſe profitendum. In quo ſuprà tit.9.

Spiritum ſanctum, ſicut Patrem & Filium, verum Deum & omnipotentem eſſe credendum. In quo ſuprà tit.10.

Fidem & communionem Catholicam præter univerſalem Eccleſiam, quam Nicæna, Conſtantinopolitana, prima Epheſina, & Chalcedonenſis conſtitutio tenet, non eſſe credendum. In quo ſuprà tit 11.

Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum honore & gloriâ divinitatis non eſſe ſeparandum, aut disjungendnm. In qno ſuprà tit.12.

Filium Dei, & Spiritum ſanctum cum Patre eſſe glorificandos & honorandos. In quo ſuprà titul. 13.

Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto eſſe dicendum. In quo ſuprà tit.14.

TITULUS VI.

Contra Priſcillianos.

Corpora humana non neganda reſurgere poſſe poſt mortem. Concil. Tolet. I. Ex Regulis Fidei tit.44.

Animam humanam Dei portionem vel ſubſtantiam non eſſe credendam. In quo ſuprà titnl. 15.

Non ſeqnendam Priſcilliani ſectam, nec in ſalutari baptiſmo contra ſedem Petri Apoſtoli faciendum. In quo ſuprà tit.18.

De Natali Domini, quòd in illo Priſcillianiſtæ jejunia celebrant. Epiſtola Leonis Papæ ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum titul. 4. à cap.63.

Adversùs id quod ajunt, animam hominis ex divina eſſe ſubſtantia. In quo ſuprà tit.5.

Contra illud quod ajunt, Diabolum ex ſe, vel ex chao eſſe, & propriam habere naturam. In quo ſuprà tit.6.

Propter illud, quòd nuptias, & procreationem filiorum aſſerunt eſſe peccatum. In quo ſuprà tit.7.

Contra id, quòd corpora humana Diaboli dicunt eſſe figmenta, & à dæmonibus in utero formari. In quo ſuprà tit.8.

Contra id, quòd filios repromiſſionis ex Spiritu

ritu ſancto dicunt eſſe conceptos. In quo ſuprà titul. 9.

Contra id, qoòd animas in cœleſtibus peccare credunt, & ſecundùm qualitatem peccati in hoc mundo accipere ſortem bonam, vel malam. In quo ſoprà tit. 10.

Contra id, quòd fatalibus ſtellis dicunt animas hominum obligatas. In quo ſuprà tit. 11.

Contra id, quòd ſub aliis poteſtatibus partes animæ, ſub aliis corporis membra deſcribunt. In quo ſuprà tit. 12.

Contra id, quòd Patriarcharum nomina per ſingula corporis membra diſponunt. In quo ſuprà tit. 13.

Contra id, quòd duodecim ſigna, quæ Mathematici obſervant, per corpus omne diſtinguunt. In quo ſuprà tit. 14.

De apochrypis ſcriptutis eorundem Priſcillianorum. In quo ſuprà tit. 15.

De iis qui tractatus Priſcillianorum legunt, In quo ſuprà tit. 16.

TITULUS VII.

Contra Pelagianos de libero arbitrio.

CONtra Pelagianos, qui dicunt, etiam ſine peccato mori potuiſſe Adam. Concilio Africano Milevitano tit. 1. à cap. 20.

Quòd juxta Apoſtoli teſtimonium, etiam parvuli, qui nihil peccati adhuc commiſerunt, omnes in peccatorum remiſſione baptizentur. Concil. eod. tit. 2.

Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adjuvet, ne committantur. Concil. eod. tit. 3.

Quòd per gratiam Dei ſciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus. Concil. eod. titul. 4

Quòd gratia Dei præſtet ut lex impleatur, non ſicut Pelagius, facilè, quaſi ſine gratia Dei difficiliùs poſſit impleri. Concil. eod. tit. 5.

Quòd juxta ſententiam Joannis Evangeliſtæ, nemo ſit qui eſſe poſſit ſine peccato. Concil. eod. tit. 6.

Quòd unicuique, & juſto, non ſolùm pro alienis, ſed pro ſemetipſo dicere oporteat: *Dimitte nobis debita noſtra*. Concil. eod. tit. 7.

Quòd à Sanctis veraciter dicatur: *Dimitte nobis debita noſtra*. Concil. eod. tit. 8.

De Proſpero, & Hilario, qui quoſdam Galliæ presbyteros accuſant Pelagii ſectatores. Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Galliæ tit. 1. à cap. 34.

De Sancto Auguſtino mirabilis aſſertio. In quo ſuprà tit. 2.

Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de gratia Dei. In quo ſuprà tit. 3.

Quòd Adam omnes homines læſerit: nec quemquam, niſi Chriſti gratiâ poſſeſsâ, juvari. In quo ſuprà tit. 4.

Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus, qui ſolus eſt bonus. In quo ſuprà tit. 5.

Quòd niſi gratiâ Dei continuò adjuvemur, inſidias diaboli devitare non poſſumus. In quo ſuprà tit. 6.

Quòd per Chriſtum libero bene utamur arbitrio. In quo ſuprà tit. 7.

Quòd omnia Sanctorum merita bona ſint Dei. In quo ſuprà tit. 8.

Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo eſt. In quo ſuprà tit. 9.

Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adjuvet ne committantur, & præſtat ut lex impleatur: non ſicut ait Pelagius, faciſè, quaſi ſine Dei gratia difficiliùs poſſet impleri. In quo ſuprà tit. 10.

TITULUS VIII.

De damnatione hæreſum & hæreticorum.

DE damnatione quorundam hæreticorum. Epiſtola confeſſionis Damaſi ad Paullinum tit. 1. à cap 2.

De eo quòd plurimi Manichæorum vigilantiâ Papæ Leonis in Urbe Roma detecti ſunt. Epiſtola Papæ Leonis ad Epiſcopos per Italiam, à cap. 64.

Adversùs Jovinianum hæreticum, ejuſque ſocios ab Eccleſiæ unitate removendos: ubi & Epiſcopus & presbyter conpresbyteri dicuntur. Epiſtola Syricii ad diverſos Epiſcopos miſſa ex integro 5.

De Bubalio & Tauriano damnatis à provincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curavit. Epiſtola Innocentii ad Ruffum, & cæteros per Macedoniam. Ex integro 12.

De Bonoſiacis, qui Judæis ſunt comparandi. Epiſtola Innocentii ad Laurentium Senienſem tit. 1. 25.

De damnatione Sabellianæ & Priſcillianæ hæreſis, & capitulis contra nequiſſimas ſectas. Concil. Bracar. I. tit. 1. à cap. 61.

Damnatio hæreſum, & confeſſionis confirmatio ſanctorum Conciliorum. Recaredi Regis Fidei confeſſio, ſacerdotum, & totius Gotthicæ gentis cum capitulis diverſas hæreſes condemnantibus in Concilio Toletano III. à cap. 66.

Libellum deteſtabile Liuvigildi temporibus editum, in quo ſuprà continetur à Gotthis Romanorum ad hæreſim Arianam tranſductio, pro vero penitùs non habenda. Concil. Tolet. III. contra Arianos tit. 10. à cap. 46.

Ariminenſe Concilium ex toto corde reſpuendum atque damnandum. In quo ſuprà titul. 17.

TITULUS IX.

De damnatione Concilia Patrum non recipientium.

CUi ſancta Fides Eccleſiæ non placeat, anathema ſit. Concil. Tolet. III. Ex capitulis contra Arianos tit. 18. à cap. 17.

Qui Fidem ſpernit Nicæni Concilii, anathema ſit. In quo ſuprà tit. 19.

Qui Fidem Concilii Conſtantinopolitani veram non eſſe dixerit, anathema ſit. In quo ſuprà tit. 20.

Qui

Digitized by Google

Qui Fide Epheſinæ Synodi primæ, & Chalcedonenſis non delectatur & tenet, anathema ſit. In quo ſuprà tit. 21.

Qui Concilia orthodoxorum omnium Epiſcoporum conſona Conciliorum Nicæni, Conſtantinopolitani primi, Epheſini, & Chalcedonenſis non recipit, anathema ſit. In quo ſuprà titul. 22.

Atteſtatio in confirmationem Catholicæ Fidei, & in condemnationem totius pravitatis hæreticæ. In quo ſuprà tit. 23.

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBER NONUS

De abdicatione hæreticorum.

TITULI.

I. *De vitandis hæreticis, eorumq; uſibus.*
II. *De vitandis conviviis hæreticorum.*
III. *De conjugiis fidelium & hæreticorum.*
IV. *De Judæorum Fide, illiſq; conſentientibus contra Fidem.*
V. *De uxoribus & filiis Judæorum: ac ne ſubditos emptos habeant Chriſtianos, neque publica officia agant.*
VI. *De hæreticis ab Eccleſia ſuſcipiendis.*
VII. *De hæreticis ab Eccleſia non ſuſcipiendis in ſuis officiis.*
VIII. *De gratulatione defenſionis Catholicæ Fidei.*
IX. *De decretis defenſionis ſanctæ Fidei, & non retractanda Catholica Fide.*

TITULUS I.

De vitandis hæreticis, eorumq; uſibus.

NOn debere Catholicos in ea, quæ in martyria ſua hæretici dicunt, intrare. Conc. Laodic. tit. 9. à cap. 7.

Non debere Chriſtianos judaïzare, ſeu ſabbatizare. Concil. eod. tit. 28.

Non debere ab hæreticis benedictiones accipere, quia maledictiones ſunt. Concil. eodem titul. 31.

Non debere cum hæreticis, aut ſchiſmaticis orare. Concilio Laodicen. titul. 32. à capite 7.

Non eundum ad falſos martyres. Concil. eod. titul. 34.

Non licere Chriſtianis derelictâ Eccleſiâ ad Angelos idololatriæ congregationes colligere. Concil. eod. tit. 64.

Non licere ab hæreticis, vel Judæis feriatica, quæ mittuntur, accipere, vel cum eis feſtos dies agere. Concil. eod. tit. 28.

Ut hæreticorum cœtus, non Eccleſia, ſed conciliabulum ſit. Concil. Carthag. IV. tit. 71. à cap. 16.

Ut cum hæreticis nec orandum ſit, nec pſallendum. Concil. eod. tit. 72.

Ut infideles pro audienda lectione in Eccleſia uſque ad Miſſam ſtent. Concil. eodem tit. 84.

De frugibus fidelium, ne à Judæis benedicantur. Concil. Eliberitano titul. 49.

TITULUS II.

De vitandis conviviis hæreticorum.

UT Chriſtiani Judæorum vitent convivia. Concil. Agathen. tit. 40. à cap. 30.

De Chriſtianis qui cum Judæis veſcuntur. Concil. Eliberit. tit. 50. à cap. 38.

Cum rebaptizatis fideles religioſi nec in cibo participent. Concil. Ilerden. tit. 14. à cap. 42.

De eo quòd non liceat clericis vel laicis Catholicis ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipſis, vel cum ſchiſmaticis orare. Concil. Bracar. III. tit. 70. à cap. 63.

TITULUS III.

De conjugiis fidelium & hæreticorum.

NOn debere Catholicos hæreticorum matrimonio ſociari. Concil. Laodic. titul. 10. à capit. 7.

De non miſcendis conjugiis cum hæreticis, nec dandis Chriſtianorum filiis, illorum autem accipiendis. Concil. eod. tit. 30.

De cavendis hæreticorum conjugiis. Concil. eod. titul. 30.

Fœminæ fideles, quæ gentilibus ſe junxerint, excommunicentur. Concil. Arelat. I. titul. 11. à cap. 21.

De Catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur. Concil. Agathenſi tit. 66. à cap. 30.

Quòd puellæ Chriſtianæ in matrimonium dari gentilibus poſſunt, propter adulterii cauſſam. Concil. Eliberit. tit. 15. à cap. 38.

De puellis fidelibus, ne infidelibus jungantur. Concil. eod. tit. 16.

De iis qui filias ſuas ſacerdotibus conjungunt. Concil. eod. tit. 16.

TITULUS IV.

De Judæorum fide, illiſq; conſentientibus contra Fidem.

DE diſcretione Judæorum, qui non, vel qui credere vi cogantur. Concil. Tolet. IV. tit. 58. à cap. 47.

De cuſtodia fidei Judæorum. Concil. Tolet. VI. tit. 4.

De ſolertia fidei Judæorum adhibenda: & ut filii eorum cum teſtimonio baptizentur. Concil. Hiſpalen. II. tit....

De Judæis dudum Chriſtianis, & poſtea in priorem ritum reverſis, ac ſervis, vel filiis eorum circumciſis. Concil. Tolet. IV. titul. 59. à capit. 47.

De iis qui contra Fidem Chriſti, Judæis munus vel favorem præſtant. Concil. eodem titul. 58.

TITULUS V.

De uxoribus & filiis Judæorum: ac ne ſubditos emptos habeant Chriſtianos, neque publica officia agant.

DE Chriſtianorum, Judæorumque conjugiis, & filiis eorum. Concil. Tolet. IV. tit.63. à cap.47.

Ut Judæis uxores vel concubinas Chriſtianas habere, ſive comparare mancipia Chriſtiana & judaïzare, vel publica officia peragere, non liceat. Concil. Tolet.III. tit.14. à cap.46.

De filiis Judæorum, ut à parentibus ſeparati, Chriſtianis debeant deputari. Concil. Tolet.IV. tit.60. à cap.47.

De filiis fidelium Judæorum, ne prævaricatis parentibus & damnatis, à rebus parentum exſules fiant. Concil. eod. tit.61.

Ut Judæi, vel ſi qui ex Judæis ſunt, officia publica non agant. Concil. eod. tit.62.

Ne Judæi quodcumque mancipium Chriſtianum quocumque titulo habeant. Concil. eod. titul. 66.

De Judæis baptizatis, qui ſe ſociant infidelibus Judæis, ut Chriſtianis illi donentur, iſti cædibus deputentur. Concil. Tolet. IV. tit. 62. à cap.47.

Ut baptizati Judæi cum Epiſcopis celebrent dies feſtos. Concil. Toletan.IX. tit. 17. à capite 52.

TITULUS VI.

De hæreticis ab Eccleſia ſuſcipiendis.

DE Novatianis, qualiter ab Eccleſia Catholica recipiantur: & de ſacerdotibus atque miniſtris ex iis venientibus, quo honore vel loco ſuſcipiantur. Concil. Nicæno tit.8.

De Paullianiſtis & Cataphrygis rebaptizandis: & qualiter ſuſcipiantur in clero qui ex ipſis clerici fuerint. De diaconis quoque, qui apud eos inveniuntur, ut inter laïcos habeantur. Concil. Nicæno tit.19.

Non debere hæreticos in hæreſi permanentes in Eccleſiam ingredi. Concil. Laodic. tit. 6. à cap. 7.

De Novatianis, & Quartadecimanis, qualiter recipi debeant. Concil. eodem tit.7.

De Cataphrygis ad Eccleſiam venientibus baptizandis. Concil. eod. tit.8.

De baptizatis à Donatiſtis, qualiter ſuſcipiantur. Concil. Carthagin.III. tit.48. 15.

Ut Novatiani in communione non ſuſcipiantur, niſi ſuſceptâ pœnitentiâ, credulitate errore damnato. Concil. Arelaten.II. tit.8. à cap.22.

Ut Photiniani Paullianiſtæ baptizentur. Concil. eod.II. tit.16. à cap.22.

De eo qui ſe ab hæreticis ſeparare voluerit, ut ab Eccleſia ſuſcipiatur. Concil. Tauritano titul. 5.

De hæreticis, ſi in mortis diſcrimine convertantur. Concil. Arauſic. tit.1. à cap.27.

De Judæis qui converti cupiunt, qualiter ſuſcipiantur. Concil. Agathen. titul. 34. à capite 30.

De Gentilibus, ſi in diſcrimine baptizari expetunt. Concil. Eliberit. tit.39. à cap.38.

De quodam Acephalorum Epiſcopo. Concil. Hiſpalen.II. tit.13.

TITULUS VII.

De hæreticis ab Eccleſia non ſuſcipiendis in ſuis officiis.

QUòd Arianorum clerici non ſint recipiendi in ſuis officiis, quamvis eorum baptiſmum, quòd Catholicum conſtat, confirmet Eccleſia. Epiſtola Innocentii ad Alexandrum tit.3. 22.

TITULUS VIII.

De gratulatione defenſionis Catholicæ Fidei.

UBi gratiæ Pulcheriæ Auguſtæ aguntur, quæ Neſtorianam & Eutychianam hæreſim Fidei defenſione deſtruxit. Epiſtola Leonis ad Pulcheriam Auguſtam ex integro 44.

Ubi Marciano Auguſto pro conſervatione Catholicæ Fidei gratulatur. Epiſtola Leonis ad Marcianum Aug. ex integro.

Ubi inter cætera defenſorem Fidei Catholicæ Imperatorem gratulatur. Epiſtola Leonis ad Marcianum Aug. ex integro.

Ubi gratias Imperatori agit, quòd per Chalcedonenſe Concilium pax ſit Eccleſiæ Catholicæ reſtituta. Epiſtola Leonis ad Marcianum Aug. ex integro.

TITULUS IX.

De decretis defenſionis ſanctæ Fidei, & non retractanda Catholica Fide.

SYnodus Epheſina prima adversùs Neſtorium ex integro. Epiſtola Epheſini Concilii ad Neſtorium, inibi.

Edictum Valentiniani & Marciani Imperatorum in confirmatione Concilii Chalcedonenſis, ex integro.

Sacra Valentiniani & Marciani ad Palladium præfectum contra Eutychem. In eodem.

De directa vicis ſuæ legatione, per quam poſtulat Imperator, ut in Concilio Fidem ſanctam, quaſi dubium retractare non patiatur. Epiſtola Leonis ad Marcianum Auguſtum, ex integro.

Item ſacra Marciani ad Palladium contra eos qui ſequuntur hæreticos. Confirmatio Concilii Toletani III. Recaredi Regis in Concil. Tolet. III.

Homilia Toletani Concilii III. à Leandro edita in laudem Eccleſiæ ob converſionem Gotthicæ gentis, ex integro.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER

LIBER DECIMUS

De idololatria & cultoribus ejus: ac de ſcripturis pacis, & muneribus miſſis.

T I T U L I.

I. *De everſione idololatriæ.*

II. *De iis qui idolis ante baptiſmum ſacrificaverunt.*

III. *De apoſtatis.*

IV. *De clericis & laïcis Chriſtianis lapſis à Fide, vel infidelium operibus miſtis.*

V. *De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.*

VI. *De ſcriptis gratiæ, & pacis.*

VII. *De muneribus miſſis.*

TITULUS I.

De everſione idololatriæ.

DE idololatris deſtrnendis. Coocil. Carthag. V. titul. 16. à cap. 17.

De ſacerdotibus qui idololatriam non everterint, vel illicitè culta non prohibuerint, ot ſacrilegi teneantur. Concil. Arelaten. II. tit. 23. à cap. 22.

De iis qui deſtrnentes idola occiduntur, ne martyres vocentur. Concil. Eliberit. tit. 60. à capit. 38.

Quòd idololatriæ cultura à ſacerdotibus, vel judicibus exquirenda eſt, atque exterminaoda. Concil. Tolet. III. tit. 16. à cap. 46.

Ut prohibeant domini idola colere ſervis. Concil. Eliberit. tit. 41. à cap. 38.

Ne id quod idolothytum eſt, fideles gratum accipiant. Coocil. eod. tit. 40.

TITULUS II.

De iis qui idolis ante baptiſmum ſacrificaverunt.

DE iis qui ante baptiſmum ſacrificaverunt idolis. Concil. Ancyritan. tit. 12. à cap. 2.

TITULUS III.

De apoſtatis.

DE Catholicis in hæreſim traoſeuotibos, ſi revertantur, ſeu parvi, ſive minores ſint. Concil. Eliberit. tit. 22. 38.

De fidelibus ſi apoſtataverint, qoamdiu pœniteant. Concil. eod. tit. 46.

Ut apoſtaticis, & ſcenicis hiſtrionibus, vel hujuſmodi perſonis, recoociliatio noo negetur. Concil. Carthag. III. tit. 35. à cap. 15.

De apoſtatis ab Eccleſia ſeparandis, & iis converſis recipiendis. Epiſtola Syricii ad Eumerium tit. 3. à cap. 3.

TITULUS IV.

De clericis & laïcis Chriſtianis lapſis à Fide, vel infidelium operibus miſtis.

DE lapſis clericis ordinatis. Concilio Nicæno titul. 10.

De iis qui ſpontè lapſi ſunt, qoaliter debeaot pœnitere: & de diſcretione temporum pœnitentiæ ipſornm. Concil. eod. tit. 11.

De catechnmenis lapſis. Concil. eod. tit. 13.

De presbyteris lapſis in perſecutione, & iterum reverſis. Concil. Aocyrit. tit. 1. à cap. 2.

De diaconibus, qui immolavernnt idolis, & iterum reverſi ſunt. Concil. eod. tit. 2.

De clericis ſive laïcis, quorum maous alii cum injnria ſub idolorum ſacrificia poſuerint. Concil. Ancyrit. tit. 3.

De iis, qni in templis idolorum cœnaveruot. De quibus ſuprà.

De iis qui timore ritns gentilinm peregerunt. Concil. Ancyrit. tit. 5.

De iis qui frequenter idolis immolaverunt. Concil. Ancyrit. tit. 7.

De iis qni vi coacti, idolis immolaveruot. Concil. Ancyrit. tit. 8.

De iis, qni & aliis ſacrificandi canſſam attulerunt. Concil. Ancyrit. tit. 9. à cap. 2.

De iis qoi voluntariè in perſecutione prævaricati ſunt, quâ pœnitentiâ correcti ſuſcipiantur. Concil. Arelaten. II. tit. 10. à cap. 22.

De iis qni pœnis victi ſacrificare compulſi ſunt. Concil. eod. tit. 11.

Circa eorum perſonas, qni ſe poſt unum, & ſanctum lavacrum, vel profanis ſacrificiis dæmonnm, vel inceſta lavatione polluerunt. Coocil. Valentioo tit. 3. à cap. 24.

De lapſis, qui de Catholica Fide in hæreſim tranſeunt. Concil. Agathen. tit. 60. à cap. 30.

De iis qui poſt baptiſmum idolis immolaveront. Concil. Eliberit. tit. 1. à cap. 38.

De ſacerdotibus gentilium, qui poſt baptiſmnm immolaverunt. Concil. eod. tit. 2.

De iiſdem, ſi idolis tantùm munns dederiot, ant idipſum poſt pœnitentiam intentaverint. Concil. eod. tit. 3.

De iiſdem, ſi catechumeni adhnc immolant, quando baptizentur. Concil. eod. tit. 4.

De ſacerdotibus Gentiliom, qui jam non ſacrificant, qoando communicent. Concil. Eliberit. tit. 55. à cap. 38.

De fidelibus, ne ad Capitolium cauſsâ ſacrificandi accedant. Concil. eod. tit. 59.

De iis qni poſt baptiſmum adminiſtraverunt, ant tormenta exercuerunt, vel capitalem ſententiam protulerunt. Epiſtola Innocentii ad Exuperium Toloſanum tit. 3. à cap. 8.

Quòd qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes. Epiſtola Innocentii ad Exuperium tit. 5.

De baptizatis, qni poſtea convivils Gentiliom, & eſcis immolatitiis oſi ſunt, ant idola adoraverunt, vel homicidiis, aut fornicationi-

Digitized by Google

nibus contaminati ſunt. Epiſtola Leonis ad Ruſticum tit.17.68.

Captivis, aut terrore, aut fame cum veneratione cibos immolatitios edere compulſis, pœnitentia concedenda. Epiſtola Leonis ad Nicetam tit.5.70.

Quòd Atianorum clerici non ſint recipiendi in ſuis officiis, quamvis eorum baptiſmum, quod Catholicum conſtat; confirmet Eccleſia. Epiſtola Innocentii ad Alexandrum titul. 3. à cap.22.

De iis qui metu in hæreſim lapſi ſunt; ut ſi converſi fuerint, recipiantur.Epiſtola Leonis ad Anatolium tit. 2. à cap.51.

De iis qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur, ut per ſatisfactionem ab Eccleſia ſuſcipiantur. Item Epiſtola Leonis ad eundem Anatolium.

De ſuſcipiendis clericis, quos Bonoſus antequam damnaretur, ordinâſſe cognoſcitur. Epiſtola Innocentii ad Laurentium tit. 2. Epiſtola 25.

Quòd non admittantur ad clerum clerici qui ſunt ab hæreticis ordinati. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit.3.12.

Quòd ii qui à Bonoſo hæretico ordinati ſunt clerici, propterea ſint recepti, ne ſcandalum ſeminetur Eccleſiæ. Epiſtola Innocentii ad Ruffum tit.5.

De Donato Novatianorum Epiſcopo, & de Maximo ex Donatiſtis Epiſcopo, ut datis fidei ſuæ libellis, in Epiſcopatus honore permaneant. Epiſtola Leonis ad Africanos Epiſcopos tit.2.71.

Quòd omnis cujuslibet ordinis clericus, qui Catholicam Fidem deſerens, hæreticis ſe communioni immiſcuerit; in eo gradu in quo erat, ſine promotione permaneat. Epiſtola Leonis ad Januarium Aquilejenſem ex integro 67.

De iis qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur, ut per ſatisfactionem ab Eccclesia ſuſcipiantur, & ut hæreticorum nomina ad altare non recitentur. Epiſtola Leonis ad Anatolium Conſtantinopolitanum 54.

De memoria Epiſcopi Joannis in laudem Fidei,& mentione prævaricatoris Acacii.Sacra Juſtiniani ad Hormiſdam Papam 89.

TITULUS V.

De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.

DE iis qui hæreticorum erroribus metu vel voluntate implicantur, ut per ſatiſfactionem ab Eccleſia ſuſcipiantur: & ut hæreticorum nomina ad altare non recitentur. Epiſtola Leonis ad Anatolium Conſtantinopolitanum 54.

Ut ſpecialiter in Eccleſia nomina taceantur Acacii. Epiſtola Anaſtaſii ad Anaſtaſium Auguſtum tit.3. 53.

TITULUS VI.

De ſcriptis gratiæ & pacis.

DE ſcriptis gratiæ & pacis. Epiſtola Innocentii ad Aurelium & Auguſtinum. Ex integro 15.

Exhortatoria Epiſtola Innocentii ad Julianum nobilem. Ex integro 18.

De pace ubi Epiſcopus, & presbyteri, compresbyteri dicuntur. Epiſtola Innocentii ad Acacium Berobæ Epiſcopum. Ex integro 24.

De commendatione Joliani Epiſcopi, vel eorum clericorum, qui Flaviano Epiſcopo in Fide adhæſerant.Epiſtola Leonis ad Anatolium titul. 4.51.

De Antiochena Eccleſia, & memoria Sancti Joannis, & quibuſdam fratribus receptis. Epiſtola Innocentii ad Bonifacium presbyterum. Ex integro 19.

De gratulatione Fidei miſſis ſcriptis probata. Epiſtola Leonis ad Anatolium tit.1.51.

De pace Eccleſiarum. Epiſtola Acacii Conſtantinopolitani ad Simplicium urbis Romæ à cap. 80.

De amplexione charitatis, & commendatione Terentiani, & matris ejus. Epiſtola Felicis ad Zenonem Epiſcopum ex integro 84.

Ubi Epiſcopi Joannis Conſtantinopolitani profeſſionem dirigit propter Orientales clericos, qui eorum communionem popoſcerint. Epiſtola Hormiſdæ ad Hiſpaniæ Epiſcopos à cap. 93.

Ubi de communione Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſcribens, ei gratulatur, quòd Juſtinus Auguſtus de Fide Sancti Joannis acceptum deſtinaverit. Epiſtola Hormiſdæ ad Joannem Epiſcopum Ilicitanæ Eccleſiæ ex integro 91.

Ubi Hieroſolymitani,dato libello Fidei ſuæ, in communionem debeant recipi. Epiſtola Hormiſdæ ad Epiphanium tit.3. à cap.95.

De gratulationis bono, quòd pax Eccleſiæ conſervetur. Scriptum Hormiſdæ ad Epiſcopos Bæticæ tit.1.97.

De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo, & reddita communione. Epiſtola Innocentii ad Maximianum ex integro 23.

TITULUS VII.

De muneribus miſſis.

DE directis libris Regulæ paſtoralis.Epiſtola Gregorii ad Leandrum ex integro.

De pallio à beati Petri Apoſtoli ſede tranſmiſſo.Epiſtola Gregorii ad Leandrum ex integro 101.

De muneribus beato Petro Apoſtolo à Recaredo Principe miſſis. Epiſtola Gregorii ad Recaredum Regem tit.2. à cap.102.

De clave corporis beati Petri, & de cruce Domini miſſa, & de pallio ad Leandrum Epiſcopum directo. Epiſtola Gregorii ad Recaredum Regem tit.7. à cap.102.

FINIS LIBRI DECIMI ET ULTIMI.

CATA-

CATALOGUS
RR. PONTIFICUM

A tempore irruptionis Saracenorum in Hiſpaniam. Nimirum ab anno Chriſti circiter MCCXV. uſque ad præſentem diem.

Ad dignoſcendam faciliùs epocham Conciliorum & aliorum veterum monumentorum; quæ in his Tomis Tertio & Quarto exhibentur.

Juxta computum Papebrochii in Propylæo ad Acta SS. Maji.

GREGORIUS S. R. E. diaconus, natione Romanus, ex patre Marcello, electus anno DCCXV. ante 9. Aprilis, ordinatus 28. ejuſdem in Dominica, ſedit annos XV. menſes VIII. dies XXI. Foit autem temporibus Anaſtaſii, Theodoſii, Leonis, atque Conſtantini Auguſtorum: obiit 17. Januarii, anno DCCXXXI. Sepultus ad S. Petrom 11. Februarii, vel potiùs 13. quando colitur, Indictione 14. Leone & Conſtantino Imperatoribus. Ceſſavit Epiſcopatus dies 35. Ann. DCCXV.

GREGORIUS S. R. E. presbyter, natione Syrus, ex patre Joanne, electus ante 13. Februarii anni DCCXXXI. & ordinatos 22. ejuſdem, feriâ quidem 5. ſeu feſto Cathedræ S. Petri idoneo huic actui: ſuit temporibus Leonis Iſauri, & Conſtantini Copronymi Imperatorum annos X. menſes VIII. dies XX. obiit 10. Novembris anni DCCXLI. Sepultus in Baſilica B. Petri 28. ejuſdem menſis, quando colitur: & ceſſavit Epiſcopatus dies 8. A. C. DCCXXXI.

ZACHARIAS natione Græcus, ex patre Polychronio, ordinatus tempore Conſtantini Copronymi & Leonis filii ejus, anno DCCXLI. die 19. Novembris in Dominica, ſedit annos X. menſes III. dies XIV. defunctos anno biſſextili DCCLII. Indictione 5. die 3. Martii. ſepultus in Baſilica S. Petri 15. ejuſdem menſis, quando etiam colitur: & ceſſavit Epiſcopatus dies 15. A. C. DCCXLI.

STEPHANUS presbyter, anno DCCLII. die 6. Martii electus à cuncto populo, & in Patriarchium Lateranenſe immiſſus feriâ 2. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ, ibi biduò manſit, tertio autem poſtquam à ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſſas diſponeret; ſubitò dum ſederet alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt, feriâ 6. ideſt 10. Martii. A. C. DCCLII.

STEPHANUS, S. R. E. diaconus, natione Romanus, ex patre Conſtantino, tempore Copronymi & Leonis, anno DCCLII. electus ante 15. Martii, ordinatus 19. ejuſdem, in Dominica IV. Quadrageſimæ, ſedit annos V. dies XXIX. mortuus anno DCCLVII. die 16. Aprilis, ſepultus ad S. Petrum 26. ejuſdem, & ceſſavit Epiſcopatus menſem 1. dies 5. A. C. DCCLII.

PAULLUS S. R. E. diaconus, frater Stephani Papæ II. natione Romanus, ex patre Coſtantino, anno DCCLVII. electus ante 26. Aprilis, ordinatus 22. Maji, tempore Copronymi & Leonis, in Dominica poſt Aſcenſionem; ſedit annos X. menſem I. mortuus 21. Junii, anno DCCLXVII. translatus ab Eccleſia S. Paulli, ubi obierat, ad Baſilicam S. Petri, menſe Septembri. Colitur nunc 28. Junii: & ceſſavit Epiſcopatus anno I. menſe 1. diebus 16. A. C. DCCLVII.

CONSTANTINUS II. Pſeudo-Papa, Nepeſini Dncis filius, ex laïco Pſeudo-Pontifex, vitio ordinatus anno DCCLXVII. 28. Junii in Dominica, ſedit annum I. menſem I. dies II. Expulſus 29. Julii, anno DCCLXVIII. Pontificalibus exutus 6. Auguſti, & poſt aliquantos dies excæcatus. A. C. DCCLXVII. Antipapa.

STEPHANUS, natione Siculus, presbyter S. Cæciliæ, ex patre Olivo, tempore Conſtantini Copronymi & Leonis, electus anno DCCLXVII. vel ſequenti, ante 28. Junii, ordinatus autem 7. Auguſti, anno DCCLXVIII. in Dominica, ſedit annos III. menſes V. dies XXVIII. obiit DCCLXXII. 3. Februarii, ſepultus ad B. Petrum: & ceſſavit Epiſcopatus dies 5. A. C. DCCLXVIII.

HADRIANUS S. R. E. diaconus, natione Romanus, ex patre Theodoro, Conſtantino Copronymo & Leone imperantibus, ordinatus anno DCCLXXII. die 9. Februarii in Dominica, ſedit annos XXIII. menſes X. dies 17. obiit imperante Conſtantino Irenes filio anno DCCXCV. 25. Decembris, Indictione 4. fortaſſis 7. Januarii, ſepultus in Baſilica B. Petri Apoſtoli: & vacavit Sedes dumtaxat die 1. A. C. DCCLXXII.

LEO S. R. E. presbyter, natione Romanus, ex patre Azuppio, imperante Conſtantino filio Ire- A. C. DCCXCV

nes, ordinatus 27. Decembris, feſto S. Joannis Evangeliſtæ, & Dominico die, anno DCCXCV. ſedit annos XX. menſes V. dies XVI. obiit 11. Junii, Indictione 9. anno DCCCXVI. ſepultus in Eccleſia S. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus dies 10.

A. C. DCCCXVI. STEPHANUS S. R. E. diaconus, natione Romanus, ex patre Marino, imperante Ludovico Pio in Occidente, Leone Armeno in Oriente, ordinatus 22. Junii in Dominica, anno DCCCXVI. ſedit menſes VII. diem I. obiit 22. Januarii, anno DCCCXVII. ſepultus in Eccleſia S. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus Romanus dies 2.

A. C. DCCCXVII. PASCHALIS natione Romanus, ex patre Bonoſo, ſub eiſdem, quibus deceſſor, Imperatoribus, ordinatus anno DCCCXVII. die 25. Januarii in Dominica: ſedit annos VII. menſes III. dies XVII. obiit anno DCCCXXIV. die 11. Maji: Sepultus in Eccleſia S. Praxedis: & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies 4. in menſe Junio, Indictione 2. id eſt uſque ad 5. diem menſis Junii.

A. C. DCCCXXIV. EUGENIUS natione Romanus, ex patre Boëmundo, S. R. E. Archipresbyter, tituli S. Sabinæ, imperantibus Ludovico Pio & Michaële Balbo, ordinatus anno DCCCXXIV. die 5. Junii in Dominica; ſedit annos III. menſes II. dies XXIII. obiit 27. Auguſti, anno DCCCXXVII. & ceſſavit Epiſcopatus dies 4. ipſe ad S. Sabinam ſepultus videtur.

A. C. DCCCXXVII. VALENTINUS natione Romanus, ex patre Petro, de Regione Via-lata, S. R.E. Archidiaconus, Pontifex ordinatus 1. Septembris in Dominica, anno DCCCXXVII. iiſdem qui ſuprà nominantur imperantibus, ſedit dies 11. mortuus 10. Octobris: & ceſſavit Epiſcopatus menſes 2. dies 25.

A. C. DCCCXXVIII GREGORIUS natione Romanus, ex patre Joanne, S. R. E. presbyter tit. S. Marci Confeſſoris atque Pontificis, imperantibus Ludovico Pio & Michaële Balbo, ordinatus anno DCCCXXVIII. die 5. Januarii, in vigilia Epiphaniæ, eâdemque Dominicâ: ſedit annos XVI. dies VII. obiit anno DCCCXLIV. 11. Januarii, ſepultus in Baſilica B. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus dies 15.

A. C. DCCCXLIV. SERGIUS natione Romanus, ex patre Sergio, Regionis quartæ, S. R. E. Archipresbyter, ejecto, ex Lateranenſi Palatio ejus invaſore Joanne diacono, imperantibus Michaële Theophili, & Lothario Ludovici filiis, ordinatus 27. Januarii, anno DCCCXLIV. in Dominica: ſedit annos III. diem I. defunctus 27. Januarii, anno DCCCXLVII. ſepultus ad S. Petrum: & ceſſavit Epiſcopatus menſes 2. dies 15.

A. C. DCCCXLVII. LEO natione Romanus, ex patre Rodoaldo, presbyter tit. SS. Quatuor Coronatorum, imperantibus Lothario & Michaële prædictis, ordinatus 12. Aprilis, feriâ 3. Paſchali, DCCCXLVII. ſedit annos VIII. menſes III. dies VI. obiit 17. Julii anno DCCCLV. ſepultus in Eccleſia B. Petri Apoſtoli, & Romano Martyrologio ad dictam mortis diem inſcriptus: & vacavit Epiſcopatus menſem 1. dies 15.

A. C. DCCCLV. BENEDICTUS natione Romanus, ex patre Petro, presbyter tit. S. Calliſti, dejecto tandem invaſore & tyranno Anaſtaſio, imperantibus Ludovico Juniore & Michaële III. ordinatus 1. Septembris in Dominica, anno DCCCLV. ſedit annos II. menſes VI. dies X. obiit 10. Martii DCCCLVIII. ſepultus ante fores Baſilicæ B. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus dies 14.

A. C. DCCCLVIII. NICOLAUS natione Romanus, ex patre Theodoro Regionario, S. R. E. diaconus, imperantibus Ludovico Juniore & Michaële III. ordinatus 25. Martii, feſto Annunciationis Dominicæ, feriâ 6. ante Dominicam Palmarum, anno DCCCLVIII. ſedit annos IX. menſes VII. dies XIX. obiit 12. Novembris, Indictione 1. anno DCCCLXVII. ſepultus ante fores Baſilicæ B. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus menſem 1. & diem 1.

A. C. DCCCLXVII. HADRIANUS natione Romanus, ex patre Talaro pòſt Epiſcopo, Regionis tertiæ, presbyter tit. S. Marci, imperantibus Ludovico Juniore, & Baſilio Macedone, ordinatus 14. Decembris in Dominica, anno DCCCLXVII. ſedit annos IV. menſes XI. dies XII. obiit 25. Novembris DCCCLXXII. & vacavit Epiſcopatus dies 18.

A. C. DCCCLXXII. JOANNES natione Romanus, ex patre Gundo S. R. E. Archidiaconus, imperantibus Ludovico Juniore & Baſilio Macedone, ordinatus 14. Decembris in Dominica, anno DCCCLXXII. ſedit annos X. dies II. defunctus anno DCCCLXXXII. 15. Decembris, ſepultus ante Eccleſiam Vaticanam juxta portam Judicii: & ceſſavit Epiſcopatus dies 7.

A. C. DCCCLXXXII. MARINUS, natione Galliſanus, ex patre Palumbo presbytero, S. R.E. diaconus, & pro novella Slavorum Eccleſia, per S. Methodii mortem Paſtoris egente, ordinatus Epiſcopus Apoſtolicus, nullius adhuc certæ Sedis, forſitan in Septembri, anni DCCCLXXXII. mortuo Joanne aſſumitur & intronizatur Pontifex Romanus 23. Decembris in Dominica, imperantibus Carolo Craſſo & Baſilio Macedone: ſedit annum I. menſes II. diem I. defunctus circa 23. Februarii, anno biſſextili DCCCLXXXIV. & ceſſavit Epiſcopatus dies 6.

A. C. DCCCLXXXIV. HADRIANUS natione Romanus, ex patre Benedicto, imperantibus Carolo Craſſo & Baſilio Macedone, ordinatus 1. Martii in Dominica, anno DCCCLXXXIV. ſedit annum I. menſes IV. dies VIII. obiit anno DCCCLXXXV. 8. Julii; quo colitur Nonantulæ, ubi ſepultus eſt: & ceſſavit Epiſcopatus dies 16.

A. C. DCCCLXXXV. STEPHANUS natione Romanus, de regione Via-lata, titulo SS. quatuor Coronatorum presbyter, imperantibus Carolo Craſſo & Baſilio Macedone, ordinatus anno DCCCLXXXV. 25. Julii in Dominica; ſedit annos VI. dies XIV. defunctus DCCCXCI. 7. Auguſti: & vacavit Epiſcopatus menſem 1. dies 11.

FOR-

FORMOSUS, ex patre Leone, Epiſcopus Portuenſis, tempore Arnulphi ac Widonis Regum Germaniæ atque Italiæ, & Leonis Sapientis in Oriente imperantis, ad Romanam Eccleſiam regendam tranſlatus, & intronizatus anno DCCCXCI. 19. Septembris, Dominica; ſedit annos IV. menſes VI. dies XVII. obiit 4. Aprilis die Paſchæ, anno DCCCXCVI. & ceſſavit Epiſcopatus dies 6. A. C. DCCCXCI.

BONIFACIUS natione Romanus, ex patre Adriano, presbyter depoſitus, manu populari intruſus, ſub tempore Arnulphi & Leonis Imperatorum, ordinatus 11. Aprilis, Dominicâ in Albis; ſedit dies XV. mortuus, vel depoſitus 25. Aprilis: & ceſſavit Epiſcopatus dies 6. anno DCCCXCVI. A. C. DCCCXCVI.

STEPHANUS natione Romanus, ex patre Joanne presbytero, ordinatus tempore Arnulphi & Leonis Imperatorum, anno DCCCXCVI. 2. Maji, Dominicâ quartâ poſt Paſcha, ſedit annum I. menſes III. defunctus circa initium Auguſti anno DCCCXCVII. & vacavit Epiſcopatus uſque ad 9. Septembris: & ipſe ſepultus fuit ante Eccleſiam S. Petri. A. C. DCCCXCVI.

ROMANUS natione Galliſanus, ex patre Conſtantino, imperantibus Berengario & Leone, ordinatus 11. Septembris in Dominica, anno DCCCXCVII. ſedit menſes IV. dies XXIII. obiit initio Februarii, anno DCCCXCVIII. & vacavit Sedes uſque ad 12. Februarii. A. C. DCCCXCVII.

THEODORUS natione Romanus, ex patre Photio, imperantibus Berengario & Leone, ordinatus 12. Febrarii, anno DCCCXCVIII. in Dominica; ſedit dies XX. obiit 3. Martii, & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 12. ejuſdem menſis. A. C. DCCCXCVIII

JOANNES natione Romanus, Tiburtinenſis, ex patre Rampaldo, Lamberto & Leone imperantibus, ordinatus anno DCCCXCVIII. Dominica 2. Quadrageſimæ, 12. Martii; ſedit annos XI. dies XV. obiit 26. Martii, anno DCCCC. & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 6. Aprilis: ipſe verò ſepultus eſt ante Eccleſiam S. Petri ante portam Guidaneam. A. C. DCCCC.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Mammolo, imperantibus Berengario iterum & Leone, ordinatus 6. Aprilis in Dominica Paſſionis, anno DCCCC. ſedit annos IV. menſes VI. dies XV. obiit 20. Octobris, anno DCCCCIV. & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 28. ejuſdem menſis. A. C. DCCCC.

LEO Forenſis fuit, natione Ardeatinus, de loco qui appellatur Priapi, imperantibus Ludovico Bozonis & Leone, ordinatus DCCCCIV. 28. Octobris in Dominica, ſedit dies XL. defunctus 6. Decembris: ſepultus in Eccleſia Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus tantùm biduo. A. C. DCCCCIV.

CHRISTOPHORUS, natione Romanus, ex patre Leone, imperantibus prædictis Ludovico Bozonis & Leone, qualitercumque ordinatus, 9. Decembris in Dominica, anno DCCCCIV. ſedit menſes VI. Hic de Pontificatu dejectus eſt, & monachus effectus, initio Junii anno DCCCCV. A. C. DCCCCIV.

SERGIUS, natione Romanus, ex patre Benedicto, S. R. E. presbyter, depoſito Chriſtophoro tempore Berengarii Regis, & Leonis Imperatoris, ordinatus anno DCCCCV. 9. Junii in Dominica, poſt ſeptem annos, menſes tres, ab electione facta anno DCCCXCVIII. 6. Martii; ſedit annos VII. menſes III. dies XVI. obiit 24. Septembris, ſepultus in reſtaurata à ſe Lateranenſi Baſilica, anno DCCCCXII. & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 4. Octobris. A. C. DCCCCV.

ANASTASIUS natione Romanus, ex patre Luciano, tempore Berengarii Regis, & ſub initium Conſtantini Porphyrogennetæ Imperatoris, ordinatus anno DCCCCXII. 4. Octobris Dominica die; ſedit annos II. menſem I. dies XXII. obiit anno DCCCCXIV. 25. Novembris, ſepultus in Baſilica S. Petri: & vacavit Epiſcopatus uſque ad 4. Decembris. A. C. DCCCCXII.

LANDO natione Romanus, Sabinenſis, ex patre Tamo, ſub Berengario Rege, & Conſtantino Porphyrogennetâ imperante, ordinatus anno DCCCCXIV. 4. Decembris in Dominica: ſedit menſes IV. dies XXII. obiit 25. Aprilis anni DCCCCXV. & vacavit Epiſcopatus uſque in 30. ejuſdem menſis. A. C. DCCCCXIV.

JOANNES natione Ravennas, ex patre Joanne, primùm Bononienſis Epiſcopus electus, tum Archiepiſcopus Ravennas conſecratus, & mox Romanus Papa inthronizatus, regnante Berengario, & imperante Conſtantino Porphyrogennetâ, anno DCCCCXV. 30. Aprilis, Dominicâ tertiâ poſt Paſcha, ſedit annos XIII. menſes II. dies III. depoſitus & conjectus in carcerem 2. Julii, anno DCCCCXXVIII. ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 6. Julii. A. C. DCCCCXV.

LEO natione Romanus, ex parte Chriſtophoro Primicerio, ſub Hugone Italiæ Rege, & imperante apud Græcos Conſtantino Porphyrogennetâ, ordinatus anno DCCCCXXVIII. proximâ poſt Joannis depoſitionem Dominicâ 6. Julii: ſedit menſes VI. dies XV. defunctus 20. Januarii, & ſepultus ad S. Petrum DCCCCXXIX. & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 1. Februarii. A. C. CMXXIIX.

STEPHANUS natione Romanus, ex patre Theudemundo, Hugone regnante, & Conſtantino imperante, anno DCCCCXXIX. 1. Februarii in Dominica; ſedit annos II. menſem I. dies XXII. obiit 12. Martii, ſepultus ad S. Petrum DCCCCXXXI. & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 20. ejuſdem Martii. A. C. CMXXIX.

JOANNES, natione Romanus, ex patre Sergio Papa, Hugone regnante & Conſtantino imperante, ordinatus 20. Martii, anno DCCCCXXXI. Dominica *Lætare*; ſedit annos IV. menſes X. dies XV. obiit in carcere anno DCCCCXXXVI. 3. Februarii, ſepultus in Eccleſia Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 14. ejuſdem. A. C. CMXXXI.

LEO natione Romanus, Hugone regnante, & Conſtantino imperante, ordinatus anno

DCCCC-

A. C. CMXXXVI. DCCCCXXXVI. 14. Febrnarii, in Dominica Septuageſimæ; ſedit annos III. menſes VI. dies
X. obiit 23. Auguſti, anno DCCCCXXXIX. ſepnltus in Baſilica B. Petri: & vacavit Epiſco-
patus uſque ad 1. Septembris.

STEPHANUS natione Germanus, Hugone regnante, & Conſtantino imperante, ordinatus 1.
A. C. CMXXXIX. Septembris in Dominica, anno DCCCCXXXIX. ſedit annos III. menſes IV. dies XV. obiit 15.
Januarii, anno DCCCCXLIII. & ceſſavit Epiſcopatus uſque 22. ejoſdem menſis.

MARINUS narione Romannis, Hugone regnante, & Conſtantino imperante, ordinatus 22.
A. C. CMXLIII. Januarii, anno DCCCCXLIII. in Dominica; ſedit annos III. menſes VI. dies XIV. obiit 4.
Auguſti, ſepultus ad Sanctum Petrum DCCCCXLVI. & vacavit Epiſcopatus uſque ad 9. eiuſ-
dem menſis.

AGAPETUS natione Romanns, Lothario regnante, & Conſtantino Porphyrogennetâ imperante,
A. C. CMXLVI. ordinatus anno DCCCCXLVI. 9. Auguſti in Dominica; ſedit annos IX. menſes VII. dies X. mor-
tuus DCCCCLVI. 18. Martii; ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus uſ-
que ad 13. ejuſdem menſis.

JOANNES natione Romanus, antea Octavianus, urbis Patricins, & clericus, ex patre Albe-
A. C. XCCCCLVI. rico Patricio, Othone I. regnsnte, & Conſtantino imperante, ordinatus anno DCCCCLVI.
23. Martii, Dominicâ Paſſionis: ſedit annos VII. menſes VIII. dies XIII. uſque ad 5. Decem-
bris anni DCCCCLXIII. & poſt bimeſtre exſilium revocatus, ante finem Februarii, anno
DCCCCLXIV. non longo vixit tempore, mortuus 14. Maji, ſepultuſque eſt in Baſilica Late-
ranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 29. Maji.

A. C. CMLXIII. LEO natione Romanus, S. R. E. Protoſcriniarins, regnante Othone I. & imperante Nicepho-
ro Phoca, ordinstus proximâ poſt Synodnm habitam contra Joannem Dominicâ, 6. Decembris,
anni DCCCCLXIII. expulſus ante 26. Februarii, anno DCCCCLXIV. receptus à Romanis
fame ſubactis, poſt 23. Junii; Pontificatûs titulum partim Romæ, partim in caſtris apud Impe-
ratorem, atque iterum Romæ geſſit, annum I. menſes IV. defunctus anno DCCCCLXV. initio
Aprilis.

A. C. BENEDICTUS natione Romanns, S. R. E. Diaconus, regnante Othone, & imperante
DCCCCLXIV Nicephoro, anno DCCCCLXIV. ordinatus 29. Maji in Dominica I. poſt Pentecoſten, ſaltem ul-
tra diem 23. Junii verus Pontifex: & rurſus, poſtquam in Saxonia exſulantis reſtitutionem Otho
decrevit, uno ferè anno pôſt: atque ita ſediſſe dicitur univerſim menſes II. nſque ad 5. Julii, quo
obiit Hambnrgi in Saxonia anno DCCCCLXV. translatus Romam ſub Othone III. anno
CCCCXCIX. poſt ejus obitum vacavit Epiſcopatus uſque ad 1. Octobris.

JOANNES natione Romanus, ex patre Joanne Epiſcopo: ipſe Epiſcopus Narnienſis, coro-
A. C. DCCCCLXV. natus 1. Octobris in Dominica, imperantibus Othone & Conſtantino, anno DCCCCLXV. ſe-
dit annos VI. menſes XI. dies VI. obiit 6. Septembris anni DCCCCLXXII. depoſitus in Baſilica
S. Paulli à dexteris ingreſsûs: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 22. Septembris.

A. C. BENEDICTUS natione Romanus, ex patre Ildebrando, imperantibus Othone I. & Joanne
CMLXXII. Tzemiſce, ordinarns 12. Septembris in Dominica, DCCCCLXXII. ſedit annnm I. menſes VI.
obiit circa finem Martii, anno DCCCCLXXIV. & ceſſavit Epiſcopatus diebus paucis nſque in
Aprilem.

A. C. BONIFACIUS, antea Franco, hac vice dumtaxat ſedit menſe I. quo vixit in carcere Bene-
CMLXXIV. Antipapa. dictus VI. ſacrilegè ordinatus 1. Martii, anno DCCCCLXXIV. in Dominica, mortuo autem Be-
nedicto mox expulſus, fugit Conſtantinopolim: de quo pleniòs poſt ſeqnentes Pontifices tres.

DONUS natione Romanns, imperantibus Othone II. & Joanne Tzemiſce, anno DCCCC-
A. C. CMLXXIV. LXXIV, ordioatus initio Aprilis, puta die 5. Dominicâ Palmarum, ſedit annum I. menſes VI.
defunctus menſe Octobri anni DCCCCLXXV. & ſepoltus ad S. Petrnm: & ceſſavit Epiſcopa-
tus uſqne ad 19. Decembris.

BENEDICTUS natione Romanus, Sutrinus Epiſcopns, ex patre David, propinquus Albe-
A. C. CMLXXV. rici Romani Conſulis, imperantibus Othone II. & Baſilio ac Conſtantino fratribns, inthroniza-
tus 18 Decembris in Dominica, anno DCCCCLXXV. ſedit annos VIII. menſes VI. dies XXII.
obiit 10. Julii anno DCCCCLXXXIV. ſepultus in Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalem dicta:
& ceſſavir Epiſcopatus menſem 1. dies 6. vel menſes 3. dies 8.

JOANNES, sntea Petrus, Epiſcopus Papienſis, defuncti Othonis II. Imperatoris Archi-can-
A. C. CMXXCIV. cellarius, Othone III. regnante, imperantibus Baſilio ac Conſtantino fratribus, coronatur 17.
Auguſti vel 19. Octobris, utrovis Dominico, anno DCCCCLXXXIV. capitur à Romanis, & ca-
ſtro S. Angeli includitur menſe Novembris, vel circa finem anni, aut initio ſequentis; exauctora-
tur verò cùm ſediſſet menſes VIII. anno DCCCCLXXXV. circa 18. Aprilis, ante Dominicam
in Albis, vel poſt medinm Junium: & quadrimeſtri ærnmna fameque maceratus, moritur 20.
Auguſti ejuſdem anni DCCCCLXXXV. in proxima Vaticana Baſilica veroſimiliter ſepultus,
abſque titulo & honote.

A. C. BONIFACIUS nstione Romanus, antea dictns Franco, ex patre Ferrutio, S. R. E. Diaconus,
CMLXXIV. dejecto Benedicto VI. ſacrilegè ordinatus, anno DCCCCLXXIV. 1. die Martii, Dominicâ primâ
Quadrageſimæ, poſt primum menſem Sedis invaſæ pulſus, fugit Conſtantinopolim: indeque red-
iens, Sedem denuò invaſit anno DCCCCXXXV. menſe Januario, ſeditque ex tunc menſes XI.

partim

Digitized by Google

partim ut invaſor, partim ut ſucceſſor Joannis XIV. in carcere mortui, uſque ad finem ferè anni, quando obiit; poſt mortem fœdè conciſus, raptatuſque, & ſepultus in Baſilica Lateranenſi: ceſſavitque Epiſcopatus uſque ad 25. Aprilis anni ſequentis DCCCCLXXXVI.

A. C. CMLXXV.

JOANNES, filius Roberti, natione Romanus, poſt mortem Bonifacii VII. electus, & in Palatium Lateranenſe inductus, ante finem anni DCCCCLXXV, regnante Othone III. imperantibus Baſilio ac Conſtantino fratribus, illud abſque conſecratione Epiſcopali tenuit menſibus 4. defunctus vel exauctoratus poſt diem 20. Aprilis, anno DCCCCLXXXVI.

A. C. CMXXCVI.

JOANNES natione Romanus, ex patre Leone presbytero, de regione Galline-Albæ, ſedit annos X. dies VI. regnante Othone III. imperantibus Baſilio & Conſtantino fratribus, à die XXV. Aprilis, anno DCCCCLXXXVI. quando fuit in Dominica coronatus, uſque ad 30. Aprilis, quo obiit anno DCCCCLXXXXVI. forſan ſepultus in Vaticano: & ceſsâvit Epiſcopatus uſque ad diem 17. Maji.

A. C. CMXCVI.

GREGORIUS, antea Bruno, natione Saxo, ex patre Othone Marchione Veronenſi, ordinatus 17. Maji, in Dominica, anno DCCCCXCVI. regnante ac mox coronato Imperatore Othone III. Conſtantinopoli verò Baſilio & Conſtantino fratribus; ſedit annos II. menſes VIIII. dies II. defunctus 18. Februarii, anno DCCCCXCIX. ſepultus in Vaticana S. Petri Baſilica: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 2. Aprilis.

A. C. CMXCVII. Antipapa.

JOANNES, antea Philagathus, natione Græcus, ex Calabria, patriâ Roſſanenſis, ex Caſſinenſi Monacho, & forſan Abbate Nonantulano, ſub annum DCCCCLXXXII. factus Placentinus Epiſcopus, ſeu (ut ipſe ſcribebat) Archiepiſcopus; corrupto pecuniâ Creſceotio Romano, qui anno DCCCCLXXXXVI. Gregorium Papam, mox à receſſu Imperatoris ab Italia urbe expulerat, in ejus locum ſubſtitutus anno LXXXXVII. menſe Majo, ſequenti autem menſe Martio, occupatæ Sedis decimo, tempore Quadrageſimæ, oculis, lingua, naſo truncatus, deprecante pro eo Sancto Nilo ægrè vitam ſervavit, haud diù pòſt mortuus, & in Laterano ſepultus.

A. C. CMXCIX.

SYLVESTER natione Aquitanus, antea Gerbertus, à Remenſi Archiepiſcopato, ut malè occupato, auctoritate Joannis XV. depoſitus, & anno DCCCCXCVIII. menſe Aprili ad Archiepiſcopatum Ravennenſem per Gregorium V. receptus; denique Romanus Pontifex coronatur, imperantibus Othone III. & Baſilio ac Conſtantino fratribus, uno pòſt anno, qui fuit Chriſti DCCCCXCIX. 2. Aprilis, in Dominica Palmarum; ſedit annos IV. menſem I. dies XI. defunctus anno MIII. 12. Maji, ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcopatus dies 24.

A. C. MIII.

JOANNES, qui dicebatur Sicco, natione Romanus, de regione Viveretica ſeo Biberatica, anno MIII, regnante S. Henrico, & imperantibus Baſilio ac Conſtantino, ordinatus 6. Junii in Dominica; ſedit menſes IV. dies XXVI. defunctus MIII. 31, Octobris; ſepultus in Monaſterio S. Sabæ: & ceſſavit Epiſcopatus uſque 19. Martii anni MIV,

A. C. MIV.

JOANNES, qui dicebatur Faſanus, natione Romanus, de regione ſecus portam Metroni, regnante S. Henrico, & imperantibus Baſilio ac Conſtantino, ordinatus Dominicâ 3. Quadrageſimæ 19. Martii anno MIV. ſedit annos V. menſes IV. defunctus 18. Julii anno MIX. ſepultus in Vaticano: & vacavit Epiſcopatus uſque ad 2. Octobris.

A. C. MIX.

SERGIUS natione Romanus, ex patre Martino, antea Petrus Epiſcopus Albanenſis, coronatus 2. Octobris in Dominica anno MIX. regnante S. Henrico, imperantibus Baſilio & Conſtantino, ſedit annos II. menſes IX. dies XII. defunctus 13. Julii anni MXII. ſepultus in Eccleſia Lateranenſi: & ceſſavit Epiſcodatus dies 6.

A. C. MXII.

BENEDICTUS natione Tuſculanus, ex patre Gregorio Comite Tuſculano, antea dictus Joannes Epiſcopus Portuenſis, coronatus anno MXII. 20. Julii in Dominica, imperantibus Baſilio & Conſtantino, & mox etiam S. Henrico coronato, ſedit annos XI. menſes XI. dies XXI. obit 10. Julii anno MXXIV. ſepultus in Baſilica B. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus dies 8.

A. C. MXXIV.

JOANNES natione Tuſculanus, ex patre Gregorio Tuſculano Comite, frater Benedicti VIII. hactenus laicus regnante Conrado II. & imperante Conſtantino Porphyrogennetâ ſolo, ordinatus 19. Julii in Dominica, anno MXXIV. ſedit annos IX. menſes III. dies XIX. obiit 6. Novembris MXXXIII. & ceſſavit Epiſcopatus menſem 1. dies 2.

A. C. MXXXIII.

BENEDICTUS natione Tuſculanus, filius Alberici Comitis, antea dictus Theophylactus, ſupradictorum Benedicti & Joannis Pontificum nepos, imperantibus in Occidente Conrado II. in Oriente Romano & Zoë, ordinatus 9. Decembris in Dominica, anno MXXXIII. Poſt undecimum ſuæ Sedis annum expulſus eſt de Pontificatu circa Natalem Domini anni MXLIV. propter ſpurciſſimam & ſcandaloſiſſimam vitam: & conſtitutus eſt in Apoſtolicam Sedem 3. Kalendas Januarii in Dominica, Joannes Sabinenſis Epiſcopus, cui impoſuerunt nomen Sylveſter: qui injuſtè tenuit Cathedram Pontificalem dies LXIX. uſque ad 8. Martii MXL. & ejectus inde prædictus Benedictus, recuperavit & tenuit Pontificatum menſem I. dies XXI. Et ille ipſe, cùm ſediſſet annos XI. menſes IV. dies XX. eum dedit Joanni, & Archi-canonico S. Joannis ante Portam Latinam, patrino ſuo, 4. Kal. Majas, cui impoſuerunt nomen Gregorius: qui etiam Pontificatum tenuit annum I. & menſes VIII. præter dies XI. & per Imperatorem legaliter eum perdidit, & ductus extitit in Tranſalpinis partibus, anno MXLVI.

A. C. MXLIV. Antipapa.

SYLVESTER, antea Joannes, Epiſcopus Sabinenſis, Laurentii filius, imperantibus Henrico II. & Conſtantino Monomacho, expulſoque Benedicto IX. illegitimè coronatus, anno MXLIV. in

Do-

Digitized by Google

Dominica 30. Decembris; ſedit dies LXIX. ejectus à Benedicto præfato, die 8. Martii, anno MXLV. ac deinde in Sutrina Synodo abſolutè depoſitus, circa finem anni MXLVI.

A. C. MXLV. GREGORIUS, antea Joannes Gratianus dictus, Archipresbyter S. Joannis ad Portam Latinam, imperantibus Henrico III. & Conſtantino Monomacho, ultrò cedente Benedicto, ordinatus 28. Aprilis in Dominica, anno MXLV. ſedit annum I. menſes VII. dies XX. abdicavit ultrò ſeſe anno MXLV. in Sutrina Synodo, 17. Decembris: & ceſſavit Epiſcopatus dies 7.

A. C. MXLVI. CLEMENS natione Saxo, antea Babenbergenſis Epiſcopus, Suidigerus dictus, tempore Henrici III. & Conſtantini Monomachi, anno MXLVI. in ipſo Natalis Domini die, Apoſtolicæ Sedi CLII. ex more conſecratus eſt: qui mox ipſa die Henricum Regem, cum conjuge ſua Agnete, imperiali benedictione ſublimavit. Sedit menſibus IX. diebus XV. vel XVI. obiit anno MXLVII. 9. vel 10. Octobris, & ad Epiſcopatum ſuum Babenbergam reportatus tumulatur: vacavitque Sedes uſque ad 8. Novembris.

A. C. MXLVII. BENEDICTUS tertiò reverſus in Pontificatum, tenuit eum menſes VIII. dies X. ideſt à feſtivitate Sanctorum quatuor Coronatorum 8. Novembris Dominica die, anno MXLVII. uſque ad feſtum S. Alexii 17. Julii, anni MXLVIII.

A. C. MXLVIII. DAMASUS natione Noricus, antea Poppo, Epiſcopus Brixinenſis, ſeu Sabionenſis, imperantibus Henrico III. & Conſtantino Monomacho, coronatus 17. Julii in Dominica MXLVIII. ſedit dies XXIII. defunctus 8. Auguſti, ſepultus in Eccleſia S. Laurentii extra muros: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 12. Februarii, anni MXLIX.

A. C. MXLIX. LEO natione Theotonicus, ex patre Hugone Imperatoris Conradi conſobrino, antea dictus Bruno, Tullenſis Epiſcopus, Wormaciæ anno MXLVIII. Papa deſignatus, iterumque Romæ electus liberrimè anno MXLIX. 11. Februarii, conſecratus 12. primâ Dominicâ Quagrageſimæ; ſedit annos V. menſes II. dies VIII. obiit & colitur 19. Aprilis MLIV. ſepultus in Eccleſia S. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 13. Aprilis anni ſequentis.

A. C. MLV. VICTOR, natione Noricus, antea Gabehardus dictus, Epiſcopus Aiſtettenſis, Imperatoris Henrici III. Conſiliarius intimus, & proximus conſanguineus, Conſtantinopoli imperante Theodorâ Conſtantini Porphyrogennetę filiâ, coronatus Rome anno MLV. in Cœna Domini, 13. Aprilis: ſedit annos II. menſes III. dies XVI. obiit 28. Julii MLVII. in Tuſcia, fortaſſis ſepultus Florentiæ in Cathedrali: & ceſſavit Epiſcopatus dies 5.

A. C. MLVII. STEPHANUS natione Lotharingus, antea Junianus Fridericus Cardinalis S. Chryſogoni, electus in feſto S. Stephani Papæ, & poſtridie feſto Inventionis S. Stephani Protomartyris 3. Auguſti, eodemque Dominico die, anno MLVII. conſecratus Pontifex, ſedit menſes VII. dies XXVII. defunctuſque Florentiæ MLVIII. 29. Martii, in Eccleſia Cathedrali juxta tumbam S. Zenobii ſepultus eſt; & poſt dies 6. ſacrilegè ordinatus eſt Benedictus X. ceſſavit autem revera Epiſcopatus menſes 10. diem 1.

A. C. MLVIII. Pſeudo-Papa. BENEDICTUS natione Romanus, ex patre Guidone, antea Joannes Epiſcopus Veliternenſis, regnante Henrico IV. Iſaacio Comneno imperante. ab Archipresbytero Oſtienſi ſacrilegè coronatus 5. Aprilis in Dominica Paſſionis, anno MLVIII. ſedit menſes IX. dies XX. depoſitus 24. Januarii, anno MLIX. & impetratâ præſumptionis veniâ, juſſus eſt apud S. Mariam Majorem manere, ſacerdotali privatus officio, Mincius exinde cognominatus.

A. C. MLIX. NICOLAUS natione Burgundus, antea Gerardus, Epiſcopus Florentinus, electus Senis, & annuente Rege Pontifex declaratus 9. Decembris MLVIII. Romæ deinde inthronizatus regnante Henrico IV. Iſaacio Comneno imperante, 31. Januarii, anno MLIX. in Dominica; ſedit annos II. menſes IV. dies XXV. defunctus Florentiæ 24. Junii MLXI. & ſepultus ibidem in Eccleſia S. Reparatæ: ceſſavit autem Epiſcopatus menſes 3. dies 5.

A. C. MLXI. ALEXANDER natione Mediolanenſis, ex patre Anſelmo, dictus ipſe Anſelmus, & Lucenſis Epiſcopus, in Sede S. Petri coronátus in Dominica, 30. Septembris MLXI. regnante Henrico IV. Conſtantino Duca imperante, ſedit annos XI. menſes VI. dies XXII. defunctus anno MLXXIII. 22. Aprilis, ſepultus 22. ejuſdem in Eccleſia B. Petri Apoſtoli: & ceſſavit Epiſcopatus menſes 2. dies 9.

A. C. MLXI. CADVLUS, cum nomine Honorii II. ex Epiſcopatu Parmenſi aſſumptus à Schiſmaticis, die 28. Octobris MLXI. Romanam urbem & Sedem anno MLXII. 18. Aprilis invadere fruſtra viſus, & condemnatus in Synodo Osboriæ ſive Oſnabrugi, celebrara per S. Annonem Archiepiſcopum Colonienſem MLXII. 27. Octobris; deinde in duobus Conciliis Romanis, hoc & ſequenti anno factis, & potiſſimùm in Synodo Mantuana. Vaticanam nihilominus Baſilicam occupavit, anno MLXIV. ſed ut ibi ſe coronari faceret, tempus non habuit. Mox expulſus à populo; ægreque in caſtello S. Angeli ſalvatus, & inde fugam pecuniâ redimens, perſeveravit ſeſe pro vero Pontifice gerere, licèt à nemine ferè reciperetur: quoad ſub annum MLXV. aut ſeriùs, vitam infeliciter terminavit.

A. C. MLXXIII. GREGORIUS, antea Hildebrandus S. R. E. Archidiaconus, natione Thuſcus, ex patre Bonizo, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno clementiſſimæ Incarnationis MLXXIII. Indictione & Luna 11. 10. Kal. Maji, feriâ 2. die 3. ſepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ electus, conſecratus eſt 30. Junii: ſedit annos XI. menſes X. dies XXVI. anno MLXXXV. 25. Maji defunctus Salerni, & in Ecclaſia S. Matthæi ibidem ſepultus, ubi & colitur. Ceſſavit autem Epiſcopatus annum 1. menſes 11. dies 53.

GUI-

GUIBERTUS, unde Ghibellinorum pernicioſa ſactio nomen traxit, ex Henrici Regis Cancellario, Archiepiſcopus Ravennæ ordinatus ab ipſomet Gregorio Papa, ſchiſma contra eundem excitat: atque in pſeudo-Synodo Brixienſi eidem illegitimè depoſito ſacrilegè ſubſtitutns ſub nomine CLEMENTIS, anno MLXXX. 25. Julii, coronationem exſecrabilem ſuſcipit Romæ in Baſilica S. Petri anno MLXXXIII. ut volunt aliqui, feria 6. ante Pentecoſten, die 26. Maji, ſecundùm alios verò anno MLXXXIII. feriâ 6. ante Dominicam Palmarum 31. Martii, quando in ipſo Aſcenſionis feſto, viciſſim Henricum IV. Imperatorem coronavit, & à variis Pontificibus ſucceſſivè anathematizatus, pervicax in ſcelere obiit, anno MCI.
A. C. MLXXX. Antipapa.

ALBERTUS, Guiberto ſuffectus, ipſo electionis ſuæ die captus, & recluſus apud S. Laurentium.
Eodem anno. Antipapa.

THEODORICUS, ſacrilegum titulum tenuit diebus centum & qninque: captus deinde, & in Cavenſe Monaſterium retruſus.
Antipapa.

MAGINULPHUS, præſtigiis magicis fruſtra confidens exſul moritur, eodem anno quo Guibertus, aut proximè ſequenti.
Antipapa.

VICTOR, ex Principibus Beneventanis, primùm monachus, deinde Abbas Caſſinenſis, & S. R. E. presbyter Cardinalis, nomine Deſiderius, diu multumqne reluctatus, electus tamen anno MXXCVI. in die Pentecoſtes 24. Maji, & tandem ordinatus anno MXXCVII. 9. Maji, Dominicâ poſt Aſcenſionem Domini, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno, ſedit menſes IV. dies VII. defunctus Caſſini 15. Septembris, anni ejuſdem MXXCVII. tumulatus in capitulo: & ceſſavit Epiſcopatus uſque ad 12. Martii MXXCVIII.
A. C. MLXXXVII.

URBANUS natione Gallus, ex oppido Caſtellionis, quod eſt ſupra Marnam in Archiepiſcopatu Remenſi, antea Otho Epiſcopus Oſtienſis, Pontifex creatus Terracinæ, anno MXXCVIII. 12. Martii, feſto S. Gregorii Papæ, & Dominicâ 2. Quadrageſimæ, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno; ſedit annos XI. menſes IV. dies XVIII. defunctus 29. Julii MXCIX. ſepultus in Baſilica S. Petri: & ceſſavit Epiſcopatus dies 15.
A. C. MLXXXVIII.

PASCHALIS natione Flaminiæ provinciæ, patriæ Bledæ, ex patre Creſcentio, matre Alfatia, Ragingerius ſive Rainerus dictus, presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, ordinatus MXCIX. 14. Auguſti in Dominica, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno, ſedit annos XVIII. menſes V. dies V. mor tuus 18. Januarii MCXVIII, ſepultus in Baſilica Lateranenſi 20. Januarii: & vacavit Sedes dies 12.
A. C. MXCIX.

GELASIUS natione Campanus, antea Joannes Cajetanns, S. R. E. Archidiaconus, anno MCXVIII. imperantibus Henrico V. & Joanne Comneno, 31. Jannarii creatos Romæ, & 24. Februarii ordinatus Cajetæ, ſedit menſes XI. dies XXIX. defunctus Cluniaci 29. Januarii, anno MCXIX. ibique ſepultus: & vacavit Sedes dies 15.
A. C. MCXVIII.

MAURITIUS BURDINUS natione Gallns, Epiſcopus Bracarenſis in Luſitania, ab Henrico V. Germaniæ Rege, contra Gelaſium II. elevatus ſub nomine GREGORII, anno MCXVIII. 14. Martii, feriâ 4. & veroſimiliter coronatus 17. in Dominica, anno ſequenti ad famam venientis Calliſti Sutrium ſe recepit, unde poſt uſurpatæ Sedis annos III. menſem unum, dies XV. anno MCXXI. relegatus in Mouaſterium Cavenſe ad pœnitentiam, denique in tanto Fumonis obüt, ignobili ſepultura conditus.
A. C. MCXVIII. Antipapa.

CALLISTUS natione Francus, antea Guido, Archiepiſcopus Viennenſis, imperantibus Henrico V. & Joanne Comneno, creatus Cluniaci, anno MCXIX. 4. Februarii; coronatus ibidem, poſt reditum nunciorum Româ, adulto Martio, aut fortaſſis ipſo die Paſchatis, 30. ejuſdem; præfuit Eccleſiæ annos V. menſes X. dies IX. defunctus 12. Decembris MCXXIV. ſepultus in Laterano 13. ejuſdem menſis: & vacavit Sedes dies 3. ſeu veriùs 11. vel etiam 15.
A. C. MCXIX.

HONORIUS, patriâ Bononienſis, antea Lambertus, Epiſcopus Oſtienſis, imperantibus Henrico V. & Joanne Comneno, intruſus in Sedem 16. Decembris MCXXIV. in eadem deinde ritè confirmatus poſt 7. vel 12. dies, & coronatus proxima Dominica à dicta confirmatione, 28. Decembris, vel 4. Janoarii ſequentis; ſedit univerſim annos V. menſem I. dies XXX. defunctus 14. Februarii MCXXX. ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & vacavit Sedes dumtaxat dies 2.
A. C. MCXXIV.

INNOCENTIUS natione Romanus, ex patre Joanne de regione Trans-tyberim, antea Gregorius Cardinalis S. Angeli, regnante Lothario per ipſum deinde coronato Imperatore, Conſtantinopoli verò Comneno, creatus anno MCXXX. 17. Februarii, & ſequenti Dominica 23. menſis ejuſdem ordinatus coronatuſque, ſedit annos XIII. menſes VII. dies VIII. defunctus anno MCXLIII 24. Septembris, ſepultuſque in Laterano: & vacavit Sedes diem 1.
A. C. MCXXX.

PETRUS natione Romanus, filius Petri Leonis, Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani, electus à paucioribus, anno MCXXX. 17. Februarii, & 23. in Dominica, aſſumpto ANACLETI nomine conſecratus; ſedit annos VII. menſes XI. dies XXII. obiit 7. menſis Februarii anno MCXXXVIII. in latebris ſine pompa ſepultus.
A. C. MCXXX. Antipapa.

GREGORIUS natione Romanus, presbyter Cardinalis Sanctorum Apoſtolorum, mortuo Anacleto ſuffectus à ſchiſmaticis anno MCXXXVIII. circa 16. Martii; & veroſimiliter ordinatus Dominicâ proximâ Paſſionis, die 20. ejuſdem menſis, ſub nomine VICTORIS; poſt duos menſes, die 29. Maji, ſubjecit ſeſe Innocentio cum ſibi adhærentibus Cardinalibus.
A. C. MCXXXVIII. Antipapa.

COELESTINUS, antea Guido dictus, natione Thuſcus, de caſtro S. Felicitatis, ex presbytero Cardinali S. Marci, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno, electus anno MCXLIII.
A. C. MCXLIII.

Digitized by Google

26. Septembris in Dominica, & veroſimiliter proximâ Dominicâ die 3. Octobris ordinatus coronatuſque; ſedit menſes V. dies XIII. defunctus anno MCXLIV. biſſextili, die 9. Martii, & ſepultus in Laterano. Vacavit Sedes ad ſequentem dumtaxat diem.

A. C. MCXLIV. LUCIUS, antea Gerardus, presbyter Cardinalis, patriâ Bononienſis, ex patre Alberto, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno, creatus 10. Martii, & conſecratus 12. ejuſdem in Dominica Paſſionis, anno MCXLIV. ſedit menſes XI. dies IV. defunctus 13. Februarii, anno MCXLV. ſepultus in Laterano: & vacavit Sedes ad ſequentem dumtaxat diem.

A. C. MCXLV. EUGENIUS natione Piſanus, antea Bernardus Abbas S. Anaſtaſii, Ordinis Ciſtercienſis, Romæ creatus Pontifex anno MCXLV. 14. Februarii, Rege & Imperatore prædictis, ordinatus in Monaſterio Farfenſi in Dominica Sexageſimæ 18. Februarii MCXLV. ſedit annos VIII. menſes IV. dies XXV. obiit Tibure 8. Julii, MCLIII. ſepultus in Baſilica S. Petri: & non vacavit Sedes, niſi in diem ſequentem.

A. C. MCLIII. ANASTASIUS, antea Conradus, Epiſcopus Sabinenſis, natione Romanus, de regione Saburræ, ex patre Benedicto, regnante Frederico Aënobarbo, & Manuele Comneno imperante, creatus MCLIII. 9. Julii, & coronatus 12. ejuſdem in Dominica; ſedit annum I. menſes IV. dies IV. defunctus MCLIV. 2. Decembris; ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & vacavit Sedes diem 1.

A. C. MCLIV. ADRIANUS natione Anglicus, antea Nicolaus, Epiſcopus Albanenſis, electus 4. Decembris, anno MCLIV. coronatus V. ejuſdem in Dominica, ſedit tempore Friderici Aënobarbi & Manuelis Comneni, annos IV. menſes VIII. dies XXVIII. defunctus 1. Septembris, anno MCLIX. ſepultus in Vaticano in Baſilica B. Petri, juxta ſepulcrum Eugenii Papæ III. in optima concha: & vacavit Sedes dies 5.

A. C. MCLIX. ALEXANDER natione Thuſcus, patriâ Soanenſis, ex patre Raïnutio, antea Rolandus, presbyter Cardinalis S. Marci, & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Frederico & Manuele, creatus 7. Septembris, feriâ 2. pridie Nativitatis B. Mariæ Virginis; ordinatus ad Nymphas, in vigilia S. Matthæi, Dominicâ die, 20. ejuſdem, anno MCLIX. ſedit annos 21. menſes 11. dies 19. defunctus 25. Auguſti MCLXXXI. ſepultus in Lateranenſi Baſilica: & vacavit Sedes dies 3.

A. C. MCLIX. Antipapa. VICTOR, aliàs Octavianus, natione Romanus, presbyter Cardinalis S. Cæciliæ, ſchiſmaticè ordinatus Romæ primâ Dominicâ Octobris, ideſt, die 4. menſis, MCLIX. ſedit annos IV. menſes VI. & dies aliquot: defunctus Lucæ circa Paſcha anni MCLXIV. quod 12. Aprilis celebratum fuit: ſepultus in Monaſterio extra civitatem, eò quòd canonici, tam majoris Eccleſiæ, quàm Regulares S. Fridiani, elegerint potiùs ſedibus ſuis expelli, quàm ſchiſmatici cadaver apud ſe recipere.

A. C. MCLXIV. Antipapa. PASCHALIS, aliàs Guido, patriâ Cremenſis, presbyter Cardinalis S. Mariæ Trans-tyberim, tit. S. Calliſti, ordinatus circa Paſcha anni MCLXIV. ſedit annos III. menſes IV. plus minus: cancro extinctus anno MCLXVII. menſe Auguſto, Romæ.

A. C. MCLXVII. Antipapa. CALLISTUS, aliàs Joannes, ex Abbate Strumenſi creatus presbyter Cardinalis, Guidoni ſuffectus menſe Auguſto, anni MCLXVII. ſedit annos X. & dies aliquot: & ab ipſomet Imperatore Friderico Venetiis ad Alexandri Papæ gratiam recepto, deſertus, ad ejuſdem obedientiam Tuſculi rediit anno MCLXXVIII. 29. Auguſti, & eodem anno infeliciter obiit.

A. C. MCLXXXVII. INNOCENTIUS, antea Lando dictus, quis fuerit qualiſve incertum eſt, brevis admodùm temporis Pſeudo-papa.

A. C. MCLXXXI. LUCIUS natione Thuſcus, patriâ Lucenſis, antea Ubaldus, Epiſcopus Oſtienſis, imperantibus Frederico Aënobarbo & Alexio Comneno, creatus 29. Auguſti, & poſtridie in Dominica coronatus anno MCLXXXI. ſedit annos IV. menſes II. dies XXVIII. obiit Veronæ MCLXXXV. 25. Novembris: ibique ſepultus eſt: & non vacavit Sedes niſi in diem ſequentem.

A. C. MCLXXXV. URBANUS natione Lombardus, antea Ubertus, presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaſo, imperantibus Friderico Aënobarbo & Iſaacio Angelo, creatus 26. Novembris, coronatus 8. Decembris in Dominica MCLXXXV. ſedit annum I. menſes X. dies XXV. defunctus Ferrariæ 20. Octobris, anno MCLXXXVII. & non vacavit Sedes niſi in diem ſequentem.

A. C. MCLXXXVII. GREGORIUS natione Beneventanus, antea Albertus, presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Frederico Aënobarbo & Iſaacio Angelo, creatus 21. Octobris, & 25. ejuſdem in Dominica, anno MCXXCVII. ordinatus Ferrariæ: ſedit menſem I. dies XXVII. defunctus Piſis 17. Decembris: & vacavit Sedes diem 1.

A. C. MCLXXXVIII CLEMENS natione Romanus, antea Paullus, Præneſtinus Epiſcopus, creatus Piſis 19. Decembris, coronatus ibidem iiſdem Imperatoribus, 6. Januarii, in ſolenni feſto Epiphaniæ, feriâ 4. anno MCXXCVIII. ſedit annos III. menſes III. dies XVIII. obiit 5. Aprilis, anno MCXCI. ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & vacavit Sedes dies 6.

A. C. MCXCI. COELESTINUS natione Romanus, ex patre Petro Bobonis, antea Hyacinthus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, creatus 12. Aprilis, conſecratus die Reſurrectionis 14. ejuſdem, anno MCXCI. ſedit annos VI. menſes VIII. dies XXVIII. tempore Henrici VI. & Iſaaci Angeli Imperatorum. Obiit die 8. Januarii MCXCVIII. ſepultus in Baſilica Lateranenſi: & paucis ſolùm horis vacavit Sedes.

A. C. MCXCVIII. INNOCENTIUS natione Campanus, patriâ Anagninus, ex patre Traſimundo de Comitibus Signiæ, matre Clarina, antea Lotharius, SS. Sergii & Bacchi diaconus Cardinalis, imperante Ale-

xio

xio Angelo; Occidentali verò Imperio vacante, creatus 8. Januarii MCXCVIII. conſecratus eſt in feſto Cathedræ S. Petri Antiochenæ 22. Febrnarii, in Dominica 2. Quadrageſimæ, ſedit annos XVIII. menſes VI. dies IX. defunctus 16. Julii anno MCCXVI. Peruſii, ibidemque in Eccleſia Cathedrali S. Laurentii ſepultus: & vacavit Sedes diem dumtaxat unum.

HONORIUS, antea Cencius, diaconus Cardinalis S. Luciæ, & Cœleſtini Papæ III. Camerarius, natione Romanus, patre Haymerico, poſtea ſub Innocentio III. presbyter Cardinalis SS. Panlli & Joannis tit. Pammachii, electus Peruſii anno MCCXVI. 18. Julii, regnante, quem ipſe poſtea Imperatorem coronavit, Friderico II. conſecratus 24. Julii in Dominica, ibidem in Eccleſia S. Petri; obiit anno MCCXXVII. 18. Martii, Pontificatûs ſui exacto anno X. menſe VIII. ſepnltus ad S. Mariæ Majoris ante aram Præſepii: & non vacavit Sedes, niſi in diem ſequentem. A. C. MCCXVI.

GREGORIUS, antea Ugolinus, Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, natione Campanus, anno MCCXXVII. tempore Friderici II. electus 19. Martii, coronatus 21. ejuſdem in Dominica 4. Quadrageſimæ, ſedit annos XIV. menſes V. dies III. defunctus anno MCCXLI. die 21. Anguſti; ſepultus in Baſilica Vaticana: & vacavit Sedes fortaſſis menſes 2. dies 5. A. C. MCCXXVII.

COELESTINUS, antea Gaufridus, Cardinalis, Epiſcopus Sabinenſis, natione Mediolanenſis, Friderico II. Eccleſiam perſequente, electus fortaſſis 27. Octobris, anno MCCXLI. & coronatus 3. Novembris in Dominica; ſedit diebns XVII. & obiit eodem menſe, die forſitan 12. ſepultns in Baſilica S. Petri: & vacavit Sedes uſqne ad 24. Junii anni MCCXLIII. A. C. MCCXLI.

INNOCENTIUS, antea Sinibaldus, Cardinalis presbyter S. Laurentii in Lucina, natione Januenſis, de Comitibus Lavaniæ, imperante Friderico II. excommunicato, electus Anagniæ, anno MCCXLIII. die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ 24. Junii; & die Apoſtolorum Petri & Paulli 29. ejuſdem, feriâ 2. ibidem ordinatus; ſedit annos XI. menſes V. dies XIV. mortuus 7. Decembris, anno MCCLIV. & ſepultus Neapoli in Eccleſia Cathedrali: & vacavit Sedes dies 17. A. C. MCCXLIII.

ALEXANDER, antea Raynaldus, patriâ Campanus, de caſtro Gennæ, in diœceſi Anagnina, ex Comitibns Signiæ, nepos Gregorii Papæ IX. antea Raynaldus Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis, anno MCCLIV. electus Neapoli in die Natalis Domini, coronatus Dominicâ proximâ, feſto S. Joannis Euangeliſtæ 27. Decembris; ſedit annos VI. menſes V. mortuus Viterbii anno MCCLXI. 25. Maji; ſepultuſque in Eccleſia S. Laurentii: & vacavit Sedes menſes 3. dies 4. A. C. MCCLIV.

URBANUS natione Gallicus, de civitate Trecenſi, antea Jacobus Pantaleon, Hieroſolymitanus Patriarcha, electus Viterbii anno MCCLXI. 29. Angnſti, coronatus 4. Septembris in Dominica, ſedit annos III. menſem I. dies IV. defunctus Peruſii 2. Octobris MCCLXIV. ibique in Eccleſia Cathedrali S. Laurentii ſepultus: & vacavit Sedes menſes 4. dies 3. A. C. MCCLXI.

CLEMENS natione Provincialis, de Villa S. Ægidii, antea Guido Groſſus, Cardinalis, Epiſcopns Sabinenſis, in Anglicana legatione abſens electus, aſſenſum ſuum Peruſii præbuit quinto vacantis Sedis menſe, anno MCCLXV. die 6. Febrnarii; & coronationem ſuſcepit ibidem primâ Dominicâ Quadrageſimæ, eademque feſtiva Cathedræ S. Petri, 22. ejuſdem Februarii. Sedit à die ſaſcepti oneris Pontificalis, annos III. menſes IX. dies XXIV. mortuus Viterbii die 29. Novembris MCCLXVIII. ſepultus in Eccleſia Prædicatorum. Vacavit Sedes annos 2. menſes 10. dies 27. A. C. MCCLXV.

GREGORIUS natione Placentinus, antea Theobaldus Archidiaconns Leodienſis, Viterbii anno MCCLXXI. 1. Septembris electus, abſens in Palæſtina, electioni aſſenſum præbuit 27. Octobris, exindeque cenſetur ſediſſe annos IV. menſes II. dies XV. licèt primùm coronatus Romæ 27. Martii, anno MCCLXXII. in Dominica 3. Quadrageſimæ: obiit autem anno MCCLXXVI. 10. Januarii, ſepultus Aretii: & vacavit Sedes dies 10. A. C. MCCLXXI.

INNOCENTIUS natione Bnrgundus, de Tarentaſio, antea Petrus Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, electus Aretii anno MCCLXXVI. 21. Januarii, coronatus Romæ in Dominica 1. Quadrageſimæ, 23. Februarii: ſedit menſes V. dies II. defunctus Romæ anno eodem, 22. Junii; ſepultus in Laterano: & vacavit Sedes dies 17. A. C. MCCLXXVI.

ADRIANUS natione Genuenſis, antea Ottobonus, diaconus Cardinalis S. Andreæ, electus Romæ anno MCCLXXVI. 10. Julii, ſedit menſem I. dies IX. & anteqnam conſecrari poſſet, infirmatus, obiit Viterbii 18. Auguſti, ſepultus in Eccleſia Fratrum Minorum: & vacavit Sedes dies 28. A. C. MCCLXXVI.

JOANNES, antea Petrus Juliani, Cardinalis, Epiſcopus Tuſculanns, natione Portugalenſis, electus Viterbii 16. Decembris, anno MCCLXXVI. coronatus ibidem die 20. in Dominica; ſedit menſes VIII. diem I. mortuus Viterbii 16. Maji, anno MCCLXXVII. & ſepultns ibidem in Eccleſia S. Laurentii. Vacavit Sedes menſes 6. dies 8. A. C. MCCLXXVI.

NICOLAUS natione Romanus, de domo Urſinorum, antea Joannes Cardinalis diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano, electus Viterbii die 25. Novembris, anno MCCLXXVII. conſecratus & coronatns Romæ anno ſequenti die 9. Januarii, ſedit annos II. menſes VIII. dies XXX. defunctus Suriani prope Viterbium 23. Auguſti MCCXXC. ſepultus Romæ in Baſilica S. Petri: & vacavit Sedes menſes 5. dies 29. A. C. MCCLXXVII.

MARTINUS natione Gallicus, antea Simon, tit. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis, electus Viterbii anno MCCXXCI. 22. Februarii, conſecratus & coronatus Urbeveteri 23. Martii, Dominica 4. A. C. MCCXXCI.

Quadrageſimæ; ſedit annos IV. menſem I. dies VII. mortuus Peruſii 28. Martii, anno MCCXXCV. ibique in Eccleſia S. Laurentii ſepultus: & vacavit Sedes dies 4.

A. C. MCCXXCV. HONORIUS, antea Jacobus de Sabello, diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, electus Peruſii 2. Aprilis, anno MCCXXCV. conſecratus & coronatus Romæ 20. Maji, octava Pentecoſtes, ſedit annos II. dies II. defunctus anno MCCXXCVII. 3. Aprilis: ſepultus eſt in Vaticano: & vacavit Sedes menſes 10. dies 8.

A. C. MCCXXCVIII. NICOLAUS, antea Hieronymus, patriâ Aſculanus, Cardinalis, Epiſcopus Præneſtinus, electus 22. Februarii, anno MCCXXCVIII. biſſextili, Dominicâ 2. Quadrageſimæ, coronatus 25. ejuſdem, feriâ 4. feſto S. Matthæi; ſedit annos IV. menſem I. dies XIV. mortuus 14. Aprilis, anno MCCXCII. ſepultus ad S. Mariam Majorem: & vacavit Sedes annos 2. menſes 3. dies 2.

A. C. MCCXCIV. COELESTINUS, antea Fr. Petrus de Murrone, Eremita, ex regno Neapolitano, propè Sulmonem oriondus, electus Peruſii 5. Julii, anno MCCXCIV. abſens, coronatus in Eccleſia ſui Ordinis prope Aquilam 29. Auguſti in Dominica; ſedit menſes V. circiter; abdicavit Pontificatum 12. Decembris, & ſupervixit uſque ad 19. Maji, anni MCCXCVI. vacavit autem Sedes poſt abdicationem ejus dies 11.

A. C. MCCXCIV. BONIFACIUS, antea Benedictus Cajetanus, natione Campanus, de Anagnia, presbyter Cardinalis SS. Sylveſtri & Martini in Moutibus, electus Neapoli 24. Decembris, anuo MCCXCIV. conſecratus & coronatus Romæ 23. Januarii MCCXCV. in Dominica, ſedit annos VIII. menſes IX. dies XVIII. mortuus 11. Octobris MCCCIII. Romæ ſepultus in Eccleſia ad S. Petrum in Vaticano. Vacavit Sedes dies 10.

A. C. MCCCIII. BENEDICTUS, antea Nicolaus, Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, Terviſiæ iu Lombardia natus, electus anno MCCCIII. 22. Octobris; coronatus Dominica ſequenti, 27. ejuſdem meuſis; ſedit menſes VIII. dies XV. mortuus Peruſii 6. Julii, anno MCCCIV. ibique ſepultus in Eccleſia Fratrum Prædicatorum. Vacavit Sedes menſes 10. dies 29.

A. C. MCCCV. CLEMENS, antea Bertrandus, Burdigalenſis Archiepiſcopus, natione Vaſco, electus Peruſii abſens, anno MCCCV. 5. Junii; corouatus Lugduni 14. Novembris in Dominica; ſedit annos VIII. meuſes X. dies XVI. defunctus iu Rocca-Mauri ſuper Rhodanum, auno MCCCXIV. 20. Aprilis; ſepultus Uzeſtæ, Vaſatenſis Diœceſis vico: & vacavit Sedes annos 2. menſes ?. dies 17.

A. C. MCCCXVI. JOANNES, antea Jacobus, Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, natione Aquitanus, de Cadurco civitate, Lugduni electus anno MCCCXVI. 7. Auguſti; coronatus ibidem 5. Septembris, in Dominica; ſedit annos XVIII. menſes III. dies XXVIII. defunctus Avenione auno MCCCXXXIX. 4. Decembris, & ibidem ſepultus in Eccleſia S. Mariæ de Douis. Vacavit autem Sedes dies 15.

A. C. MCCCXXVIII. Antipapa. PETRUS de Corbario, agente Ludovico Bavaro prætenſo Imperatore, â paucis ex inferiori clero Romæ electus, aſſumpto nomine Nicolai V. auno MCCCXXVIII. iuitio Maji, poſt annos 2. menſes 4. ante pedes Joannis Papæ, anno MCCCXL. 25. Auguſti, Avenione, ſicut antea Piſis fecerat, ejuravit ſchiſma, culpam faſſus, receptuſque in gratiam, ſupervixit in honeſta cuſtodia annos III. menſem I. defunctus Avenione, anuo MCCCXXXIII. menſe Septembri ex eunte, & ſepultus apud Franciſcanos.

A. C. MCCCXXXIV. BENEDICTUS, antea Jacobus, presbyter Cardinalis tituli S. Priſcæ, natione Toloſauus. de Savarduno, electus Avenione 20. Decembris MCCCXXXIV. coronatus 8. Januarii ſequentis in Dominica, ſedit annos VII. menſes IV. dies VI. defunctus Aveuioue, anno MCCCXLII. 25. Aprilis, ſepultus in Eccleſia Cathedrali: & vacavit Sedes dies 11.

A. C. MCCCXLII. CLEMENS natioue Lemoviceuſis, antea Petrus Rogerii, ex Archiepiſcopo Rothomagenſi, presbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillei tit. Faſciolæ, electus Aveuione 7. Maji, anno MCCCXLII. coronatus 19. Maji in Dominica Pentecoſtes, ſedit annos X. menſes VI. dies XXX. defunctus Avenione anno MCCCLII. 6. Decembris: ſepultus in ſno, ubi Abbas fnerat, Caſæ-Dei Monaſterio: & vacavit Sedes dies 11.

A. C. MCCCLII. INNOCENTIUS natione Lemovicenſis, antea Stephanus, Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, electus Avenioue anno MCCCLII. 18. Decembris; coronatus 30. Decembris; ſedit annos IX. meuſes VIII. dies XXVI. defunctus Avenione anno MCCCLXII. 12. Septembris. Sepultus apud Carthuſianos Villæ-novæ, prope Avenionem: & vacavit poſt mortem ejus Apoſtolica Sedes meuſem 1. dies 18.

A. C. MCCCLXII. URBANUS natione Lemovicenſis, antea Goillelmus Grimoaldi, Abbas S. Victoris Maſſilienſis, electus abſens 2?. Septembris, miſit Maſſiliâ ſubſignatum decretum electiouis ſuæ 27. Octobris, & Avenione inthrouizatus 31. ejuſdem, conſecratus & coronatus fnit ſequenti Dominica, 6. Novembris MCCCLXII. ſedit â die inthronizatiouis ſuæ annos VIII. menſem I. dies XIX. defuuctus Avenione 19. Decembris MCCCLXX. ſepultus iu Abbatia S. Victoris Maſſilienſis: & vacavit Sedes dies 10.

A. C. MCCCLXX. GREGORIUS natione Lemovicenſis, antea Petrus diaconus Cardinalis S. Mariæ-Novæ, electus Avenione 30. Decembris, anuo MCCCLXX. couſecratus & coronatus 5. Januarii ſequentis in vigilia Epiphaniæ; ſed Dominica tunc die; ſedit annos VII. meuſes II. dies XXVII. mortuus Romæ anno MCCCLXXVIII. 27. Martii, & ſepoltus iu Eccleſia S. Mariæ-Novæ. Vacavit Sedes Pontificia dies 11.

URBANUS natione Neapolitanus, antea Bartholomæus, Archiepiſcopus Barenſis, electus 8. Aprilis, anni MCCCLXXVIII. coronatus ipſo die Paſchæ, 18. Aprilis; ſedit annos XI. menſes VI. dies VIII. defunctus MCCCLXXXIX. 15. Octobris; ſepultus ad Sanctum Petrum in Vaticano: & vacavit Sedes dies XVII. A. C. MCCCLXXVIII.

ROBERTUS ex Comitibus Gebennenſibus, natione Gebennenſis, Sanctorum XII. Apoſtolorum presbyter Cardinalis, à ſeditioſis Cardinalibus Fundis electus, anno MCCCLXXVIII. 20. Septembris, aſſumpto nomine Clementis VII. & 31. Octobris in Dominica coronatus, uſurpavit Papatum annos XV. menſes XI. dies XXVIII. defunctus Avenione 16. Septembris anno MCCCXCIV. & vacavit Anti-papatus dies 11. A. C. MCCCLXXVIII. Antipapa.

BONIFACIUS, antea Petrus Tomacellus, presbyter Cardinalis S. Anaſtaſiæ, natione Neapolitanus, electus die 2. Novembris, anno MCCCLXXXIX. die 11. ejuſdem menſis in feſto S. Martini conſecratus, coronatus autem Dominica ſequenti, 14. Novembris; ſedit annos XIV. menſes XI. defunctus 1. Octobris MCDIV. ſepultus in Baſilica Vaticana: & vacavit poſt ejus mortem Apoſtolica Sedes dies 15. A. C. MCCCLXXXIX.

PETRUS DE LUNA, natione Hiſpanus, S. Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis, à ſchiſmaticis Avenione in Anti-papam electus anno MCCCXCIV. 28. Septembris; conſecratus & coronatus 11. Octobris in Dominica, ſumpto nomine BENEDICTI XIII. non ſolùm non ceſſit cedente æmulo, uti facturum ſe ante electionem juraverat ſuis Pſeudo-Cardinalibus; ſed neque ad gemini Concilii ſententiam, Piſani primùm, anno MCDVIII. 5. Junii, ac deinde Conſtantienſis anno MCDXVII. 16. Julii, dimiſit malè uſurpatum titulum, uſque ad extremum pertinax in ſchiſmate, deſertus licèt ab omnibus. Obiit. Paniſcolæ regni Valentini arce 23. Maji, anno MCDXXIII. ubi ſepultum corpus, poſtea Iglueſcam, Aragoniæ oppidum delatum eſt. A. C. MCCCXCIV. Antipapa.

INNOCENTIUS, natione Sulmonenſis, antea vocatus Coſmatus de Melioratis, tit S. Crucis presbyter Cardinalis, Epiſcopus Bononienſis, electus anno MCDIV. 17. Octobris, coronatus 2. Novembris in Dominica, ſedit annos II. dies XXI. defunctus 6. Novembris, anno MCDVI. ſepultus in Baſilica S. Petri: & vacavit Sedes dies 23. A. C. MCDIV.

GREGORIUS natione Venetus, antea Angelus Corarius, tit. S. Marci presbyter Cardinalis, creatus Pontifex anno MCDVI. 30. Novembris, coronatus 5. Decembris Dominica 2. Adventûs in Concilio Piſano unà cum ſecum contendente Benedicto abdicatus anno MCDIX. 5. Junii, non tamen ante conctum Conſtantienſe Concilium Pontificatu ceſſit, quod in eo per procuratorem Carolum Malateſtam Conſtantiæ fecit, anno MCDXV. 4. Julii, cùm ad eam uſque diem ſediſſet annos VIII. menſes VII. dies V. mortuus Recineti anno MCDXVII. cum titulo Epiſcopi Cardinalis Portuenſis, vel Tuſculani, & perpetui Legati Marchiæ, 4. Julii, ibidem in Cathedrali Eccleſia pontificaliter tumulatus. A. C. MCDVI.

ALEXANDER natione incerta, de Ordine Fratrum Minorum, antea Petrus Candianus, tituli XII. Apoſtolorum, presbyter Cardinalis, in Concilio Piſano, poſt depoſitionem Gregorii & Benedicti, aſſumptus anno MCDIX. 26. Junii, & ibidem coronatus 7. Julii in Dominica, ſedit menſes X. dies VIII. defunctus Bononiæ anno MCDX. 3. Maji; ſepultus ibidem in Eccleſia Fratrum Minorum: & vacavit Sedes controverſi juris, propter Gregorium adhuc viventem, dies 13. A. C. MCDIX.

JOANNES natione Neapolitanus, antea Cardinalis diaconus S. Euſtachii, Balthaſſar Coſſa, electus Bononiæ 17. Maji, anno MCDX. coronatus eſt 25. ejuſdem menſis in Dominica 2. poſt Pentecoſten: cumque ſediſſet annos V. dies XV. in Concilio Conſtantienſi ſe abdicavit anno MCDXV. 31. Maji; & vacavit Sedes annos 2. menſes 5. dies 10. ipſe verò obiit Florentiæ, anno MCDXIX. 22. Decembris, ſepultus in Cathedrali. A. C. MCDX.

MARTINUS natione Campanus; de Principibus Urbis, domûs de Columna, antea Otho, diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro, electus concorditer in Papam Conſtantiæ, anno MCDXVII. 11. Novembris; coronatus 21. ejuſdem, feſto Præſentationis, ac ſimul Dominicâ; ſedit annos XIII. menſes III. dies X. defunctus anno MCDXXXI. 20. Februarii. Sepultus eſt in Baſilica Lateranenſi: & vacavit Sedes dies 13. A. C. MCDXVII.

ÆGIDIUS MUNIONIS, natione Catalanus, canonicus Barcinonenſis, poſt Petrum de Luna electus à paucis Pſeudo-Cardinalibus Anti-papa, anno MCDXXIV. nomen CLEMENTIS VIII. aſſumpſit cum inſigniis Pontificiis, coronatus anno MCDXXV. Paniſcolæ 17. Maji, in die Aſcenſionis Domini; & ex hinc nomen Papæ uſurpavit annos IV. menſes II. dies X. abdicavit autem anno MCDXXIX. 26. Julii, feſto S. Annæ, & ſchiſma ex toto ceſſavit. A. C. MCDXXIV. Antipapa.

EUGENIUS, Papa IV. ejus nominis, natione quidem glorioſiſſimus Venetus, familiâ Condelmeriâ vetuſtâ, patre Angelo, Gabriel religioſiſſimus antea vocatus, 2. nonas Martii apud Minervam Romæ, anno MCDXXXI. poſt Martinum Papam Pontifex creatus, cùm eſſet presbyter Cardinalis tit. S. Clementis; coronatus 11. Martii in Dominica 4. Quadrageſimæ, ſedit annos XV. menſes XI. dies XIII. mortuus 18. Februarii, anno MCDXLVII. & ſepultus in Vaticano: vacavitque poſt ejus mortem Apoſtolica Sedes dies 15. A. C. MCDXXXI.

FELIX V. ejus nominis, natione Sabaudienſis, Amedeus, Eremita antea vocatus, anno Domini MCDXXXIX. die 15. Novembris; Eugenio Pontifice à Baſileenſi Concilio Philippi Ducis Mediolanenſis procuratione depoſito, Pontifex electus in ſchiſmate, Anti-papatum acceptavit 17. Decembris, coronatus Baſileæ anno MCDXL. die 24. Auguſti, feſto S. Bartholomæi; à qua die ſedit A. C. MCDXL. Antipapa.

dit annis VIII. menſes VII. dies XIII. abdicavit ſe Lauſanæ 7. Aprilis, anno MCDXLIX. poſtea Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis piè defunctus eſt Genevæ anno MCDLI. 7. Jannarii; ac Ripaliæ, loco ſui primi ſeceſsûs, tumulatus.

A. C. MCDXLVII. NICOLAUS Papa, ejus nominis V. natione Genuenſis, patriâ Sarzanenſis, Thomas antea vocatur, patre Bartholomæo Chirurgico, humili familia natus, anno MCDXLVII. omniū ſuffragiis Pontifex creatus 7. Martii, coronatus 19. Dominicâ 4. Quadrageſimæ; ſedit annos VIII. dies XIX. defunctus 24. Martii MCDLV. ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies 14.

A. C. MCDLV. CALLISTUS Papa III. hujus nominis, natione Catalanus, patriâ Valentinus, patre Joanne, viro nobiliſſimo natus, Alphonſus Borgia antea vocatus, Nicolao Pontifici omnium ſuffragiis, jam decrepitus, anno MCDLV. ſuffectns eſt 8. Aprilis, coronatus 20. die, eâdemque Dominicâ 2. poſt Paſcha; ſedit annos III. meuſes III. dies XXX. defunctus 6. Auguſti, anno MCDLVIII. & ſepultus in Vaticana Baſilica. Vacavit Sedes Apoſtolica dies 12.

A. C. MCDLVIII. PIUS Papa II. ejus nominis, natione Etruſcus, patriâ Senenſis, Æneas Sylvius antea vocatus, Poëta egregius, patre Sylvio, nobili ſatis familiâ Piccolominiâ natus, anno MCDLVIII. Calliſto Pontifici ſubrugatus 19. Auguſti, coronatus 3. Septembris in Dominica, ſedit annos V. menſes XI. dies XXVII. defunctus Anconæ 14. Auguſti MCDLXIV. ſepultus primùm in Vaticano, denique in ædem S. Mariæ de Valle Patrum Theatinorum tranſlatus. Vacavit Sedes dies 16.

A. C. MCDLXIV. PAULLUS Papa II. hujus nominis, patriâ Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena natus, Petrus Barbo antea vocatus, Eugenii Pontificis ex ſorore nepos, anno MCDLXIV. pridie Kal. Septembris ex Cardinali S. Marci Pio Pontifici ſuffectus, coronatus 9. Septembris in Dominica; ſedit annos VI. menſes X. dies XXVI. mortuus 26. Julii, anno MCDLXXI. ſepultus in Baſilica Vaticana S. Petri: & vacavit Sedes dies 13.

A. C. MCDLXXI. XYSTUS Papa IV. hujus nominis, natione Ligur, patriâ Saonenſis, Franciſcus à Ruvere antea vocatus, Ordinis Minorum generalis Miniſter, anno MCDLXXI. Paullo Pontifici repentino interitu ſublato ſurrogatus 9. Auguſti, coronatus 25. in Dominica, ſedit annos XIII. dies IV. mortuus MCDXXCIV. die 12. Auguſti; ſepultus in Vaticano. Vacavit Sedes Apoſtolica dies 16.

A. C. MCDXXCIV. INNOCENTIUS Papa VIII. ejus nominis, patriâ Genuenſis, patre Aaron, Cyborum mediocri familiâ, ſed honoratâ natus, Joannes Baptiſta antea vocatus, poſt Xyſtum Pontificem ex Cardinali presbytero S. Cæciliæ, anno MCDXXCIV. Pontifex creatus 29. Auguſti, coronatus 12. Septembris in Dominica, ſedit annos VII. menſes X. dies XXVIII. mortnus anno MCDXCII. 25. Julii, ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies 16.

A. C. MCDXCII. ALEXANDER Papa ejus nominis VI. natione Hiſpanus, Rodericus antea vocatus, S. R. E. Archidiaconus, Calliſti olim Pontificis ex fratre nepos, anno MCDXCII. Innocentio Papæ conſenſu Cardinalium Pontifex ſuffectus 11. Auguſti, coronatus 26. in Dominica; ſedit annos XI. dies VIII. defunctus anno MDIII. 18. Auguſti, ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes menſem 1. dies 3.

A. C. MDIII. PIUS Papa III. hujus nominis, natione Etruſcus, patriâ Senenſis, nepos Pii II. Franciſcus Piccolomineus antea vocatus, S. R. E. Archidiaconus, tit. S. Euſtachii Cardinalis, Alexandro ſuffectus 22. Septembris, anno MDIII. coronatus 8. Octobris, ſedit dies XXVII. defunctus 18. Octobris: ſepultus in Vaticano, tranſlatus fuit ad S. Andream de Valle: & vacavit Sedes dies 12.

A. C. MDIII. JULIUS Papa II. hujus nominis, natione Ligur, patriâ Saonenſis, Julianus à Ruvere antea vocatus, Xyſti olim IV. Pontificis ex fratre nepos, hoc anno MDIII. pridie Kalendas Novembris, ex presbytero Cardinali tit. S. Petri ad Vincula, poſt Pium III. Pontificem creatus eſt Pontifex, coronatus 26. Novembris in Dominica, ſedit annos IX. menſes III. dies XXII. obiit anno MDXIII. 21. Februarii. Inferendus monumento, quod in Eccleſia S. Petri ad Vincula ſibi vivens curaverat, manet adhuc in Baſilica Vaticana: & vacavit Sedes dies 17.

A. C. MDXIII. LEO, antea Joannes Laurentii de Medicis, patriâ Florentinus, ex diacono Cardinali tit. S. Mariæ, in Dominica electus anno MDXIII. 11. Martii, coronatus 19. in Sabbatho, Lateranum progreſſus ſolenniter 11. Aprilis, feſto S. Leonis Papæ, ſedit annos VIII. menſes VIII. dies XXI. defunctus anno MDXXI. 1. Decembris: ſepultus in Vaticano, tranſlatus eſt ad S. Mariæ ſupra Minervam. Vacavit Sedes menſes duos, dies 14.

A. C. MDXXII. ADRIANUS, patre Florentio, Trajecti ad Rhenum in Belgio humiliter natus, ex Dertuſenſi in Hiſpania Epiſcopo presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Paulli, electus Romæ abſens ipſe in Hiſpania, anno MDXXII. 19. Jannarii, Pontificatum ſuſcepit Victoriæ in Cantabria 16. Februarii, Romæ coronatus 31. Auguſti in Dominica; ſedit à die acceptati muneris annum I. menſes VI. dies XXX. mortuus anno MDXXIII. 14. Septembris, ſepultus in Eccleſia Teutonicorum S. Marię de Anima: & vacavit Apoſtolica Sedes menſes 2. dies 4.

A. C. MDXXIII. CLEMENS patriâ Florentinus, antea Julius Juliani de Medicis, ex Archiepiſcopo Florentino & Cardinali presbytero tit. S. Clementis, electus MDXXIII. 19. Novembris; coronatus 26. Novembris feriâ 5. ſedit annos X. menſes X. dies XII. obiit MDXXXIV. 26. Septembris ſepultus in Vaticano, tranſlatus fuit ad S. Marię ſupra Minervam: & vacavit Sedes; dies 16.

A. C. MDXXXIV. PAULLUS natione Romanus, ex patre Petro Aloyſio de Farneſiis, antea Alexander Cardinalis Epiſco-

Epiſcopus Oſtienſis, electus anno MDXXXIV. 12. Octobris, coronatus 3. Novembris, ferià 3. ſedit annos XV. dies XXIX. obiit MDXLIX. 16. Novembris; ſepultuſque eſt in Vaticano. Vacavit Apoſtolica Sedes menſes 2. dies 28.

JULIUS natione Etruſcus, ex oppido S. Savini, antea Joannes Maria Vincentii de Monte, Cardinalis, & Epiſcopus Præneſtinus, electus 8. Februarii MDL. coronatus 20. Februarii, ſabbatho ſeſto Cathedræ S. Petri Antiochiæ; ſedit annos V. menſem I. dies XVI. obiit MDLV. 23. Martii. Sepultus fuit in Vaticano. Vacavit Sedes dies 16. A. C. MDL.

MARCELLUS ex patre Richardo Cervino, natione Picenas, in oppido Montis-Fani natus, antea presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hieruſalem, electus anno MDLV. 9. Aprilis, & mox propter imminens feſtum Paſchæ ſequenti die conſecratus, ac coronatus ferià 4. majoris hebdomadæ, ſedit dies XXII. defunctus 1. Maji, ſepultus in Eccleſia Vaticana: & vacavit Sedes Apoſtolica dies 22. A. C. MDLV.

PAULLUS, antea Joannes Petrus, patrià Neapolitanus, patre Joanne Caraffa, Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, electus anno MDLV. 23. Maji, feſto Aſcenſionis Domini, & proximâ Dominicâ 26. menſis coronatus, ſedit annos IV. menſes II. dies XXVII. obiit anno MDLIX. 18. Auguſti, ſepultus in Vaticano, ac poſtea translatus ad Minervam: & vacavit Sedes menſes 4. dies 7. A. C. MDLV.

PIUS natione Lombardus, ex civitate Mediolani, antea Joannes Angelus Bernardini de Medicis, presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ, electus 26. Decembris MDLIX. coronatus 6. Januarii in feſto Epiphaniæ in ſabbatho; ſedit annos V. menſes XI. dies XIV. defunctus MDLXV. 9. Decembris; ſepultuſque in Vaticano, & inde translatus in Eccleſiam S. Mariæ Angelorum. Vacavit Sedes dies 28. A. C. MDLIX.

PIUS natione Lombardus, ex oppido Boſchi, antea Michaël Paulli de Gisleriis. ex Ordine Prædicatorum, presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ ſuper Minervam, anno MDLXVI. electus 7. Januarii, coronatus die ſuo natalitio & feſto S. Antonii 17. ejuſdem menſis ferià 5. ſedit annos VI. menſes III. dies XXV. vità functus MDLXXII. 1. Maji, & ſepultus in Vaticano, ac poſtmodum translatus ad Baſilicam S. Mariæ Majoris. Beatificatus autem anno MDCLXXII. à Clemente Papa X. & die 5. Maji Officio Eccleſiaſtico coli juſſus. Poſt mortem ejus vacavit Sedes dies 11. A. C. MDLXVI.

GREGORIUS natione Italus, ex civitate Bononiæ, antè Hugo Chriſtophori de Boncompagnis, presbyter Cardinalis tit. S. Xyſti, electus anno MDLXXII. 13. Maji, coronatus in feſto Pentecoſtes 25. Maji; ſedit annos XIII. menſes X. dies XXIX. defunctus MDLXXXV. 10. Aprilis; ſepultus in Vaticani ſacello Gregoriano: & vacavit Sedes dies 12. A. C. MDLXXII.

XYSTUS natione Picenas, ex oppido tunc, mox civitate Montis-Alti, antea Felix Peretti de Perettis, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci, presbyter Cardinalis tit. S. Hieronymi Illyricorum, electus anno MDXXCV. 24. Aprilis, coronatus 1. Maji ferià 4. ſibi ſemper feliciſſima, utpote qua & natus fuerat, & factus Frater, Generalis, Cardinalis, ac Papa: ſedit annos V. menſes IV. dies IV. defunctus anno MDXC. 27. Auguſti, ſepultus in Vaticano, poſtea translatus ad proprium ſuum ſacellum in Baſilica S. Mariæ Majoris: & vacavit Sedes dies 18. A. C. MDXXCV.

URBANUS, patrià Romanus, antea Joannes Baptiſta Coſmi Caſtaneæ Genuenſis, presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli, electus MDXC. 15. Septembris, ſedit dies XIII. obiit nec ordinatus, nec coronatus, 27. Septembris, ſepultus in Eccleſia Vaticana: & vacavit Sedes menſes 2. dies 19. A. C. MDXC.

GREGORIUS natione Lombardus, ex civitate Mediolani, antea Nicolaus Franciſci de Sfondratis, presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, electus anno MDXC. 5. Decembris; coronatus 8. feſto Conceptionis immaculatæ in ſabbatho; ſedit menſes X. dies XI. defunctus MDXCI. 15. Octobris, ſepultus ad Sanctum Petrum in ſacello Gregoriano: & vacavit Sedes dies 14. A. C. MDXC.

INNOCENTIUS natione Italus, ex civitate Bononia, antea Antonius Antonii de Facchinetti, presbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum, electus 30. Octobris MDXCI. coronatus 3. Novembris, in Dominica: ſedit menſes duos; defunctus 30. Decembris, anno eodem, & ſepultus in Vaticano. Vacavit Sedes menſem unum. A. C. MDXCI.

CLEMENS natione Etruſcus, de civitate Florentia, antea Hippolytus Silveſtri de Aldobrandinis, presbyter Cardinalis tit. S. Pancratii, electus anno MDXCII. 30. Januarii; ordinatus 2. Februarii, in Dominica, feſto Purificationis, & coronatus 9. ejuſdem ſimiliter in Dominica; ſedit annos XIII. menſem I. dies III. defunctus anno MDCV. 3. Martii, ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies 29. A. C. MDXCII.

LEO patrià Florentinus, antea Alexander Octaviani de Medicis, Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, electus MDCV. 2. Aprilis; coronatus 10. ejuſdem, Dominicâ Paſchæ; ſedit dies XXVI. defunctus 27. Aprilis; ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies 18. A. C. MDCV.

PAULLUS patrià Romanus, antea Camillus Marci Antonii de Burgheſiis, presbyter Cardinalis tit. S. Chryſogoni, electus anno MDCV. 16. Maji, coronatus in feſto Pentecoſtes 29. ejuſdem menſis; ſedit annos XV. menſes VIII. dies XIII. obiit 28. Januarii MDCXXI. ſepultus in Vaticano, ac deinde translatus ad Baſilicam S. Mariæ Majoris, & exſtructum hujus imaginis ab eo ſacellum. Vacavit porrò Sedes dies 11. A. C. MDCV.

GREGORIUS patrià Bononienſis, antea Alexander Pompeji de Ludoviſiis, presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Trans-pontina, & Archiepiſcopus Bononienſis, electus anno MDCXXI. 19. Februarii, & poſt dies aliquot (fortè Dominicâ proximâ, die 14. Februarii) coronatus; ſedit an- A. C. MDCXXI.

nos II. menſes IV. dies XXIX. obiit 7. Julii MDCXXIII. ſepultus in Baſilica S. Petri: & vacavit Sedes dies 20.

A. C. MDCXXIII. URBANUS, patriâ Florentinus, antea Maphæos Antonii de Barberinis, presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, electus MDCXXIII. 6. Auguſti; coronatus 29. Septembris, feriâ 6. feſto S. Michaelis; ſedit annos XX. menſes XI. dies XXIV. defunctus MDCXLIV. 29. Julii, ſepultos in Vaticano: & vacavit Sedes menſem 1. dies 16.

A. C. MDCXLIV. INNOCENTIUS, patriâ Romanos, antea Joanoes Baptiſta Camilli Pamphilii, presbyter Cardinalis tit. S. Euſtachii, anno MDCXLIV. electus, 15. Septembris; coronatus 4. Octobris in Dominica; ſedit annos X. menſes III. dies IV. defunctus MDCLV. 7. Januarii; ſepultus in Vaticano, ac poſtmodum translatus ad Eccleſiam S. Aguetis in foro Agonali. Vacavit Apoſtolica Sedes menſes 3.

A. C. MDCLV. ALEXANDER natione Etruſcus, patriâ Senenſis, antea Fabius Flavii Chiſii, presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ de Populo, Epiſcopus Neritonenſis; electus anno MDCLV. 7. Aprilis, feriâ 4. poſt Octavas Paſchæ; coronatus 18. ejoſdem, Dominicâ 2. poſt Paſcha: ſedit annos XII. menſem I. dies XIV. obiit MDCLXVII. 20. Maij; ſepultus in Vaticano: & vacavit Sedes menſem 1.

A. C. MDCLXVII. CLEMENS IX. natione Etroſcus, patriâ Piſtorienſis, antea Julius Hieronymi Roſpiglioſi, Cardinalis presbyter tit. S. Xyſti, electus die 20. Junii, MDCLXVII. & 26. ejuſdem, Dominicâ quarta poſt Pentecoſten, coronatus, ſedit annos II. menſes V. dies XX. defunctus MDCLXIX. 9. Decembris; ſepultus in Baſilica S. Mariæ Majoris: & vacavit Sedes menſes 4. diem 1.

A. C. MDCLXX. CLEMENS X. patriâ Romanus, antea Æmilius Laurentii de Alteriis, Epiſcopus Camerinus, & Cardinalis, nondum accepto galero tituloque electus Pontifex anno MDCLXX. 29. Aprilis, coronatus 11. Maji, Dominicâ quintâ poſt Paſcha; ſedit annos VI. menſem I. dies XXV. obiit anno MDCLXXVI. 22. Julii; ſepultus in Baſilica S. Petri: & vacavit Apoſtolica Sedes menſem 1. dies 29.

A. C. MDCLXXVI. INNOCENTIUS XI. natione Lombardus, ex civitate Como, antea Benedictus Livii Odeſcalchi, presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, & Epiſcopus Novarienſis, electus anoo MDCLXXVI. 21. Septembris, coronatus 4. Octobris, in Dominica. Obiit 12. Auguſti, anno MDCXXCIX. ſedit aonos XII. menſes X. dies XXI. Vacavit Sedes menſem 1. dies 19.

A. C. MDCXXCIX. ALEXANDER hujus nominis VIII. natione Venetus, antea Petrus Otthobonus, creatus die 6. Octobris, anno MDCXXCIX. ſedit annum I. menſes III. dies XXVI. obiit die 1. Februarii anno MDCXCI. Vacavit Sedes menſes 5. dies 11.

A. C. MDCXCI. INNOCENTIUS XII. patriâ Neapolitanus, antea Antonius Pignatellus, creatus die 12. Julii anno MDCXCI. Vivat feliciter.

CATA-

CATALOGUS
REGUM HISPANIÆ,
Sub quibus Concilia habita ſunt, à tempore irruptionis Saracenorum, ab anno Chriſti circiter DCCXIV. uſque modò.

PELAGIUS nepos Chindaſvinti Regis Gotthorum, filius Faſilæ, ſive Favilæ Cantabriæ Du- A. C. DCCXVI. aut circiter.
cis, primus reſtaurator Hiſpaniæ, regnavit ann. XX. & expugnavit Legionem. Alii re-
gnum Pelagii longè poſtea collocant.

FAVILA, filius Pelagii regnavit annos duos. In venatione occiſus fuit ab urſo. DCCXXXVI.

ALPHONSUS I. cognomento Catholicus, duxit Ormiſindam Pelagii filiam. Regnavit an- DCCXXXVIII
nos XVIII.

FROILA Alphonſi filius, ex Munina filia Eudonis Ducis Aquitaniæ, ſorore Aznarii I. Aragoniæ DCCLVII.
Comitis, ſuſcepit Alphonſum & Ximenam, poſtea Bernardi Carpenſis matrem. Regnavit an-
nos XI.

AURELIUS regnavit annos VI. & ſemeſtre ſine prole. DCCLXVIII.

SILO Adolindam filiam Alphonſi I. duxit. Regnavit IX. annos. DCCLXXIV.

MAUREGATUS nothus Alphonſi, pacto cum Mauris infami tributo centum virginum, oc- DCCLXXXIII
cupavit regnum ipſorum ope V. annos & ſemeſtre.

VEREMUNDUS diaconus, ſive Bimarani, ſive Froilæ fratris, Alphonſi filius, ex Numilona Ra- DCCLXXX. VIII.
mirum ſuſcepit, regno reſtituto Alphonſo, cognomento Caſto. Regnavit annos tres & ſemeſtre.

ALPHONSUS II. cognomento Caſtus, regnavit feliciter annos LII. quamvis ſine prole. Ejus DCCXCI.
tempore corpus B. Jacobi Apoſtoli inventum fuit, & damnatus error Elipandi.

RAMIRUS I. filius Veremundi, regnavit annos VII. Claviſiano prœlio clarus, ex Urraca, ſive DCCCXLIV.
Paterna genuit Ordonium & Garſiam.

ORDONIUS I. regnavit annos XI. vel XVII. uxor Munia. DCCCL.

ALPHONSUS III. cognomento Magnus, regnavit annos XLVIII. Templum lapideum D.Ja- DCCCLXII.
cobo erexit. Ejus tempore Joannes VIII. Papa Eccleſiam Ovetenſem conſtituit Metropolita-
nam, in qua & Concilium eâ de re celebratum fuit. Uxor ipſi ex Galliis Ximena, ſive Amilina.

GARSIA I. regnavit tres annos. Uxor illius filia Nugni Fernandi Comitis Caſtellæ. CMX.

ORDONIUS II. frater Garſiæ, regnavit decem annos. Uxor Munina Elvira: deinde Sanctia fi- CMXIII.
lia Enneci Regis Navarræ.

FROILA II. tyrannicè regnavit annum unum. Uxor ejus Munia. CMXXIII.

ALPHONSUS IV. filius Ordonii II. cognomento Monachus, regnavit annos VI. Uxor Urraca CMXXIV.
Semena. Poſtea regnum commiſit Ramiro fratri, & Monachatum profeſſus eſt.

RAMIRUS II. regnavit XIX. annos. Uxor Thereſia Sanctii Abarcæ filia. CMXXXI.

ORDONIUS III. filius Ramiri II. regnavit V. annos. Uxor Elvira. CML.

SANCTIUS I. cognomento Craſſus, frater Ordonii, regnavit XII. annos. Ejus tempore Fer- CMLV.
nandus Gundiſalvus, Comes Caſtellæ, illam à dominio Regum Legionis liberavit. Fernandum
verò ſequuti ſunt Garſia Ferdinandus anno DCCCCLXVIII. Sanctius Garſia, anno MVI. ac ſub-
inde Sanctius Major, & poſtea Ferdinandus I. Caſtellæ Rex, de quo poſtea.

RAMIRUS III. regnavit annos XV. Nortmannos vicit. Uxor ejus Urraca. Deceſſit abſque CMLXVII.
prole.

VEREMUNDUS II. filius Ordonii III. regnavit annos XVII. Ex Elvira ſecunda uxore na- CMLXXXII.
tus eſt ei.

ALPHONSUS V. regnavit annos XXIX. Ejus tempore anno MXII. habitum fuit Legione CMXCIX.
celebre Concilium. Uxor ejus Geloïra: occiſus fuit à fratre in obſidione Viſei.

VEREMUNDUS III. regnavit annos X. occiſus fuit à fratre. MXXVIII.

FERDINANDUS I. Caſtellæ Rex, cognomento Magnus, filius Sanctii majoris Navarræ Regis, MXXXVIII.
regnavit annos XXVII. cum Sanctia ſorore Veremundi III.

SANCTIUS II. dictus Fortis, ad Zamoram occiſus initio regni. MLXVI.

ALPHONSUS VI. frater Sanctii, Rex legionis & Caſtellæ, qui expugnavit Toletum, & poſt MLXVI.
multa præclarè geſta obiit anno ſui regni XLIII. Chriſti MCIX.

URRACA Alphonſi VI. filia regnavit annos XVII. MCIX.

ALPHONSUS VII. filius Urracæ, & Raymundi Ducis Burgundiæ, regnavit annos XXXV. MCXXVI.

Dictus fuit Hiſpaniæ Imperator, diademate ſolenni ritu apud Legionem recepto. Diviſit regna inter filios: quorum Sanctius Caſtellæ, cognomento Deſideratus, regnavit annum I. Ferdinandus Legionis, annos XXXI. uſque ad MCLXXXVIII. Succeſſit Alphonſus dictus IX. qui pariter Legione regnavit ab anno MCLXXXXIII. uſque ad MCCXXXI.

MCLVII. ALPHONSUS VIII. (aliàs IX. filius Sanctii Deſiderati, regnavit in Caſtella LVI. annos: Concham expugnavit, & inſignem ad Navas victoriam obtinuit.

MCCXIV. HENRICUS I. annos duos. Palentiæ obiit ex ictu lapidis.

MCCXVII. S. FERNANDUS III. Legionis, II. Caſtellæ Rex, annos XXXV. regnavit. Inter alia præclara geſta Hiſpalim Saracenis eripuit.

MCCLII. ALPHONSUS X. cognomento Sapiens, regnavit annos XXXII. Uxor illi Violante Jacobi Aragonii filia.

MCCLXXXIV SANCTIUS III. cognomento Fortis, regnavit annos II. Uxor Maria filia Alphonſi Infantis Molinæ.

MCCXCV. FERNANDUS IV. Sanctii filius, regnavit annos XVII. Uxor Conſtantia Dionyſii Portugalliæ filia. Illum Caravaxalii ad tribunal Dei compellârunt.

MCCCXII. ALPHONSUS XI. regnavit XXXVIII. annos. Nomen ſibi fecit ex victoria ad fluvium Salſum. Uxor Maria Alphonſi IV. Portugalliæ filia.

MCCCL. PETRUS cognomento Crudelis, occiſus ab Henrico fratre notho, poſt XX. regni annos.

MCCCLXIX HENRICUS II. occiſo fratre regnavit annos X. Uxor Joanna abneptis D. Fernandi dela Cerda.

MCCCLXXIX JOANNES I. Henrici & Joannæ filius, regnavit annos XI. Uxor Eleonora Petri IV. Aragoniæ filia. Compluti obiit præceps actus ab equo.

MCCCXC. HENRICUS III. cognomento Infirmus, regnavit annos XVI. Uxorem duxit Catherinam Leceſtriæ.

MCDVII. JOANNES II. regnavit annos XLVIII. Uxor illi Maria Fernandi Aragonii filia.

MCDLIV. HENRICUS IV. regnavit annos XX. turbidâ plerumque Republicâ.

MCDLXXV. ISABELLA ſoror Henrici, cùm Fernando Aragonum ſimul & Caſtelle Rege, V. ejus nominis, feliciter regnavit annos XXX. ereptâ Mauris Granatâ, & tribunalibus Fidei inſtitutis. Utriuſque filius Joannes Princeps, Hiſpaniarum ſpes, Salmanticæ obiit. Succeſſit in regno

MDV. JOANNA utriuſque filia, uxor Philippi Archiducis Auſtriaci, cum ipſo regnavit, & peperit

CAROLUM V. Regem Hiſpaniæ, deinde Imperatorem, cognomento Maximum: qui regnavit annos XL. Uxor ISABELLA Emmanuelis Luſitaniæ filia.

PHILIPPUS II. cognomento Prudens, regnavit XLVIII. annos.

MDLVI. PHILIPPUS III. cognomento Bonus, regnavit annos XXII. expulſis Mauris ab Hiſpania. Ex

MDXCIX. Margarita Auſtriaca Imperatoris Germaniæ filia genuit

PHILIPPUM IV. cognomento Pium: qui regnavit annos XLIV. & ex Maria-Anna Auſtria-

MDCXXI. ca, Imperatoris Ferdinandi filia, ſecunda uxore, habuit

CAROLUM II. regnantem ab anno MDCLXV. cum ſecunda uxore Maria-Anna Neoburgi-

MDCLXXV. ca: quibus fauſtam prolem, & felicia omnia, tot regna utriuſque Orbis exoptant.

CATA-

CATALOGUS TOLETANORUM PRÆSULUM,

A tempore irruptionis Saracenorum in Hiſpaniam, ſive ab anno Chriſti DCCXIV.

OPPAS intruſus. DCCXIV.
SINDEREDUS. *Romam fugiens ſubſcripſit in Concilio Romano I. celebrato anno Chriſti DCCXXI. tempore S. Gregorii II. Papæ.*
URBANUS, ſub jugo Saracenorum. DCCXIX.
SUNIEREDUS. DCCXL.
CONCORDIUS. DCCLX.
CIXILANUS, *ſcriptor vitæ Sancti Ildephonſi. Exſtat Epiſtola Adriani I. Papæ ad illum.* DCCLXXV.
ELIPANDUS hæreſi Adoptivorum infectus, damnatur in Concilio Francofordienſi, ſed reſipiſcit. DCCLXXXIV.
GUMESINDUS. DCCCXX.
WISTREMIRUS, *de quo S. Eulogius in Chronico.* DCCCL.
S. EULOGIUS *electus, Martyr & ſcriptor.* DCCCLIX.
BONITUS.
JOANNES obiit anno CMXXVI.
PASCHALIS.
Hoc loco deſunt alii Præſules, & finitur Catalogus antiquus.
Alphonſus VI. Toletum expugnat anno MLXXXV. die XXV. Martii, & Bernardum Monachum S. Benedicti, Abbatem S. Facundi, in Sede Toletana collocat.
BERNARDUS *inſignis Præſul, reſtaurator Eccleſiæ Toletanæ.* MLXXXV.
RAYMUNDUS, ex monacho S. Facundi. MCXXVIII.
JOANNES I. aliàs IV. MCL.
CEREBRUNUS. MCLXVI.
PETRUS III. aliàs VI. *de Cardona.* MCLXXXI.
D. GUNDISALVUS I. *Perez.* MCLXXXI.
D. MARTINUS *Lopez de Piſuerga.* MCXCI.
D. RODERICUS *Ximenez de Rada, ſcriptor celebris.* MCCVIII.
D. JOANNES II. aliàs V. *de Medina.* MCCXLVII.
D. GUTERIUS I. MCCXLVIII.
D. PASCHASIUS, *antea Archidiaconus Toletanus, qui crucem ferebat in prælio apud Navas Toloſæ.* MCCL.
D. SANCTIUS, *filius S. Fernandi Regis.* MCCLXII.
D. SANCTIUS II. *filius Jacobi Aragonum Regis.* MCCLXVI.
D. FERDINANDUS I. *depoſitus à Nicolao III. Papa.* MCCLXXXV.
D. GUNDISALVUS II. *Garsia Gudiel, Cardinalis.* MCCXCI.
D. GUNDISALVUS III. *Diaz Palomeque.* MCCXCVIII.
Collect. Max. Concil. Hiſp. Tom. III.

D. GUTERIUS II. *Gomez de Toledo.* MCCCX.
D. JOANNES III. aliàs VI. *Jacobi II. Aragonum Regis filius, eximiè pius.* MCCCXIX.
D. XIMENUS *de Luna.* MCCCXXVII.
D. ÆGIDIUS *Carrillo de Albornoz, Cardinalis.* MCCCXXXVIII.
D. GUNDISALVUS IV. *de Aguilar.* MCCCL.
D. VASCUS *Fernandez de Toledo.* MCCCLIII.
D. GOMEZIUS I. aliàs III. *Manrique.* MCCCLV.
D. PETRUS IV. aliàs VII. *Tenorio.* MCCCLXXV.
D. PETRUS V. aliàs VIII. *de Luna.* MCCCXCIX.
D. JOANNES IV. aliàs VII. *Martinez Contreras:* interfuit Concilio Conſtantienſi. MCDXXII.
D. JOANNES V. aliàs VIII. *de Cerezuela.* MCDXXXIV.
D. GUTERIUS III. *Alvarez de Toledo.* MCDXLII.
D. ALPHONSUS II. *Carrillo de Acuña.* MCDXLV.
D. PETRUS VI. aliàs IX. *Gonzales de Mendoza, Cardinalis.* MCDLXXXII.
D. Fr. FRANCISCUS *Ximenez de Ciſneros, Cardinalis.* MCDXCV.
D. GUILLELMUS *de Croy, Cardinalis.* MDXVII.
D. ALPHONSUS III. *de Fonſeca.* MDXXI.
D. JOANNES V. aliàs IX. *Tavera, Cardinalis.* MDXXXIV.
D. JOANNES VI. aliàs X. *Martinez de Siliceo, Cardinalis.* MDLII.
D. Fr. BARTHOLOMÆUS *Carranza.* MDLVI.
D. GASPAR *de Quiroga, Cardinalis.* MDLXXVII.
D. ALBERTUS *de Auſtria, ex Auguſtiſſima Imperatorum Germaniæ domo, Cardinalis.* MDXCIV.
D. GARSIAS *de Loayſa Giron, ſcriptor celebris.* MDXCVIII.
D. BERNARDUS II. *Roxas de Sandoval, Cardinalis.* MDXCIX.
D. FERNANDUS *de Auſtria, Hiſpaniæ infans, Cardinalis.* MDCXVIII.
D. GASPAR *Borgia & Velaſco, Cardinalis.* MDCXLIV.
D. BALTHASSAR *Moſcoſo & Sandoval, Cardinalis.* MDCXLV.
D. PASCHASIUS II. *de Aragon, Cardinalis.* MDCLXVI.
D. LUDOVICUS *Fernandez Portocarrero, Cardinalis.* MDCLXXVII.

I 2 Olu-

OPUSCULA ALIQUA QUORUNDAM PATRUM,

PRIMO EDITA A D. GARSIA LOAISA,

ADMONITIO CARD. DE AGUIRRE AD LECTOREM.

OPUSCULA hæc graviſſimus ſcriptor Loaïſa non dubitavit inſerere Tomo unico Conciliorum Hiſpaniæ, & plura alia ſimilia, quamvis non videantur ſpectare ad ſcopum præcipuum ejus Operis. Similiter VV. clariſſimi Philippus Labbe & Gabriel Coſſartius (ut alios anteriores prætèream) noviſſimæ editioni Conciliorum Pariſienſi inſeruerunt plurima alia Patrum, Imperatorum, Regum, Hiſtoricorum, & eruditiorum hominum ſcripta, quæ apparent ab inſtituto Operis aliena. Quare nihil mirum, ſi in quatuor aut quinque vaſtis voluminibus Conciliorum Hiſpaniæ id exemplum fuerimus ſequuti; præſertim cùm ex ipſa Operis epigraphe & Præfatione conſtet, nos nullatenus ſola Concilia Hiſpaniæ edenda curâſſe, ſed etiam Epiſtolas Decretales Pontificum, & alia ſacra monumenta ad ipſam ſpectantia. Inter ea verò collocari potiſſimum debet quod ſtatim judicamus. CARD. DE AGUIRRE.

PRÆFATIO LOAISÆ.

ISIDORUS, & poſt eum ILDEPHONSUS, exemplo Divi Hieronymi, atque Gennadii, Catalogum & ipſi De viris illuſtribus *contexuère. Ex quibus cùm nonnulli Conciliis Hiſpanis ſubſcripſerint, frequensq; ipſorum in eiſdem habeatur mentio; viſum eſt nobis, quo lectori clariora omnia, magisq; in aperto ſint, duo hæc ſanctiſſimorum Antiſtitum opuſcula, nondum à quoquam edita, noſtræ huic Conciliorum Collectioni adjungere: idque eo ordine ac modo, quo in Mſſ. poſita invenimus; videlicet præmiſſis ante omnia nudis nominibus eorum virorum, qui in Catalogis Divi Hieronymi, & Gennadii recenſentur; addita etiam Vita Juliani Epiſcopi, auctore Felice, & Salvi Abbatis Monaſterii Albeldenſis, aliiſque duodecim, in vetuſtiſſimo Bibliothecæ Regiæ Divi Laurentii codice à nobis, incerto auctore, repertis. LOAISA.*

CATALOGUS VIRORUM ILLUSTRIUM EX HIERONYMO.

Simon Petrus.
Andreas.
Jacobus frater Domini.
Matthæus.
Jacobus Zebedæi.
Philippus.
Bartholomæus.
Thomas.
Simon Cananæus.
Matthias.
Timotheus Epiſcopus.
Titus Epiſcopus.
Creſcens.
Judas frater Jacobi.
Paullus Apoſtolus.
Barnabas.
Lucas.
Marcus.
Joannes Apoſtolus.
Hermas.
Philo Judæus.
Lucius Annæus Seneca.
Joſephus Matthatiæ.
Juſtus Tiberienſis.
Clemens Epiſcopus Romæ.
Ignatius Antiochiæ Epiſcopus.
Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus.
Papias Hierapolis Epiſcopus.
Quadratus Athenarum Epiſcopus.
Ariſtides.
Agrippa cognomento Caſtor.
Egeſippus.
Juſtinus Philoſophus Martyr.
Melito Sardenſis Epiſcopus.

Theo-

Theophilus Antiochiæ Epiſcopus.
Apollinarius Hierapolis Epiſcopus.
Dionyſius Corinthi Epiſcopus.
Pinytus Gnoſiæ Epiſcopus.
Tatianus hæreticus.
Philippus Cretæ Epiſcopus.
Muſanus.
Modeſtus.
Bardeſanes hæreticus.
Victor Romæ Epiſcopus.
Irenæus Lugduni Epiſcopus.
Pantænus.
Rhodon.
Clemens Alexandriæ Presbyter.
Miltiades.
Apollonius.
Sarapion Antiochiæ Epiſcopus.
Apollonius Romæ Martyr.
Theophilus Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus.
Bacchilus Corinthi Epiſcopus.
Polycrates Epheſi Epiſcopus.
Heraclius.
Maximus.
Candidus.
Appion.
Sextus.
Brabianus.
Judas.
Tertullianus Presbyter.
Origenes, qui & Adamantinus.
Ammonius.
Ambroſius Diaconus.
Tryphon.
Minucius Felix.
Cajus.
Beryllus Boſtrenus Epiſc. hæreticus.
Hippolytus Epiſcopus.
Alexander Cappadociæ Epiſcopus.
Julius Africanus.
Geminus Antiochiæ Presbyter.
Theodorus, qui & Gregorius, Epiſcopus.
Cornelius Romæ Epiſcopus.
Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus.
Pontius Diaconus.
Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus.
Novatianus Presbyter hæreticus.
Malchion Presbyter.
Archelaus Meſopotamiæ Epiſcopus.
Anatolius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus.
Victorinus Pitavionēſis Epiſcopus, Martyr.
Pamphilus Presbyter, Martyr.
Pierius presbyter Alexandriæ.
Lucianus presbyter, Martyr.
Phileas Epiſcopus, Martyr.
Arnobius.
Firmianus, qui & Lactantius.
Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus.
Rhæticius Auguſtodunenſis Epiſcopus.
Methodius Tyri Epiſcopus, Martyr.
Juvencus Hiſpanus.
Euſtachius Antiochiæ Epiſcopus.
Marcellus Ancyræ Epiſcopus.
Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus.
Antonius monachus.
Baſilius Ancyræ Epiſcopus.
Theodorus Herachiæ Epiſcopus.
Euſebius Emeſenus Epiſcopus.
Triphyllius Cypri Epiſcopus.
Donatus hæreticus.
Aſterius Arianus hæreticus.
Lucifer * Caracalitanus Epiſcopus. ** Caralitanus H.*
Euſebius Vercellenſis Epiſcopus.
Fortunatianus Aquilejæ Epiſcopus.
Acacius Cæſareenſis Epiſcopus.
Sarapion Σινδὼν.
Hilarius Pictavienſis Epiſcopus.
Victorinus Afer.
Titus Boſtrinus Epiſcopus.
Damaſus Romanus Epiſcopus.
Apollinarius Laodicenus Epiſcopus.
Gregorius Bæticus Eliberi Epiſcopus.
Pacianus Barcilonæ Epiſcopus.
Photinus Smyrni Epiſcopus hæreticus.
Sœbadius Ageuni Epiſcopus.
Didymus Alexandrinus.
Optatus Milevitanus Epiſcopus.
Aquilius Severus.
Cyrillus Hieroſolymæ Epiſcopus.
Euzoius Cæſareæ Epiſcopus.
Epiphanius Cypri Epiſcopus.
Efrem Diaconus.
Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus.
Gregorius Nazianzenus Epiſcopus.
Lucius Alexandriæ Epiſcopus Arianus.
Diodorus Tarſenſis Epiſcopus.
Eunomius Cyzicenus Epiſcopus Arianus.
Priſcillianus Avilæ Epiſcopus, hæreticus.
Matronianus.
Tiberianus Bæticus.
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.
Euagrius Antiochiæ Epiſcopus.
Ambroſius Alexandrinus.
Maximus Cōſtantinopolitanus Epiſcopus.
Gregorius Nyſſenus Epiſcopus.
Joannes Antiochiæ Presbyter.
Gelaſius Cæſareæ Epiſcopus.
Theotimus Tomorum Epiſcopus.
Dexter Paciani filius.
Amphilochus Iconi Epiſcopus.
Sophronius.
Hieronymus.

EX GENNADIO.

Jacobus Neſibenæ Epiſcopus.
Julius Romæ Epiſcopus.
Paullinus Presbyter, hæreticus.
Vitellius Afer, Donatianus.
Macrobius Donatianorum Epiſcopus.
Heliodorus Presbyter.
Pachonius Monachus.
Theodorus Presbyter.
Orechieſis Monachus.
Macarius Monachus.

Eua-

Euagrius Monachus.
Theodorus Antiochiæ Presbyter.
Prudentius.
Audentius Epiſcopus.
Commodianus.
Fauſtinus Presbyter.
Ruffinus Aquilejæ Presbyter.
Tichonius Afer.
Severus Presbyter.
Antiochus Epiſcopus.
Severianus Gabalenſis Epiſcopus.
Nicæas Romæ Epiſcopus.
Olympius Epiſcopus.
Bacciarius.
Sabbatius Epiſcopus.
Iſaac.
Urſinus Monachus.
Macarius alius Monachus.
Heliodorus alius Presbyter.
Joannes Hieroſolymorum Epiſcopus.
Paullus Epiſcopus.
Helvidius hæreticus.
Theophilus Alexandriæ Epiſcopus.
Euſebius.
Vigilantius Presbyter.
Simplicianus Epiſcopus.
Vigilius Epiſcopus.
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.
Oroſius Presbyter Hiſpanus.
Maximus Taurinenſis Epiſcopus.
Petronius Bononienſis Epiſcopus.
Pelagius hæreſiarches.
Innocentius Romæ Epiſcopus.
Cœleſtinus.
Julianus Epiſcopus Capuanus.
Lucianus Presbyter.
Avitus Presbyter.
Paullinus Nolæ Epiſcopus.
Eutropius Presbyter.
Euagrius alter.
Vigilius Diaconus.
Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcop.
Neſtorius hæreſiarches.
Xyſtus Romæ Epiſcopus.
Theodorus Ancyræ Epiſcopus.
Faſtidius Britanniarum Epiſcopus.
Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus.
Timotheus Epiſcopus.
Leporius Presbyter.
Victorinus Rhetor.
Caſſianus Presbyter.
Philippus Presbyter.
Eucherius Lugduni Epiſcopus.
Vincentius Presbyter.
Syagrius.
Iſaac Presbyter Antiochiæ.
Salvianus Maſſilienſis Presbyter.
Paullinus alter.
Hilarius Arelatenſis Epiſcopus.
Leo Romæ Epiſcopus.
Mochimus Presbyter.
Timotheus hæreſiarches.
Aſclepius Epiſcopus.
Petrus Presbyter.
Paullus Presbyter.
Paſtor Epiſcopus.
Victor Cartemnæ Epiſcopus.
Vaconius Caſtellani Epiſcopus.
Muſæus Maſſiliæ Epiſcopus.
Vincentius alius Presbyter.
Cyrus Monachus.
Samuel Presbyter.
Claudianus Presbyter.
Proſper Aquitanius.
Fauſtus Epiſcopus.
Servus-Dei Epiſcopus.
Cæſarius Epiſcopus.
Victorius Calculator.
Theodoretus Cypri Epiſcopus.
Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcop.
Theodulus Presbyter.
Joannes Presbyter.
Sidonius Epiſcopus.
Geladius Epiſcopus.
Honoratus Conſtantinæ Epiſcopus.
Cerealis Epiſcopus.
Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus.
Pomerius Presbyter.
Honoratus Maſſilienſis Epiſcopus.
Gennadius Presbyter.

E X I S I D O R O.

Oſius.
Idatius.
Syricius.
Paullinus.
Proba.
Joannes.
Sedulius.
Poſſidonius.
Primaſius.
Proterius.
Paſchaſius.
Julianus.
Eugipius.
Fulgentius.
Eucherius.
Hilarius.
Aprigius.
Juſtinianus.
Facundius.
Juſtinianus alter.
Juſtus.
Martinus.
Avitus.
Dracontius.
Victor.
Joannes.
Gregorius.
Leander.
Licinianus.
Severus.
Joannes.
Eutropius.

EX

Digitized by Google

EX ILDEPHONSO.

Auſturius.
Montanus.
Donatus.
Auraſius.
Joannes.
Helladius.
Juſtus.
Iſidorus.
Nonnicus.
Conantius.
Braulio.
Eugenius.
Eugenius alter.

EX FELICE.

Julianus.

EX INCERTO AUCTORE.

Salvus Abbas.

EX INCERTO AUCTORE.

Xyſtus Epiſcopus.
Macrobius.
Filaſtrius.
Theodorus.
Tyrannius Ruffinus.
Vergundus.
Victorinus.
Itatius.
Cerealis.
Ferrandus.
Petrus.
Marcellinus.

S. PATRIS ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI
Additio ad librum S. Hieronymi, & poſt eum Gennadii, de Viris illuſtribus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

1. OSIUS Cordubenſis civitatis Epiſcopus, ſcripſit ad ſororem ſuam *De laude virginitatis* epiſtolam, pulchro ac diſerto comptam eloquio. In Sardicenſi etiam Concilio quamplurimas ipſe edidit ſententias. Hic autem poſt longum ſenium vetuſtatis accerſitus à Conſtantio Principe, miniſque perterritus; metuens ne ſenex & dives damnaretur, vel exſilium pateretur, illicò Arianæ impietati conſenſit: cujus quidem vitam, ut meruit, confeſtim crudelis exitus finivit. Nam poſt impiam, ut ait * quidam, Oſii prævaricationem, dum Sanctus Gregorius Eliberitanus Epiſcopus in Cordubenſem urbem, juxta imperiale decretum, fuiſſet adductus, ac minimè vellet illi communicare; commotus Oſius dixit [a] Clementino Conſtantii [b] Præfecto vicario, ut mitteret eum in exſilium: at ille: Non audeo (inquit) Epiſcopum in exſilium mittere, niſi priùs eum ab Epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit Sanctus Gregorius, quòd Oſius vellet dare ſententiam; appellat Chriſtum, totis Fidei ſuæ viſceribus exclamans: Chriſte Deus, qui judicaturus es vivos & mortuos, non patiaris hodie [c] humanam proferri ſententiam adversùs me, minimum ſervum tuum, qui pro Fide nominis tui, ut reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum. Sed tu ipſe, quæſo, in cauſſa tua hodie judica; ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quaſi metuens de exſilio, fugere cupio; cùm mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit; ſed ut multi à prævaricationis errore liberentur, cùm præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repentè Oſius reſidens, faſtu quaſi Regalis Imperii, cùm ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & cervicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque illicò expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille Gentilis expavit: & licèt eſſet judex, tamen metuens ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans ut ſibi parceret, qui in eum divinæ legis ignorantiâ peccâſſet; & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde eſt quòd ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram Fidem, nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exſilium. Unuſquiſque enim timuit de illo ulteriùs judicare.

2. IDATIUS Hiſpaniarum Epiſcopus, cognomento & eloquio clarus, ſcripſit quendam librum ſub Apologetici ſpecie; in quo deteſtanda Priſcilliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonſtrat; oſtendens Marcum quendam Memphiticum, magiæ ſcientiſſi-

* *Intelligit Marcellinum Italiæ Presbyterum, de quo infrà. Verùm Athanaſius in epiſtola ad Soli ar. oppoſitum ſentit; & Auguſt.* contra epiſt. Parm c 4. *quorum ſententiam amplexi ſumus Tom. II. Diſſ. II eo quòd Iſidorus ſecutus ſit Marcellinum, qui hæreſis labe infectus, hujus opinionis fuit primus auctor.*

[a] Aliàs Clementio.

[b] Aliàs Præfecti.

[c] Aliàs inhumanam.

tiſſimum, Nianis & Priſcilliani magiſtrum. Hic autem cum Urſacio Epiſcopo, ob necem ejuſdem Priſcilliani, cujus accuſatores exſtiterant, Eccleſiæ communione privatus, exſilio condemnatur, ibique diem ultimum obiit, Theodoſio majore & Valentiniano regnantibus.

3. SYRICIUS clariſſimus Pontifex & Romanæ Sedis Antiſtes, ſcripſit opuſculum directum ad Himerium Tarraconenſium Epiſcopum: in quo inter alias Eccleſiaſticas diſciplinas, conſtituit hæreticorum baptiſma nequaquam ab Eccleſia reſcindendum. Reperimus & aliam ejus Epiſtolam ad diverſos Epiſcopos miſſam: in qua condemnat Jovinianum hæreticum, atque Auxentium, cæteroſque eorum ſequaces. Præfuit Romæ annis quatuordecim, obiitque ſub Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus.

4. PAULINUS Presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum, triplici intelligentiæ genere, libellum ſatis ſuccincta brevitate compoſitum. Idem etiam, petente Auguſtino, conſcripſit Ambroſii vitam, ſignis florentem, atque doctrinis & meritis Apoſtolorum non imparem. Siquidem & Conſtantius Epiſcopus, obitumque Paullini Uranius edidit.

* Proba, quæ cognomento Falconia dicitur, uxor. In aliis Mſ.
* Alias laude.

5. PROBA * Uxor Adelphi Proconſulis, fœmina inter viros Eccleſiaſticos iccircò poſita, ſolo pro eo, quòd in * laodem Chriſti verſata eſt; componens centonem de Chriſto Virgilianis coaptatum verſiculis. Cujus quidem non miramur ſtudium, ſed laudamus ingenium. Quòd tamen opuſculum legitur inter apocryphas ſcripturas inſertum.

6. JOANNES Conſtantinopolitanæ Sedis ſanctiſſimus Epiſcopus, cognomento CHRYSOSTOMUS: cujus oratio & plurimam cordis compunctionem, & magnam ſuaviluquentiam tribuit; condidit Græco eloquio multa & præclara opuſcula; è quibus ** latinitas duobus *De lapſis* libellis ſcriptis ad quendam Theodorum, lamentis & exhortationibus plenis, utpote illum à bona converſatione dejectum: & quia monachi vitam cum eo, in uno eodemque monaſterio exercuerat; ideo converſationis ibi factæ eum in libris ipſis admonuit, provocans eum ad propoſitum, atque oſtendens nulli peccatori, vel impio, ſi ad pœnitentiam redeat, deſperandum. Legimus etiam ejuſdem librum alium, cujus prænotatio eſt, *neminem poſſe lædi ab alio, niſi à ſemetipſo*. Ad perſonamque cujuſdum nobiliſſimæ matronæ Gregoriæ reperitur ejus Opus inſigne *De converſatione vitæ, & inſtitutione morum*, ſive *De * compugnatione virtutum ac vitiorum*. Eſt etiam alius liber ejuſdem apud Latinos *De compunctione cordis*: alter quoque ſcriptus ad quendam Eutropium; cùm palatio pulſus, ad altare confugiſſet. Multos præterea compoſuit diverſos tractatus, quos enumerare longum eſt. Cujus quidem ſtudii, etſi non omnia, tamen quamplurima eloquentiæ ejus fluenta, de Græco in Latinum ſermonem tranſlata ſunt. Hic decimo tertio anno Epiſcopatus ſui, diſcordiâ Theophili Alexandrini Epiſcopi oppreſſus. Faventes Epiſcopi Arcadio Imperatori, damnaverunt eum innocentem, atque ab Epiſcopatu dejectum, Pontum in exſilium detruſerunt. Cujus corpus triceſimo quinto anno, die functionis, ab exſilio Conſtantinopolim revocatur; etiam in Apoſtolorum Eccleſia ſepelitur.

* Aliàs compugnantia.

7. SEDULIUS Presbyter èdidit tres libros dactylico heroïco metro compoſitos: quorum primus ſigna & virtutes Veteris Teſtamenti potentiſſimè reſonat, reliqui verò geſtorum Chriſti ſacramenta vel miracula intonant.

8. POSSIDONIUS Africanæ provinciæ Epiſcopus. Hic ſtylo proſequutus eſt vitam Sancti Auguſtini: cui etiam Operi ſubjecit indiculum ſcriptorum ejus; enumerans quanta idem beatiſſimus Doctor ſcripſit. Ubi pluſquam quadringentorum librorum volumina ſupputantur: Homiliarum verò, & Epiſtolarum, Quæſtionumque infinitus modus eſt; ut penè vix poſſit quiſquam articulo ſuo aliena tanta ſcribere, quanta ille proprio labore compoſuit.

9. PRIMASIUS Africanus Epiſcopus, compoſuit ſermone ſcholaſtico *De hæreſibus* tres libros, directos ad Fortunatum Epiſcopum: explicans in eis quod olim Beatus Auguſtinus in libro *Hæreſeon* imperfectum, morte interveniente, reliquerat: in primo oſtendens, quid hæreticum faciat: in ſecundo & tertio digerens, quid hæreticum demonſtret. Claruit Juliano regnante.

10. PROTERIUS Alexandrinæ Eccleſiæ Antiſtes, ſcripſit ad Leonem Romanæ Sedis Epiſcopum *De feſtivitate Paſchali*. Hunc autem Leonis Auguſti temporibus Dioſcori hæretici ſucceſſores, auctore Timotheo, ſeditione facta, crudeliſſimè peremère, ipſumque Timotheum ſibi pro Alexandrino Epiſcopo conſtituerunt.

11. PASCHASIUS Sicilienſis Epiſcopus, edidit unam Paſchalem Epiſtolam ad Leonem ſupradictum Papam directam, in qua refert Paſchalis myſterii miraculum, his verbis: Eſt (inquit) poſſeſſio, quæ appellatur Meltinas, in montibus arduis & denſiſſimis conſtituta: illic perparva, atque vili opere conſtructa Eccleſia eſt, in cujus baptiſterio, nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi hora, cùm nullus canalis ſit, vel fiſtula, vel aqua omnino vicina; fons ex ſe repletur, omnibus qui affuerunt conſecratis: cùm deductorium nullum ſit, ut veniat aqua, ex ſe deſcendit. Claruit ſub Theodoſio Juniore Arcadii Imperatoris filio.

* De hoc Gennadius etiam ſcripſit. Sunt auctores hac ætate, qui eum cum Juliano Archiepiſcopo Toletano falſo confundant.

12. JULIANUS * quidam cognomento POMERIUS, octo libros *De animæ natura*, in dialogi morem conſcripſit: quorum primus continet, quid ſit anima, vel qualiter credatur ad imaginem Dei facta: in ſecundo loquitur, utrum anima corporea vel incorporea ſit: in tertio differit, primo homini unde anima facta: in quarto, utrum nova anima ſine peccato fiat; an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat: in quinto deſcribit, quæ ſit facultas animæ: in ſexto eloquitur, unde ſit ea diſcordia, quâ carni ſpiritus, vel caro ſpiritui adverſetur: in ſeptimo autem

ſcribit

ſcribit de differentia vitarum ac mortium, vel reſurrectione carnis & animæ, ſive de morte carnis, ac ejus reſurrectione: in octavo autem loquitur de iis, quæ in fine mundi futura ſunt, vel de quæſtionibus quæ ſolent de reſurrectione proponi; ſive de finibus bonorum atque malorum. Hic tamen in ſecundo ejuſdem operis libro, Tertulliani erroribus conſentiens, animam corpoream eſſe dixit; quibuſdam hoc fallacibus argumentis aſtruere contendens. Edidit etiam unum librum *De virginibus inſtituendis*; alioſque tres *De futura vitæ contemplatione*, vel *De actuali converſatione*; necnon etiam *De vitiis & virtutibus*.

13. EUGIPIUS Abbas Lucanenſis, oppidi Neapolis Campaniæ, ad quendam Paſchaſium diaconum libellum *De vita ſancti monachi Severini* tranſmiſſum, brevi ſtylo compoſuit. Scripſit etiam Regulam monachis conſiſtentibus in monaſterio S. Severini; quam eiſdem moriens, quaſi teſtamentario jure reliquit. Claruit poſt conſulatum * Importuni Junioris, Anaſtaſio Imperatore regnante.

* *Legend. poſt Conſulatum Importuni, & Decii Junioris.*

14. FULGENTIUS Afer, Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus, in confeſſione Fidei clarus, in Scripturis divinis copioſè eruditus, in loquendo dulcis, & in docendo ac diſſerendo ſubtilis, ſcripſit multa, è quibus legimus *De gratia Dei ac libero arbitrio* libros reſponſionum ſeptem; quibus Fauſto Galliæ Regienſis urbis Epiſcopo, Pelagianæ pravitati conſentienti reſpondens, obnititur ejus profundam calliditatem deſtruere. Legimus & ejus librum *De ſancta Trinitate*, ad Felicem directum Notarium; librum quoque *Regulæ veræ Fidei*, & alia *De ſacramento Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Exſtant & duo ejus libri *De veritate prædeſtinationis*, ad Epiſcopos miſſi: in quibus demonſtrat, quòd gratia Dei in bonis voluntatem humanam præveniat; & quòd Deus quoſdam prædeſtinationis ſuæ munere juſtificans prælegit; quoſdam verò in ſuis reprobis moribus occulto quodam judicio dereliquit. Eſt & liber altercationis ejus: quo de Fide cum Traſamundo Rege idem Fulgentius diſputavit. Ad Ferrandum quoque Eccleſiæ Carthaginenſis diaconum unum *De interrogatis quæſtionibus* ſubſcripſit libellum. Compoſuit & multos tractatus, quibus ſacerdotes in Eccleſiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenii ejus monumenta. Hæc tantùm ex pretioſis doctrinæ ejus floribus carpſimus. Sors melior, cui delicias omnium librorum ejus præſtiterit Deus. Claruit ſub Traſamundo Rege Wandalorum, Anaſtaſio Imperatore regnante.

15. EUCHERIUS Franciæ Epiſcopus, elegans ſententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatenſem Epiſcopum, eremi deſerta petentem, unum opuſculum *De laude* ejuſdem *eremi*, luculentiſſimè & dulci ſermone dictatum. In quo Opere laudamus dictatorem, etſi pauca, tamen pulchra dicentem. Brevitas enim, ut ait quidam, laus eſt interdum in una parte dicendi; in univerſo eloquio laudem non habet.

16. HILARIUS Arelatenſis Epiſcopus ſcripſit vitam parentis & prædeceſſoris ſui, ſanctiſſimi ac venerabilis Honorati Epiſcopi, ſuavi ac præclaro prædictatam eloquio.

17. APRIGIUS Eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum Epiſcopus, diſertus linguâ & ſcientiâ eruditus; interpretatus eſt Apocalypſin beati Joannis Apoſtoli, ſubtili ſenſu ac illuſtri ſermone; meliùs penè quàm veteres Eccleſiaſtici viri expoſuiſſe videntur. Scripſit etiam nonnulla alia, quæ tamen ad notitiam noſtræ lectionis minimè pervenerunt. Claruit temporibus Theudæ Principis Gothorum.

18. JUSTINIANUS Imperator quoſdam libros *De Incarnatione Domini* edidit, quos etiam per diverſas provincias miſit. Condidit quoque & reſcriptum contra Illyricianam Synodum, & adversùs Africanos Epiſcopos Chalcedonenſis Synodi defenſores, perverſo ſtudio; in quo tria capitula damnare contendit: id eſt, Theodori numeros, Veſtini Epiſcopi dicta, reſcripta Theodoreti, & Epiſtolam, quæ dicitur Ibæ Edeſſeni Epiſcopi.

19. FACUNDIUS Afer, Ermanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, duodecim libros pro defenſione trium capitulorum ſcripſit: quorum ſtylo elicuit, tria præfata capitula in præſcriptione Apoſtolicæ Fidei, & Chalcedonenſis Synodi impugnatione fuiſſe damnata: id eſt, Epiſtolam Ibæ Edeſſeni Epiſcopi ad Marim Perſam ductam, & Theodorum Mopſueſtenum Epiſcopum, & Theodoreti Cyri Epiſcopi dicta. Claruit poſt Conſulatum Baſilii anno quarto, regnante Juſtiniano Imperatore.

20. JUSTINIANUS de Hiſpania, Eccleſiæ Valentiæ Epiſcopus, ex quatuor fratribus Epiſcopis ex eadem matre progenitis unus. Scripſit librum *Reſponſionum* ad quendam Ruſticum, *De interrogatis quæſtionibus*: quarum prima eſt de Spiritu ſancto: ſecunda eſt contra Bonaſiacos, qui Chriſtum adoptivum & non proprium dicunt: tertia reſponſio eſt de baptiſmo Chriſti, quòd iterare non licet: quarta reſponſio eſt, quòd Filius, ſicut Pater, inviſibilis ſit. Floruit in Hiſpaniis temporibus Theudæ Principis Gotthorum.

21. JUSTUS Urgelitanæ Eccleſiæ Epiſcopus Hiſpaniarum, & frater prædicti Juſtiniani, edidit libellum expoſitionis in Cantica Canticorum, totum valdè breviter ac apertè per allegoriarum ſenſum. Hujus quoque fratres Elpidius & Nebridius quædam ſcripſiſſe feruntur: è quibus quia incogniti ſumus, magis reticenda fatemur.

22. MARTINUS Dumienſis monaſterii ſanctiſſimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans Gallæciam venit; ibique converſis ab Ariana impietate ad Fidem Catholicam Suevorum populis, regulam Fidei & ſanctæ religionis conſtituit, Eccleſiaſticos informavit, monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. Cujus quidem ego ipſe legi librum *De*

differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen Epiſtolarum; in quibus hortatur vitæ emendationem, & converſationem Fidei, orationis inſtantiam, eleemoſynarum diſtributionem, & ſuper omnia culturam virtutum omnium pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Suevorum, temporibus illis quibus Juſtinianus in Republica, & Athanagildus in Hiſpaniis Imperium tenuere.

23. AVITUS Viennenſis Epiſcopus, ſcientiâ ſæcularium literarum doctiſſimus, edidit quinque libellos heroïco metro compoſitos; quorum primus eſt *De origine mundi*: ſecundus *De originali peccato*: tertius *De ſententia Dei*: quartus *De diluvio mundi*: quintus *De tranſitu maris rubri*. Scripſit ad Fuſcinam ſororem *De laude virginitatis* librum unum, pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

24. DRACONTIUS compoſuit heroïcis verſibus *Hexameron creationis mundi*; & luculentè quod compoſuit ſcripſit.

25. VICTOR Tunnunenſis Eccleſiæ Africanus Epiſcopus, à principio mundi uſque ad primum Imperii Juſtini Junioris annum, brevem per Conſules bellicarum Eccleſiaſticarumque rerum nobiliſſimam promulgavit hiſtoriam, laude & notatione illuſtrem, ac memoriâ dignam. Hic pro defenſione trium capitulorum à Juſtiniano Auguſto Eccleſiâ ſuâ pulſus, exſilio in Ægyptum tranſportatur. Inde rurſus Conſtantinopolim vocatus, dum Juſtiniano Imperatori, & Eutychio Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopo, obtrectatoribus eorundem trium capitulorum, reſiſteret, rurſus in monaſterium ejuſdem civitatis cuſtodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur.

26. JOANNES ſanctæ memoriæ alius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, natione Cappadox, vir fuit inæſtimabilis abſtinentiæ, & eleemoſynis in tantum largiſſimus, ut zelo avaritiæ adversùs eum Imperator Mauritius permotus, urbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit *De ſacramento baptiſmatis* reſcriptum, ad beatæ recordationis dominum meum, & prædeceſſorem Leandrum Antiſtitem: in quo nihil proprium ponit, ſed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina merſione ſententias. Claruit temporibus Mauritii Principis, defunctuſque Auguſto eodem regnante.

27. GREGORIUS Papa, Romanæ Sedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoque per gratiam Spiritus ſancti ſcientię lumine præditus, ut non modò illi præſentium temporum quiſquam doctorum, ſed neque in præteritis quidem illi par fuerit unquam. Hic in Epiſcopatus ſui exordio edidit librum *Regulæ paſtoralis*, directum ad Joannem Ravennæ ſedis Epiſcopum: in quo docet qualis quiſque ad officium regiminis veniat, vel qualiter dum venerit, vivere, vel docere ſubjectos ſtudeat. Idem etiam, efflagitante Leandro Epiſcopo, librum beati Job myſtico ac morali ſenſu diſſeruit, totamque prophetiæ ejus hiſtoriam in triginta quinque voluminibus, largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta myſteria ſacramentorum aperiantur, quantaque in amorem vitæ æternæ morum præcepta tradantur; quantis etiam claruerit ornamentis verborum, nemo ſapiens explicare valebit, etiam ſi omnes artus ejus vertantur in linguas. Scripſit etiam & quaſdam *Epiſtolas* ad prædictum Leandrum, è quibus unam in eiſdem libris Job, titulo Præfationis annectit. Altera eloquitur de merſione baptiſmatis, in quo inter cætera ita ſcriptum eſt: *Reprehenſibile* (inquit) *eſſe nullatenus poteſt, infantem in baptiſmate mergere, vel ſemel, vel ter: quando in tribus merſionibus perſonarum Trinitas, & in una poteſt divinitatis ſingularitas deſignari*. Præterea * edidit, quod totum myſticis ejus intellectum, in XXII. homilias diſſeruit: *Homilias item Euangeliorum*: item dialogi more cum Petro habiti, *De virtutibus Patrum* libros quatuor: in quorum diſſertione, & verborum flores, & ſenſuum depromit venuſtates. Fertur tamen idem excellentiſſimus vir, & alios *libros morales* ſcripſiſſe, totumque textum quatuor Euangeliorum, ſermocinando in populis expoſuiſſe, incognitum ſcilicet nobis opus. Felix tamen, & nimium felix, qui omnium ſtudiorum ejus potuit cognoſcere dicta. Floruit autem Mauritio Auguſto Imperatore, obiitque in ipſo exordio Phocæ Romani Principis.

* *Hic aliquid deſideratur in MS.*

28. LEANDER genitus patre Severiano Carthaginenſis provinciæ Hiſpaniæ, profeſſione monacho; & ex monacho Hiſpalenſis Eccleſiæ provinciæ Bæticæ conſtitutus Epiſcopus; vir ſuavis eloquio, ingenio præſtantiſſimus, vitâ quoque tantùm atque doctrinâ clariſſimus, ut etiam fide ejus atque induſtria populi gentis Gotthorum ab Ariana inſania ad Fidem Catholicam reverterentur. Hic namque in exſilii ſui peregrinatione compoſuit duos *Adversùs hæreticorum dogmata* libros, eruditione ſanctarum Scripturarum ditiſſimos: in quibus vehementi ſtylo Arianæ impietatis confundit ac detegit pravitatem; oſtendens ſcilicet, quid contra eoſdem habeat Catholica Eccleſia, vel quantum diſtet ab eis, religione, vel Fidei ſacramentis. Exſtat & aliud laudabile ejus opuſculum, *Adversùs inſtituta Arianorum*: in quo propoſitis eorundem dictis, ſuas reſponſiones opponit. Præterea edidit unum ad Florentiã ſororem *De inſtitutione virginum, & contemptu mundi* libellum, titulorum diſtinctionibus prænotatum. Siquidem & in Eccleſiaſticis idem non parvo laboravit ſtudio: in toto enim Pſalterio, duplici editione *Orationes* conſcripſit. In ſacrificii quoque laudibus atque pſalmis multa dulciſonè compoſuit. Scripſit & *Epiſtolas* multas: ad Papam Gregorium *De baptiſmo* unam; alteram ad fratrem; in qua præmonet, cuiquam mortem non eſſe timendam. Ad cæteros quoque Coëpiſcopos plurimas promulgavit *Familiares Epiſtolas*, etſi non ſatis ſplendidas verbis, acutas tamen ſententiis. Floruit ſub Reccaredo viro religioſo, ac Principe glo-

glorioſo: cujus etiam temporibus mirabili obitu mortalis vitæ terminum clauſit.

29. LICINIANUS Carthaginis Spartariæ Epiſcopus, in Scripturis doctus, cujus quidē nonnullas Epiſtolas legimus: *De ſacramento* denique *baptiſmatis* unam, & ad Eutropium Abbatem, poſtea Valentiæ Epiſcopum, plurimas. Reliqua verò induſtriæ & laboris ejus ad noſtram notitiam minimè devenerunt. Claruit temporibus Mauritii Auguſti: occubuit Conſtantinopoli, veneno, ut ferunt, extinctus ab æmulis. Sed, ut ſcriptum eſt, *Juſtus quacumque morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit.*

30. SEVERUS Malacitanæ ſedis Antiſtes, collega & ſocius Liciniani Epiſcopi, edidit librum unum *Adverſus Vincentium Cæſaraugustanæ urbis Epiſcopum*; qui * ex Catholica in Arianam pravitatem fuerat devolutus. Eſt & alius ejuſdem, *De virginitate*, ad ſororem libellus, qui dicitur *Annulus*: cujus quidem fatemur cognoviſſe titulum, ignorare eloquium. Claruit temporibus prædicti Imperatoris, quo etiam regnante vitam finivit.

* *Deeſt* Fide, *aut legendum*: Catholico.

31. JOANNES Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus, natione Gotthus, provinciæ Luſitaniæ Scallabitanus. Hic cùm eſſet adoleſcens, Conſtantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione nutritus, ſeptimo demum anno in Hiſpanias reverſus eſt, eodem tempore, quo incitante Leuvigildo Ariana fervebat inſania. Hunc ſupradictus Rex, cùm ad nefandæ hæreſis * crudelitatem compelleret, & hic omnino reſiſteret, exſilio truſus, Barchinonam relegatus, per decem annos multas inſidias & perſecutiones ab Arianis perpeſſus eſt: qui poſtea condidit monaſterium, quod nunc Biclaro dicitur: ubi congregata monachorum ſocietate, ſcripſit *Regulam* ipſi monaſterio profuturam; ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam. Addidit in libro *Chronicorum*, ab anno primo Juſtini Junioris Principatus, uſque in annum octavum Mauritii Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, hiſtorico compoſitoque ſermone valdè utilem hiſtoriam. Et multa alia ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam noſtram non pervenerunt.

* *Potius*, credulitatem.

32. EUTROPIUS Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus, dum adhuc in monaſterio Servitano degeret, & pater eſſet monachorum, ſcripſit ad Epiſcopum * Lucianum, cujus ſuprà fecimus mentionem, valdè utilem *Epiſtolam*: in qua petit ab eodem, pro qua re baptizatis infantibus chriſmatis unctio tribuatur. Scripſit & ad Petrum Epiſcopum Irtabicenſem *De inſtructione monachorum*, ſermone ſalubri compoſitam *Epiſtolam*, & valdè monachis neceſſariam.

* *Fortè*, icinianum *ut ſuprà*.

33. MAXIMUS Cæſaraugustanæ civitatis Epiſcopus, multa verſu proſaque componere dicitur. Scripſit & brevi ſtylo *Hiſtoriam de iis quæ temporibus Gotthorum in Hiſpaniis acta ſunt*, hiſtorico & compoſito ſermone. Sed & multa alia ſcribere dicitur, quæ nondum legi hactenus. Laus Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto.

ANDREÆ SCOTTI
NOTÆ IN ISIDORUM
De Eccleſiaſticis Scriptoribus.

I. *ISARDICENSI etiam Concilio.*] Legendum, *In Sardicenſi Concilio*, ex Colonienſi editione anni CIↃ. IↃ. LXXX. & ex ipſa Sardicenſi Synodo, ubi multas, OSII ſententias videre licet.

Nam poſt iniquam, ut ait quidam, OSII *prævaricationem.*] Intellige Marcellinum Italiæ presbyterum, de quo infrà. Verùm B. Athanaſius *Ad ſolit. ag.* de OSIO oppoſitum ſentit, & Auguſtinus *Contra Epiſtolam Parmen.* cap. 4. quorum ſententiam amplectendam plerique exiſtimant, eo quòd Iſidorus ſecutus ſit Marcellinum, qui hæreſis labe infectus, hujus opinionis fuit primus auctor.

II. Pro *ITACIUS*] legendum eſſe IDACIUS, ex Sigeberto, cap. 18. *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis*, & Jo. Trithemio apparet, & ex Jo. Vaſæo ad annū CDXX. Chronici. Hunc Lemicę Hiſpan. urbis Epiſcopum fuiſſe, Trithemius ait, de quo eadem quæ hîc Iſidorus refert. Cæterùm quòd eum CLARUM Iſidorus cognominat, videndum eſt an ſit in eo aliqua confuſio: atque alius ſit IDACIUS CLARUS ab IDACIO Lemicenſi. Nam hic ob Priſcilliani necem exſilium ſubiit, ille adverſus Verimudum (aut, ut Alphonſus à Caſtro lib. 2. *De juſta hæretic. punit.* Verimundum) Arianum contendit. Pro *Lemicæ*, Vaſæus legit *Lamicæ*: quòd ille qui adverſus Verimundum ſcripſit CLARUS cognominatur.

Ex numero vindicantium.] *Vindicantes* appellat Catholicam Fidem aſſerentes. Unde & *Vindicati* dicuntur Martyres ab Optato Milevitano Epiſcopo lib. 1. *De ſchiſmate Donatiſtarum*, qui ab Eccleſia Catholica in Martyrum numerum recepti ſunt. Et in Marcellini vita infrà auctor incertus: *Inde eſt quòd ſolus Gregorius vindicavit integram Fidem, &c.*

Manis & Priſcilliani magiſtrum.] Ita legendum omnino. Intelligit autem Scythianum Ægyptium, cujus meminerunt B. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi ſexta, Epiphanius lib. 2. Adverſus hæreſes, ſive is *Marcus* ſit, ſive quis alius: nam Marci Epiphanius lib. 1. Irenæus lib. 1. Philaſter, & B. Auguſtinus meminerunt.

Ad diverſos.] Ad Eccleſiam Mediolanenſem.

Atque Auſentium.] Auxentium. Rem cognoſces ex Ambroſii epiſtolis.

III. SYRICIUS.] Lege quatuor ſyllabis, non *Syricus*.

Ad Eumenium.] Sic etiam Colonienſis editio. Lege *Himerium* ex ejuſdem Epiſtola. Illa verò in Actis Syricii eſt.

IV. *Obitumq́; Paullini Uronius edidit.*] *Oranius* Colon. editio & ſcripti. Vide an Fortunati Poëtæ cognomen, qui poſt Sulpicium Severum de Pontio Paullino conſcripſit verſibus: & an hic idem Paullinus Nolanus Epiſcopus.

V. *Inter apocryphas.*] Legendus Didacus Covarrubias lib. 4. *Var. Reſolut.* cap. 14. in diſtinct. 15. Gratiani. Falconiæ cognomentum Probæ tribuitur.

VI. *Faventes Epiſcopi Arcadio Imp.*] In vetere Tolet. *Epiſcopi novem* præfert, ut numeris ſignificet. Nam ad eum condemnandum aliquot privatim Epiſcopi convenerunt, atque ita ad Univerſalē Synodum provocavit, quæ poſtea numero circiter LX. congregata rurſum illum ab exſilio reduxit. In Joanne Chryſoſtomo extrema hæc abſunt à Colon. Sunt tamen in ſcripto Toletano Codice perantiquo, & editione Conciliorum Garſiæ Loaïſæ V. C. *Cujus corpus triceſimo quinto anno, die functionis, ab exſilio Conſtantinopolim revocatur: etiam in Apoſtolorum Eccleſia ſepelitur.*

XI. PASCHASIUS.] Ita vocatur in Epiſtolis Leonis, inter quas hæc etiam Epiſtola Paſchaſii circumfertur, & in Concilio Chalcedonenſi, cui præfuit.

Paſchalis myſterii miraculum.] Idem miraculum in quibuſdam Hiſpaniæ baptiſteriis accidiſſe, Gregorius Turonenſis ſcribit libro *Hiſtoriæ Eccleſiaſt.* lib. 5. & 10. Sed mirum eſt id ab Iſidoro homine Hiſpano non recenſeri, neque hoc loco, neque in *Originum*, ſeu *Etymologiarum* libris, ubi de cereo Paſchali agit. Verba autem Epiſtolæ, quæ citantur ab Iſidoro, ita in ipſa Paſchaſii epiſtola leguntur: *Illic perparva & vili opera conſtructa eſt Eccleſia, in cujus baptiſterio nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi horâ, cùm nullus canalis, nulla ſit fiſtula, neque aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur.*

Ut quà venerat, ex ſeſe deſcendit.] At vox extrema melius his in veteri libro eſt: *ut veniat aqua ex ſeſe diſcedit.* Alius liber, *diſcrevit.* Colonienſis editio: *ut venerat ex ſeſe deſcendit.*

XII. *Julianus quidam Gallus, cognomento Pomerius.*] Gennadius hunc natione Maurum fuiſſe ſcribit; in Galliis tamen presbyterum ordinatum. Hic alius prorſus eſſe aſſeritur à Juliano Toletano Præſule.

Octave, De his quæ in fine mundi futura ſunt.] Hoc fortè Prognoſticon illud, quod Juliani nomine circumfertur, ediditq́ue Duaci accuratiùs Boëtius Epo, Friſius, & ibidem Martinum Dumienſem (de quo infrà cap. 20.) *De quatuor virtutibus*: qui falsò Senecæ Philoſopho libellus adſcriptus eſt.

XIII. EUGIPIUS *Abbas.*] Ampliùs quàm in Colon. eſt in membranis: *Lucanenſis oppidi Neapoli Campaniæ.* Eugipius autem *De vita S. Severini monachi*, auctiùs nuper Auguſtæ Vindelicorum prodiit: de quo in Severino & Conſulum Faſtis, Jo. Cuſpinianus in Anaſtaſio.

Poſt conſulatum Importuni Junioris.] Quidam libri hîc *Manortii* pro *Importuni* præferunt, *poſt* pro *ſub.* Sic & cap. 19. & in Conciliis, ubi hæc quoque locutio eſt, capitur. Locum tamen eſſe mendoſum opinor: nam aliquid deeſt. Neque enim *Junior* cum *Importuno* conjungendum: nam Paullus Oroſius *Theodorum Imper.* appellat. Onuphrius *Importunum Decium.* Anno præcedenti Decius Junior recenſetur Conſul in Occidente, & ante hunc alius item Decius. Itaque fortaſſe legendum: *poſt conſulatum Importuni & Decii Junioris.*

XIV. *De Fide cum Traſamundo Rege.*] Tranſamundus eſt Paullo Diacono: *Traſimundus*, Gregorio Turonenſi: *Traſimundus* Fulgentio in excuſſis operibus.

XV. *Presbyter Lugdunenſis.*] Pro *Epiſcopo*, quomodo Gennadius nominat: nam & antiquitus, & B. Chryſoſtomum *Presbyterum* pro Epiſcopo dixiſſe poſt B. Paullum, non ſemel obſervatum. Honorius tamen Auguſtodunenſis in Catalogo ſcriptorum duos Eucherios facit, Epiſcopum unū, & alterum presbyterum: fortè quòd ſcripta eorum diverſa eſſe videret. Ætas certè utrique eadem, & Baſileenſes typographi anno CIↃ. IↃ. XXXI. opera, edente Menandro Braſſicano, conjunxerunt. Eidem verò Eucherio aſſerit, ut vindex, Cæſar Card. Baronius *Annalium Eccleſiaſt.* tomo ſexto, non longè à principio, Homilias, quas Euſebii Epiſcopi Emiſſeni falſo nomine evulgavit Jo: Gaïgnerius; quas nos in membranis longè & meliores & plures habemus: & ſunt ſanè piæ, ad populum habitæ de Sanctis Lugdunenſis agri, ut hominis Galli. Et diverſæ ab his, quæ vulgò in Dominicos feſtoſq́ue dies circumferuntur, quæ potiùs Collectanea alicujus ex Auguſtino & Gregorio eſſe, non Græci hominis exiſtimo: qualia & Gloſſæ ordinariæ nomen præferunt. Baſilius Zanchus in Notationibus S. Scripturæ Ennodio Ticinenſi, nî fallor, adſcribit. Sed hoc critici viderint.

Ibidem: *Brevitas, ut ait quidam.*] Locus eſt Ciceronis in *Oratore* ad Brutum.

XVIII. *Theodori Mepſueſeni Epiſcopi.*] Sic enim leg. frequens alibi mentio. Ibæ quoque Edeſſeni Epiſcopi cap. proximo, & in Conſtantinopolitana Synodo.

XIX. *In proſcriptione Apoſtolicæ Fidei.*] Id eſt,

Digitized by Google

eſt, in his quæ proſcribebat & condemnabat Apoſtolica Fides: nam & hujuſmodi locutio apud probatos auctores activè ſumpta in uſu eſt. Livius lib. 10. Decad. 4. *Hæ literæ fidem Perſei criminibus fecerunt.* pro, his quæ objiciebat Perſeus Demetrio.

Ibæ Edeſſeni Epiſcopi.] Sic legendum cenſeo. Ampliùs hîc in membranis, quàm in Colonienſi editione.

Ex Marin Perſum ductum, & Theodorum Mepſueſtenum Epiſcopum.] Alter codex *ad Maxim*: legendum *ad Marin*, ex Concil. Conſtantinopolitano: & *Mopſueſtenus*, ex eodem. At Nicephoro eſt *Mapſueſtinus*: qui de Theodoro iſto lib. 13. cap. 2. qui Joanni Chryſoſtomo familiaris fuit. Mopſueſtia autem in Cilicia eſt.

XXI. JUSTUS *Orgilitanæ Eccleſiæ.*] Colonienſis codex *Orgellitanæ*: ſed legendum *Urgellitanæ*, ex Joanne Vaſæo in Chronicis ad annum DXL. liber exſtat in Bibliotheca SS. Patrum.

Nebridius.] In membranis *Infridius*, vitioſè. *Nebridius* reponendum, aut *Elpidius*, aut utrumque legendum. Nam hi duo fratres Juſtiniani ac Juſti, auctore Trithemio in Juſtiniano, & Vaſæo.

XXV. VICTOR *Tunnunenſis Epiſcopus.*] Sic lego ex veteribus membranis Chronici, quod è noſtra nuper exiit bibliotheca Ingolſtadii. Varii varia commenti. *Tmuenſis* etiam nonnemo, quæ Ægypti eſt urbs.

Hic à principio mundi.] Lego, ut veritati reſpondeat lectio, *à principio mundi hiſtoriam, à Theodoſio majore uſque ad Juſtini Junioris annum* 1. *Conſules* &c. Nam Euſebii hiſtoriam qui à mundi origine auſpicatur, Proſper excepit. Proſperum Victor continua ſerie per Conſules.

XXIX. *Juſtus quacumque morte occupatus.*] Sapient. 4. In vulgata legitur editione: *Juſtus, ſi morte præoccupatus fuerit, &c.*

XXX. *Qui dicitur Annulus.*] Vetus liber *Anulus*. Fortè etiam *Aureolus* legi poſſet, è veſtigiis veteris ſcripturæ.

Epiſcopum Irtabicenſem.] Sic liber antiquus. Colonienſis editio *Ircabicenſem*: fortè *Ercanienſem* rectum eſt.

XXXIII. *Mox: de diſtinctione.*] Colon. præfert: at in membranis *de diſtrictione.* poſſet & *de inſtructione monachorum* legi.

ILDEPHONSI EPISCOPI TOLETANI

Additio ad libellum Sancti Iſidori *De Viris illuſtribus ſanctæ Eccleſiæ*, poſt Hieronymum, & Gennadium.

PRÆFATIO.

1. VIrorum adnotationem illorum, quorũ dictis atque doctrinis ſancta Eccleſia toto terrarum Orbe diffuſa illuſtratur, atque in bonis defenditur ex adverſis, mox poſt deſcenſionem Chriſti, ab Apoſtolorum exordio, vir beatus atque doctiſſimus Hieronymus presbyter plenè dicitur annotâſſe: qui ſigillatim nomina eorum, ſeriem temporum, monumenta librorum, diverſitates opuſculorum, in laudabilem neceſſariamque memoriam, uſque ad ſeipſum, ſtylo evidenti conſcribens, & innoteſcendo monſtravit, & retexendo poſteris commendavit. Hunc ſequutus Gennadius, renotationis ordine, textu ſimili præcucurrit. Deinde vir prudentiſſimus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, eodem ductu quoſque viros optimos reperit, in adnotationem ſubjunxit: ſiquidem non omnia perſcrutatus, abſceſſit. Poſt hunc, in noſtris partibus incuria cunctis: ita ut quædam vetuſta antiquitas operiret, & quamplurima nova neglectus oblivionis abſconderet.

2. Aſt ego procul valdè impar, & iis quos adnotatio retinet, & iis quos adnotatio delectavit, indignus ſatis & abſque ſubſtantia totius boni operis, ſucceſſorque ſanctæ memoriæ alterius Eugenii factus, in ſede illa glorioſa Toletanæ urbis; quam non ex hominum numero glorioſam dico, cùm hanc etiam glorioſorum illuſtret præſentia Principum; ſed ex hoc quòd coram timentibus Dominum, iniquis atque juſtis habetur locus terribilis, omnique veneratione ſublimis, conatus ſum, etſi non elegans ſtudium, vel obſequelam bonæ illorum miſcere (me) memoriæ glorioſæ; ne incurrerem ex ſilentio damnum, ſi tam glorioſæ Sedis, tam glorioſorum virorum clareſcentem memoriæ lucem tenebroſa nube ſilentii contexiſſem.

3. Fertur namque ex antiquitate veteri, quod potuiſſe fieri cernitur exemplo temporis novi. Nam Montanus Sedis ejus beatiſſimus Præſul, ut à ſe conjugalis converſationis infamiam propulſaret, tamdiu aſſumptos veſte candentes narratur tenuiſſe carbones, donec Domino conſecrans, oblationem totius per ſemetipſum compleret Miſſæ celebritatem: quo ſacrificio expleto,

to, prunarum ignis cum decore veſtis adeò in concordiam venit, ut neque veſtis vim extingueret ignis, neque ignis ſtatum deleret veſtis.

4. Rurſum cùm Helladio Epiſcopo Sedis ejus Juſtus diaconus faſtu ſuperbiæ inſultaret, poſt mortem quidem ſui Pontificis vixit Epiſcopus, & ipſe tabefactus; ſed in reproborum verſus ſenſum, ob intemperantiam morum, à miniſtris altaris ſui dormiens ſtrangulatus laqueo * ſpiravit.

* Fortè, Exſpiravit.

5. Item cùm ſucceſſori ejus, Juſto Epiſcopo Gerontius Presbyter, Principis oblectamine ſotus, contemptum adverſitatemque deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectûs, ut multis medicorum curationibus, quicquid in medelam fieret, totum in peſtis augmentum creſceret. Sicque invaluit commotio mentis, ut uſque ad obitum ſuum, terror eſſet homini ejus vel participatio viſionis vel colloquium oris.

6. Adhuc etiam ſucceſſori in locum ejus Eugenio priori * Euſridius diaconus ſuus, cùm innixus amicitiæ ſæculari, violenter honorem presbyterii, & quædam prædia extorſiſſet; tam in reprobum ſenſum, tamquam in languoris ſupereminentem pervenit ſtatum, ut cum vivere recuſaret, tam ** mori eſſet quàm viveret, quàm vivere, quàm mori vellet.

* Aliàs, Euſdius.

7. Horum ego beatorum ſtudiis provocatus, quæque vetera antiquorum relata reperi, quæque nova exhibitione temporis reperi, orſu linguæ, quo potui, ſubnotavi: ut illorum bonæ memoriæ jungerer, à quibus prava operatione disjungor: & qui cum illis in templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium commendem fideli obſequela memoriam; obſecrans omnes, ut me divinæ ingerant pietati: quia illos humanæ memoriæ, ex qua labi poterant, tenaciter commendavi. Sanè beatiſſimum Gregorium ſanctæ memoriæ Iſidorus adnotârat. Sed quia non tantum de ejus operibus dixit, quantum ſumus experti; ideo renotationem illius ſubmoventes, quæ de illo novimus, ſtylo pleniore notavimus *.

* His quæ de Gregorio promittit, deeſſe videntur.

8. ASTURIUS poſt Audentiũ in Toletana urbe ſedis Metropolis provinciæ Carthaginenſis Pontifex, vir egregius, adſignans opera virtutum plus exemplo vivendi quàm calamo ſcribentis. Hic & ſacerdotio beatus, & miraculo dignus: quia quibus jungeretur in cœlo, eorũ terreno reperire mẽbra meruit in ſepulchro. Nam cùm ſedis ſuæ ſacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus, Complutenſi ſepultos municipio, quod ab urbe ejus fermè ſexageſimo milliario ſitum eſt, Dei Martyres perſcrutari. Qui concitatus accurrens, quos & tellus aggeris, & oblivio temporis præſſerat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis provehendos invenit. Quibus repertis, redire in ſedem renuens, ſervitute ſimul & aſſiduitate Sanctorum innexus, diem clauſit extremum. Cujus tamen Sedem, donec vixit, nemo adiit: inde, ut antiquitas fert, in Toleto Sacerdos nonus, & in Compluto agnoſcitur primus.

9. MONTANUS, poſt Celſum, primæ Sedis provinciæ Carthaginis Toletanæ urbis Cathedram tenuit: homo & virtute ſpiritûs, & eloquii opportunitate decorus; regimen honoris retemperavit ac diſpoſuit condigno cœleſtique jure, ſimul & ordine ſcripſit *Epiſtolas duas* Eccleſiaſticæ utilitatis diſciplinâ * conſertas: è quibus unam Palentiæ habitantibus; in qua presbyteros chriſma conficere, Epiſcopoſque alienæ diœceſis, alterius territorii Eccleſias conſecrare, magna perhibetur prohibere auctoritate; ſacrarum Scripturarum teſtimoniis affirmans idipſum fieri penitùs non licere. Amatores quoque Priſcillianæ ſectæ, licèt non operarentur eadem, quia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat, & * exprobat, commemorans quod in libris beatiſſimi Turibii ipſis ad Leonem Papam miſſis eadem Priſcillianorum hæreſis deteſtata, convicta, atque decenter maneat abdicata. Aliam *Epiſtolam* ejus ad Turibium monachum, in qua laudans eum, quòd culturam deſtruxerit idolorum, commiſit ei ſacerdotalis auctoritatem rigoris: per quam presbyteros chriſma conficere, & Epiſcopos alienæ ſortis, alterius diœceſis Eccleſias conſecrare, magna compeſcat invectione. Hic vir antiquiſſima fidelique relatione narratur, ad exprobrationem infamiæ, tamdiu prunas tenuiſſe in veſtimentis ardentes, donec coram Sedis ſuæ ſacro altare, totius Miſſæ celebritatem per ſemet expleret. Peractis autem ſolennibus, neque prunæ ignem, neque veſtis inventa eſt amiſiſſe decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per ſimplicem naturam ignis convicta eſt & fallacia deteſtabilis accuſantis, & innocentia beatiſſimi Sacerdotis. Glorioſus habitus fuit temporibus Amalarici Regis: annis novem Pontificatûs tenuit dignitatem.

* Fortè, Confectas.

* Aliàs, exprobrat.

10. DONATUS ex profeſſione & opere monachus, cujuſdam eremitæ fertur in Africa exſtitiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atque ovilis diſſipationem, & gregis monachorum pericula pertimeſcens; ferè cum ſeptuaginta monachis, copioſiſque librorum codicibus, navali vehiculo in Hiſpaniam commigravit: qui ab illuſtri religioſaque fœmina Minchea ſubſidiis ac rerum operibus miniſtratis, Servitanum monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Iſte prior in Hiſpaniam monaſticæ obſervantiæ uſum & regulam dicitur adduxiſſe, tam vivens virtutum exemplis nobilis, quàm defunctus memoriâ claritatis ſublimis. Hic & in præſenti luce ſubſiſtens, & in crypta ſepulchri quieſcens, ſignis quibuſdam proditur effulgere ſalutis; unde & monumentum ejus colere perhibentur incolæ regionis.

11. AURASIUS Toletanæ Eccleſiæ Pontifex, Metropolis urbis, poſt Adelphium in loco aſciſcitur ſacerdotis; vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domeſticis rebus bene diſpoſitus, adverſitatibus in ſuis conſtanter erectus. Qui quanto exſtitit temperantiâ manſuetus, tantò fortior ſemper fuit inventus adverſis. Plus illi intentio in defenſione veritatis, quàm in ſcribendi

exer-

Digitized by Google

exercitio manſit. Unde perfectis viris compar habetur: qnia quæ de verbo illorum prædicatio ſeminavit, defenſionis hujus cuſtodia præmunivit. Vixit in ſacerdotio temporibus Widerici, Gundemari, & exordiis Siſebuti Regum, annis fermè duodecim.

12. JOANNES in Pontificatu Maximum ſequutus, Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ Sedem aſcendit. Primò pater monachorum, & ex hoc Præſul factus in regimine populorum; vir in ſacris literis eruditus, plus verbis intendens quàm ſcriptis; tam largus & hilaris dato, quàm hilaris etiam vultu. Unctionem verò ſpiritus Dei, quâ fovebatur intrinſecus, tam largitate muneris, quàm habitudine cultûs adeò præferebat, nt & datum gratiâ commendaret, & non datum gratiâ excuſaret. In Eccleſiaſticis officiis quædam eleganter & ſono & oratione compoſuit. Adnotavit inter hæc *Inquirendæ Paſchalis ſolennitatis* tam ſubtile & utile argumentum, nt lectori & brevitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit Sedem honoris, adeptus vitam gaudii, ad quam anhelavit deſiderabili voto. Subſtitit in ſacerdotio temporibus Siſebuti & Svinthilani Regum.

13. HELLADIUS poſt Auraſium Sedis ejus adeptus eſt locum. Hic cùm Regiæ aulæ illuſtriſſimus, publicarumque rerum exiſteret rector ſub ſæculari habitu, monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad monaſterium illnd, Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio monachum tenuit, quod munere Dei, perenniſque & patentis ſanctitatis decore, & opinabile cunctis, & palam eſt totum, cùm ſæpè diſcurſantium negotiorum ductus itinere, perveniret, remotâ clientum, ſæculique pompâ decoris, monachorum peculiaritatibos inhærebat. Quum inter decoremque inſolentiamque ſæculi, ſolitudinis & amaret & ſectaretur arcana, celeri fuga, relictis omnibos quæ eſſe noverat mundi, adiit ſanctum monaſterium: qnod frequentavit voto, venit permanſurus optabili uſu. Ibi factus monachis pater, meritis ſtudiiſque ſanctis, & vitam monachorum debitè rexit, & ſtatum * monaſteriis totius communis rei divitias cumulavit. Ex hoc feſſis penè ſenio artubus, ad Pontificatus apicem devocatur: & quia vocaretur vi coactus pariter & ignotus, illic majorum virtutum exempla, quàm monachus dedit: quia ſtatum mundi, quem contempſit, perhibetur rexiſſe diſcretione: miſerationes eleemoſynarumque copias tam largè egenis intuliſſe probatur, ac ſi de illius ſtomacho putâſſes inopum & artus deſcendere, & viſcera conſoveri. Scribere renuit, quia quod ſcribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonſtravit. Me ad monaſterium rediens memoratum, ultimo vitæ ſoæ ipſe Levitam fecit. Senex obiit, decem & octo annis regimen tenuit, temporibus Siſebuti, Svinthilani, & exordiis Siſenandi Regum. Qui pòſt beatior, gloriam cœleſtis regni bona plenus ſenectute promeruit.

* *Forte*, monaſterii.

14. JUSTUS, poſt Helladium, diſcipulus ejns, illique ſucceſſor eſt, vir habitudine corporis, ingeniique meritis decorus atque ſubtilis; ab infantia monachus, ab Helladio ad virtutem monaſticæ inſtitutionis affatim educatus pariter & inſtructus, in Agalienſi monaſterio tertius poſt illom rector eſt factus. Exſtitit rector annis tribus. Tempore Siſenandi obiit. Qui Rex poſt hunc, die nonodecimo deſunctus abſceſſit.

15. ISIDORUS, poſt Leandrom, Hiſpalenſis Sedis provinciæ Bæticæ cathedram tenuit; vir decore ſimul & ingenio pollens, Illam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex ea in ſtuporem verteret andientes. Scripſit opera eximia, & non pauca: id eſt librum *De genere Officiorum*, librum *Prœmiorum*, librum *De ortu vel obitu Prophetarum*, librum *Lamentationum*, quem ipſe *Synonyma* vocitavit; libellos duos ad Florentinam ſororem, *Contra* ** *nequitiam*, librum *De natura rerum*, ad Siſebutum Principem; librum *Differentiarum*, librum *Sententiarum*. Collegit etiam de diverſis auctoribus, quem ipſe nominat, *Secretorum expoſitiones ſacramentorum*; quibus in unum congeſtis, ipſe liber dicitur *Quæſtionum*. Scripſit quoque ultimò, ad petitionem Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi, librum *Etymologiarum*, quem cùm multis annis conaretor perficere, inexpleto opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. Claruit temporibus Reccaredi, Gundemari, Siſebuti, Svinthilani, Siſenandi Regum; annis fermè quadraginta teneos Pontificatûs honorem, inſignemque doctrinæ ſanctæ gloriam, pariterque decorem.

* *Aliquid deeſſe videtur in MSS. CC. qui lacunam præferunt.*

16. NONNITUS, poſt Joannem, in Gerundenſi Sede Pontifex acceſſit; vir profeſſione monachus, ſimplicitate perſpicuns, actibus ſanctus, non hominum diutina deliberatione, ſed Dei per homines celeri definitione, in Pontificatum adſcitus; adhærens inſtanter obſequiis ſepulchri Felicis Martyris: rexit Eccleſiam Dei meritorum exemplis ampliùs, quàm verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in ſepulchro quieſcens, fertur ſalvationis operari virtutes. Subſtitit temporibus Svinthilani & Siſenandi Regum.

17. CONANTIUS, poſt Maurilanem Eccleſiæ Palentinæ Sedem adeptus eſt; vir tam pondere mentis, quàm habitudine ſpeciei gravis; communi eloquio facundus & gravis; officiorum Eccleſiaſticorum ordinibus intentus & providus. Nam *Melodias* ſonis multas noviter edidit; *Orationum* quoque libellum, *De omnium* decenter ſcripſit *proprietate pſalmorum*. Vixit in Pontificatu ampliùs trigiota annis; dignus habitus fuit ab ultimo tempore Witterici, per tempora Gundemari, Siſebuti, Svinthilani, Siſenandi, & Cinthilæ Regum.

18. BRAULIO frater Joannis, In Cæſarauguſta decedentis adeptus eſt locum; vir ſicut germanitate conjunctus, Ita non nimium ingenio minoratus; clarus & iſte habitus Canonibus, & quibuſdam Opnſculis. Scripſit *Vitam Æmiliani* cnjuſdam monachi, qui & memoriam hujus,

&

& virtutem illius ſancti viri ſuo tenore commendat pariter & illuſtrat. Habuit ſacerdotium fermè viginti annis, quibus expletis, clauſit diem vitæ præſentis. Duravit in regimine temporibus Siſenandi, Cinthilæ, Tulganis, & Cindaſvindi Regum.

19. EUGENIUS diſcipulus Helladii, collector & conſors Juſti, Pontifex poſt Juſtum abſceſſit: ab infantia monachus, ab Helladio cū Juſto pariter ſacris in monaſterio inſtitutionibus eruditus. Hunc ſecum Helladius à monaſterio tulit, ad Pontificatū tractus: qui rurſus ab eo clericalibus inſtitutus ordinibus, ſedis ejus poſt eum tertius rector acceſſit. Et bonum meritum ſenis, qui duobus diſcipulis, ſanctiſque filiis, Eccleſiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus inceſſuque gravis: nam numeros, ſtatum, incrementa, decrementaque, curſus, recurſuſque lunarum tantâ peritiâ novit, ut conſiderationes diſputationis ejus, auditorem in ſtuporem verterent, & in conſiderabilem doctrinam inducerent. Vixit in ſacerdotio ferè undecim annis, regnantibus Cinthila, Tulgane, & Cindaſvindo Regibus.

20. Item EUGENIUS alter, poſt Eugenium Pontifex ſubrogatur. Hic cum Eccleſiæ Regiæ clericus eſſet egregius, vitâ monachi delectatus eſt, qui ſagaci fuga urbem Cæſarauguſtanam petens, illic Martyrum ſepulchris inhæſit; ibique ſtudia ſapientiæ, & propoſitum monachi decenter incoluit. Unde principali violentia reductus, atque in Pontificatum adſcitus, vitam plus virtutum meritis quàm viribus egit: fuit namque corpore tenuis, parvus robore, ſed valdè ferveſcens ſpiritûs virtute, ſtudiorum bonorum vim perſequens: cantus paſſivis uſibus vitiatos, melodiæ cognitione * connexit; officiorum omiſſos ordines, curamque diſcrevit. Scripſit *De Sancta Trinitate* libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perſpicuum. Qui Libyæ, Orientiſque partibus mitti quantocyùs poterat, niſi procellis reſultantia freta incertum pavidis iter viatoribus diſtuliſſent. Scripſit & duos libellos, unum diverſi carminis metro, alium diverſi operis proſâ concretos, qui ad multorum induſtriam, ejus ex hoc tenaciter ſanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quoque Dracontii *De creatione mundi* conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia reperit ſubtrahendo, immutando, vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coëgit, ut pulchriores de artificis corrigentis, quàm de manu proceſſiſſe videantur auctoris. Et quia de die ſeptimo idem Dracontius omni modo reticendo, ſemiplenum opus viſus eſt reliquiſſe; iſte & ſex dierum recapitulationem ſingulis verſibus renotavit, & de die ſeptimo, quæ illi viſa ſunt, eleganter dicta ſubjunxit. Clarus habitus fuit temporibus Cindaſvindi, & Receſvindi Regum; ferè duodecim annis tenens dignitatem ſimul & gloriam Sacerdotis. Sicque poſt lucis mundanalis occaſum, in Baſilica Sanctæ Leocadiæ tenet habitationem ſepulchri.

* *Fortè Correxit.*

ANDREÆ SCOTTI

NOTÆ IN ADDITAMENTUM

S. ILDEPHONSI.

I. IN Aſterio, vel Auſturio, extremo. *In Toleto Sacerdos nonus.*] Pro, *Epiſcopus nonus.*] Hinc apparet, ordinem illum, qui in Eccleſiæ Toletanæ camera eſt uſque ad Aſturium rectè computari: ſimulque Divi Eugenii Martyris, primi Archiepiſcopi Toletani Ildephonſi temporis notitiam non haberi. Quod etiam probat, in prologo Eugenium priorem nominari, qui hodie ſecundus numeratur, & infrà.

II. In Montano. *Turibii ipſis.*] Lege, *Thoribii Epiſcopi*, ex ea ipſa, quæ citatur Epiſtola ad Leonem Papam.

Ad exprobationem infamiæ.] Fortè *exprobrationem*, hoc eſt ad infamiam, quæ illi probro dabatur, depellendam. Nam *exprobratio*, pro apologia, aut improbatione novè dicitur.

Temporibus Amarici Regis.] Lege *Amalarici*, ex Concilio Toletano ſecundo: quamvis in excuſſis Codicibus legimus *Amalrici*, & ex nummis antiquis Gotthorum Regum.

III. De hoc DONATO vide Chronicon Joannis Abbatis Biclarenſis ad annum DLXX. & Jo. Vaſæum ann. DLXIX. qui mox *Manichæam* legit, aliàs *Mica*.

VI. *Et palam eſt totum.*] *Toletum* reponendum arbitror, vel Tolet. In alio Cod. legitur: *& palam, & totis*. Mox illa de veteri libro addidi, quæ in Toletana editione Conciliorū abeſſe deprehendi: *Peculiaritatibus inhærebat, ut furnis junctis eorum ſtipularum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumq; inter, &c.* Rurſum in JUSTO antè *Exſtitit*, bene longa periodus ampliùs his quàm in Toletana editione anni CIↃ. IↃ. XCIII. legitur.

IX. NONNICUS.] *Nonnitus* eſt in Toletano codice MS. Joan. Vaſæus in Chronicis ann. DCXXXIV. *Nontinus* videtur legiſſe, quamvis & *Nonnitus* quoque agnoſcit, niſi ſi illud operarum eſt vitium.

XIII. In EUGENIO II. *Quos antiquitus protulerat vitiatos.*] Ita membranæ: repono tamen *antiquitas*: ita legiſſe puto Jo: Vaſæum ad annum DCLI. Chronicorum: cujus verba ſunt, *vetuſtate vitiatos.*

CATA-

ADMONITIO

Hoc loco placet ſubjicere duo Opuſcula ſequentia, prætermiſſa à D. Loaïſa, & cæteris Conciliorum editoribus; quæ ſunt continuationes quædam libri præcedentis.

APPENDIX JULIANI.

1. ILDEPHONSUS memoriâ ſui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans ſæcula ætatis noſtræ, [b] noviſſimus Toletanæ Sedis aſcitus in Cathedram Præſul, poſt ſecundum Eugenium in ſacerdotium conſecratur. Vir tanta laude digniſſimus, quantâ & virtutum gratiâ numeroſus. Fuit denique timoris Dei inſtautiâ præditus, religione compunctus, compunctione profuſus, inceſſu gravis, honeſtate laudabilis, patientiâ ſingularis, ſecreti tacitus, ſapientiâ ſummus, differendi ingenio clarus, eloquendi ſacultate præcipuus, linguæ flumine copioſus. Tantoque eloquentiæ cothurno celebris habitus, ut diſputationum ejus profuſa oratio dum perfectè dirigitur, meritò non homo ſed Deus per hominem affatim eloqui crederetur.

[b] noviſſimus.

2. His igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, divino [c] tactus ſpiritu, vitâ delectatus eſt monachorum, cuntemptiſque parentum [d] rerumque affectibus, Agalienſe monaſterium petiit. Cujus fugam rabido furore inſequens pater, unum tantùm macerie impeditus eſt obice: quo & furentis eſt deluſa quæſtio, & fugientis ſalvata devotio. Nempe parentis ſurpr dum percitus in interiora prætenderet, latibulum quo hic vir occultabatur reliquit, ſicque præterita incuratum pertranſit, & in arteribus quæ prætererat inquiſivit. Armata denique manu Agalienſem cellam impetens gladio, dum quæſitum non invenlt, rediens in propria ut [e] perditum.

[c] al. coactus. [d] Mundanarū. [e] Perdit.

3. Præcognita igitur præfatus vir abſtinentia parentali, Agalienſe illicò monaſterium adiit, monacbumque ſe in eo multis ferè annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque virginum in Deibienſi [f] monaſterio villula conſtruxit, ac propriis opibus [g] ædificavit. Rector mihi effectus Agalienſis cœnobii monachorum mores exercuit. Rem diſcrevit, vitaque ſervavit. Principali poſt [h] hanc violentia Toletum reducitur, atque inibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur.

[f] al. Debienſi villula. deeſt, Monaſterio. [g] al. dedicavit. [h] Hac.

4. Scripſit ſanè quamplurimos libros luculentiori ſermone potiſſimos, quos idem in tot partibus cenſuit dlvidendos: id eſt librum *Proſopopœiæ* imbecillitatis propriæ, lib. *De virginitate ſanctæ Mariæ* contra tres infideles. Opuſculum *De proprietate perſonarum Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, opuſculum *Annotationum actionis divinæ*, opuſculum *Annotationum in ſacramentis*, librum *De gubernatione baptiſmi* unum, & *De progreſſu ſpiritualis deſerti* alium. Quod totum primæ partis voluit volumini connectendum. Partis quoque ſecundæ liber *Epiſtolarum* eſt, in quo diverſis ſcribens, ænigmaticis formulis egit, perſonaſque [i] interdum induxit. In quo etiam à quibuſdam luculentiorum ſcriptorum reſponſa promeruit. Partem ſanè tertiam Miſſarum eſſe voluit. Hymnorum, atque alterius denique partis liber eſt quartus verſibus proſaque [k] concretus, in quo *Epitaphia* multa, & quædam ſcilicet *Epigrammata* annotata ſunt.

[i] al. priuſquam in titulum induxit. [k] al. contextus.

5. Scripſit autem & alia multa, quæ variis rerum ac moleſtiarum operibus impeditus, aliaque cœpta, aliaque ſemiplena reliquit. Aſcitus autem in Pontificatum nono glorioſi Receſvindi Principis anno, novem annis & duobus ferè menſibus clarus habitus fuit vitæ meritis & retentatione regiminis, expletoque octavo decimo prædicti Principis anno, ſequenti die decimo Kalendas Februarii domicilio carnis exuitur, atque in Eccleſia B. Leocadiæ tumulatur, ad pedes ſui conditus deceſſoris, cum quo creditur æterno frui receptaculo claritatis.

APPENDIX FELICIS.

1. JULIANUS Epiſcopus, diſcipulus Eugenii ſecundi, Carthaginis provinciæ Metropolitanus, poſt beatæ memoriæ [a] Quiricum quartum [b] in locum præceptorem ſuum ſequens, urbis Regiæ Pontificalem culmen adeptus eſt. Cujus videlicet civitatis proprius civis exſtitit, atque in ejuſdem urbis principali Eccleſia ſacroſancti baptiſmatis fluentis eſt lotus, & illic ab ipſis rudimentis infantiæ enutritus. Denique dum ad puerilis formæ deveniſſet ætatem, ſanctæ memoriæ collegæ ſui [c] Gudilanis Levitæ ita ſociali vinculo eſt innexus, & individuæ charitatis unione conjunctus, ut & ambos inviolabilis charitatis unam eſſe oſtenderet, & unitas in

Ambroſ. Moral lib. 11. cap. 58. Sedis. Eugenius V. [a] al Quiritum. [b] al quam in loco. [c] Oudila. al Gudiſanis.

ambobus præfixa, non duas animas, ſed unam his ineſſe monſtraret.

2. Sancta itaque erat inter eos adeptæ unanimitatis communio, ut ſecundum Actuum Apoſtolorum hiſtoriam, in duobus corporibus unum tantùm putaretur, & anima una [d] ſiſtebāt. Quippe divino afflante ſpiritu, [e] theoricè, id eſt, contemplativè, quietis [f] delectationis perfrui bono, & monaſticæ inſtitutionis conſtringi repagulo: ſed quia aliter in ſuperni numinis fuit judicio, eorum eſt nihilominus fruſtrata devotio. Quamquam tamen minimè peregiſſent deſiderati itineris curſum, non tamen deſierunt à piæ devotionis ſtudio. Et dum ſibi mallent tantùm prodeſſe, [g] profugi cœperunt poſtmodum proximorum ſalute votis gliſcentibus, niti enim in ſubditis docendis operoſæ virtutis in profectu eorum deſiderabiles, in ſervitnte Dei ferventes, in deſiderio decoris Domini ſtrenui, in ſeniorum obedientia præſtò, atque, ſi fieri poſſet, in omnium emolumentorum obtinerent, virtutum animis ferventioribus ſtudebant.

d al. ſiſtebat.
e al. theoricticè.
f al. delectati ſunt.
g al. per fugā.

3. Igitur divinorum judiciorum diſpenſationem ſanctæ recordationis [h] Guidila diaconus ſexto Kalendas Septembris funeſtæ mortis eventu anno octavo Wambanis Principis ſub digna confeſſione Dei clauſit ſupremum curriculum. Cujus corpuſculum in monaſterio Sancti Felicis, quod eſt in [i] Caneuſi in villa dedicatum, dilectiſſimi ſocii ſui exhibitione honorificè requieſcit humatum. Poſt cujus itaque diſceſſum aliquantula intercapedine temporum poſt ſanctæ memoriæ [k] Quiritum idem egregius Julianus præfatæ urbis eſt nactus Primatus, tantò laudis titulo prædicandus, quantò diverſarum virtutum ope ſuffultus, ſuis temporibus mirificè [l] compſit Eccleſiam Dei. Quinimmo ut ex eo tempore clareſcere cœperit, per ejus textrinum & telam teſtamine piæ relationis pandam.

h Gudila.
i al. Labcuſi villula.
k Quiricum.
l compoſuit.

4. Poſt deceſſoris ſui obitū divæ memoriæ Ildephonſi à decimo ſeptimo ferme anno Receſvindi Principis, necnon & per omne Wambanis Imperii tempus uſque ad tertium regni glorioſiſſimi Egicanis Regis annum, in Levitici, presbyterii, ac Pontificatus honore conſiſtens, celebre nomen obtinuit. Fuit enim vir timore Domini plenus, prudentiâ ſummus, conſilio cautus, diſcretionis bono præcipuus, eleemoſynis nimium deditus, in ſuffectu operum devotus, in relevatione miſerorum promptiſſimus, in interveniendo diſcretus, in negotiis dirimendis ſtrenuus, in [n] promendis judiciis æquus, in ſententia parcus, in vindicatione juſtitiæ ſingularis, in diſceptatione laudabilis, in oratione regius, in divinarum laudum exſolutione mirabilis. Quòd ſi forſan in Officiis divinis quicquam, ut ſolet, difficultatis occurreret, ad corrigendum facillimus, pro ſacris [o] luminariis vehementer [p] attonitus, in defenſione omnium Eccleſiarum eximius, in regendis ſubditis pervigil, in comprimendis ſuperbis erectus, in ſuſtentatione humilium apparatus, [q] de vitæ auctoritate munificus, amplectendæ humanitatis bono opimus, ac generaliter univerſa morum probitate conſpicuus. Ita pietate affluens, ut non eſſet cui in anguſtiis conſtituto non ſubvenire vellet. [r] Ita munus charitatis exuberans, ut [s] non à ſe boni quippiam cuique poſtulanti ex charitate [t] patiare diſiſteret.

n al. providendis.
o al. luminibus.
p al. admonitus.
q al. debite humilitatis.
r al. in.
s al. unius.
t al. præſtare.

5. Hic denique ſe Deo charum [u] valuit exhibere in omnibus, ut præſtabilem hominibus cunctis oſtenderet; ut & illi uſquequaque placeret, & hominibus propter Deum, ſi fieri poteſt, devota ſatisfaceret mente. Tantò nobilium præcedentium virorum dignis meritis [x] coæquandus, quantò ab eis in nullo virtutum corpore exſtitit infimus. Eccleſiaſticos itaque bene habitos ordines in ſui regiminis Sede ſolicitatiori cura ſervavit, vitiatos utiliter ſubcorrexit, minus habitos prudenti diſpoſitione inſtituit, ac de Officiis quamplurima dulcifluo ſono compoſuit.

u al. tnaluit.
x coæquans.

6. At nunc quoniam ſancti Spiritus ubertate repletus, & irrigui fontis affluentiâ prædirus fulſit, ſummam librorum, ejus quos per eum Deus ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ depromſit, iſtinc lector addiſce. Conſcripſit enim librum *Prognoſticorum futuri ſæculi*, ad beatæ memoriæ Idatium Epiſcopum directum, habentem in capite epiſtolam, quæ [y] ipſius eſt directa, & orationem. Cujus codicis opus diſcretum in tribus libris habetur, ex quibus primus *De origine mortis humanæ* eſt editus. Secundus *De animabus defunctorum*: quomodo ſeſe habeant ante ſuorum corporum reſurrectionem. Tertius *De ſuprema corporum reſurrectione*.

y al. ipſi.

7. Item librum *Reſponſionum*, ad quem ſuprà directum in defenſionem Canonum & legum, quibus prohibentur Chriſtiana mancipia dominis infidelibus deſervire. Item *Apologeticum Fidei*, quod Benedicto Romanæ urbis Papæ directum eſt. Item aliud *Apologeticum De tribus capitulis*, de quibus Romæ urbis Præſul fruſtra viſus eſt dubitâſſe. Item libellum *De remediis blaſphemiæ*, cum Epiſtola ad Adrianum Abbatem. Item librum *De ſexta ætatis comprobatione*, qui habet in capite orationem & epiſtolam ad dominum Zurigium Regem: & tamen idem codex tribus libris diſtinctus. Nam primus eorum habet Veteris Teſtamenti quamplurima documenta, quibus abſque aliqua ſupputatione annorum, Chriſtus Dei filius non naſciturus, ſed olim natus patulè declaratur. Secundi verò ſeries libri decurrit per oſtenſam Apoſtolorum doctrinam, quæ dilucidè monſtrat Chriſtum in plenitudine temporis natum, non in annis à principio mundi collectis. Tertii quoque libri excurſus ſextam ætatem, in qua Chriſtus natus eſt, haud dubiè adeſſe veris documentis oſtendit, [z] in quo & verè præteritæ ætates ſæculi, non in annis, ſed præfixo generationum limite diſtinguuntur.

z al. quinque.

8. Item librum *Carminum*: in quo ſunt hymni, epitaphia, atque de diverſis epigrammata numeroſa. Item librum plurimarum *Epiſtolarum*. Item librum *Sermonum*, in quo eſt opuſculum modicum *De vendicatione domus Dei*, & eorum qui ad eam confugiunt. Item librum *De contrariis*,

riis, quod Grecè * ἀντικειμένων voluit titulo adnotari; qui in duobus diviſus eſt libris, ex quibus primus diſſertiones continet Veteris Teſtamenti, ſecundus Novi. Item librum *Hiſtoriæ* de eo quod Wambæ Principis tempore Galliis exſtitit geſtum. Item librum *Sententiarum* ex decade Pſalmorum Beati Auguſtini breviter ſummatimque collectum. Item *Decerpta* de libris Sancti Auguſtini contra Julianum hæreticum collecta. Item libellum *De divinis judiciis*, ex ſacris voluminibus collectum. In cujus principio eſt epiſtola ad Dom. Ervigium comitatus ſui [b] tempore pro eodem libello directa. Item librum *Reſponſionum*, contra eos qui fugientes ad Eccleſiam perſequuntur. Item librum *Miſſarum* de toto circulo anni, in quatuor partes diviſum, in quibus aliquas vetuſtatis incuriâ vitiatas ac ſemiplenas emendavit atque complevit, aliquas verò ex toto compoſuit. Item librum *Orationum*; de feſtivitatibus quas Toletana Eccleſia per totum circulum anni eſt ſolita celebrare, partim ſtylo ſui ingenii [c] depromptum, partim etiam inſolita antiquitate [d] vitiatum, ſtudioſe [e] in unum congeſſit, atque Eccleſiæ Dei uſibus ob amorem reliquit ſanctæ religionis.

9. Præſulatus autem honorem & ſacerdotii dignitatem annis decem obtinuit, menſe uno, diebus ſeptem. Quique etiam inevitabilis mortis præventus, anno tertio Egicanis Principis, pridie Nonas Martii, æra [f] DCCXXIIX. diem vitæ clauſit extremum. Ac ſic in Baſilica glorioſiſſimæ Leocadiæ virginis ſorte ſepulchrali eſt tumulatus.

* *Hic liber incerti auctoris nomine editus cum Salviano ab Alex. Braſſicano. & cum Iuliano in Geneſim, in 16.*

b Temporis.

c deprompta. inoleta.

d al. vitiata.

e correcta.

f *lege Era DCCV. id eſt A. C. DCLXVII.*

VITA SALVI ABBATIS ALBELDENSIS,

INCERTO AUCTORE.

SALVUS Abba Albaïldenſis monaſterii, vir linguâ nitidus, & ſcientiâ eruditus, elegans ſententiis, ornatus verbis, ſcripſit ſacris virginibus regularem libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perſpicuum. Cujus oratio nempe in hymnis, orationibus, verſibus, ac Miſſis, quas illuſtri ipſe ſermone compoſuit, plurimam cordis compunctionem, & magnam ſuaviloquentiam legentibus audientibuſque tribuit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, ſed validè ferveſcens ſpiritûs virtute. O quanta illius ex ore dulciora ſuper mella manabant verba, cor hominis quaſi vina lætificantia! Obiit temporibus Garſeani Chriſtianiſſimi Regis, & Theudemiri Pontificis, quarto idus Februarii, Erâ milleſimâ: ſanâ doctrinâ præſtantior cunctis, & copioſior operibus charitatis. Ac ſic in prædicto cœnobio, juxtà Baſilicam Sancti Martini Epiſcopi & confeſſoris Chriſti eſt tumulatus ſorte ſepulchrali. Ad cujus pedes diſcipulus Velaſco Epiſcopus quieſcit in pace.

NOTÆ V. CL. JOANNIS MABILLONIS IN ACTIS SÆCULI V. BENEDICTINI, AD ANNUM CHRISTI CMLXII. UBI DE DULQVITO SALVI DECESSORE.

ILLUSTRE fuit quondã apud Hiſpanos monaſterium Alveldenſe ſeu Albeldenſe, de quo agit Yepezius noſter ad annum CML. & ſequentem. Ejus ſitum rectè deſcribit Garſias Loaïſa in Prolegomenis ad Concilia Hiſpanica, ubi de codice Alveldenſi agit. *Alvelda (inquit) eſt hodie parvum municipium in tractu Locronienſi, duabus ab urbe Locronio leucis diſtans. Olim habuit inſigne cœnobium Sancti Martini ex inſtituto D. BENEDICTI, à Sanctio Rege & Toba Regina Erâ CMLXII.* (id eſt Chriſti Domini *CMXXIV.*) *fundatum, poſtea collapſum, & tranſlatum in Eccleſiam Sanctæ Mariæ Rotundæ apud Locronium.* Locronium verò ſeu Lucronium, vulgò *Logroño*, ſitum eſt in finibus Navarræ & Caſtellæ veteris, Ohienarto in Beronum & Vaſconum cõnfiniis, ad Ebronem fluvium. Chartam erectionis ac dotationis monaſterii Alvedenſis, à Rege Sanctio factam, in archivo Simancæ ſibi viſum Loaïſa teſtatur.

Eo in loco magna religione floluit ſæculo decimo DULQUITUS Abbas, qui plura monaſteria ſub ſuo regimine, quaſi generalis Præfectus, habens, ducentis monachis præfuit. Id diſcimus teſtimonio Gomeſani presbyteri, & Abbatis Hildenſis, qui à Goteſcalco Anicienſi Epiſcopo ad exſcribendum Ildephonſi Toletani Epiſcopi opuſculum *De laude virginitatis*, cõpulſus, id exſecutus eſt, ſcripto codice membraneo, in cujus fine hanc clauſulam appoſuit: *Ego quidem Gomeſanus, licèt indignus, presbyterii tamen ordine functus, in finibus Pampeloniæ Abba Hildenſe, in archiſterio, infra atria ſacra ferens reliquias Sancti ac beatiſſimi Martini Epiſcopi, regulariter degens ſub regimine videlicet DULQUITI* * *Abbatis inter agmina Chriſti ſervorum ducentorum ferè monachorum, compulſus à Gotiſcalco Epiſcopo, qui gratiâ orandi egreſſus Aquitaniæ à partibus, &c.* Hæc clauſula edita eſt tum à Baronio, tum à nobis ad annum DCCCXXVIII. ubi de Theofredo Abbate Calmeliacenſi: ex qua diſcimus, *ducentos monachos* ſub regimine Dulquiti Abbatis vixiſſe, ſive in uno Alveldenſi, ſive in aliis monaſteriis ipſi ſubjectis. Quippe non ſolùm Hildenſe Gomeſani monaſterium, ſed etiam alia Dulquito parebant, uti nos docet charta X. ab Yepezio in Appendice Centuriæ quintæ relata: ubi Adica Abbas Sanctorum

* al. Dulquintus.

Vincentii & Prudentii cœnobii, *cum fratribus ſuis*(numero ſex)*prompta mente, toto corde, tibi,* (ait)*patri ſpirituali Dulquito Abbati, & fratribus tecum in amore Chriſti Albeldæ in cœnobio Sancti Martini deliteſcentibus, contradimus animas noſtras, ſimulq; corpora, ut veſtris orationibus adjuti, adipiſcamur vobiſcum præmia poli*. Deinde hæc ſubdit Adica, quæ mooaſterii ſui ſitum oſtendunt: *Nos enim ſuprà nominati Eccleſiam Sancti Vincentii, & domini Prudentii baſilicam, ubi quieſcit corpus ejus venerabile, quæ ſita eſt ad radicem montis Laturci, nutu Dei omnipotentis collatam habuimus & ſancitam cum ſuis adjacentibus terris ..... cum hæreditate Petri presbyteri, qui fuit collega noſter vivens, demumq; obiit in oppido Leca, & ſcripſimus nomen ejus in albala, inter nomina offerentium*. Tum infrà: *Et quia hoc regni cælorum cauſsâ, & pro ſalute animarum, & pro ipſius ſancti loci illuminatione, jugiq; Dominici corporis & ſanguinis ſacrificio in ara Dei offerendo, nos memorati puro corde puraq; mente domno Martino in honore nominis Chriſti locum ſuprà taxatum, & cum eo noſmetipſos cognoſcimus obtuliſſe*. Actum Erâ *CMXCVIII.* id eſt anno Chriſti *CMLX.* Subſcribunt inter alios *TUDEMIRUS Nagelenſis Epiſcopus, DULQUINTUS Albaldenſis Abbas, DIDACUS Silienſis Abbas, Munio de Sancta Columba Abbar, STEPHANUS Dorcenſis Abbas de Sancto Æmiliano, BELASCO Gironenſis monaſterii Abbas*. Hoc Sancti Prudentii cœnobium poſtmodum ab Alveldenſi ſejunctum, atque Ciſtercienſibus conceſſum eſt. *Abbas domno ſalute Sancti Prudentii*, ſubſcribit diplomati Garſiæ Regis, filii Enneconis, Erâ CMXVIII.

Dulquiti Abbatis ſucceſſor fuiſſe videtur *SALVUS*, ſeu Salvius, Abbas, cujus elogium refertur apud Miræum in libro *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis*, poſt appendicem Felicis Toletani pag. 102. ſub hoc titulo: *VITA SALVI ABBATIS ALVELDENSIS. al. Albaildenſis, incerto auctore*. Deinde ſeqoitur vita in hunc modum.

SALVUS Abbas Albaïldenſis monaſterii, &c. ut ſuprà,

Ex hoc elogio, quod illorum temporum venam & ingenium ſapit, magnum virum fuiſſe Salvum intelligimus; ut qui non tantùm diverſis, uti ejus præceſſor, monaſteriis præfuerit; ſed qui etiam virginibus ſacris Regulam à ſe conſcriptam tradiderit. Utinam ampliora de eo reſcire liceret! otinam libellum ejus de Miſſis & hymnis ſacris recuperaremus! Garſeanus Rex in fine eloquii laudatus, ipſe eſt Garſias I. Aragonum Rex ſecundus, cognomento Abarca, de quo Hieronymus Blanca pag. 618. Theodemirus Epiſcopus fuit Naxarenſis, de quo ſuprà num. 2.

De Velaſcooe Epiſcopo Salvi diſcipulo major eſt difficultas. Is videtur eſſe Belaſco, ſeu Belaſcus illius temporis ſcriptor, cujus mentio ſæpè fit apud Hiſpanicos ſcriptores. Joannes Piſtorius ejus fragmentum refert initio tomi 2. Hiſpaniæ illuſtratæ, pag. 12. ubi de anno mortis & loco ſepulchri Sanctii Regis, quem Erâ MXXVIII. fato perſunctum, atque ſepultum quidam dicunt in Pinnateoſi Sancti Joannis cœoobio. *Contra verò Belaſco, ejus temporis ſcriptor, magnopere diſſentit, cujus verba in re tam dubia & controverſa operæ pretium erit, ni fallor, referre, &c.* Blanca eadem verba cummemorat. Zurita Blaſcum Epiſcopum Pampilonenſem laudat ad annu m CMLXXI. Reclamat Sandovalius. Et tamen diploma Sanctii II. Aragonum Regis Erâ MIX. datum legitur. *Blaſco Epiſcopo in Pampilona*. Eodem ferè tempore invenio Valaſcum Legionenſem Epiſcopom apud Sampirum in Sanctio Craſſo. Nec omittendus *Belaſcus*, qui codicem monaſterii *Sancti Æmiliani cucullati*, nunc in Sancti Laurentii bibliotheca Eſcuriali aſſervatum, ſcripſiſſe traditur apud Zoritam ad annũ CMV. & CMLXVI. Quis ex iſtis ſit Velaſco ille Epiſcopos Salvi diſcipulus, an potiùs Belaſco Girondenſis Abbas, de quo ſoprà, aliis divinandum permitto.

Salvi diſcipulis etiam adnumerandos eſt Wigila monachus, qui cùm in Alveldenſi mooaſterio vitam ageret, codicem Alveldenſem, quo uſus eſt Loaïſa, ſingolari diligentia ſcripſit Erâ MXIV. anno Chriſti CMLXXVI. Hic codex habet Concilia LXI. & Epiſtolas Decretales CI. à Damaſo uſqoe ad Gregorium I. & opuſcula alia, teſte Loaïſa. Ex quibus intelligitur, Alveldenſes monachos, uti alios Ordinis noſtri, deſcribendis antiquis libris egregiam, & reipublicæ Chriſtianæ maximè neceſſariam operam, navâſſe.

TREDECIM VITÆ

INCERTO AUCTORE,

Editæ primùm à D. Loaïſa: quæ in MSS. D. Iſidoro & Ildephonſo cum hac præfatiuncula præponebantur.

QUAMVIS ſoperiùs plorimi veterum tractatorum, inter Græcos & Latinos ſcriptores doctiſſimi aonotentur; tameo reor ipſe etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigiſſe.

XY-

Digitized by Google

XYSTUS Epiſcopus Romanæ urbis,& Martyr,compoſuit ad inſtar Salomonis,*librum Proverbiorum*, tam brevi eloquio, ut in ſingulis verſiculis ſingulæ explicentur ſententiæ. Cui quidem opuſculo hæretici quædam contra Eccleſiaſticam Fidem inſeruerunt; quò faciliùs ſub nomine tanti Martyris, perverſorum dogmatum reciperetur aſſertio. Sed is qui Catholicum ſeſe meminit, probando legat, & ea quæ veritati contraria non ſunt, recipiat. Quidam autem eundem librum ab hæreticis, non à Xyſto fuiſſe dictatum. Refellit autem hanc opinionem beatiſſimus Auguſtinus, qui in quodam Opere ſuo, ab eodem Martyre hoc Opus compoſitum eſſe fatetur.

MACROBIUS diaconus,ſtudium Sancti Cypriani ingeniumque ſequutus, complexus eſt congrua ex utroque Teſtamento adversùs verſutias hæreticorum capitula; *De*, ſcilicet,*Dei Patris, & majeſtate filii Dei,& de adventu ejus, Incarnatione,& Aſcenſione* in cœlis: parique modo,& *De electione gentium,& reprobatione Judæorum*.Deinde ſubjecit etiam cætera,ad utilitatem vitæ & diſciplinæ religionis pertinentia: omnia hæc in centum diſtincta capitulis.

PHILASTRIUS Brixienſis Epiſcopus.Hic longè ante beatiſſimum Auguſtinum, edidit librum *De hæreſibus*; ſingulas quaſque demonſtrans; ſive quæ in populo Judæorum, ante Incarnationem Chriſti fuerunt,quas viginti octo enumerat; ſive quæ poſt Domini Salvatoris adventum, adverſus Catholicam Fidem exortæ ſunt: quas idem centum viginti octo eſſe deſcribit. Sicut & de eo idem vir magnæ gloriæ Auguſtinus, & doctor clariſſimus,meminit.

THEODORUS Mopſueſtenæ urbis Epiſcopus, ita clarè copioſeque ſcientiæ doctrinâ refulſiſſe refertur, ut prædicaretur,ſi referre fas eſt, mille voluminum ſummam in Græco conſcripſiſſe,adversùs omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Epiſcopi,in præjudicio Chalcedonenſis Concilii, Juſtiniano Principe compellente,damnare poſt mortem cum Iba & Theodoreto Epiſcopis cenſuerunt;dum conſtet eum laudabilium virorum teſtimoniis clariſſimè Eccleſiæ doctorem fuiſſe. Vixit uſque ad Imperium ſenioris Leonis.

TYRANNIUS Ruffinus, ſcripſit ad quendam Paullinum presbyterum *De benedictione Patriarcharum*, triplici intelligentia librum, ſatis ſuccinctum, & clara brevitate compoſitum. Hic autem juxta myſticum ſenſum, ea quæ de Dan filio Jacob, ſcripta ſunt, non rectè de Domino noſtro interpretatur; dum procul dubio ad Antichriſtum eadem pertinere ſanctorum Patrum probet aſſertio.

VERGUNDUS Africanus Epiſcopus,ſtudiis liberalium literarum diſertus, edidit carmine dactylico duos modicos breveſque libellos: quorum primum *De reſurrectione & Judicio* ſcripſit,alterum verò *De pœnitentia*; in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

VICTORINUS Epiſcopus, compoſuit & ipſe verſibus duo Opuſcula admodùm brevia; unum *Adverſus Manichæos*,reprobantes Veteris Teſtamenti Deum,veramque Incarnationem contradicentes: alium autem *Adverſus Marcioniſtas*, qui duo principia, id eſt duos Deos,fingunt; unum malum, juſtum creaturarum conditorem, & retributorem factorum; alterum bonum, animarum ſuſceptorem, indultorem criminum.

ITATIUS provinciæ Gallæciæ Epiſcopus,ſecutus chronicam Euſebii Cæſareenſis Epiſcopi, ſive Hieronymi presbyteri, quæ uſque hodie in Valentis Auguſti Imperium edita declaratur, deinc ab anno primo Theodoſii Auguſti, uſque in annum Imperii Leonis octavum, ſubjectam ſequitur hiſtoriam,in qua magis barbararum gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hiſpaniam. Deceſſit ſub Leone Principe, ultima jam penè ſenectute; ſicut etiam Præfationis ſuæ demonſtratur judicio.

EUSEBIUS Dorolitanæ urbis Epiſcopus.Hic in cœtu Chalcedonenſis Concilii, contra Dioſcorum hæreticum Alexandrinæ urbis Epiſcopum, librum obtulit, ac præſenti Synodo omnes Dioſcori errores & blaſphemias recitavit. Hunc enim ad Sanctum Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum idem Dioſcorus in Epheſina ſecunda Synodo, excommunicationis ſententiâ dejecerat, eo quòd pro orthodoxa Fide contra hæreſim repugnaret. Unde poſtea idem Euſebius in Chalcedonenſi Synodo innumerabilium malorum ejus crimina vel blaſphemias detegens, damnationis ejus ſententiam ſuper eum à ſancto Concilio imprecatur: ſcilicet, ut quod injuſtè ille aliis intulerat, in eum juſtè retorqueatur.

CEREALIS Caſtulenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Hic dum apud Carthaginenſem Africæ provinciæ urbem veniſſet; & de Fide ſanctæ Trinitatis cum Maximiano Ammonitarum Epiſcopo concertatus eſt, reſpondens propoſitionibus ejus non eloquiorum argumentis, ſed teſtimoniis ſanctarum Scripturarum. Exſtat hoc ipſum ejuſdem Opuſculum decem & novem reſponſionum capitulis præſignitum.

FERRANDUS Carthaginenſis Eccleſiæ diaconus, multum in ſacris Scripturis floruiſſe aſſeritur, multaſque cum beato Fulgentio propoſitiones alternis epiſtolis habuiſſe narratur. Iſte ad Pelagium & Anatolium, Romanos diaconos, conſolentes eum,utrum liceat quemquam damnare poſt mortem; edidit reſcriptum, ubi inter alia ſic loquutus eſt,dicens: *Quid prodeſt dormientibus perturbare? Siquis adhuc in corpore mortis hujus accuſatus, & damnatus antequam moreretur abſolvi, de Eccleſia raptus eſt, abſolvi non poteſt ulteriùs humano judicio. Siquis accuſatus & abſolutus ante diem ſacri examinis,repentina vocatione præventus eſt, intra ſinum matris Eccleſiæ conſtitutus,divino intelligendus eſt judicio reſervari: de hoc nullus homo poteſt manifeſtam proferre ſententiam,cui ſi Deus indulgentiam dedit,nihil nocet noſtra ſeveritas; ſed ſi ſupplicium præparavit, nihil prodeſt noſtra benignitas.*

PE-

PETRUS Ilerdenſis Hiſpaniarom Eccleſiæ Epiſcopus, edidit diverſis ſolennitatibus conguentes *Orationes*, ut Miſſas eleganti ſenſu & aperto ſermone.

MARCELLINUS Italiæ presbyter, ſcripſit Theodoſio minore Arcadioque Imperatoribus opuſculom unum, in quo retexit geſta Epiſcoporum, qui ad deſtructionem homouſii Arimini coovenerunt: quique ita totum mundom perfidiâ impii dogmatis turbaverunt, ut vix pauci Antiſtites exiſtereot, qui inviolabili Fidei cultu perſeverateot. Exponit qooque de Ario dum ad Synodom pergeret, cum Alexandro diſputaturus, qualiter converſus in via ad neceſſariam cauſſam, viſcera ejus fuiſſent diffuſa. De fine quoque Oſii Cordubenſis urbis Epiſcopi, qui metu Imperatoris, Fidem prævaricatus, perfidiæ aſſertor, & impietatis effectus fuerat exſequutor, ſic talia profert: *Nam poſt impiam* (inquit) *Oſii prævaricationem, dum Sanctus Gregorius Eliberitanus Epiſcopus, in Cordubenſi urbe, juxta Imperiale decretum fuiſſet adductus, ac minimè vellet illi communicare; commotus Oſius dicit Clementino Conſtantii Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exſilium, at ille: Non audeo, inquit, Epiſcopum in exſilium mittere, niſi prius eum ab Epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit Sanctus Gregorius, quòd Oſius vellet ferre ſententiam; appellat Chriſtum totis Fidei ſuæ viſceribus, exclamans ita: Chriſte Deus, qui venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri ſententiam adverſus me minimum ſervum tuum, qui pro Fide nominis tui ut reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum; ſed tu ipſe, quæſo, in cauſſa tua hodie judica; ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quaſi metuens, exſilium fugere cupio; cùm mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit; ſed ut multi prævaricationis errore liberentur, quum præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repentè Oſius reſidens faſtu quaſi regalis imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & cervicem; & de ſeſſu in terram eliditur, atque illicò exſpiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit; & licèt eſſet judex, tamen timens ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans ut ſibi parceret, qui in eum divinæ legis ignoratione peccâſſet, & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde eſt, quòd ſolus Gregorius vindicantium integram Fidem, neque in fugam verſus eſt, neque paſſus eſt exſilium. Unuſquiſque enim timuit de illo ulteriùs judicare.*

Hæc apocrypha ſunt, ut alibi oſtendimus.

EPISTOLA EVANTII

ARCHIDIACONI TOLETANI,

Contra eos qui ſanguinem animalium immundum eſſe judicant, & carnem mundam eſſe dicunt. Anno circiter DCCXXX.

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

EPISTOLAM hanc ſuperioribus aonis V. Cl. Henricus Caniſius edendam curavit nomine Evanti Abbatis, ſive Evantii, dubitans an ſit ille, cujus meminit Fortunatus libro tertio, Epiſtolâ ad Euphronium. Sed & Chriſtophorus Brovverus in notis ad illam, ſuſpicatur, Evantium ipſum Fortunati fuiſſe illom Vienneoſem Epiſcopum, quem Gregorius Turonenſis lib. 8. cap. 39. teſtatur obiiſſe anno undecimo regoi Childeberti Auſtraſiorum. Illum veloti Sanctum celebrat Ado in Temporum libro, Ætate ſexta, & cum Epiſcopis, Arteoio Senonum, Remigio Bitoricum, aliiſque, ait perfectè roborâſſe viginti Capitola Eccleſiaſtica. Quæ Baronius ad annum Chriſti DLXXXVIII. cenſet accipi debere de Synodo II. Matiſcone coacta hortatu Guntrami Regis. At qoomodo Evantius ſcriptor hujus Epiſtolæ potuit intereſſe illi Concilio anoo DLXXXVIII. & in ea citare librum PASTORALEM S. GREGORII. qui certè tuoc nondum erat Pontifex R. Eccleſiæ, ſed biennio pòſt electus ſuit, & præterea vixit uſque ad annum DCIV. nimirum allegatio illa S. Gregorii non fuit facta, oiſi poſt ejus obitum. Fallitur itaque Brovveros: nam certè Epiſtola hæc non videtur eſſe illius Evaotii Abbatis, ſed alterius Evantii longè poſterioris, & Archidiaconi Toletani: cojus nomine manoſcripta legitur ab antiquiſſimis temporibus. Nobis quoddam illius exemplar, cum aliis ejuſdem Eccleſiæ Toletanæ monomentis, videre licuit, ea notatione adhibita, quòd ipſius aoctor obierit anno Chriſti DCCXXXVII. Poſtea verò cùm incidiſſemus in Chronicon Iſidori Epiſcopi Pacenſis, qui res Hiſpaniæ breviter quidem, ſed accuratè indicavit ab anno Chriſti DCXI. uſque ad DCCLIV. hæc iovenimus ſcripta, circa Eram DCCLVII. cui reſpondet annus Chiſti DCCXIX. *Per idem tempus Fredericus Accitanæ ſedis Epiſcopus, Urbanus Toletanæ Sedis urbis Regiæ Cathedralis, Veteranus, Melodicus, atque ejuſdem ſe-*

dis

Digitized by Google

dit Evantius Archidiaconus, nimium doctrinâ, ſapientiâ, ſanctitate quoque, & in omni ſecundum ſcripturas ſpe, fide, & charitate, ad confortandam Eccleſiam Dei clari habentur. Audis Evantium Archidiaconum Toletanum florentem pietate & doctrina, ab auctore gravi ejuſdem temporis. Deinde ad Eram DCCLXXV. cui reſpondet annus Chriſti DCCXXXVII. ait: *Per idem tempus viri doctores, & ſanctimonia ſtudio ſatis pollentes, Urbanus & Evantius, læti ad Dominum pergentes, quieſcunt in pace.* Hæc Iſidorus, qui certè *evidens* eſſe potuit eorum quæ enarrat. Similiter Julianus in Vita S. Ildephonſi (quam Loaïſa in decretum Gundemari §. IV. initio ferè, teſtatur apud ſe fuiſſe) ait, Evantium Archidiaconum Toletanum Urbano Archipræſuli pio & forti in perſecutione Sarracenorum ferenda adjutorio fuiſſe: *quoniam ambo erant præclarâ docti diſciplinâ, &c.* Vide etiam Rodericum lib. 4. cap. 3. Certum itaque eſto, Epiſtolam ab hoc Evantio ſcriptam, licèt injuriâ temporis, aut oſcitantiâ vel imperitiâ exſcriptorum, plurimum deformata exiſtat. Nos tamen religioni duximus eam corrigere, aut exhibere abſque ſordibus illis, quas hactenus contraxit. Quoad doctrinam verò ejuſdem Epiſtolæ, oportebit in anteceſſum legere interpretes Actuum Apoſtolorum cap. 15. (& in iis Joannem Lorinum) ajentes, Eccleſiam primitivam à ſanguine animalium abſtinuiſſe. CARD. DE AGUIRRE.

EPISTOLA EVANTII.

QUIA ſe præboit occaſio opportuna, ideo hanc exiguitatis meæ paginulam veſtris obtu-
tibus perferendam mea curavit deſtinare miſeria; per quam & ſalutis munia impenſiùs
pando, & me ſacris veſtris orationibus tuendum committo. His *explosis, ad agni- * F. expletis.
tionem noſtram venit, quòd exſurgentes in quibuſdam CÆSARAUGUSTÆ partibus
reperiſſe vos adſeritis CHRISTIANOS, nec dum eruditos * paginibus ſacris, JUDAICO more ſe- * F. paginis.
qui literam occidentem, & poſtponere ſpiritum vivificantem; qui dicunt immundum fieri homi-
nem alicujus animalis ſanguinem comedentem: neſcientes, nec intelligentes, præcepta priſca ma-
gis mores hominum demonſtrare, quàm in natura ſervare. Nam ſi iſta ita ſunt, cur aperta fronte
cum JUDÆIS, & alia quæ vetita ſunt præcepta priſcæ legis carnaliter non teneant, neſcio, carnes
ſuillas vel cuniculinas non abjiciunt, qui piſcium carnes pinnulis carentium non reprobant, qui
vetera ſacrificia non immolant, qui uxorem fratris ſine filiis morientem ad ſuſcitandum ſemen
ejus non accipiunt, aut ad ſacerdotium debiles corpore, aut aliquâ maculâ corporis * ſordentem, * in MS. portentem.
qui tamen animo digni videntur accedere, non repudiant; qui paxillos in baltheis non geſtant, ut
egeſta humo * operiant. Cur autem cum pullis inventam, ſi poſſunt, tenent, & non, ſicut præ- * in MS. operient.
ceptum eſt, tenentes pullos, matrem ſinunt abire? Cur etiam otium Sabbathi cum JUDÆIS non * * Servant.
ſectant, & novam gratiam EUANGELII abſterſo rubore CHRISTIANITATIS non abjiciunt?
Nam in CHRISTI nomine * frontis & Fidei CHRISTIANÆ effecti, & ſanguinem comedendum * MS. Frontiſtu.
CHRISTIANOS apertè docemus, & à ſanguinis opera declinare omnes * hortamur. Carnes * MS. hortemus.
ſuillas edere concedimus, & à volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Piſces * pin- * MS. pinnulas.
nulis carentes manducare permittimus, & tamen ad cœleſtia quaſi alas habentes convolare fideles
omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus, liber PA- * MS. Sacerdotes c. debiles.
STORALIS S. GREGORII legatur, quia nobis longum eſt plurima enodare. Paxillo egeſta hu-
mo operire eſt, quum mala perpetrata, bonis operibus inſudando, fœtoris carnalium voluptatum
opprimimus, de quibus ſcriptum eſt: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt* Pſal. 31. n.1. Rom 4.7.
peccata. Matrem cum pullis inventam abire ſinimus, & pullos tenemus, quum teſtimonia ex lege
excerpta, ad refutandos Judæos atque hæreticos tenemus, & legi carnaliter non ſervimus. Otium
Sabbathi negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam iſtud Sabbathum figurat, ut per-
veniamus ad legem Domini, ſpiritualiter intelligendo decertamus. Quòd ſi fortè objiciunt, iſta
in * Canonibus ita reperiuntur, quando Eccleſia ex circumciſione & præputio ad Fidem congre- * MS. in Canones habere.
gabatur; quando adhuc non ſolido cibo, ſed lacte nutriebatur; tale quid ad Corinthios Apoſto-
los dixiſſe noverint, & in Actibus Apoſtolorum facta invenient. Nunc verò Eccleſia Dei ſolido MS. antiquos canones ita reperitur.
cibo Fide roborata conſiſtit, ut viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium
mollitie enervata ſuccumbat.

Ne tamen epiſtolaris conſuetudo in longinquas periodos pertracta, lectoribus lepidis faſti-
dium nutriat; veniant ad illud quod Apoſtolus ait: *Omnia munda mundis. Coinquinatis autem &* 1 Cor 3. Act 15. 10. 1. 21
infidelibus nihil eſt mundum. Et in alio loco idem Apoſtolus ait: *Omnis creatura Dei bona:* & nihil Tim. 4.
rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et Salvator in Euangelio ait: *Nihil eſt in-*
troiens in hominem, quod poſſit coinquinare eum: quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in Matth. 15. 17.
ſeceſſum emittitur: nec hæc coinquinant hominem, ſed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt
adulteria, homicidia, & his ſimilia. Nā quod Apoſtoli primitivæ Eccleſiæ à fornicatione, & à ſuffocato,
& à ſanguine abſtinere præceperunt; hæc exſtitit cauſſa: tunc ex circumciſione & gētibus credentes Act. 15.
congregabantur: ne propter diſcretionem ciborum à ſe invicem ſcinderentur; ideo lacte nutrie-
bantur, non ſolido cibo, quibus & poſtea ſcribebat, dicens: *Non potui loqui vobis quaſi ſpirituali-* 1 Cor. 3.
bus, ſed quaſi carnalibus, tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim
poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis: adhuc enim eſtis carnales. Nam ſi ubicumque ſanguinem
le-

Digitized by Google

legunt prohibitum, & hoc ad literam intelligunt; & nihil ſpiritualiter hoc dictum putant; quid eſt quod Propheta dicit: *Speculatorem dedi te domui Iſraël: ſi non annunciaveris impio, ut ſe cuſtodiat ab iniquitate ſua, ipſe impius ab iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Quis eſt iſte ſanguis, niſi opera ſanguinis? Quid eſt in Pſalmo ubi dicit: *Libera me de viris ſanguinum;* niſi ab operibus iniquitatis? Et quid eſt quod alius Propheta dicit: *Sanguis ſanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea?*

Ezech. 3.17. Ezech 33.7. Pſal. 17.3. Oſee 4.3.

Quòd tria iſta præcepta ex libro Actuum Apoſtolorum tenere gloriantur, id eſt, abſtinere à ſuffocato, & à ſanguine, vel fornicatione: confiteantur; ſi primum & ſecundum cum tertio impleut, ideſt, ſi non fornicantur, ſi ancupum miniſteriis non utuntur, ſi audiunt Apoſtolum dicentem: *Qui habent uxores, tamquam non habentes ſint;* ſi obedinnt præcepto ejus, ubi ait: bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum; ſi conſentiunt quod eis præcipit: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti;* ſi faciunt quod idem Apoſtolus dicit: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne fortè aliis prædicans, ipſe reprobus inveniar;* ſi faciunt quod intonat: *Exhibete vos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in caſtitate, in vigiliis, in jejuniis;* & his ſimilia, unde peccatum nou iucurrant, ſed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creavit, ſnmerent. Quaſi enim Apoſtolis obedientes, à duobus abſtinent, à ſuffocato & ſanguine; & tertium præceptum, quod gravius peccatum eſt, diſſimulantes abjiciunt, & negligunt cœleſtia juſſa, & cæremonias enormiter perhorreſcunt. Talibus Salvator in Euangelio dicit: *Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum; & ea quæ legis ſunt graviora, committitis.* Quid multa? legant libros Doctorum, & maximè S. Auguſtini contra Fauſtum Manichæum, in quo iſta, quæ iſti evacuant, & faciebant, & dicebant; & ſecum illos victos erubeſcant. Nam & librum S. Hieronymi contra Donatianum legant, & ſalutem ſuam ibi reperient. Nam ridiculum eſt, carnes mundas, quas Deus creavit, uſque ad nauſeam devorare, & ſanguinem illarnm carnium quaſi immundum reſpuere. Quaſi Deus carnem creaverit immundam, & ſanguinem carnium, qui utique nutrimentum & ſalus carnis eſt, fecerit immundum. Alia ſcribere debui, ſed cui modica utilia non ſufficiunt, nec plurima proderuut. Abſit à fidelibus cordibus, ut iſta carnaliter intelligentes, à ſinu matris Eccleſiæ diſcedant, & ſecum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.

SCRIPTURA

CONTRACTUS MONACHORUM

S. VINCENTII URBIS OVETENSIS

Cum Fromeſtano Abbate illius, facta ſub Regula S. Benedicti, Era DCCCXIX. id eſt anno Chriſti DCCLXXI.

Ex Tepezio Tomo III. in Appendice, pag. 21.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Montanus presbyter, ſimul & omnes ſervi ſervorum Dei, in eum uno animo concordantes, & conſentientes in agone Domini, ideſt nominibus deſignatis, Sperantius, Velaſco, Reonſindus, Jerulphus, Gualamarius, Florentius, Joannes, Senior, Letimius, Fulgentius, Vaſconius, Heinus, Valentinus, Leander, Libericus, Proclus, Baſilius, Lubinius, Fuviolus, Paternus, Aſpidius, Aurelius, Fermiolus, Luvenianus, qui ſub Domino Abba Fromiſtano, & ſobrino ſuo Maximo presbytero, in iſtum locum ſanctum venimus cum haberes noſtros, & ſubter roboraturi ſumus: volumus facere teſtameutum inſimul cum ipſo Abbate noſtro prædicto, cum quo modò Deo ſervimus. Non eſt dubium, ſed multis manet notiſſimum, quòd iſtum locum, quem dicunt Oveto, tu jam dicte Maximus priùs erexiſti & aplanâſti illum, unà cum ſervos tuos ex quallido, nemine poſſidente & populante de monte, & ſic poſtea conjunctus pariter cum eodem prædicto tuo tio Domino Fromiſtano Abba, fundâſtis in iſto loco jam dicto Oveto, Baſilicam Sancti Vincentii Levitæ & Martyris Chriſti, & obinde placuit nobis omnibus jam nominatis, qui ſubter roboraturi ſumus, vel ſigna facturi ſumus, ſana mente integroque conſilio, ut ſicut mos eſt Eccleſiarum, & eruditio Regulæ, abrenunciamus ſæculum, & concedimus tibi ſæpè dicto Abbati noſtro Fromiſtano, ſive & Maximo presbytero, nos metipſos, cum omni noſtro peculio, ſicut jam diximus in alio teſtamento, tam in terris, quàm etiam in vineis, po-

pomiferis, ædificiis, aquis, aquarumve ductibus, quod nos omnes competit, unumquemque in loco ſuo inter noſtros hæredes, ſeu etiam ego Montanus presbyter, libros, ornatum Eccleſiæ, & nos omnes ſub unà, cavallos, equas, boves, vaccas, omnia pecora, veſtitum, ſive & omnem rem, quicquid ad uſus hominis pertinet, tradimus, & concedimus poſt partem idem ſanctæ Eccleſiæ Sancti Vincentii Martyris Chriſti, ubi nobis omnibus, & ais, qui ibidem ſanctè, juſtè, & piè vixerint in præſenti ſæculo, & ante Dominum pertinet merces attributa. Et ego Fromiſta Abbas, qui jam viginti annos ſum, quòd ſimul cum meo ſobrino Maximo presbytero, hunc locum ſqualidum à nemine habitante irrumpimus, & ſundamus in honorem Sancti Vincentii Martyris Chriſti, atque Levitæ, & *accepimus Regulam beati Benedicti Abbatis*, ubi omnes noſtras facultates dedimus, ſic recipimus vos ad ſervitium Dei, & facio cum vos omnes, & cum ſobrino meo Maximo presbytero firmamentum & teſtamentum, ut qui extra noſtram traditionem, & *ſancta regula*, fuerit inde auſus auferre, aut abſtrahere, vendere, vel donare voluerit, aut Abbatem eligere *extra regulam beati Benedicti*, aut extra communem, ut Canones ſancti, & legum decreta conſtituerunt, ordinationam noſtram frangere, aut ipſum locum ſanctum alicui homini tradiderit, vel ſubjugaverit, nullam habeat firmitatem, & inſuper ſit maledictus & excommunicatus, & cum Dathan & Abiron damnatus, & quicquid exinde aliquis ex his, quos dederit, vel voluerit excipere, & ad alium locum pergere, & dare, ſegregatus à corpora Chriſti ſit, & nihil in ſua poteſtate ſit, ſed ſit excommunicatus qui talia ſecerit. Facta ſcriptura donationis & firmamenti noſtri ſub die ſeptimo Kalendas Decembris, diſcurrente Erâ DCCCXIX. regnante domino Silone Principe: Ego Fromiſta Abbas roboro cum Maximo presbytero mao ſobrino, & ſignum injicio. Et ego Montanus presbyter cum omnes ſervis ſervorum Dei, quos jam prænominavi, hoc ſcriptum in perpetuum firmamus, & roboramus, & ſignum ſacimus coram Deo, & iſto loco ſancto teſte.

SCRIPTURA

PRINCIPIS ADELGASTRI,

Filii D. Silonis Regis, in dotationem & gratiam Monaſterii S. MARIÆ DE OBONA apud Aſtures, ſub Regula S. BENEDICTI Era DCCCXVIII. anno CHRISTI DCCLXXX.

Ex Chronico fideliſs. Antonii Yepii Tomo III. *in Append. pag. 24.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, cujus regnum & imperium permanet in ſæcula ſæculorum, amen. Ego Addelgaſter filius Silonii Regis, unà cum conjuge mea Brunildi, inflammati divino ſpiritu, & à Deo omnipotenti viſitati, metuque mortis inſpicientes; placuit nobis, & in propria noſtra venit voluntas, ut ædificaremus monaſterium in propria noſtra hæreditate, quam habemus juxta rivulo diſcurrente Erdeina, loco nominato Obona, in qua primùm pro remedio animæ noſtræ, & parentum noſtrorum, ad honorem Dei, & beatæ Mariæ matris ejus, & Sancti Michaëlis Archangeli, & Sancti Joannis Evangeliſtæ, & Sancti Antonini Martyris, & Sancti Benedicti Abbatis; cujus Ordinem in ipſo monaſterio inſtituimus, & omnium Sanctorum Dei: ut dignam remunerationem recipiamus, & in perpetua vita cum Sanctis & electis Dei partem habeamus; damus, & concedimus in ipſo monaſterio Sanctæ Mariæ de Obona noſtras hæreditates & criationes, ſcilicet ipſo loco de Obona, per ſuos terminos antiquos, per illo rio, qui vadit inter Sabbadel & Villaluz, & inde ad illum molem de illa ſtrada de Patrunel: & inde per illa via quæ vadit ad illo caſtro de Pozo, & per illa via quæ vadit ad Petra tecta. Et per Petra, & deinde per illa ſtrata de guardia, & inde per illa arelia de Brañas, & per illo rivulo de inter Braña travesſa, & Brañas. Et per illa Braña de Ordial, & per illas meſtas de Freznedo, & per conſorquellos, & inde ad illo rio de Rivilla, & per Braña de Rivilla, & ad illo pozo de trave, & per peña Malore, & per peña Sarnoſa, & per illo molon de inter ambos rios, & per Lumbilas, & per peña de Felgueros, & per Fontalel, & per illas peñas inter Villaluz & Sabbadel, & ad illo rio, quod priùs diximus, & quicquid infra iſtos terminos continetur, villas populatas, & illa villa de Sancto Romano, & muries Vaccello, & Villaluz, montes, fontes, molinarias, Brañas. Totum ab integro

damus Deo, & monaſterio Sanctæ Mariæ de Obona, excepto Villatrice, quæ damus ad Doña Aelo. Extra iſtos terminos damus Simproniana, & Baorres, & Piando, & Laenes. Damus ſiquidem noſtras criationes nominatas Saderno, cum filiis & filiabus ſuis. Thotmiro cum filiis & filiabus ſuis. Fiela cum filiis & filiabus ſuis. Xemena cum filiis & filiabos ſuis. Eloſina cum filiis & filiabus ſuis: & iſti ſerviant monaſterio Sanctæ Mariæ de Obona in quantum & qnale ſervitium ab Abbata vel vicario hujus monaſterii eos vocaverint, vel injunxerint; & habeant illa hæreditate de Perella, & præſtimonia in hæreditate Sanctæ Mariæ, ubi Abbas monaſterii hujus, & ejus vicarius dederit: & in die quâ vocati ad ſervitium fuerint, habeant portionem edeodi & bibendi, ſcilicet libra una, & quarta panis milli, vel de alio ſegundo. Et portionem favæ, & milli, vel de alia edulia, & ſicere, ſi potaſt eſſe: & ſi In monaſterio aſſiduitas fuerit ſerviendi, habeant prædictam portionem vlctnalis, & veſtimentum, ſicut ipſa domus Dei ſufficere potuerit. Et ſi fortè aliquis ex iſtis ſocium fratrem percuſſerit pugno, vel manu, ant virgâ, vel aliquo ligno, aut ferro, ita ut non effundat ſanguinem, ſolvat quinque ſolidos, & tres flagellas accipiat. Si autem eum percuſſerit, aut ſanguinem effundat, reddat decem ſolidos, & quindecim flagellas accipiat. Si fortè in ipſis plagis, brachium, vel aliquod ax membris fregerit, reddat triginta ſolidos, & viginti flagellas accipiat. Si fortè caſu veniante, aut propria voluntate, eum occiderit, reddat centum & ſexaginta ſolidos, & quingentas flagellas accipiat: tamen in ſuo præſtimonio, & in ſervitio ſibi injuncto permaneat.

Nollum ex eis damus licentiando poteſtatem nllum domînnm accipere, nec habere Comendarlum, niſi ſoli Deo, & beatæ Mariæ matris ejus, & Abbatem, & monachos in loco iſto ſancto de Obona Deo ſervientes, & cui ipſe Abbas & monachi voluerint. Et quanta calumnia ſecerint, ſiſtant, & emendent, ſicuti Abbas, & ejus vicario, omnem juſtitiam obſervantes, & metu gehennæ judicaverint & mandaverint. Damus ſiquidem in ipſa domus Dei, viginti vaccas, & quinque juga boum, cum omnia inſtrumenta arandi, & duos carros, & viginti modios de pane, & duas equas, & uno rocino, & una mula, & tres aſinos, & duodecim porcos, & quatuor porcas, & triginta oves, & viginti & duæ capreæ, mantas ſex, quinque feltros, & ſeptem loctulos, & tres ſcanos. Ad ornamentis Eccleſię damus octo veſtimentis, & tres mantos, & ſex ſtolas, & quinque manipulos, & quatuor corporalia, & quinque pallas, & ſex ſabanas. Duas literatas, & quatuor ſine ſerico, & trea hacelelias, & duas ſiacatas, & una capa ſerica, & tres calices, duo de argento, & unum de petra, & unum miſſale, & nna cruce de argento, & duas de ligno, & quatuor frontales de ſerico, & duas campaoas de ferro, & lectionarium, & reſponſorinm, & duos pſalterios, & uno dialogorum, & paſſionarium, & uña Regula de Ordine Sancti Benedicti, & quinque quitabres, & quatuor tapetes, & tres vaſos Salomoniegos, & duodecim culiares argenteas, & unum argentoum trulionem. In ipſa autem domns Dei non damus nullam poteſtatem ad aliquam perſonam, niſi tantùm ad Abbatem, & monachis ibi ſub Regula beati Benedicti Abbatis Deo ſervientibus. Damus ſiquidem & concedimus hujus ſerie teſtamenti Deo & beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum Dei, in quorum honore Eccleſiam & monaſterium fundamus. Et in manu Felici Abbatis, cùm omnia ſupra taxata tradimus, ita ut ſemper permaneat in ſervitio Dei, in Abbatem, & monachis, Regula beati Benedicti perenniter coſtodientes. Et hanc chartam teſtamenti firmiſſimum robur obtineat per ſæcula cuncta. Si aliquis ex progenie noſtra, vel extranea, hoc teſtamentum noſtrum infringere voluerit; iram Dei omnipotentis incurrat, anathemate perpetuo ſubjaceat. Maledictiones, quæ in libro Moyſi ſervi Dei maledictis dantur, habeat, in præſenti vita ſemper in opprobrium vivat, membris magis neceſſariis careat, & in futura vita cum Dathan & Abiron participium teneat, & cum diabolo & angelis ejus ignibus æternis mancipatus permaneat. Et quantum in calumniam miſerit, in quadruplum reddat, & mille libras puriſſimi anri pulſanti voce monaſterii perſolvat; & ad partem Regis aliud tantum. Facta charta teſtamenti 16. Kalendas Februarii, Erâ DCCCXVIII. regnante principe noſtro Silone cum uxore ſua Odiſinda. Et ego jam dicto Adelgaſter Siliz, unà cum ſupradicta uxora mea Brunildi, hoc teſtamentum à nobis factum confirmamus, & roboramus, & in eo propria ſigna injecimus. Qui ad confirmandi fuerunt. Saderno confirmat. Aelo confirmat cum cæteris.

SCRIPTU-

SCRIPTURA DONATIONIS

Factæ à D. Munia Abbatiſſa, & D. Guttierre Abbate monaſterii S. Mariæ Superadi,

Dominis Franſuario Oſoriz, & Anunia uxori ſua, anno Domini DCCLXXXII.

Ex archivo ejuſdem monaſterii eruta, & luci data à D. Antonio Yepio in Chronico Generali Ordinis S. Benedicti Tomo IV. in Append. fol. 458.

CHARTA donationis de Toanzo. In nomine Domini, ego Munia, quamvis indigna confeſſa, unà cum conſenſu fratrum vel ſororum permanentium in cimiterio Superadi, ſive & ego Gutier Abbas cùm omne collegium clericorum, vel monachorum, normam ſanctitatis obtinentium in ipſo præfato monaſterio, tibi Franſuario Oſoriz, & uxori tuæ Anuniæ ſalutem in Domino amen. Placuit nobis ſpontanea noſtra voluntate, ut faceremus vobis textum ſcripturæ donationis, vel firmitatis, ſicut & facimus, de noſtra Eccleſia vocabulo Sancti Joannis, in villa quæ vocatur Joanzu, territorio Nenitos, ſecus fluvium Mero, cum omnibus adjunctionibus vel præſtationibus ſuis. Damus autem vobis ipſam Eccleſiam in offertionem per noſtras ſcripturas, quas de aliis partibus adduxiſtis, quibus nos minus habeamus. Facimus itaque vobis hanc chartam, ut habeatis, ac poſſideatis, ſicuti ſuperiùs diximus, in cunctis diebus vitæ veſtræ, vos & filii veſtri, & omnis poſteritas veſtra, vel cui vos illam reliqueritis, in omni robore & perpetua firmitate. Si quis tamen homo, quod fieri non credimus, ex noſtra parte, vel externa, ad irrumpendum venerit, vel venerimus; in primis ſit extraneus à corpore & ſanguine Domini, & ſit anathema maranatha, & non videat Chriſtum in gloria ſua; ſed cum ſceleratis ſit condemnatus in perpetuum, & cum Dathan & Abiron, quos hiatus terræ diglutivit, ſit abſortus, & pro damno temporali pariet tibi, vel uxori tuæ, quantum tibi auferre conaverit, in duplo, vel triplo. Facta chartula firmitatis Erâ octogies dena, & decies bina, pridie Kal. Junii. Munia, licèt indigna confeſſa, in hanc ſcripturam, quam fieri elegi, & relegendo cognovì manu mea. Gutier Abbas unà cum conſenſu clericorum vel monachorum, manu mea. Qui præſentes fuerunt, Barbaldus presbyter teſtis. Fulgentius presbyter teſtis. Jandinus presbyter teſtis. Raymundus presbyter teſtis. Acilone Deo vota confirmat. Guntrode Deo vota confirmat. Anunia Deo vota confirmat. Alia Guntrode Deo vota confirmat. Et ego Seniorinus, qui dinumeravi, & Sigeredus, qui exaravit, confirmat.

ADMONITIO AD LECTOREM.

EXhibere hìc poſſem Acta fundationum plurium Monaſteriorum Cataloniæ intra idem ſæculum octavum, item nonum, ac decimum, ex antiquiſſimis eorundem MSS. eruta ab Illuſtriſſ. Archipræſule Pariſienſi D. Petro de Marca, & publicæ luci data à viro cl. Stephano Baluzio in Appendice ad Capitularia Regum Francorum, num. XLI. LXII. LXIII. LXXXIX. XCVIII. CXXXII. CXLII. & CXLV. Quæ omnia ut minus ad inſtitutum noſtrum ſpectantia, & ne Lectorem ad graviora properantem, iis detineam, omittenda duxi.

EPISTOLA

Hadriani Papæ I. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, contra Elipandum Epiſcopum Toletanum.

Hadrianus Papa ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ, primæq; Pontifex Sedis, dilectiſſimis fratribus & conſacerdotibus noſtris, Galliciis, Spaniiſq; Eccleſiis præſidentibus, in roſeo Chriſti ſanguine ſalutem.

SI tamen licet de omnibus, fratribus & conſacerdotibus dici. Non enim charitatis vinculo fraternâ anſulâ perſtringente noſtris illigare amplexibus amoris connivemus modo, qui non ſunt Fidei noſtræ communioni ſinceris ſenſibus ſociati, ac per hoc à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ lacrymabili diviſione exſtant exſortes. Igitur dilectiſſimus filius noſter, & ſpiritalis com-

pater, Domnus Carolus Magnus, & venerabilis Princeps, Rex Francorum ac Longobardorum,
ſeu patricius Romanorum, ſæpè nos ſtyli ferculo, Catholicæ Fidei epulas offerendo, multa refectio-
nis dulcedine ſatiare conſuevit, & confluente ad vallem mentis,ex aliis quibuſcumque rebus ama-
ritudinis unda, mellitis quinimmo rivulis lætitiæ de fonte manantibus,ſumma nihilominus ſuavi-
tate temperare non ceſſat. Sed quoniam ferventi ſuccenſus Fidei zelo, ea quæ contraria orthodo-
xæ Fidei Spaniarum de confiniis allata ſibi perſenſit, noſtris curavit ſumma pernicitate obtutibus
præſentari: B. Petri amore feliciter obſtrictus, non renuit illi honorem debitum exhibere, & Sedis
ejus Præſulem dignum duxit ſacris ſyllabis conſulendum; regiam videlicet, vel canonicam pla-
cuit ei conſuetudinem renovare. Cumque perlectus, & ſagaciùs exploratus fuiſſet epiſtolæ tex-
tus; reperta ſunt in eodem pſeudo-ſyllabo perquamplurima cum auctore ſuo Elipando,Toletanæ
Sedis Archiepiſcopo,redarguenda, ac per hoc,redargutionis vindicta modis omnibus ulciſcenda.
Unde non mediocri dolore mente noſtrâ ſauciatâ, medium ſe in animum noſtrum triſtitiæ angor
immerſit. Qua de re nimio ſatis zelo compulſi, ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ, pro cauſſa ſiqui-
dem orthodoxæ Fidei æquum ratumque per ſacros apices proſpeximus reſpondendum.

Materia autem cauſalis perfidiæ inter cætera rejicienda, de adoptione Jeſu Chriſti Filii Dei
ſecundùm carnem falſis argumentationibus digeſta, perfidorum verborum ibi ſtramina incompo-
ſito calamo legebantur. Hoc Catholica Eccleſia nunquam credidit, nunquam docuit, nunquam
malè credentibus aſſenſum præbuit. Multa ſiquidem ſparſim in ſacris foliis, divinarum Scriptu-
rarum teſtimonia ſuper hoc negotio inſerta reperiri poſſunt: ſed ſi in unum plura coacervatim
colligere non vitamus, menſuram prorſus epiſtolæ ultra modum excedere nihilominus judica-
mur. Sufficiant ergo pauca de multis, ne moroſa legendi prolixitas deſidioſis faſtidium inferat,
non abſtergat. Cujus namque meliùs, quàm ipſius Domini verba primùm ponenda ſunt? Ipſius
nimirum veritatis teſtimonia inſerenda. Ipſe enim de ſe innotuit cujus Filius eſſet.cùm Patris no-
Joan.17. men ſe aſſerat hominibus nunciâſſe. Ait enim: *Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti
mihi de mundo*. Nomen paternum tunc manifeſtavit hominibus, cùm ſe Patris Filium verum, &
non putativum, proprium innotuit,& non adoptivum. Sed notandum quod dicitur: *Hominibus,
quos dediſti mihi*. Non enim ſunt iſti ex illis hominibus,quos ei Pater dederat,& immò quos ille cum
Patre ante mundi conſtitutionem elegerat, qui eum adoptivum,& non proprium Filium confiten-
tur: quaſi alienus aliquando à Patre fuerit, aut per carnis extraneus ab eo factus eſſet aſſumptio-
nem: cùm ut Verbum caro fieret, una exſtiterit Patris Filiique voluntas, ſicut ſcriptum eſt: *Ut fa-
Pſal. 39. *Joan. 20.* cerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Hinc aliàs ait: *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem ve-
ſtrum*. Diſtinctè enim dixit: *meum & veſtrum*. Ejus videlicet, non per gratiam, ſed per naturam:
noſter verò per gratiam adoptionis. Porrò nunquam non fuit Filius, quia nunquam non fuit
Joan 5. Pater: Semper enim & ubique diſtinctè Patrem ſuum appellat. *Pater*(inquit) *meus uſque modò
Joan 17. operatur, & ego operor*. Et rurſus: *Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*. Et: *Pater
Idem 10. meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt*. Quod ſi ſecundùm eorum callidam tergiverſationem
cuncta quæ protulimus ad divinitatem tantummodo Filii Dei referenda opinantur, dicant ubi
unquam communi affectu dixerit nobiſcum, pater noſter? *Scit enim*(inquit) *pater veſter quid vo-
Matth 6. bis opus ſit*.Non ait, *noſter*, quaſi nobiſcum adoptatus per gratiam. Et alibi:*Eſtote ergo & vos perfe-
cti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt*. Cur non dixit *noſter*? Quia aliter noſter, & aliter ſuus.
Matth 5. Hinc rurſum ait: *Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona dare filiis veſtris; quantò magis pater veſter, qui
Matth.7. in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? &c.* Hinc Paullus electionis vas ait: *Proprio filio ſuo non peper-
cit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*. Scimus enim quia non eſt traditus ſecundùm divini-
Rom.8. tatem, ſed ſecundùm id quod homo verus erat. Illum nimirum, qui traditus eſt, id eſt hominem,
ipſum Apoſtolus proprium Dei Filium proteſtatur.

Quid enim præſtabilius, quidve clarius, & omni religione devotius, quàm B. Petri primi Pa-
ſtoris Eccleſiæ felici confeſſione prolatæ Fidei tenere fundamentum? *Fundamentum* (inquit magi-
1.Cor 3. ſter gentium) *aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus*. Hujus nimi-
rum fundamenti immobilis ſoliditatem B. Petrus non carne & ſanguine, ſed Patre revelante de
cœlo, confitendam declaravit: cum refutatis quorundam opinionibus, quid in diſcipulorum ani-
mis fides operaretur, cunctorum cognitor exploraret ſolus pro ſe, & pro omnibus, & pro unitate
Matth.16. unus teſtimonium Fidei perhibuit dicens: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*. Qui mox confeſſionis
præmium,nulla interveniente mora, adeptus, ut cœli janitor, & ligandi ſolvendique arbiter fa-
ctus eſt animarum. Statimque dominus: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædi-
Ibidem. ficabo Eccleſiam meam*. Super hanc, inquit, petram,quam confeſſus es, & à qua vocabuli ſortitus
es dignitatem, ſuper hanc ſoliditatem Fidei Eccleſiam meam ædificabo; & icircò portæ inferi non
prævalebunt adverſus eam: per quas aditus mortis panditur, ut ad inferni clauſtra eorum errores
ſequendo deſcendant, qui ſe à B. Petri Fidei communione diſſociant. Relictâ(heu miſeri!)inviola-
bilis petræ inconcuſſa firmitate, ſuper lubrica & arenoſa ruralia perfidiæ domum ædificare feſti-
nant. Inundatione autem juxta Dei beatificam vocem factâ, illiſum eſt limen domùs, & ceci-
dit, quia non erat fundata ſuper petram. O quàm bene Fidei ejus immobiliter perſiſtente muro,
omnium hæreticorum fluxa ſunt machinamenta deſtructa! Numquid nam dixit Petrus: Tu es
Chriſtus, qui propter nos factus es filius hominis, & per adoptionem factus es Filius Dei? Abſit.
Hoc nec Petrus confeſſus eſt, nec ſancta Eccleſia ſuper firmam fundata petram, id eſt Fidei funda-
men-

Digitized by Google

mentum, quod Chriſtus eſt, confitetur; quam Chriſtus protegit & defendit, & Petrus Chriſti auxilio fultus gubernat: ſed una voce cum Petro Chriſtum Dei Filium confitetur, quia unus eſt Chriſtus, Dei hominiſque filius, non per gratiam adoptionis, ſed propria filii dignitate.

Sufficeret quinimmo in his duobus vel tribus teſtibus ſtare omne verbum: ſed propter controverſias litigantium, qui falſis objectionibus, conjectutalium quæſtionum molimine, veritatis refragari nituntur aſſertionibus; adhibeamus quinetiam alios, veritatis teſtes, ſanctos ſcilicet prædicatores noſtros, qui in gremio Catholicæ Eccleſiæ lacte Fidei ſunt nutriti, & ad tantam perfectionis maturitatem pertingere meruerunt, quatenus & ſolidi cibi capaciores fierent, & minutiis turbia frangendi peritiam retinerent. Beatus igitur Athanaſius, Alexandrinæ Sedia Antiſtes, ſancto aſflatus Spiritu, hoc modo fidei ſuæ exorſus principium dedit: Confitemur Filium Dei ante ſæcula ſempiternum, ex Patre genitum, noviſſimis verò temporibus propter noſtram ſalutem de Maria Virgine natum, ſicut ſcriptum eſt: *Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum* [Galat. 4.] *ex muliere.* ac deinceps: Si quis verò adverſus divinas Scripturas, alium dicens Filium Dei, & alium qui ex Maria Virgine, hominem ſecundùm gratiam adoptatum, ſicut nos, quaſi eſſent duo filii, unus ſecundùm naturam, qui ex Deo, & unus ſecundùm gratiam, qui ex Maria: & ſi quis Domini noſtri carnem deſurſum dicit, & non ex Virgine Maria, aut mutatam deitatem in carnem, & confuſam, aut alienatam, aut paſſibilem deitatem, aut inadorandam Domini noſtri carnem, ſicut hominis, & non adorandam Domini & Dei carnem; hunc anathematizat ſancta & Apoſtolica Eccleſia, juxta Paulli vocem dicentis: *Si quis aliter evangelizaverit vobis, præter quod accepiſtis, anathema ſit.* [Galat. 1.] Eloquentiſſimus vir S. Gregorius Nazianzenus ad Clidonium ita ſcribit: Si quis introducit duos filios, unum quidem qui ex Deo & Patre, ſecundum verò qui ex matre, & non eundem, ut adoptionis excedat gratiam, quæ promiſſa eſt his qui rectè credunt, alienum eum à noſtro conſortio judicamus. Naturæ verò duæ, Deus & homo: nam & anima & corpus. Filii verò non duo, neque dii, neque duo homines, quamvis Paullus interiorem & exteriorem hominem appellaverit. Sed hujus expoſitio capituli tempori reſervatur opportuno.

Venerabilis verò Pater Auguſtinus, & admirabilis Doctor, in quodam ſermone ſuper Evangelio Joannis, inter cætera ſic ait: Non enim nos nati ſumus de Deo, quomodo ille Unigenitus; ſed adoptati per gratiam ipſius. Ille enim venit Unigenitus ſolvere peccata. Advertat tandem aliquando obſtinata dementia veſtra, & abjicientes opera tenebrarum, induti arma lucis, relictâque nocte perfidiæ, in die ſinceræ Fidei honeſtè ambulate. Penſate quid Doctor iſte dixerit, adoptatos nos eſſe per gratiam ipſius, qui peccata ſolvere venit. Quomodo per illius gratiam nos ſumus adoptati, ſi ipſe conſors nobis in adoptionis gratia fuit? Credatur ergo, quod dici nefas eſt, particeps etiam nobis in cauſſa peccati. Nam ſicut peccata noſtra non tolleret, ſi ipſe peccatum haberet; ita adoptionis gratiam nobis non tribueret, ſi ipſe propter hominem, quem aſſumpſit ſine ſorde peccati, neceſſarium eguerit, ut gratiam adoptionis acciperet. Animadvertite quid dilectus Joannes Baptiſta & Præcurſor dixerit: *Joannes* (inquit) *teſtimonium perhibuit, quia ipſe eſt Filius Dei.* Ipſe eſt, inquit, [Joann. 1.] unus idemque. Oportebat (ait B. Auguſtinus) cùm capituli hujus myſterium exponendo revelaret, ut ille baptizaret, qui eſt Filius Dei unicus, non adoptivus. Adoptati Filii miniſtri ſunt unici. Unicus autem habet poteſtatem adoptare miniſtrum. Scriptum eſt enim: *Pater diligit filium, &* [Joann. 3.] *omnia dedit in manu ejus.* Adoptivis verò filiis non dedit omnia, ſed quædam dona chariſmatum. Pater diligit filium; ſed quomodo pater filium, non quomodo dominus ſervum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum.

Jam nunc videamus quid de hac re ſentiat prædeceſſor noſter B. Gregorius, egregius Doctor, ſagaciſſimus verbi Dei indagator, & venerabilis pater. Denique in libris Moralibus, ſancto repletus Spiritu, inter cætera de eo quod ſcriptum eſt: *Eratque vir ille magnus inter omnes orientales:* Omnes, inquit, qui in hunc Orientẽ Fide conſiſtunt, rectè Orientales vocantur. Sed quia omnes homines tantũ- [Job. 1.] modo homines, ipſe autem oriens Deus & homo: rectè dicitur; *Erat magnus inter omnes Orientales:* ac ſi apertè diceretur, omnes, qui in Fide Deo naſcuntur, ſuperat: quia non ut cæteros adoptio, ſed natura illum divinitatis exaltat. Et rurſus alibi idem ipſe. Quia omnis homo tantummodo homo eſt, ipſe autem Deus & homo, in terra ei ſimilis non eſt: quia etſi adoptivus quiſque filius ad percipiendam divinitatem proficit; nequaquam tamen ut Deus naturaliter eſſe accepit. Item ipſe in eodem libro beatus Job, de eo quod ſcriptum eſt: *Ecce Deus excelſus in fortitudine, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.* [Job. 19.] Ac ſi diceret: Qui humilis videbatur in infirmitate, excelſus manet in fortitudine. Et poſt paullulum: Legiſlator Moyſes; legiſlatores etiam Prophetas, vel cunctos legiſlatores dicere poſſumus, quos ex lege admonuiſſe recta populum ſcimus: ſed huic mediatori in legiſlatoribus ſimilis nullus eſt: quia iſti gratuitò vocati, ex peccatis ad innocentiam redeunt; Redemptor autem noſter homo ſine peccato eſt, filius ſine adoptione. Nam etſi homo quidem, ſed extra menſuram hominum credendus eſt. Unde bene dicitur: *Nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.* Ecce de quo Scriptura dicit: *Deus excelſus in fortitudine, & nemo ei ſimilis in legiſlatoribus.* Et de quo alia [Job. 19.] Scriptura dicit: *Quis in nubibus æquabitur Domino? aut quis erit ſimilis Deo inter filios Dei?* [Pſal. 82.]

Tanta nimirum vos temeritatis dementia deludit, ut æquare eum nubibus & legiſlatoribus non erubeſcatis: adoptivum eum filium, quaſi purum hominem, calamitati humanæ ſubjectum, &, quod pudet dicere, ſervum eum, impii & ingrati tantis beneficiis, liberatorem noſtrum non pertimeſcitis venenoſa fauce ſuſurrare. Cur non veremini, queruli obtrectatores, Deo odibiles,

illum

illum ſervum nnncupare, qui vos de ſervitute diaboli liberavit? Cui ſervituci vos iterum nitimini perfidiæ ſpoute colla ſubmittere? Porrò cùm eſſetis ſervi peccati, ipſe vos liberavit gratuito munere per adoptionis gratiam in ſortem filiorum Dei. Numquid non ſonat de vobis vox illa Domini dicentis: (Joan. 8.) *Ego honorifico patrem meum, & vos inhonorâſtis me?* Tales gratiarum actiones infelices ei refertis, ut qui vos honorificè liberos pretio ſanguinis fecit, eum vos injurioſè adoptivum & ſervnm caninis non confundamini linguis latrare? Nam etſi in umbra prophetiæ dictus eſt ſervus, propter ſervilis formæ conditionem, quam ſumpſit ex Virgine, ſicut ſcriptum eſt: (Job. 1.) *Conſiderâſtis ſervum meum Job, quod non ſit ei ſimilis in terra?* hoc nos unà cum beato Gregorio intelligimus, & ſecundùm hiſtoriam de ſancto Job, & allegoricè de Chriſto dictum. Numquid propterea ſervi ei nomen imponere debemus, quia ſub perſona Job Scriptura eum typicè deſignabat? Hinc etiam alius Propheta, membrum ſcilicet ſacri corporis, ex perſona ſummi capitis tropica clamat involvente vaticina nube: (Pſal. 115. Pſal. 85. Iſaia 44.) *O Domine ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ.* Et rurſus: *Da imperium puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.* Et illud: *Noli timere ſerve meus Jacob, & rectiſſimè quem elegi.*

Quæ cuncta & juxta literam propheticè, & myſticè revelata, noſtri mediatoris deſignant perſonam: quod quilibet Catholicorum virorum hujus prophetiæ myſterio uſus, quemadmodum in quodam libro De Incarnatione Domini beatus Ambroſius ſimile quid dixerit, propter eos videlicet hæreticos, qui phantaſticum, aut etiam ſemiplanum Dominicum corpus ſacrilego ore ſuſurrant. Numquid docuerunt eum ſervum vel adoptivum filium prædicare, cùm univerſalis Eccleſia, Euangelicis atque Apoſtolicis imbuta lucidiſſimis documentis, Deum ac Dominum ſuum, totis medullis cordis, tota animi devotione, in dextera eum Patris profitetur ſedentem? Poſtquam autem ceſſavit umbra veritatis, & ipſa in promptu manifeſtata eſt veritas, quæ ſub allegorica ſylva latebat, nuſquam eum à Patre ſervum vocatum legimus, ſed filium, & dilectum, & ſuum; nec filium dominum eum ſuum appellâſſe, ſed patrem. Nam Deus & homo erat, qui ſecundùm (Joan. 10. Joan. 14.) Deum dicebat: *Ego & pater unum ſumus.* & ſecundum hominem: *Pater major me eſt.* & tamen non ait: Pater dominus meus eſt, ſed *major*. Enim verò etiam in ipſo articulo Paſſionis, in quo ſervilis forma pati parata erat, ubi omnis humanæ conditionis infirmitas monſtrabatur, non eum dominum appellavit, ſed patrem: (Math. 26. 1. Timoth. 3.) *Pater* (inquit) *ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.* Quoniam *magnum pietatis ſacramentum, quod apparuit in mundo,* juxta Paulli vocem, *aſſumptum eſt in gloria.* Nullus unquam Euangeliſtarum, nemo Apoſtolorum ſervum eum commemorat, ſed dominum & ſalvatorem. Nam Thomas cùm exploraret veſtigia vulnerum, quæ clavi & lancea intulerunt, exclamavit dicens: (Joan. 20. Joan. 13. Luc. 17.) *Dominus meus, & Deus meus.* Petrus ait: *Domine tu mihi lavas pedes?* Diſcipuli omnes: *Domine adauge nobis fidem.* Paullus, clariſſima mundi tuba, ſemper eum dominum & ipſe confitetur, & omnem linguam confiteri perdocet.

Jam revelata & impleta erat omnis figuratæ locutionis obumbratio: ipſe enim de cruce teſtimonium perhibuit. (Joan 19.) Nam cùm accepiſſet acetum, dixit: *Conſummatum eſt.* Cùm autem in altari Crucis, hoſtiam ſe pro nobis exhibuiſſet Deo & Patri in odorem ſuavitatis, & aceti poculum miſtâ guſtâſſet fellis amaritudine; tunc conſummata ſunt omnia, quæ longè antè propheticis fuerant oraculis prænunciata. Jeruſalem autem per figuram ſignificat Eccleſiam, ſed in re corporea civitas eſt. Et his ſimilia quamplurima & innumerabilia myſteriorum ſacramenta, figuratæ locutionis modo edita, & ænigmatibus ſenſim foliis involuta, per ſacras paginas inveniuntur inſerta, quæ longè aliter ſunt habenda in ſpecie rerum, aliter in myſticis veneranda figuris. Dictus quippe eſt in myſterio redemptor noſter lapis angularis, propter duos parietes utriuſque populi, ut faceret utraque unum. Dictus eſt etiam petra, propter firmitatem. Dictus eſt namque & agnus, propter innocentiam & manſuetudinem & ſacrificium, quod in altari Crucis pro nobis obtulit Deo & Patri. Numquid nam lapis, & petra eſt, inſenſibilis creatura? aut agnus eſt, irrationale animal? aut vitulus laſcivum pecus? Nam etſi propter ſervi formam, & injuriam Paſſionis, paullominus ab angelis eſt minoratus; propter triumphum tamen victoriæ, & gaudium reſurrectionis gloriâ & honore coronatus eſt. (Pſal. 8.) *Conſtituiſti eum* (ait Pſalmiſta) *ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Omnia namque poſt gloriam reſurrectionis ſubjecta ſunt ei; haud dubio angeli & omnis creatura. Dominum igitur angelorum, omniſque creaturæ, cujus ſub pedibus cuncta ſubjecta ſunt, vos dicitis ſervum & adoptivum?

(Phil. 2.) Paullus namque, mundi lilium, & Eccleſiæ pulcherrima roſa, templum ſcilicet Spiritus ſancti, & prædicabilis doctor, in univerſo ore ſuo Dominum eum, & non ſervum appellat. Ait namque: *In nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Unde & aliàs dicit: *Etſi novimus Chriſtum ſecundùm carnem, ſed jam nunc non novimus illum.* Ac ſi patenter diceret: Etſi novimus eum mortalem, paſſibilem, vulneri deditum; ſed jam in gloria Patris ſcimus eum ab omni humanæ conditionis debito alienum. Paullus, electionis vas, docet, ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris: Cur ſurda aure, & erroris obvoluto tenebris corde, hunc locum Scripturæ legendo tranſilitis? Paullus omnem linguam Dominum Jeſum confiteri hortatur, & docet: & veſtra lingua non confunditur ſervum eum & adoptivum latrare? Hæc namque ſtultiloqua lingua in fruſta eſt præcidenda, & per mille, ut ita dixerim, partes minutiùs detruncanda.

(Num. 22.) Cur vos non revocant ad viã veritatis & lucis, cæci, ſceleſti, immites, & incompoſiti, tam ſalubria Scripturarũ documenta? qui cadentes ſicut Balaã, apertos habetis oculos, nihil videntes: & quia in

fo-

Digitized by Google

foveâ erroris corruiſtis,ideo lumine veritatis privati,ignorantie veſtre tenebras non videtis.Apertos
vos dicitis habere oculos. Sed quia à ſtatu rectitudinis cecidiſtis, ideircò patrem mendacii,qui Adæ
in peccati nocte aperuit oculos ad malum, & clauſit in bonum, intuemini, & patrem luminis non
aſpicitis, qui diſcuſſa nocte peccati,juſtitiæ nobis diem veritatis radio illuminavit. Numquid non
legiſtis, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre lumi-*
num? Cur vos de deorſum à patre mendacii, & rectore tenebrarum harum nummum expoſcitis Iob.1.
peccatorum? Cur cum antiquo ſerpente renovare vultis delicti chirographum, quod dulcis cle-
mentiæ bonitas, unica ac ſingularis pietas, cruci affixit in arce, & roſeo pretioſi ſanguinis abluit
oſtro? An neſcitis quia ab origine mundi uſque ad mediatoris adventum, hujus emptionis debi-
tum, veneni gutta, calamo ſcribentis infuſa, mendaciique fraude deceptionis falſitas exarata,omne
humanum genus in ventrem malitiæ ſuæ trahens, quaſi fluvium ingurgitantem abſorbuit? ſicut
de eo ſcriptum eſt: *Abſorbebit fluvium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quod influat Jordanis in* Iob 40.
os ejus. Cur non præcavetis, miſeri, ne fortè propter perfidiam veſtram elevet ſe Jordanis in un-
dam tumeſcentem, glomeratiſque fluctibus extra ripas, vos in locis paluſtribus evomat, ſtatimque
ſerpens ille vos inveniat in cœno erroris defixos, apertoque crudelitatis ore, ſumma vos rapaci-
tate deglutiat? Intelligite quæ dico. Per Jordanem, Eccleſiam, vel baptizatorum advertite mul-
titudinem: per tumeſcentem undam, cenſuram diſciplinæ, & anathematis jacturam. Extra ri-
pas enim Jordanis, extra gremium Eccleſiæ: per cœnum, hæreſeon pollutionem. In ſerpente
diabolus debet intelligi, qui ideo hæreticorum corda perfidiæ veneno ſauciare inhianter deſiderat,
ut eos quaſi ebrios ſauce devoret impietatis.

Cur B. Petri parvipenditis glorioſæ confeſſionis inviolabilem fidem? Cur ſacratiſſimi Paulli
Apoſtoli plena ſacramentorum myſteriis deſpicitis perſpicua documenta? Cur non per euangeli-
cas paginas planam & directam Catholica luce perfuſam viam repetitis veritatis? Cur non tot te-
ſtium Chriſti veridicas ſimpliciter, ſacratiùſque prolatas ſuſcipitis ſanctiones; ſed magis his cre-
dulitatis præbetis aſſenſum, quæ veſtris auribus diabolica ſibilat lingua? Patris teſtimonium de
filio perhibentis non creditis, qui dixit: *Hic eſt filius meus dilectus*? Spiritus ſancti oſtenſionem in Matth. 3.
ſpecie columbæ, quia ipſe eſſet dilectus Filius, nihil penditis? Super quem putatis Spiritum ſan-
ctum in ſpecie columbæ deſcendiſſe? ſuper Deum, an ſuper hominem? an propter unam perſonam
Chriſti, ſuper Dei hominiſque Filium? Spiritus namque ſanctus, cùm ſit inſeparabiliter ambo-
rum, Patris videlicet & Filii, & ex Patre Filioque eſſentialiter procedat; quo pacto credi poteſt ſu-
per Deum deſcendiſſe; à quo nunquam receſſerat, & à quo ineffabiliter ſemper procedit? Dei
enim Filius, ſecundùm id quod Deus eſt, ſanctum Spiritum, cum Patre nunquam à ſe recedente,
inenarrabili modo mittit: & ſecundùm id quod homo eſt, ſuper ſe venientem ſuſcepit. De eo er-
go, ideſt de hominis filio, ſuper quem Spiritus ſanctus deſcendit, licèt unus ſit Dei hominiſque
filius, vox Patris intonuit dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Si ſecun- Matth.17.
dùm divinitatem dixiſſet, nequaquam diceret: *In quo mihi bene complacui*: ſed tantum modo, *in quo*
mihi bene complacuit. Sed cùm dicit, *complacuit*, totam ſimul Trinitatem comprehendit: quia
in homine Chriſto tota complacuit Trinitas. Animadvertite quia nihil vobis reſtat, ut ſecùn-
dùm divinitatem tantummodo credatis dixiſſe Patrem: *Hic eſt filius meus*; ſed potiùs ſecun-
dùm humanitatem, ſuper quam Spiritus ſanctus dicitur deſcendiſſe. Joannes clamat dicens: Ioan.1.
Ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiri-
tum deſcendentem, & manentem ſuper eum, ipſe eſt. Ipſe utique unicus, proprius, & dilectus, &
non ſervus & adoptivus. Ipſius igitur Filii teſtimonium abnuetis, qui diſtinctè ſemper eum ſuum
patrem & noſtrum appellat? Cui ergo vultis credere, aut cui vultis adæquare eum? Dicit enim Iſai 40.
ipſe per Prophetam: *Cui aſſimilâſtis, & adaquâſtis me*? Cui alius Propheta dicit: *Non eſt ſimilis* Pſal.85.
tibi in dies Domine, & non eſt ſecundùm opera tua. Non eſt ſecundùm opera ejus: quia ſicut ſingula-
riter eſt homo ultra homines, ita ſingulare eſt opus ei, & excellens omnia opera Sanctorum, qui dii
non eſſenti aliter propter gloriam divinitatis, ſed nuncupativè pro meriti appellantur dignitate.
Opus namque ejus eſt, vt ſit unicus, proprius, & dilectus Filius Dei. Noſtrum opus eſt, ut ſimus
ſervi per conditionem, & filii per gratiam adoptionis.

Jam nunc tempus eſt, ut à labore operis ſtyli requieſcat mucro, non torpeſcat, ſed requieſcat,
& otio reparatus ſemper ſit ad omne opus bonum paratus. Series enim prolixæ orationis, jam
jamque ſuſpenſum expoſcit verſiculi punctum. Attamen priuſquam libello imponatur termi-
nus finalis, adhibenda eſt litigatorum optio ſententialis. Eligant namque quæ volunt, vitam aut
mortem, benedictionem aut maledictionem. Optamus namque, & infinitam boni paſtoris Do-
mini precamur benignitatis clementiam, ut qui ovem perditam ad ovile propriis humeris repor-
tavit, ut relictis erroris anfractibus, in quibus malæ beſtiæ, ideſt maligni ſpiritus, commorantur, &
ad viam, quæ ducit ad vitam æternam Fidei paſſibus Chriſto redeant pertrahente: quatenus in ſi-
nu matris Eccleſiæ ſuſcepti, per lamentum pœnitentiæ ſordes abluant peccatorum, & infamatâ
eorum modeſtiâ, bonæ famæ recipiant priſtinam dignitatem. Nec honoris periclitentur naufra-
gio, & à noſtro non disjungantur conſortio: ac per hoc reconciliati communioni Catholicæ Fidei,
divina illos pietas cœleſtium faciat eſſe participes gaudiorum. Quod ſi exigentibus indignis me-
ritis, tam inſolubili eos malignus ſpiritus perfidiæ laqueo juſto Dei judicio ſtrangulavit, ut reſol-
vi nequeant; ex auctoritate prorſus Sedis Apoſtolicæ, ac B. Petri Apoſtolorum Principis, & per
eam,

Digitized by Google

eam, quam illi magiſter & Dominus tradidit poteſtatem, & ſolvendi ligandiſque licentiam tribuit, quod ſine gravi mœrore non poſſumus dicere, perpetuo eos anathematis vinculo religatos, ultrici cum ſequacibus ſuis vindicta plectendos, ac per hoc & à gremio Eccleſiæ, & à uoſtro conſortio deſinio alienos. Si quis autem fidelium, Deumque timentium, charitatem eis benignitatis impartieudo, & Chriſti amore, pro eis precis oblationem Domino offerre voluit; non ſolùm non inhibemus, ſed ut faciat, Apoſtolicâ admonitione & optamus, & ſalubri incitamus exhortatioue: ut Deus omnipotens, qui neminem vult perire, & omnes homines propter nimiam bonitatem ſuam vult ſalvos fieri, revocet eos ad viam veritatis, & ad agnitionem pertingere, ſicut dignum eſt, rectæ Fidei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in Trinitate perfecta, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

LIBELLUS

EPISCOPORUM ITALIÆ

CONTRA ELIPANDUM

Concilii decreto miſſus ad provincias Hiſpaniæ.

Incipit libellus ſacroſyllabus, Catholico ſalubriter editus ſtylo, in Concilio divino nutu habito in ſuburbanis Moguntiæ Metropolitanæ civitatis, Regione Germaniæ, in loco celebri qui dicitur Franconofurdi, ſub præſentia clementiſſimi Principis Domini Caroli, glorioſiq; Regis, anno feliciſſimo regni ejus XXVI. Placuit igitur ſancto venerandoq; Concilio, quatenus hic libellus pro cauſſa Fidei, ad provincias Galliciæ, ac Spaniarum, mitti deberet ob noxios reſecandos errores: ſpecialiter autem ad Elipandum Toletanæ Sedis Epiſcopum, in quo omnis hujus negotii conſtat materia quæſtionum.

SANCTO incitaute Splritu, ac zelo Fidei Catholicæ ſcintillatim ſub pectore ferveſcente, clementiſſimi, & tranquilliſſimi, glorioſiſque Caroli Regis, domini terræ, imperii ejus decreto per diverſas provincias regui ejus ditioni ſubjectas, ſumma celeritate præcurrente, multitudo Antiſtitum, ſacris obtemperando præceptis, in uno Collegio aggregata convenit. Quadam die reſidentibus cunctis in aula ſacri Palatii, adſiſtentibus in modum coronæ presbyteris, diaconibus, cunctoque clero, ſub præſentia prædicti Principis allata eſt epiſtola miſſa ab Elipando auctore noxii ſceleris, Toletanæ Sedis Pſeudo-epiſcopo, Hiſpalenſi termino circumſeptæ. Cumque jubente Rege publica voce recitata fuiſſet; ſtatim ſurgens venerabilis Princeps de ſella regia, ſtetit ſupra gradum ſuum, ac loquutus eſt de cauſſa Fidei prolixo ſermone, & adjecit: Quid vobis videtur? Ab anno prorſus præterito, & ex quo cœpit hujus peſtis inſania tumeſcente perfidiæ ulcus diffuſiùs ebullire, nou parvus in his regionibus, licèt in extremis finibus regni uoſtri, error inolevit, quem cenſurâ Fidei neceſſe eſt modls omnibus reſecare. Cumque imprecata & conceſſa eſſet moroſa dilatio per dies aliquot; placuit ejus manſuetudini, ut unuſquiſque, quicquid ingenii captu rectiùs ſentire potuiſſet, per ſacras ſyllabas die ſtatuto ejus clementiæ oblatum ſui cor pectoris, Fidei munus ſtyli ferculo, mentis vivacitate deferret. Sed ſicut mos eſt hæreticis triſtitiâ lætis, dulcia permiſcere amaris, veneni poculum mellis ſapore temperare; quædam in eadem epiſtola plena blaſphemiis, & Catholicæ Fidei reperta ſunt modis omnibus inimica: quædam verò, ſi dici liceat, invenlri poterant non rejicienda. Sed in eodem poculo, in quo gutta veneni inſuſa turgeſcit, mellis nihilominus amareſcit dulcedo.

Quapropter ego Paullinus, licèt indignus peccator, omniumque ſervorum Domini ultimus ſervus, Aquilegienſis Sedis Heſperiis oris accinctæ, cui Deo auctore deſervio, nomine non meritò Præſul, unà cum reverendiſſimo, & omni honore digno Petro Mediolanenſis Sedis Archiepiſcopo, cunctiſque collegis, fratribus & conſacerdotibus noſtris, Liguriæ, Auſtriæ, * Heſperiæ, Æmiliæ Catholicarum Eccleſiarum venerandis Præſulibus, juxta exilem intelligentiæ noſtræ tenuitatem, ſancto perdocente Spiritu, corde, linguâ, ſtylo, contra eorum veſanias, qui rectæ Fidei ſunt adverſarii, reſpondere non formido: cùm ſit ſancta & univerſalis Eccleſia ſuper firmam nihilominus immobiliter fundata petram, & portæ inferi nequeant prævalere adverſus eam. Veruntamen quia in mari hujus ſæculi conſtituta perſiſtit, adverſis hæreticorum flatibus, violentis perfidorum procellis, ſpumantibuſque maledicorum undis illiſa concutitur: licèt quaſſari poſſit, & mergi nequeat, Chriſti firmata dexterâ, & Apoſtolico gubernaculo moderata; neceſſarium tamen exiſtimo omnibus Chriſtianis, cunctiſque fidelibus, maximè Apoſtolicis viris, contra hoſtes ejus Fidei armis dimicare. Nun enim Chriſti miles impetum irruentis belli debet enerviter expaveſcere, nec effugii latibula inermis palando appetere: ſed armis militiæ ſuæ præcinctus, irrumpentium

* Legendum eſt Hiſtriæ. Venetiæ. vel Iſtriæ Heſperiæque diſt.

Digitized by Google

tium hoſtium pectora ſpirltalibus jaculis ex arcu iotorquens Scripturatum intrepidè perforare: quatenus & ſemetipſum Fidei clypeo munitus illæſum cuſtodiat, & inimicorum latera ſpiculis cruentet acutis. Nam ante certaminis trophæum, tironis nou plectitur circa verticem triumphalis corona. Cujus rei ratio Apoſtolicis evidentiùs approbatur documentis. *Oportet* (inquit egregius prædicator, & de caſtris Dominicis probatiſſimus miles) *hæreſes eſſe, ut hi qui probati ſunt, manifeſti ſiant.* 1.Cor.11. Alta etenim nonnunquam diſpenſatione agitur, ut uude cadere ad ruinam timetur vacillantibus plantis, inde valentiùs roborata, firmiter inconcuſſa perſiſtat, & antiquus hoſtis, unde ſe viciſſe ſuperbè gloriatur, inde divinâ ſuperatus potentiâ, ſe ſuccubuiſſe doleat proſtratus. Nam quia ſuper Fidei fundamentum omnium virtutum fabricam perſiſtere non ignorat, ipſam Fidei malitiæ ſuæ manu eradicare ſoliditatem feſtinat, quemadmodum de ejus ſatellitibus, ideſt malignis ſpiritibus, per Pſalmiſtam dicitur: *Qui dicunt, exinanite, exinanite uſque ad fundamentum.* Pſalm 136. Uſque ad fundamentum quippe maligni ſpiritus, animam inaniter ſe exinaniſſe gloriantur, ſi ab ipſo fundo mentis Fidei firmitatem, tentationum jacula exaggerando, eradicare valebunt. Sciunt utique nihil eſſe boni omne quod videtur bonum, niſi fuerit ſuper Fidei fundamentum firmiter radicatum. *Sine Fide enim impoſſibile eſt Deo placere.* Hebr.11. Firmum autem fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: *Novit Dominus qui ſunt ejus.* 2.Tim.2. Licèt ille ſæviat, ac mille modis fraude calliditatis ſerpendo extra ſepta ſanctæ Eccleſiæ, hinc inde ſquamas nequitiæ ſuæ ſyrtis ſcopulis illiſus exſpoliet, ac per hoc circumquaque diſcurrens, modò iu orbe circulato latenter ſe juxta viam objiciens, ut pedem ſimpliciter calcantis mordeat, modò in ſumma ſeſe ſuſpendens falſitatis cauda, hæreticorum pectora veneno perfidiæ inficiendo tumida reddat, ut ſauciata ea vitalia faſtidiendo ſpiritalia alimenta evomant. Sed quia ſuper firmam petram fundata eſt, portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

Hujus nimirum peſtiferi ſerpentis inſtinctu, felliſque poculo debriati quidam, quorum non ſunt nomina in calculo candido agni inſcripta, hæreſim veternoſam illuſtrium, fortium ſcilicet virorum, calcibus mirabiliter inculcatam, Catholicaque falce olim funditus detruncatam, ſpinoſo moliuntur rediviva radice ſuſcitare de ſtirpe. Adſtruunt igitur, ſed falſis aſſertionibus, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, adoptivum Dei Filium de virgine natum: quod divinis nequeunt approbare documentis. Hæc igitur dicentes, aut in utero virginis eum ſuſpicantur adoptatum, quod dici nefas eſt, quia de beata Virgine inenarrabiliter ſumpſit, non adoptavit carnem; aut certè purum eum hominem ſine Deo natum, quod cogitare impium eſt, neceſſe eſt fateantur, ac per hoc poſtea, quaſi eguerit adoptione, à Patre in Filium ſit adoptatus: cùm nihil Deus eguerit, qui erat in eo non per gratiam, quemadmodum in cæteris ſanctis puriſque hominibus, ſed eſſentialiter per naturam. *Deus* (inquit Apoſtolus) *erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.* 2.Corinth.5. Quo igitur pacto nobis adoptionem tribuit filiorum, ſi ipſe neceſſarium eguit, ut ſibi haberet? Nam quia peccatum non habuit, ideo nobis peccata donavit; quia non accepit ut vita eſſet, ſed ipſe eſſentialiter vita eſt, iccircò nobis vitam æternam indulſit.

Videamus nunc quid de ejus incarnatione Gabriel, cui creditum fuerat ſecretæ diſpenſationis ſacramentum, ad Mariam Virginem dicat. *Ave* (inquit) *gratiâ plena, Dominus tecum.* Luc.1. Cumque turbata eſſet in ſermone, ſubjunxit angelus: *Ne timeas Maria: inveniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit magnus, & vocabitur Altiſſimi filius.* Jamque credula angelicis dictis, cùm ordinem tantæ novitatis inquireret, quomodo ſine viro fieri poſſit; mox angelus addidit: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Non enim ait, adoptivus vocabitur filius Dei, ſed abſolutè, *Filius Dei, & filius Altiſſimi.* Denique non de ſola excellentia Majeſtatis ejus tunc loquebatur angelus, ſed potiùs de incarnata Divinitate. Porrò *quod* pronomen neutri generis eſt, & *ſanctum* ſimiliter neutri generis eſt. Ait enim: *Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei.* Matth.1. Et rurſus Matthæus narrat angelum dixiſſe: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Ut non dubites de corpore dixiſſe, quod de inviolata Virgine ſumpſit, more ſacri eloquii, partem pro toto; ut per ſolum corpus totum intelligas hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quilibet ſcrupulus ambiguitatis remaneret; quia de incarnationis ejus myſterio dixerit, ſtatim poſt pauca ſubinfert. *Dabit ei Dominus Deus ſedem David patris ejus.* Luc.1. Secundùm carnem videlicet David filius dictus eſt, non ſecundùm divinitatem. Habes igitur, quoniam de quo ſuprà dixerat: *Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei.* non adoptivus, ſed verus; non alienus, ſed proprius. De eo ſubjecit: *Dabit ei Dominus Deus ſedem David patris ejus.* Nam quis eum adoptâſſe in filium credatur, cùm tota ſancta Trinitas hominem Chriſtum in utero virginis operata ſit? ſicut ſcriptum eſt, & juxta hiſtoriam de primo Adam, & de ſecundo, ideſt Chriſto, in prophetiæ ſacramento: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. Vel certè quemadmodum in hac eadem Euangelica lectione angelica voce declaratur. Ait enim: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Luc.1. Habes Spiritus ſancti tertiam de Trinitate perſonam. *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* In virtute namque Altiſſimi filii perſona demonſtratur: quia ipſe eſt Dei virtus, Deique ſapientia. In Altiſſimi nomine Patris nihilominus perſona accipienda eſt. Dicant ergo, ſi valent hæretici (quod ſi nequeunt, Catholicis ſe humiliter ſalubribus ſubdant documentis) quis de his tribus perſonis eum adoptaverit, cùm tota eum Trinitas in utero immaculatæ operata ſit Virginis?

Porrò adoptivus dici non poteſt, niſi is qui alienus eſt ab eo à quo dicitur adoptatus, & gratis
ei adoptio tribuitur; quoniam non ex debito, ſed ex iudulgentia tantummodo adoptio præſtatur:
ſicut nos aliquando cùm eſſemus peccando filii iræ, alieni eramus à Deo, per proprium & verum
filium ejus, qui non eguit adoptione, adoptio nobis filiorum donata eſt, Paullo atteſtante, qui ait:
Galat. 4. *Cùm ergo venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos
qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus per ipſum*. Proprius filius factus
Rom. 8. eſt ex muliere, non adoptivus. Hinc aliàs idem ipſe egregius prædicator dicit: *Proprio filio ſuo non
pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum*. Igitur cùm ad Jordanis alveum, Joanne comite, qui
Chriſtus à populis exiſtimabatur, appropinquaret, & ut ſanctificaretur aquarum natura mediis
ſeſe Jordanicis intinxiſſet in undis; ut manifeſtiùs inter adoptivum & proprium filium diſcerne-
Matth. 3. ret, ſtatim vox Patris intonuit, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Et
rurſus cùm eſſet in monte ſancto cum diſcipulis quos voluit, & viſi eſſent cum eo Moyſes & Elias
loquentes; mox paterna vox fulgida per nubem diſcurrens intonuit, diſcrevitque qui eſſent ſervi
Matth. 17. per gratiam & per adoptionem filii, & qui verus ac proprius filius. *Hic eſt* (inquit) *filius meus
dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite*. In Adam quippe ſibi Deus Pater diſplicuiſſe in-
notuit, qui peccando filii dignitatem amiſit. *Pœnitet* (inquit) *me feciſſe hominem ſuper terram*.
Gen 6. In unigenito ſibi filio complacuit: quia propria non habuit; ſed aliena peccata tulit: qui nun-
Philip 2. quam à paterna voluntate diſcordans, *factus pro nobis eſt Patri obediens uſque ad mortem, mortem
autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne
nomen*. Si igitur juxta hæreticos adoptivo nomine cenſetur, ut nos puri & ingrati homines; quo
ergo pacto Apoſtolus eum nomen perhibet ſuper omne nomen habere? Adoptivi etenim nomen
non eſt ſuper omne nomen, ſed commune, & infra nominum tenetur menſuram.

Videamus jam nunc qualiter primus paſtor Eccleſiæ Fidei poſuerit fundamentum. Nam
cùm magiſter & dominus diſcipulos ſagaciùs exploraret, quid de ſe homines dicerent, & illi ſin-
gulorum opiniones diverſo ſermone retexuiſſent, qui eum unumquemlibet de adoptivis filiis
exiſtimabant, quorum adoptio nondum in re, quam per mediatoris perceperunt adventum, ſed
adhuc in ſpei ſervabatur occulto; illicò Dominus, quid illi de ſe fixiùs corde retinerent, adjunxit:
Vos (inquit) *quem me eſſe dicitis?* Moxque B. Petrus, cui non caro & ſanguis, ſed pater cœleſtis re-
Matth. 16. velavit: *Tu es* (inquit) *Chriſtus filius Dei vivi*. Ecce fidem beati Petri Apoſtoli, quam hæretici
ſurda aure tranſiliunt, perfunctoriè legere non pertimeſcunt. Petrus confeſſus eſt Chriſtum ve-
rum filium Dei vivi, & tu hæreticè dicis: Chriſtus adoptivus filius eſt? Enim verò fortaſſis erige-
res perfidiæ aurem, ſi abſolutè dixiſſet: Tu es filius Dei vivi. Fingeres forſitan more tuo, falſa
argumentatione ut diceres: Secundùm divinitatem eum filium Dei confeſſus eſt. Sed quoniam
cum additamento dixerat: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*; omnium hæreticorum ora Fidei ſuæ pu-
gno attrivit. Chriſti namque nomen ab homine quem aſſumpſit, accepit: quia unctus in homi-
ne fuit. Nihil tibi reſtat quid dicas, niſi ſolito more faciens, ſumas de officina mendacii veneno
illita ſpicula, quibus ſimplicium corda jaculando, falſis aſſertionibus perforare non erubeſcas. Frons
enim meretricis facta eſt tibi, erubeſcere noluiſti. Defraudare etenim ſacram non veremini Scri-
2 Corinth 4. pturam, parvipendentes magiſtri gentium prohibitionem, dicentis: *Nolite adulterare verbum
Dei*.

Sed quid mirum, ſi ſtulti in his erratis quæ allegoricâ ſunt ſylvâ condenſa, & umbroſis pha-
lerarum ænigmatibus obvoluta: carpere neſcitis docta manu de ſub foliis literarum pendentia ſpi-
ritalium fructuum poma, quum in propatulo per ſanctos prædicatores eductam malè intelligentes
orthodoxam depravatis doctrinam? Cujus temeritatis & audaciæ eſtis, ò infelices inflati ſuperbiæ
faſtu, ut ipſa Joannis Evangeliſtæ mirabilia documenta perverſis non erubeſcatis fabulis deprava-
re, juxta veſtram vecordiam, & non ſecundùm ſanam doctrinam, intelligentes myſtica ſacramen-
1. Joann 2. ta? Dicitis enim quòd Joannes ſcribat in Epiſtola ſua: *Habemus advocatum apud patrem Jeſum Chri-
ſtum*. & hoc ſit advocatus, quod & adoptivus. cùm longè aliud ſit advocatus, & aliud ſit adoptatus.
Nam advocatus ille mihi eſt, qui pro me judicem interpellat, & cauſſam neceſſitatis meæ propria
tuitione defendit. Convenientiùs quippe *propitiatus* dici poteſt, quàm *adoptatus*, quia ipſe eſt
propitiatio pro ſpeccatis noſtris. Quum enim naturam noſtram, quam in ſe aſſumpſit, in dextera
patris collocatam oſtendendo patri inceſſabiliter manifeſtat, propitium eum nobis advocatus no-
ſter quaſi interpellando efficit & benignum. Adoptivus verò dicitur, cui nihil à patre adoptante
debetur, ſed gratis indulgendo conceditur. Abuſivè namque, & non eſſentialiter, adoptivus eſt
Ephes. 1. filius dictus, ſicut Moyſes in filium adoptatus eſt filiæ Pharaonis, alienus ab ea, & generatione, &
ſanguinis affinitate. Hoc ideo poſuimus, ut patenter daretur intelligi, eum dici adoptatum, qui
nondum priùs fuerat proprius filius adoptantis. Unde in Dei filium non cadit nomen adoptionis,
quia ſemper verus filius, ſemper Dominus, ac per hoc & poſt aſſumptum hominem veri filii vo-
cabulum non amiſit, qui nunquam verus deſiit eſſe filius. Quòd ſi juxta veſtram veſaniam hoc
putatis advocatum eſſe, quod & adoptatum; confitemini ergo (quod eſt deterius, & omni blaſphe-
mia plenum) duos adoptivos, Filium ſcilicet, & Spiritum ſanctum. Non enim negare valetis
Spiritum ſanctum paracletum eſſe. Quod enim Græcè *παράκλητος*, hoc Latinè dicitur *advocatus*.
Fatemini quin etiam (quod eſt ſuper omne malum deterius, ſuper omnem impietatem ſceleſtius)
duos adoptivos filios, Verbum ſcilicet, & Spiritum ſanctum, ut ſitis deteriores Ario & Eunomio, &

mara-

maranatha anathemate Macedonio digni. Adoptivus enim nonniſi affectatæ locutionis alienus dicitur filius. Omnis enim adoptio ex affectione ducit vocabuli ſui originem, quanquam etymologiæ ſuæ non videatur trahere ſimilitudinis ſonum. Habet namque ex utraque parte *utinam* adverbium eleganter inſitum, ut ſi dicas: Utinam ſis mihi in filium adoptivum; & è contra: Utinam merear à te in filium adoptari. ex affectu quidem dilectionis pars ſubrepit parti, ut in utraque conveniat dilectionis affectus. Sed videant hæretici, qui portæ ſunt inferi, quid dixerint; quin immo perverſo garriant ore. Obdurata nempe illorum corda, mendacii latibula, per abrupta perfidiæ debacchantes, ſemper inquirunt, & ne veritatis luce perfundantur, in ſpelæo ſe falſitatis occulere feſtinant. Cecidit (heu proh dolor!) ſuper eos invidiæ ignis, & ideo juſtitiæ ſolem non meruerunt videre. . . .

Sancta autem Catholica atque Apoſtolica Eccleſia, quæ licèt in toto ſit Orbe terrarum diffuſa, una tamen eſt amica ſponſi, proxima, & columba, quæ pennis deargentatis ſacri eloquii refulget pulchritudine, & in pallore auri, poſteriora ejus perfectæ Fidei puritate clareſcunt, confitetur quin potiùs ſanctam & ineffabilem Trinitatem in unitate; ſalvâ ſcilicet inconfuſibiliter proprietate perſonarum, inſeparabilem ſubſtantiam confitetur. Ita ſanè ut alius credatur Pater, quia pater eſt qui genuit coæternum ſibi ſine tempore & omni initio filium: & alius credatur Filius, quia filius eſt, qui genitus eſt ſine initio à patre, non putativè, ſed verè: & alius credatur Spiritus ſanctus, quia Spiritus ſanctus eſt, & à Patre Filioque procedit. Et non eſt aliud Pater, & aliud Filius, & aliud Spiritus ſanctus; ſed unũ ſunt inſeparabiliter Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; non unus, ſed unum: quia alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti, ſed una, & æqualis, & conſubſtantialis, & coæterna eſt Patris, Filiique, & Spiritus ſancti inenarrabilis divinitatis majeſtas, quia unus eſt Deus. Unionem namque in eſſentia confitemur; Trinitatem verò in perſonarum diſcretione prædicamus. Dominum igitur noſtrum Jeſum Chriſtum Dei filium, verum Deum, ſemper in patre, ſemper cum patre, ſemper credimus apud patrem. In ultimis namque temporibus propter nos, & propter noſtram ſalutem, ſecundùm ſecretæ diſpenſationis arbitrium, deſcendit de cœlo, unde nunquam receſſerat: venit nimirum in propria, ubi nunquam deerat: natus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine, dicente angelo: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Factus verò homo, juxta id quod ſcriptum eſt: *Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, permanſit verus & omnipotens Deus in utraque natura, unus Dei filius, idemque hominis filius. Nihil enim humana nativitas divinæ præjudicavit nativitati: aſſumpſit quod non erat, permanſit in id eſſentialiter quod erat, non commiſtionem paſſus, neque diviſionem; ſed in una perſona Chriſti Deus verus, & homo permanet verus; non duo filii Deus & homo, ſed unus filius Deus & homo: non alius filius hominis, & alius Dei, ſed unus, idemque Dei hominiſque filius. Unde & eos valdè exſecramur, qui eum adoptivum impio grunniunt ore: quia, ſicut præfati ſumus, adoptivus dici non poteſt, niſi is qui priùs alienus eſt ab eo, à quo adoptari deſiderat. Dei ergo filius quâ ratione credi poteſt adoptivus, qui inſeparabiliter aſſumpto homine in una perſona coëunte utrâque naturâ, non duo filii, alius Dei, & alius hominis, ut, ſicut illi errando æſtimant, adoptivus ſit hominis filius, & ſine adoptione Dei filius: ſed in una perſona unus idemque Dei & hominis filius, qui nunquam hominem, quem aſſumpſit, deſeruit, etiam nec in cruce, quando inclinato capite tradidit ſpiritum, Paullo atteſtante, qui ait: *Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Dominus gloriæ dicitur crucifixus, cùm ſola caro ſit crucifixa: ſed quia Dominus gloriæ idem ipſe erat qui & hominis filius, qui crucifigebatur, & nunquam hominem deſeruit, ſicut dictum eſt, quem aſſumpſit, ideo dicitur Dominus gloriæ crucifixus.

Matth.1.

Joan.1

1.Corinth.2.

Sunt etiam plerique qui adſtruunt ex tribus ſubſtantiis unam mediatoris perſonam Verbi carnis & animæ, cùm in cauſſa Fidei non videatur neceſſarium ſophiſtica diſputatione ſæcularium literarum calculos ſyllogiſtica ſpargere manu. Sufficeret enim, juxta præcedentium Catholicorum Patrum ſaluberrimæ promulgationis doctrinam, ſincera ſimplicitatis voce ex utraque natura unam perſonam confiteri, veri Dei, verique hominis Chriſti, divina ſcilicet & humana: ſed propter eos utique qui ſemiplenam ſine anima rationali, & ad vicem animæ divinam naturam in carnis diſpenſatione aſſumptam ſuſpicantur, cùm pſalmiſta alacri pectore dicat: *Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.* Pro hac igitur re, & hujuſcemodi erroris nubilo, ſtyli flabello ex aëre mentis ventoſas nubium umbras diſpergere feſtinamus, quatenus æterni ſolis perfuſa radio, micantes ſtellas per cœlos valeat puris obtutibus inſpicere Scripturarum. Non enim ignoramus ex duabus ſubſtantiis humanam ſubſiſtere naturam, ex anima nimirum & carne: ſed unum ſine altero perfectum non efficere hominem. Quid enim caro ſine anima, niſi terra? & quid anima ſine carne? Nonne ſpiritus? Homo enim ex utroque, & non ex uno. Unde quia redemptor noſter perfectum hominem aſſumpſit in Deum; iccircò ex duabus naturis Deum & hominem confitemur. Non enim caro ſine anima perfecta humana poteſt dici integraque natura. Nam cùm ex limo terræ finxiſſet Deus hominem; protinus inſufflavit in eum ſpiraculum vitæ, ſicut ſcriptum eſt: *Et factus eſt homo in animam viventem.* Non igitur alter qui formatus eſt, & alter qui inſufflatus; ſed unus idemque. Ex flatu namque animata eſt terra, tam incomprehenſibili arte mirabilique modo ſummi artificis manu configurata, ut inveſtigari planiùs nequeat, qualiter & unum ſit anima & caro, quæ perfectum efficiunt hominem; & tamen diverſa ſit ſubſtantia carnis & ſpiritûs. Nam cùm ſcriptum ſit: *Ad te omnis caro veniet.* Et rurſus: *non timebo quid*

Pſal.53.

Gen.2.

Pſal.64.

Pſal.55.

Iſaia 40. Iuxta LXX. *faciat mihi caro*. Et iterum: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri*. nullo namque pacto ſine anima videre poteſt, ut videat ſalutare Dei; nec venire valet, ut veniat ad eum omnis caro.

Ponamus igitur, exempli cauſsâ, ſecundùm humanæ rationis affectum, neceſſitate per omnia compellente, materialia themata diſputandi. Nam ſicut in planis & ſolidis figuris linea, & in quadrangulis punctus, licèt ſint indiſſecabiles, & dividi nequeant, & iccircò egregiè depingant dimenſionum figuras; omnium tamen numerorum multitudinis ſummam in ſe ſociatam retinent, & ex ſe uſque ad infinitam numeroſitatem procedentes, & rurſus in ſe uſque ad unum recurrentes, individuam retinere probantur unionis cenſuram. Fingamus igitur animam in forma corporis, quaſi lineam vel punctum in planis ſolidis, atque quadrangulatis figuris cunctas membrorum partium in ſe individuè continentes poſitiones, unumquodque in junctura ſua inſertum, ita ut & unum ſit & diverſum. Nam ſi ſubtrahas lineam & punctum æqualitatis, nobilitas degeneratur figuræ. Inſtante autem lineæ jacentis primordio, punctiſque circumfuſa numeri quadratura, quique ſegregari vel non ſegregari poſſunt, reſolvi inſolubili ſectione in lineæ punctiſque privilegio demonſtrantur. Ita ſanè vis animæ cùm ſit incorporea & inviſibilis, nec dividi poteſt, nec recipit ſectionum ſciſſuras; totam tamen corporis molem, quæ dividi vel ſegregari poteſt, in ſe continentem mirabiliter regit, & per totum diffuſa animando vivificat, & quaſi punctus in medio ſuam individuè retinet dignitatem, & in alienam non reſolvitur qualitatem. Nam, ſicut dictum eſt, cùm ſit incorporea, corporaliter cuncta per corpus diſponit: & cùm ſit ſubſtantia carnis corporea, per incorpoream creaturam, ideſt animam, corporeas perficit actiones. Tantâ enim ſocietatis convenientiâ ſibimet ſunt junctæ, ut unum ſine altero nihil poſſit, & alterum ſine altero plenam non poſſit humanam monſtrare naturam: & iccircò placuit ex utraque humanam definire naturam. Nam anima incorporea per corporeos oculos videt, audit, ſentit: & corporei oculi per incorpoream animam videre probantur. Nam ſi recedat anima, oculi aperti remanentes, & aures patentes, nec videre poſſunt, nec audire. Per linguam loquitur anima, & lingua loquitur per animam. In qualibet enim parte corporis inciſa carne anima dolet: ſine anima verò in fruſta ſecata caro nec dolere nec ſentire poteſt. Per carnem nempe anima, & per animam caro eſurit, ſitit, triſtatur. Nunquid poteſt dici caro ſine anima humana natura, cùm nihil ſit aliud niſi terra? Animata verò terra humana perfectò poteſt dici integra perfectaque natura. Omne enim imperfectum amittit nominis proprietatem, niſi perfectionis ei commodius adjiciatur ſupplementum. Ex quatuor igitur diverſis elementis humana ſubſiſtere fertur natura, calido, frigido, humido, ſicco; ideſt, igne, aëre, terra, & aqua. Cùm ergo ex his quatuor variis homo ſubſiſtat naturis; nunquid debemus in uno homine quatuor ſubſtantias profiteri? Si hoc placet, addatur quin etiam quinta, ideſt anima, ut conſtet homo ex quinque, & Verbi omnipotentis ſit ſexta: & tunc (quod eſt omni fatuitate dementius, omnique vecordiâ ſtultius) fateantur ſex in una Dei hominiſque Chriſti perſona ſubſtantiæ.

Tu forſitan ſuſpicaris, quicumque es noſtræ refragator aſſertionis, de memoria nobis avolâſſe, Epheſ. 3. quia dixerit beatus Apoſtolus, in interiore homine habitare Chriſtum per Fidem in cordibus noſtris. Hæc nos tota devotione mentis, totaque ſimplicitate veraciter retinemus cordis: & adjicimus ea, quæ (te forſitan * ſomniante [* neſciente.] latent) idem vas electionis Paullum dixiſſe reminiſcimur: 2. Theſſal. 3. *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur*. Tria, inquam, dixit: ſpiritus, & anima, & corpus. Nunquid aliud eſt ſpiritus, & aliud anima? Non diviſit ſubſtantias, ſed dignitatem diſtinxit. Spiritalis quippe anima, & ſpiritale corpus vult ut in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. In hoc ſpiritali homine, qui & interior dicitur, profitetur idem mirabilis Doctor habitare Chriſtum per Fidem in cordibus noſtris. Nam eſt homo animalis, & eſt ſpiritalis, non per ſubſtantiam, ſed per meriti qualitatem. Animalis quippe ab anima, ſpiritalis verò à ſpiritu nuncupatur: quemadmodum idem veridicus videlicet Doctor, alterum ab altero diſcrevit. *Animalis* (inquit) *homo*, 1. Cor. 2 *non percipit ea quæ ſunt ſpiritûs Dei* (Hic eſt exterior, qui foras ſe ad exteriora appetenda effundit) *ſpiritalis autem dijudicat omnia* (id eſt, diſcernit) *& ipſe à nemine judicatur*. Hic eſt, inquam, interior, in quo Chriſtus creditur habitare, qui introrſus ſe per contemplationis gratiam retinet, & internæ refectionis dulcedine depaſtus, in amore ſui conditoris ſuaviter requieſcit.

His itaque prælibatis, ad ea quæ reliquimus revertamur. Quæro igitur ut dicas mihi, in qua natura ipſe mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus dignatus eſt eſurire, ſitire, paſſionum ſentire dolores. Quid moraris? non vales negare: melius eſt ut profitearis, quia ſecundùm humanam. Divina enim natura impaſſibilis, inviolabilis, & ſemper permanet immutabilis. Verum eſt, omnino verum, quia in humana. Volo ergo ut liquidiùs definias quid ſit humana natura: ſola caro, an ſola anima, an utraque, anima & caro? Non enim poſſumus, nec fas eſt, veritati contradicere: ex utraque nihilominus humana conſtat natura, ex anima ſiquidem & carne. Dicito ergo mihi, in ſola carne, an in ſola anima, an, quod verius eſt, in utraque pertulit vulnera paſſionum? Caro enim ſine anima nihil ſentit: anima enim ſine carne non eſurit, neque ſitit, nec poteſt crucifigi, & tamen crucifixa eſt per carnem. In ſummis etenim palmis, & in externis crucifixa eſt plantis. Quòd ſi non eſt crucifixa cum carne, cur ſenſit dolorem? Caro enim, ſicut dictum eſt, ſine anima nihil ſentit. Quòd ſi per carnis cognationem ſentit dolorem, & caro per animam dolet inciſa; nec caro ergo ſine anima, nec anima ſine carne, plena poteſt humana dici natura. Ex utraque

nam-

Digitized by Google

namque connexione, carnis ſcilicet & animæ, perfecta conſtat humana natura. Unde & majores noſtri hac definitione ſancita, quorum ſagaciſſima capacitatis peritia longè valdè à noſtræ tarditatis diſtat ignavia, placuit eis, ſancto annuente Spiritu, duas in una Chriſti perſona indubitanter profiteri naturas, divinam ſcilicet & humanam: quia anima & caro non ſunt duo, ſed unus homo. Deum enim & hominem Dei Filium confitetur. *Mediator* (inquit Apoſtolus) *Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus.* qui ex anima & carne non duo, ſed unus eſt dictus homo. 1.Tim.2.

Ceſſent ergo jam nunc omnes ſuperfluæ muſſitantium adinventiones: ceſſent calumniatrices querularum quæſtionum objectiones, quæ ad rem non pertinent, ſed magis ad ſimplicium ſubverſionem. Doctrinis variis & peregrinis non abducamur. Sed confiteamur cum ſanctis Patribus noſtris, Catholicis, orthodoxiſque viris, qui rectam Fidem & corde perceperunt, & inviolabili ore Eccleſiæ filios ſalubriter docuerunt; duas in Chriſto naturas, divinam nimirum & humanam, verum Deum, verumque hominem: in utroque proprium Dei filium, non adoptivum; ſempiternum ex Patre, temporaliter natum ex Virgine matre, conſubſtantialem in ſua Deo Patri, ſanctoque Spiritui, conſubſtantialem etiam nobis in noſtra. Noſtra dicimus, in carnis conditione, non in peccati vel miſeriæ communione. Peccatum enim non fecit, ſed alienum tulit; nec dolus inventus eſt in ore ejus, ſed dolos noſtros ipſe portavit: vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus. Iſaia 53. Omnium autem hæreticorum perverſa dogmata cum auctoribus & ſequacibus ſuis æterno anathemate percelli judicamus. Elipandum namque & Felicem, novos hoſtes Eccleſiæ, ſed veternoſa fæce perfidiæ pollutos, niſi ab hac ſtultitia reſipiſcant, & per rectæ Fidei ſatisfactionem lamentis ſe abluant pœnitentiæ, indignos & ingratos eos à conſortio Catholicorum perpetua animadverſione eliminare decernimus, & à gremio orthodoxæ Eccleſiæ cenſemus alienos. Optamus tamen, & omni anniſu mentis, immanſæ pietatis boni Paſtoris, qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & neminem vult perire, clementiam imprecamur, ut perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ Chriſtus eſt, & ipſo redeant perducente, quatenus in ſinum matris Eccleſiæ dilectionis ſuſcepti amplexu, tranquilla ſuaviter Fidei pace quieſcentes, largiſſima ſugant ubera bonitatis Dei, ac per hoc perpetuæ felicitatis gaudia, gratiâ Dei, qui pro omnibus mortem guſtavit, largiente ſine fine valeant adipiſci. Eos etiam, qui poſt hanc tam ſaluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus ſancto afflata Spiritu concorditer ſubtili ſinceritate terminavit, falſiſſimis eorum aſſertionibus, ſive clam, ſive in publica voce, præbuerint aſſenſum; ſimili eos ſententiæ vindictâ ſancimus eſſe plectendos; reſervato per omnia juris privilegio ſummi Pontificis Domini & patris noſtri Hadriani, primæ Sedis beatiſſimi Papæ.

Nos autem, domini & chariſſimi fratres, ſequentes præcedentium Patrum ſanam doctrinam, reſpuentes per omnia deliramenta nugacium hominum, corde credamus ad juſtitiam, ore autem confiteamur ad ſalutem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Dei Filium, non putativum: proprium in utraque natura, non adoptivum: æqualē & coæternum Patri ſanctoque Spiritui; qui Eccleſiam ſuam proprio ſanguine acquiſitam, ſine macula & ruga immaculatam cuſtodiat, & corda noſtra in rectæ Fidei puritate immutilato jure conſervet. Catholicū, atque clementiſſimum, ſemperque inclytum dominum Carolum Regem, per interceſſiones beatæ & glorioſæ ſemperque Virginis Dei genitricis Mariæ, per quam meruimus auctorem ſuſcipere vitæ, & beati Petri primi Paſtoris Eccleſiæ, omniumque Sanctorum, verùm etiam ſuffragantibus precibus veſtris; omnipotens & ſancta Trinitas ſuâ eum gratiâ circumcingat, ſuâque dexterâ ſemper protegat & defendat, ut faciat ſemper quæ illi ſunt placita, quatenus cœleſtibus fretus armis, inimicos nominis Chriſti auxilio fultus de cœlo ad terram proſternat. Barbaras etiam nationes infinitâ Deus omnipotens ditioni ejus potentiâ ſubdat: ut ex hac occaſione ad agnitionem perveniant veritatis, & cognoſcant verum & vivum Deum creatorem ſuum. Regenerati ſiquidem undâ baptiſmatis, in gremio aggregentur matris Eccleſiæ, ut impleatur quod bonus Paſtor promiſerat, dicens: *Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, ut fiat unum ovile & unus paſtor.* Ioann.10. Multiplicetur pax in diebus ejus, ut ſit ſancta Eccleſia libera, & ab omni ſtrepitu mundi ſecura; quâ libertate Chriſtus eam liberavit: liceatque Domini ſacerdotes, juxta Euangelicas & Apoſtolicas, canonicaſque regulas ſimpliciter Domino deſervire, militare in ſolis caſtris Dominicis: quia, juxta ejuſdem Domini vocem, *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.* & Paullus: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut placeat ei cui ſe probavit.* Matth.6. 2.Timoth.2. Nemo ſibi blandiatur, quòd utrumque poſſit, & Deo, & mundo ſervire; quia veritas eſt, & mentiri non poteſt, qui hoc fieri non poſſe teſtatur. Unde ſupplicandus eſt tranquilliſſimus princeps noſter, ut ille pro nobis contra viſibiles hoſtes pro Chriſti amore, Domino opitulante, dimicet; & nos pro illo contra inviſibiles hoſtes, Domini imprecantes potentiam, ſpiritalibus armis pugnemus, quatenus vicariam ei retributionem in illa die pro Eccleſia ſua Dei Filius rependat, ut quemadmodum ille nunc eam inter tot mundanos tumultus conſtitutam reddit ſecuram; ita enim illa cœleſtis regni faciat eſſe participem. Indulgeat miſeratus captivis, ſubveniat oppreſſis, diſſolvat faſciculos deprimentes, ſit conſolatio viduarum, miſerorum refrigerium, ſit dominus & pater, ſit Rex & ſacerdos, ſit omnium Chriſtianorum moderantiſſimus gubernator, auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in Trinitate perfecta, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EPI-

EPISTOLA SYNODICA
CONCILII FRANCOFORDIENSIS
Ab Epiſcopis Galliæ & Germaniæ ad Præſules Hiſpaniæ miſſa.

Sancta Synodus, & venerabiles in Chriſto Patres, cum omnibus Epiſcopis Germaniæ, Galliæ, & Aquitaniæ, & toto Catholicæ pacis clero, Præſulibus Hiſpaniæ, & cæteris ibidem Chriſtianitatis nomen habentibus, in Domino Deo, Dei filio vero & proprio, Jeſu Chriſto, æternæ beatitudinis ſalutem.

Matth. 18. 1 IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dixit: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum*; congregatis nobis in unum charitatis conventu, præcipiente & præſidente piiſſimo & glorioſiſſimo domino noſtro Carolo Rege, ad renovandum cum conſilio pacificæ unanimitatis ſanctæ Dei Eccleſiæ ſtatum, & ad prædicandam orthodoxæ Fidei veritatem, in qua divina operante gratia, ſalutis noſtræ initium exſtat & finis, cui nihil augeri poteſt vel
Ephes. 4. minui, quæ una debet eſſe omnium Chriſtianorum, dicente beato Apoſtolo: *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, & pater omnium, qui ſuper omnia, & in omnibus nobis.* In hac omnia ſanctitas vitæ, omnis ſpes remunerationis æternæ, ſine qua nihil ſanctum, nihil Deo acceptabile, nihil vivum. Juſtus enim ex Fide vivit: quam qui diabolo decipiente perdiderit, vivens mortuus eſt: quia ſicut per Fidem juſtitia, ita etiam per Fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Do-
Ioann. 17. mino Salvatore: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.*

2 Inter cætera itaque, quæ pro hujus Fidei firmitate tractavimus, domini Regis noſtri præcipua pietate & laudabili ſapientia aſſidente & auxiliante nobis, præcepit ſubitò glorioſa illius excellentia Fidei veſtræ libellum afferri in medium, qui cùm à notario, nobis diligentiùs attendentibus, ſub diſtinctione ſententiarum & proprietate ſenſuum perlegeretur ad finem; audivimus in eo novas quaſdam aſſertiones exaratas, non tam antiquis ſanctorum Doctorum traditionibus convenientes, quàm veſtris nuper inventionibus utcumque confirmatas. Sed duæ difficiles res noſtris in eo libello, quem direxiſtis, ſenſibus occurrerunt. Una, cur nobis non ſufficiant, quæ in ſanctorum Patrum dictis inveniuntur, & univerſali Catholicæ ſanctionis conſuetudine confirmantur,
Prov. 22. dicente Scriptura: *Terminos patrum tuorum ne tranſgrediaris.* Numquid ſagaciores ſumus ad inveniendam viam veritatis, quàm Apoſtolici Doctores? & quare aliquid confirmare audemus, quod in illorum non inveniatur ſcriptis? Altera res eſt, quare generationem Filii Dei, vel æternam de Patre, vel temporalem de Matre, quiſquam hominum audeat inveſtigare, dicente Scriptura: *Al-*
Eccl. 3. *tiora te ne quæſieris.* Unde & S. Auguſtinus dicit in Sermone de Nativitate Chriſti: Meritò, dile-
Ioan. 1. ctiſſimi, miranda eſt Salvatoris noſtri nativitas, non ſolùm illa divina, de qua dictum eſt: *In principio erat Verbum*; ſed etiam illa humana, de qua idem dicit Evangeliſta: *Verbum caro factum eſt.* Un-
Isaie 53. de & Propheta: *Generationem ejus quis enarrabit?* Divina enim magis Fide veneranda ſunt, quàm ratione inveſtiganda.

3 Sed tempus eſt, ut ad diſcutiendos ſenſus libelli veſtri veniamus, in quo ſanctorum Patrum, per loca, teſtimonia invenimus poſita, ſed malè perfidiæ veneno corrupta, & inter flores pulcherrimos Fidei Catholicæ anguinos erroris veſtri dentes inſertos. Tacuiſtis nomina librorum, & numerum capitulorum, ut difficiliùs error veſter inveſtigaretur: & ex hoc ſolo perſpicuum eſt erràſſe vos voluntariè, dum ſanctorum Patrum venerabiles ſenſus, per intermiſſiones aliquorum verborum maculare nitimini. Et miramur, vel magis lugemus, quare hoc facere velitis, quare puriſſimos Catholicæ Fidei fontes hæretico pede turbare non timeatis. Invenimus enim in libelli veſtri principio ſcriptum, quod vos poſuiſtis: Confitemur & credimus Deum Dei Filium ante omnia tempora ſine initio ex Patre genitum, coæternum, & conſubſtantialem, non adoptione, ſed genere. Item poſt pauca eodem loco legebatur: Confitemur & credimus eum factum ex muliere, factum ſub lege, non genere eſſe Filium Dei, ſed adoptione: non naturâ, ſed gratiâ. Ecce ſerpens inter pomifera paradiſi latitans ligna, ut incautos quoſque decipiat. Ex ſermonibus S. Auguſtini hæc teſtimonia tranſlata ſunt: ſed hæretica pravitate additum invenimus in ſequenti periodo, non genere eſſe Filium Dei, ſed adoptione: quod etiam in ſequentibus pleniùs, volente Deo, demonſtrabimus. Nunc verò tantummodo ad oſtendendos & cavendos mortiferos veneni ſuccos legen-
Ioan. 14. tibus inſeruimus. Quod autem exempli gratiâ poſuiſtis: *Pater major me eſt*; non propter adoptionem, ſed propter formam ſervi dixit, in qua minor eſt Patre. Simili modo & propter formam ſervi

Digitized by Google

ſervi illud dictum eſt: *Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu*. Hoc verò quod Joannes dixit: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritate*; contra adoptionem carnis facit. Si unigenitus, quomodo tunc adoptivus? vel ſi non eſt proprius Filius, quomodo tunc plenus gratia & veritate? Luc. 2. Joan. 1.

4. Igitur quod ſequitur in epiſtola aſſertionis veſtræ, beatum dixiſſe Hilarium, nam & in ipſo nſu noſtro eſt adoptivus filius, & verus filius: adoptivum Filium non dicimus naturâ eſſe, qui verus eſt filius. Videtis quomodo cæca mens contra ſuam ponit teſtimonia ſententiam. Quis eſt qui audeat dicere, Chriſtum non eſſe verè filium Dei, Joanne Baptiſta atteſtante, dum vidit ſpiritum Dei deſcendentem & manentem ſuper eum: *Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei*. De quo & Apoſtolus teſtatur: *Quorum patres, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula*. Et ſi verus Deus, etiam & verus filius: & ſi verus filius, nequaquam adoptivus: quia adoptivus (ſicut in teſtimonio Sancti Hilarii poſitum eſt) non verè naturâ eſt filius. Joan. 1. Rom. 9.

5. Item de tractatu in Apocalypſin B. Hieronymi, ut dicunt, hoc modo poſitum teſtimonium in epiſtola reperimus præfata: Calculum candidum, ideſt, gemma alba, adoptio carnis in filio Dei. Quod longè aliter in eodem tractatu invenitur: Et dabo ei (inquit) calculum candidum, ideſt, adoptionem filiorum Dei. Nam calculus gemma pretioſa eſt. Et poſt pauca: Sive calculum, corpus baptiſmo candidatum, ſive calculi appellatione ſermo divinus ſignificatur. Epiſtola verò B. Hieronymi, quam ad Ceraſiam ſcriptam dicitis, hactenus nec apud Romanos, nec apud nos inveniri potuit. Nec ſibi ipſi eum unquam contraria ſcribere putamus: & veris credere melius eſt exemplaribus, quàm dubiis. Ecce pravitas omni tergiverſatione deterior, quæ ſic ſanctorum Patrum puriſſimis ſenſibus venena ſuæ infundit perfidiæ. Sequitur in epiſtola.

6. Item in homilia S. Auguſtini, ſecundùm humanæ ſervitutis formam ita dicit: *Homo adoptatur, cujus gloriam quæſivit qui eſt ab illo unicus natus*. Ecce quem Auguſtinus dicit adoptatum, hunc Joannes dicit: *Advocatum habemus apud patrem*. In hoc itaque loco ignoramus quid priùs agendum ſit, an pravitas repellenda, ſive imperitia decidenda. In XXVI. Homilia in expoſitione ejus ſententiæ legitur, ubi Dominus dixit: *Qui à ſemetipſo loquitur, propriam gloriam quærit*. Ubi poſt congruam expoſitionem infert: Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando autem aliquid mali facis, Deo calumnias meditaris? Intende tibi, creatura es, agnoſce creatorem: ſervus es, ne contemnas dominum. Adoptatus es, ſed non meritus. Quære gloriam ejus, à quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cujus gloriam quæſivit qui eſt ab illo unicus natus. De Chriſto enim dixit, unicus natus: de nobis verò homo adoptatus. Quam adoptationem praviſſimo ſenſu qui ſcripſit epiſtolam, ad Chriſti voluit transferre humanitatem. In qua perverſitate ſenſus utrumque, & imperitia ſcribentis patet, & mala voluntas non latet. Etiam & in ſequenti mox ſententia & falſitas malæ voluntatis apparet, ubi dixit: Ecce quem Auguſtinus dicit *adoptatum*, Joannes Apoſtolus dicit *advocatum*. Certiſſimum eſt enim Joannem Apoſtolum Chriſtum advocatum nominare, ſicut ipſe teſtatur: *Apud patrem habemus advocatum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*. Perſpicuum quoque eſt S. Auguſtinum de homine quolibet per gratiam adoptato dicere, ſicut ex ſequentia lectionis certiſſimè cognoſci poteſt. 1. Joan. 2. Joan. 7. 1. Joan. 2.

7. Sequitur in eodem libello veſtro. Item prædeceſſores noſtri Eugenius, Hildephonſus, Julianus, Toletanæ ſedis Antiſtites, in ſuis dogmatibus ita dixerunt in Miſſa de cœna Domini: Qui per adoptivi hominis Paſſionem dum ſuo non indulſit corpori. Item in Miſſa de Aſcenſione Domini: Hodie Salvator noſter poſt adoptionem carnis ſedem repetivit deitatis. Et cætera, quæ ex parentum veſtrorum dictis poſuiſtis; ut manifeſtum ſit quales habeatis parentes, & ut notum ſit omnibus, unde vos traditi ſitis in manus infideliū. Quia hominem Chriſtum verum Dei patris filiū eſſe negâſtis, vobis defenſor eſſe noluit, ſed tradidit vos in manus inimicorum ſuorum, ut dominentur veſtri, qui eum recipere noluerunt; & cui illi publicè detrahunt, vos occultè illi derogetis. Nec illius Chriſti teſtimonio credere vultis de ſeipſo dicentis: *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te*. Dum dixit *tuus*, proprietatem oſtendit, veluti & pater in baptiſmo teſtimonio comprobavit: *Hic eſt filius meus dilectus*. *Meus* dixit, addidit quoque, *dilectus*: ut intelligeretur proprius eſſe filius, ſicut Apoſtolus dixit: *proprio filio ſuo non pepercit*. Et melius eſt teſtimonio Dei patris credere de ſuo filio, quàm Hildephonſi veſtri, qui tales vobis compoſuit preces in Miſſarum ſolenniis, quales univerſalis & ſancta Dei non habet Eccleſia. Nec vos in illis exaudiri putamus. Et ſi Hildephonſus veſter in orationibus ſuis Chriſtum adoptivum nominavit; noſter verò Gregorius Pontifex Romanæ Sedis, & clariſſimus toto Orbe doctor, in ſuis orationibus ſemper eum unigenitum nominare non dubitavit. In oratione enim, quæ eſt ſecundâ feriâ poſt Palmas, ita poſuit: Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui in tot adverſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedente unigeniti filii tui Paſſione, reſpiremus. Item quartâ feriâ ejuſdem ſeptimanæ: Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per unigeniti tui Paſſionem liberemur. Item in Aſcenſione Domini: Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui hodierna die unigenitū tuum Redemptorem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe credimus. Item ad ſanctam Crucem: Deus qui unigeniti Dei tui Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es. Ecce eum unigenitum nominavit, cujus ſanguine redempti ſumus.

Error hic longiſſimè fuit à PP. Hiſpaniis ut et ipſorum ſcriptis ſuo loco oſtendemus.

Joan. 17. Matth. 3. Rom. 2.

Quod

8. Quod autem dicitis in epiſtola fidei veſtræ:Ex patre nnigenitnm ſine adoptione,primogenitum verò in fine temporis, verum hominem aſſumendo de Virgine carnis adoptiona, nnigenitum in natura, primogenitum in adoptione & gratia. Scimus enim Deum Dei filium ex utraque natura & unigenitum eſſe & primogenitum: unigenitus, quia ſolus ſine initio ex Deo patre genitus, & ſolus ex initio temporis ex matre Virgine genitus: ideoque in utraque natura unigenitus etiam & primogenitus, quia omnis unigenitus primogenitus eſt: licèt ſecnndum humanam generationem, non omnis primogenitus unigenitus ſit Idem ipſe Dei filius, primogenitus eſt Virginis, ut dicitis; etiam & unigenitus, quia non habuit ſequentes carnaliter fratres. Igitur & Deo Patri primogenitus, quia priùs ex Deo patre genitus quàm nlla eſſet creatura, vel aliquod eſſet tempus,
Coloſſ. 1. Apoſtolo teſte, qui ait ad Coloſſenſes ſcribens: *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis claritatis ſuæ: in quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum: qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ; quia in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra. viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant; & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem*
Prov. 8. *plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter.* Item Salomon: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nec dum erant abyſſi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant; nec dum montes gravi mole conſtiterant. Ante colles ego parturiebar &c.* Item in libro Sapientiæ, ipſa dicente
Eccleſ. 24. ſapientiâ, id eſt, filio Dei: *Ego ex ore Altiſſimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci ut criretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Ego in altis habitavi, & thronus meus in columna nubis.* Item B.Hieronymus in tractatu Epiſtolæ ad Titum, ubi dicit Apoſtolus: *Exſpectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis.* Ubi eſt, inquit, ſerpens Arius? Ubi Eunomius coluber? Magnus Deus Jeſus Chriſtus Salvator dicitur, non primogenitus omnis creaturæ, non Verbum Dei & ſapientia, quæ ſunt appellationes divinæ generationis; ſed Jeſus, & Chriſtus, quæ vocabula aſſumpti hominis ſunt. Neque verò alium Jeſum Chriſtum, alium Verbum dicimus (ut nova hæreſis calumniatur) ſed eundem, & ante ſæcula, & ante mnndum, & poſt Mariam, immò ex Maria, magnum Deum appellamus, Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qui dedit ſemetipſum pro nobis.

9. Hæc teſtimonia ideo poſuimus, ut cognoſcatis Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in utraque natura eſſe & nnigenitum & primogenitum, non adoptivum, ſed magnum Deum: neo ex eo ei fratres nominari, ſicut Helvidius blaſphemat, quòd primogenitus eſt, ſed ex paternæ charitatis affectn. Nam quatuor modis in Scripturis ſanctis fratres appellari legimus, ſicut beatus Hieronymus in libello contra eundem Helvidium teſtatur; natnrâ, gente, cognatione, affectn. Naturâ, ut Eſau & Jacob, duodecim Patriarchæ, Andreas & Petrus, Jacobus & Joannes.
Deut. 15. Gente, quia omnes Judæi fratres inter ſe vocantur, ut in Deuteronomio: *Si autem emeris fratrem tuum, qui eſt Hebræus, vel quæ eſt Hebræa; ſerviet tibi ſex annis, & in ſeptimo anno dimittes eum liberum abs te.* Et in eodem: *Conſtituendo conſtitues ſuper te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus, eum qui ex fratribus tuis ſit.* & reliqua. Cognatione autem fratres vocantur, qui ſunt de una familia, ſicut Loth fratet Abrahæ dicitur, cùm ſit filius fratris ſui Aran, dicente Abraham: *Non ſit rixa inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, quia omnes fratres nos ſumus.* Qua lege & in Euangelio fratres Domini dicuntur Jacobus, Judas, & Simon. Affectu quoque fratres dicuntur: qui in duo ſcinditur, in ſpiritale & in commune. In ſpiritale, quia omnes Chriſtiani fratres vo-
Pſal. 133. cantur: ut ibi: *Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum.* Et Salvator: *Nar-*
Pſal. 21. Joan. 20. *rabo nomen tuum fratribus meis.* Et alibi: *Vade, dic fratribus meis.* Porrò in commune, quia omnes homines ex uno patre nati, pari germanitate conjungimur. Hinc Hieronymus dicit, affectu
Hebr. 2. fratres eſſe Domini, non adoptione, ubi dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis*, Et item: *Ita dicite fratribus meis.*

10. Sequitur in epiſtola veſtra, chariſſimi: Nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus enm ſicuti eſt. Similes utique in carnis adoptione, & non ſimiles ei in divinitate. Hujus veræ ſententiæ intellectum longè aliter Catholici fratres expoſuerunt. Dicit enim S. Auguſtinus in epiſtola ad Italicam Virginem: In tantum ergo videbimus, in quantum ſimiles erimus; quia & nunc in tantum non videmus, in quantum diſſimiles ſumus. Inde igitur videbimus, ubi ſimiles erimus. Quis autem dementiſſimus dixerit corpore nos vel eſſe, vel futuros eſſe ſimiles Deo? In interiore igitur homine iſta ſimilitudo eſt, qui renovatur in agnitione Dei, ſecundum agnitionem ejus qui creavit eum: & tantò efficimur ſimiliores illi, quantò magis in ejus agnitionem & charitate proficimus: quia etſi exterior homo noſter corrumpitur, interior autem renovatur de die in diem: ita ſanè ut in hac vita quantuſcumque profectus ſit, longè abſit ab illa perfectione ſimilitudinis, quæ idonea erit ad videndum
Pſal. 44. Deum. Quid verò David putatis dixiſſe de fratribus adoptivis: *Unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis?* Non enim B. Hieronymus, & cæteri ſanctæ Scripturæ tractatores, hanc participationem unctionis de adoptivis fratribus, ſed de Regibus, qui *Chriſti* vocabantur, intelligi voluerunt, qui oleo humanæ compoſitionis uncti eſſe leguntur: ſicut idem beatus Hieronymus in tra-

ctatu

Digitized by Google

ſtatu ejuſdem pſalmi expoſuit: *Oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Alii Reges, qoi typum illius prætulerunt, & regnando conſortes dicti ſunt, oleo corruptibili ſunt inuncti; hic verò filius Dei à Deo patre oleo exultationis, hoc eſt reſurrectionis, aſcenſionis, dominationiſque eſt delibutus; quia Chriſtus naturâ unctus, nos per gratiam, quia in illo pleniter fuit divinitas.

11. Item poſt multa teſtimonia, quæ omnia exſequi longum eſt, noviſſimè in Micheæ Prophetæ ſententiam offendiſtis, in qua pœnitentis populi perſonam in ſeipſo Propheta aſſumpſit: in qua & veſtræ blaſphemiæ ſtultitiam aperuiſtis, dicendo: *Numquid dabo primogenitum meum pro ſcelere* Mich. 6
meo? fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Quòd dixit *primogenitum*, ſecundum humanitatem: quòd dixit *fructum ventris mei*, ſecundum divinitatem. Quæ aures Catholicæ hanc expoſitionem audire non abhorrent? Quis fidelis illam nare contracta non reſpuit? Tam ridiculoſa eſt, tam ſtulta hujus ſententiæ expoſitio apud vos, ut propter ſanctitatem aurium magis taceamus quid de veſtra interpretatione ſentimus, quàm exponamos: & lectoris arbitrio dimittimus de vobis in hoc loco judicare. Tantùm dicimus, quid beatus Hieronymus de hac intellexit ſententia. Dicit enim in tractatu ejuſdem Prophetæ: Deus populum ad judicium provocârat. Ille ſciens peccatum ſuum, non vult contendere, ſed rogare: nec tamen in ipſis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignom eſt, qood pro peccato Deo poſſit offerri: & nulla humilitas poteſt maculas eluere delictorum: quia impoſſibile eſt ſanguinem taurorum & vitulorum, & holocauſta medullata, & cruorem arietum, & hircorum pinguium ſordes animæ lavare. *Numquid* (ait) *dabo primogenitum* Ibidem.
meum pro ſcelere meo (ſicut Rex Moab feciſſe deſcribitur) *aut fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* quod fecit Jephte, pro temeritate voti offerens filiam. Item ſecundum LXX. allegoricam expoſitionem ita diſſeruit: *Si dedero primogenita mea pro impietate, & fructum ventris mei pro peccato animæ meæ*; dabo quidem quicquid in me primum eſt; ſed pro meo peccato & impietate nihil dignum offeram Deo. Unde & David precatur & dicit: *Magis magiſque lava me ab iniquitate mea, &* Pſal. 50.
à peccato meo munda me.

12. Item mentionem Epiſtolæ B. Paulli ad Hebræos facientes, nec intelligentes omnia qoæ poſuerunt contra ſe eſſe, & ſemper ubique Chriſtum Dominum filium Dei nominari, non ſervum, non adoptivum, ſicut in illis teſtimoniis perſpicuum eſt, quæ ex principio Epiſtolæ illius ponere Hebr. 1.
voluerunt: *Multifariè, multiſque modis olim Deus loquutus eſt patribus noſtris in Prophetis, noviſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tantò melior angelis effectus, quantò differentiùs præ illis nomen hæreditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Et iterum, cùm introduceret primogenitum in orbem terrarum, dicit: Adorent eum omnes angeli Dei.* Hæc itaque teſtimonia non ſervum, non adoptivum dicunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſed filium & hæredem univerſorum: ſicut & in ſequentibus ejuſdem Epiſtulæ legimus: *Moyſes quidem tanquam famulus fide-* Hebreu 3.
lis fuit in tota domo ejus: Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua. Et paullò antè: *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt.* Quomodo amplioris gloriæ, ſi ſervus, ſicut & Moyſes, vel ex ſervo adoptivus? Quos & beatus Auguſtinus in homilia III. ſancti Euangelii ſecundum Joannem, mirabiliter diſtinxit, dicens: Tenete ergo, fratres, ſoliditatem iſtam: Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Per ſervum lex data eſt, & reos fecit: per Imperatorem indulgentia data eſt, & reos liberavit. Lex per Moyſen data eſt: Non ſibi ampliùs ſervus aſſignet, quàm quòd per illum factum eſt. Electus ad magnum miniſterium, tamquam fidelis in domo, ſed tamen ſervus, agere ſecundum legem poteſt, ſolvere à reatu legis non poteſt.

13. Quod autem in ſequentibus Epiſtolæ veſtræ legitur: His præmiſſis, ſanctorũ Patrum ſententiis aſſertionibus noſtris roboratis; in commune decrevimus ab eorum decretis nullo modo deviare veſtigiis. Optamus, dominumque deprecamur, hoc omnino verum eſſe quod dicitis. Sed necdum perſpeximus ita eſſe. Faciat quandoque miſericordia divina fieri, ut terminos ſanctorum Patrum non tranſgrediamini.

14. Quòd etiam & in ſequentibus adjunxiſtis, in profeſſione Nicæni Symboli non invenimus dictum, in Chriſto duas naturas & tres ſubſtantias, & homo deificus, & Deus humanatus. Quid eſt natura hominis, niſi anima & corpus? vel quid eſt inter naturam & ſubſtantiam, ut tres ſubſtantias neceſſe ſit nobis dicere, & non magis ſimpliciter, ſicut ſancti Patres dixerunt, confiteri Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum verum & verum hominem in una perſona? Manſit verò perſona filii in Trinitate, cui perſonæ humanæ acceſſit natura, ut eſſet & una perſona, Deus & homo, non homo deificus, & humanatus Deus, ſed Deus homo, & homo Deus: propter unitatem perſonæ unus Dei filius, & idem hominis filius, perfectus Deus, perfectus homo. Perfectus homo non eſt, niſi animâ & corpore, ſicut & ſanctus Papa Leo in homilia IV. de Natali Domini, eandem nuncupat naturam, quam & ſubſtantiam, ita dicens: Tanto fœdere naturam utramque conſeruit, ut nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salva igitur proprietate utriuſque ſubſtantiæ, & in unam coëunte perſonam, nec negamus & nos Chriſto hæc tria veraciter ineſſe, divinitatem ſcilicet, animam, & corpus. Sed quia verè Deus & homo dicitur, in Dei nomine totum quod Dei eſt, deſignatur; in hominis verò, totum quod hominis eſt, in-

telligitur. Ideò ſufficit in eo unam perfectam divinitatis, & alteram perfectam humanitatis confiteri ſubſtantiam. Aliud eſt enim contra hæreticos contendere, aliud verò puram fideliter confiteri Fidem. Ibi enim veritas animæ & carnis in Chriſto oſtendenda erat, hîc perfecta humanitas in eodem confitenda eſt. Sic & S. Auguſtinus in libro, quem *Enchiridion* nominari placuit, evidentiſſimè & catholicè in undecimo capitulo expoſuit, ita dicens de Deo Chriſto: Nempe ex quo homo eſſe cœpit, non aliud cœpit homo eſſe quàm Dei filius, & hoc unicus: & propter Deum Verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt, utique Deus: ut quemadmodum eſt una perſona quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro, ita ſit Chriſtus una perſona, Verbum & homo.

15. Conſuetudo Eccleſiaſtica ſolet in Chriſto duas ſubſtantias nominare, Dei videlicet & hominis, ſicut Caſſiodorus in ſecundi pſalmi tractatu cum ſententia S. Auguſtini roboravit. Et ne per hæreticas (inquit) contentiones Chriſtiani animus fluctuetur, quem oportet omnia veraciter fixeque credere, nominis ipſius definitionem auctoritate Patrum brevi ſatisfactione concludimus. Audiamus ergo beatum & doctiſſimum Auguſtinum in Euangeliſtæ Joannis expoſitione dicentem: Agnoſcamus geminam ſubſtantiam Chriſti; divinam ſcilicet, quâ æqualis eſt patri: humanam, quâ major eſt pater. Utrumque autem ſimul, non duo, ſed unus eſt Chriſtus, ne ſit quaternitas, non Trinitas, Deus: ac per hoc Chriſtus eſt Deus, anima rationalis & caro: qua veritate recognita, competenter mortiferos vitamus errores. Item B. Ambroſius in hymno quodam de Natali Domini ita dicit: Geminæ gigas ſubſtantiæ alacris ut currat viam. Item Sanctus Auguſtinus in libro *Enchiridion*, capitulo XIII. Proinde, ſicut confitemur, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui de Deo Deus, homo autem natus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine, utrâque ſubſtantiâ, divinâ ſcilicet atque humanâ, filius eſt unicus Dei patris omnipotentis. Item in expoſitione Catholicæ Fidei: Non ergo duos Chriſtos, neque duos filios; ſed Deum & hominem unum filium: quem propterea unigenitum dicimus, manentem in duabus ſubſtantiis, ſicut ei naturæ veritas contulit. Iſidorus quoque in libro *Etymologiarum*: Sic autem, inquit, Dei filio juncta eſt humana natura, ut ex duabus ſubſtantiis fieret una perſona.

16. Item ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconus Paſchaſius, in libro ſecundo Operis pulcherrimi, quod *De Spiritu ſancto* compoſuit, cujus opuſculi beatus Gregorius Papa Romanus in libris Dialogorum mentionem fecit, in capitulo IV. ita dicit: Itaque in Deo & homine gemina ſubſtantia, ſed non gemina perſona eſt: quia perſona perſonam conſumere poteſt, ſubſtantia verò ſubſtantiam non poteſt: ſiquidem perſona res juris eſt, ſubſtantia res naturæ. Hoc loco neceſſarium videtur, ut in Chriſto Domino pariter & homine unam perſonam & duas ſubſtantias teſtimoniis afferamus.
1. Corinth. 2. Da unam redemptoris Dei hominiſque perſonam. Apoſtolus dicit: *Si enim cognoviſſent ſapientiam Dei, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Si requiras quomodo potuerit inviolabilis pati, & incomprehenſibilis crucifigi; perſonæ unitas facit, ut quod homo pertulit, Deus pertuliſſe credatur.
Joan. 3. Item cùm Euangeliſta commemorat: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo*; quomodo hic filium hominis ante Paſſionis & Reſurrectionis, ſive Aſcenſionis diem, & de cœlo aſſerit deſcendiſſe, & in cœleſtibus permanere, niſi hoc per unitatem perſonæ ratio veritatis abſolvat? ſicut alio loco capitis & corporis ſociatur perſona, cùm legitur:
Matth. 25. *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere*. Quid agit perſonæ unitas? Homo paſcitur, & Deus reficitur: pes confovetur, & caput fomentum in ſe ſentire teſtatur. Dicit ergo: *Nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. & è diverſo: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo*. Vide quomodo per unitatem perſonæ humana divinis, & humanis divina miſcentur. Deus crucifigitur, & homo de cœlo deſcendere, & in cœlo permanere memoratur. Item paullò pòſt in eodem capitulo Paullus Apoſtolus etiam duas ſub-
Rom. 9. ſtantias evidenter, remota ſacramenti obſcuritate, digeſſit, ita dicens: *Patres noſtri, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula*.

17. Sed & inter lucidiſſimas & Catholicas S. Auguſtini ſententias, quas ſparſim & inordinatè poſuiſtis ad defenſionem, ut vos dicitis, veſtram, ut nos intelligimus, accuſationem erroris veſtri; non metuiſtis intermiſcere ſenſus adulterinos, fingentes eum dicere quod in illius non invenimus dictis. Ex quo perſpicuum eſt vos veſtræ non confidere cauſſæ: quia in exemplis SS. Patrum non inveniſtis fidem veſtram confirmari: ideoque adulterinos pravitatis ſenſus interpoſuiſtis, aſſerentes illos dicere quod non dixerunt, ſicut certiſſimè cognoſci poteſt in capitulo XI. de libro S. Auguſtini, quem *Enchiridion*, ut præfati ſumus, nominavit: cujus capituli textum ponimus, ut faciliùs veſter pateſcat error, & malitiæ noſcatur imperitia. Dicit enim præfatus Pater: Proinde Chriſtus Jeſus Dei filius, eſt Deus & homo; Deus ante omnia ſæcula, homo in noſtro ſæculo: Deus
Joan. 1. quia Dei Verbum: *Deus* (enim) *erat Verbum*. homo autem, quia in unitatem perſonæ acceſſit Verbo anima rationalis & caro. Quocirca in quantum Deus eſt, ipſe & pater unum ſunt: in quantum autem homo eſt, pater major eſt illo. Cùm enim eſſet unicus Dei filius, non gratiâ, ſed naturâ; eſſet etiam plenus gratiâ, factus eſt & hominis filius: idem ipſe utrumque ex utroque unus Chriſtus. Quia cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, quod naturâ erat, id eſt, eſſe ſe æqualem Deo: exinanivit autem ſe, accipiens formam ſervi, non amittens vel minuens formam Dei. Ac per hoc & minor eſt factus, & manſit æqualis: utrumque unus, ſicut dictum eſt, ſed aliud propter Verbum, aliud propter hominem: propter Verbum æqualis patri, propter hominem minor: unus Dei filius, idemque hominis filius: unus hominis filius, idemque & Dei filius: non

duo

duo filii Dei, Deus & homo, ſed unus Dei filius: Deus ſine initio, homo à certo initio, Dominus noſter Jeſus Chriſtus.

18. Hiſce igitur veriſſimis Catholicæ Fidel aſſertionibus perfidiæ venena intermiſcere non metuiſtis. Ubi ergo ille dixit: Cùm enim eſſet unicus Dei filius, non gratiâ, ſed naturâ; ut eſſet etiam plenus gratiâ, factus eſt & hominls filius, idem ipſe utrumque ex utroque unus Chriſtus: ad confirmandum errorem veſtrum interpoſuiſtis, quod ille non dixit, hoc modo: Cùm enim eſſet unicus Dei filius, non adoptione ſed genere; neque gratiâ, ſed naturâ: ut eſſet etiam plenus in forma ſervi, adoptione & gratia factus eſt hominis filius, idem ipſe utrumque ex utraque unus Chriſtus. Videat qui legit, & intelligat quanta eſt hæc pravitas, & quanta eſt hæc tergiverſatio. Quare ſanctorum Patrum ſenſus commaculatis, & venenum erroris Catholico melli immiſcetis? Quid eſt quod dicitis Deum naturâ Dei filium, genera eſſe filium Dei? Quid eſt quòd adoptionem gratiæ conjungitis, dum in eodem capitulo paullò pòſt idem mirificus doctor, eum, qui eſt hominis filius, unicum Dei filium nominare non dubitaret, ita dicens, ſicut & antè expoſuimus: Nempe ex quo homo eſſe cœpit, non aliud cœpit homo eſſe, quàm Dei filius, & hoc unicus: & propter Deum Verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt, utique Deus: ut quemadmodum una perſona eſt quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro; ita ſit Chriſtus una perſona, Verbum & homo. Igitur ſi unicus, quomodo adoptivus, dum multi ſunt adoptivi filii? Unicus itaque de multis non poteſt dici. Item unitas perſonæ, quæ eſt in Dei filio & filio Virginis, adoptionis tollit injuriam. Si ergo Deus verus eſt, qui de Virgine natus eſt; quomodo tunc poteſt adoptivus eſſe vel ſervus? Deum enim nequaquam audetis confiteri ſervum vel adoptivum: & ſi eum Propheta ſervum nominâſſet; non tamen ex conditione ſervitutis; ſed ex humilitatis obedientia, quâ factus eſt patri obediens uſque ad mortem: præfato Papa Leone dicente in homilia II. de Nativitate Chriſti: aſſumpta eſt de matre Domini natura, non culpa: creata eſt forma ſervi ſine conditione ſervili. Item S. Auguſtinus in homilia XXXIX. dicit: Dominus noſter etiam in forma ſervi non ſervus, ſed in forma etiam ſervi Dominus fuit. Nonne ſecundum ſæculi nobilitatem, beata Maria Virgo ex regali & libera proſapia proceſſit? Huic verò Virgini regiæ dignitatis Spiritus ſanctus acceſſit, & filium ex ea procreari fecit. Mirum ſi Spiritus ſanctus hominem ex ea non potuit facere perfectum & ingenuum.

19. Sed & hoc volumus à vobis audire, an Adam, primus humani generis pater, qui de terra virgine creatus eſt, liber eſſet conditus, ſive ſervus? Si ſervus, quomodo tunc imago Dei? ſi liber, quare & Chriſtus quoque non ingenuus de Virgine? Meliore quidem terra, etiam animata & immaculata, Spiritu ſancto operante factus eſt homo, dicente Apoſtolo: *Factus eſt primus homo de terra terrenus, ſecundus de cœlo cœleſtis.* *1. Corinth. 15.* Si terrenum liberum conditum confitemur; quare non multò magis cœleſtem liberum confitemur? Unde Adam fuit ſervus factus, niſi ex peccato? Apoſtolo Petro atteſtante: *Qui enim peccatum facit, ſervus eſt peccati.* Chriſtus autem non fecit peccatum, ideo ſervus non eſt peccati, ſed magis liberator & redemptor eorum, qui ſervi ſunt peccati, eo ipſo *Joan. 8.* atteſtante: *Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis.* Sed fortè ſervum hominis eum fuiſſe dicitis. Quid eſt quod dicit Propheta: *Deus judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis. Et adorabunt* *Ibidem.* *eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei?* Item Apoſtolus: *Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus.* Et hoc ſæpiùs repetitur, quàm exemplis indigeat edoceri, quòd ſit Dominus omnium, non alicujus *Pſal. 71.* ſervus. *1. Corinth. 15.* Anne angelorum eum ſervum vultis dicere, quia dictum eſt: *Minuiſtis eum paullo minus ab angelis?* Utique minoratus eſt propter mortalitatem carnis, non propter conditionis ſervitium: *Pſal. 8.* ideoque ſtatim ſequitur: *Gloria & honore coronâſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Item Apoſtolus ad Hebræos: *Tantò melior effectus angelis,* *Hebr. 1.* *quantò differentiùs præ illis nomen hæreditavit.* Et iterum: *Cùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* *Ibid.*

20. Quid dicitis de Deo Patre, qui eum in baptiſmo, etiam & in transfiguratione, quæ facta eſt in monte, filium nominavit, non ſervum: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui?* De qua ſententia B. Hilarius in libro VI. *De Fide*, ita diſſeruit: Si proprium ac ſingulare eſt: *Hic eſt* *Matth 3. & 17.* *filius meus*; quid calumnias Deo Patri profeſſæ de filio proprietatis aſſerimus? Anne tibi videtur in eo quod dicitur hoc ſignificari: Alios quidem cognominatos habeo in filios, ſed hic filius meus eſt? Donavi adoptionis nomen plurimis, ſed iſte mihi filius eſt. Ne quæras alium, ne non hunc eſſe credas. Hunc ergo tamquam digito indice, ac verbi ſignificatione contingo, quia dico: & meus eſt, & filius eſt. Hæc quidem paternæ vocis ſignificatio ea fuit, non quòd qui ad implendam omnem juſtitiam baptizandus erat, ignoraretur; ſed ut qui ad ſacramentum ſalutis noſtræ homo cernebatur, Dei voce Dei filius noſceretur. Reſtat igitur ut ſit rex & redemptor, Deus & Dei filius: de quo & Apoſtolus ad Romanos: *Qui proprio filio ſuo non pepercit.* Proprium nominavit, non adoptivum. *Rom. 8.* De qua ſententia idem B. Hilarius in libro præfato ita dicit: Numquid nam etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis eſt hoc nomen? Item poſt pauca: Quære virtutem dicti, ut magnitudinem charitatis intelligas, quid ſit proprium expende, ne ignores veritatem. Nunc enim Apoſtolus proprium air filium, cùm in multis vel ſuum vel ejus ſæpè dixiſſet. Quamvis multi codices, per translatorum ſimplicem intelligentiam in hoc loco pro *proprio filio, ſuo filio* conſcriptum habeant; tamen Græcitas (quâ linguâ Apoſtolus eſt locutus) proprium nunc magis quàm ſuum nuncupavit. Et licèt communis intelligentiæ ſenſus non ſatis inter proprium & ſuum differat, verùm Apoſtolus, cùm in cæteris aliis dictis ſuum filium com-

Digitized by Google

memoràſſat, hic tamen dicit : *Qui proprio filio non pepercit* . Item libro VIII. Sentiſne quid tibi deſit, Chriſto negando quod ſuum eſt ? Si per naturam Dei Chriſtus tibi Dominus eſt , habes Spiritum ſanctum : ſi verò per adoptivom nomen hic Dominus eſt , Spiritu ſancto carens , ſpiritu erroris animaris : quia nemo , niſi in Spiritu ſancto, Dominom Jeſum poteſt dicere. Item in dogmate Catholicæ Fidei . Ergo Dei filius hominis factus eſt filius , natus ſecundùm veritatem naturæ ex Deo Dei filius,& ſecundùm veritatem naturæ ex homine hominis filius: ut veritas unigeniti non adoptione, neque appellatione, ſed in utraque nativitate filii nomen naſcendo haberet, ut eſſet veros Deos, & veros homo, onus filius . Item ſanctus Euangeliſta Joannes
1. Joan. 4. verum eum filiom nos credere edocuit dicens : *Et nos vidimus & teſtificamur , quoniam pater miſit filium ſuum ſalvatorem mundi . Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Jeſus eſt filius Dei, Deus in eo manet,*
5. Joan. 5. *& ipſe in Deo* . Item poſt pauca: *Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum , ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio ejus . Hic eſt verus Deus, & vita æterna* . Tu verò, quiſquis es, qui Chriſtum prædicas adoptivum, unde tibi iſte ſenſus veniſſet , voluiſſem ſcire: ubi hoc nomen didiciſſes, oſtende . Patriarchæ neſcierunt, Prophetæ non dixerunt, Apoſtoli non prædicaverunt, ſancti tractatores hoc nomen tacuerunt, doctores Fidei noſtræ nnn docuerunt . Fortè in tertium cœlum raptus fuiſti, & ibi audiſti arcana verba, quæ hoc uſque ſanctæ Dei Eccleſiæ ignota eſſent, ſi tu in tertiom cœlum raptus non eſſes ? Aut ſuper pectus Domini recubuiſti , & ibi audiſti quæ B. Joannes audire non meruit ? Aut te per choros angelorum agnus docens , hoc tibi nomen oſtendit ? Aut tibi leo de tribu Juda, librum ſeptem ſigillis clauſum aperuit, unde hæc myſteria intelligeres, & nomina proferres , quæ quatuor animalibus incognita manſiſſent, immò toti mundo inaudita, niſi tu novus doctor ad declarandum tuum nomen veniſſes ?

21. Dices enim: Cur times adoptivum Chriſtom Dominum nominare? Dico tibi, quia nec Apoſtoli eum ſic nominaverunt, nec ſancta Dei & Catholica Eccleſia conſuetudinem habuit ſic eum appellare, immò nec credere eum adoptivum eſſe, ſed proprium filiom, juxta præcedentia Apoſtolorum teſtimonia, & ſanctorum Doctorum dogmata . Plurimæ verò ſunt in ſanctis Scripturis appellationes Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſicut leo, agnus, lapis, vermis, & molta talia , quæ omnia certas habent & myſticas ſignificationes, cur ita dicantur . Adoptivus ſiquidem non habet aliam ſignificationem, niſi ut Jeſus Chriſtus non ſit proprius filius Dei, nec ex Virgine ei in filium genitus, ſed neſcio ex quo ſervo adoptatus in filietatem, ut vos dicitis: quarum ſignificationum allegoricas interpretationes diceremus, ſi huic præſenti rationi neceſſariæ viderentur, ſicut leo propter regiam dignitatem, agnus propter innocentiam, vermis propter humilitatem incarnationis. Quòd verò eum dicitis leproſum nominari; videtur vos minus intendiſſe quomodo Propheta hoc nomen
Iſaia 53. poſuit: *Et nos* (inquit) *putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum . Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras . Quaſi leproſum* dixit, non leproſum . Item *putavimus* , dixit, ideſt (ut B. Hieronymus in tractatu ejuſdem Prophetæ expoſuit) Nos putavimus eum propria ſuſtinere peccata; ſed, ut veriùs intelleximus, pro noſtris vulneratus eſt iniquitatibus : nullatenus morbo lepræ percoſſus eſt in corpore, nec leprâ peccati vulneratus eſt in anima . Lupum verò & vulturem eum non legimus in Scripturis ſanctis, quantum noſtræ occurrit memoriæ , nuncupari, nec etiam adoptivum .

22. Nonne olim eadem hæreſis veſtra in Neſtorio ab univerſali ſancta Eccleſia refutata eſt, etiam & damnata ? Quapropter fortè illum anathematizare noluiſtis , dum alios , Bonoſum ſcilicet , Arium, & Sabellium, Mamichæumque, qui prava de Dei filio ſenſerunt , in epiſtola veſtra anathematizâſtis . Numquid non ideo damnatus eſt , quia beatam Mariam ſemper Virginem , non Dei, ſed hominis tantummodo credidit eſſe genitricem? De cujus hæreſi S. Cyrillus Eulogio presbytero ſcribit hoc modo dicens : Neſtorius itaque in ſuis expoſitionibus ſimulat ſe dicere unum Filium, & unum Dominum; ſed refert filiationem ad ſolum Dei Verbum . Et paullò pòſt: Dicendo enim, quia propterea Deus Verbum Chriſtus nominatur, quia habet copulationem ad Chriſtum, quomodo non apertum eſt, duos dicere Chriſtos, ſi Chriſtus ad Chriſtum habet conjunctionem, tanquam alter ad alterum? Videtur enim Neſtorium dicere copulationem, quòd vos dicitis adoptionem . Quid eſt adoptio, niſi charitatis copulatio, quâ pater adoptione ſibi copulat filium, quem proprium non habet ? Et certiſſimum eſt, ſicut præfati ſumus, alium eſſe proprium filium, alium adoptivum . Nonne tunc duo filii erunt Deo Patri, unus proprius, & alter adoptivus , quod nullus Catholicus audet dicere? Quid eſt aliud dicere, eandem Virginem adoptivum vel ſervum genuiſſe, niſi negare Deum illam genuiſſe? Si Deus generatus eſt, nequaquam adoptivus , ſed filius: quia alia perſona eſt proprii filii, alia adoptivi filii ſervi . Et ſcimus unam eſſe perſonam in Chriſto Deo, Dei & hominis, ſicut B. Gregorius in Epiſtola ad Quirinum Epiſcopum ſcripſit : Non autem (inquit) priùs in utero Virginis caro concepta eſt, & poſtmodum divinitas venit in carnem : ſed mox ut Verbum venit in uterum, mox Verbum, ſervatâ propriæ virtute naturæ , factum eſt caro: & perfectus homo idem in veritate carnis & animæ rationalis natus eſt per uterum Virginis filius Dei . Si igitur mox à tempore conceptionis verus Deus Dei filius conceptus eſt; quando fuit ut homo eſſet ſine Deo, unde adoptaretur in filium ? Sicut enim nunquam fuit, ut Deus pater eſ-
Joan 1. ſet ſine Deo filio, de quo dictum eſt : *In principio erat Verbum* : ita nunquam fuit ut homo Jeſus
Ibid. 14. eſſet ſine Deo, de quo dictum eſt: *Verbum caro factum eſt*. ideſt , Deus homo factus eſt . Sicut enim Arius filium ſeparavit à patre, dicendo: Erat quando non erat Dei filius ; ita per adoptionem vos ſeparatis hominem Chriſtum à Deo filio .

Et

Digitized by Google

23. Et miramur, dum tanta SS. Patrum teſtimonia profertis, cur non intelligatis quòd contra eadem teſtimonia ſenſum ponitis veſtrum, alia pravè intelligentes, alia peſſimè interpretantes, juxta Apoſtolum: *Non intelligentes quæ dicitis, nec de quibus affirmatis.* 2.Tim.1. Sufficiat vobis, obſecramus, dicere in confeſſione Catholicæ Fidei, quod ſancti Patres dixerunt: & ſic Symbolum tenere Eccleſiaſticæ profeſſionis, ſicut ſanctiſſimi Doctores expoſuerunt. Longè ſiquidem inferiores ſumus illis ad excogitanda verba convenientia Fidei Apoſtolicæ. Tantùm firmiter credamus, & teneamus quod illi ſcripſerunt qui Spiritu Dei repleti ſunt, & nobis à Deo dati ſunt doctores. Quid enim vobis diſplicet in Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut verus ſit Deo patri filius, dum ille ipſe & ſe filium nominavit, & veritatem, dicendo: *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Joann.17. Et iterum: *Ego ſum via, & veritas, & vita?* Joann.14 Niſi fortè cum Judæis vultis dicere: *Tu de te ipſo teſtimonium dicis: teſtimonium tuum non eſt verum.* Joan.8.& ſeqq. Mox ille ipſe pro ſe reſpondebit vobis: *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum verum eſt.* Et paullò pòſt: *In lege* (inquit) *veſtra ſcriptum eſt: Quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.* Pater de cœlis intonuit, & eum filium ſuum nominavit, Chriſtus de terris in cœlos clamavit, ſe filium nominavit, & vos cum Judæis adhuc increduli eſtis? Latro in cruce eum Dominum nominavit: Matth.28. Centurio morientem eum videns clamavit: *Verè filius Dei erat iſte.* Sed & dæmones eum verè filium Dei ſummi cum ſua legione proclamaverunt, ſicut in ſanctis legitur Euangeliis: Matth.16. & Elipandus cũ ſua legione negat adhuc eum verè filiũ Dei eſſe? Apoſtoli interrogati à Chriſto dicente: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* De filio hominis interrogat, & de filio hominis reſpondit ei Petrus dicens: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et pro hac laudabili confeſſione meruit ab ipſo Deo Salvatore noſtro audire: *Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed pater meus, qui in cælis eſt.* Patrẽ ſuum dixit, qui hæc revelavit. Pater de ſuo filio myſteria revelavit ſeculari inaudita ſapientiæ: & pro hac glorioſa confeſſione beatũ Petrum principẽ Apoſtolorũ, Ibidem. cœli terræque remuneravit poteſtate, dicens: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Auditis quid hæc Fides Apoſtolica meruit: videre quid veſtra mereatur adoptio. Paullus eundem qui crucifixus eſt, 1.Corinth.1. Dei virtutem & Dei ſapientiam prædicavit, ſcribens ad Corinthios: *Nos verò Chriſtum prædicamus, & hunc crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, credentibus verò Dei virtutem & Dei ſapientiam.* Ecce duo luminaria mundi quale de Chriſto filio Dei teſtimonium proferunt: Iſaia 91. & vos eum adhuc adoptivum vultis dicere, & nobiſcum ſpiritum adoptionis accepiſſe Dei filium? Iſaïas eum filium appellat: *Filius* (inquit) *datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus; & vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri ſæculi.*

24. Intelligite, fratres, quæ legitis, & nolite nova & incognita nomina fingere; ſed quæ in ſancta Scriptura inveniuntur, tenete. Illa enim, quæ ibi inveniuntur de Chriſto Deo, honeſtas habent ſignificationes, & noſtræ ſaluti convenientes. Et nolite per humanas inventiones fluctuare, ſed in ſoliditate ſanctarum Scripturarum vosmetipſos roborate. Illas legite, illas docete: quia in illis eſt vita æterna. Inculcâſtis iterũ, iterumque replicâſtis, vos conſona ſanctis Patribus ponere teſtimonia. Sed, ut probavimus, longè aliter vos illorum intelligitis dicta, quàm illi ipſi intellexerunt, qui hæc ipſa teſtimonia libris inſerebant: & invenimus, ſicut & antè præfati ſumus, certiſſimè vos illorum ſanctiſſima ſcripta hæreticæ pravitatis veneno infeciſſe, & interſeruiſſe verba, quæ nuſquam in eorum legimus libris. Niſi fortè veſtri magiſtri ita ſenſiſſent, quorum nomina ſanctæ & univerſali Dei Eccleſiæ ignota putamus hucuſque remanſiſſe, ſi hujus erroris ſchiſma per vos ea mundo non innotuiſſet. Deſinite fratres veſtros per aures populi Chriſtiani diffamare, parentes & voſmetipſos à ſancta Dei dividere Eccleſia: & nolite per diverticula diſcurrere errorum, & ciſternas vobis hæreticâ perfidiâ diſſipatas fodere, quæ aquas puriſſimæ Fidei non tenebunt: ſed per viam regiam ad limpidiſſimum Catholicæ puritatis fontem feſtinate, & ex eo potate ſpiritum charitatis & Fidei, quatenus de ventre veſtro fluant aquæ vivæ ſalientes in vitam æternam. Tenete vos intra terminos ſanctorum Patrum, & nolite novas verſare quæſtiunculas: ad nihilum enim valent, niſi ad ſubverſionem audientium. Sufficit enim vobis SS. Patrum veſtigia ſequi, & illorum dicta firmâ tenere Fide. Illi enim in Domino noſtri exſtiterunt doctores in Fide, & ductores ad vitam: quorum & ſapientia ſpiritu Dei plena libris legitur inſcripta, & vita meritorum miraculis clara & ſanctiſſima: quorum animæ apud Deum Dei filium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pro magno pietatis labore regnant in cœlis.

25. Hos ergo tota animi virtute, toto charitatis affectu ſequimini, chariſſimi fratres, ut horum inconcuſſa firmitate doctrinis adhærentes, conſortium æternæ beatitudinis, donante vero & proprio Dei filio Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum illis habere mereamini in cœlis. Deſinite, fratres, illum prædicare ſervum, quem Regem & Redemptorem habemus, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Ceſſate eum adoptivum nominare, qui verus Deus, & verus Dei filius: In cujus nomine omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Intelligite in hac profeſſione veſtra duplices diabolicæ fraudis latuiſſe dolos: hoc eſt, ut vos, qui gratiâ baptiſmi redempti eſtis, ab unitate Catholicæ disjungeret Eccleſiæ, & ſchiſmatici erroris laqueo à via ſalutis æternæ retraheret, & gentibus, inter quas habitatis, Chriſtianæ Fidei initia intercluderet, dum & Dominum noſtrum Jeſum

Chri-

Chriſtum, quem Deum colimus & adoramus, ſervum prædicatis & adoptivum. Hæc ſunt enim argumenta diaboli, & ut vos ſubvertat in Fide, & illos avertat à Fide. Quieſcite, viri fratres, quieſcite ab hac nequitia: & eſtote vobismetipſis Doctores ad vitam, & vicinis veſtris ductores ad Fidem. Conſiderate quale eſt hoc ſcandalum inter paganas gentes, ut dicatur, Deum Chriſtianorum, ſervum eſſe vel adoptivum. Nos per illum adoptati ſumus, non ille nobiſcum adoptivus: nos per illum à ſervitute liberati, non ille nobiſcum ſervus. Cur eum ſervum nominare debemus, qui nos amicos maluit nominare quàm ſervos, dicens: *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos: quia ſervus neſcit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à patre meo, nota feci vibis?* Attendite qua charitate nos nominavit amicos, eâ charitate nominemus eum Deum Dei filium, & diligamus ex toto corde, quia ipſe prior dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, ut emundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Credamus eum Dominum, & non ſervum, ipſo dicente: *Vos vocatis me, Magiſter & Domine: & bene dicitis, ſum enim.* Et verum Deum, verumque Dei filium confiteamur in utraque natura, divinâ ſcilicet & humanâ. Credamus eum omnia velle quæ meliora ſunt, & omnia poſſe quæ vult, ſicut dictum eſt: *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra.* Quis negat meliorem eſſe proprietatem in filio, quàm adoptionem? Et dum omnipotens Dei filius noſtræ fragilitatis naturam in unitatem ſuæ perſonæ adſumere voluit, ut eſſet mediator Dei & hominum; cur non debuit ex meliore filiorum dignitate, & multò excellentiore, noſtram ſibi in unitatem perſonæ aſſociare humanitatem, quatenus ex ſua glorioſa & propria nobilitate noſtræ ſervitutis redimeret ignobilitatem? Venit enim medicina ad ægros, miſericordia ad miſeros, redemptor ad reos, liber ad ſervos, ut dictum eſt: *Deus ultionum liberè egit.* Et in Euangelio: *Si filius vos liberaverit, verè liberi eritis.* Non ſimus ingrati tantorum beneficiorum Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem conditi ſumus, & à quo iterum redempti ſumus, & in gloriam filiorum Dei adoptati. Prædicemus eum Deum verum & vivum, & verè filium Dei, ut ad ejus beatiſſimam viſionem pervenire mereamur, in qua eſt æterna beatitudo, & beata æternitas. Cui laus & gloria in omnes æternitates. Amen.

Joan. 15. *Joan. 13.* *Pſal. 113.* *Pſal. 93.* *Joann. 8.*

EPISTOLA

CAROLI MAGNI REGIS

Ad Elipandum & cæteros Epiſcopos Hiſpaniæ.

In qua trium etiam ſuperiorum libellorum fit mentio.

Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum, filius & defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ, Elipando Toletanæ civitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hiſpaniæ Conſacerdotibus orthodoxæ Fidei & fraternæ charitatis, in Chriſto Dei filio proprio & vero optamus ſalutem.

GAUDET pietas Chriſtiana divinę ſcilicet atque fraternæ per lata terrarum ſpatia duplices charitatis alas extendere, ut materno foveat affectu quos ſacro genuerat baptiſmate. Et maxima eſt ſanctæ matris Eccleſiæ exultatio, ſuorum adunatio filiorum, ut ſint conſummati in unum, qui redempti ſunt ab uno, dicente eodem redemptore Domino noſtro Jeſu Chriſto: *Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut omnes unum ſint; ſicut & nos unum ſumus.* Unde & in Cantico Canticorum de ſancta dicitur Eccleſia: *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Conſtipata exercitûs ordinatio, & unanimis bellatorum fortitudo, magno ſolet hoſtibus eſſe terrori: ſic filiorum ſanctæ matris Eccleſiæ intra murum Catholicæ Fidei pacifica adunatio, aëreis poteſtatibus nimium conſtat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ ſpiculis omnino impenetrabilis exſtat, ſicut & veriſſimus gentium prædicator, & fortiſſimus Eccleſiæ prœliator præcipit, dicens: *In omnibus aſſumentes ſcutum Fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignita extinguere*: & hoc ſæculum nequam libero ad cœleſtia volatu evadere. *Sine Fide enim impoſſibile eſt placere Deo.* Impoſſibile eſt quod omnino ab homine fieri non poteſt. Principium eſt ſalutis noſtræ Fides: quâ intemeratâ & integrâ ſanitate confirmata, totius vitæ curſus per bonorum veſtigia operum feliciter fine tenus currit. *Per Fidem enim* (ſicut idem præfatus Doctor in Epiſtola ad Hebræos teſtatur) *omnes ſancti placuerunt Deo.*

Joan. 17. *Cant. 6.* *Epheſ. 6.* *Hebr. 11.*

2. Hanc igitur Fidem orthodoxam, & ab Apoſtolicis traditam doctoribus, & ab univerſali ſervatam Eccleſia; nos pro virium noſtrarum portione ubique in omnibus ſervare & prædicare profitemur: quia non eſt in alia aliqua ſalus niſi in illa, quam pacifica ab initio ſalutis noſtræ unanimitate ſemper ſervabat Eccleſia: pro qua etiam, viri fratres, & veſtra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus Fidei veſtræ literas dirigere curâſtis, utrumque, & generales ad ſacer-

cerdotales ſanctiſſimas aures, ad nos quoque ſpeciales. In quarum utique ſerie literarum non ſatis nobis elucebat, an quaſi ex auctoritate magiſterii nos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis. Tamen, ſive hoc, ſive illud veſtris ineſſet animis, petitionem veſtram, charitate Chriſtianæ religionis cogente, non ſpernendam eſſe cenſuimus: valdè deſiderantes, Deumque ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in veræ Fidei ſoliditate firmiter utrimque permaneamus, & inter fluctivagos hujus ſæculi æſtus, Spiritu ſancto navigium veſtri curſus regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis pervenire mereamur. Ad hanc autem tranquillitatem capiendam, oculus cordis Fide purificandus eſt, & aſſiduis ſanctarum orationum precibus mentis acies illuſtranda, ut puræ veritatis lumen, omni errorum nube expulſâ, contemplari valeat, ne in opiniones noxiæ falſitatis temeritas inordinata incautiùs gradientes præcipitet. Nec pigeat Chriſtianum ubi hæſitet quærere; nec pudeat, ubi neſciat, diſcere: quoniam pia humilitas diſcendi, ſapientiæ intrat ſecreta; & melius eſt diſcipulum eſſe veritatis, quàm doctorem exiſtere falſitatis. Ille ad altiora ſemper provehitur, iſte ad inferiora ſemper dilabitur: & inde magiſter efficitur erroris, unde auditor contempſit eſſe veritatis.

3. Hanc igitur, fratres, pernicioſam devitantes elationem; ſanctorum Patrum & Catholicorum Doctorũ ſacris inhæreamus ſenſibus. Diſcamus quæ ſcripſerunt, credamus quæ docuerunt, & non declinemus ad dexterã neque ad ſiniſtram, ſed per viam regiam ad Regẽ & redemptorem: Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ concordi Fidei & veritatis curramus profeſſione. *Corde enim creditur* Rom. 10.
ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, eodem atteſtante Apoſtolo; *Juſtus autem ex Fide vivit.* Si Rom. 1.
juſtus ex Fide vivit, quomodo qui Fidem non habet rectam, ſe vivere æſtimat? Nos nempe non ſumus infidelitatis filii in perditionem, ſed Fidei in acquiſitionem animæ. Sequamur SS. Patrum venerabilia in charitate præcepta: Decet enim ut omnium Chriſtianorum una ſit Fides, & unus animus, ſicut eſt unum ovile & unus Paſtor. Qui verò extra Eccleſiaſtici ovilis ſepta invenientur, lupina rabie devorabuntur, quia vocem boni paſtoris non audiunt, qui ante ſuas oves ingredietur & egredietur, ut eos ad paſcua vitæ perducat æternæ. Nobis itaque dictum intelligamus, quod egregius prædicator ſuis chariſſimis filiis præcipiebat, dicens: *Obſecro vos per nomen Domini noſtri* 1. Cor. 1.
Jeſu Chriſti, ut unum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in uno ſenſu & in eadem ſcientia. Hæc habentes Apoſtolicæ auctoritatis præcepta, concordate nobiſcum. Diligimus vos: hoc vobis volumus in Domino, quod & nobis: quia perfecta quam habemus in Chriſto charitas congregare gaudet, non ſpargere; adunare, non ſcindere; & inconſutilem Salvatoris noſtri tunicam integram ſervare, non dividere: prævidentes hoc idem in pace Chriſti cuſtodire, quod milites in paſſione ejus obſervabant.

4. His ita prælibatis, veſtris in Domino valdè congaudemus profectibus, ita ut in cordibus noſtris fraterno vulnerati amore, veſtram, quam patimini inter gentes, lacrymabili gemitu condoleamus oppreſſionem: ſed majore multò triſtitia lugemus, ſi aliquid diabolica fraude interiùs oppreſſionis per infidelitatem vel cujuslibet ſchiſmatici erroris patiamini in cordibus. Iſte eſt continuus dolor pectoribus noſtris, & penè immedicabile vulnus, niſi per ejus miſericordiam, qui ſanat contritos corde, & vult omnes homines ſalvos fieri, ad agnitionemque veritatis pervenire, illi nos lætificent qui contriſtaverunt. Veſtra igitur correctio noſtra eſt lætificatio: deſiderantes vos ſocios habere in Fide Catholica, & cooperatores in prædicatione veritatis, ut gaudiũ, quod ſuis Chriſtus promiſit diſcipulis, habitet in nobis, & gaudium noſtrũ impleatur in vobis.

5. Ad impletionem verò hujus gaudii, fraterna cogente charitate, juſſimus ſanctorum Patrum ſynodale ex omnibus undique noſtræ ditionis Eccleſiis congregari Concilium, quatenus ſancta omnium unanimitas firmiter decerneret, quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quam nuper novis aſſertionibus, & ſanctæ Dei univerſalis Eccleſiæ antiquis temporibus inauditis, vos ex veſtris ſcriptis intuliſſe cognovimus. Immò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem, de hac nova inventione, noſtræ devotionis ter quaterque direximus miſſos: ſcire cupientes, quid ſancta Romana Eccleſia, Apoſtolicis edocta traditionibus, de hac reſpondere voluiſſet inquiſitione. Nec non & de Britanniæ partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros convocavimus, ut ex multorum diligenti conſideratione veritas Catholicæ Fidei inveſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hinc inde roborata teſtimoniis, abſque ulla dubitatione teneatur. Iccircò vobis per ſingulos libellos dirigere curavimus, quid prædictorum Patrum pia unanimitas, & pacifica perſcrutatio, auctoritate Eccleſiaſtica inveniret, ſtatuiſſet, confirmaret.

6. Primò quid Dominus Apoſtolicus, cum ſancta Romana Eccleſia, & Epiſcopis illis in partibus quaqua verſum commorantibus, & Catholicis doctoribus ſentiret, ſub unius libelli tenore ſtatuimus.

7. Deinde ſecundo loco, quid Eccleſiaſtici doctores & ſacerdotes Eccleſiarum Chriſti de propinquioribus Italiæ partibus, cum Petro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Paullino Forojulienſi, vel Aquilejenſi Patriarcha, viris in Domino valdè venerabilibus, intelligi vel firmiter credi voluiſſent ſuis propriis reſponſionibus exaratum poſuimus libellum: quia ipſi quoque præſentes noſtro ſynodali conventui adfuerunt.

8. Poſt hæc tenet & tertius libellus orthodoxam ſanctorũ Patrũ, Epiſcoporũ, & virorum venerabilium Fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, & Britanniæ partibus dignis Deo deſerviunt officiis, veſtriſque objectionibus ſanctarum Scripturarum teſtimoniis roboratas obtinet reſponſiones,

9. Dein

9. Dein quarto loco meæ propriæ unanimitatis, cum his ſanctiſſimis prædictorum Patrum decretis, & Catholicis ſtatutis conſenſum ſubnexui, ſicut vos metipſi in veſtra epiſtola, quam meo ſpecialiter aſſignâſtis nomini, rogare curâſtis: ideſt, ne paucorum ſubdolis aſſertionibus conſentirem, ſed plurimorum teſtimoniis roboratam Fidem firmiter tenerem. Facio certiſſimè, Deo Domino meo Jeſu Chriſto donante, horum me ſanctiſſimæ multitudini & probatiſſimæ auctoritati in veræ Fidei profeſſione firmiter aſſocians, nec veſtræ me paucitati in conſenſione hujus novæ aſſertionis ſocium admitto: ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & Catholicis traditionibus, tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungo. Quicquid in illorum legitur libris, qui divino Spiritu afflati, toti Orbi à Deo Chriſto dati ſunt doctores, indubitanter teneo: hoc ad ſalutem animæ meæ ſufficere credens, quod ſacratiſſima Euangelia veritatis pandit hiſtoria, quod Apoſtolica in ſuis Epiſtolis confirmat auctoritas, quod eximii ſacræ Scripturæ tractatores, & præcipui Chriſtianæ Fidei doctores, ad perpetuam poſteris ſcriptum reliquerunt memoriam. Cum his quoque doctoribus, & ſanctæ Eccleſiæ paſtoribus, veram prædico Fidem, quos in
Matth. 28. præſenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*.

10. Hi ſunt propugnatores Fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diverſas ſedes civitatis Chriſti, cujus antemurale eſt Fides Catholica, & charitas firmiſſimus murus, & propugnacula divinarum teſtimonia Scripturarum: & divitiæ ſalutis in ea ſunt ſapientia & ſcientia, & ſpes portarum cuſtodia: quæ quatuor clavibus, ideſt prudentiâ, juſtitiâ, fortitudine, & temperantiâ, piis aperiuntur animis. Hujus verò civitatis ipſe Dei verus & proprius filius, Deus verus, homo verus, Jeſus Chriſtus Dominus noſter, regali præſidet potentia: cujus gratia totam illius civitatis ſtructuram regit, defendit, & exaltat. Quiſquis ad hanc civitatem, recta ſibi præviante Fide, manus bonorum operum habens pleniſſimas, pervenire feſtinat, apertas inveniet portas, & Regem Regum cum millibus ſanctorum agminum obviare ſibi gaudebit. Sed & gratias vobis agimus de inſtantia orationum veſtrarum, quibus memoriam noſtri aſſiduè vos habere dixiſtis: optantes ut preces veſtræ acceptabiles ſint Domino Deo ſalvatori noſtro, & ut ipſe per ſuam miſericordiam dignos vos efficiat exaudiri, & ad unitatem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ revocare dignetur, & ejuſdem pietatis humeris in ſanctæ matris Eccleſiæ reportet ovile, quâ de cœlis veniens ovem requirere perditam, inventamque cum triumpho gloriæ ad ſedem paternæ majeſtatis revexit.

11. Illud quoque, quod vobis noſtram pietatem flagitare placuit, quatenus in præſentia noſtra libelli veſtri legeretur textus, & perſcrutante plurimorum conſilio, quid in eo rectæ Fidei ſanctionibus conſentiens inveniretur: fecimus ſicut petiſtis, collectis undique, veluti præfati ſumus, Eccleſiaſticis doctoribus, & populi Chriſtiani rectoribus: nobiſque omnibus pacifico unanimitatis choro conſedentibus, eundem libellum à capite calce tenus per diſtinctiones uniuſcujuſque ſententiæ, & per interrogationes vel reſponſiones, prout cuique libuit, perlegere juſſimus. Quid verò de eo libello Præſules Eccleſiarum Chriſti, Fideique Catholicæ doctores intellexiſſent, non opus eſt mihi in hac mea iterare epiſtolâ, dum illorum libellus proprius hoc vobis evidenter oſtendit.

12. Scriptam itaque in epiſtola veſtra hujuſmodi obſecrationem invenimus: Poſcentes nos per eum, qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro te mortem pertulit & ſepulturam, ad liberandos electos ad infernum deſcendit, & pro te reſurgens, tibi viam ad cœlos revertendi, ſcilicet ad cœleſtem portam demonſtravit, ut per te ipſum arbiter ſedeas. Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens, congregationi ſacerdotum auditor & arbiter aſſedi. Diſcrevimus, & Deo donante decrevimus, quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum. Sed modò per eandem obſecrationem vos iterum iterumque obteſtor, ut in pacifica unanimitate, & Catholicæ Fidei profeſſione nobiſcum firmiter maneatis: nec vos doctiores æſtimetis univerſali ſancta Dei Eccleſia. Eam Fidem tenete, quam orthodoxi Patres in ſuis nobis Symbolis ſcriptam reliquerunt. Et nolite plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: nec ratiocinando humano ingenio divina vos myſteria inveſtigare arbitremini: ſed magis credendo honorate, quæ humana fragilitas temerè perſcrutando invenire non valet.

13. Exemplum mihi Conſtantini Imperatoris propoſuiſtis, cujus initium B. Iſidorum laudâſſe dicitis, & finem doluiſſe: quod ne mihi accidat, per quendam beatum, quem Antiphraſium cognominâſtis, benignè ſuadetis. Hoc etiam, divina miſerante gratia, præcavere ſatago: non ab illo tantummodo, ſed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ Fidei contrarium docere videntur; aſſiduaque devotione Dominum depoſco, & quoſcumque ex filiis ſanctæ matris Eccleſiæ valeo, mihi in hac petitione adjutores convoco; ne me alicujus verboſa adulatio, vel fraudulenta laudatio
Pſalm 141. decipiens, à via veritatis avertat, ſæpiùs cum Propheta decantans: *Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Vos verò vobiſmetipſis cavete, quod nos fraterno admonuiſtis amore, procurantes diligentiſſimè: omnipotentiſque Dei vobis aſſiduis precibus clementiſſimam convocate gratiam, ne callida antiqui hoſtis verſutia ſenſus veſtros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interius diaboli ſervitium, quàm exterius gentis inimicæ. Eumque exſpectate redemptorem, quem ſalutis veſtræ habuiſtis auctorem. Illum glorificate in corde, & portate in corpore; & dignam in vobis illi præparate habitationem in Fide, quæ per dilectionem operatur; quatenus vos illius glorioſa potentia, & ineffabilis miſericordia, ab utriuſque ſervitutis moleſtia, exteriore ſcilicet & interiore, liberet & cuſtodiat, & in magno die

ante

ante conſpectum gloriæ ſuæ cnm multiplicibus laboris veſtri divitiis glorioſos ſtare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apoſtolicæ Fidei audire faciat: *Venite benedicti Patris mei,* Matth. 25. *percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi*. Paratum igitur vobis regnum ab origine mūdi indubitata veritatis promiſſione ſperatis, ſi Catholicæ Fidei unanimitati voſmetipſos adjungere curetis. Exteriores ſervitutis moleſtias interna fidelitatis ſpe conſolamini. Oculos mentis veſtrę ad eum erigite, qui vos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ.

14. Hactenus, antequam hnjus adoptionis in Chriſto nomen à vobis exortum noſtros offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus. Etſi nos veſtrum corporale ſervitium contriſtaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificavit in vobis. Nunc verò dnplici pro vobis affligimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica ſervitute oppreſſis in corpore. Sed redite, obſecro, ad unitatem ſanctæ matris Eccleſiæ, ut vos eruat de anguſtia ſervitutis terrenæ, qui vos per baptiſmi gratiam à vinculo liberavit originalis peccati. Exſpoliâſtis veterem hominem: quomodo iternm fraude decepti maligna, induimini illo? Adoptionis filii Deo Patri facti eſtis per eum qui non eſt adoptivus, ſed proprius: ſtate per Fidei inviolabilem confeſſionem in libertate filiornm Dei, & nolite infidelitatis jugum ſubire. Expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Chriſtus, qui ſolvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus veſtris. Habetis nos, divina auxiliante gratia, cooperatores gaudii veſtri, ſi vos nobiſcum Catholicæ Fidei vultis eſſe prædicatores. Certiſſimum itaque ibi erit divinæ miſerationis auxilium, ubi una eſt totius Eccleſiæ charitas, & una veræ Fidei confeſſio. Ad multitudinem populi Chriſtiani, & ad ſacerdotalis Concilii unanimitatem revertimini. Si enim duorum vel trium ſancto pioque conſenſui, ſecundùm ſuam promiſſionem, Dominum eſſe præſentem non dubitamus; quantò magis ubi tot ſanctiſſimi Patres, tot venerabiles fratres, tot filii piæ matris Eccleſiæ, in nomine illius pacifica conveniunt unanimitate, eum adeſſe medium non eſt dubitandum, & illorum regere conſilia, qui ſui nominis laudem quærere dignoſcuntur?

15. Ad confirmanda igitur corda veſtra in Fide & veritate, hanc noſtri nominis, fraterna inſtigante charitate, epiſtolam ſcribere curavimus; optautes ut noſtra, quam habemus pro Fide Catholica, proficiat devotio, & vos divina clementia ad Fidem reducat Catholicam. Antè igitur quàm hujus ſæpè dicti ſcandali à vobis oriretur offenſio, duplici charitate, ſicut prædiximns, dileximus vos; ideſt, in orationibus noſtris per omnes regni noſtri Eccleſias habuimus ſocios, & veſtri memoriam quotidie facientes: itidem quoqne &, Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare à ſervitio ſæcularis neceſſitatis, ſecundùm temporis opportunitatem, & veſtri conſilii adhortationem. Nunc verò hac duplici charitate (quod ſine dolore non dicimus) fraudâſtis voſmetipſos, non intelligentes vos fraude diabolica eſſe deceptos, ut utroque juvamine vos denudaret; ideſt participatione Fidei, & orationum noſtrarum, vel ſolatio auxilii noſtri. Videte, videte quàm grande malum adverſum voſmetipſos habetis factum, quod nequaquam auſi ſumns orare pro vobis, ſicut pro fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis; nec vos adjuvare quomodo fratres in veſtris maximis neceſſitatibus. Quapropter revertimini ad hanc duplicem conſolationem, & abjicite à vobis hanc malignam diabolicæ fraudis verſutiam, ut poſſitis nobiſcum conſortium habere in omni charitate & auxilio opportnno. Poſt hanc verò correptionem, ſive admonitionem Apoſtolicæ anctoritatis, & ſynodalis unanimitatis; ſi non reſipiſcitis ab errore veſtro, ſcitote omnino vos pro hæreticis haberi, nec ullam vobiſcum communionem pro Deo audemns habere. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis apprehendant, nnde non poteritis pedes veſtros explicare; ſed æterna damnatione irretitos eſſe lugebitis. Adhuc enim pia mater Eccleſia revòcat vos ad gremium ſuæ miſericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantùm nolite vos abſtrahere ab ejus pietate, qui vos vocavit in regnum filii dilectionis ſuæ,

16. Credimns in unum Deum Patrem omnipotentē, factorem cœli & terræ, viſibiliū omnium & inviſibilium. Credimus & in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, natum ex Patre ante omnia ſæcula, & ante omnia tempora: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum: naturalem, non adoptivnm: per quem omnia condita ſunt, cœleſtia & terreſtia, unius eſſentiæ, & unius ſubſtantiæ cum Patre. Credimus & in Spiritum ſanctum, Deum verum, vivificatorem omnium, à Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum. Credimus eandem ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unius eſſe ſubſtantiæ, unius potentiæ, & unius eſſentiæ tres perſonas, & ſingulam quamque in Trinitate perſonam plenum Deum, & totas tres perſonas unum Deum omnipotentem: Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio: nec Patrē aliquando cœpiſſe, ſed ſicut ſemper eſt Deus, ita ſemper & Pater eſt, quia ſemper habuit filiū. Æternus Pater, æternus Filius, æternus & Spiritus ſanctus, ex Patre Filioque procedens. Unus Deus omnipotens, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ubique præſens, ubique totus, Deus æternus, ineffabilis, incomprehenſibilis. In qua ſancta Trinitate nulla eſt perſona vel tempore poſterior, uel gradu inferior, vel potaſtate minor: ſed per omnia æqualis Patri Filius, æqualis Patri & Filio Spiritus ſanctus, divinitate, voluntate, operatione, & gloriâ. Alius tantummodo in perſona Pater, alius in perſona Filius, alius in perſona Spiritus ſanctus, Non aliud, ſed unum naturâ, potentiâ, & eſſentiâ Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Credimus ex hac ſancta Trinitate Filii tantummodo perſonam pro ſalute humani generis de Spiritu ſancto & Maria Virgine incarnatam, ut qui

erat de divinitate Dei Patris Filius, eſſet & in humanitate hominis matris filius: perfectus in divinitate Deus, perfectus in humanitate homo: Deus ante omnia ſæcula, homo in fine ſæculi: verus in utraque ſubſtantia Dei filius, non putativus, ſed verus, non adoptione, ſed proprietate una perſona Deus & homo, unus mediator Dei & hominum: in forma Dei æqualis Patri, in forma ſervi minor Patre: in forma Dei Creator, in forma ſervi Redemptor. Unus in utroque Dei Filius proprius & perfectus, ad implendam humanæ ſalutis diſpenſationem paſſus eſt vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte: ſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione, & vera animæ reſumptione: & eodem corpore quo paſſus eſt, & reſurrexit, aſcendit in cœlos, ſedens in dextera Dei Patris: & in eadem forma, quâ aſcendit, venturus judicare vivos ac mortuos, cujus regni non erit finis. Prædicamus unam ſanctā Dei Eccleſiā, toto Orbe diffuſam, locis ſeparatam, Fide & charitate conjunctam: & veram remiſſionem peccatorum in eadem Eccleſia, ſive per baptiſmum, ſive per pœnitentiam, divina donante gratiâ, & bona voluntate hominis cooperante. Credimus & omnes homines reſurrecturos eſſe, & ſingulos ſecundùm ſua opera judicari: impios æternis ſuppliciis damnandos cum diabolo & angelis ejus: ſanctos verò æternâ gloriâ coronandos cum Chriſto & ſanctis angelis ejus in ſæcula ſempiterna.

Hæc eſt Fides Catholica, & ideo noſtra. Optamus etiam & veſtra: quia una eſt Fides, & unum baptiſma, & unus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt Deus verus & homo verus, verus Deus, & verus Dei Filius, in utraque natura unus idemque mediator Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus, qui eſt Deus benedictus in ſæcula. Hanc Fidem vos, chariſſimi fratres, firmiter tenere in commune deprecamor. Et ſi aliter antea in quolibet verbo ſenſiſtis, corrigite voſmetipſos, & ad unitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ pura Fide feſtinate: & contentiones nominum, novitateſque vocum devitate: quia juxta Apoſtolum, non eſt hæreticus niſi ex contentione. Vos igitur quia pauci eſtis, unde putatis vos aliquid verius invenire potuiſſe, quàm quod ſancta univerſalis toto Orbe diffuſa tenet Eccleſia? Sub tegmine alarum illius requieſcite, ne vos avida diaboli rapacitas, ſi foris inveniat, nefando gutture devoret. Redite ad pium matris Eccleſiæ gremium. Illa vos foveat & nutriat, donec occurratis in virum perfectum, & in plenitudinem corporis Chriſti. Habetote nos cooperatores ſalutis veſtræ, Catholicæ pacis auxiliatores: & ſocietas noſtra ſit in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui vos nobiſcum incorruptos & immaculatos Fide pariter & opere cuſtodiat, & conſtituat ante conſpectum gloriæ ſuæ incontaminatos & irreprehenſibiles, & perpetuæ beatitudinis hæredes pariter perficiat in æternum.

EX ACTIONE I.

SYNODI LEONIS PAPÆ III.

Adverſus Felicem Urgellitanum.

ANNO CHRISTI DCCXCIX.

LEO ſanctiſſimus, ac ter beatiſſimus ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, & univerſalis, Papa dixit. *Et poſt pauca:* De peſte illa, quæ per miſerum Felicem ex Epiſcopo de nomine adoptionis in Chriſto Dei filio orta eſt, Concilium facere atque tractare pariter deberemus. Et olim quidem à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ domno Hadriano Papa, & ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ejuſdem Regis magni juſſione ſynodali tramite ſub anathematis vinculo putabatur eſſe extincta, nunc magis ac magis creſcendo pullulat. *Et paullo poſt:* Et ut nobis viſum eſt, pejores hæreſes, vel majores blaſphemias, quàm antè in ejus ſcriptis vel dictis unquam audiſſemus, ibidem cognovimus. Aſſerens autem Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, nec filium Dei verum, nec etiam verum Deum, ſed nuncupativum.

EX ACTIONE II.

LEO Epiſcopus dixit: Quis non videat miſerrimum illum & infelicem, hæreticum, quia non ſolùm hæreſiarcha dudum de adoptione in filio Dei latrans factus eſt; ſed etiam, & ſemel, & bis, & tertiò perjuratus effectus eſt? Imprimis namque in Ratiſbonenſe Concilio, quod per juſſionem præfulgidi & orthodoxi filii noſtri domni Caroli Magni Regis actum eſt, confeſſus eſt ſe ex ipſa hæreſi malè dixiſſe: & in ipſo conſcripſit Concilio, anathematizans qui auſus fuerit dicere, filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adoptivum ſecundùm carnem eſſe. Et iterum, ſub ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro domno Hadriano Papa, directus à domno Carolo præfulgido magno Rege ipſe miſerrimus hæreticus infelix Epiſcopus, doctus ab eodem almo Præſule, fecit illum orthodoxum in vinculis libellum, anathemati-

zans

zans, & confirmans inter cætera nequaquam filium Dei adoptivum eſſe, ſicut dixerat; ſed: Proprium & verum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei confiteor. Unde & ipſum orthodoxum ſuum libellum ſuper ſacroſancta Dei myſteria in noſtro patriarchio ponens, juravit ſic tenere & confiteri. Et iterum in confeſſione, ſuper corpus beati Petri Apoſtoli ipſum ponens orthodoxum ſuum libellum, ſimiliter & illic juravit nequaquam ſe dicere audere adoptivum; ſed: Proprium & dilectum filium Dei teneo & confiteor. Et poſtmodum tranſgreſſus legem Dei excelſi, fugiens apud paganos conſentaneos perjuratus effectus eſt. Sed nec illud metuit almum & orthodoxum Concilium, quod in conſpectu Domini Caroli præfulgidi & orthodoxi magni Regis pro hujuſmodi re geſtum eſt, ſatis rectæ Fidei continere, & anathematis vinculis jaculantes eundem Felicem, ſi in errore perſiſteret, cum ſequacibus ſuis condemnaverunt. Et ut audivit veſtrum Concilium, in ſuum vomitum, ut canis, reverſus eſt in volutabro luti, ut audiſtis per ſuum blaſphemum libellum, quem ad venerabilem virum Albinum Abbatem monaſterii Sancti Martini emiſit, in pejorem latrationem devenit, quàm antea. Et flebilis eſt miſer ille: quia ſi non ex ſua iniqua hæreſe reverſus fuerit in veram & Catholicam ſacroſanctam olitanam Fidem, ſemetipſum anathematizavit.

EX ACTIONE III.

LEO ſanctiſſimus Papa dixit: Ipſe enim mundi Redemptor nos docuit: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Ezechiel. 3. Nunc noſtris ſermonibus commonitionem audiant qui erraverunt, & converſi, concordes nobis noſtram teneant Catholicam & Apoſtolicam Fidem, & ſanctorum Patrum ſequantur traditiones. Venerantes proculdubio ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quæ eſt caput Eccleſiarum Dei, pias atque ſacras definitiones: priſcæ inſiſtant religioni, recognoſcentes Fidei traditæ rectitudinem, ſuarum ipſi animarum Deo inſpirante ſalutem procurent. *Poſt pauca*: Felici Orgellitanæ Eccleſiæ Epiſcopo, ſi noluerit declinare ab hæretico dogmate ſuo, in quo auſus eſt filium Dei adoptivum aſſerere; anathema ſit, atque ante tribunal Dei omnipotentis condemnatus, ſeu à ſancta & Apoſtolica Dei Eccleſia extorris, noſtroque conſortio alienus. Hi verò qui converſi fuerint, & noſtræ ſocietati ſe unierint in Fide, & concordia ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ, perpetuæ vitæ atque beatitudinis gaudia mereantur, & vocem audiant divinam: *Venite benedicti patris mei, &c.* Matth. 25.

CONFESSIO FIDEI

Felicis Orgellitanæ Sedis Epiſcopi, quam ipſe poſt ſpretum errorem ſuum, in conſpectu Concilii edidit, & eis, qui in ipſo errore ei dudum conſentientes fuerant, direxit.

ANNO CHRISTI DCCXCIX.

IN Dei nomine Felix olim indignus Epiſcopus, domnis in Chriſto fratribus, Emani presbytero, Ildeſindo presbytero, atque Exſuperio, Gundefredo, Sidonio, necnon & Ermegildo, ſeu cæteris presbyteris, ſimiliter Vittildo diacono, & Wittirico, ſeu cæteris clericis in parochia Urgellitanæ Eccleſiæ degentibus, ſeu cæteris fidelibus Eccleſiæ in ſuperdicto commiſſo commorantibus, in Domino Deo Patre, & Jeſu Chriſto vero filio ejus, Domino ac Redemptore noſtro, & in Spiritu ſancto, æternam ſalutem.

De cætero ad agnitionem veſtram reducimus, quia poſtquam ad præſentiam domini noſtri ac piiſſimi glorioſique Caroli Regis perductus ſum, & ejus conſpectui præſentatus, licentiam ab eo, ſecundùm quod & venerabilis domnus Laïdradus Epiſcopus nobis in Orgello pollicitus eſt, accepimus, qualiter in ejus præſentiam in conſpectu Epiſcoporum, quos ad ſe ordinatio glorioſi Principis noſtri convenire fecerat, ſententias noſtras, quas ex libris Sanctorum habere nos de adoptione carnis in filio Dei, ſeu nuncupatione in humanitate ejus, credebamus, repræſentaremus: qualiter non in violentia, ſed ratione veritatis, noſtra adſertio rata judicaretur, ſi ab illis per auctoritatem ſanctorum Patrum minimè repudiaretur. Quod ita factum eſt. Nam prolatas à nobis ſententias de ſuperdicta contentione, hoc eſt de adoptione carnis atque nuncupatione, ita illi ex auctoritate de libris ſanctorum Patrum, ideſt, Cyrilli Epiſcopi, & B. Gregorii Papæ urbis Romæ, ſeu Beati Leonis, ſive & aliorum ſanctorum Patrum, qui nobis priùs incogniti erant, ſeu per auctoritatem Synodi, quæ nuper in Roma hac intentione, præcipiente glorioſiſſimo ac piiſſimo domino noſtro Carolo, adverſus epiſtolam meam, quam dudum venerabili viro Albino Abbati Toronenſis Eccleſię ſcripſeram, congregata eſt. In qua Synodo, præſente Leone Apoſtolico, & cum eo cæteri Epiſcopi numero LVII. reſidentes, & plerique presbyteri ac diaconi cum eis in domo beatiſſimi Petri Apoſtoli, per quorum omnium auctoritatem iſtas jam dictas ſententias noſtras, non qualibet, ut dictum eſt, violentia, ſed ratio-

Digitized by Google

ne veritatis, ut ōportuit, excluſerunt. Quorum auctoritate veritatis, & totius Eccleſiæ uoiverſalis conſeoſu convicti, ad ooiverſalem Eccleſiam, Deo favente, ex toto corde noſtro reverſi ſomus: non qualibet ſimulatione ſeo velamioe falſitatis (ſicut dudum) quod Deus ſcit; ſed, ut dixi, verâ cordis credulitate & oris profeſſione. Quod etiam in conſpectu multorum ſacerdotum & monachorum profeſſi ſumus, pœnitudinem gerentes de priſtino errore & ſacramento, quā pro hac intentione olim prævaricatus ſum: profitentes, nos deinceps adoptionē carnis in filio Dei, ſive nuncupationē in humanitate, nullo modo credere vel prædicare; ſed ſecundùm qood dogmatibus ſanctorū Patrum informamur, eundem Domioum noſtrum Jeſum Chriſtum in utraque natura, Deitatis videlicet & humanitatis, proprium ac verom filium profitentes, unigenitum videlicet patris, unicum filium e us: ſalvas tamen utriuſque naturæ proprietates, ita dumtaxat, ut nec divinitas Verbi Dei in natura credatur humana converſa, vel humana à verbo adſumpta invidiâ mutata: ſed utraque, ideſt, divina atque humana, ab ipſo conceptu in utero Virginis ita in ſingularitate perſonæ ſibimet connexæ atque conjunctæ ſunt, ut unicus filius patri, & verus Deus, ex ipſo utero glorioſæ Virginis abſque ulla corruptione editus prodiretur. Non ita homo adſomptus à Verbo de ſubſtantia patris, ſicut ipſumque Verbum à fidelibus genitus credatur, cùm ſit ex ſubſtantia matris: ſed quia, ut dictum eſt, in ipſa volva ſanctę Virginis ab ipſo couceptu ab eo qui ſecuodùm divinitatem verus & proprius Dei filius exiſtit, in ſingularitate perſonæ ſuæ ſuſceptus eſt, atque couceptus, verus & proprius Dei filius, ex eadem ſancta Virgine natus eſt. Non alius Dei filius, & alius homiuis filius: ſed Deus & homo, unicus Dei patris verus ac proprius filius, non adoptione, uon appellatione, nuncopatione; ſed in utraque naturs, ut dictum eſt, unus Dei patris ſecundùm Apoſtolum verus ac proprius Dei filius credatur.

Hæc eſt confeſſio Fidei noſtræ, quam Deo juvante à ſanctis Patribus per eorum ſcripta cognovimus, & ab univerſali Eccleſia poſt priſtinum errorem noſtrum accepimus & teuemus. Quod & vos omoes credere & confiteri, per eundem Domiuum ooſtrum exhortamur, nil diminuentes aut sddentes ex ſenſu veſtro; ſed hoc quod vobis ionoteſcimos, cum univerſali Eccleſia indubitanter retinentes: & ut pro me miſero, per quem uſque nunc in Eccleſia Dei contentio verſa eſt, ex totis præcordiis veſtris Domini miſericordiam implorare non dedignetis: qoaliter propter veſtram emendationem, & orationem Catholicorum ſacerdotum, qui in ſimili prævaricatione, ut ego, nequaquam obnoxii ſunt, Domini miſericordiam, priuſquam de hoc mortali corpore egrediar, conſequi valeam. Quod per hoc me magis conſequi à Domino confido, ſi ſcandalum, ſeu error in Fide, qui per me in uſque nonc, inter utraſque partes duravit, per me iterum omoia correcta atque ſedata fuerint, atque omnia Eccleſiæ membra io onitate Fidei, & concordia charitatis, velut in uoum corpus compaginata, ita nemo ex nobis in Eccleſia Dei oltiā ſcandalum, vel quodlibet ſchiſma intromittere audeat: ſed omnes nos cum univerſali Eccleſia, quæ in toto mundo dilatata noſcitur, ſimiliter ſentientes, & ea quæ dudum orta intentio eſt, ideſt, adoptionem carnis ſeu nuncupatiouem iu humanitatem filii Dei anathematizantes, pacem, ut dixi, & unitatem Fidei cum omuibus fidelibus Eccleſiæ, abſque ulla ſimnlatioue, iocoovulsa Fide retineamus: ne cum Neſtorii impietate coucordantes, qui purum hominem Chriſtum Dominum credidit, alicubi deiuceps labamur, qui dixit: *Oportet verò & de Dei diſpenſatione, quam pro noſtra ſalute in diſpenſatione Domiui Chriſti Dominus Deus perfecit, ſcire, quoniam Deus Verbum hominem perfectum aſſumpſit ex ſemine Abrahæ & David ſecundùm pronunciationem divinarum Scripturarum: hoc conſtitutum naturâ, quod erant illi, ex quorum erat ſemine, hominem perfectum naturâ, ex anima intellectuali & carne humana conſtantem, perfectum hominem conſtitutum ſecundùm nos per naturam, Spiritus ſancti virtute in Virginis vulva formatum, factum ex muliere, & factum ſub lege, ut omnes nos à ſervitutis lege redimeret, antè jam prædeſtinatam adoptionem accipientes, inenarrabiliter ſibimet uniens, mortuum quidem eum ſecundùm legem humanam faciens, ſuſcitans verò ex mortuis, & perducens in cælum, & conſedere faciens ad dexteram Dei: unde perſonam * conſtitutes Principatus, & Poteſtates, & Dominationes, & Virtutes, & omne quod nominatur nomen, non ſolùm in hoc ſæculo, verùm etiam & in futurum, ab omni creatura accepit adorationem, ſicut inſeparabilem à divina natura habens copulationem, relationem Dei, & intelligentiam omni creaturæ adoratione exhibentem. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos: quoniam unus filius patris ſecundùm ſubſtantiam, Deus Verbum unigenitus filius patris, ſicut iſte conjunctus & particeps conſtitutus filii communicat nomine & honore. Dominus ſecundùm eſſentiam Deus Verbum, cui iſte conjunctus honore cammunicat. Et ideo neque duos filios hos dicimus, neque duos homines: quia manifeſto conſtituto ſecundùm ſubſtantiam Domino & filio inſeparabilem tenet ad eum copulationem, qui cauſſâ noſtræ ſalutis adſumptus confertur nomine & honore Domino & filio, non ſicut unuſquiſque noſtrûm ſecundùm ſe ipſum conſtitutus eſt filius. Unde & multi ſecundùm Beatum Paullum dicimur filii, ſed ſolus præcipuum habens hoc, quod ad Dei Verbi copulationem, adoptionem, & dominationem participans: aufers quidem omnem ſuſpicionem dualitatis filiorum & dominorum. Præſtato verò nobis in copulationem ad Domini Verbum, bonam haberet ipſius Fidem, & intelligentiam, & theoriam pro quibus & adorationem, per relationem Dei ab omnibus cœpit creatura. Unum igitur filium dicimus & Dominum Chriſtum, per quem omnia facta ſunt: principaliter quidem Deum Verbum intelligentes ſubſtantialiter filium Dei & Dominum, conſpirantes autem adſumptum Nazareth quem*

nnxit

Digitized by Google

unxit Deus ſpiritu & virtute, ſic in Verbi Dei copulationem adoptionis participantem & dominationis, qui & ſecundus Adam.

Hæc eſt ſententia Neſtorii hæretici, qui purum hominem abſque Deo Virginis utero genitum impiè adſtruebat. In quem hominem, ex eadem ſancta Virgine procreatum & genitum, poſt nativitatem ejus, Verbum Dei, hoc eſt divinitatem filii Dei, deſcendiſſe & habitâſſe præ cæteris Sanctis impudenter prædicabat. Et ob hoc, ſicut in Chriſto duas naturas, ita & duas perſonas in eo ſatis improbè vindicare contendebat. Nos verò ejus impietatem anathematizantes, quędam teſtimonia ex libris ſanctorum Patrum, quos Eccleſia venerabiliter recipit, decerpẽtes, huic Epiſtolę ſubnectimus, per quæ nos ad viã veritatis poſt priſtinũ errorem noſtrũ reverſi ſumus, vobis ſubteradſcriptam direximus, per quę & vos de dicta intentione veritatẽ Fidei pleniùs agnoſcere poteſtis, & ad rectũ tramitẽ Fidei reverti. Contra quas ſententias Patrũ diſſentiens, aliter quàm illas nos informant, credere aut docere voluerit, & adoptionem, & nuncupationem in carne Salvatoris credere vel prædicare præſumpſerit, anathema ſit. A quo jaculo anathematis ipſe verus ac proprius Dei filius, de quo loquitur, tam vos quàm nos, & hîc & in futuro liberare dignetur. Cui cũ Patre in unitate Spiritus ſancti ſimilis & coæqualis exſtat gloria ante omnia ſæcula, & nunc & in dies ęternitatis.

Beatus denique Cyrillus in tractatu ſuo, inter alia, ita dicit: *Immò multùm intereſt, & incomparabilibus differentiis gloriæ & eminentiæ Salvatoris noſtri munimentis, ea quæ noſtra ſunt. Nos enim famuli ſumus: ille verò naturaliter Dominus & Deus, licèt factus ſit nobiſcum, & in his quæ ſunt noſtra diſpenſativè. Præterea & B. Paullus Chriſtum eum nominavit & Deum, ita dicens:* Scitote cognoſcentes quia omnis fornicator, &c. non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. *Solus autem Chriſtus etiam Deus verè, qui Emmanuel eſt. Etenim nos per gratiam Dei; verumtamen non ita Deus filius, ſed naturâ magis & veritate, licèt caro ſit factus.*

Item ipſe in eodem tractatu poſt aliqua ita dixit: *Quomodo proprius Dei filius nominatus eſt Chriſtus, qui etiam traditus eſt à Deo & patre cauſsâ omnium ſalutis & vitæ. Traditus eſt enim propter peccata noſtra, & ipſe iniquitates multorum portavit in corpore ſuo, in ligno, ſecundùm Prophetæ vocem. Palam ergo eſt, quia unitatis res adſumpta, neceſſariè proprium filium declaravit Dei, qui ex ſancta Virgine eſt. Corpus enim erat non alterius cujuſpiam ſecundùm nos, ſed magis proprium ex patre exiſtentis Verbi, natum ex ea.*

Item ipſe poſt paullulum contra Neſtorium: *Sicut enim in Adam omnes morimur, ſic & in Chriſto omnes vivificamur. Si enim non pateretur humanè pro nobis, neque operaretur divinè quæ ad ſalutem ſunt. Dicitur enim priùs quidem mori, ut homo: reviviſcere autem poſtea, eo quod ſit naturaliter Deus. Si igitur non eſt paſſus mori carne ſecundùm Scripturas; neque vivificatur ſpiritu, hoc eſt non revixit. Et ſi hoc eſt verum, vana eſt Fides noſtra, adhuc ſumus in peccatis noſtris. Baptizati enim ſumus in mortem ejus, ſecundùm Beati Paulli* Rom. 6. *vocem: & remiſſionem peccatorum habuimus per ſanguinem ejus. Sed ſi eſt Chriſtus, neque filius verè, neque naturaliter Deus, ſed homo purus ſecundùm nos, & divinitatis organum; ſalvati quidem ſumus non in Deo quodammodo, ſed in uno magis ſecundùm nos moriente pro nobis, & virtutibus alienis reſuſcitato. Quomodo ergo deſtructa eſt mors per Chriſtum?* Et infra: *Colimus autem non hominẽ purum (abſit) ſed Deum potiùs naturaliter; non ignorantes ejus gloriam, licèt factus ſit ſecundùm nos.*

Item Beati Gregorii Papæ urbis Romæ ſua per Moralia: Eratque ille vir magnus inter Iob. 1. omnes Orientales. *Omnes* (inquit) *qui in hunc Orientem Fide pleni conſiſtunt, rectè Orientales vocantur. Sed quia omnes homines, tantummodo homines, ipſe autem Oriens Deus & homo, rectè dicitur:* Erat magnus inter omnes Orientales. *Ac ſi apertè diceretur: Omnes qui in Fide Deo naſcuntur, ſuperat: quia non ut cæteros adoptio, ſed natura illum divinitatis exaltat.* Et rurſus alibi idem ipſe: *Quia omnis homo tantummodo homo eſt, ipſe autem Deus & homo. In terra ei ſimilis non eſt: quia etſi adoptivus quiſque filius ad percipiendum divinitatem proficit; nequaquam tamen ut Deus naturaliter eſſet, accepit.*

Item in libro Beati Job: *Mediatori verò noſtro in legiſlatoribus ſimilis nullus eſt: quia iſti gratuitò vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt; Redemptor autem noſter ſine peccato eſt, filius ſine adoptione, nec perpetravit unquam quod redarguit.* Quas quidem ſententias priùs non rectè intelligebamus.

Item Beati Athanaſii Alexandrini Epiſcopi: *Si quis verò adverſus divinas Scripturas docet, alium dicens filium Dei, & alium qui ex Maria Virgine, hominem ſecundùm gratiam adoptatum, ſicut nos; quaſi eſſent duo filii, unus ſecundùm naturam qui ex Deo, & unus ſecundùm gratiam, qui ex Maria: & ſi quis Domini noſtri carnem, deſurſum dicit, & non ex Virgine Maria, aut mutatam deitatem in carnem & confuſam; aut paſſibilem Domini deitatem, aut inadorandam Domini noſtri carnem ſicut hominis, & non adorandam Domini & Dei carnem; hunc anathematizat ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia.*

Item Sancti Gregorii Nazianzeni Epiſcopi ad Cledonium: *Si quis introducit duos filios, unum quidem qui ex Deo patre, ſecundum verò qui ex matre, & non unum eundemq́; & adoptione excedat gratia quæ promiſſa eſt iis qui credunt; alienum eum à noſtro conſortio judicamus. Naturæ verò duæ Deus & homo: nam & anima & corpus, filii verò duo: neque dii, neque duo homines.*

Item Beatus Leo Papa urbis Romæ ita dicit: *Exultet rectarum mentium Fides, & verum, unumq́; Dei filium, non ſolùm ſecundùm deitatem, quâ à patre eſt genitus; ſed etiam ſecundùm humanitatem, quâ de matre Virgine eſt natus, intelligant.*

Item ipſe alibi: *Adſumpta eſt de matre Domini natura, non culpa: creata eſt forma ſervi ſine conditione ſervili: quia novus temperatus eſt veteri, ut & veritatem ſuſciperet generis, & vitium excluderet vetuſtatis.*

ALCUI-

ALCUINI EPISTOLA
AD ABBATES ET MONACHOS GOTTHIÆ,
IN CAUSSA FELICIS URGELLENSIS.

Nuper eruta à cl. v. Stephano Baluzio ex MSS. Bibliotheca Colbertina. Inſcriptio vetus eſt:

Epiſtola Albini diaconi miſſa Gotthicis Abbatibus vel monachis, De Dei & hominis unigeniti filii Dei perſona.

ALBINUS humilis Chriſti famulus, & ſerviens Sancti Martini, omnibus Abbatibus, fratribus, & filiis, qui ſunt Gotthiæ partibus, in Chriſto chariſſimis, æternę beatitudinis ſalutem. Acceptis veſtræ beatitudinis literis, ſimul & ſuaviſſimis nimiumque nobis neceſſariis ſanctarum orationum veſtrarum muneribus, cum omni gaudio & mentis alacritate; & magnam verè habens fiduciam per veſtras ſacratiſſimas interceſſiones ad Jeſum Dei filium, qui pro mundi ſalute homo dignatus eſt fieri, ita ut qui Deus æternaliter ex patre natus eſt, temporaliter naſceretur ex Virgine, & idem eſſet homo qui & Deus, & idem Deus qui & homo, & non eſſet ulla ſeparatio perſonæ vel filietatis, ne eſſent duo filii, unus proprius, & alter adoptivus; aut duo Dii, unus verus Deus, & alter nuncupativus, quod omnino impium eſt credere & prædicare. Quia Dei filius in proprietate perſonæ & filii dignitatis adunivit ſibi hominem, ut eſſet unus Chriſtus & unus Deus, & unus Deus filius, totus in ſuis, & totus in noſtris, perfectus in divinitate, & perfectus in humanitate. Quod multis teſtimoniis Euangelicis, vel Apoſtolicis, vel etiam ſanctorum Patrum traditionibus comprobari poteſt, ſicut in libello ex parte factum eſt, quem direximus per beatum Benedictum vobis ad ſolatium, & confirmationem Fidei Catholicæ. Sed in manibus majus modò habemus opus propter alias cauſſas, quæ in libello venerandi Felicis legimus; & illum volente Deo vobis dirigimus, poſtquam lectus & comprobatus fuerit ab Epiſcopis noſtris & domno Rege. Interim veſtra ſanctitas nos adjuvet ſacroſanctis orationibus veſtris, ut Dominus Deus aperiat nobis agnitionem veritatis, & fiduciam prædicationis, & conſtantiam in Fide Catholica. Multum enim valet deprecatio juſti, quantò magis & plurimorum. Hæc novitas vocum in adoptione & nuncupatione Chriſti omnino fidelibus omnibus deteſtanda eſt, & magnopere cavenda hæc diviſio in Chriſto Domino noſtro. Scimus duas naturas perfectas eſſe in Chriſto, & unam perſonam mortalem immortalemque eundem eſſe; ſicut homo mortalis eſt carne, immortalis animâ; tamen unus eſt homo, & una perſona, & unus filius patris ſui totus proprius, & dividi non poteſt, quòd ſit partim nuncupativus homo, & partim verus homo; ita & Chriſtus, licèt ſit carne mortalis, & divinitate immortalis; tamen unus Jeſus Chriſtus, & unus Dei filius, ſicut dixi hominem eſſe unum filium: & licèt carne ſit mortalis, & animâ immortalis, & nullatenus unus filius uno patre poteſt eſſe utrumque, & proprius & adoptivus. Et ſi eſt unus filius Deus Chriſtus in una perſona, omnino aut totus eſt proprius, aut totus adoptivus. Sed melius eſt ut propter illam excellentem naturam Dei filius, qui proprius & æternus eſt, ſit humanitas adſumpta in proprietatem filii, quàm propter humanitatem Dei filius æternus humilietur in adoptionem. Omnino proprius filius & adoptivus unus eſſe non poteſt ad unum patrem, ad duos autem poteſt. Hæc conſiderantes diligentiùs, & animo tenete firmiter, & conſtanter prædicate unum filium & unum Deum, eundem proprium & verum perfectumque eſſe: quia omnis veritas in Chriſto eſt, & nullum figmentum, & tota plenitudo divinitatis, & nulla minoratio nec defectio, nec eum, ſicut in libello præfati Felicis lectum eſt, baptiſmo indiguiſſe, ſed mox ſine peccato, & omni labe peccati Spiritu ſancto conceptum eſſe Deum verum & hominem verum. Et ſi beata Virgo proprium potuit generare ſibi filium, qui fuit ex æterno Dei filius; quomodo non potuit Deus pater habere hominem filium proprium, qui ex tempore natus eſt ex Virgine? Unus omnino eſt in utraque natura ad utrumque parentem Chriſtus & filius Dei proprius. Quæ omnia pleniùs, opitulante eodem Deo, quo nobis ſermo eſt, lecturi eritis in eodem libello, quem modò in manibus habemus. Tantùm in Fidei firmitate, & nihil hæſitantes: quia ſine Fide impoſſibile eſt Deo placere, ut Apoſtolus dicit. Charitatem fra-

fraternam inſtantiſſimè inter vos ſervate, & unitatem in omni Catholica pace, & Fide recta, & humilitate non ficta. Et obedientiam veſtram ſecundùm propoſitũ regularis vitæ omni ſtudio ſervate, & ſtabiles eſtote in locis veſtris, ubi volmetipſos dediſtis Deo. Et nolite deſerere monaſteria veſtra, & vagari per ſæculi vanitates. Tempus enim hujus vitæ breve eſt, & non ſunt condignæ paſſiones hujus ſæculi ad ſuperventuram gloriam. Non debet veſtræ beatitudini Chriſti jugum durum videri vel oneroſum, ſed leve & ſueve, ſicut ipſe ait: *Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve eſt*. Non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit ſalvus erit. Revocate ad mentem Judam ex Apoſtolo proditorem factum. Conſiderate Saulum ex perſecutore prædicatorem effectũ. Mementote Malchum monachum, cujus hiſtoriam Beatos Hieronymus nunc edidit epiſtolâ, quomodo quaſi pietatis intuitu egreſſus eſt à monaſterio relinquens patrem ſuum, & in quales pervenit poſtea tribulationes, vel qoaliter planxit monachum in eremo, quem perdidit in monaſterio. Rarò diabolus aperta fronte pugnat contra ſervos Dei: ſed ſub figora pietatis, quaſi majoris ſit utilitatis exire de monaſterio quàm permanere. Ovis quæ de ovili egreditur, & à paſtore recedit, lupi patet morſibus. Meliùs eſt non vovere, quàm vota non implere. Dicit Scriptura: *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro*. Verax eſt Deus in promiſſionibus beatitudinis quæ diligentibus ſe promittit: & verè dicis. Reddet promiſſa veritatis. Mementote Apoſtolum dicentem: *Fratres, ſtabiles eſtote & immobiles*. (1. Cor. 15.) Et iterum: *Qui ſtat, videat ne cadat.* (1. Corinth. 10.) Stabat Joannes quando Chriſtum cernebat. Ideo, fratres chariſſimi, vigilate & ſtate in Fide, viriliter agite, & confortetur cor veſtrum in omni opere bono. Et pſalmiſta: *Exſpecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*. (Pſal. 26.) niſi, ſtabili mente exſpecta, donec tibi veniat dies remunerationis. Fac omnia opera viriliter, & confortetur cor tuum in permanendo quod cœpiſti, & ſuſtine Dominum. Quicquid à te tribulationes vel labores permittunt ſuſtine viriliter. Multæ ſunt tribulationes juſtorum, & de his liberabit eos Dominus. Nullus labor amanti Deum durus videatur: quia ille eſt remunerator fidelis, qui eſt auxiliator idoneus, qui nunquam deſerit ſperantes in ſe. Reſpondeat homo ſuggeſtionibus diaboli: Dominus (Iſaia 50.) auxiliator mihi eſt, non timebo quid faciet homo, id eſt, carnalis delectatio. Item: *Declinate à* (Pſal. 55.) *me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*. Et ite- (Pſal. 118.) rum: *Auxilium meum à Domino qui fecit cœlum* (Pſal. 120.) *& terram*. Dominus cuſtodiat introitum & exitum ſervorum ſuorum ex hoc nunc & uſque in ſæculum. Hæc, chariſſimi fratres, feliciter legite, & fideliter implete, & Dominus Deus vos adjuvet, & proficere faciat in omni bono, & exaudiat orationes veſtras pro omnibus & pro me fideli veſtro adjutore, & Dominus Deus cuſtodiat vos in æterna pace, & charitate perfecta, viri fratres, & filii chariſſimi.

TRANSLATIO CORPORIS
S. JACOBI
A HIEROSOLYMIS AD GALLÆCIAM,
CIRCA ANNUM CHRISTI XLVI.

VETUSTISSIMI ANONYMI AUCTORIS, ante ſexcentos annos (*nunc ſeptingentos*) in Floriacenſibus membranis deſcriptus Commentarius, De translatione S. Jacobi Apoſtoli, fratris S. Joannis Euangeliſtæ, à Hieroſolymis Gallæciam, anno Chriſti quadrageſimo ſexto.

Ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem Catholicum.

Philippo III. Hiſpaniarum Regi, Joannes à Boſco Cœleſtinus pacem Dei, quæ exſuperat omnem ſenſum C.

1. *PAX illa, quæ inter regiam Franco-gallici ac Navarræi admirandi Regis Henrici IV. Maieſtatem, tuamq́; maximo Reipublicæ Chriſtianæ viget commodo (Philippe Regum potentiſſime) iconem tuam licitè Xyſtis regiæ Franco-gallicæ bibliothecæ mihi inferre permittit. Rex quippe meus, ut ſuos aſpero intuetur hoſtes oculo, ſic leni & placido vultu contemplatur amicos: nihilq́; habet optatius, quàm ſibi benevolentiâ conjunctorum Regum, beneſfragrantem odorari famam, ac videre decorem. Cujus ego propenſioni inſerviens, volui exigua quidem chartarum mole, at permaximo rei æſtimatione, munere, tuam adornare florentem ætatem, & vernantem comere proſperitatem. Nam cum liberorum*

Divus

Divus Jacobus Joannis frater, Chriſti Apoſtolus, primarius tutelaris exiſtat: Quod acceptius iucundiusve tibi à quoquam hominum poterat offerri donarium, quàm certam, veram, antiquam, ac eruditam, de Hiſpaniarum patrono mundo invehere relationem? Multi de eo multa, varia, incerta verò penè cuncta aut dubia, ſcripſère. At jam nunc per me Gallia tibi omnem Hiſpanorum ad Chriſti Fidem converſionis primigeniam hiſtoriam veracem pandit: quidque de ipſius Apoſtoli venerandis lipſanis credendum ſit ac exiſtimandum, cunctis fabulis rejectis, tranſmittit: ut vel hoc eximio & maximo in te tuosq; populares officio, experiaris, ipſam tuo ſplendori ac illuſtrationi addictam. Sed quamdiu integrum & incorruptum clam ac palam, fœderis nexum cum ea ſervabis initum. Quomodo namque ſuis ipſa fortiter reſiſtere conſuevit adverſariis, ita fauſta, læta, honeſta, & utilia omnia impendere ſolita eſt amicis. Eſt quippe magna illa & Daniel 4. *fortis Danielis arbor, cujus proceritas cœlum contingit, cujus aſpectus eſt uſque ad terminos univerſæ terræ: cujus ſunt folia pulcherrima, & fructus ejus nimius, ac eſca univerſorum in ea: ſubter quam habitant animalia ac beſtiæ, & in ramis ejus converſantur volucres cœli, deque ex qua veſcitur omnis caro. Floreat igitur per hunc vetuſtum Floriacenſem Gallicum Auctorem hiſtoria translationis B. Jacobi Chriſti cognati veritas, & per totum Orbem tuis fauſtis dilatetur auſpiciis. Nec floris hujus, quem tuo odoratui amica jam Gallia admovet, ſpreveris odorem, aſperneris pulchritudinem. Ab initio etenim regni, nullus tuæ Maieſtati ſuavior ac elegantior oblatus eſt, vel poterit aliquando offerri. Vale. Lugduni Galliarum Id. Septembris MDCV.*

COMMENTARIUS

De translatione S. JACOBI Apoſtoli.

2\. SPIRITUM ſanctum Paracletum per os David Prophetæ dudum prælocutum fuiſſe novimus, & quotidiana Matth. 144. 9. admonitione audivimus, hanc eſſe gloriam omnibus Sanctis, ut laudetur Deus in ipſis. Verè ſiquidem & ad laudem Eccleſiæ ſummi Regis hoc ipſum proficere ſcimus; dum magnificentia fortitudinis pretioſorum militum ſuorum ante ipſum excellenter recenſetur. Ergo nos tantis ac innumeris Scripturarum ſanctarum edocti præmonitionibus, ſecundùm fragilitatis noſtræ modulum, Dominum in Sanctis ſuis glorioſum plenè laudare ſtudeamus; ac memoriam mirabilium ſuorum totis niſibus in nobis extollere gaudeamus, quia hæc eſt gloriatio diligentibus nomen Dei. Exultent ergo juſti in Domino, quia ipſos rectos decet recta laudatio. Exultemus & nos, Dominum in ipſis laudando, ut quam non meremur, precibus eorum nos decere poſſit laudatio. Et quia beato Raphaële Archangelo docente, didicimus occultiora Regis conſilia non detegenda: arcana autem myſteriorum Dei honorabile ac digniſſimum eſſe fidelibus revelare; ſeriem translationis corporis beatiſſimi Jacobi Apoſtoli, à loco in quo paſſus eſt, in eum quo nunc juſtiſſimâ Dei præordinante providentiâ requieſcit; ſtrictiori licèt ſtylo, hebetiori quoque ſenſu, ad tanti Apoſtoli laudem & Eccleſiæ, utque fortis Dominus Sabaoth in ſuis glorificetur militibus, iudicare fidelibus decrevimus.

3\. Igitur poſt admirandam & adorandam Domini noſtri Jeſu Chriſti in cœlos Aſcenſioné, antequam * S. Apoſtoli prædicationis gratiâ ſecundùm Domini Jeſu præceptum diſpergerentur in mundum, Deo dilectus Apoſtolus Jacobus, omnium Apoſtolorum primus, velut athleta fortiſſimus, martyrii coronam ſuſcepit promptiſſimus: ab Herode nequiſſimo Rege interemptus. Qui non multò pòſt angelo Dei percutiente, ad nihilum eſt redactus. Periit ergo ejus memoria cum nomine. Juſtus autem eſt in commemoratione ſempiterna, & laus ejus in Eccleſia Sanctorum & congregatione. De cujus Apoſtoli ſanctiſſimi effuſione ſanguinis, quia jam latiùs & lucidiùs tractatum eſt à viris eloquentibus, nos omnino ſupprimimus. Tranſlationiſque ipſius tenorem, quem ſcribere diſpoſuimus, nunc adoriemur.

* Error in hoc ſcriptor iſta. Nam multo antea Jacobus prædicaverat in Hiſpania, & plerique Apoſtoli diſperſi fuerunt ad prædicandum. Vide Tomo I diſſertat. 9 laud.

4\. Ordine quo diximus, Dei dilecto Jacobo calice Paſſionis Jeſu Chriſti Domini potato, atque gloriâ & honore à Deo juſto retributore coronato; beati diſcipuli ſui ſanctiſſimum theſaurum, illorum magiſtri videlicet corpus, prout res tempuſque exegit, terræ occuluerunt latebris; mœrentes ad tempus de abſentia pii doctoris, lætaturi poſtmodum unanimiter in præſentia egregii paſtoris. Siquidem benigniſſima creatoris & reformatoris omnium Dei omnipotentis miſeratio, ne clariſſimum mundi lumen diutiùs terræ abſconderetur in antro; incomprehenſibili ſua ſapientia, quam nemo Principum hujus mundi cognoſcere potuit, fidelibus ſuis innoteſcere voluit, quo ordine tantæ lucis claritas ſæculi hujus irradiaret tenebras. Mirabilis itaque in Sanctis ſuis Deus, mirabiliter mirabilem hunc Jacobum Apoſtolum puſillis corde ſe metuentibus hoc revelavit modo.

5\. Cùm totus mundus jugo dæmoniacæ ſervitutis teneretur depreſſus, tenebriſque ignorantiæ ſuæ eſſet obcæcatus; ſanctiſſimi Apoſtoli, juxta Domini Salvatoris edictum, eum à ſuæ perfidiæ ſqualfore eruere cupientes; univerſis mundi partibus in Fide Chriſti fortiſſimos, & lege ſancta doctiſſimos, evangelizare divini verbi gratiam direxerunt viros. Unde factum eſt, ut prudentiſſimum, omnique militia ſpiritali inſtructum eligerent virum Cteſiphontem ſanctiſſimum, quem ordinaverunt Epiſcopum, adjunctis ſibi Coëpiſcopis ſociis, in hoc opere ſatis ſtrenuiſſimis. Hi miſſi Domini, ad Hiſpanias

ſiam delegantur? quò barbaræ gentis ſaxea corda, unguine ſancti Spiritus delibuta mollaſcerent, gratiam Chriſti ſuſceptura. Qui veriſſimi & rectiſſimi Chriſti famuli, injunctam ſibi prædicationis gratiam ocyùs implere cupientes, navali evectione illuc properare ſatagunt. Aptatâ itaque naviculâ, & quæ ſibi videbantur neceſſariis impoſitis, ſubitò divinæ diſpenſationis munere ſibi collato conſilium ineunt, ut corpus ſanctiſſimi Jacobi ſecum deveherent. Quatenus dum ipſi prædicationis officio ſolicitiis intenderent, ſancto reſplendente miraculis Apoſtolo, efferæ nationis hominum mentes ad baptiſmatis Fidem ſuſcipiendam paulatim manſueſcerent. Quod & factum eſt, ut patefacient ſequentia. Etenim Beatus Cteſiphon cum ſociis, ad ſepulchrum properans glorioſi Apoſtoli, cum ingenti devotionis honore & tremore, inæſtimabilis pretii pretioſiſſimam margaritam, à loco terræ humili ſuſtollentes, cum magno & ſpirituali gaudio, in hymnis piæ jubilationis conlaudantes Dominum, decenter in navi compoſuerunt ſua. Ergo abſque remige, abſque naucleri juvamine, inſcii rectores, mari, eo tantùm conſcio, cujus vectabant oſſa, ſe credentes, ſola Dei manu ductrice, ſex dierum circuitione per marinas procellas uſque ad locum à Deo ſibi ante mundi conſtitutionem præelectum, navis eorum ferebatur certiſſimè. O mira Dei potentia! O mira arcanæ virtutis ejus myſteria! Ecce etenim rediviva prioris ſæculi exoriuntur miracula. Qui enim dudum ſuper undas diluvii arcam, na mergeretur, gubernavit, mirabilis in altis Dominus, inter mirabiles elationes maris, in translatione ſui dilecti Jacobi, navem ſanctiſſimum ferentem theſaurum, ne marinis abſorberetur fluctibus, excelſo ſuo brachio protexit, & mirabiliter quò voluit expoſuit. At verò mirandum ſatis erat, tam immenſum profundi abyſſi pelagus, tam infinita æquoris ſpatia, ab ignaris ſub breviſſimi temporis ſpatio pervolata fuiſſe, niſi quòd ille qui menſus eſt pugillo aquas, & molem terræ tribus digitis adpendit, hoc implevit meritis Jacobi Apoſtoli. Ne denique memoria ipſius ſolummodo dilataretur in terris, conſtituit quòd etiam mare illi præberet teſtimonium, ut quem ſibi dilectiſſimum fecerat jam in cœlis glorioſum, miraculis coruſcantibus terrâ marique redderet honoratum.

6. Nec hoc ſine myſterii intellectu. Senarius numerus in ſacris Scripturis ærumnas & fluctuationes hujus ſæculi crebrò ſignat. Septimum verò ſacra pagina requietioni donat. Sex diebus ſummi opificis manus, quicquid creatum fuit & eſt decenter & ornatè inſtituens, varia donorum & bonorum ſuorum munera nobis conferens, ſeptimum ſacravit requiei ſuæ. Ceſſantibus diluvii aquis, columba per feneſtram emiſſa, ſeptimâ die ramuſculum paciferæ roſtro ferens olivæ, placatum Dominum, & terris pacem datam denunciat. Sexta ætate, in qua nunc laborantes ducente Deo tendimus, ad requiem perfectæ beatitudinis, donec occurramus in gloria Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, mirabilia demonſtravit Deus ſervis ſuis: dum corpus transferretur Jacobi Apoſtoli & Martyris. Senario denique dierum numero in mari, ut dictum eſt, fluctuantes ejus diſcipuli, ſeptimo, dextera Dei gubernante, requieverunt in portu qui Birivus nuncupatur, eò quòd inibi in mare bini profluant rivi, ubi oſtendit Deus futuris ſæculis, quanti apud ſe Apoſtolus ſuus haberetur meriti. Subitò namque à conſpectibus intuentium ſublatus, atque uſque ad poſt centrum ſplendore igneo rutilans eſt elevatus, & ad locum ſuæ tumulationis proximum, propitia divinitate ſibi conceſſum, inenarrabili claritate conſpicuus devenit. Nec hoc incredibile cuiquam debet videri. Qui enim Theologum Joannem prærogativâ ſingularis dilectionis ſibi unitum, miro quo voluit modo, etiam corpore in cœlos aſſumpſit, potuit & fratris ejus ſanctiſſimam glebam indicibili virtute ſua de loco uno ad alterum tranſvehere locum. O Dei & Domini noſtri mira & admiranda virtus! mira diſpenſatio! mira operatio! Qui omnia quæcumqua voluit fecit in cœlo, mari, & terra. Beatus autem Cteſiphon cum ſociis, paventes tanto carere cœlitus ſibi collato dono, flentes & mœrentes, atque Dei piiſſimi miſericordiam ſemper orantes, ad locum tumulationis Apoſtoli Dei, angelico ductu, utpote ignari locorum, properè accedunt, duodecim millibus diſtantem ab ipſo maris freto,

7. Degebat eo loci, in extremis videlicet Gallæciæ finibus, gentilis & nobilis matrona, quæ erat, multæ familiæ, & ampliſſimi fundi poſſeſſor & domina. Hæc in idolio ſuo multa ſimulacra dæmoniorum recondita habebat; quæ ſæpiſſimè adorabat, quia factorem & Creatorem ſuum Dominum verum ignorabat, quem nec nominare hactenus audierat. Hæc ſecundum proprietatem linguæ ferociſſimæ gentis ſuæ, ferali, & rabido, atque ſuperbo vocabatur nomine. Nam Luparia dicebatur. Nec immeritò: nam ſicut B. Paullum ex tribu Beniamin exortum, qui priùs Saulus dictus eſt, ſæpiùs in ſacris voluminibus lupi cognomine, ob nimiam in Chriſtianos crudelitatem invenimus deſcriptum (priùs enim circumciſus extitit ſuperbus, poſtea autem baptizatus humilis eſt factus) ſic & hæc gentilis mulier, priùs ſuperbiendo deſipiens, & ſecundùm vocabulum ſui, Chriſti ſervos ore rabido exſecrando vehementer deterrens; poſtea autem Spiritus ſancti inſpiratione illuminata, ferocitatem belluinam trucis deponens animi, lota lavacro ſalutari, ubi omnes veterem hominem deponentes novum induuntur, agnorum Chriſti eſt ſociata collegio.

8. Compertâ itaque prædicti venerabiles viri hujus nobiliſſimæ mulieris ampliſſimâ famâ, multâ Dei fiduciâ fiſi, adeunt illam, oraturi, ut in fundo quem tenebat, facultas ſibi concederetur oſſa tumulandi Apoſtoli Beati. Quos illa rigidæ mentis veſaniâ acerbiſſimè exſecrans, & exſecrando refutans, inſani furo-

ris typho repleta, ad Regem terræ illos talia petituros properare ocyùs jubet. Qui nil cunctati, ut mandatum eis erat, ſolicitè perquirere Regem ſatagunt. Quo reperto, proponunt illi de Fide ſancta ſermonem, ſimulque orando ſatis ingeminant preces, dari ſibi locum Apoſtolici corporis ſepulturæ aptum. Ergo Rex truculentus,gentilitatis errori deditus, venerabilium virorum auditis verbis & precibus, cognoſcens eos Chriſticolas eſſe (jam enim Jeſu Chriſti Domini nomen in totam mundi latitudinem diffuſum erat) exacerbatus nimiùm, cupiens vindicare in ipſis, non ſolùm quæ petebant præſtare noluit, verùm pravo corde, malo ore, perverſa actione, interimi eos juſſit: neſciens miſer imminere ſibi velociùs vindictam ſolius Regis Dei.

9. Sanctitatis autem miniſtri, fragilitate carnis adducti, fugam capeſſunt; inſcii mirandæ virtutis Dei, quæ in ipſis per ipſum Apoſtolicâ interveniente declaranda erat gratiâ. Nec mirum verò, ſi carnales carnaliter metuebant, cùm patres multos inſtantiam legamus devitâſſe gladii, non timore perculſi paſſionis, ſed ad meliora ſe ſervantes, gratiâ prædicationis ac roborandæ Fidei. Hæc verò omnia agebantur, ut amplior magnificentia Apoſtolicæ dignitatis clareſceret adhuc per impiam impiiſſimi Regis temeritatem. Nempe mœrentium conſolator Deus, qui contritis corde medetur, cujus *oculi ſunt ſuper eos, ut eruat eos à morte; ſuper injuſtos autem, ut diſperdat eos de terra*: certò oſtendit: *Quia non aliquando ſalvatur Rex fidens in multitudine virtutis ſuæ.* Denique ſancti illi per viam quâ venerant revertentes, devenerunt ad fluvium Thare dictum, in portum Nicrariæ. Juxta quem erat fons ampliſſimus, arcuato opere, ſaxeo ambitu circumſeptus;penes quem publica via diſcurrebat: quem, deliteſcere cupientes, introgreſſi ſunt. Sed repentè mutato conſilio, ut pleniorem magnificentiæ gloriam glorioſus in ſervis ſuis demonſtraret Jacobus Apoſtolus, præſago ſpiritu indè egreſſi ſunt.

10. Ut verò cognovit peſtifer Rex, ſub umbra alarum protectionis Dei ſanctos clam effugiſſe, dum ſitit ſanctorum ſanguinem, non valens ferocitatem praviſſimi lenire animi,collecta militari manu, ſicut equus effrenis ruens, juſto ſe Dei proſequente judicio, non deſtitit, donec in præcipitium ſempiternum cum ſuis omnibus caderet. Æſtimans enim juſtos in præſcripto fonte abſconſos, cum ſuis comitibus ingreſſus eſt intus. Ecce verò multiplici Dei virtute, *cujus immenſa fortitudinis & ſapientia non eſt finis, qui reprobat conſilia Principum, & deducit conſilia eorum in finem ſtultum*; egregio orante Jacobo Apoſtolo, omne illud ædificium cryptæ hujus, quod in tanta perſtiterat ſæculorum ſoliditate, miro modo ſubitò corruit. Et qui ſimplices & innoxios opprimere moliebantur, tantâ ruinâ oppreſſi, in profundum abyſſi ſunt demerſi, ut patenter innoteſceret, condolere venerandum Apoſtolum Jacobum contumeliis ſervorum ſuorū.

11. Tunc liberati ſublimi Chriſti potentiâ diſcrimine tanto iſti novelli filii Iſraël, tranſito quaſi altero mari rubro, repedârunt alacres, carmen illud Moſaïcum Deo decantantes: *Qui excelſum dudum Pharaonem, & exercitum ejus demerſit in mare.* Sed ſanctorum à bonæ actionis certitudine deviare neſcius eſt animus. Nam à Spiritu ſancto præmoniti, præſcriptam rurſus adeunt mulierem, ſolicitè eam præmonentes de tumulatione venerabilis Apoſtoli. At illa nec dum verbis eorum credula, ſed adhuc impœnitens, & more elati Pharaonis obduratum cor habens; donec mens ſua ampliori gratia Apoſtolicorū ſignorum reverberaretur, conſpiciens eos flentes,dixit illis: In monte hoc proximo,qui Illicinus dicitur,armēta noſtra paſcuntur. Erat enim ipſa more gentis ſuæ, pollens copioſa animalium multitudine, quæ paſſim per lati ſoli marginem, abſque paſtore, utpote agreſtia, quò libebat, diſcurrebant. Euntes ergo illuc quotquot cupitis tollite, & quò vobis cordi fuerit ducite, & in ipſis laborantes, operam impendite aptari domum, ut dicitis, Apoſtoli veſtri. Hæc dixit, diffidens illos ea agere poſſe, ignara virtutis Dei, quâ omnia creata ſubjecit ſub pedibus metuentium ſe. Contiguus eſt præfatus mons ſanctiſſimo & venerabili, totique Orbi ſummę devotionis plenitudine excolendo loco, in quo cœleſtis theſaurus, corpus ſanctiſſimi Jacobi, decenter & honeſtè in marmoreo mauſoleo conditum eſt. Vocatus eſt autem antè mons *Illicinus*, nunc verò *Sacer* dicitur, ob glorificationem Apoſtolicorum ſignorū,quæ Dominus per excellentiſſimum Apoſtolum Jacobum, fidelibus ſuis declarare dignatus eſt.

12. Præſumpſerat enim ſibi plurimam partem ſupradicti mortis, quaſi in poſſeſſionem, immaniſſimus draco: qui omnes circum ſe poſitos pagos horrendo & horribili flatus ſui anhelitu exinaniverat, omnes extinxerat, animantia deglutierat, & reliqua omnia protriverat. Gradiebantur itaque ſancti illi per aſcenſum montis, donec ad locum devenirent quo illa ſanguinaria & truciſſima jacebat bellua. Quos præſentiens, elevato capite impetum direxit in eos, cum multo ſtridore inſibilans. Tunc Apoſtolici diſcipuli Fide Dei firmi, nihil hæſitantes, & abſque terrore permanentes, munimine armati invictiſſimi vexilli ſalutiferæ crucis, Apoſtolicâ defenſoris ſui protecti gratiâ, invocata majeſtate Jeſu Chriſti, beatæ ſignum crucis obtutibus opponunt adverſarii. At ille non ferens vim virtutis Dei & Jacobi Apoſtoli glorioſi; *velut fumus periit à facie terræ.* Et nec mirum ſi à conſpectibus quærentium Deum fugatus eſt draco, quia ipſe pollicitus eſt, *ipſos fore ſuper ſerpentes & ſcorpiones impunè gradituros*.

13. Erepti itaque ab imminente tantæ cladis exitio; liberatori ſuo omnipotenti Deo magnificas grates, protectori ſuo Jacobo Apoſtolo devotas laudes reddiderunt unanimes. Ex hinc

hinc factus eſt mons ille antè funeſtus, mons Dei, mons ſanctus, mons ſanctificationis pinguedinis inexhauſti olei, opere ſcilicet miſericordiæ indeficientis, mons in quo complacuit Deo inhabitare, quia Deus noſter, *qui perforavit maxillam Leviatan, operatus eſt ſalutem in medio terræ ſuæ, confringendo caput draconis antiqui*. Sic impleta eſt Scriptura dicens: *Quia in cubilibus draconum animalia Dei requieſcent. Quia non habitabit ibi ampliùs mala beſtia: & qui liberati fuerint, venient in monte Sion laudantes Dominum.*

14. Exinde bonæ voluntatis affectu cœptum proſequentes iter, tandem diù quæſita reperiunt animalia. Quæ dum comprehendere niſi eſſent, effugiendo manus eorum à conſpectibus ipſorum delapſa ſunt. Indomita quippe erant. Æſtimaverat ſæpè ſcripta mulier, infidelitatis adhuc caligine obtenebratum habens cor, ſervos Chriſti ſe decipere poſſe: donec omnipotens, *qui in Sanctis ſuis ſemper glorioſus permanet*, oſtenderet illi, quòd nulla adverſus eum prævaleat fortitudo, nullum ſit utile conſilium. *Deridetur enim* (ut Propheta denunciat Reſurrectionis) *juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes Principum, parata ad tempus ſtatutum*. Denique ſanctorum corda ab amore Dei nunquam diſcrepantia, cùm ſe deluſa eſſe à muliere intellexiſſent; ad orationum ſanctarum ſolita ſe convertunt munimenta, pia ſupplicatione ſanctam Dei exorantes majeſtatem, ſimulque patroni ſui inclyti Jacobi Apoſtoli glorioſa poſcentes ſuffragia, ut illam cœleſtem mirandorum ſignorum clarificationem, quam hactenus exercuerat, tunc quoque oſtendere dignaretur, ne illuſio eſſent gentium dicentium: *ubi eſt Deus eorum?*

15. Tum demum ſpe cœleſti animati, & robore Fidei Chriſti confortati, reſumentes animi conſtantiam, rurſus ad eadem perquirenda jumenta ſe præparant. Confeſtim Dei omnipotentis, *qui prope eſt ſe fideliter requirentibus, & voluntatem ipſorum perficit largiter promptiſſimus*, proſperante actione; reperta animalia ſub manibus eorum ſunt edomita, ſicque liberè quò voluerunt deduxerunt, & ad eam quæ ſe miſerat; gaudentes reverſi ſunt. Interea viſis tot miraculorum ſignis, ea matrona (non jam Lupa dicenda, quippe ovis Chriſti mox erat futura, atque gregi Eccleſiæ ſocianda, quæ antè reniti conabatur præſumptione prævalida) corde & ore eſt compuncta. Terrebat eam velox Regis ſui ſubmerſio, pavebat belluæ crudelis ſubitam dejectionem, mirabatur jumentorum ſuorum emollitam ocyùs acerrimam feritatem. Moxque omnis illa dubitatio verſa eſt in credulitatem, ſcandalum in fidelitatem, illuſio in admirationem. Et hæc omnia faſſa eſt à Deo fieri, ad dilecti ſui Jacobi declarandam gratiȩ celſitudinem.

16. Benigna itaque pietas & indulgentiſſima clementia miſericordiſſimi Dei, qui ad ſe illam pertrahere volebat, nigerrimum antrum pectoris ejus clarificans, & vitiis omnibus purgans, ſuper candorem nimis dealbatam effecit. Quæ recto principalique ſpiritu confirmata, perennis ablutione fontis ſanctificata, Iſmaeliticæ nigredinem cutis in candorem omnium commutavit bonarum virtutum. *Verè hæc mutatio eſt dexteræ excelſi Dei. Spiritus enim ſanctus quem vult aſpirat. Et inſpiratum ſalvificat, ſuaque replet gratiâ.* O ſanctæ miſericordiæ Dei, & immenſæ pietatis ejus novæ vocationis myſterium! O mira operatio mirabilium rerum!

17. Ob ſpem itaque veniæ promerendam, & ſalutem perpetuam adipiſcendam, jubente jam illa beata muliere, delubra ſunt demolita, ſimulachra dejecta, idola confracta. Et domus illa, quæ antè erat ſpurcitiæ & contaminationis, purgatâ aſperſione hyſſopi veræ inundationis, templum facta eſt ſanctificationis: & in honorem Dei ac venerabilis Jacobi Apoſtoli ſolenniter eſt conſecrata. O fidele commercium! O felix ſanctumque mercimonium! Dum pro terreno fragilique palatio, æterniter manens in cœleſti Hieruſalem commutatur habitatio.

18. Gratuito autem clementiſſimæ miſerationis Dei omnipotentis munere fidelibus conceſſum eſt, ut una eademque die paſſionis & translationis ejus ſanctiſſima occurreret ſolennitas, ut duplicato Apoſtolici honoris gaudio, multiplicaretur pleniùs & credentium devotio. Tantam præterea ſalutiferam immutationem illa ſancta converſio gentibus eiſdem attribuit, ut præeunte Apoſtolica gratia, relicto errore ſimulacrorum, ad agnitionem veritatis unius Dei properare gauderent. In omnibus enim Iberiæ finibus diffuſa & dilata eſt ex tunc adeò Eccleſia, divinæ cognitionis ſoliditate fundata, ut in plenitudinem gratiæ cœleſtis, eundo de virtute in virtutem, Deo cooperante, quotidiȩ augmentaretur. Omnibus his ritè hoc ordine perfectis, vir Dei Cteſiphon, & beatiſſimi ſocii ipſius, ſedes ſibi ſecundùm ſanctorum Apoſtolorum, qui eos miſerant, præceptum, ad divini cultus deligunt ſolenniter miniſterium peragendum. Nam ipſe in civitate Vergi reſedit, cæteris in propriis commanentibus locis, orationi ſemper & omni ſanctitate intenti: donec expleto laboris ſui felici agone, præmium ſuſciperent bene promeritum.

19. Tu autem inclyta Gallæcia gaude, quȩ es etymologiâ tui nominis feliciter potita: quia dulcedine cœleſtis lactis, uberiùs es enutrita. Exulta, inquam, & gaude, quia divini gaudii meruiſti eſſe particeps, & ſplendore lucis mundi, amici Dei reverentiſſimi Jacobi Apoſtoli es clarificata. Felix terra tua, tanta felicitate ditata, feliciter Apoſtolico culmine ſublimata, feliciſſimo virtutis Dei robore ſtabilita. Beata gens tua, quæ ad tantam arcem gratiæ eſt elevata, ut conceſſum ſit ei à Deo poſſidere Apoſtolum proprium protectorem, & ſpecialem patronum. Beatus populus tuus, cui ex ſacroſancto proviſoris ſui tumulo fluunt inceſſanter cœleſtia balſama, & fragrant ſuaviſſimè oratio-

uum ſanctarum non deficientia aromata. Ex quibus quotidie reficiendo paſcitur, & ſine tabe ſaginatus.

20. Ave beate & beatiſſime juſte, & juſtiſſime, fili ſublimis tonitrui, Jacobe piiſſime, amice Dei, lux mundi, judex ſæculi, ſplendor perpetuæ lucis, qui ſalutiferæ diſpenſationis Dei munere cunctas ab Oriente uſque in Occidentem, ſol Orbis terræ illuſtras tenebras. Quando enim tibi famulata ſunt elementa, maſe, cœlum, terra, t unc illuxerunt divinæ claritatis dono *coruſcationes tuæ orbi terræ*; dum ex Oriente In Occidentem per mare mirabili potentia divinæ operationis vehebaris. O inenarrabilis Theologe! Inſuperabilis teſtis perpetuæ veritatis! Inexpugnabilis aſſertos inviolabilis Fidei pretioſiſſime Jacobe! Tu ante conſpectum divinæ gloriæ, iuverberatis adſtans oculis, in choro Sanctorum innocentum inacceſſibili ſplendore refulges, ubi jocundaris perpetua exultatione. Tu columna es orthodoxæ religionis, ſuper quam seclinatorium conſiſtit aureum, ad hoc iu fundamento Dei domos, ſuper baſim Chriſtum conſolidata; ut omnium imbecillium in te ;ſe inclinantium impoſſibilitates ſuſtentes & foveas. Et quia quod noſtris meritis adipiſci nos apud Dominum poſſe diffidimus, ſancta interceſſione aſſequi confidentes tuâ, quibus nulla digna eſt confeſſio, ſatisfactio nulla, nulla pœnitentia, quippe coutrito corde & humiliata mente: oramus proni, imploramus cernui, viſcera ampliſſimæ pietatis tuæ, conceſſa tibi Dominica voce poteſtate semittendi peccata, malè commiſſa noſtra dele, crimina terge, ſcelerum macolas ablue, exilis ſervitutis noſtræ obſequia ſuſcipe; & quamvis te non augeant noſtra præcouia, tamen offerrimus: quia ſopplicatione tua mitiſſima, confidimus poſſe provenire nobis ſalutis æternę remedia. Præterea fiſi multimodè de ſanctæ tuæ protectionis ſanctiſſima gratia, depoſcimus ſuppliciter, ut glorificantes te glorifices, diffidentes, ut filius Dei, diſcordantibus pacifices. In Fide Dei unitatem largiaris, invocantes te protegas & robores, memoriam tui celebrantes tuearis & confortes, requirentes te benigniſſimè reſpicias & viſites: ut dum memineris noſtri in beneplacito tuo, lætemur perpetim ſanctis tuis precibus cum Chriſto.

21. Ecce verò, perfectiſſime Dei amice Jacobe, excellentiſſime Dei Martyr & Apoſtole, *in omnem terram exiit ſonus tuus, & in fines Orbis terræ verba prædicationis tuæ*. Quia in cunctis terrarum locis, quibus Chriſti auditum eſt nomen, tu poſſides perpetuum honorem. Nam radiis tuæ ſanctę claritatis, etiam ita extimas totius Chriſtianitatis perluſtrâſti partes, ut ad ſanctiſſima, cum tremore & honore dicenda oſſa tua, fideliter concurrant. Siquidem ex honorando & venerabiliſſimo ſepulchro tuo emanat jugiter prælucidiſſimus fons innumerabilium ſanitatum, de quo multimodæ ſpecies variarum infirmitatum ſæpiſſimè dilutæ curantur. Nec tantùm corporaliter, ſed & ſpiritualiter glorioſiùs, clara oſtenſione, quotidianis pateſacit indiciis, pium ſe dilectoribus ſuis prębere auditum. Dum leproſos, omnium fœdatos varietate peccatorum, curat, claudos à rectitudine viarum Dei exorbitantes sedintegrat, febres vitiorum diabolico algore torpeutes expellit; ſurdis, in lege Dei obturatum habentibus auditum aperit, cæcis quoque, claritatem mandatorum Dei intueri non valentibus, lucem reſtituit. Ora ad Dei pronuncianda magnalia muta, in laudibus Chriſti seſerat. Sic miris mirandiſque præcellentiſſimi Apoſtoli virtutibus ſperata provenit credentibus indulgentia, quia præſtantios eſt ſanitas animarum quàm corporum.

22. Et non ſolùm in hoc omni severentia excolendo, verùm in omnibus ejus ſancto nomini dicatis locis, divina hæc operatur pietas. Eſt namque in Neuſtriæ partibus Eccleſia ſanctæ ejus memoriæ ſacrata, in qua ipſius glorioſiſſimæ venerantur reliquiæ, Floriacenſi S. Benedicti ſubdita Baſilicæ: ubi tanta fieri quotidiana operatione novimus miracula, quanta decet tantum operari Apoſtolum, quæ etiam aliàs in plurimis pretioſorum ſufficerent Baſilicis Sanctorum. Pro his omnibus gratias agimus tibi ſacrum vocabulom majeſtatis, ſancta Dei Trinitas & unitas; immenſam majeſtatis tuæ implorantes pietatem, ut cum Beato Jacobo Apoſtolo vitam mereamur poſſidere perpetuam.

SCRIPTU-

SCRIPTURA DOTATIONIS MONASTERII S. MARIÆ DE OVARRA IN RIPA-CURTIA.

Ubi Comes D. Bernardus, ejuſque uxor D. Toda Galindez, ac filii ipſorum, Comes D. Ramon & D. Borrell, ita loquuntur. Anno Chriſti DCCCXIII. regnante adhuc apud Francos CAROLO MAGNO.

Ex archivo monaſterii eruta, & luci data à D. Joſepho Pellizerio, Jacobæo Equite, Regio Archi-chronographo, in ſuo Maximo Cæſarauguſtano, *pag. 65. & ſeqq. ubi & allegat Zuritam in Indicibus fol. 8. ac Hieronymum Blancam.*

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Bernardus Comes Ripa-curtiæ, & uxor mea Tota Comitiſſa, filia Galindonis Comitis Aragonis, cum conſenſu & voluntate filiorum noſtrorum, Raymundus Comes, & Borrellus Comes, expunxit nos Deus & trina majeſtas, ut faciamus charta eleemoſynaria pro remedium animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum, vivorum & defunctorum, ut ædificaremus monaſterium in Pao Ripa-curtienſe, quæ nuncupatur *Ovarra*, quæ eſt ſitum prope flumen Iſabana, ad honorem Dei & Beatæ Mariæ Virginis, & S. Petri Apoſtoli, & S. Paulli, & S. Stephani, & Sanctæ Crucis, & alia agmina Sanctorum, qui ſunt fundatas in ſupradicto cœnobio, *ſub Regula S. Benedicti*, & ibi nos tumulati erimus. Tunc ſervientes illius, ideſt, Egicano vocitato Abbati, & cunctis monachis ibi conſiſtentibus; id eſt, Atho monachus, Alvarus monachus, Ratenus monachus, Fedacus monachus, Somarius presbyter, Gimara presbyter, Ennego presbyter, Adephonſus presbyter, Barone diaconus, & cætera congregatione, qui ibidem ſunt, & qui adveniendi ſunt: ſic facimus oblationem & chartam de illos alodes noſtros, quæ ego præfatus Bernardus abſtraxi de poteſtate tenebrarum, & de gens paganorum, & populari eas de Chriſtianis, in tempore illo, quo Ripa-curtia, & Pallares, & Superarbi, erant in poſſeſſione paganorum. Et ſunt ipſos alodes in Ripa-curtia, de ipſum gradum de Aras uſque in ipſum gradum de Sancto Chriſtophoro, & de Iſavana, uſque in caſtrum Ripa-curtiæ: & nos facimus chartam de iſtos alodes, quantum iſtas infrontationes includunt; ideſt villam quę nominatur Valapricha, cum omnibus ſuis pertinentiis, quę ab antiquo tempore tenuerunt ab integro: & illa villa de Bradilans, & villa Arachonis, & Villaros, & Rio pertruſo, & illa turre, & Maganoſas, & Silvi, & villa Lupones. Et ego Bernardus Comes & Tota Comitiſſa donamus atque concedimus ſupradictas villulas cum ſuis terminis, per nos & per omnem poſteritatem noſtram, cum totos illos cenſus, & uſaticos, quos nos habemus, vel habere debemus, in omnibus hominibus, & in fœminabus, & in campis cultis & incultis, garriciis, ſylvis, paſcuis, fontibus, & rivulis, molinaribus, & quodcumque dici ac nominari poteſt, quod ad uſum hominis pertinent, aut qualicſque ratione pertinere debent, ſicuti nos habemus, vel habere debemus: ſic donamus, concedimus, & tradimus omne noſtrũ jure & poteſtatẽ, & dominationẽ, abſque ullo retentu ad proprium alodem, & propriam hæreditatem, & ſint omni tempore de ſupradicto monaſterio, & de omnibus hominibus, qui habitant, vel habitaturi ſunt. Sic mittimus hæc omnia ab integrum propter remedium animarum noſtrarum, vel parentum noſtrorum, vivorum & defunctorum, ut ad diem Judicii atque tremendæ majeſtatis, merces nobis inde adcreſcat, ſicut Paullus Apoſtolus dicit: *Qui templum Dei ædificat, infernum deſpicit*. Et in Epiſtola ad Epheſios: *Bonum eſt benefacere ad omnes, maximè autem ad domeſticos Fidei*. Et eſt manifeſtum, quòd ſi ego Bernardus Comes, & uxor mea Tota Comitiſſa, ſive aliquis homo vel fœmina, tam filii quàm propinqui, ſive Comes, ſive villicus, tam vicarius quàm præpoſitus, atque gardingus, ſive aliqua perſona, ſæcularis vel Eccleſiaſtica, qui contra noſtram hanc oblationem vel donationem, ullam perturbationem facere voluerit, XXX. libras auri ſacratiſſimo fiſco & Regi perſolvat: & inſuper factum noſtrum conſultum & intemeratum permaneat omni tempore. Si quis verò propinquus aut extraneus, qui contra hoc factum noſtrum venire attentaverit; ira & maledictio Dei ſuper eum veniat, & à liminibus ſanctę Dei Eccleſiæ extraneus efficiatur, & cum Dathan & Abiron, & Juda traditore, in inferno inferiori ardeat; & hęc noſtra donatio firma

per-

permaneat ſemper. Facta charta in menſe Julio, regnante Carolo Rege Francorum, Enneco Rege in Aragone, Erâ DCCCLI. Si ✝ gnum Bernardi Comitis. Sig ✝ num dominæ Totæ Comitiſſæ. Sig ✝ num Uniſridi. Sig ✝ num Dathoni. Iſti ſunt teſtes. Chintus presbyter rogatus ſcripſit, & hoc ſig ✝ num fecit. Sig ✝ num Raymundus Comes Ripa-curciæ, filius præfati Bernardi & Totæ Comitiſſæ. Sig ✝ num Borrellus Comes Pallarienſis, filius præfati Bernardi & Totæ Comitiſſæ: ambo firmamus hanc chartam, & oblationem Deo & Sanctæ Mariæ.

DONATIO

SUNIEFREDI COMITIS

Ad Eccleſiam Urgellenſem, anno DCCCXIX.

Ex chartulario ejuſdem Eccleſiæ. Vide Baluzium in Marca Hiſpanica, *col. 766.*

IN Dei omnipotentis nomine, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus domini & piiſſimi Imperatoris noſtri Hludovici. Ego Suniefredus humillimus & puſillus omniū ſervientium Deo, ob Domini amorem & eleemoſynam jam dicti piiſſimi Auguſti & clementiſſimi, piiſſimè & clementiſſimè gubernans Imperium, ab illo accepta poteſtate, qualem in hoc habere videor, propter illum & refrigerium animæ meæ, do & concedo ad domum vocitatam Domnæ meæ ſemper Virginis Mariæ ſedis Orgelitanæ, quæ antiquitùs à fidelibus conſtructa, & ab infidelibus deſtructa, atque à præſentibus noſtris temporibus domini & piiſſimi Caroli Imperatoris reſtaurata eſſe à multis ſcientibus non eſt ambiguum, modiatam unam ex terra arabile, quæ ex mortuorum terra ſub noſtro beneficio ad viventium miniſtros Eccleſiarum & Deo militantes, atque degentes ſub ipſius regimine ſedis, ad illius obſequium & honorem volumus eſſe manſurum. Quæ modiata eſt in ſuburbio Orgelitano prope Eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Andreæ; qui ex duobus lateribus terminatur terrâ ipſius ſedis Eccleſiæ, in quo hęc ex Dei miſeratione concedimus. Ex alio namque latere vinea ex proprio domini Siſebuti Antiſtitis illa regentis. Ex tertio quoque latere torrens quoque circumiens. Iſta namque ſuperiùs nominata ſano animo, ſana mente, integroque conſilio, ad domum jam dictæ Domnæ meæ ſemper Virginis Mariæ, & ibi degentes cum Antiſtite qui fuerit, ob eleemoſynam jam dicti piiſſimi Auguſti & remedium animæ meæ, do & concedo, & optando volo in finem eſſe manſurum. Si quis ſanè (quod fieri minimè credo eſſe venturum) quòd ſi ego jam dictus Suniefredus Comes, aut aliquis de filiis vel de hæredibus, ſeu quislibet homo contra hanc dotem donationis iniquè tentaverit; primùm indignus iram Dei incurrat, poſtea verò coactus auri librâ componere compellatur, & in antea iſta donatio firmis exiſtat. Facta donatione ſub die III. non. Januarii, anno XXVI. imperante domno noſtro Hludovico. Suniefredus, qui hanc donationem beneficii feci.

PRÆCEPTUM

LUDOVICI PII IMPERATORIS

Pro monaſterio Arulenſi in diœceſi Helenenſi.

Ex archivo monaſterii Arulenſis, Anno DCCCXXI.

IN nomine Domini Dei & redemptoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei ejuſque in eiſdem locis ſibi famulantes, beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Iccircò noverit omniū fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm & futurorum, ſolertia, quia vir venerabilis Caſtellanus Abba monaſterii Sanctæ Mariæ veniens ad nos innotuit, eo quòd ipſe cum fratribus

ſuis

Digitized by Google

ſuis in valle quæ dicitur Aſperia monaſterium in ædificia antiqua conſtruxerit, in quo nunc, Deo opitulante, cum turba monachorum ſub ſancta regula militat, obſecrans ut prædictum monaſterium & cellulas, quas ipſi ab eremo conſtruxerunt, & nunc ibidem aſpiciunt; id eſt, Eccleſiam Sancti Petri in Arulas, & Eccleſiam Sancti Joannis in Riardo, & Eccleſiam Sancti Juliani ſuper Buciacum rivolum, & cæteras res ad prædictum monaſterium Sanctæ Mariæ pertinentes vel aſpicientes, ſub noſtro ſuſciperemus mundoburdo atque tuitione, quatenus iidem monachi cum omnibus ad eos pertinentibus quietè atque liberè viverent. Cujus precibus ob amorem Dei & reverentiam divini cultus aurem accommodare placuit, & hos noſtræ auctoritatis imperiales apices fieri decrevimus, per quos præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus, aut quislibet ex judiciaria poteſtate, in prædictas cellolas, aut in rebus ad prædictum monaſterium legaliter aſpicientibus, ingredi temerario auſu ad manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem monaſterii diſtringendos, aut ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones requirere aut exactare præſumat; ſed liceat prædictum Abbatem & ſucceſſores ſuos cum his rebus præſenti tempore ad præfatum monaſterium aſpicientibus ſub noſtra defenſione quietè vivere ac reſidere. Et quandoquidem divina vocatione memoratus Abba de hac luce migraverit, quamdiù ipſi monachi inter ſe tales invenerint, *qui eos ſecundum regulam Sancti Benedicti* regere valeant, licentiam habeant eligendi Abbates: quatenus ipſos monachos pro nobis, conjuge, & prole noſtra, vel pro ſtabilitate totius Imperii noſtri, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Hludovici ſereniſſimi Imperatoris. Durandus diaconus ad vicem Fridugiſi recognovit. Data XV. kal. Octobris anno Chriſto propitio VII. domni Hludovici piiſſimi Auguſti, Indictione XIV. Actum vero palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

OBSERVATIO CARDINALIS DE AGUIRRE.

P*Ræceptum iſtud eiſdem omnino verbis nuper editum fuit à cl. v. Stephano Baluzio in* Marca Hiſpanica, *columnâ 766. prout extat in archivo monaſterii Arulenſis ab antiquiſſimis temporibus. Ex eo verò, & aliis pluribus inſtrumentis eiuſdem ferè temporis, quæ idem ſubjungit, & Illuſtriſs. Archipræſul D. Petrus Marca collegerat ex chartulariis veteribus Catalaniæ, Ruſcinonis, &c. conſtat planè, Regulam S. Benedicti iis locis obſervatam fuiſſe, ſaltem ab ineunte ſæculo nono, contrà quàm aliqui recentiores Hiſpani, livore potiùs abducti, quàm probabili fundamento innixi, ſcripturire audent. Hæc inſtrumenta ſi vidiſſet eruditiſſimus magiſter Joſephus Perez Benedictinus, Salmanticæ doctor Theologus, & linguarum orientalium primarius profeſſor, pleniùs adhuc & evidentiùs oſtendiſſet antiquitatem inſtituti Benedictini in Hiſpania, quàm fecit in ſuis Diſſertationibus Eccleſiaſticis.*

Porrò idem Ludovici Pii privilegium legitur apud Martyrologium Hiſpanum ad diem XIII. Januarii, verùm cum proœmio adſcititio & extra rem, uti & Baluzius obſervat; ac tot verbis truncatis, additis, & detractis, ut prorſus degeneret ab autographo, & nullam penè fidem mereatur prout apud ipſum extat.

PRÆCEPTUM EJUSDEM IMPERATORIS

Pro monaſterio S. Gratæ in diœceſi Urgellenſi. Anno DCCCXXIII.

Ex archivo Eccleſiæ Urgellenſis, & apud Marcam Hiſpanicam, col. 767.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si illius amore cujus munere cæteris mortalibus prælati ſumus, petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus annuimus, & loca divino famulatui conſecrata congruis munificentiæ noſtræ beneficiis ad divinum cultum uberiùs exſequen-

quendam opem ferimus; præmium nos à Domino remunerari fideliter credimus. Igitur ad induſtriæ notitiam fideliûm nôſtrorum, tam preſentium quàm & futurorum, perlatum eſſe volumus, qualiter Matfredus Comes vir inluſter, adiens ſerenitatem culminis noſtri, geſtans in manibus quaſdam præceptiones quas dudum in Aquitania cōſtituti, cuidam venerabili Poſſedonio Orgelitanæ ſedis Epiſcopo fieri juſſeramus, in quibus continebatur inſertum quòd aliqua loca eremа ad monaſteria conſtruenda, ſive monachos congregandos conceſſeramus; ita videlicet ut poſt ejus obitum monachi in eiſdem locis degentes, quibus conſtruere optabat, Abbatem inter ſe haberent licentiam elegendi; ſuggerens prædictus Poſſedonius Epiſcopus per eundem Matfredum fidelem noſtrum, ut monaſterium quod idem Epiſcopus reædificaverat, quod dicitur Sancta Grata, quod eſt ſitum ſuper fluvium Boſegia, dicatum in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſemper Virginis, & cellulam eidem monaſterio ſubjectam, quæ dicitur Sanctus Fructuoſus, cum omnibus appendiciis ſuis, vel quicquid præſenti tempore monachi in prædictis locis degentes tenent vel poſſident, vel in poſtmodum ex locis eremis atque incultis conſtruxerint, ſub noſtra poteſtate, immo tuicione atque dominatione, reciperemus: & ita monachi vel res ibidem pertinentes noſtri proprii eſſent, ſicut cetera monaſteria infra Septimaniam noſtra eſſe conſtant, & ex noſtra auctoritate licentiam eis concederemus amodò eligere Abbatem qualemcumque voluerint. Quorum petitionem, quia juſtam & rationabilem eſſe cognovimus, libenter adſenſum præbuimus; & prædictum monaſterium cum prædicta cellula & appendiciis ſuis, & monachos ibidem degentes, vel omnes res ad idem monaſterium præſenti tempore pertinentes, vel quæ deinceps ex locis eremis atque incultis ad eorum uſus adpriſerint, ad noſtrum opus recepimus, ita videlicet ut ſub noſtra, immo eorum dominatione, conſiſtant. Propterea has noſtræ auctoritatis literas monachis ex prædicto monaſterio fieri juſſimus; per quas fidelibus noſtris notum fieri volumus, ut memoratum monaſterium cum præfata cellula & appendiciis ſuis, vel cunctis rebus, ſicut ſuperiùs inſertum eſt, noſtrum proprium eſſe cognoſcant, & ſub noſtra defenſione atque tuitione conſiſtat. Et nullus Epiſcopus, aut Comes, vel miſſus, diſcurrens, ibi aliquam dominationem aut tyrannidem poteſtatem exerceant, niſi quemadmodum canonica auctoritas jubet. Et ideo, quia jam præfatum monaſterium noſtrum eſſe conſtat, concedimus ibidem monachis ſub ſancta regula degentibus, ut non ſolùm preſentaliter elegendi licentiam habeant Abbatem, verùm etiam in futurum; ut quandoquidem divina vocatione Abbas ſubrogatus fuerit, vel alii, qui per tempora fuerint, ab hoc ſeculo migraverint, *ſecundum regulam Sancti Benedicti licentiam habeant inter ſe elegendi Abbates*: qualiter monachi ibidem Deo militantes ſecuriùs & quietiùs vitam monaſticam degentes, pro nobis & conjuge proleque noſtra Domini miſericordiam attentiùs exorare valeant. Et ut hæc auctoritas per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs certiuſque credatur, & meliùs conſervetur; eam de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari. Durandus diaconus ad vicem Fridugiſi recognovi. Data XI. kalendas Julias, anno Chriſto propitio X. Imperii domni Hludovici ſereniſſimi Auguſti, indictione prima. Actum Franconoſurd. palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

OBSERVATIO STEPHANI BALUZII.

In *authentico unde editur hoc præceptum, ſequebatur*: Signũ Hludovici ſereniſſimi Imperatoris, *juxta formulam. Verùm linea illa eraſa eſt, ejuſque loco hæc quæ ſequuntur, ſcripta ſunt alia manu, ſed antiquiſſima, & forteaſ coætanea.*

Et inſuper donamus atque concedimus ipſa ſe .... *qui vocabulum eſt* Sancta Maria, cum ſuos titulos, à domnum Sancta Grata, cum fines & terminos.

SCRI-

SCRIPTURA
ADEPHONSI CASTI REGIS
In favorem Eccleſiæ Lucenſis & Ovetenſis.
ANNO CHRISTI DCCCXXX.

Ex Sandovalio pag. 171. *& ſeqq.*

IN Dei omnipotentis nomine, Patris ingeniti, Filii unigeniti, Spiritus almi. Clementi pietate, ao perpetuç benignitatis munere vegetatus, ſeu Sanctorum omnium auxilio fretus, Dei videlicet matris almæ Mariæ munimine protectus, ego ſervus omnium ſervorum Dei Adephonſus Rex Froylani Regis filius, poſtquam, auxiliante Domino regni totius Gallæciç, ſeu Hiſpaniæ ſuſcepi culmen, quod fraude Mauregati calida amiſeram, & poſt ejus interitum cùm (juvante Deo) adeptus regni gubernacula fuiſſem; firmiter omnium obtinui muniriones, ſicuti à victorioſiſſimo Rege domino Adephonſo Petri Ducis filio fuerant vindicatæ, ac de Sarracenorum manibus ereptæ, per totiua confinia Gallęciç, ſeu Bardulienſæ provinciç. Has itaque cùm obtinuiſſem provincias, nutu Dei, ac ſanctæ ſemperque Virginis Mariæ ope adjutus, cujus Baſilica ab antiquo conſtructa eſſe dignoſcitur miro opere in Lucenſi civitate provinciç Gallęciç, ſeu Bardulienſæ provinciç; placuit meo animo, ut ſolium regni in Oveto firmarem, & ibi Eccleſiam conſtruerem in honorem Sancti Salvato-ris, ad ipſius ſimilitudinem Eccleſiç ſanctç Mariç Lucenſç civitatis. Et placuit mihi, ut principatum totius Gallęciç apud Luco ipſa Virgo obtinuerit civitatis: in qua Eccleſia ſancta Dei genitrix obtinuit principatum ab antiquo ante ingreſſum Sarracenorum in Hiſpaniam tempore pacis. Hęc, protegente Deo qui cuncta regit, & cuncta diſponit, cùm peragere ſtuduiſſem, & Eccleſiam S. Salvatoris Oveto ſtuduiſſem conſtruere; accidit ut quidam rebellis fugiens ante faciem Abderramam Regis ab Emerita civitate, nomine Mahamut, veniret ad me; & pietate regia ſuſceptus eſt à me, ut in eadem provincia Gallęciç commoraretur. Sed ipſe, ut venit fraudulentus & deceptor, etiam contra me rebellionem pręparârat, ſicut antè fecerat contra dominum ſuum; & colligens ſecum Sarracenorum multitudinem, eandem provinciam Gallæciç deprędare conatur, colligens ſe in caſtrum quod vocatur ad antiquis caſtrum S. Chriſtinç. Cujus rei eventus cùm ad me Oveto mandatum veniſſet, congregato exercitu Gallæciam properavi, ubi inimicis reſiſterem, & Chriſticolas de manu Sarracenorum eriperem Deo auxiliante. Veniens verò ad Lucenſem urbem cum omni exercitu, & ibi me in Eccleſia S. Mariæ Deo orationibua commendans; altera die progreſſus ſum ad pugnam: caſtrum illius S. Chriſtinæ obſedi, in quo erat adunatio Sarracenorum non minima cum ipſo capite ſuo Mahamut. Auxiliante itaqua Deo caſtrum hoc oppugnavi, & omnium Sarracenorum cervices ad terram proſtravi, ac delevi Iſmaëlitarum inducias, interfecto ipſo principe. Peractâ itaque pugnâ cum victoria Luco revertens; Deo, ejuſque genitrici gratias referra ſtudui, ac votum quod promiſeram reddere non diſtuli. Igitur ego jam prefatus Adephonſus victoriâ potitus, inimiciſque ſuperaris, benignam erga me cognoſcens Salvatoris clementiam, & ejus genitricis Mariæ agnoſcens auxilium, & omnium Sanctorum precibus adjutus; cùm ad eandem urbem Lucenſem cum omni meo exercitu reverſus fuiſſem, victoriâ de inimicis peractâ; placuit mihi ex animo inſpirante, ac Comitibus magnatis viſum eſt, tam nobilium perſonarum quàm etiam infimarum, ut Eccleſiam Sanctæ Mariç, ſeu urbem præfatam, quæ ſola integerrima remanſerat à paganis, non deſtructo muris ambitu, quàm etiam Adephonſus Rex, Petri ducis filius, qui ex Reccaredi regis Gotthorum ſtirpe deſcendit, ſimiliter eandem urbem populavit, ac de Iſmaëlitarum poteſtare tulit. Hic ego jam ſupradictus Adephonſus Eccleſiç ſanctæ Mariæ, ſeu urbi Lucenſi cæteras dono, & concedo civitates, Bracaram ſcilicet Metropolitanam cum ſuo Epiſcopatu, & quæ in circuitu. Sunt autem nomina Eccleſiarum memoratæ civitatis Bracaræ: ad portam Occidentalem, Eccleſiam Sancti Petri cum villis ſuis, Ordiales, Ferrarios, Gontherici, Cogordas. Sub colina Eccleſiam Sancti Fructuoſi de monte modico cum villis ſuis, turris capitolina, quæ moderno tempore vocatur ab incolis Colina. Eccleſiam Sancti Thyrſi cum villa Tornarios. Eccleſiam Sancti Vincentii cum villis ſuis, Inſidias, & Ceſpitelos. Eccleſiam Sanctæ Eulaliæ foris murum

cum villis ſuis. Ad portam Orientalem, Ecclesiam Sanctæ Chriſtinæ. Eccleſiam Sancti Clementis cum villa Molinos. Eccleſiam Sanctæ Mariæ, vocabulo de Hatrones, quæ ſita eſt ad radicem montis majoris cum villis ſuis, Sanctam Eulaliam de Tolanes cum villis ſuis, quæ in circuitu ſunt. Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ dicitur Cimiterium regale. Et Aurienſem urbem cum ſuo Epiſcopatu, & parochias, & monaſteria, quæ omnino à paganis deſtructa eſſe videntur, & populo, & muro; & non valeo eas recuperare in priſtino honore, perſecutione paganorum arctatus. Has itaque urbes prędictas, ſeu ſibi ſubditas Eccleſias, villas, & provincias, ſanctæ Reginæ concedo Virgini Mariæ Lucenſis Eccleſiæ. Hæ ſunt autem nominatæ provincię:

. . . .

. . . .

Has itaque provincias, quæ recuperatæ ſunt in diebus domini Adephonſi majoris, damus vobis ſub tali tenore, ut ſi auxiliante Deo poſt noſtrum diſceſſum civitates ſupradictæ, quæ deſtructæ nunc eſſe videntur, à Chriſtianis fuerint recuperatæ, & ad proprium reddiderint decus; ut Lucenſi Eccleſiæ, ſeu provinciæ & Eccleſiæ ſuprà nominatæ reſtituantur, & unaquæque civitas ſua recipiat confinia, quòd dedecus eſt, quòd nunc pro animarum ſalute neceſſitate paganorum compulſi facimus, ut poſt nos Eccleſię . . . . inter ſe litigent. Ideo obſervata charitate, pace Chriſtianis reddita, præcipiamus ut unaquæque Eccleſia ſuam recipiat veritatem, & ipſam Ovetenſem Eccleſiam facimus & confirmamus pro Sede Britonienſe, quæ ab Iſmaelitis eſt deſtructa, & inhabitabilis facta. Et hęc ſcriptura, quam in Concilio edimus & deliberavimus, permaneat in omni robore & perpetua firmitate. Datum die quinto idus Martii, Era DCCCLXVIII. Ego Adephonſus Rex hoc teſtamentum manu mea confirmo. Sub Chriſti nomine Nauſtiano Epiſcopo, Froarengus Epiſcopus, Petrus Comes, Hermigildus Comes, Promarigus Comes, Froya Comes. Sub Chriſti nomine Valerianus Epiſcopus, Lucidus Epiſcopus, Flavianus Epiſcopus, Adephonſus Comes, Ordonius Comes, Anaya Comes, Belaſco Comes, Hermogius armiger Regis, Froylanus notarius Regis, Bela confirmo, Siſnandus, Suarius, Simeon, Nuño Roderico.

PRIVILEGIUM ERECTIONIS MONASTERII BEATÆ MARIÆ DE ALAON ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

ANNO CHRISTI DCCCXXXII.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus Dei gratiâ Francorum Rex. Dignum eſt, ſanctæ Eccleſiæ loca auctoritate Regali ſtabilire, & juſtis monachorum divini cultus amore ad nos peragrantium precibus favere. Iccircò notum ſit fidelibus ſanctę Dei Eccleſiæ, tam preſentibus quàm futuris, quòd religioſus vir Obbonius Abbas de partibus Hiſpaniæ veniens, de illa nempe Gotthici regni Marca, Francorum Regibus olim, noſtroque nunc præcepto ſubjecta, & auſpiciis genitoris noſtri Auguſti Ludovici à Sarracenorum ſqualore præſervata, obtutibus noſtris adiit. Eum ad ſerenitatem pręſentiæ noſtræ ducens venerabilis ac fidelis noſter Bera:ius, primæ ſedis Narbonenſis urbis Archiepiſcopus, nobiſque palam fecit, quòd præclarus quondam Vandregiſilus Comes, conſanguineus noſter, ac homo Ligius; quem poſt patris ſui Artalgarii Comitis mortem, genitor noſter ſuper Vaſconiam, quæ eſt trans Garumnam flumen, limitaneum conſtituit, quum Dei & militũ ſuorum auxilio, inter alia à Sarracenis, & ab Amarvano Cæſarauguſtano duce eripuit totum illud territorium in dictæ Vaſconię montanis locis ſitum, quod eſt ultra & circa flumen Baſicram, nomine Alacoon. Et quòd dictus Vandregiſilus Comes, cum pręclara uxore Maria Comitiſſa, in prædicto loco monaſterium in Dei genitricis honorem ante decẽnium ſumptibus propriis exſtruxit, de conſilio & conſenſu filiorum ſuorum; videlicet Bernarthi, ad pręſens ejuſdem Vaſconiæ Comitis, & totius limitis cuſtodis, cum uxore ſua Comitiſſa Theuda; & Athonis, nunc Palliarenſis Comitis, cum Eynzelina uxore, necnon Antonii, hodie Vice-comitis Biterrenſis, cum uxore ſua Adoyta, itidemque Aſinarii, nunc etiam Lupiniacenſis ac Solenſis Vice-comitis, cum Gerberga uxore ſua. Qui omnes de infidelium ſpoliis monaſterium ſuſcitârunt, & clericos *monachos ſecundum regulam* S. *Benedicti conſtituentes, ex Sancti Petri Apoſtoli Siraſienſi monaſterio*, cum eodem Obbonio Abbate ad illud contulerunt. Et quòd monaſterium conſtructum ac dedicatum fuit de licentia & conſenſu venerabilis quondam Bartholomæi primę ſedis Narbonenſis tunc Archiepiſcopi: & venerabilis Siſebotus Orgellitanus Epiſcopus, de cujus ſpiritualitate locus eſt, juxta ordinationem piiſſimi genitoris noſtri Auguſti Ludovici, opus laodavit & Eccleſiam prædicti monaſterii benedixit: pręſentibus venerandis Ferreolo Epiſcopo de Jacca, & Involato Convenarum Epiſcopo: nec non Oddoario Siraſienſe Abbate, Hermengando Abbate Aſſinienſe, Oddoario Abbate Sancti Zachariæ, Fortunio Leigerenſi Abbate, Dondone Abbate Sancti Lavini, Varino Abbate Alti-fagiti, Attilio Abbate Cellæ-fragilii, & Tranſirico S. Joannis Oriolenſis Abbate, cum aliis clericis & eremitis, & Stodilo Abbate S. Aredii Attanenſis, qui ex Lemovicenſi S. Salvatoris Baſilica tunc comportavit ad novam Eccleſiam B. Mariæ lipſanas Hatthonis quondam Aquitaniæ Ducis, ac filii ſui Artalgarii Comitis, patris videlicet, & avi prędicti Vandrigiſili Comitis, cum cęteris fidelibos: de quibus omnibus autographum dedit. Simiterque obtulit noſtræ ſerenitati teſtamentum, ſeu placitom prædictorum Vandregiſili Comitis & conjugis Mariæ Comitiſſæ, in quo de conſenſu omnium filiorum ſuorum, dictus Vandregiſilus eidem monaſterio & clericis monachis, ſecundum regulam Sancti Benedicti in eo converſantibus, tam pręſentibus quàm futuris reliquit. Imprimis omne jos quod ad ſe pertinere dixit, ſuper monaſterium de Rodi inſula, quod olim in honorem B. Mariæ ædificavit Ludo Aquitanię Dux, cum uxore ſua bonæ mem: Valtruda, Valchigiſi Ducis, de noſtra progenie, filia; & ubi prędictus Ludo ſepultus eſt. Et omnes terras, Eccleſias, & jura, quæ ad prædictum Vandregiſilum Comitem pertinere aſſerebat de patrimonio ſuo in tota Aquitania; & pręcipuè in pago Toloſano, Cadurcenſi, Pictavienſi, Agennenſi, Arelatenſi, Sanctonenſi, & Petragoricenſi, quæ ſoerunt dicti Ludonis Aquitaniæ Ducis, & fratris ſui Imitarii, & eorum genitori Boggiſo Duci Dagobertus Rex conceſſit poſt mortem fratris ſui Ilderici Aquitaniæ Regis....... Itidemque omnia monaſteria in tota Aquitania & Vaſconia, ſeu jura eorum omniom, quæ fuerunt Ludonis Aquitaniæ Ducis, & ejus genitori Boggiſo Duci Dagobertus Rex conceſſit, poſt necem fratris ſui

Digitized by Google

Ilderici Aquitaniæ Regis, ut ſuprà dictum eſt. Necnon omnia bona quæ Amandus Dux in Vaſconia dedit filiæ ſuę Giſelæ Reginæ, & poſtea reliquit nepotibus ſuis Boggiſo Duci, & ſuo fratri Bertrando, quos Haribertus Rex habuit ex Giſela uxore. Similiterque legavit pręfato monaſterio jura quæ dixit habere in pago Lemovicenſi, Parciaco, Nulliaco, Podentiniaco, & aliis quæ fuerunt Jadregiſili quondam Aquitanorum Ducis, Vandradæ Comitiſſæ matris ſui progenitoris, & ad eam pertinebant jure ſanguinis. Denique de conſenſu principali filii ſui Aſinarii Vice-comitis Lupiniacēſis ac Solenſis, qui territurium de Alacone pro hæreditate ſortitus fuerat, dedit monaſterio & monachis pręfatis Eccleſias locorum de Arennus, de Sancto Stephano de Malleo, de Auleto, de Rocheta, de Viniallo, de Zalvera, & utraque Zopeira, de Pardiniella, de Caſtañaria, & Cornudiella, & omnia aloda, eorum ſcilicet lavandarias, & parietes. Juxtaque donavit Eccleſiam caſtri nomine Vandres, quod ipſe ædificavit contra Mauros de Jacca, in redemptione ſua, & domos de Jacca, & omnes hæreditates & prædia quę Comitiſſa Maria habuit à patre ſuo quondam Aſinario Comite poſt captam civitatem; cum aliis campis & pagis in prędicto teſtamento ſen placito nominatis & contentis, & à prædicto monaſterio poſſeſſis poſt mortem jam dicti Vandregiſili Comitis, & ejus uxoris Marię Comitiſſæ, qui in eadem Eccleſia tumulati ſunt. De quibus omnibus præfatus Obbonius Abbas ſuo monaſterio ſibique Regię auctoritatis decretum fieri poſtulavit. Ut jam dictas villas, Eccleſias, monaſteria, & cęteras hæreditates ſub unius pręcepti concluſionem nominatim inſerens, in perpetuum confirmemus; ut cum omnibus facultatibus ſuis, & nunc ſubjectis, & moderno in tempore ſubjiciendis, ſub noſtra defenſione & immunitatis tuitione conſiſtere faceremus. De quibus omnibus habito conſilio cum noſtrę curiæ optimatibus, & cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, & Comitibus nobiſcum, tum apud Cariſiacum congregatis propter ſolennitatem ad noſtras felicilſimas nuptias cum glorioſa domina Hermentrude ſublimi Regina honorandas; recognovimus quòd in totum non poſſumus ejuſdem Abbatis precibus aures accommodare, utpote noſtræ regali celſitudi, & multorum juri adverſantibus. Quia prædictus Vandregiſilus Comes minimè facultatem habuit legandi ſeu donandi villas, Eccleſias, monaſteria, & cęteras hæreditates per Aquitaniam & Vaſconiam conſtitutas. Quia de poſteriori linea ſeu generatione Boggiſi & Ludonis Ducum erat. Nam quę Dagobertus Rex olim donavit ſuis, & Hariberto fratri, nepotibus Boggiſo & Bertrando; poſt necem, ut dicitur eorum fratris Ilderici Aquitaniæ Regis, jure hæreditario ab Ludone Boggiſi filio poſſeſſæ fuere: & poſt illius mortem à primogenito Hunaldo & Viſario nepote, qui Aquitaniæ Ducatu poſiti ſunt, nomine tamen Francorum Regum. Sed cùm Viſarius Dux toties ſacramenta fidelitatis inclyto proavo noſtro Pipino Regi viulaverit; ab eo ſępius devictus fuit; & poſt eum Apoſtata Hunaldus, dum Aquitaniam nova rebellione præoccupare conatus eſt, à magno Carolo avo noſtro devicti, atque rebelles dicti fuere. Propter quod Aquitania tota cum Vaſconia, & cum omnibus juribus ſuis, juxta Francorum leges, ad Carolum Auguſtum devoluta eſt; qui illam cum regali titulo excellentiſſimo Ludovico genitori noſtro donavit. A quo omne jus regaleque dominium ſuper integram Aquitaniam ad nos pervenit. Quod & de tota Vaſconia, Deo auxiliante, ſimiliter actum fuit. Nam magnus avus noſter Carolus, fideliſſimo Lupo Duci, qui ex ſecunda Ludonis linea ſeu generatione primogenitus fuit; nempe Nattonis Ducis major natu, & denuò magni Caroli ſe imperio ſubjecit; totam Vaſconiæ partem beneficiario jure reliquit. Quam ille omnibus pejoribus peſſimus, ac perfidiſſimus ſupra omnes mortales, operibus & nomine Lupus, latro potiùs quàm Dux dicendus, Viſarii patris ſceleſtiſſimi, avique Apoſtatæ Hunaldi improbis veſtigiis inhærens, arripuit; jure (ut ajebat) Adelæ matris, fideliſſimi noſtri Ducis Lupi filiæ. Attamen dum ſimulanter atrox nepos ſacramentum glorioſo avo noſtro Carolo multiplex dicebat, ſolitam ejus, majorumque ſuorum perfidiam expertus eſt in reditu ejus de Hiſpania: dum cum ſcora [*] latronum comites exercitus ſacrilegè trucidavit. propter quod poſtea jam dictus Lupus captus, miſerè vitam in laqueo finivit: ejus filio Adalarico miſericorditer Vaſconiæ portione ad decenter vivendum relicta. Qui miſericordiâ abutens, ſimiliter ut pater, cum Scimino & Centullo filiis, adverſus piiſſimum genitorem noſtrum arma ſumens, ejuſque hoſtem in montanis adorſus, cum Centullo filio in prœlio occubuit. Sed genitor noſter ſolita ſua pietate Vaſconiam inter dictum Sciminum & Lupum Centulli, demortui Centulli filium, iterum diviſit. Quam & Lupus Centulli, & Garſimirus, Scimini genitus, poſtea propter infidelitatem amiſerunt. Garſimiro, ſicut & pater Sciminus, in rebellione occiſo, & Lupo Centullo propter tyrānidem exſulato, & à principatu remoto. Tunc enim præexcelſus genitur noſter, iterum Vaſconiâ totâ vindicatâ, & regio dominio conjunctâ, illam è manibus nepotum Ludonis in perpetuum eruit, & aliorum ex noſtro ſanguine gubernaculis commiſit. Nam Vaſconiæ ducamen Totilo Duci primò dedit, & poſt eum Sigihino Moſtellanico, qui illud nunc habet; exceptis tamen illis ditionibus quas tenuerunt cum Arvernenſi Comitatu Icterius, & cum Agennenſi Ermiladius, avunculus & frater prædicti Vandregiſili Comitis. At enim de monaſterio Sanctæ Mariæ de Rodi inſula, cùm à Nortmannis jam dudum incenſſum ac dirutum exſtet, nihil de ejus reſtauratione ſperatur: & ita de eo non loquitur, cæterùm de villis & hæreditatibus quas Dux Amandus primùm Reginæ Giſelæ filiæ, & poſtea Boggiſo Duci, ſuoque fratri Bertrando, ne-

po-

potibus, reliquit, cum eis quæ à matre Amantia, & à Sereno, quondam Aquitaniæ Duce, avo, tenuit prædicta Giſela Regina, nullatenus poſſumus in toto, vel in parte illas confirmare. Nam poſt inaugurationem in Hiſpania filiorum Garſimiri Comitis citerioris Vaſconiæ ſupranominati (juxta eorum donatione regio diplomate munitam) omne jus ſuper eas, & præcipuè ſuper Bigorritanum & Benearnenſem Comitatus, ad Donatum Lupum, & Centulupum, prædicti Lupi Centulli Ducis filios, devolutum eſt. Quod à genitore noſtro & nobis confirmatum duplici exſtat præcepto. Nunc & illas tenent dictus Donatus Lupus Comes & Centullus, jam dicti Centulupi Benearnenſis Vice-comitis filius ſub Auriæ matris regimine. Bona verò quæ Jadregiſili Ducis fuere, in noſtra poteſtate non ſunt. Nam Dagobertus Rex propter filiorum in patre vindicando ignaviam, juxta leges Romanas, illis paternas poſſeſſiones abſtulit, & ſanctis Martyribus Dionyſio, Ruſtico, & Eleutherio devotè diſtribuit: quorum poſſeſſionem, & nefas erit diſrumpere, & Apoſtolica, Imperialia, & Regalia præcepta violare. His ſummotis, & in perpetuum ad ſilentium redactis; ob Dei amorem & Deiparæ reverentiam, in cæterum placuit celſitudini noſtræ prædicti Obbonii Abbatis petitionibus annuere. Viſis præſertim patentibus literis, quas ad nos miſit humiliter ſuper hoc rogans nobilis ac fidelis noſter Aſinarius Lupiniacenſis & Solenſis Vice-comes, jam dicti territorii dominus, & propter bona ſervitia quæ nobis fecit contra Mauros de Corſica, & alios adverſarios Francorum, nobilis conſanguineus noſter Burchardus Dux, prædictę Vice-comitiſſę Gerbergę pater; & præcipuè ex petitione & hortatu glorioſæ conjugis noſtrę Hermentrudis ſublimis reginæ: hoc itidem nobis ſuggerente præfato Metropolitano Berario Archiepiſcopo cum aliis fidelibus noſtris, placitum noſtrum regale petentibus & acclamantibus. Propter quod, & hoc noſtræ auctoritatis immunitatiſque præceptum erga prædictum Obbonium Abbatem & idem monaſterium facere decrevimus. Itaque decernimus atque jubemus, ut idem Obbonius Abbas prædictum monaſterium, dum ipſe in carne vixerit, quia de ipſo benedictionis electionem ſuſcepit, habeat in manu & poteſtate ſua, regulariter ſecundum Regulam S. Benedicti ſibi commiſſam illud gubernans, & ſtudioſè lucris animarum invigilans: & poſt ſuum deceſſum monachi & conventus monaſterii poteſtatem habeant alterum ex eis in Abbatem eligendi. Et ipſe Obbonius Abbas nunc, & cæteri Abbates pro tempore ſucceſſores, ad nullum Regem, Ducem, Comitem, ſeu poteſtatem reſpiciant, niſi ad Regem Franciæ immediatè, uti Aquitaniæ & Vaſconiæ Regem, *& ſecundum Regulam Sancti Benedicti regulariter vivant.* Animas Deo verbis & factis lucrantes, ut ex ovibus ſuæ curæ commendatis æternæ mercedis gratiam habere mereamur. Et præcipuè quòd prædictum monaſterium habeat & poſſideat res omnes, quas de conſenſu omnium filiorum ſuorum, & præcipuæ Aſinarii Vice-comitis, pater eorum Vandregiſilus cum Comitiſſa Maria uxore, eidem legavit & donavit. Et ſub iſtius præcepti concluſionem nominatim inſerimus, ſcilicet Eccleſias locorum de Arennus, de S. Stephano de Malleo, de Auleto, de Rocheta, de Viniallo, de Zalvera, de utraque Zopeira, de Pardiniella, de Caſtañaria, de Cornudiella, & omnia aloda eorum; ideſt lavandarias & parietes. Similiterque Eccleſiam loci de Vandres, domos de Jacca, & hæreditates quas Comitiſſa Maria habuit à patre ſuo Aſinario Comite; cum cæteris campis & pagis in prædicto teſtamento contentis: exceptis tamen rebus illis, quas ſuprà à precepto noſtro excludimus, & propter cauſſas jam dictas confirmare non valemus. Quæ tamen approbamus ſub hoc noſtro inſtitutionis decreto ſublimiter ordinato & legaliter ſtatuto, jure quieto & inviolabiliter prædictum monaſterium, abſque ulla contradictione, ſub monaſticæ dignitatis reverentia habeat ac ſine fine poſſideat; & cum tota integritate omnia dicta quæ obtinet pacifica & immota permaneant; & quicquid prædictum monaſterium nunc habet, vel quæcumque in poſtmodum, Deo auxiliante, habiturum ſit in dictis & non dictis locis, vel quodcumque, Deo comitante, in poſterum ubicumque acquirere ſibi valuerit, omnia firmiter ſemper gaudeat. Inſuper per hoc noſtrum excelſum præceptum ordinamus & ſtatuimus, quòd nullus Dux, Comes, Vice-comes, ſeu vicarius, ſive ullus exactor judiciariæ poteſtatis, in Eccleſias prædictas, aut loca, vel agros, vel alaudes, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas prædictum monaſterium retinet, vel quas in tempus in jure ac poteſtate ipſius divina miſericordia augere potuerit, ad cauſſas audiendas, ſeu geſtium dandum, vel ſeuda & telonea exigenda, aut feramina capienda, aut manſiones, ſeu paratas faciendas, ſeu fidei-juſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos quàm ſervos, diſtringendos, aut ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtro tempore, vel juniorum, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, ingredi audeat. Nec curtes præfati monaſterii penetrare, vel ea quę ſuprà enumerata ſunt, penitùs pręſumat exigere; ſive Comes ſit, aut Vice-comes, aut vicarius, aut graſſio, aut gaſtaldus, aut telonarius, ſive alius juſtitiariæ poteſtatis. Sed liceat Obbonio Abbati memorato, ſuiſque ſucceſſoribus, ſub noſtra defenſione permanere, noſtroque ſolo, & juniorum, aut ſucceſſorum noſtrorum in temporalibus immediatè parere imperio. Et quicquid jus fiſci inde poterat exigere, nos propter Dei & B. Marię reverentiam, remittimus monaſterio prædicto, & etiam ei noſtra regali licentia & poteſtate relaxamus, & concedimus quòd nullum umquam cenſum perſolvant; niſi tantùm cenſum ſpiritualem ei impoſitum pro animabus Vandregiſili Comitis, & Mariæ uxoris, ſuorumque parentum ac filiorum, & totius ſtirpis Vandregiſilæ in perpetuum,

tuum. Et etiam pro noſtra & conjugis noſtræ, & juniorum ſeu ſucceſſorum noſtrorum ſalute, & totius regalis regiminis, à Deo nobis & illis pro ſua miſericordia commiſſi incolumitate orare quotidie teneatur. In cæterum nullum tributum, vel debitum, de omnium rerum ſuarum poſſeſſionibus alicui perſolvat: ſed liberè & tranquillè omnes hereditates ſuas hác noſtra legali abſolutione poſſideat: & nullo unquam Duci, vel Comiti, vel Vice-comiti, vel vicario, aut graſſioni, ſeu alio domino, ſed ſolùm noſtrę & juniorum ſeu ſucceſſorum noſtrorum in temporalibus ſubditum ſit poteſtati immediatè. At verò in ſpiritualibus Metropolitano Archiepiſcopo Narbonenſi, & Orgellitano Epiſcopo diœceſano, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint, obediat, juxta ordinationem, ſeu præceptū genitoris noſtri piiſſimi Ludovici Auguſti. Reſervamus tamen omnium locorum prædictorum, & prædicti monaſterii advocatiam, ſeu Abbatiam cum medietate decimarum omnium gagerię titulo, ad dictum Vice-comitem Aſinarium, præfati territorii dominum, ſuoſque ad ſucceſſores & hæredes, vel ad alios qui ab eo, ſeu hæreditaria, ſeu emptiva, vel dotalitia ratione jus habuerint, dummodo præfato Orgellitano Epiſcopo, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, ab eo vel à ſucceſſoribus ſuis arciutę perſolvantur. Cæterùm ſi quis Dux, aut Comes, ſeu Vice-comes, ſeu vicarius, aut graffio, vel poteſtas terres, vel judex, vel alius è noſtris fidelibus in futurum huic regiæ dignitatis ſive auctoritatis pręcepto, litem vel aliquam controverſiam, aut interpretationem, ſeu dubium inferre tentaverit aſtu malignitatis; ſanctę & individuæ Trinitatis iram incurrat; & offenſam B. Mariæ ſuſtineat, & in diſtricto ac tremendo æterni judicii examine, eam adverſariam inveniat, ſitque anathema; atque reus divinę majeſtatis atque humanę judicetur: & temeritatis ſuę pœnas exinde perſolvat, & congrua omni pœnitentia, ſecundum Eccleſiaſticas leges, Deo & B. Marię Virgini in ſexduplum ſatisfaciat. Et ut hęc noſtrę pręceptionis auctoritas à fidelibus omnibus ſanctę Dei Eccleſię & noſtris, in iſtis regni Francorum partibus, & in illis citerioris Hiſpanię & regni Gotthic[illegible]nibus, noſtro Imperio ſubjectis & ſubjiciendis, veriùs & firmiter credatur & diligentiùs obſervetur; eam manu propria ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum ✱ Caroli glorioſiſſimi Regis. Rangenfredus notarius ad vicem Ludovici Abbatis recognovit. Data duodecimo Kalend. Februarii, anno quinto regni pręſtantiſſimi Caroli Regis, Indictione octava. Actum in Compendii palatio regali, in Dei nomine feliciter. Amen.

CONFIRMATIO I. ANNO DCCCLXII.

EGO Aſinarius Solenſis ac Lupiniacenſis Vice-comes cum uxore mea Vice-comitiſſa Gerberga, & filiis noſtris Aſinario & Bouchardo, & Arnaldo, & Faquilena, hoc præceptum domini noſtri Caroli glorioſiſſimi Regis, anno quinto regni ſui, & nono poſt obitum chariſſimi genitoris noſtri Vandregiſili, quondam Comitis, factum, laudo & firmum habeo. Tibique venerabili Patri ſpirituali Brandilæ Abbati, & monachis in tua ſocietate Deo ſervientibus ſtatuo in ſeculum; ac filiis & ſucceſſoribus noſtris iram Dei, & B. Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum cum pœna anathematis & maledictionis noſtrę, ſi in toto, vel in aliquo interrumpere audent, in æternum relinquo. Datum hoc laudationis & conteſtationis reſcriptum die viceſimo Julii, anno viceſimo ſecundo regnante Carolo pręſtantiſſimo Rege, indictione nona. Venerabilibus dominis Fredulo Archipræſule in Narbonenſi Eccleſia exiſtente, B. Orgellitano Epiſcopo. S. Aſinarii Vice-comitis. Signum Gerbergæ Vice-comitiſſę. Signum Aſinarii ejus F. Signum Bouchardi F. Signum Arnaldi F. Signum Faquilenę F. Actum in monaſterio B. Mariæ, quando venimus ad ſepeliendam infantulam noſtram Richenſa. In Dei nomine feliciter. Amen.

CONFIRMATIO II. ANNO DCCCXXCIII.

EGO Aſinarius Vice-comes Solenſis ac Lupiniacenſis, dominus in toto Barrabes, & in Benaſco, & in Arano, cum uxore mea Vice-comitiſſa Centulla, & filiis noſtris Lupo Aſinario, & Artaldo, & Centullo, & Athone, & Amita, hoc præceptum quondam glorioſiſſimi Caroli Regis à patre meo domno Aſinario & à me laudatum, denuò laudo & firmum habeo. Tibique venerando patri ſpirituali domno Centullo Abbati, & monachis tecum Domino Deo & B. Mariæ in prædicto monaſterio ſervientibus, ſtatuo in ſæculum. Et filiis ac ſucceſſoribus noſtris, & meam & genitoris mei maledictionem in æternum relinquo, ſi in aliquo vel in toto illud interrumpere tentaverint. Datum hoc laudationis & atteſtationis decretum pridie nonas Ju[illegible] anno tertio præſtantiſſimi Carolomanni [illegible]gis, Indictione decimaquinta. Sanctiſſimo Siggebodo Archiepiſcopo primę ſedis Narbonenſis urbis, Nigoberto Epiſcopo Orgellitano exiſtente. Signum Aſinarii Vice-comitis. Signum Centullæ Vice-comitiſſę, Signum Lupi Aſinarii F. eorum. Signum Artaldi F. Signum Centulli F. Signum Athonis F. Signum Amitæ F. Actum in caſtro de Vandres feliciter. Amen.

CON-

CONFIRMATIO III. ANNO CMXI

EGO Lupus Aſinarius Solenſis ac Lupiniacenſis Vice-comes, dominans in Barrabis, & in Benaſco, cum uxore mea Audiſenda Vice-comitiſſa, & filiolo noſtro Athone, hoc reſcriptum à patre noſtro bo: mem: Aſinario Vice-comite & à me laudatum & firmatum, iterum laudo & affirmo. Et tibi patri ſpirituali domno Frugellio Abbati, & monachis tecum in prædicto monaſterio Deo & B. Mariæ ſervientibus, in perpetuum confirmo; ac filiis ac hæredibus meis iram Dei, ac meam & parentum meorum maledictionem in æternum relinquo, ſi in toto vel in aliquo hoc factum infringere voluerint. Datum hoc laudationis & conteſtationis ſcriptum ſeptimo idus Junii, anno triceſimo redintegrante, atque regnante glorioſiſſimo Rege Carolo, Indictione decima tertia, Venerabili Agine electo Archiepiſcopo primæ ſedis Narbonenſis urbis, per horribilem mortem ſanctiſſimi Archipræſulis Arnſti. Rodulpho Epiſcopo Eccleſiam Orgellitanã regente. & Agiulpho Palliarenſi Epiſcopo ſe nominante. Signum Lupi Aſinarii Vice-comitis. Signũ Audiſendæ Vice-comitiſſæ. Actũ in monaſterio B. Mariæ, die ipſo quo Atho filiolus noſter baptizatus fuit à fratre meo domno Artaldo monacho S. Remigii Rhemenſis. Feliciter. Amen. Oriulphus monachus ſcripſit nutu dominorum Vice-comitis & Abbatis.

CONFIRMATIO IV. ANNO CMLXXIII.

EGO Atho Ripa-curtiæ Comes, unà cum uxore mea Maria Comitiſſa, & filiis noſtris Athone Vice-comite Solenſi, & Garſia Vice-comite Lopiniacenſi, necnon & avunculo meo domno Athone Epiſcopo Toloſano, qui præſens eſt, hanc chartam à patre meo venerandæ memoriæ Lupo Aſinario Vice-comite laudatam & firmatam, iterum laudo & confirmo, & in perpetuum valituram jobeo. Tibique patri ſpirituali domno Oriulpho Abbati, & monachis tecum in prędicto monaſterio Deo & B. Marię ſervientibus, in æternum confirmo. Et meam & omnium parentum meorum maledictionem in perpetuum cum ira Dei relinquo, ſi in toto vel in aliquo eam violare tentaverint. Facta charta in Athares, ſexto idus Februarii, Erâ MXI. Eo anno quo me recepit per [illegible]allum inclytus Rex Sanctius Garſeanus, & fuit occiſus à Mauris meus cognatos Eximius Fortunii Comes in Athares, regnante prædicto Sanctio Garſeano Rege cum uxore ſua domna Urraca Regina in Aragone, in Pampilona, & in Superarbi: Co[illegible] Vaifaredo coogermano meo in Ripa-curtia, & in Pallaria. Aymerico Archiepiſcopo in Narbona: Pſalla Epiſcopo in Orgello: Decio Epiſcopo in Aragone: Audiſindo ſe Epiſcopo in Roca nominante: domno Oriolpho Abbate B. Mariæ. Si✝gnũ Athonis Comitis. Si✝gnum Marię Comitiſſę. Si✝gnum Athonis Vice-comitis, ejus filii. Si✝gnum Garſię Vice-comitis, ejus fratris. Si✝gnum Athonis Epiſcopi Toloſani. Alhelmus monachus exaravit.

CONFIRMATIO V. ANNO MII.

EGO Atho Vice-comes de Sola, cũ filiis meis Vice-comite Guillelmo, & Lupo Athone, quos ex mea uxore Ranimunda Comitis Toloſæ filia ſuſcepi; cùm in articulo mortis poſitos ſim, antequam animam Deo tradam, propter meum & uxoris meæ remedium, hanc chartam laudationis & affirmationis, olim à reverendo patre meo Athone Comite & à me laudatam & firmatam, de novo laodo & firmo; & filiis meis jubeo, ut in mea præſentia laudent & confirment. Et nos Guillelmus Vice-comes cum uxore mea Richenſa, & ejus frater Lupus Athonis cum mea uxore Irmengarda de Narbona, & Garſeano filio noſtro, ſupradictam chartam ex præcepto genitoris noſtri, & ab eo laudatam & firmatam, de novo laudamus & firmamus, & ſi neceſſarium eſt, validamus. Et tibi patri ſpirituali domno Eximino Abbati, & monachis in prædicto monaſterio tecum Deo & B. Mariæ ſervientibus, iterum ſtatuimus & confirmamus in ſæcula. Et filiis ac ſucceſſoribus noſtris, & amantiſſimi parentis noſtri, & avorum noſtrorum, noſtram maledictionem cum ira Dei relinqoimus, ſi in toto vel in aliquo hoc ſtabilimentum frangere tentaverint. Facta charta in caſtro de Vandres, decimâ die Kalend. Octobris, Erâ MXL. poſt tertiam, eo anno quo obiit Garſia Garſeanus Rex, & cœpit regnare pacificè frater ſuus Sanctius Garſeanus Rex in Aragone, & in Pampilona, & in Superarbi, & in Gaſconia, & in Nagera. Comite Guillelmo in Ripa-curtia. Comite Ranimundo in Palliares. Archiepiſcopo primæ Sedis Norbonenſis Eccleſiæ exiſtente Hermengaudo; & alio Hermengaudo Epiſcopo in Orgello. Epiſcopus Aragonenſis Mancius. Abbas B. Mariæ domnus Eximinus. Si✝gnum Athonis Vice-comitis. Si✝gnum Goillelmi Vice-comitis, ejus filii. Si✝gnum Richenſę Vice-comitiſſæ. Si✝gnũ Lupi Athonis Vice-comitis filii. Si✝gnum Irmengardæ ejus uxoris. Si✝gnum Garſeani Luponis, ejus filii. Vicentius monachus ſcripſit.

CON-

Digitized by Google

CONFIRMATIO VI. ANNO MXV.

EGO Garſeanus Luponis Sennior de Teua, com uxore mea Eneca Lupi, & cum filiis noſtris Athone Garſeano, & Lupo Garſeano, & Guillelmo Garſeano, pro me & pro conſobrino meo Regimundo Guillelmo Solenſi Vice-com ite, qui ſub mea cura eſt, hanc chartam à patre meo Lupo Athone, & à patruo meo Vice-comite Guillelmo, & ab omnibus majoribus noſtris laudatam & firmatam, noviter laudo & affirmo; & in perpetuum valituram jubeo. Tibique patri ſpirituali domno Pontio Abbati, & toto conventui monachorum in tua ſocietate Deo & B. Mariæ ſervientium, in ſæculum ſtatuo. Et filiis atque hæredibus meis, & filiis atque hæredibus prædicti conſobrini mei Regimundi Guillelmi Vice-comitis, iram Dei & maledictionem noſtram communem, & omnium parentum noſtrorum, hujus ſtabilimenti violatoribus toties indictam, de novo relinquo; ſi in toto vel in aliquo illud rumpere voluerint. Facta charta in ſupradicto monaſterio B. Mariæ Erâ MLIII. idibus Decembris, duodecimo die poſt mortem chariſſimi patris mei Lupi Athonis, & fratris ſui Guillelmi Vice-comitis, quos frande & inganno malè occidit Centullus Vaſto Benearnenſis Vice-comes. Regnante Sanctio ſereniſſimo Rege in Aragone, in Pampilona, in Superarbi, in Ripacurtia, in Gaſcouia, & in Alava. Duce Sanctio Guillelmo dominante in Vaſconia. Raymundo Comite in Palliares. Eccleſiam Narbonenſem gubernante Hermengaudo Archipræſule. Altero Hermengaudo Epiſcopo Orgellitano ſedeote. Mancio Aragonenſi Epiſcopo exiſtente. Domnus Pontius Abbas B. Mariæ. Ego Garſeanus Luponis qui hanc chartam fieri juſſi, confirmo, & filiis meis ad confirmandum tradidi. Ego Eneca Lupi confirmo. Ego Atho Garſeanus actum patris mei confirmo & laudo. Lupus Garſeanus frater ejus cõfirmat. Guillelmus Garſeanus eorum germanus confirmat. Velaſcus monachus ſcriptor.

CONFIRMATIO VII. ANNO MXXXIV.

EGO Atho Garſeanus, Sennior de Tena, & de Jacca, cum uxore mea domna Velaſqoeta, quæ in Bigorra dicebatur Ricarda, & filiis noſtris Aſinario, Arnaldo, Ludovico, Vandregiſilo, & filia noſtra Ricarda, & fratre meo Senn. Garſea Loponis, & à me, & ab omni mea progenie toties laudatam & firmatam, denuò ex meo jure laudo & affirmo, & in perpetuum valituram jobeo. Tibique patri ſpirituali domno Velaſconi Abbati, & monachis tecum in prædicto monaſterio Deo & B. Mariæ ſervientibos, in æternum confirmo. Et filiis prędictis meis, & filiis eorum, & hæredibus ſuis in ſæcula, maledictionem omnium parentum noſtrorum cum ira Dei indictam relinquo, ſi in toto vel in aliquo hoc teſtamentum violare voluerint. Facta charta laudationis & confirmationis apud Jaccam civitatem in feſto Nativitatis Dominicæ, in Era MLXX. poſt ſecundam. Regnante atque imperante ſereniſſimo & inclyto Sanctio Rege in Aragoue, in Pampilone, in Caſtella, in Legione, & in Alava, & in tota Gaſconia. Archiepiſcopo in Narbona domno Viuifredo. Hetribaldio Epiſcopo in Orgelló. Garſeanus Epiſcopus in Aragone. Domnus Velaſcus Abbas B. Mariæ. Ego S. Atho Garſeanus ſubſcripſi. Ego domna Velaſqueta ſubſcripſi. Ego Lupus Garſeanus, jure uxoris meæ Vice-comes Aortenſis, qui huic confirmationi à fratre meo facta præſens fui, ſubſcripſi. Ego Aſinarius Athonis, quod pater meus fecit confirmo, & firmum habere promitto. Ego Arnaldus Athonis, ejus F. confirmo. Ego Ludovicus Athonis eorum germanus confirmo. Ego quoque Vaudregiſilos minimus eorum frater confirmo. Ego autem Richarda voluntatem patris mei confirmo. Alhelmus B. Mariæ monachus, & indignus presbyter, ſcriptor & teſtis.

CONFIRMATIO VIII. ANNO MXXXXI.

EGO Aſinarius Athonis Sennior de Tena, cum matre mea domna Velaſqueta, & uxore mea dompa Galiuda, pro me & pro filiolis meis Garſea Aſinario, & Fortunio Aſinario, hanc chartam vel præceptum à patre meo ſenn. Athone Garſeano, & à me, & à cæteris majoribus meis multoties laudatam & firmatam, denuò laudo & affirmo, & in perpetuum valituram, quantum ad meum jus ſpectat, jubeo. Et tibi patri ſpirituali domno Athelmo Abbati, & monachis in prædicto monaſterio tecum Deo & B. Mariæ ſervientibus, æterum ſtatuo & confirmo. Ac etiam pro remedio animæ meæ, & omnium peccatorum meorum, tibi præfato Alhelmo Abbati, & toto conventui monachorum in perpetuum laxo & dimitto illam partem decimarum omnium quæ ad me pertinent de meo jure, gageriæ titulo; ita quòd mihi aut filiis meis, & ſucceſſoribus meis dictam medietatem decimarum, de meo jure nunquam perſolvatis, niſi tantòm ſolvendi teneatis arciutam venerabili Orgellitano Epiſcopo, qui nunc eſt vel pro tempore fuerit. Et filiis atque hæredibus meis relinquo iram Dei

-XO-

vi-

Digitized by Google

vivi, & maledictiones omnes, quas in divino jure & humano licet pareotibus ſuis filiis ac ſucceſſoribus indicere; cum omnium genitorum meorum anathemate, ſi generaliter, aut ſpecialiter, ſeu in toto, vel in aliqua, vel in minima parte, hoc teſtamentum, & hanc novam donationem meam rumpere voluerint. Facta charta laudationis, affirmationis, & donationis in Eccleſia prædicti monaſterii, in feſto S. Stephaoi, quando domnus Pipinus Convennarum Comes, pater uxoris meæ domnæ Galindæ, à domoo Alhelmo Abbate comâ capitis detonsâ, in ſua & ſuorum monachorum ſocietate receptus, Stephanus vocatus deinde fuit, & filio ſuo Bernardo Comiti benedixit. Quod factum eſt in Era MLXXVII. regnante Domino noſtro Jeſo Chriſto, & ſub ejus imperio. Glorioſiſſimo Rege Ranimiro, cum uxore ſua domna Hirmeſenda Regina, regnante in Aragone. Fratre ſuo Gondiſalvo in Ripa-curtia & Superarbe. Comite Ranimundo in Palliares. Venerabili Vioifredo Archiepiſcopo in Narbona ſedente. Domno Hetribaldio Epiſcopo in Orgello. Garſeano Epiſcopo in Aragone. Domnus Alhelmus Abbas B. Mariæ exiſtens. Ego ſenn. Aſinarius Athonis, hanc chartam confirmationis & novę donatioois manu propria ſubſcripſi. Uxor ejus domna Galinda confirmo. Aymericus monachus exaravit, præſentibus Bernardo Convennarum Comite, & Villelmo Orgellitanæ Eccleſiæ Archidiacono.

CONFIRMATIO IX. ANNO MXL.

EGO Regimundus Villelmus Vice-comes de Sola, cum uxore mea Viſeforte Vicecomitiſſa, hoc præceptum glorioſiſſimi quoodam Caroli Regis, à patre meo Guillelmo Vicecomite, & meo nomine olim à meo patruele Garſeano Luponis, & ab omnibus geoitoribus meis laudatum & firmatum, & à cæteris conſanguineis meis coofirmatum, denuò laudo & confirmo, & in perpetuum valiturum jubeo. Et tibi venerando patri ſpirituali Alhelmo Abbati & monachis in ſupradicto monaſterio tecum Deo & B. Mariæ ſervientibus, iterum, quantum ad meum jus exſpectat, ſtatuo & confirmo. Atque etiam pro remedio animarum noſtrarum, & mei amantiſſimi parentis bonæ memoriæ Vice-comitis Guillelmi, quem per fraudem & ingannum occidit Centullius Gaſto Bearnenſis Vice-comes per nequam homioes ſuos, tibi prædicto Alhelmo Abbati, & toto conventui monachorum in æternum laxo & dimitto illam meam partem decimarum quę ad me nunc, & poſt me ad filios & hæredes meos de meo jure pertinet gageriæ titulo. Ita quòd mibi, aut filiis, vel hæredibus meis dictam medietatem decimarum in ſæculum nunqoam perſolvatis; dummodo ſolvere tantùm teneatis arciutam venerabili Orgellitaoo Epiſcopo qoi nunc eſt, vel pro tempore fuerit. Et prædictis filiis, ſi Deus mihi conceſſerit eos, vel quibuſcumque hęredibus meis, aut alio ſucceſſori, qui à diabolo ſeductus, hujus teſtameoti & novæ conceſſionis violator repertus fuerit, iram omnipotentis Dei relinquo, ſimul cum B. Mariæ Virginis offenſa, ut in æterna damnatione damnatus ſit, ſi in toto vel io parte illius complementum interdixerit. Datum hoc laudationis & donationis reſcriptum idibus Februarii, anno octavo, ex quo unicè regnavit glorioſiſſimus ac piiſſimus Henricus Rex. Poſt mortem Otthonis Comitis primo, indictione ſeptima. Si✝gnum Regimundi Villelmi Vice-comitis. Si✝gnum Viſefortis Vice-comitiſſæ. Actum præſente domno Guillelmo Orgellitanę Eccleſię Archidiacono, in pago de Malione feliciter. Amen.

NOTA D. DIDACI JOSEPHI DORMER

IN HOC PRIVILEGIUM.

SAcò eſta eſcritura del archivo de la ſanta Igleſia Cathedral de Urgel Franciſco Compte, y la puſo à la letra en ſu Hiſtoria manuſcrita de Cataluña: y otros dos traslados ſe han viſto de ella entre otros papeles que fueron de Fray Antenio de Tepes, y del Obiſpo Don Fray Prudencio de Sandoval, y al parecer ambos la copiaron de eſta Hiſtoria. Contiene eſte inſtrumento grandes teſoros dela antiguedad primera, delos tiempos dela reſtauracion de Aragon, como eſtaràn ocultos otros muchos, que hoy ſolo gozan la carcoma y el polvo en los archivos de muchas Igleſias y monaſterios de Eſpaña. Quanto contiene eſta eſcritura conviene con la hiſtoria y chronologia, y no ſolo eſtà a uſtada y verdadera; pero en muchas partes enmienda las hiſtorias, y las dà luz y claridad. De forma que ni en el eſtilo, ni en el contexto tiene palabra que ſea ſoſpechoſa, al juizio de quantos hombres doctos la han viſto. El titulo de eſte inſtrumento dize aſſi: Sequuntur jura ſanctę Orgellitanę Eccleſiæ ſuper monaſteri um B. Marię de Alaone in regno Ripa-curtię ſitum; ut ſanctę memorię Beatus Hetribaldus Epiſcopus olim obtulit Chriſtianiſſimo domno Ranimiro, Aragonenſium, Superarbienſium, & Ripa-curtiorum glorioſiſſimo Regi, ſoper Eccleſiam Ripa-curtianam, ac Giſtavienſem, à noſtra disjunctam. Quę ego Ottho indignus Orgellitanus Epiſcopus denuò renovare feci, oe cum

cum nova Eccleſię Barbaſtri erectione pereant. & ſanctiſſimo Papę Paſchali miſſi.

Conſta de aqui que eſte inſtrumento es copia delos antiguos, y que ſe eſcrivia por los años de MCI.

Eſte titulo contiene dos puntos que han tocado nueſtras hiſtorias. El uno en tiempo de S. Heribaldo Obiſpo de Urgel, y antes Viz-conde de Cardona. Del eſcrive Geronimo Zurita lib. 1. cap. 17. delos Anales, y lib. 1. fol. 25. delos Indices, y con èl todas las hiſtorias, que vivo à 17. de Setiembre del año MXL. à querellarſe al Señor Rey Don Ramiro primero dela ſeparacion de las Dioceſes de Riba-gorza y Giſtao de la de Urgel. Y entre otras eſcrituras, parece le moſtrò la del monaſterio de Alaon, que era ſu diſtrito, y ſerlo ya lo dexò eſcrito lib. 1. cap. 4. el miſmo Zurita. Conque le fueron reſtituidas eſtas Igleſias à la de Urgel, añadiendole la de Roda. El otro punto es, que en la ereccion del Obiſpado de Barbaſtro (à donde paſsò el de Roda) por el Señor Rey D. Pedro primero año MCI. deviò quedar prejudicada la Igleſia de Urgel, pues ſu Obiſpo S. Odon, hijo de D. Artal, y Doña Luciana, Condes de Pallàs, y electo año MXCIV. reclamò en Roma, y transladando las eſcrituras que antes havia preſentado ſu anteceſſor S. Heribaldo al Señor Rey D. Ramiro, las embio al Pontifice Paſqual ſegundo, y entre ellas eſta.

Eſte monaſterio de Alaon pertenecio à la ſanta Igleſia de Roda, como he viſto por eſcrituras del año MLXVIII. y MXCII.

Dixoſe en ſu principio, de N. Señora de Alacoon, deſpues de Alaon, y ahora de la O.

El libro de Franciſco Compte eſtà en la inſigne libreria del Marques de Liche: es la hiſtoria de Cataluña, y pone al fin el compendio de los Condes de Urgel. Por èl conſta, que la antiguedad de eſte monaſterio paſſa de DCCC. años, y aun D. Juan Briz Martinez Abad de S. Juan de la Peña, y el que con mejores noticias eſcriviò deeſta caſa, afirma lib. 2. cap. 19. que fue antes monaſterio en tiempo de los Godos, y del Orden de S. Benito. *Lo qual no deſayuda, antes parece que lo da à entender una clauſula del privilegio que dice:* Qui omnes de infidelium ſpoliis monaſterium ſuſcitârunt. *Que es dezir, que bolvieron à levantar aquella caſa arruinada y deſtruida, y traxeron à ella Abad y monges de S. Pedro de Cires.*

Hueſca, y Abril 16. de MDCLXXXVII.

El Doctor Diego Joſeph Dormer Chroniſta del Reyno de Aragon, &c.

PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
Pro Eccleſia Helenenſi.

Ex chartulario ipſius. Anno DCCCXXXIII.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Ludovicus divina propitiante clementia Imperator auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eique in eiſdem locis famulantibus beneficia opportuna largimur, præmium apud Dominum æternæ remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum eſſe volumus cunctis fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quòd venerabilis Ramno Eccleſię Helenenſis Epiſcopus, deprecatus eſt majeſtatis noſtrę miſericordiam, ut prædictam ſedem cum omnibus ad ſe juſtè & legaliter moderno tempore pertinentibus, ſub noſtra tuitione & immunitatis defenſione cum omnibus rebus conſtitueremus: quod ita & nos feciſſe omnium veſtrum cognoſcat induſtria. Precipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, villas, loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratę Eccleſię, quas moderno tempore poſſidet, vel quę deinceps in jure ipſius loci voluerit divina pietas augere, ad cauſſas judiciario more audiendas vel diſcutiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationis ordinem diſtringendos, nec ullas redhibitiones vel illicitas occaſiones requirendas ingredi audeat. Precipimus etiam atque jubemus, ut res quas moderno tempore juſtè & legaliter poſſidet, vel quę ibidem divina pietas augere voluerit, in eorum jure & dominatione, abſque cujuslibet injuſta inquietudine aut illicita contrarietate perſiſtant; neque ullam indebitam calumniam aut repetitionem de eis à quoquam ullo unquam tempore patiantur: ſed liceat eis memoratas res, cum omnibus ad ſe juſtè & legaliter pertinentibus, abſque alicujus injuſta contradictione quieto ordine poſſidere, & de eis jure Eccleſiaſtico diſponere quicquid voluerit, quatenus noſtro juvamine divinum cultum copioſiùs exſequentes, pro noſtra, conjugis, proliſque noſtrę incolumitate, & ſtabilitate Imperii noſtri, eos Domini miſericordiam attentiùs exorare delectet. Et ut hęc auctoritas noſtra pręſentibus futuriſque temporibus inconvulſa permaneat, manu propria eam ſubter firmavimus, & anulo noſtro ſigil-

ſigillari juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi Imperatoris.

Hirmin marus notarius ad vicem Hugonis recognovi, Data III. nonas Martias, anno Chriſto propitio XX. Imperii domni Ludovici piiſſimi auguſti, Indictione * XIV. Actum Aquiſgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen. * XL

PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
Pro Eccleſia Gerundenſi.

Ex archivo Eccleſiæ Gerundenſis. Anno DCCCXXXIV.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divina propitiante clementia Imperator auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, eiſque in eiſdem locis inibi Deo famulantibus, beneficia opportuna largimur; præmiũ apud Dominum æternæ remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum eſſe volumus omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm & futurorum, induſtriç, quia venerabilis Wimer ſanctæ Gerundẽſis Eccleſię Epiſcopus, noſtrã adiens celſitudinẽ, petiit ut memoratam ſedem cum villis & hominibus à domno & genitore noſtro Karolo aliiſque devotis hominibus eidem ſedi collatis, quas nunc poſſidere dignoſcitur, ideſt, in pago Empuritano villam nuncupatam Olianus, cum ſuis terminis, & villam vocantem Cacavianus, ac villarem antiquum Celſianum, cum villula nova, quam vocant Velloſos, cum caſtello, ſuoſque termino, & in pago Gerundenſe medietatem de villa Molleto, & Miliaſam villam, cæteraſque res, quas à longo tempore inibi poſſidere dignoſcitur, ſimul cum tertia parte de paſcuario & teloneo de ipſo pago, aliaſque villas, quarum vocabula ſunt, caſtellum fractum, & parietes Ruffini, cum tertia parte de paſcuario & teloneo de ipſo pago: & villa, quæ eſt in pago Biſuldnnenſe, & vocatur Baſcara, cum ſuis villaribus & ſuo termino, nec non & arcas, & villarem vocantem Spedulias, & alium villare, quod eſt infra memoratarum villarum terminos. Villas etiam alias, quæ vocantur Criſpiamus & Miliarias, cum tertia parte de paſcuario & teloneo de ipſo pago, propter infeſtationem malivolorum hominum ſub noſtra tuitione & immunitatis defenſione conſtituiſſemus. Cujus petitioni annuentes, propter amorem Dei, memoratam ſedem cum ſupraſcriptis villis præſenti tempore in jure ejus conſiſtentibus, ſub noſtra tuitione conſtituimus, & hanc noſtram auctoritatem circa eandem ſedem fieri decrevimus; per quam decernimus, ut nullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, major minorve prædicta perſona, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ ſedis, quas moderno tempore infra ditionem Imperii noſtri legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius loci divina pietas augeri voluerit, ad cauſſas judiciario more audiendas vel diſcutiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidei-juſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationis ordinem diſtringendos, nec ullas redhibitiones vel illicitas occaſiones, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt, penitùs exigere, aut undecumque modò legaliter veſtituram habet abſtrahere præſumat; ſed liceat memorato Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus res prædictæ Eccleſiæ cum omnibus quæ poſſidet, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere imperio, & pro nobis ac conjuge, filiiſque, ac toto populo Chriſtiano nobis commiſſo, Domini miſericordiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi Imperatoris. Maginarius ad vicem Hugonis recognovit & ſubſcripſit. Data quarto nonas Decembris, anno Chriſto propitio viceſimo primo Imperii domni Ludovici ſereniſſimi Imperatoris, Indictione duodecima. Actum Attiniaco palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

ALIUD PRÆCEPTUM
LUDOVICI PII IMPERATORIS
Pro Eccleſia Urgellenſi. Anno DCCCXXXVI.

Ex archivo Eccleſiæ Vrgellenſis. Vide Mabillon. lib. 2. *De re diplomat.* cap. 3. §. 13.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divina repropitiante clementia Imperator ſemper auguſtus. Si petitionibus ſervorum Dei, quas auribus clementiæ noſtræ inſinuaverint, ſavorem congruum in quibuſcumque indiguerint contulerimus, divinam nobis miſericordiam per hoc conciliandam nullatenus diffidimus. Proind e noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, tam & præſentium quàm & futurorum, induſtria, quia Poſſedonios Orgellitanæ Eccleſiæ venerabilis Antiſtes, adiens ſerenitatem culminis noſtri ſuggeſſit nobis, eò quòd quorundam malivolorum pravitatibus præpeditus, miniſterium Chriſti ſibi commiſſum, ſicut decebat, minimè adimplere valeret, improborum ſcilicet diſciplina & defenſione, aliorumque in ſuo Epiſcopio degentium correptione & Epiſcopali correctione. Suggeſſit etiam manſuetudini noſtræ, parochias quaſdam, quæ ab anteceſſoribus ſuis per domni & genitoris noſtri Karoli præſtantiſſimi Imperatoris, ac noſtram auctoritatem poſſeſſæ atque Epiſcopali auctoritate habitæ fuerint, quas eaſdem auctoritates hoſtilis ſibi incurſio abſtulit. quoſdam velle præripere, & à jure ſuæ Eccleſiæ funditus alienare. Nec non intimare noſtræ etiam manſuetudini ſtuduit, de quadam parochia quæ dicitur Livia, quòd per prædeceſſorum ſuorum incuriam à Comitibus loci pervaſa, presbyteros ejus non ſolùm detineant ac decimas exigant, ſed etiam ſuis in beneficium largiantur: quod quàm ſit injuſtum, quamque rationi & ſacris Canonibus contrarium, prudentium neminem latere valet. Quapropter ejus petitionibus ob divinum amorem annuentes, hanc noſtræ auctoritatis pręceptionem fieri darique decrevimus: per quam præcipimus atque jubemus, ut nullus Comes aut judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, presbyteros, aut omnia quę ad eum pertinere noſcuntur, ſuis uſibus uſurpare, vel decimas ab eis, ſeu quaslibet alias functiones exigere aut diſtrahere nullatenus pręſumat, neque parochias temporibus domni & genitoris noſtri, ac noſtro à ſe ſuiſque deceſſoribus habitas, id eſt, Urgellitanenſem, Bergitanenſem, Cerdanienſem, Palarienſem, Anabieuſem, Cardoſienſem, Terbienſem, & locus Sanctæ Gratiæ, cum omnibus finibus & terminationibus ſuis, vel quicquid ad eam pertinent, Ribacurcenſem quoque, atque Jeſtabieuſem, vel quicquid ad prædictas parochias pertinent vel pertinere debebunt, omnia ſit donitum atque conceſſum donum Sanctæ Mariæ matris Eccleſiæ Urgellitanenſis, ſuiſque rectoribus in perpetuum poſſidendum. De prædictis verò parochiis, earumque presbyteris, nullus quislibet audeat arripere aut in ſuos uſus retorquere, vel à jure prædictæ Eccleſiæ abſtrahere aut diſtrahere, ſive ad judicium quodlibet ducere; ſed prædicto Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus ſub canonica inſtitutione vivere, & ſuos presbyteros atque parochias diſponere, & decimas ab eis ſuæ Eccleſiæ debitas abſque cujuslibet contradictione, aut uſurpatione, vel minoratione recipere, atque quieto ordine in Dei noſtroque ſervitio inceſſabiliter permanere. Præcipimus etiam ut nullus memorati loci Comes jam dictam parochiam Liviam in beneficium detinere, aut ejus presbyteros ſuis beneficiare, vel decimas ab eis nullatenus exigere præſumat: ſed ſicut cæteræ, in jam dicti Antiſtitis jure & diſpoſitione abſque cujuſpiam inquietudine vel detentione perſiſtat; quatenus & memoratum Præſulem, & reliquum clerum ſub ſua ditione conſtitutum, pro nobis vel conjuge, ac prole noſtra, & ſtabilitate totius Imperii à Deo nobis commiſſi attentiùs atque devotiùs Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus inviolabilem & inconvulſam obtineat firmitatem, de anulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillare. Signum Hludovicus Imperator auguſtus. Jetuelinus notarius ad vicem domni Umberti recognovit. Data XII. kalendas Januarias, anno Chriſto propitio XXII. Imperii domni Hludovici piiſſimi auguſti, Indictione XV. Actum civitate Lugduno palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

EJUSDEM

EJUSDEM IMPERATORIS
PRÆCEPTUM

Pro monaſterio Sancti Andreæ Suredenſis in diœceſi Helenenſi. Circa annum DCCCXXXVI.

Ex archivo regio Carcaſſonenſi. Vide Mabillon. lib. *6. De re diplomat.* pag. 506.

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator auguſtus. Notum eſſe volumos cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter vir inluſter Gaucelinus Comes ad noſtram accedens clementiam, innotuit celſitudini noſtræ, qualiter quidam Abba nomine Miro, quondam in territorio Helenenſe ſuper fluvium Tacidu m io quodam loco io honore Sancti Andreę monaſterium ædificâſſet, & monachos ſecundùm regulam Sancti Benedicti in eodem monaſterio vivere cooſtituiſſet: eoque rebus humanis exempto, Siſegutus Abbas in ſuo & loco & miniſterio ſubrogatus fuiſſet; deprecatuſque eſt nos idem vir inluſter Gaucelinus Comes, ut prædictum Siſegutum Abbatem, unà cum monachis ſuis, & prædictum monaſterium ſuum cum omnibus cellulis ad eom pertinentibus in ſupradicto pago Helenenſe, unam videlicet in honore Sancti Martini ſitam, in qua primitus idem Abbas cum monachis habitare cœpit, ipſamque vallem cum præfata cellula & cum omni integritate ſua concederemus, nec non & aliam cellulam io honorem Sancti Vincentii constructam, ſeo & villare quod dicitur Garreriis, cum ipſis fiſcalibus terris, vel etiam cum rebus vel adjacentiis, quas præſenti tempore in prædicta loca juſtè & legaliter tenere & poſſidere videntor, io noſtra eleemoſyna ſub tuitione & defeoſione noſtra conſiſtere feciſſemus, quemadmodum alia monaſteria infra Septimaniam conſiſtere videntur. Cujus deprecationi aſſenſum præbentes, ita nos feciſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat induſtria. Propterea has noſtræ auctoritatis literas firmitatis gratiâ fieri, & ei dare juſſimus; per quas præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus, aut quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, & cellulas ſuperiùs nominatas, vel quæ deinceps in jure ipſius loci divina pietas augeri voluerit, judiciario more ad cauſſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones vel illicitas occaſiones requirendas ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt exigere præſumat: ſed liceat prædicto Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, abſque ullius injuſta inquietudine cum omnibus rebus ad ſe juſtè & legaliter præſenti tempore pertinentibus quietè vivere ac reſidere, & pro nobis, conjuge, proleque noſtra, atque pro ſtabilitate totius Imperii noſtri, unà cum monachis eorum Domini miſericordiam jugiter exorare. Et quandocumque divina vocatione memoratus Abbas ejuſque ſucceſſores de hac luce migraverint, quamdio inter ſe tales invenire potuerint, qui eos ſecundùm regulam S. Benedicti regere & ordinare valeant, licentiam habeant ex ſe ipſis eligendi Abbates. Et ut hæ noſtræ auctoritatis literæ ab omnibus veriùs credantur & diligentiùs conſerventur, de anulo noſtro ſubter eas præcepimus ſignari.

PRÆCEPTUM
LOTHARII IMPERATORIS

Pro Eccleſia Helenenſi. Anno DCCCXL.

Ex chartulario Eccleſiæ Helenenſis.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Lotharius divina ordinante providentia Imperator auguſtus. Omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, notum ſit, quia Salomon Epiſcopus noſtræ petiit pietati, ut Eccleſiæ ſuę quaſdam villas & terras vocatam Sancti Felicis, cum omnibus appendentiis ſuis, & villam quę dici-

dicitur Torrente, & Alamannis villa, & pro coogruentia Eccleſiæ ſuæ territorium à Petrafita uſque ſuper ſua clauſtra, cellulam Sancti Juliani, vel terras quas ſui homines ex eremo traxerunt, nec non & mediam partem mercati concederemus. Quod & pro emolumento animæ noſtræ prompta voluntate fecimus. Ideoque parti præfatæ Eccleſiæ has noſtras literas fieri juſſimus; per quas decernimus atque jubemus, ut nullus fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ullo unquam tempore de præfatis rebus quamlibet inferre præſumat moleſtiam: ſed liceat eis rectoribus ipſius loci quietè frui, & noſtram exorare incolumitatem. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora meliùs conſervetur; manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Lotharii glorioſiſſimi auguſti.

Balſamus notarius recognovi. Data VII. idus Aprilis, anno Chriſto propitio Imperii domni Lothardi glorioſiſſimi auguſti in Francia I. in Italia VIII. Indictione XII. Actum Cluniaco villa, in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTITIA JUDICATI

Pro Eccleſia Gerundenſi. Anno DCCCXLIII.

Ex chartulario Eccleſiæ Gerundenſis.

CUM in Dei nomine reſideret vir illuſter Adalaricus Comes unà cum viro ſanctiſſimo Gondemaro ſedis Gerundenſis Epiſcopo, Wadamiro, Carpioni, & Leuchiriaco Vaſſos dominicos, necnon Aſſemundo & Hemani vice-dominos, ſeu & judices, qui juſſi ſunt dirimere cauſſas, ideſt, Traſoarius, Servus-Dei, Obaſio, Gerunti, Salomoni, Ildeſindo, Sanſon, Sentrario, Benerello, & Danieli judicum, Forte ſajone, & aliorum multorum hominum qui cum ipſis ibidem aderant. Sedebant enim in Impuria civitate in mallo publico pro multorum cauſſis ad audiendum & rectis & juſtis judiciis diffiniendum. Ibidemque veniens homo aliquis Anſulphus unà cum mandato ſcripto de ſupraſcripto Epiſcopo, & petivit hominem nomine Scluane, qui eſt mandatarius de prædicto Adalarico Comiti, & dixit: Paſcuario & teloneo quod domnus Imperator quondam Ludovicus bonæ memoriæ perdonavit & ceſſit de iſto Comitatu Impuritano & Petralatenſe, tam de mare quàm de terris, tertiam partem ab omni integritate ad Sanctæ Mariæ, ſeu ad Sanctum Felicem ſedis Gerundenſis Epiſcopatus Gondimari, cujus vicem ego proſequor, & ille veſtituram exinde habuit vel ſui anteceſſores Epiſcopi, iſte ſupradictus Adalaricus Comes, cujus voce iſte Sclua proſequitur, ipſo paſcoario & teloneo illi contendit injuſtè & contra legem. Tunc nos ſupradicti Vaſſi dominici, vice-domini, vel judices interrogavimus Scluane quid ad hæc reſponderet. Ille autem in ſuis reſponſis dixit, quòd ipſo teloneo & paſcuario de iſtos Comitatos Impuritano & Petralatenſe, quod mihi iſte Anſulphus requirit, nequaquam pro nullis de ipſo Epiſcopo, nec de ſuos anteceſſores non fuit nec eſſe debet recto ordine, nec per juſſione domni Imperatoris veſtituram exinde non habuerunt. Tunc nos ſupradicti vice-domini vel judices præcipimus ipſo Anſulpho, ſi potuiſſet habere talem adprobationem legitimam, teſtes, vel ſcripturas, pro quibus ea quæ dixit in veritate mittere poſſet. Ille autem obtulit nobis Præceptum domni Imperatoris, & teſtes veraces homines pagenſes perſpicui fide, atque rebus pleniter opulenti, cujus nomina in ſuas conditiones reſonant. Et dum illi ante nos veniſſent ipſi teſtes, tunc interrogavimus eos diligenter quicquid utinam de hac cauſſa illis in veritate cognitum erat, ad ſingula nobis dicere feciſſent. Illi autem unà ſecundùm legis ordinem ſinguli diſcuſſi & interrogati dixerunt, quia nos teſtes ſumus, & bene nobis notum eſt in veritate de ipſo paſcuario & teloneo de Impuritanenſe & Petralatenſe, unde intentio vertitur inter Anſulpho & Scluvane, vidimus atque præſentes fuimus quando venit Wimar quondam Epiſcopus, qui fuit anteceſſor prædicti Gondimari Epiſcopi, ad Gerundæ civitate cum gratia domni Ludovici Imperatoris bonæ memoriæ; & ſic recepit pleniter ipſo Epiſcopatu Gerundenſe, nec non Biſuldunenſe, Impuritanenſe, & Petralatenſe, unà cum ipſos paſcuarios & teloneos, ideſt, tertiam partem tam de terra quàm etiã de mare, de ipſos teloneos, quod de prædictos Comitatos exeunt. Unde & per juſſionem prædicti Imperatoris reveſtivit benedictum quondam Unimarane Epiſcopo de ipſo Epiſcopatu cum tertia parte de ipſo paſcuario & teloneo de Gerundenſe atque Biſuldunenſe; & ſic pervenit à Soniario Comite hic in Impurias civitate, & oſtendit ei juſſionem imperialem. Tunc ſtatim ipſe Soniarius Comes reveſtivit ſuprà memorato Epiſcopo de ipſo Epiſcopatu Impuritanenſe vel Petralatenſe, cùm tertia parte de ipſo teloneo atque paſcuario, tam de mare quàm etiam & de terreno. Et ſic vidimus prædicto Epiſcopo quondam vel ſuos homines tertiam partem prendere vel exigere de ipſos paſcuarios vel teloneos de ſupradictos Comitatos. Et quando ipſe Epiſcopus Wimar ab huc ſæculo migravit, plenam veſtituram

turam

tutam exinde habebat de omnia quæ ſuperiùs ſonuit, unà cum tertiam partem de teloneo de ipſos mercatos qui in prædictos Comitatos ſunt, Hoc teſtimonium datum, tunc interrogavimus ipſum Scluanem ſi habebat aliquid de objectu vel reprobatione quod contra ipſos teſtes dicere debeat, aut meliores vel pluriores teſtes, pro quibus illi reprobi ſint, aut illorum teſtimonium invalidum eſſe debeat. Ille autem dixit: Nihil habeo de infamia vel objectu quod contra eos dicere debeam, pro quibus illi reprobi ſint, aut illorum teſtimonium invalidum eſſe debeat.. Et dum hæc dixiſſet, præcepimus illi ut faceret exinde ſua profeſſione ſcriptis, & ſua manu propria firmâſſet, ſicuti & fecit. Tunc iterum præcepimus ſcribere conditiones, ut ea quæ ipſi teſtes teſtificaverunt, ipſi teſtes ad ſeriem conditionum hoc jurare ſtuderent; ſicuti & fecerunt. Et dum nos ſupradicti Vaſſi, vice-domini, vel judices hanc cauſſam pariter exquiſivimus, & diligenter inveſtigavimus, invenimus rei veritatem; memorati ſumus ubi nos Dominus per divina præcepta admonuit dicens: *Diligite juſtitiam qui judicatis terram*. Et iterum: *Rectè judicate filii hominum*. Et lex Gotthorum de hac cauſſa commemorat dicens: *Ab utraque parte ſit probatio requirenda: tam à petente quàm ab eo qui petitur, judex cauſſam debeat recipere*. Hoc examen perquiſitum atque fideliter inveſtigatum, decrevimus judicium, & ordinavimus ipſo Comite vel ſuum mandatarium Scluvanem, ut ipſo teloneo & paſcuario pleniter reddidiſſent, atque reveſtiſſent ipſo Epiſcopo vel ſuum mandatarium, ſicuti & fecerunt ad partes memoratæ Sanctæ Mariæ & Sancti Felicis totum, ſicut ſui teſtes teſtificaverunt, & ſuas conditiones commemorant, habeat & poſſideat in perpetuum, abſque ullius hominis moleſtia vel inquietudine, tam ipſe quàm & ſucceſſores ſui, & gaudeat ſe unuſquiſque homines de mallo ſuam percepiſſe juſtitiam. Dato judicio ſub die duodecimo Kalendas Septembris, in anno tertio poſtquam obiit Ludovicus Imperator. Lib. 2. leg. Viſigoth. tit. 2. cap. 5.

KAROLI CALVI

REGIS FRANCORUM

Præceptum pro monaſterio Sancti Andreæ Suredenſis. Circa annum DCCCL.

Ex archivo regio Carcaſſonenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Si ſervorum Dei petitionibus, quas nobis pro ſuis utilitatibus ſive neceſſitatibus innotuerint, benignum præbemus aſſenſum, regiæ celſitudinis operibus...... ac per hoc faciliùs nos æternæ beatitudinis gloriam adepturos nullatenus dubitamus. Iccircò notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus atque futuris, quia religioſus vir Froyſclus Abbas monaſterii Sancti Andreæ, conſtructi ſuper fluvium Tacidum, in pago ſiquidem Helenenſi, ad noſtram accedens magnitudinem, oſtendit magnitudini noſtræ quandam Præcepti auctoritatem à domno & genitore noſtro auguſto Ludovico prædeceſſori ſuo Siſeguto Abbati quondam factam atque donatam: in qua continebatur qualiter idem domnus ac genitor noſter eundem Abbatem, memoratumque monaſterium cum monachis ſuis, aliiſque rebus omnibus, ſub immunitatis ſuæ tuitione defenſioniſque munimine clementer ſuſcepit. Petiit itaque præfatus Froyſclus Abbas clementiam noſtram, ut eandem genitoris noſtri renovantes præceptionem, ſimiliter eum & monachos ſuos unà cum monaſterio & rebus omnibus ſibi pertinentibus, ſub immunitatis noſtræ defenſione recipere dignaremur. Cujus precibus ob divinum amorem & honorem libenter aurem clementiæ noſtræ accommodantes, eam ad effectum nobis perducere libuit. Proinde hoc auctoritatis noſtræ Præceptum eidem Abbati ſuiſque per tempora labentia ſucceſſoribus fieri juſſimus, per quod decernimus atque ſanximus, ut idem monaſterium cum cellulis, terris, vineis, domibus, locis ſibi ubique ſubjectis, cum terminis & laterationibus ſive adjacentiis eorum ad ſe aſpicientibus, ſeu cum agris, reliquis poſſeſſionibus, vel etiam cum omnibus apriſionibus, quas ex eremi vaſtitate traxerunt, ſimul cum iis deinceps quæ proprii laboris ſudore trahere & excolere ipſi ſucceſſoreſque eorum potuerint, pariter quoque cum illorum omnibuſque concambiationibus & comparationibus, donationibus quorumcumque religioſorum, Deum timentes & amantes homines de rebus ſuis condonârunt, vel condonaverint, vel etiam cujuſcumque cauſſa ſpeciei ſit, rationabilibus poſſeſſionibus, ſeu cum iis, quas ex ſæculari habitu ad regulariam militiam clerici ſive laïci convertentes, omnes illic donaverint vel donaverunt, dona videlicet, terras, vineas, vel quicquid moderno tempore dando videtur, ſub. noſtro mundeburdo permaneat.

Præ-

Præcipimus etiam ut commotationes & venditiones quibuſcumque liberis hominibus de rebus ſupradicti monaſterii feciſſe dignoſcitur, aut deinceps facere ipſe aut ſucceſſores ſui voluerint, ubicumque juſtè & rationabiliter factæ ſunt vel fuerint, quietè per hanc noſtram auctoritatem poſſideant; neque ullam inlicitam contrarietatem aut injuſtam inquietudinem de eiſdem rebus ullo unquam tempore patiantur; quin jure eas firmiter teneant atque poſſideant. Et nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca; vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones ejus, & cellularum ſibi ſubjectarum, ad cauſſas judiciario more audiendas, freda exigenda, vel paratas faciendas aut manſiones, vel rationes, aut ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, aut fidei-juſſores tollendos, vel illorum homines diſtringendos, ingredi audeat, nec ea quæ ſuprà memorata ſunt, exigere præſumat; ſed liceat ſæpè dicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, abſque cujuſquam injuſta inquietudine cum omnibus ad ſe, ſicut diximus, pertinentibus, quietè vivere & Domino deſervire, & pro nobis, conjuge, prole-que noſtra, ſeu ſtabilitate totius regni noſtri, unà cum monachis inibi Domino militantibus, divinam miſericordiam jugiter exorare. Præterea noverit cunctorum fidelium Dei noſtrorumque induſtria, quia admonente Suniario dilecto nobis noſtro Comite, contulimus ſeu condonavimus ſuprà taxato Sancti Andeæ monaſterio, in ſupradicto videlicet vallem Sancti Martini ſitam, quantum ipſe mons aqua vergit, necnon & quoddam villare, quod dici conſtituimus Garrices, cum terminis & adjacentiis ſuis; videlicet ut noſtris futuriſque temporibus ipſæ res ejuſdem monaſterii, rectorumque ſuorum, & monachorum ibidē degentiū proficiat utilitatibus ſtipendiiſque in augmentum, & animæ noſtræ proſit in emolumentum. Et quandocumque divina vocatione memoratus Abbas, aut ſucceſſores ſui ab hac luce migraverint, quamdiù inter ſe tales invenire poterint, qui eos ſecundum regulam Sancti Benedicti regere & gubernare valeant, licentiam habeant ex ſemetipſis Abbates eligere, qui eis ...... diximus merito jure & ſanctitatis prodeſſe poſſint. Et ut hæc noſtræ confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmitatem, manu noſtra ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſigoari juſſimus.

CHRONOLOGIA EORUM,

Quæ in Hiſtoria & Epiſtolis S. EULOGII continentur.

Auctore Ambroſio Morale, PHILIPPI II. Hiſpaniarum Regis Chronographo.

Ante annum Domioicę nativitatis octingenteſimū quinquageſimū (unde chronologiam opportunè ordimur) Adulphus & Joannes Hiſpalenſis originis Cordubæ jam fuerant martyrio coronati. Ex libri ſecundi cap. 8. Annum ſignare non poſſumus, niſi quòd ante annū Domini octingenteſimum triceſimum planè videntur occiſi.

Ante hunc etiam annum divus Eulogius in Galliam profectus, Pompelonenſem Epiſcopum, & Navarræ Abbates quamplurimos inviſit. In reditu Cæſarauguſtanum, Segontinum, Complutenſem, & Toletanum Epiſcopos, apud eos diverſatus, cognovit. Ex ejus epiſtola ad Pompelonenſem Epiſcopum. Quo anno peregrinatus fuerit, non ſatis conſtat. Nos ſuo loco, quantum datum fuit, ratiocinabimur.

Annus Domini DCCCL.

Primus hic eſt annus, quem divus Eulogius initio libri ſecundi notat. Fuit autem poſt triginta cycli ſolaris converſiones, in triceſima prima decimus nonus: ſecundus poſt biſextum ſequutus, literam dominicalem E. habuit. Quæ omnia hic imprimis ſignanda fuerunt: ſi quidem divus Eulogius aliquando hebdomadæ etiam dies nominat: unde nos certam temporis rationem aſtruximus, & manifeſta veritate confirmavimus.

Leonis IV. Pontificis maximi quartus fuit hic annus: qui per quinque etiam ſequentes ſupervixit. Ex Onuphrio Panvinio.

Lotharius, Romanorum Imperator, qui adhuc vivebat, ad eoſdem quinque annos præterea pervenit. Ex eodem, & multis aliis.

Michaël Porphyrogenneta, Theophili ſucceſſor, Conſtantinopolitanus Imperator, cujus hic nonus erat annus, annum octingenteſimum ſexageſimum ſeptimum attigit. Ex iiſdem.

Initio hujus anni Oveto & Legione in Hiſpania regnabat Ranimirus Rex, hujus nominis primus, Alphonſi Caſti Regis ſucceſſor. Mortuus verò ipſo primo Februarii die, filio ſuo Ordonio primo regnum reliquit. Id apertè conſtat ex ejus tumolo, quem in regio Alphonſi Caſti vocato templo Oveti vidimus, cum hoc epitaphio:

OBIIT

OBIIT DIVAE MEMORIAE RANIMIRUS REX DIE KAL. FEBRUARII ERA DCCC. LXXXVIII. OBTESTOR VOS OMNES QUI HAEC LICTURI ESTIS UT PRO REQUIE ILLIUS ORARE NON DESINATIS.

Et Sampirus Aſtoricenſis,Lucaſque Tudenſis, Epiſcopi,hunc annum mortis Ranimiri ſcripſerunt. Vetuſtiſſimus etiam tumulus docet,non multum poſt regis mortem fuiſſe epitaphium inſculptum.

Navarræ & Aragonenſium montium regnum Innigus Ximenez cognomento Ariſta obtinebat: ut ex magis veriſimili illorum temporum ſupputatione colligitur. Quamquam in magna auctorum varietate nihil certi & indubitati poteſt hic affirmari.

Carolus cognomento Calvus,Hludovici Imperatoris filius, Caroli Magni Imperatoris nepos,in Gallia regnabat. Gallorum omnes hiſtorici. Eratque hic regni ejus annus undecimus. Idem Carolus, quicquid pater atque avus ab Sarracenis in Catalonia, Aragonenſium montibus, & apud Navarros ademerant, retinuit. Aragonenſium Annales, Gallorum hiſtorici.

Regnabat latè in Hiſpania, regni ſede Cordubæ conſtituta, Habdarraghman Sarracenus, hujus nominis tertius. Eratque hic regni ejus annus viceſimus nonus. Ex divo Eulogio initio libri ſecundi,& ex Raſis Mauri hiſtoria,item ex Ruderici Toletani Antiſtitis de Arabibus hiſtoria nondum excuſſa.

Hoc ipſo anno, primo menſis Maji die, qui in ſextam feriam inciderat,Perfectus presbyter Cordubenſis martyrio coronatur. Lib. 2. cap. primo.

Poſt hunc Joannes pro Chriſti Fide penè ad mortem cæditur, & ludibrii publici cauſsâ aſino vectus per urbem circumducitur, confeſſoriſque gloriam adipiſcitur. Lib. 1. Tempus liquere non poteſt, niſi quòd hoc anno, potiùs quàm ſequenti, factum apparet.

Annus Domini DCCCLI.

Litera hoc anno diem Dominicum ſignans, D. fuit.

Die Junii tertio, qui quartâ feriâ evenerat, Sanctus Iſaac monachus Cordubenſis jugulatur. Capite 2. libri ſecundi.

Sancius laïcus natione Gallus,duos poſt dies martyrio coronatur, feriâ nimirum ſextâ ſequente,ejuſdem Junii menſis die quinto. Libri ejuſdem cap. 3.

Duobus tantùm interjectis diebus, die ejuſdem menſis octavo, & hebdomadæ ſequentis feriâ primâ, ſex pariter Sancti martyres trucidantur: Petrus presbyter Aſtigitanus, Walabonſus diaconus Ilipulenſis,Sabinianus monachus, vico Froniano prope Cordubam natus, Wiſtremundus Aſtigitanus monachus, Habentius Cordubenſis monachus,Hieremias itidem Cordubenſis monachus; Capite ejuſdem libri quarto.

Menſe Julio, die decimoſexto, qui in quintam feriam inciderat,Sanctus Siſenandus diaconus Pacenſis ex Luſitania, martyrium jugulatus complevit. Capite ſequenti.

Veneris die, ſabbatho,& inſequenti Dominica tantummodo interjectis, ſecundâ feriâ, quæ die Julii viceſimum occupavit, Paullus Cordubenſis martyrii palmam adipiſcitur capite truncatus. Capite ſexto.

Sabbatho inſequente, & Julii die viceſimo quinto, Theodemirus monachus Carmonenſis patriâ martyrio laureatur. Ibidem.

Interea Reccaffredus Epiſcopus juſſu tyranni, Dei Eccleſiam Cordubæ miſerè conturbat, divum Eulogium in carcerem conjicit. Ex ejus vita per Alvarum ſcripta,ex epiſtola ad Pompelonenſem Epiſcopum, & ex ſecundo lib. pluribus locis. Ubi nos hoc ipſum annotavimus,& tempus quidem quo captus fuerit divus Eulogius non poſſumus exquiſitè ſignare. Tantùm colligi alicunde poteſt, per hoſce menſes, quod ſuo loco videbimus, contigiſſe. Cauſſam cur in carcerem fuerit miſſus, ipſe in documento martyriali,& in Epiſtolis reddit: quia nimirum martyres adhortaretur, & ad martyrium ipſos incenderet.

Hîc martyrium ſanctarum virginum Nunilonis & Alodiæ divus Eulogius retulit, quę non Cordubæ paſſæ ſunt. Et tempus ſuo loco investigabimus.

Flora Cordubenſis, Maria Ilipulenſis, Walabonſi martyris ſoror, virgines ambæ, martyrio ſimul coronantur,menſis Novembris die viceſimo quinto. Capite ſequenti.

Poſt ſextum diem divus Eulogius carcere educitur. Ibide n, & in Epiſtola ad Alvarum.

Annus Domini DCCCLII.

Gumeſindus Toletanus presbyter,& Servus-Dei monachus, die Januarii tertia decima mortem pro Chriſti nomine ſuſtinuerunt. Capite IX.

Sancti martyres Aurelius, Felix Cordubenſes, cum uxoribus Sabigothon & Liliuſa, comitante etiam Georgio monacho ex Syria, 27. Julii die occiſi ſunt. Cap. ſequenti.

Chriſtophorus Cordubenſis, Leovigildus Illiberitanus, monachi, pro Chriſtianæ Fidei confeſſione jugulantur, die menſis Auguſti viceſimo. Cap. XI.

Emila & Hieremias Cordubenſes die Septembris quintodecimo martyrio coronantur. Capite ſequenti.

Rogellus Iliberitanus monachus, Servio-Deo ex Syria monachus, variè excarnificati die ſequenti, Septembris videlicet ſextodecimo, capite truncantur.

Habdarraghman rex tot martyrum conſtantiâ territus, impedire martyrium cogitat, & congregari Epiſcoporum atque etiam Metropolitanorum Concilium Cordubæ imperat. Ex ca-

pitibus ſequentibus. Et hæc diverſa omnino eſt Regis perturbatio, & Eccleſiæ perſecutio ab illa, quam jam ſuperiùs retulimus. Hoc manifeſtè ex ipſa temporum ſerie in divo Eulogio, & ex ejus verbis conſtat.

Annus Domini DCCCLIII.

Initio hujus anni Habdarraghman rex ſubitò moritur. Mahomat ejus filius in regno ſuccedit. Cap. libri ſecundi decimoſexto.

Mahomat regni ſui initio Chriſtianos acerbiſſimè perſequitur, templa diruit. Quatuor primis libri tertii capitibus. Hæc jam tertia eſt Eccleſiæ Cordubenſis perſecutio: & hujus mentionem fieri credo in Sanctorum Ruderici & Salomonis hiſtoria. Ex annis ibidem in Apologetico annotatis.

Arabum principum nonnulli in Hiſpania contra regem Mahomat rebellârunt. Ipſe Chriſtianos tributis gravat, ſuorumque odium in ſe ſuſcitat. Duobus ſequentibus capitibus.

Fandila presbyter & monachus Accitanus die Junii tertiodecimo martyrio coronatur. Capite VIII.

Die ſequenti, Junii quartodecimo, Anaſtaſius monachus presbyter, Felix monachus Cõplutenſis, Digna virgo Deo dicata, martyrii lauream accipiunt. Capite ſequenti.

Benildis matrona quintadecimâ ejuſdem menſis pro Chriſti Fide jugulatur. Cap. X.

Sancta Columba Cordubenſis virgo Deo dicata, decimo ſeptimo Septembris die capite truncata martyrio coronatur. Capite ſequenti.

Pompoſa virgo & martyr Cordubenſis, Octobris die decimoſexto gladio Sarracenorum occubuit. Cap. XII.

Annus Domini DCCCLIV.

Abundius presbyter ex vico Annanellos prope Cordubam, die Julii undecimo martyrium ſubiit. Libri tertii cap. XIII.

Annus Domini DCCCLV.

Amator Tuccitanus adoleſcens, Petrus monachus Cordubenſis, Hludovicus item Cordubenſis, die Aprilis ultimo omnes pariter martyrio coronantur. Cap. XIV.

Witeſindus ſenex Egabrenſis eodem anno martyr eſt factus. Quem divus Eulogius non commemorat. Cap. XV.

Annus Domini DCCCLVI.

Helias presbyter ſenex Luſitanus, Paullus & Iſidorus monachi, Aprilis decimoſeptimo die paſſi ſunt. Libri tertii cap. XVI.

Argimirus Egabrenſis monachus in Chriſti confeſſione viceſimo octavo Junii die occiditur. Cap. ſequenti.

Aurea virgo Deo dicata, Adulphi & Joannis martyrum ſoror, die Julii decimonono martyrii palmam accepit. Cap. ultimo.

Annus Domini DCCCLVII.

Rudericus Egabrenſis & Salomon martyrium patiuntur Martii die tertiodecimo. Ex Apologetico Sanctorum.

Annus Domini DCCCLVIII.

Nullum martyrem habuit hic annus, neque ulla ejus eſt apud divum Eulogium mentio.

Annus Domini DCCCLIX.

Divus Eulogius Cordubenſis, presbyter & doctor, & electus Archiepiſcopus Toletanus, fit etiam hoc anno martyr, Martii menſis die undecimo, qui eo anno ſabbathum occupavit. Alvarus in ejus Vita.

Leocritia virgo Cordubenſis, cujus cauſſâ, & Fidei Chriſtianæ præſertim ergô, divus Eulogius mortem fuerat perpeſſus, quarto poſtea die, hoc eſt Martii quintodecimo, ipſum doctorem ſuum ſequitur, martyrio coronata. Ex eodem ibidem.

Annus Domini DCCCLX.

Hoc anno, die Junii primo, ſancti martyris Eulogii corpus ex Baſilica Sancti Geneſii in Baſilicam Sancti Zoïli martyris translatum eſt. Ex altero exemplari, in quo vita ſancti Eulogii ſolùm fuit.

Hoc tantummodo decennium Sancti Eulogii opera enumerant. Quæ deinceps ad ſanctorum martyrum Eugeniæ, Pelagii, Dominici, & ſociorum tempora perveſtiganda neceſſaria fuêre, ſuis locis quantâ potuimus diligentiâ ratiocinati ſumus.

Regnabat autem nunc etiam Ordonius primus, qui anno DCCCLXII. poſtea obiit. Neque enim antea regnum iniit filius ejus Alphonſus cognomento Magnus. Id eſt manifeſtum ex aurea cruce ingentis magnitudinis, operis pulcherrimi, & pretii ex gemmarum multitudine immenſi, quam Oveti in ſancta camera reliquit, cum hac à tergo literis aureis prominentibus inſcriptione:

SUSCEPTUM PLACIDE MANEAT HOC IN HONORE DEI QUOD OFFERUNT FAMULUS CHRISTI ADEFHONSUS PRINCEPS ET SCEMENA REGINA.

QUISQUIS AUFERRE HAEC DONARIA NOSTRA PRAESUMSERIT FULMINE DIVINO INTEREAT IPSE.

HOC SIGNO TUETUR PIUS HOC SIGNO VINCITUR INIMICUS HOC OPUS PERFECTUM EST CONCESSUM EST SANCTO SALVATORI OVETENSIS SEDIS. ET OPERATUM EST IN CASTELLO GAUZON. ANNO REGNI NOSTRI XVII. DISCURRENTE ERA DCCCCXVI.

Annus

Annus hic fuit Chriſti nativitatis DCCCLXXVIII. Unde conſtat anno Domini DCCCLXXII. Alphonſum hunc regnare cœpiſſe: cùm annus patris poſtremus ei fuerit primus.

Quæ autem conſequuta poſtea ſunt in Eccleſia Cordubenſi, ex vetuſtis monumentis collecta proſequemur. Conſtat enim poſt has duas ſub duobus regibus patre & filio perſecutiones, magnam Cordubæ Chriſtiani cultus factam fuiſſe permutationem; cùm omnia in pejus ruerent, & retrò admodùm ſublapſa ferrentur. Pavidi monachi monaſteria deſerere, Abbates aliò transfugere, Epiſcopi ferme non eſſe, ſaçra loca deſerta cultoribus, Sarracenis in prędia cedere, & Cordubenſis Eccleſia, quæ nondum in captivitate decus & amplitudinem penitùs amiſerat, nunc in miſeram diſperſionem & lugubrem ruinam abire. Multa ſunt quæ hoc ipſum planè doceant. Monaſterium namque Ordinis Sancti Benedicti eſt admodùm celebre & opulentum in ipſo Gallęciæ, quà Legionenſi regno ad Bergidum copulatur, introitu; Samanos olim, nunc corrupto nomine *Samos* dictum. Ibi monumentum publicæ atteſtationis Gotthicis literis in membrana ſcriptum vidimus, in quo Offilo Abbas, Vincentius presbyter, & Maria Deo vota, ſua omnia eidem monaſterio largiuntur. Narrantque imprimis quemadmodum Corduba profugi tempore Ordonii regis, cùm Gallæciam perveniſſent; benignè ab Rege excepti fuère: qui illorum calamitatibus commotus, id ipſum monaſterium, dirutum jam & penè deſolatum, cum prædiis, oppidulis, & tota ipſa circumcirca ditione, eiſdem libenter conceſſit, ut priſcam in eo religionis formam inſtaurarent. Ejus autē donationis quæ ab ipſis monaſterio fit publicè conteſtatæ, dies fuit Auguſti viceſimus quintus anni Dominicę nativitatis DCCCLXXII. mortuo nimirum jam eodem Ordonio rege hujus nominis primo, Alphonſi Magni patre, qui tunc, quum hæc publicè agebantur, imperium tenebat: ut vicina admodùm divo Eulogio tempora intelligas, hoc eſt annum poſt ipſum interemptum duodecimum. Quin etiam diploma ejuſdem regis Ordonii primi ibidem vidimus, literis Gotthicis & membranâ, pervetuſtum, in quo ea monaſterii ditionis & oppidorum donatio, quam Offilo Abbas cæterique ſibi ab Rege factam commemorant, continetur. Conceſſum autem id diploma fuerat die menſis Maii viceſimo, anni Dominici DCCCLXII. duobus nempe, nec pluribus, poſt divi Eulogii necem annis: ut manifeſtum ſit paullò poſt ipſum martyrio coronatum, Offilonem Abbatem cum reliquis Cordubâ diffugiſſe. Alia poſteriorum Regum diplomata prętereo, quæ ibidem habentur: in quibus eadem iſta de Offilone Abbate cum ſociis Cordubenſibus, patriâ diffugientibus repetuntur. Illud tacendum non puto, dirutum Samanos monaſterium Offilonem inveniſſe, quia centum penè annis antea ſub Froyla rege hujus nominis primo, Argericus Abbas Toletanus, patriâ & ipſe profugus, cum aliis nonnullis, Regis benignitate ſublevatus, ipſum primùm ædificaverat. Id etiam ejuſdem Froylę regis diplomate teſtatum permanet, cùm Ordonius etiam in ſuo ejuſdem Argerici prioris Abbatis, & regis Froylę, qui ipſum exceperit, meminerit.

Antiqua prætarea, & iiſdem hiſce temporibus ſcripta, regii, celeberrimi, & ampliſſimi ſanctorum martyrum Facundi & Primitivi, Ordinis Sancti Benedicti, cœnobii monumenta, Regumque diplomata, quę nos ibi vidimus, teſtantur, Abbatem Alphonſum cum ſuis monachis Cordubâ profugum, Sarracenorum gladios devitantem, puſilloque ſuo gregi, quem imparem perferendo martyrio experiretur, ſanctè & providè conſulentem, ad eundem Regem Alphonſum cognomento Magnum Legionem perveniſſe. Cumque Regi jam antea cordi fuiſſet, Sanctorum Facundi & Primitivi ſepulchra debito cultu venerari, delubrumque ubi inerant, Sarracenorum impetu dirutum inſtaurare; quaſi divinitus ſibi oblatum Cordubenſem Abbatem monachoſque ſuos excepit. Subſtructo deinde miræ magnitudinis, ut idem Rex in diplomate inquit, templo, quod hodie etiam perdurat, eidem Abbati Alphonſo cum ſuis monachis, addito inſigni multorum prædiorum, oppidulorum, & ditionis integræ patrimonio, tradidit incolendum, & monaſterii ædificiis augendum. Hoc fuit inſtaurationis, atque inſignis illius amplificationis principiū. Ut inclytum per totam Hiſpaniam cœnobium, duobus illuſtriſſimorum martyrum corporibus auguſtiſſimum, multorumque Regum magnificentiâ nobilitatum, Cordubenſem primùm habuerit Abbatem & inſtauratorem, teſtemque hujus, quam proſequimur, diſperſionis. Diploma namque Regis Alphonſi, in quo hujus rei mentio eſt, annum Domini DCCCLXXIV. pręfert, hoc eſt, poſt divi Eulogii martyrium quartum decimum.

Non admodùm longè ab hoc ipſo Sanctorum Facundi & Primitivi oppido & monaſterio illud alterum eſt, quod Sancti Michaëlis de Eſcalada appellant. In ejus miræ vetuſtatis templo, varii marmoris columnis exornato, lapidem eſſe inſcriptum, venerandę auctoritatis monachi mihi retulerunt, in quo memoria Abbatis cujuſdam Cordubenſis conſervatur, qui eò per hoſce etiam annos, eâdem nimirum calamitate exactus, pervenerit.

Poſterioris aliquantò temporis eſt item lapis bene magnus in Eccleſia monaſterii Sancti Martini de Caſtanenda, Ordinis nunc Ciſtercienſis, olim Benedictini, ad oppidū Senabriam, Gallęciæ & Luſitanię finibus, in Legionenſi regno, propinquum: cujus inſcriptio hanc ipſam aſtruit Cordubenſium Chriſtianorum diſperſionem. Cùm enim in principio doceat, locum illū ſanctum divo Martino quondam fuiſſe conſecratum; proſequitur deinceps, quo pacto ab Joanne Abbate, qui Cordubâ cum monachis venerat, fuerit reſtitutus: temploque & monaſterio magno labore, brevi tamen tempore, ſtructis,

inſtauratus. Factum id tandem refert regnante Ordonio Principe. anno Domini CMLII. Hæc ibi. Ex cujus anni notatione facilè colligimus, regem Ordonium hujus nominis tertium, Ranimiri ſecundi filium, ibi nominari. His autem omnibus facilè declaratur, quàm miſero tumultu Eccleſia Cordubenſis hoc tempore fuerit conquaſſata, & crudeli ruina penè dejecta.

Neque tanta tamen fuit ejus hoc tempore diſperſio. quin integra, templiſque, & viris optimè conſtituta perduraret. Docet hoc imprimis Concilium multorum Epiſcoporum Cordubæ paullò poſt divum Eulogium occiſum congregatum, circa annum nimirum Domini DCCCLXIII. cujus in Samſonis Abbatis Cordubenſis libro Apologetico ſecundo fit mentio. Docent hoc ipſum præterea alia multa, quę idem auctor eo opere commemorat. Cùm interim non deeſſent martyres, non Chriſti fideles, qui marmoreo tumulo & epitaphio martyris ſepulchrum, quod ſuo loco apparuit, exornarent.

Sed enim multum diuque etiam poſt divum Eulogium Cordubæ templa, ſacræ Deo virgines, & magnus religionis cultus vigebat. In templo namque divi Andreæ (quod ſemper ab ſequentium temporum Chriſtianis Moz-arabibus retentum fuiſſe conſtat) introrſum in ſeptentrionali pariete lapis eſt centum viginti ferme poſt divum Eulogium annis ſacrę virginis & Deo dicatę tumulo impoſitus. Id hæ inſcriptæ literę indicant:

HIC SPECIOSA CONDITA SIMUL CUBAT CUM FILIA TRANQUILLA SACRA VIRGINE. QUAE . . . . TISIMA QUINTA . . . . . . ERA SUBIVIT FUNERA. POSTEA MATER MILLESIMA QUARTA RECESSIT ULTIMA.

Cumque, me puero, infra eum lapidem parietem in cellulam audiendis ſacris confeſſionibus ſuffodere fabri cœpiſſent; concavatum jam cum harum fœminarum oſſibus invenerunt: nec violare auſi, obſtructum ut antea erat reliquerunt.

Lapis autem extrorſum in cœmeterio eidem parieti inſertus, ſatis apertè docet, idem templum, ducentis poſt has virgines annis, Chriſtianorum ſub Arabibus ſemper fuiſſe. Habet namque hujuſmodi vernaculo noſtro ſermone epitaphium, barbarum quidem, ſed pro temporis cognitione opportunum:

Finò don Pero Perez de Villammar, alcalde del Rei en Cordova, en dizeſiete dias de Febrero E. MCC. dois. feria ſexta. Maeſtre Daniel me fecit. Deus lo benediga. Amen.

Dicam autem de hoc ipſo tumulo quod ſentio. Alphonſus Imperator Urracę filius, ſeptemdecim antea annis Cordubã cœperat, Regique Abengamiæ, cùm ſe ſupplex Imperatori dediſſet, civitatem, tributo impoſito, ſubmiſſionis etiam facta conteſtatione, reliquerat. Ut igitur publicum imperii teſtimonium Cordubæ Alphonſus relinqueret, Chriſtianoſque liberos deinceps inibi & ſui juris eſſe oſtenderet, Præfectum Chriſtianum juri dicundo cum magiſtratu & titulo in urbe eſſe voluit, qui Chriſtianos judicaret, tributa ab Mauris ſolvenda colligeret, Alphonſique ditionem modis omnibus tueretur. Is extinctus, in Chriſtianorum templo ſepelitur. Duo igitur hi lapides, ſimul & vetuſta admodùm ejus templi quadam ex parte ſtructura, ſatis apertè demonſtrant, quibuſque Maurorum temporibus templum illud Chriſtianos retinuiſſe, cultuque religionis, atque adeò monaſticum ordinem Cordubæ jugiter perſeveràſſe.

CON-

CONCILIUM CORDUBENSE,

SEU POTIUS CONCILIABULUM,

COACTUM ANNO CHRISTI DCCCLII.

Ex Sancto Eulogio Martyre, & electo Archiepiſcopo Toletano, in *Memoriali* lib. ſecundo cap. quintodecimo, cui titulus:

Chriſtianorum perturbatio, & eorundem variæ ſententiæ, in Concilio Epiſcoporum Cordubæ congregato.

MULTI igitur horreo inutiles Dominico, ejecti foras de rete Apoſtolica, ab eo qui non ut *[Matth. 13.]* bonos vaſis recoodere, ſed potiùs ut ſtipula, inextinguibili meruerunt incendio deputari, nobiſcum vel fugere vel compati, vel etiam deliteſcere recuſantes, pietatem relinquunt, fidem prevaricantur, abdicant religionem, crucifixum deteſtantur. Seſe (proh dolor!) impietati tradentes, ſummittunt colla dęmonibus, blaſphemant, detrahunt, ſubvertuntque Chriſticolas. Plurimi etiam qui pridem nobiſcum ſano ſenſu victorias Martyrum prædicabant, conſtantiam efferebant, laudabant trophea, extollebant agonem; tam ex ſacerdotibus quàm ex laïcis, ſententias mutant, aliter ſentiunt; judicant indiſcretos quos hactenus feliciſſimos aſſerebant, pro eo quòd ipſi Sancti infirmioribus nolentes compati, ſuæ potiùs tranquillitatis & pacis commoda, quę in cœleſtibus ſanguine mercari fidebant, quàm nutanti Eccleſiæ inter ſcopulos perfidorum conſulere ſtuduerunt: quibuſdam ex lege ſententiolis, mutationem oris ſui, ac linguæ verſibilitatem quaſi roborare nitentes. Non perpendentes, quòd nullus tantæ præſcriptus militiæ, & cœleſti Curiæ annumerandus, inſtante hora vocationis, nexibus retineri poſſet mortalibus: cùm quotidie in Scripturis ſacris nobiſcum perlegant, quòd nec vita, nec ſæva pericula, nec ipſa etiam *[Ad Rom. 8.]* mors, Sanctos à charitate Domini noſtri Jeſu Chriſti avellere unquam prævaleant.

Illi autem qui ab initio actus non deſtiteruot infirmare Sanctorum, fœdaque ſuſurratione eorum conati ſunt intentionem evertere, bellum quod militibus glorioſis nequiveront inferre, in nos crudeliter vertunt: noſque auctores hujus rei exiſtere aſſerentes, noſtro inſtinctu illa omnia perpetrata fuiſſe accuſant. Adeò ut quidam illius temporis publicæ rei exceptor, præpotens vitiis & divitiis, ſolo Chriſtianiſmi nomine denotatus, operibus autem Deo & angelis ejus ignotus, à principio certaminibus beatorum inſenſus, detractor, derogator, & infamator eorum, iniquus, tumidus, elatus, ſuperbus, & improbus, quodam die præſenti Concilio Epiſcoporum, multas, adverſum me linguam commovens, exaggeraverit contumelias. Anathematizare ſanctos decernit, talia meditantes maledicere imperat, perſequi ſtylo jubet electos. Verens infeliciſſimus omnium ne jacturam honoris patiatur. Qui non ſolùm nullam reverentiam Sanctis exhibere ſtuduit, verùm etiam prędicare ſiniſtrum eſſe quod agunt, in populis, præcepit.

Et quamqoam metu compulſi, ſeu Metropolitanorum judicio, qui ob eandem cauſſam tunc è diverſis provinciis à Rege fuerant adunati, aliquid commentaremur, quod ipſius tyranni ac populorum ſerperet aures: inhibitum eſſe martyrium, nec licere cuiquam deinceps ad palæſtram profeſſionis diſcurrere, præmiſſo Pontificali decreto ipſę literæ nunciârunt. Eademque ſcheda minimè decedentium agonem impugnans, quod futuros laudabiliter extolleret milites præcipitur. Verumtamen allegoricè edita, niſi à prudentibus adverti non poterat. Non tamen inculpabile illud fuiſſe putamus ſimulationis conſultum, quod aliud geſtans, & aliud ſonans, quaſi à diſcurſu martyriali plebem compeſcere videbatur: quinimmo niſi legitima ſatisfactione, ſaltem pro plebe, nullatenus remittendum eſſe confitemur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

GENS perfida Sarracenorum, quę in Aſia, Africa, & Europa his temporibus dominabatur, anno Domini DCCCL. Cordubæ in Hiſpania, ubi ſedem regni ſui habebant, duos inſignes Dei Confeſſores martyrio affecit: anno ſequente Cordubenſem Epiſcopum cum univerſo clero aliiſve Epiſcopis Mahumeti ſectam deteſtantibus, quos nominatim

Digitized by Google

tim recenſet Eulogius in documento martyriali, in carcerem detruſit: ex quibus aliis occiſis, alios ad lapſum & defectionem Fidei reſervavit. Cumque ex his nonnulli Regi Arabi crudeliſſimè ſuaſiſſent, ut curaret convocari Concilium omnium Epiſcoporum regni ſui, quorum decretis & conſtitutionibus ſynodalibus martyrium vetaretur; doloſo invento approbato, omnes Epiſcopi & ſacerdotes carceribus ſunt educti, coactumque eſt ea intentione Conciliū. Antequam conveniſſent, plurimi fideles ſpontè ad confeſſionem Fidei, & perfidiæ deteſtationem proſilierunt, Fidemque liberè profeſſi, glorioſum martyrium ſubierunt. Quibus victoriis Martyrum Rex Arabum exaſperatus, ſtatuerat Chriſtianos in arctiſſimum carcerem eſſe compingendos. Qua occaſione fidelium plerique fugerunt, & latebras quęſiverunt; alii deſerta Fide ſeſe infidelibus conjunxerunt. Pſeudoëpiſcopi qui convenerant, habito conventu ſatanico, martyrium prohibuerunt, cultumque Sanctorum Martyrum ſuſtulerunt, dicentes, quòd qui violenter ad abnegationem Fidei non adigerentur, ſed propria voluntate diſcrimini ſe offerrent, inter Martyres non ſunt habendi; ideo maximè, quia miracula inſtar antiquorum Martyrum non ederent, eorumque corpora non incorrupta permanerent. Impium ſynodale decretum non tantùm refutavit & improbavit doctiſſimo ſuo Commentario, quem *Memoriale Sanctorum* inſcripſit, Eulogius; verùm etiam ipſa Dei ultio in Regem mox ſequuta oſtendit, quantopere Martyres eorumque cultus divinæ Majeſtati placeret. Nam cùm ſublime ſolarium oppida luſtraturus Rex Arabum crudeliſſimus conſcendiſſet, & è regione pendentia ſtipitibus Sanctorum corpora intueretur, centumque concremati juſſiſſet; os illius repentè eâdem horâ divinitus ita obſtructum fuit, ut fari non poſſet, manibuſque portantium in ſtratum reductus, eadem nocte extingueretur. Hoc tempore celebratum eſſe hunc malignorum conventum, teſtatur in Eulogium Scholiaſtes, quem Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius anno DCCCLII, num. 16. ſequitur.

KAROLI CALVI
REGIS
Præceptum, de cella Sancti Juliani & Sancti Vincentii in pago Biſuldunenſi.

Ex chartulario monaſterii Balneolenſis. Anno DCCCLXVI.

IN nomine ſanctę & individuæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, Deoque in eiſdem famulantibus beneficia opportuna largimur; pręmium æternæ remunerationis ob id nobis rependi non diffidimus. Iccircò noverit omniū ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque, pręſentium ſcilicet ac futurorum, ſolertia, quia Augarius dilectus nobis Comes innotuit ſerenitati noſtræ, qualiter quidam venerabilis Abba nomine Rimila, quandam cellam in pago Biſuldunenſe in honore Sancti Juliani & Sancti Vincentii conſtruxerit, & de inculto eremo ad terræ culturam perduxerit. Quapropter altitudinis noſtrę clementiam humiliter poſtulavit, ut idem monaſterium cum eodem Abbate & monachis, cunctiſque ſibi pertinentibus rebus, ſub tuitionis noſtræ munimen & immunitatis defenſionem, ſicut & alia regni noſtri monaſteria, ſuſciperemus. Inſuper petiit, ut quoddam villare nomine Revidazer in eodem pagu à quibuſdā Gotthis & Guaſconibus exaratum, & de eremi ſolitudine ad culturam perductum atque conſtructum, eidem ſancto loco pro animæ noſtræ abſolutione largiri dignaremur. Cujus juſtis & rationabilibus, animæque noſtræ proficuis precibus aurem celſitudinis noſtrę accommodantes, hoc largitionis atque immunitatis noſtræ præceptum fieri, eidemque ſancto loco dari juſſimus; per quod præfatum monaſterium cum præfato Abbate ac monachis, cunctiſque ſibi pertinentibus rebus, & prædictas res à noſtra munificentia ſibi largitas, ſub immunitatis noſtrę defenſione regiaque tuitione ſuſcipimus. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones præfati monaſterii, quas moderno tempore in quibuſcumque pagis vel territoriis infra ditionem regni noſtri juſtè & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augeri voluerit, ad cauſſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidei-juſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ingenuos quàm ſervos, ſuper terram ipſius commanentes, diſtringendos, nec ullas redhibitiones vel inlicitas occaſiones requirendas, noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat; ſed liceat memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ

die-

defenſinne quieto ordine poſſidere. Et quando divina vocatione prædictus Abba ab hac luce migraverit, quamdiù inter ſe tales invenire poterunt, qui ipſam congregationem ſecundum regulam S. Benedicti regere valeant, per noſtrum conſenſum licentiam habeant ex ſe eligendi Abbates. Et ut hæc noſtræ largitionis atque immunitatis auctoritas majorem in Dei nomine per futura tempora obtineat vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & de annulo noſtro ſigillari juſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Uldeboldus notarius ad vicem Ludovici recognovit. Data octavo kalendas Martii, Indictione XIV. anno XXVI. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Kariſiaco palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

EJUSDEM PRÆCEPTUM

PRO MONASTERIO SANCTI ANDREÆ SUREDENSIS.

Ex chartulario monaſterii Arulenſis.

ANNO DCCCLXIX.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Quicquid pro Dei ſanctorumque amore agimus, profuturum nobis ad præſentis vitæ lubrica curricula feliciùs tranſigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia faciliùs obtinenda, non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, pręſentium ac futurorum, ſolertia, quia quidam venerabilis Abba monaſterii S. Andreæ Apoſtoli in pago Elenenſi ſuper fluvium Tacionem ſiti, nomine Johannes, ad noſtram accedens magnitudinem, oſtendit noſtræ anctoritatis Pręceptum, in quo continebatur, quòd piæ recordationis genitor noſter & nos idem monaſterium cum ejuſdem Abbatibus & monachis, omnibuſque ad illud pertinentibus, in ſuæ noſtræque immunitatis tuitione miſiſſet: humiliter poſtulans, ut iterum eandem immunitatis auctoritatem renovare dignaremur. Cujus poſtulationibus ob Dei Sanctique Andreæ Apoſtoli amorem & honorem aſſenſum præbentes, ſuſcipimus nominatum Abbatem cum ſuo monaſterio ac monachis ibidem degentibus ſub noſtrę immunitatis pręcepto, cum omnibus cellulis ad eum pertinentibus in ſupradicto pago Elenenſe, unam videlicet in honore S Martini ſitam, in qua primitus Miro quondam Abba habitare cœpit, ipſamque vallem cum præfata cellula cum omni integritate concedimus. Nec non & aliam cellulam concedimus in honore Sancti Vincentii conſtructam, ſeu & villare quod dicitur Garricis, cum ipſis domibus, quas Siſegutus quondam Abba ædificavit per juſſionem domini Ludovici Imperatoris, cum ipſis fiſcalibus terris, cum terminis vel adjacentiis ſuis, vel omnia quæcumque ad eorum pertinent dominium, cum domibus, ædificiis, curtiferis, viridariis, hortis, vineis, ſylvis, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, piſcatoriis, exitibus, & regreſſibus, perviis, adjacentiis, & quicquid aut regali, aut aliorum Deum timentium donatione, aut emptione, aut commutatione, aut eorundem monachorum manuum propriarum apprehenſione, aut quomodolibet adtracto vel acquiſito juſtè & rationabiliter poſſident, aut in futuro acquirere potuerint, in noſtrę immunitatis tuitione ac mundeburdo recepimus, & in futuro firmiter tenebimus. Quapropter præcipimus atque firmamus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, ad cauſſas audiendas, vel injuſta freda exigenda, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, vel inlicitas occaſiones requirendas, aut fidejuſſores tollendos, vel homines illorum diſtringendos, ingredi audeat, nec ea quæ ſuprà memorata ſunt, penitùs exigere præſumat; ſed liceat præfato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, abſque alicujus inquietudine quietè vivere & Domino deſervire, & pro nobis, conjuge, & prole, totiuſque regni noſtri ſtabilitate Deum exorare. Et quandocumque divina vocatione memoratus Abba, aut ſucceſſores ejus, de hac luce migraverint, quamdiu inter ſe tales invenire potuerint, qui eos ſecundum regulam Sancti Benedicti regere & ordinare valeant, licentiam habeant ex ſe ipſis eligendi Abbatem. Ut autem hæc noſtrę auctoritatis præceptio inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Atogarius notarius ad vicem Goslini recognovit. Data VII. Kalendas Martii, Indictione II. anno XXIX. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum in monaſterio Sancti Dionyſii in Dei nomine feliciter. Amen.

ALIUD

ALIUD EJUSDEM
PRO MONASTERIO ARULENSI
EX EODEM CHARTULARIO.
ANNO DCCCLXIX.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Quicquid pro Dei, Sanctorumque amore & honore agimus, profuturum nobis ad præſentis vitæ curricula feliciùs tranſigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia faciliùs obtinenda, non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, præſentium ac futurorum, ſolertia, quòd ob Dei & Sanctæ Mariæ ejuſdem Dei genitricis amorem & honorem, libuit celſitudini noſtræ quoddam monaſterium, in honore ejuſdem ſanctæ Mariæ in pago Roſſilionenſi, in valle Aſperia, fundatum, cum Hilperico venerabili ejuſdem cœnobii Abbate, cunctiſque monachis ſibi ſubjectis, omnibuſque ſibi pertinentibus, & appenditiis ſuis, in noſtræ immunitatis munimine defenſioniſque mundebordo recipere, ac firmiter Domino protegente tenere. Unde hoc altitudinis noſtræ Præceptum fieri, eidemque ſacro loco dari juſſimus; per quod præfatum monaſterium cum eodem Abbate, & monachis ſibi ſubjectis, cunctiſque appenditiis ſuis, cum Eccleſia S. Joannis in loco qui dicitur Riart ſita, & in Comitatu Roſſilionenſi cella quæ vocatur Cotſio, & ſuper fluvium Fullonicas cella Sancti Martini cum ipſo fontanile, juxta præfatum monaſterium cella Sancti Quintini Martyris cum balneis, omnique integritate, & in ipſo pago, ſuper rivum Ferrarii, villare quem ipſi monachi de Raganteo comparaverunt, & in pago Biſuldunenſi ſuper fluvium Sambucæ cella Sancti Petri, & in ipſo pago qui dicitur Ceraſia, cella Sancti Michaëlis, & cella quæ dicitur Caſa-Mauri, cum ſuis terminis, & villare Albaniano cum ſuis terminis, & in villa Cuberia cella Sancti Cypriani, & in præfato pago Roſſilionenſi, in valle Aſperia, prope ſupradictos balneos, villare qui dicitur Cotaletus, cum finibus & adjacentiis ſuis, cunctiſque ſibi pertinentibus, cum omnibus etiam ad præfatum monaſteriom aſpicientibus, cum domibus, ædificiis, curtiferis, viridariis, hortis, vineis, terris, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, piſcatoriis, exitibus, & regreſſibus, omnibuſque aut regali dono, aut quorumlibet Deum timentium largitionibus, aut comparationibus, aut commutationibus, aut omnibus apprehenſionibus, quas ipſi monachi propriis manibus de eremi vaſtitate traxerunt, aut quolibet adtracto vel acquiſito, quæ juſtè & rationabiliter poſſidere videntur, aut in futuro acquirere potuerint, in noſtræ immunitatis mundeburdum, tuitionem, ac defenſionem recepimus, & pleniter in futuro retinere volumus. Quapropter præcipimus atque firmamus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, ad cauſſas audiendas, vel injuſta freda exigenda, vel paratas faciendas, aut ullas redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas, aut fidejoſſores tollendos, vel illorum homines diſtringendos, ingredi audeat, nec ea quæ ſuprà memorata ſunt, penitùs exigere præſumat; ſed liceat præfato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus abſque cujuſpiam inquietudine quietè cum monachis ſibi ſubditis vivere, Deo deſervire, ac pro nobis, conjuge, & prole, totiuſque regni noſtri ſtabilitate Deum exorare. Licentiam etiam habeant ipſi monachi ſecundùm regulam Sancti Benedicti ex ſeſe Abbatem eligendi. Ut autem hæc noſtræ auctoritatis præceptio inviolabilem firmitatem obtineat, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Yrogius notarius ad vicem Goslioi recognovit. Data VII. Kalendas Martii, Indictione II. anno XXIX. regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum in monaſterio Sancti Dionyſii, in Dei nomine feliciter. Amen.

SCRIPTURA

SCRIPTURA
CONTRACTUS CUJUSDAM

Inter monaſteria Benedictina SS. Facundi & Primitivi, ac S. Petri de Exlonza in regno Legionenſi, facta anno Chriſti MLXXIII.

In qua memoratur antiquitas ejuſdem monaſterii S. Facundi trecentorum retrò annorum; nimirum, circa annum Chriſti DCCLXXI. quo illud inſtauratum aut reparatum fuit tempore Alphonſi III. Hiſpaniæ Regis, cognomento Magni.

IN Era milleſima centeſima undecima orta fuit intentio inter fratres de domnis Sanctis, & fratribns Sancti Petri de Exlonza, pro Eccleſia parochitana vocabulo Sancti Mametis, territorio Melgare, ſuper agmen vocitato Cea, quæ fuerat diruta ab Iſmaëlitica hoſte, tenentes & regentes eam fratres Sanctorum Facundi & Primitivi, jure ſuo abſque alia aliqua inqnietatione, annis pluſquam ſunt treceoti. Poſt multum autem tempus ſurrexerunt fratres de Sancto Petro de Exlonza, ad inquirendum ipſam Eccleſiam cnm omnibus hæreditatibus ſuis, in pręſentia domini & glorioſiſſimi Adephonſi Principis, & glorioſiſſimã ſororem ſuam dominam Urracam, & omnes magnates palatii, & elegerunt inde judicio, ut dediſſent fratres S. Petri de Exlonza ſacramentũ pro ipſa Eccleſia, & ipſa hæreditate, & redintegrâſſent omnibus hæreditatibus ſuis. Poſtea elegerunt intra ſe Concilium, ut feciſſent concamiationem fratres de domnos Sanctos, pro illa quæ erat prope ipſa hæreditate de omnibus ſuis diviſionibus Sanctorum Facundi & Primitivi. Ita ei fecerunt, & dederunt pro eo duobus monaſteriis in territorio Legionenſi. Nos verò fratres, qui ſumus Sancti Petri de Exlonza, annuente & conſentiente domina noſtra Urraca, prolis Ferdinandi Imperatoris, facimus vobis chartulam concamiationis de ipſa hæreditate vocabulo Sancti Mametis: licèt largiente lege commutationis ordo, vel concamiationis obtineat vires, tamen apportunum, & hoc pro futuris temporibus per ſcripturæ conſcribere tramitem, ut & pro conſecranda memoria Eccleſiis pateat ſeries, & ea quæ ſpontè conveniunt, nullius manente obſtaculo, perenniter ſumant vigorem: ac pro hoc bona electione alterutras convenit, ut tibi Julianus Abba, cum omni collegio Sanctorum Facundi & Primitivi, vocabulo domnos Sanctos, faceremus chartulam cõcamiationis. Ego Urraca prolis Fredenandi Imperatoris, unà cnm fratribus Sancti Petri de Exlonza, de ipſa noſtra Eccleſia vocabulo Sancti Mametis, cum omnibus ſuis hæreditatibus ab omni integritate pro ſuis terminis cunctis determinamus. De prima parte via quæ diſcurrit de Gallecuellis, & figet in termino de Elena. De ſecunda namque limite per amnis Cea, & figet in termino Gotos. Tertia quippe diviſio de valle Ratari, & figet in termino de valle Farcello. Quarta verò pars de termino de valle Farcello, & figet in valle de Elena. Omnia iſta hæreditate, quæ intra ipſos terminos ſuprà ab omni integritate juris noſtri cauſſa concamiationis dare deberemus, quod & dedimus manifeſtum eſt. Pro quo igitur, & contrario titulo concamiationis, à vobis accepimus de ipſis monaſteriis duobus Sancti Pelagii in rivulo Porma, vocabulo villa Burgala, cum ſua diviſione. Alio monaſterio vocabulo Sancti Vincentii inter amnes Pormas & Turlo: quas igitur hæreditates ſuperiùs memoratas à nobis utràque voluntate in ſingulorum jure translatas habendi, tenendi, poſſidendi, cum ædificiis, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, paludibus, aquis, aquarumque ductilibus, vel omni jure Eccleſiæ deſervientes pro luminaria Eccleſiæ veſtræ, atque ſtipendia pauperum, vel ſubſtantia ſua, abſque Epiſcopali impedimento, & pòſt jure Eccleſiæ veſtræ perpetuo tempore debeant vindicare, & nec vendere, neque donare, neque modicè ampliùs alienare præſumat, ſed integrum ſit & intactnm jore Eccleſiæ deſerviendum. Quòd ſi fortè (quod fieri minimè credimus) contra hunc noſtrum factum venire tentaverit; primitns judicium Dei incorrat, & à ſacroſancto altario efficiatur extraneus, & ſicut Dathan & Abiron vivus in infernum deſcendat, & cum Juda Eſchariote participium ſumat, & inſuper inferat vobis auri libras quinquies binas, & nec ſic quoque hanc ſcriptionem irrumpere permittatur.

Ego jam ſuprà taxata Urraca hanc ſcriptionem fieri elegi, & ſignavi.

Digitized by Google

JOANNIS PAPÆ VIII.

EPISTOLA I.

AD ADEPHONSUM HISPANIÆ REGEM.

EX HISTORIA SAMPIRI.

Ovetenſis Eccleſia Gallæciæ Metropolitana efficitur.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Aldephonſo Regi Chriſtianiſſimo, ſeu cunctis venerabilibus Epiſcopis, Abbatibus, vel orthodoxis Chriſtianis.

QUia igitur in cura nos totius Chriſtianitatis B. Petri Apoſtolorum principis ſempiterna providentia efficit ſucceſſores; eâ Domini noſtri Jeſu Chriſti conſtringimur adhortatione, quâ Beatum Petrum Apoſtolum monuit, dicens quadam [a] voce [b]: * *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum*. Et reliqua. Hinc rurſus imminente Domini noſtri articulo glorioſæ Paſſionis, inquit: * *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. Ideoque quia veſtræ notitiæ fama per hos fratres, limina Apoſtolorum luſtrantes, per Severum [c] & Syndeiedum presbyteros nobis miro odore bonitatis eſt revelata; paterna vos adhortatione commoneo, in cœptis bonis operibus, gratiâ duce, perſeverare; quatenus copioſa vos Beati Petri protectoris veſtri & noſtra protegat benedictio. Et quotieſcumque, filii chariſſimi, ad nos venire quilibet veſtrûm, aut tranſmittere voluerit; tota cordis exultatione & animi gaudio, de ultimis Gallæciæ finibus, cui vos præter me Dominus rectores conſtituit, tamquam jure filios noſtros vos colligimus: & Eccleſiæ Ovetenſi, quam veſtro conſenſu & aſſidua petitione Metropolitanam conſtituimus, omnes vos ſubditos eſſe mandamus. Et concedimus etiam prædictæ Sedi, ut ea quæ Reges, ſeu [d] fideles juſtè obtulerunt, vel in futurum, Domino opitulante, contulerint; rata, firma, & inconcuſſa manere in perpetuum præcipimus. Hos quoque latores literarum noſtrarum omnes hortor ut habeatis commendatos. Bene valete.

[a] Vice. [b] Privilegii. * Matth. 16. * Luc. 22. [c] Presbyterum & Synderedũ. [d] Quilibet fidelis.

JOANNIS PAPÆ VIII.

EPISTOLA II.

AD ADEPHONSUM HISPANIÆ REGEM.

Monet Eccleſiam S. Jacobi conſecrari.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio [a] Aldephonſo glorioſo Regi Gallaciarum.

LIteras devotionis veſtræ ſuſcipientes, quia devotum vos eſſe cognoſcimus erga veſtram ſanctam Eccleſiam, gratias vobis multiplices referimus, Dominum exorantes, ut vigor regni veſtri [b] abundet, de inimicis veſtris victoriam vobis concedat. Nam nos, fili chariſſime, ſicut petiſtis, ſedulas preces Domino fundimus, ut regnum veſtrum gubernet, vos ſalvos faciat, cuſtodiat, & protegat, & ſuper inimicos veſtros erigat. Eccleſiam autem B. Jacobi ab Hiſpanis Epiſcopis conſecrari facite, & cum eis Concilium celebrate. Et nos quidem, glorioſe Rex, ſicuti vos, à paganis jam conſtringimur, die ac nocte cum illis bella committimus. Sed omnipotens Deus [c] dat nobis de illis triumphum. Hujus rei gratiâ rogamus dilectionem veſtram, & [d] animum deprecamur, ut quia, ut diximus, valdè à paganis opprimimur; aliquantos utiles & optimos Mauriſcos cum armis (quos Hiſpani *cavallos Alpharaches* vocant) ad nos dirigere non omittatis. Qualiter nos recipientes, Dominum collaudemus, vobis gratias referamus, & per eorum portatorem de benedictionibus Sancti Petri vos remuneremus. Bene vale, dilectiſſime fili & clariſſime Rex.

[a] Adefonſo. [b] Abundè. [c] Det. [d] Nimium.

CON-

CONCILIUM OVETENSE

Anno Chriſti, non DCCCLXXII. ſed DCCCLXXIII. aut aliquo proximè ſequenti, die XVIII. kalend. Julii, Era non CMX. ſed CMXI. aut alia quavis conſequente; ſi verè, ut ajunt Hiſpani ſcriptores, celebratum fuit ſub Joanne VIII. Papa, & Adelphonſo Gallæciæ Rege.

Ex Sampiri Aſturicenſis Epiſcopi Hiſtoria, à Prudentio Sandovalio Epiſcopo Pompejopolitano edita.

1. CUm tantis triomphis (Adelphonſus III. Rex) lætatus eſt nimis, & velociter presbyteros ſuos Severum & Synderedum Romam ad Papam Joannem cum literis ſuis miſit. Et reverſi à Domino Papa unà cum Raynaldo gerulo ſuo, & cum ſubſcriptis epiſtolis, licentiam conſecrandi Eccleſiam Beati Jacobi Apoſtoli, ſive & Concilium celebrandi com Hiſpanis Epiſcopis.

2. Hanc epiſtolam aſportatam de urbe Romenſi à duobus presbyteris Severo & Synderedo menſe Julio Erâ * DCCCCIX.

** Scribendum fuit: CMXI. hoc eſt an. Chr. CCMLXXIII.*

Joannes Epiſcopus &c. *Vide ſuprà pag. præcedenti.*

3. Item alia èpiſtola de eodem Papa Romenſe directa per Raynaldum gerulum menſe Jolio Erâ * DCCCCIX.

** Scribendum eſt CMXI.*

Joannes Epiſcopus &c. *Vide ſuprà pag. præcedenti.*

4. Viſis itaque Rex epiſtolis, magno gaudio gaviſus eſt. Tunc conſtituit diem conſecrationis jam dictæ Eccleſiæ, ſive & Concilium celebrandum apud Ovetum, com omnibus Epiſcopis qui in illius erant regno. Ii ſunt: Joannes Oſcenſis, Vincentius Legionenſis, Gomerus Aſturicenſis, Hermegildus Ovetenſis, Dulcidius Salmanticenſis, Jacobos Caurienſis, Nauſtus Conimbrienſis, Argimirus Lamecenſis, Theodemirus Veſenſis, Gumadus Portugallenſis, Argemirus Bracarenſis, Didacus Tudenſis, Egila Aurienſis, Siſnan Irienſis, Reccaredus Lucenſis, Theodeſindus Britonenſis, & Eleca Cæſarauguſtenſis Epiſcopus ibi interfuit.

Epiſcopi qui affuerunt.

5. Igitur auxiliante Domino, venit Rex ad ſtatutam diem cum uxore ſua & filiis & prædictis Epiſcopis, & cum univerſis poteſtatibos, ſive & cum ſubſcriptis Comitibus ſois pernominatis: Alvarus Egunenſis Comes, Veremundus Legiooenſis, Sarratinus Aſtoricæ, Berizo Comes, Veremundus Torrenſis Comes, Betotus Indezæ Comes, Hermegildus Tudę & Portugalliæ Comes, Arias filius ejus in Minio Comes, Pelagius Bregantiæ Comes, Ordarius Caſtellæ & Auſeæ Comes, Sylus Prucii Comes, Erus in Lugo Comes. Et cũ iſtis omoibus omnis plebs Catholica, ubi facta eſt turba immodica ad videndũ ſive & audiendũ verbũ Domini in prima die, quod erat nonas Maji, anno Incarnationis Domioi Erâ DCCCCLXXIX. ſecundâ feriâ deducebat animũ ad lunæ curſum IV. luna XI. Conſecratum eſt jam dictum templum à prædictis Pontificibus hoc ordine ſubſcripto. Imprimis conſecraveront altare in honorem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ad dextram prædicti altaris conſecraverunt altare in hoorem Apoſtolorum Petri & Paulli, & ad lævam jam dicti altaris conſecraverunt altare in honorem S. Joannis Apoſtoli & Euangeliſtæ. In altari quoque quod eſt ſuper corpus B. Jacobi Apoſtoli, quod conſecratum fuerat à ſeptem diſcipulis ejus, quorum nomina ſunt hæc: Calocerus, Baſilius, Pius, Chryſogonus, Theodorus, Athanaſius, Maximinus, tamen nemo ex dictis Epiſcopis auſus fuit aliquid in eo agere, niſi tantùm orationem Miſſamque cantare.

Comites totius Regni Adelphonſi.

Conſecratum eſt templum D. Iacobi 7 die Maji. At era Cæſariſ hic aſcripta, aliique temporum characteres videntur mendoſi.

6. Peracta die dedicationis, prædicti Pontifices juſſu Regis ſecus flomen Ulliain, montemque qui ab antiquis vocatur *Ilianarius*, conſecraverunt Eccleſiam in honorem S. Sebaſtiani Martyris: & ab illa die uſque hodie vocatum eſt nomen ejus *Mons-ſacratus*. His peractis abierunt omnes.

7. Tranſactis itaque XI. menſibus, prædictus Rex unà cum uxore & filiis, & cum prædictis Epiſcopis, ſive & Comitibus, & poteſtatibus, venerunt' Oveto ad celebrandum Concilium cum auctoritate Domini Papæ Joannis, & cum conſilio Caroli Principis magni. Memorati itaque Epiſcopi, Rege præſente, & univerſalis Hiſpaniæ Concilium, illis faventibus, Ovetenſem urbem Metropolitanam elegerunt Sedem, & in ea Hermegildum conſecraverunt Archiepiſcopum. Et dixerunt.

Ovetenſis Eccleſia Metropolis erigitur poſt Nativitatem Domini, ab Incarnatione **CCMLXXIII.**

8. Infeſtatione namque & incurſione gentili extra Aſturiarum montes nonnullis Præſulum à ſuis penitùs ſedibus pulſis; nos verò in noſtris nimium inquietati, ad ipſam domum Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti de hoſtium faucibus confugimus erecti, ubi ipſius protectione muniti, ad ejus laudem, qui nobis præſideat conſtituimus Archipræſulem, quo præſenti Concilio, præmiſſo triduano jejunio, decernimus unumquemque noſtrûm paſtorali cura ſecundum Canonum inſtituta regere populum ſibi commiſſum. Ad hoc ſancimus, ut conſilio Regis, & optimatum regni & Eccleſiæ plebis eligamus Archidiaconos, boni nominis viros, qui per monaſteria & parochiales Eccleſias eundo, bis in anno Concilia celebrent, & lolium exſtirpando, ad gregem Domini prædicationis ſemina miniſtrent, ipſaque monaſteria, ſive Eccleſias ita diſponant, quatenus nobis fideliter rationem reddant. Si verò quiſpiam eorum negotium ſibi commiſſum indignè & fraudulenter tractaverit; Canonis ſententiæ ſubjacebit.

9. Tunc inquit prædictus Rex: Rogandus eſt itaque ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ut omnes iſtas Sedes ſupradictas, tam populatas, quàm etiam à gentibus dirutas, pia miſeratione reſtituat, eiſque tales Epiſcopos conferat, qui ei placeant, ſedemque Ovetenſem Metropolitanam & præſidium habeant. Tunc dicunt prædicti Epiſcopi: Nunc igitur quicumque in præfatis Sedibus fuerunt Epiſcopi, ad Concilium vocentur, eiſque in Aſturiis manſiones ſingulæ de ſede Sancti Salvatoris dentur, quibus quiſque ſua neceſſaria teneat; ne dum ad Concilium tempore ſtatuto venerit, victûs ſupplementum ei deficiat. Aſturias enim patria tanto terrarum ſpatio eſt diſtenta, ut non ſolùm Chriſti Epiſcopis in ea ſingulæ manſiones poſſint attribui; verùm etiam (ſicut prædictus Princeps magnus Carolus per Theodulphum Epiſcopum nobis ſignificavit) Chriſti Præſulibus ad vitæ ſubſidia valeant impendi ſingula loca, cùm ad Concilium celebrandum venerint.

10. Tunc Rex inquit iterum: Vos ergo venerandi Pontifices in ſolitudinem redactas reſtaurate ſedes, & per eas ordinate Antiſtites; quia qui domum Dei ædificat, ſemetipſum ædificat; unde Daniel loquitur dicens: *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. Et Dominus in Euangelio ait: *Gratis accepiſtis, gratis date*.

11. In Aſturiarum verò circuitu poſuit montes firmiſſimos Deus, & Dominus eſt cuſtos in circuitu populi ſui ex hoc nunc & uſque in ſæculum; infra quorum montium ambitum (quiquidem vix X. dierum ſpatio valet circui) poſſunt Chriſti Epiſcopi manſiones ſingulas datas vobis ex ſede Sancti Salvatoris obtinere, veſtriſque ſedibus extrà honeſtè providere.

12. Tunc iterum inquiunt prædicti Pontifices: Roma namque ab hominibus ædificata, ſimili modo plures habet Epiſcopos, qui foris præſunt, & provident decenter ſuis ſedibus, quæ eis neceſſaria miniſtrant in civitate morantibus, & Romano Pontifici famulantibus, cujus Romani Pontificis Joannis juſſu & conſilio congregati Oveto ſumus. Quo ſanè loco (ut præmiſimus) montium munimine, manu Domini firmato, ſi in domo Domini Salvatoris noſtri, ejuſque glorioſæ genitricis Mariæ Virginis, necnon & duodecim Apoſtolorum, quos ipſe Dominus juſſit Euangelium prædicare, & Eccleſiam ſuam toto Orbe terrarum congregare, vera humilitate & fideli devotione convenerimus; quemadmodum ſuper ipſos Apoſtolos Spiritus ſanctus in igne deſcendit, eoſque linguis variis magnalia Dei loqui edocuit; ita proculdubio idem Spiritus ſanctus ſuper nos veniet, qui nos doceat, & ignem ſuum cordibus noſtris infundat, & gentes quæ nos infeſtant reprimat, noſque ad cœlorum regna perducat. Si quis autem noſtrûm ſe oblivioſus Concilii unitate ſubtraxerit, à vera & integra ſocietate Sanctorum ſegregatus, pariterque anathemate cum Juda Domini proditore, cum diabolo & angelis ejus in perpetuum ſit damnatus.

13. Modò ergo nos Epiſcopi, vel reliqui ſacerdotes, Ovetenſem ſedem, quam Deus elegit, Metropolitanam colligimus, ac pro poſſe noſtro fideliter erigimus, & ſicut ſuperiùs diximus, locis qui nobis ab ipſa ſede per Aſturias attribuuntur, rei noſtræ rectos procuratores ponimus, ut prędiffinito tempore ad Concilium Oveto recurramus.

14. Dationem iſtam in fine libri hujus invenies eam, eâ videlicet ratione manente, ut per ipſas ſedes, quæ foris ſunt, communi conſilio laboremus: in hac civitate, videlicet Aſturiis, quam Deus fortiſſimam fundavit, ſubſtantiam noſtram reponamus, & contra hoſtes ſanctæ Fidei concordi mente dimicemus: nam Dominus & Salvator noſter ad ſuorum fidelium refugium, & Eccleſiæ firmamentum, eam firmiſſimam elegit, in qua ſi omnes charitatis vinculo vincti fuerimus, ipſo auxiliante, adverſariis noſtris reſiſtere, campoſque defendere, ex quibus intus victum poterimus habere. Scriptum quippe eſt: *Civium concordia in hoſtes eſt victoria*.

15. Tunc inquit Hermegildus Ovetenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus: Hoc ergo, reverendi Epiſcopi, unà cum Romanis epiſtolis unuſquiſque veſtrûm diligenter ſcribite, & per Concilia celebrate, legiteque. Quòd ſi aliter feceritis, & à noſtro præcepto alienos vos habueritis; videte (quod abſit) ne in judicium Domini incurratis. His peractis, jam dictus Rex ſurrexit, & faventibus cunctis qui aderant in Concilio, tam Eccleſiaſticus ordo quàm ſæcularis, ſubſcriptam diœceſim jure perpetuo tradidit Ovetenſi Eccleſiæ. In Gallæcia Suarnam cum poſſeſſionibus Sancti Martini, & Sanctæ Mariæ de Villavoli, cum omnibus ſuis appenditiis, Vallem-longam, & poſſeſſionem S. Mariæ, cum omnibus ſuis appenditiis. Neram cum poſſeſſionibus S. Martini de Aſperella, & S. Jacobi de Corias, cùm omnibus appenditiis earum. Flanioſam, & poſſeſſionem S. Martini de Perellinos, cum omnibus ſuis appenditiis. Totam Sarriam, & poſſeſſionem S. Mariæ de Cor-

Ovetenſis Eccleſia d[illegible].

Corvella, cum omnibus ſuis appendiitiis. Paramum uſque ad flumen Mineum, totam Lemoſtum, Vintio, & Veroſino, & Saviniano, & Frojane, uſque ad flumen Sylum. Totam Luneam cum Eccleſiis de Patrajo quæ ædificatæ ſunt vel fuerint inter Ornorium flumen, & Sylum, terminum montis Baron, & per aquam Zore, uſque in fluvium & fundum Arnoie, & per ipſum diſcurſum uſque in flumen Mineum. In Veza uſque in Portellam de Vanati; & Eccleſias de Sallar, inter Arnoïam & Sylum, cum Eccleſiis de Barroſa Caſtellani, & poſſeſſiones S. Salvatoris de Ilbaſmœſas, cum Saucam, Barvantes, Aura, & Avion, Aſina, Camba, Aviancos, & poſſeſſionem Eccleſiæ S. Crucis de ſoto Senatori, cum omnibus ſuis appenditiis. Sicut prędictam Sedem hæreditaverunt noſtri prædeceſſores, & Wandali Reges ſtabilierunt, ita nos eam præcipimus ſtare, & confirmamus.

Tunc omnes qui erant in Concilio una voce dixerunt: Placet, placet omnibus.

16. Deinde tractaverunt ea quæ pertinent ad ſalutem totius regni Hiſpaniæ. His peractis, ſoluto Concilio, abierunt unuſquiſque in ſua cum gaudio.

Actum Concilium XVIII. Kal. Julii, Erâ * DCCCCX.

* Immo DCCCCXI. aut aliqua ſequenti.

NOTÆ VARIORUM
IN HOC CONCILIUM.

17. Suprà jam monuimus Eram illã Hiſpanicã corruptã eſſe, atque Amanuẽſis incuriâ excidiſſe ſaltem unitatis notam, ſcribendumque eſſe DCCCCXI. aut DCCCCXII. Neque enim Joannes VIII. Hadriani II. Kalendis Novembris anni DCCCLXXII. defuncti, in Pontificia dignitate ſucceſſor electus dumtaxat die XIV. Decembris ejuſdem anni, duas ad Adelphonſum, quæ initio Concilii memorantur, epiſtolas menſe Junio Juliove ſcribere potuit, antequam Pontifex fieret, neque Concilium ab eo indictum celebrari, niſi vel anno DCCCCLXXIII. aut aliquo ex proximè ſequentibus. Sandovalius in Notis meminit diplomatis Calliſti Papę II. anno MCXXII. conceſſi in hæc verba: *Eccleſiam Ovetenſem, pro qua nos exorâſti, cujus privilegia, regaliaq; teſtamenta, & diœceſis determinationes nobis præſentare ſtuduiſti, ſicut Rex Adelphonſus Ordonii filius, & omnes illius temporis Epiſcopi Hiſpanienſes cum auctoritate* (ſic enim legendum, non *ante*) *prædeceſſoris mei bo: mem: domni Joannis Papæ conſtituerunt, & confirmaverunt eis, in perpetuum ſtare præcipimus, & auctoritatis Apoſtolicæ privilegio ſancimus.* Cæteros temporũ characteres, qui in hiſtoria Sampiri mendoſi apparent, excutientur à nobis accuratiùs alio in loco. PHILIPPUS LABBE.

18. Concilium Ovetenſe anno Chriſti DCCCLXXIII. aut aliquo ex proximè ſequentibus, die XVIII. Kal. Julii, Erâ DCCCCXI. aut aliâ quavis conſequente, celebratum eſt. Aliter enim haberi non potuit, ut ſcriptores Hiſpaniæ tradunt, tempore Joannis VIII. Papæ: utpote qui, teſte Aimoïno, & conſentientibus aliis, anno Chriſti DCCCLXXII. decimo nono Kalendas Januarii ex archidiacono creatus fuit Pontifex: atque adeò non potuit ejus tempore haberi hoc Concilium eodem anno, die XVIII. Kalendas Julii, id eſt, quinque menſibus ante ipſius electionem, prout in editionibus frequentibus habetur. Adfuerunt Concilio Epiſcopi XVII. præſente Adelphonſo Rege, & multis proceribus. Qui poſtquam conſecraverunt Eccleſiam S. Jacobi, perrexerunt Ovetum ad celebrandam Synodum, undecim poſtea menſibus, & ejus urbis ſedem conſtituerunt Metropolitanam, juxta mandatum Joannis VIII. Papæ: & præterea plura ſpectantia *ad ſalutem totius regni Hiſpaniæ.* ut ibidem dicitur.

19. Rem totam habes apud Roderică Archiepiſcopum Toletanum lib. 4. *De rebus Hiſpaniæ*, cap. 18. qui poſtquam Joannis VIII. Epiſtolas adduxit, ita narrare pergit: *Rex itaque viſis epiſtolis gaudio eſt gaviſus, & conſtituit diem in qua convenirent nobiles, & magnates, & pontifices, qui Eccleſiam Beati Jacobi dedicarent. Et celebrata dedicatione omnes cum gaudio ad propria redierunt. Et fuerunt ibi in dedicatione multi Epiſcopi: Vincentius Legionenſis, Gomellus Aſtoricenſis, Hermegildus Ovetenſis, Didacus Tudenſis, Egila Aurienſis, Siſnandus Irienſis, Reccaredus Lucenſis, Theodoſindus Britonienſis. Horum civitates jam per Dei gratiam à Chriſtianis poſſidebantur. Fuerunt ibi alii Epiſcopi, quorum civitates aliquæ deſertæ, aliquæ ab Arabibus tenebantur. Joannes Aucenſis, Dulcidius Salmanticenſis, Jacobus Caurienſis, Fauſtus Coimbrienſis, Ardimirus Lamecenſis, Theodemirus Viſenſis, Guimagus Portugallenſis, Argimirus Bracarenſis, Heleca Cæſarauguſtanus. Horum urbes etſi aliquando Aſturiarum Reges obtinuerint, propter impotentiam retinendi ab Arabibus occupatæ, aut retentæ, aut dirutæ remanſerunt uſque ad tempora Aldephonſi qui cœpit Toletum. Et earum Epiſcopi ad Aſturias fugientes, tam in civitate quàm diœceſi Ovetenſi partitis ſibi territoriis, ut poterant victitabant. Unde in aliquibus libris antiquis Ovetum dicitur civitas Epiſcoporum. Tranſactis autem undecim menſibus, prædictus Rex unà cum uxore & filiis, Epiſcopis, Comitibus, & magnatibus, auctoritate domini Papæ Joannis, Ovetum ad celebrandum Concilium convenerunt, in quo cum univerſali convenientia civitas Ovetenſis dignitate Metropolitica inſignitur, & Hermegildus in Archiepiſcopum ſublimatur: quia Hiſpania, captivatis quinque ſedibus Metropo-*

politicis, ſilebat officio Metropolitico deſtituta. Incurſantium enim hoſtilitate fugati, intra Aſturiarum anguſtias Prælati qui gladium effugerant, confugerunt: & ut tanta anguſtia tolerabat, antiqua Toletana Concilia inſtituta ſolicitè continentes, Ovetenſem Eccleſiã, & cæteras, quibus jam ut Metropolis præeminebat, ordinabant, juxta Canonum ſanctiones. Multiſq; ſecundum Deum utiliter ordinatis, ſoluto Concilio ad propria redierunt. CARD. DE AGUIRRE.

Templum Compoſtellanum ſub dicto Alphonſo Magno dedicatum fuiſſe, auctor eſt Sampirus Epiſcopus Aſturicenſis: cui ſolennitati interſuerunt *Hermenegildus*, aliis *Ermenildus Tude & Portugalliæ Comes, & Arias filius ejus in Minio Comes*, ſive ad Minium fluvium: in qua ditione ab S. Rudeſindo ejuſque matre eſt Cella-nova extructa. Tempus in privilegio conſecrationis ab eodem Alphonſo dato ita indicatur: *Era* (ſcilicet Hiſpanica) *congruit novies centena, ſexies ſena addito tempore uno*. Et in privilegio donationis dicitur *facta donationis charta die conſecrationis templi, nonas Maji, anno XXXVI regni religioſi Principis Adephonſi, Erâ DCCCCXXXVII.* quæ convenit in annum Chriſti DCCCXCIX. quando cyclo ſolis XII. litera Dominicali G. Nonę Maji inciderunt in feriam ſecundam, & apud Sampirum, & in privilegio conſecrationis indicatam. Eandem dedicationem nonis Maji inſcripſit Martyrologio Hiſpanico Tamajus Salazar, additque Acta conſecrationis ex Sampiro & privilegiis Regis jam indicatis. Ambroſius Morales lib. 15. cap. 25. eumque ſequutus Baronius, ad annum nongenteſimum dictam dedicationem referunt, rati interim, cum aliis paſſim ſcriptoribus, facultatem peragendæ dedicationis indultam ab Joanne VIII. Pontifice Romano, cujus epiſtolis apud Sampirum apponitur Era DCCCCVIII. uti Concilio Ovetenſi Era CMX. quod tranſactis XI. menſibus poſt dedicatam Eccleſiam Compoſtellanam inceptum ſcribit Sampirus, ac XVIII. Kalendas Julii abſolutum: additque *congregato magno exercitu, ac triennio peracto, Erâ CMLX. urbes deſertas, & juſſu Regis populatas.* quæ cum magna annorum confuſione afferuntur. Morales & Baronius Concilium illud, quo Eccleſia Ovetenſis dignitate Metropolitana aucta eſt, referunt ad annum CMI. quo putârunt Joannem IX. conſtitutum Pontificem, cujus initium ad annum DCCCXCVII. tradunt Carolus Sigonius libro VI. regni Italiæ, & Alphonſus Ciaconius in Vitis Pontificum, ad annum ſequentem Hieronymus Rubeus lib. 5. *Hiſtoriæ Ravennatum*: ut eæ epiſtolæ videantur à Joanne IX. ſcriptæ fuiſſe, quæ ſolùm in appendice poſt alias Joannis VIII. epiſtolas num. 309. & 310. abſque ulla temporis aut anni notatione leguntur. Hæc de tempore dedicatæ Eccleſiæ Compoſtellanæ, cui adſuerunt pater & avus S. Rudeſindi, Comites circa annum nongenteſimum illuſtres. Interfuit inter XVII. Epiſcopos Nauſtus Conimbricenſis poſt urbem Mauris ereptam conſtitutus, cum aliis Epiſcopis ibidem relatis. BOLLANDUS tomo I. Martii pag. 106.

A C T A
CONCILII OVETENSIS
NUNC PRIMUM EDITA
Ex MSS. Eccleſiæ Toletanæ & Ovetenſis.

1. SUMMI diſpoſitoris providentia permanente, pleriſque Hiſpanienſium à Gentilibus ſubverſis urbibus, mole peccaminum exigente, glorioſiſſimi Regis Adephonſi Caſti, & Adulphi Ovetenſis Epiſcopi ſolerti conſideratione, necnon piiſſimi Francorum Principis Caroli conſilio, quem ecqoidẽ miſſa legatione, ſuper hoc convenimus Oveti negotio nos hìc ſubſcripti Pontifices: Theodemirus Columbrienſis, * Argimundus Bracarenſis, Didacus Tudenſis, * Theoderindus Irienſis, Vincentius Legionenſis, Wimaredus Lucenſis, Gomellus Aſturicenſis, Abundantius Palentinus, & Joannes Oſcenſis, * Rege præſente, & Univerſali Hiſpanienſium Concilio nobis ſavente; Ovetenſem urbem Metropolitanam eligimus ſedem. Infeſtatione namque & incurſione gentili extra Aſturiarum montes nonnullis Præſulum à ſuis penitùs ſedibus pulſis, nos verò in noſtris nimium inquietati; ad ipſam domum Domini & Salvatoris noſtri de hoſtium faucibus conſugimus erecti, ubi ipſius protectione muniti, ad ejus laudem, qui nobis pręſideat conſtituimus Archipræſulem.

* Aglis Aurienſis-Argim. in MS Over.
* In MS. Over. Theodeſindus
* & Heleca. Cæſaraugustanus, & Rege præſ. in MS. Over.

2. Quo præſenti Concilio, præmiſſo triduano jejunio, decernimus unumquemque noſtrûm paſtorali cura, ſecundum Canonum inſtituta, regere populum ſibi commiſſum.

3. Ad hæc ſancimus, ut conſilio Regis & optimatum regni, & Eccleſiæ plebis, eligamus Archidiaconos, boni nominis viros, qui per monaſteria & parochitanas Eccleſias eundo, bis in anno Concilia celebrent, & lolium extirpando, gregi Domini prædicationis ſemina mini-

niſtrent; ipſaque monaſteria ſive Eccleſias ita diſponant, qnatenus nobis fideliter rationem reddant. Si verò quiſpiam eorum negotium ſibi commiſſum Indignè & fraudulenter tractaverit, ſi fortè Eccleſiæ ſervus exſtiterit, à dignitatis honore publicè remoto, ſeptuaginta ei flagella conferamus, & initio ſervitioque infimo redigamus, & ad gradum priſtinum nullo in tempore revocemus. Si autem ingenuus fuerit; nos Epiſcopi cum Comitibus & plebe Eccleſiæ conjuncti, ut ſuperiùs ab honore ſublato ſeptuagiota flagella ingeramus, & juxta ſententiam canonicam, & librum Gotthorum, quicquid de facultatibus Eccleſię illicitè diſtraxerat, pro qnantitate culpę perſolvat; communiſque conſilio alius loco ejus ſuccedat. Quòd ſi quis Epiſcoporum veritatis contemptor injuſtè objecerit crimen Archidiacono, quod ratione nequeat probari; tantum de ſuis facultatibus falsè accuſato impendat, quantum ſi ipſe Archidiaconus foret convictus, perſolvere debuerat. Inſuper communi decreto Concilii pro ſorlbus Eccleſiæ quadraginta dies pro commiſſo facinore pœniteat.

4. Præterea monaſteria, quę de Sancti Salvatoris Ovetenſis Archiepiſcopali datione, & regali conceſſione, nobis ſingulis conferuntnr, ſingula fidelibus diſpoſitis proviſoribus ędificare curemus, ne aliquam victûs inopiam toleremus, dum ad celebranda Concilia Ovetum venerimus; quæ quldem Sedes Metropolitana ex Lucenſi Sede Archiepiſcopali eſt translata. Lucenſis namque ſedes priùs Metropolltana, Bracaræ fuit deinde ſubdita: Bracara verò à gentibus deſtructa, Lucenſis Sedes in Concilio ſancto Ovetenſi Archiepiſcopo pio eſt ſubdita.

5. Omnes igitur Epiſcopi ordinati, ſeu in ſubſcriptis ſedibus ordinandi, ideſt, in Bracara, in Tude, in Dumio, in Iria, in Conimbria, in Aquas-calidas, in Veſeo, in Lamego, in Cœlenes, in Portugale, in Bœnes, in Aurienſe, in Britonia, in Aſtorica, in ambas Legiones, quæ ſunt una Sedes, in Palentia, in Auca, in Saxomone, in Segovia, in Oxoma, in Avela, in Salmantica, ſubditi ſint Eccleſiæ Ovetenſi Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui pacificavit omnia ex Patre genitus ante ſæcula, qui ipſum locum muro firmiſſimo, montium videlicet munimine vallavit, & ante ſæcula ad fidelium ſalvationem pręſcivit, quos per ſervum ſuum Pelagium liberavit. Rogandus eſt itaque ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ut omnes iſtas ſedes ſupradictas, tam populatas, quàm etiam à gentibus dirutas, pia miſeratione reſtituat, eiſque tales Epiſcopos conferat, qui ei placeant, ſedemque Ovetenſem Metropolitanam ut præſidium habeant. Si verò antiquas Sedes, quæ in Canonibus reſouant, vel alias quas modò nominavimus, ideſt Legionem, Saxomonem, Cœlenes, vel alias quas nec Suevi nec Gotthi reſtaurare potuerunt, ſcire volueritis, IDATIUM librum legite, & per ipſas civitates annotatas invenietis Sedes.

6. Nunc igitur quicumque in præfatis Sedibus inventi fuerint, Epiſcopi; ad Concilium vocentur, eiſque, ſicuti & nobis, in Aſturiis manſiones ſingulæ dentur, quibus quiſque ſua neceſſaria teneat; ne dum ad Concilium tempore ſtatuto venerit, victûs ſupplementum ei deficiat. Aſturiarum enim patria tanto terrarū ſpatio eſt diſtenta, ut nō ſolùm viginti Epiſcopis In ea ſingulę manſiones poſſint attribui; verùm etiam (ſicut prædictus magnus Rex Carolus per Theodulphum Epiſcopum nobis ſignificavit) triginta Præſulibus ad vitę ſubſidia valeant impendi ſingula loca. Vos ergo, venerandi Pontifices, in ſolitudine redactas reſtaurate Sedes, & per eas ordinate Antiſtites: quia qui domum Dei ædificat, ſemetipſum ædificat: unde & Daniel loquitur, dicens: *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. Et Dominus in Euangelio ait: *Gratis accepiſtis, gratis date*.

7. Ne igitur cuiqnam videatur diſſonum, & quaſi rationi contrarium, Lucenſem, ſeu Bracarenſem Archiepiſcopatum Oveto fuiſſe tranſlatum; legimus Gotthos dignitatem Carthaginis Toleto tranſtuliſſe, eique Sedes viginti ſubdidiſſe. Judicio autem divino propter peccata retroacta cecidit Toletus, & elegit Aſturias Dominus. Toletus quippe in ambitu habet quinque vel ſex millia paſſuum, cujus civitatis ambitus humano artificio actus, fuit deſtructus, quia valnit diſſipari à gentibus. In Aſturiarum verò circuitu poſuit montes firmiſſimos Dominus, & Dominus eſt cuſtos in circuitu populi ſui ex hoc nunc & uſque in ſæculum. Infra quorum montium ambitum (qui quidem vix * viginti dierum ſpatio valet circui) poſſunt viginti Epiſcopi manſiones ſingulas obtinere, ſuiſque ſedibus extrà honeſtè providere. Roma namque ab hominibus ædificata, ſimili modo plures habet Epiſcopos, qui foris prę ſunt, & provident decenter ſuis ſedibus, quæ eis neceſſaria miniſtrant in civitate morantibus, & Romano Pontifici famulantibus, cujus Romani Pontificis Joannis juſſu & conſilio congregati ſumus Oveto.

* In MS. Ovet. decem.

8. Quo ſanè loco (ut præmiſimus) montium munimine manu Domini firmato, ſi in domo Domini Salvatoris noſtri, ejuſque glorioſę genitricis Mariæ Virginis, necnon & duodecim Apoſtolorum, quos ipſe Dominus miſit Euangelium prædicare, & Eccleſiam ſuam toto Orbe terrarum congregare, vera humilitate & fideli devotione conveneritis; quemadmodum ſuper ipſos Apoſtolos in ſancta civitate Hieruſalem propter metum Judęorum in unum congregatos, Spiritus ſanctus in igne deſcendit, eoſque linguis variis magnalia Dei loqui edocuit; ita proculdubio idem Spiritus ſanctus ſuper vos veniet, qui vos doceat, & ignem ſuum cordibus veſtris infundat, & gentes quæ vos infeſtant, reprimat, voſque ad cœlorum regna perducat. Si quis autem noſtrûm ſe ab hujus Concilii unitate ſubtraxerit; à vera & integra ſocietate Sanctorum ſegregatus, pariſque anathemate cum Juda Domini proditore percuſſus, cum

dia-

diabolo & angelis ejos in perpetuum ſit damnatus.

9. Adhuc etiam, ut omnes invidos & refragatores Oveto Metropolitanæ translationis leviter convincamus, alia exempla adducimus. Nulli quidem eſt dubium, olim Babyloniam mundi urbium tenuiſſe principatum. Deſtructâ verò à Domino Babyloniâ, mundi principatum obtinuit Roma, quam Beatus Petrus accepit in ſorte ſua. Sic & Hieroſolyma, quæ antea Romæ & Babylonię fuit ſubdita, omnium provinciarum ſacta eſt domina, iu qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro noſtra omniumque redemptione pati, & in ejuſdem confinio Bethlehem eſt dignatus naſci. Poſtquam autem idem Redemptor noſter victor cœlos aſcenuit, culpâ infidelitatis eſt derelicta, velut tugurium in vinea, & crevit Fides Chriſti per univerſa mundi climata. Simili etiam modo Toletus totius Hiſpaniæ antea caput exſtitit, nuuc verò Dei judicio cecidit, cujus loco Ovetum ſurrexit.

10. Modò ergo vos Epiſcopi, vel reliqui ſacerdotes, Ovetenſem Sedem, quam Dominus elegit Metropolitanam, colite, ac pro poſſe veſtro fideliter erigite, &, ſicut ſuperiùs diximus, locis, quæ vobis ab ipſa ſede per Aſturias attribuuntur, rei veſtræ rectos procuratores ponite, & definito tempore ad Concilium Ovetum recurrite; ea videlicet ratione manente, ut per ipſas ſedes quæ foris ſunt, communi conſilio laboremus, & in hac civitate, videlicet Aſturiis (quam Dominus fortiſſimam fuudavit) ſubſtantiam noſtram reponamus, & contra hoſtes ſanctæ Fidei concordi mente dimicemus. Nam Dominus & Salvator noſter ad fidelium refugium, & ſuæ Eccleſiæ firmamentum erexit, in qua ſi omnes charitatis vinculo juncti fuerimus, ipſo auxiliante adverſariis noſtris reſiſtere, campos etiam defendere, ex quibus iutus victum poterimus habere. Scriptum quippe eſt: *Civium concordia in hoſtes eſt victoria.*

11. Verumtamen niſi priùs fuerit diſſenſio in Domini filiis, non revelabitur filius perditionis: quia ſi iu Aſturiis non fuiſſet diſſenſio, & duorum Principum electio, aut in Epiſcopis & cęteris ſervis Dei ſanctæ charitatis fuiſſet dilectio; profectò gladius furoris non immineret Oveto, qui circa adjacentem Eccleſiam Beati Petri pleroſque ex utraque parte divino judicio interſecit. Surrexeruot oamque alienigenæ, & plerique ſalſi Chriſtiani cum duce Mahamut, miniſtro diaboli, & filio perditionis, tunc temporis principiante Aſturienſibus Chriſtianis Mauregato invaſore regni Adephonſi Caſti, invaſeruut fines Aſturiarum, quibus Rex Catholicus occurrens cum multitudine Chriſtianorum, loco prædicto commiſerunt bellum. Peractâ itaque, ut præmiſimus, ſtrage utrioque infinita; Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti clementiâ, cui mente devota noſtra famulatur patria, Chriſtianis tandem ceſſit victoria. Hoſtes igitur terga vertentes, partim ſunt gladio cæſi, partim verò, ad exemplum Ægyptiorum, alveo Minei fluminis ſunt ſubmerſi. De qua victoria, fratres, Dominum collaudautes, conjuncti ſimus ſummæ charitatis dilectione: nec recedamus à pręceptis Dei & Salvatoris noſtri, qui nobis ſuper ſanctę Eccleſię hoſtibus coolſolationem dabit; inſuper cum Sanctis & electis in regno cœlorum nos annumerabit.

12. Hoc ergo, reverendi Epiſcopi, privilegium unuſquiſque veſtrûm diligenter ſcribat, & per Concilia celebrata legat. Quòd ſi aliter feceritis, & à noſtro pręcepto alienos vos habueritis; videte (quod abſit) ne judicium Domini incurratis. Actum privilegium XVII. Kalendas Julii, Erâ DCCC. Z. VIIII.

SUBSCRIPTIONES.

Adephonſus ſereniſſimus Princeps hoc privilegium confirmo.

Adulphus Ovetenſis Epiſcopus confirmo.

Theodemirus Columbrienſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Argimundus Bracarenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Didacus Tudenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Theoderindus Irienſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Wimaredus Lucenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Gomellus Aſtoricenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Vincentius Legionenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Abundantius Palentinæ Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

Joannes Oſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmo.

NOTÆ CARDINALIS DE AGUIRRE.

HÆc Acta, nunquam hactenus edita, ex libro antiquiſſimo Eccleſiæ Ovetenſis eruta, ad nos miſit cl. vir. D. Antonius de Llanes & Campomaues, Archidiaconus Tineenſis, & Cathedræ Decretorum profeſſor in Academia Ovetenſi. Præterea integrum illorum exemplar habuimus ab illuſtriſs. capitulo magnæ Eccleſiæ Toletanæ: in quo refertur hoc Concilium ad Eram DCCCCX. cui reſpondet annus Chriſti DCCCLXXII. Sunt verò valdè notanda eadem Acta, propter plura quæ iu eis decernuntur & memorantur. Subſcribunt Rex & X. Epiſcopi. In fine autem hæc habentur: Actum privilegium XVII. Kalendas Julii, Erâ DCCC. Z. VIIII. In qua temporis notatione non levis difficultas apparet, quacumque ratione accipiatur. Sandovalius in *Hiſtoria Alphonſi VII.* vult Concilium iſtud coactum fuiſſe auno DCCCLXXVII.

EPI-

EPISTOLA STEPHANI PAPÆ VI.

Nomine ſcripta adverſus Selvam & Hermemirum falſos Epiſcopos Eccleſiarum Urgellenſis & Gerundenſis.

Ex archivis Eccleſiarum Tarraconenſis & Narbonenſis. Anno DCCCLXXXVII.

STephanus ſervus ſervorum Dei, Selvæ & Hermemiro atque Frodoino Barchinonenſi. Noveris, inquam, noveris, Selva frater (ſi fas eſt fraterno te vocari debere vocabulo) quòd ex præcepto glorioſiſſimi & Catholici Imperatoris Oddonis nuper venerim Trecas, Concilium inibi de multis ac diverſis celebraturus negotiis, cum reliquis Coëpiſcopis & conſacerdotibus pontificalibus inſulis inſignitis quinquaginta duobus, qui eidem nobiſcum interfuêre Concilio. Nam cùm de quibuſdam Eccleſiaſticis cauſſis à nobis ſolicitè tractaretur, riteque qualiter ſe habere deberent diſponeretur; inter cætera quę à nobis juſtè diſponebantur atque ſtatuebantur judicio, ventum eſt ad tuæ inſolentiſſimæ nimiſque præſumptuoſę arrogantiæ indecentiſſimum dedecorum dedecus, quo inflato elationis tuæ ſtomacho rebellare, immo reſiſtere præſumpſiſti Dei omnipotentis perpetuæ diſpoſitioni, volens ipſius Sanctorumque Apoſtolorum ejus inſtituta, ſpecialiter verò Beati Petri Apoſtoli, convellere ac penitùs evacuare. Denique ut ejuſdem rei cauſſam tibi exponam diligenter, ipſi olim à Domino noſtro Jeſu Chriſto univerſalis Eccleſiæ non ſolùm generaliter, ut cęteris, ſed etiam ſpecialiter præ omnibus Coapoſtolis ejus commiſſa, & illius fidei credita eſt, ſicut habes ſcriptum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et idem cùm interrogaretur ab eo poſt reſurrectionem ejus an eum amaret; tertiò conteſtatus eſt ab eodem Domino ut paſceret oves ejus. Qua auctoritate idem fultus, & ſucceſſores illius poſt eum, ſemper Eccleſiaſtica negotia diſponunt atque determinant. Tu autem adhuc perſeverans in malitia tua, plenus inſaniâ, non ut ſapiens, ſed deſipientis more, exiſtimas Dei æterni conſtitutionem, qui, ut ſcriptum eſt, mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, atque etiam priſcorum decreta convellere Patrum, dum Tarraconenſis Eccleſię Archipræſulatum in tuum jus Eccleſiæque tuæ ſubripere moliris, qui divina diſpoſitione in Narbonenſis Eccleſiæ tranſiit ditionem, non ſubreptione vel violentia qualibet, ſed voluntate & electione atque contraditione omnium ejuſdem terrę indigenarum, tam nobilium quàm & ignobilium, præcipuè quoque Epiſcoporum, & Comitum, atque etiam Regum Francorum, ad quos celſitudo Principatus ejuſdem terræ ſpecialiter pertinet. [Adeò enim & hac conditione jus Eccleſiæ Tarraconenſis in jus & obſequium ditionis Eccleſię Narbonenſis tranſiit, ut nunquam à ſubjectione illius ullo pacto ullave ratione recedere queat, etiamſi Tarraconenſis provinciæ Metropolitana Eccleſia in priſtinum reformetur ſtatum; eo quòd Narbonenſis Eccleſia tutoris loco ſemper fuerit Eccleſiis prędictæ diœceſeos, quæ vaſtationem paganorum vix evadere potuerunt. Porrò ſi jam dicta Metropolis adhuc in antiquum redeat ſtatum, & cunctę ejuſdem diœceſis Eccleſiæ, quæ priùs illi paruerant, revertantur in mancipatum obſequelæ illius, juxta Catholicorum Patrum determinationem; ipſa tamen Metropolis ſecundum Romanæ Eccleſię Pontificum inſtituta atque Apoſtolica privilegia, in hac ſemper Narbonenſis Eccleſiæ ditione, ac perpetuo famulatui ſubcumbat; ut omnis, qui Pontificatus illius arcem ſortitus erit electione totius Eccleſiæ ejuſdem cleri & populi, non priùs ulla ratione ordinetur vel conſecretur, donec prędictæ Narbonenſis Eccleſię Pontifex veniens conſecret eundem, qui electus fuerit in Archipręſulatûs honorem. Quòd ſi aliqua difficultate compulſus venire nequiverit ad conſecrandum pręlibatæ Metropoleos Epiſcopum; mittat vice ſua aliquem ex ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, qui diligenter eandem rem peragat, atque in ſolio pontificali collocare & inthronizare ſolenniter ſatagat. Unde & idem qui conſecratus fuerit, munus debitæ obedientię Narbonenſi Eccleſiæ ſemper in omnibus cedat; tantùm ut à Romano Pōtifice pallium cum privilegii auctoritate ſuſcipiat. Semper enim Tarraconenſis Pontifex, clerus quoque & populus omnis, ſi res ipſa effectum capiat, reminiſci debebunt quòd illarum parochiarum Eccleſiæ, quę de poteſtate & jure Narbonenſis ditionis, ſub qua diutina educatione nutricis more alitæ fuerant, poſtquam in maternum tranſierant ſinum, ſi res eadem quandoque capiat illud agendi effectum, nutricatus ejuſdem gratiâ rependere laudifluas gratiarum actiones debet, & inſuper educationis prędictæ cauſſâ eam, ac ſi matri, mercedem impendere ſubjectionis atque honoris.] Quòd

ſi redeamus ad antiquos priſcarum inſtitutionum à primatibus ſanctæ Eccleſiæ, haud dubium quin Petro & Paullo cauſſas divino nutu patratas, non ſolùm Tarraconenſis Metropolis, verùm & Hiſpania omnis, in quantum ad jus Eccleſiaſticum ſpectat, Narbonenſi ſemper debet prælationi ſubjici, ejuſque patrociniis, ac ſi materno lacte, ali. Nam ſacræ Fidei documenta primùm ab eadem accepit, & Fidei lumine illuſtrata, ac ſi de mortis perpetuæ ſomno excitata, in æternæ vitæ evigilavit ſplendorem; prout hactenus in Beati Petri armario diligenter ſervantur repoſita, quemadmodum & illa quæ à diſcipulo Apoſtolorum Petri & Paulli Sergio, nihilominus Paullo, geſta ſuiſſe memorantur, quæ, ut videris, prorſus ignoras. Nam ſi ea perfectè nôſſes, æſtimo quòd non ad tam turgidæ inflationis vecordiam animatus ſuſpirare unquam auderes. Nunc quoque, quia huc uſque te latuerunt, à nobis tibi, licèt brevi & compendioſo ſermone, veridico tamen, intimanda ſunt, ut non deinceps talia agere preſumas. Ut ergo quomodo eadem res ſe habeat evidenter oſtendam; cùm beatus Apoſtolus & doctor gentium Paullus Romà egreſſus in Hiſpaniam prædicationis cauſsâ proficiſceretur, juxta quod idem in epiſtola ſua priùs Romanis, qui crediderant, ſignificaverat; aſſumptis ſecum Trophimo Epheſino, nec non & prudentiſſimo viro Sergio Paullo, quos idem ante lucratus fuerat Chriſto, Torquato quoque, Secundo, & Endelvio, & quibuſdam aliis; Ciſalpinam Galliam poſtquam devenit, Arelatem, quæ eſt Metropolis provinciæ, quantociùs adiit. Cumque in eadem civitate aliquandiu moraretur prędicans & annuncians regnum Dei, & multi per eius doctrinam converterentur ad Chriſtum; reliquit ibi, ad confirmandas eorum qui crediderant animas menteſque, Trophimum à Petro Apoſtolo priùs ordinatum Epiſcopum. Ipſe verò cum cæteris Narbonam uſque pergens, inde prædictum Torquatum, ſexque alios illius comites & condiſcipulos Gallæciam ad prædicandum juxta Petri Apoſtoli præceptum illicò deſtinavit. Ipſe verò poſtquam multos, non ſolùm ex eadem urbe, ſed etiam ex nonnullis civitatibus ad eum confluentibus, unà cum prædicto Sergio euangelizans, ſedulò docuit, & egregiè convertit ad Chriſtum. Cùm autem jam fortes in Fide ac penitùs immobiles quos docuerat agnoviſſet; miſit ex eis quoſdam prędicare per diverſas Galliarum regiones Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Poſt hæc autem profectus inde unà cum Sergio Paullo, ad ulteriorem ambo uſque pervenerunt Hiſpaniam, euangelizantes per ſingulas urbes, ut prædiximus, futuri gloriam regni Dei. Peracto itaque prædicationis ſuæ non modico tempore, conteſtabantur eos qui crediderant, ut quam acceperant Fidem fideliter conſervarent, & cæteris, quibus nondum prædicata fuerat, magnopere eam erogare ſtuderent. Igitur poſt hæc Romam deliberavit reverti prædictus Apoſtolus; atque in conſolationem confirmationemque credentium ſocium eis & coëuangeliſtam ſuum Sergium Paullum miſſurum denuò repromiſit, quibus & præcepit dicens, ut illi in omnibus ac per omnia obſequium præberent, & monitis illius libentiſſimè parerent. Cumque his ac talibus per ſingulas civitates Apoſtolus fratres, qui crediderunt, hortaretur, commendans eos Domino, & valefaciens eis, Romam redire ſolicitè ſatagebat. Qui rediens, cùm veniſſet iterum Narbonam, diſpoſitis omnibus quę agi oportebat, reliquit ibi collegam ſuum nihilominus Paullum, præcipiens ei ut quos jam Domino per Fidei gratiam, ac ſi parturientes, genuerant in diverſis regionibus Hiſpaniæ, lacte eos conſolationis tamdiu nutrire ſtuderet, donec cibo ſolido perfectæ credulitatis veſci indubitanter cognoſceret. Unde & totam regionem illam in apoſtolatûs ejus officium Domino cooperante ipſis commiſit. Galliarum autem populos iccircò prædicandos illi credidit, quoniam ad hoc ipſum agendum Beatus Petrus eum miſerat, & vice ſua hujus rei gratiâ Epiſcopum conſecraverat, atque etiam prædictam Narbonam inſignem metropolim Galliarum ſpecialiter ad docendos euangelizandoſque tradiderat populos. Nam poſthæc, conſummatis omnibus quæ communi utrinſque egregii prædicatoris intentione agenda erant, à ſe mutuo dilectionis affectu cùm receſſiſſent, alternis exhortationibus atque amplexibus Domino commendare ſe ſtuduère. Atque ſic ſibi valefacientes, poſt oſcula & fletus ab invicem diviſi, Apoſtolus Romam profectus eſt, Sergius verò Narbonæ reſedit. Uterque enim officium ſibi prædicationis injunctum adeò ſtrenuè exercuit, ut nullis terroribus vel pœnis illud relinqueret, quoad uſque per martyrium quiſque eorum ad ſe vocantem Chriſtum intrepidus accederet, ut talentum ſibi creditum quinquies duplicatum offerret, & ab eo centies multiplicatam perpetuæ mercedis recompenſationem perciperet. Si autem nôſſe vis quid poſt diſceſſum Apoſtoli Sergius Paullus commendato ſibi gregi, quem cum Apoſtolo Chriſto acquiſierat Domino, fecerit; notum ſit tibi & univerſis Hiſpaniarum utriuſque ſexus indigenis, quoniam tam per ſe ipſum quàm etiam per ſuos, quos in Fide Chriſti jam nutrierat docueratque diſcipulos, omnes Hiſpaniarum regiones peragrando, earumque habitatores indeſinenter docendo, adeò quoſdam eorum in Chriſtianæ fidei culmen & cultum ſubvexit, quatenus nullius, prę terquam ſui, indigerent, vel ipſi, vel quidam ſucceſſorum eorum ſanæ doctrinæ. Lege igitur Beati Leandri, Iſidori quoque, nec non Braulionis, itemque Juliani, ac cæterorum ejuſdem provinciæ doctorum Catholicorum libros, & ſic forſitan me vera dicere comprobabis. Quòd ſi nec ita ſatis tibi factum eſſe credidaris; geſtorum illius volumina ab ejuſdem Paulli diſcipulis tribus voluminibus comprehenſa, diligentiſſima curioſitate recenſe: & tunc quæ priùs, niſi fallor, penitùs ignorabas, patulo poſtmodum recognoſces ejuſdem rei effectu. Quòd ſi nec

ita

Digitized by Google

ita conſultum tibi præbere volueris, ſed ſemper obſtinatione perverſa Romanorum Pontificum cenſuram, quorum decreto divina auctoritate firmato omnis Chriſti Eccleſia toto perſiſtens Orbe regitur ſemper atque diſponitur, plenus inſaniâ contemptibilem duxeris, in tantum ut ab injuria quam impudenti facie & immoderata rapacitate prædicto Archipræſuli Theodardo irrogas, recedere nullatenus patiaris; notum ſit tibi & univerſis qui aliquod ſuffragium adjutoriumve præbent tibi ſuper his, quibus à nobis juſtè impeteris, quòd anathematis vinculis jugiter colligati eritis atque inſolubiter innodati. Quo circa, ne injuriam tibi facere videamur, conſtituimus ego & qui mecum ſunt quinquaginta & duo Epiſcopi, terminum tibi ſatisfaciendi ei cui injuriam jugiter facis, Narbonenſis Eccleſiæ Pontifici, uſque in feſtivitatem Sancti Michaëlis Archangeli. Quòd ſi uſque ad prædictam proximamque memoratam Archangeli ſolennitatem non ei ſatisfeceris, ita ut in ejus jus proprium Eccleſiæque ipſius, totum quod abſtuliſti ab ejuſdem Pontificis jure ac ditione integerrimè & ſine qualibet reſervatione vel redhibitione reſtituas; Dei omnipotentis auctoritate, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Paulli, necnon cunctorum Romanæ Eccleſiæ Pontificum, noſtra quoque, & omnium, qui huic Trecaſſinæ Synodo interſunt Epiſcoporum, excommunicando excommunicamus, & maledicendo maledicimus, ac perpetuo anathematis vinculo inſolubiliter colligamus, & te & maledictum tuum Hermemirum & Frodoinum perjurum & apoſtatam Antiſcopum, & omnes qui aliquod tibi adjutorium circa tam injuſtam præſumptionem præbent, uti à ſtatuto vel præfinito à nobis tempore ab omni cœtu Chriſtiano ſemper extorres habeamini atque exſortes.

ACTA DEDICATIONIS ECCLESIÆ

SANCTÆ MARIÆ RIVI-PULLENSIS.

Ex chartulario monaſterii Rivi-pullenſis. Anno DCCCLXXXVIII.

IN nomine Domini Dei ſummi ac Regis æterni, ſub anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXXVIII. Indictione VI. ſeu ſub anno primo imperii Odonis Regis, ſeu XII. Kal. Maji, epactâ XIV. In diebus illis & tempore præfato veniens eximius vir almuſque, pacificus, reverentiſſimus quoque pater, ſummus ſacerdos, Gotmarus Epiſcopus, in Comitatu Auſona, in valle quæ nuncupant Rio-pullo, ad conſecrandam Eccleſiam Dei, quæ ſita eſt in eodem loco, in honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ dicatam, quam corde contrito & nutu divino ædificare conatus eſt videlicet vir illuſtris, ideſt Wifredus Comes & Widinilles Comitiſſa, in cujus merito ſurrexit limina templi, atque tradiderunt eidem Eccleſiæ Pontifici, vel prædicti, ideſt calicem & patenam de auro, miſſalem, lectionarium, planetam & albam, ſtolam & manipulo. Et alaudo tradimus ibi in Comitatu Cerdania una villa cui vocabulum eſt Loci, cum omnes fines & terminos ſuos, & adjacentias ſuas, ſicut nos eam retinemus, & nobis advenit ex comparatione de partibus Seſenando, qui eam tenebat per præceptum Regis. Et tradimus ibi ſervum noſtrum, nomine Aigfredo. Et ego Gotmarus Epiſcopus dono ibidem cortina 1. palleam ad honorem Sanctæ Mariæ jam dictæ Virginis ad ipſo altare cooperiendum. Hæc omnia ſuperiùs memorata tradimus ad jam dicta Eccleſia fundata & dedicata propter abſolutionem peccaminum & propter amorem cœleſtia patriç, & propter metum gehennæ ignis, & propter remedium animarum parentum noſtrorum. Et tradimus ibi filio noſtro Radulfo cum omni hæreditate ſua quod diviſimus ei cum fratres ſuos, ut ibi habitaturus ſit omnibus diebus vitæ ſuç. Hæc omnia tradimus ſub manibus Dagini Abbatis & omnes monachos ibi commorantibus, tam præſentes quàm futuros, ſub jugo regulæ militantibus, & de jure noſtro in jus illorum transfundimus habendos, tenendos, atque poſſidendos, ſicut jam ſuprà diximus, propter remedium animæ noſtrç vel parentum noſtrorum, & propter dedicationem Sanctç Beatç Mariæ Virginis. Quòd ſi nos ipſi donatores, aut ullus homo ex adverſo irruens, perſona vel inruere certaverit, qui contra hanc dotem Beatç Mariæ Virginis facta, & ad nos tradita uſurpaverit, vel auſus fuerit uſurpare; primùm ab agmine Sanctorum & divino conſortio extraneus reperiatur, ſeu accidat ei maledictio & qui deſcendit ſuper Datam & Abiron. Ita fiat. Amen. Si quis hæc inquietare auſus fuerit, vindicare non valeat; ſed pleniſſimam ubique in omnibus obtineat firmitatem, & tentator vel inquietator hçc omnia in duplo corporaliter ad eandem domum & ibidem commanentibus ſine mora reſtitui faciat. Facta dote Beatç Mariæ Virginis ſub priſcum datarum XII. Kal. Maji anno I. Odonis Regis, & anno DCCCLXXX. & VIII. epactâ prçdictâ XIV. Wifredus ſubſcripſit. Signum Widinillis, qui hanc dotem fecimus. Godemarus Epiſcopus, Recemirus Abba.

PRÆCEPTUM
ODONIS REGIS FRANCORUM
Pro Eccleſia Auſonenſi.

Ex archivo Eccleſiæ Auſonenſis. Anno DCCCLXXXVIII.

IN nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Odo miſericordiâ Dei Rex. Si ſervorum Dei vota prompta voluntate recipimus, atque utilitati eorum omnimodis providemus; ſine dubio æternę retributionis præmia à pio Deo nobis largiri confidimus. Quocirca noverit omnium fidelium Dei noſtrorumque ſolertia, quia adiit aures clementiæ noſtrę venerabilis Archiepiſcopus Teodardus à parte Godemari Auſonenſis & Manreſenſis Epiſcopi, & deprecatus eſt ut matrem ſedis Eccleſiæ jam dicti Epiſcopi longo incurſu * paganorum, proprio paſtore & Chriſtianitate fruſtratam, de rebus noſtris ad jam dictam Eccleſiam, quæ eſt conſtructa in honore ſanctę & intemeratę Virginis Mariæ, atque Petri Apoſtolorum Principis, ditaremus. Quod quidem libenti animo & fecimus. Concedimus igitur jam dictę Eccleſiæ, ejuſque Epiſcopo cum omnibus ſucceſſoribus ejus, in Auſonenſi pago omnes regias dignitates de Manreſæ civitate, quantum ipſe Comes conſentivit, ad ipſam Eccleſiam de ipſa civitate, & vallem quę dicitur Arteſe, cum Eccleſiis, villis, & villaribus, & cum finibus & adjacentiis illorum, hoc eſt, de ipſo rivo de Olone, qui funditur in rivo lato, deinde per ipſos mõtes ſuper villa * Torcana, uſque iu Balſo rubio; deinde ad ſerram longam, ſicut aquæ vertuntur; deinde per ſtratam per ſerram longam diſcurrentem ſuper villam Matacanis, & pervenit ad ficturam qui diſcurrit in Lubricato; deinde à rivo lato uſque in Lubricatum, & pervenit ad rivo de Olone. Hæc omnia cum Eccleſiis & decimis & teloneis mercatorum terrę, tertiam partem uſque in fines Cardone, & uſque ad ipſos fines de Bergitano, & uſque in Eramala, cum paſcuariis de Comitibus, prædicto Epiſcopo ac ſequacibus ejus concedimus canonico more cuncta habenda. Habitatores verò locorum illorum ſervitium & obſequium quod Comitibus hactenus impendebant, ab hinc jam dicto Epiſcopo impendant ac ſucceſſoribus ejus. Nulluſque de præfata terra vendere ſine licentia Epiſcopi pręſumat. Nulluſque exactor Reipublicæ, nec in teloneis, nec in fredis, nec in ullis redhibitionibus eum lædat. Et qui de Eccleſiis aut decimis ſine licentia proprii Epiſcopi ſe pręſumpſerit, in victus ſolidos DC. componere faciat jam dicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis; & hoc quod apprehenderit, ſine dubio reſtitui faciat; ſed quietum pro ſalute noſtra & conjugis ac prolis Domini miſericordiam exorare delectet. Ut verò hoc auctoritatis noſtræ teſtamentum firmiùs veriuſque credatur, manu noſtra id firmavimus, & annulo noſtro inſigniri juſſimus.

* In alio MS. Agutenotum.

* In alio MS. Corcona.

Signum Odonis glorioſiſſimi Regis.

Datum VIII. Kal. Julii anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII. Indictione VI. anno ſecundo, reguante domno Odone glorioſiſſimo Rege.

Actum Aurelianis feliciter Amen.

Teodardus Narbonenſis Archiepiſcopus.

ACTA DEDICATIONIS ECCLESIÆ
SANCTI STEPHANI BALNEOLENSIS.

Ex archivo monaſterii Balneolenſis. Anno DCCCLXXXIX.

ANno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXIX. Indictione quinta veniente, ſive reſidente domno atque venerabili Epiſcopo Servo. Dei nomine in cœnobio qui vocatur Balneolas, unà cum inclyto atque excellentiſſimo Abbate Sugnefredo, viro egregio, advenientes cœnobitæ prefati loci, qui eſt ſitus in pago ſive in Comitatu Biſulduneņſe, proclamaverunt ſe res ſibi debitas, atque multo tempore ab illis prædictis monachis deſervientibus atque militantibus Deo & Protomartyri Beato Stephano injuſtè abſtractas, Eccleſias videlicet, quas patres illorum, qui ſuprà taxatum cœnobium conſtruxerunt, manibus propriis de eremi vaſtitate extraxerunt, fabrili conſtruentes arte, ſanctas ſcilicet Eccleſias, quę ſunt dicatę, una in honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ, eſtque ſita in capite ſtagni propè

adja-

adjacentiis cœnobii miliario diſtante uno, altera autem in honore Sancti Martini Præſulis, quæ ſubjacet in valle Miliarias, Bonitus primus Abbas illorum cum monachis ſive ſervientibus Deo conſtituente, illam quam primitus taxavimus. Elias autem ſimiliter Abbas ejuſdem cœnobii, exemplo illius bono imitans, conſtrui fecit ſimiliter Eccleſiam Sancti Martini, aſſeverantes hæc omnia, & inſuper Præceptum piiſſimi Caroli Auguſti Imperatoris oſtendentes, continentem tam de illas Eccleſias, quàm etiã de aliis rebus, ſiva terris cultis & incultis. Hanc autẽ reclamationem audientes, ſive perſcrutantes, ac ſtudioſi ingenioli inveſtigãtes, invenimus per veridicos homines ac religioſorũ illius Comitatûs, tã clericorum, quàm etiã ceterorum laïcorum, ita in omnibus eſſe ut prędicti cœnobitæ aſſeverant. Quam aſſertionem veriſſimè cognoſcentes, decernimus atque conſtituimus, ut præfatę Eccleſiæ, quæ injuſtè tamdiu ſubſtractæ ad matrem ſervitio Sancti ſcilicet Stephani Protomartyris fuerunt, nos remiſimus, cogitantes atque meliorem vitam ſperantes, ſive conſiderantes ſanctas ac ſanctiſſimas illorum orationes, quas pro nobis, & pro omni ſcilicet Eccleſiaſtico gradu die noctuque non ceſſant fundere; volumus atque ſancimus, ut prædictę parochię cum omnibus decimis & primitiis cœnobitarum ſubjongerunt imperio omni tempore perſolvendi, ſive habendi, poſſidendi, perpetualiterque poſſidendi; eà videlicet ratione, ut omni anno modios duos inter vinum & annonam ad ſedem matrem genitricis Dei Marię perſolvant, ſecundùm conſuetudinem cæterorum ſacerdotum: cæterùm verò omnes decimas & oblationes Eccleſiaſticas abſque alicuius contradictione accipiant: ſupradictam autem conventionem ſicut cæteri compresbyteri non audeant violare. Quod ſi fecerint, excommunicentur uſque ad ſatisfactionem. De repetitionibus autem nobis inſerere placuit, ut ſi ego aut ullus deinceps venturus convenerit Coëpiſcopus, ſeu aliqua intromiſſa perſona, quæ contra hanc firmitatis chartam venire, aut contradicere, ſeu irrumpere voluerit; non vindicet quod repetit, ſed contradictor & adverſator ſive deſtructos ſanctæ Dei Eccleſiæ ſub anathemate omni tempore permaneat, & hæc conceſſio firma ubique conſiſtat. Et ut firmior & ſtabilior omni tempore perſeveret; manibus propriis ac bonorum virorum hominum, tam clericorum quàm laïcorum, decrevimus corroborari. Facta hæc charta confirmationis Kalendas Martias anno ſecundo, quo mortuus eſt Karolus Imperator, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, nobis autem exſpectante Rege ab ipſo largitore. Servus Dei humilis Epiſcopus Sedis Gerundenſis manu propria mea firmavit & firmare rogavit. S. Suniarius presbyter. Arabi presbyter. Faſila presbyter. Gibmiros presbyter. Boniſius preſbyter. Cixila presbyter. Siniofredus presbyter. Avianus presbyter. Vigila presbyter. Involatus presbyter. Salvator presbyter. Atmeteo presbyter. Wiuldus presbyter. Juſtus presbyter. Ermemirus presbyter. Geſcafredus presbyter. Sendrerus, Altimirus. Gauzorarus ſacerdos rogatus ſcripſit.

PRIVILEGIUM VVIFREDI

COMITIS BARCINONENSIS

In gratiam monaſterii Rivi-pullenſis in Catalonia.

Ex quo conſtat eo tempore rationem habitam fuiſſe Montis-ſerrati.

ANNO DOMINI DCCCLXXXVIII.

Ex Yepio in appendice Tomi IV. pag. 446.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hæc eſt geſta ſive charta, quæ fieri juſſit Wifredus Comes de Alaudes Sanctæ Mariæ monaſterii Rivi-pollenſis, ad diem conſecrationis Sanctæ Marię, quando ibidem tradidit filium ſuum nomine Rodulphum cum omni hæreditate ſua, & terminavit ibidem terminos in ajos monaſterio, vel in ſuis cellulis. Imprimis in Comitatu Fluſonenſi, ubi ipſe monaſterius fundatus eſt, habet affrontationes ex latere uno in ſerra ſupra ſtamarim, & pervenitur per ipſo torrento uſque in fluvium Fezer: de alio verò latere deſcendit de monte ſuper ſimellos, & pervenit per torrentem qui eſt ultra villa Jordanos, & infundit in Fezer. De alia verò parte deſcendit da cacumine montis per torrentem qui eſt ultra Ordina, & infundit in fluvio Febreri. Ex alio verò latere deſcendit de ſerra ſuper corale, & pervenit per ipſa grita uſque in flumine Febreri. Et in eadem valle in locum quem vocant Mala-matta ipſa Eccleſia Sanctæ Mariæ, & Sancti Petri, ejus fines, & terminos, & habet affrontationes, ex latere uno per riolo qui diſcurrit per villas Palliares, & pervenit uſque in torrentes,

tes,

tes, qui deſcendont de ſerra Vineolas. Deinde aſceodit per ipſo torreote uſque in ſerras Vineolas, deiode pergit per ipſa ſerra oſque in ipſa portella de Villa-longa, & deſcendit in torrente qui venit de ipſa loberica, & pervenit in torrente qui eſt infra fines Sanctæ Mariæ, & terminos Wadamiros, & aſcendit per ipſo torrente oſqua villar Palliares. Et in Comitatu Daniȩ villa quæ dicitur Lori, cum ipſa Eccleſia conſecrata, cùm fioes & terminos ſuos, ſicut eam comparavit de homine nomine Seſenaodo, unde ibidem ſcripturam ſecit, & in eodem Comitatu villa quȩ dicitur Garazer, cum ipſa Eccleſia cooſecrata, cum fines & terminos ſuos, habet fines de ipſo portu uſque ad ipſa portella, & in pago Bergitano, in locum qui dicitur Broſitano, Eccleſias conſecratas ipſo alode, cùm fines & terminos ſuos, ſicut in ipſo judicio reſonat, quem acquiſivit per vocem liberto ſuo, nomine Sarratino, qui fuit de amita ſoa, nomine Eilone, habet affrõtationes de duas partes in rio Peireto, de alio verò latus in cacumine montis audituro, & deſcendit per ipſo torrente, qui eſt inter albares, & alodes Sanctæ Mariæ, & pervenit uſque in rivo Peiredo. Et in eodem Comitatu Eccleſias Sancti Vincentii, quæ eſt conſecrata, & Sancti Joaoois com ipſo alode, habet affrontationes ex latere uno in medio Lubricato, ex alio verò latere pergit per ipſa ſerra, & vadit per aqoaductu, qui intrat in rivo de Amizano, & pergit per ipſa Amedula, & infundit in Lubricato: de alio verò latere per ipſa ſerra ſuperiùs nominata, & infundit per ipſa ſerra, uſque in rio de Norero, & pervenit uſque in flomine Lobricato. Et in Comitatu Origello, villa quæ dicitur Exceduci, cum ipſa Eccleſia, & ipſo alode, cum fines & terminos, unde ſcriptum fecit ad domom Sanctȩ Mariæ, & io ipſa marcha, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ eſt ad Partos, cum ipſo alode, cum fines & terminos ſuos, & habet affrootationes ex latere uoo in fluvium Segen: de alio verò latere in ipſo Congoſto, vel in fluvium Seger: de tertia verò parte pergit per ipſa ſumma ſerra ſuperiora, ſicut aquas verguot contra ipſas Eccleſias: de quarto verò latere finit in ipſo jungente, vel in fluvium Seger, & in alio loco in ipſa marcha, Eccleſias Saoctæ Mariæ, cum aliis Eccleſiis, quæ ſunt in ſuburbaoo, cum ipſo alode, cum fines & termioos ſuos, unum ſcriptum docet ad domom Sanctæ Mariȩ, in alio loco, in ipſa marcha juxta civitate Tarragona, locum quẽ vocant Centum-cellas, cum miliarios quatuor in gyro, cum decimis & prȩmitiis, & cum exiis, & regreſſis ſuis, & cum omni libertate. In alio verò loco in ipſa marcha, locum quem nominat Monte-ſerrato, Eccleſias quȩ ſunt in acumine ipſius montis, vel ad ioferiora ejus cum ipſo alode, habet affrontatiooes per ipſa ſerra de Molela; ſicut aquas verguot contra ipſas Eccleſias, & venit in rio Meranos, & infundit in Lubricato. De alia verò parte deſcendit de cacumine montis, & venit per ipſa Molela, & pergit per ipſa ſerra, quæ vergit in rio ſuco, & infundit in Lubricato. Et inſuper conceſſit homines de Stiula, & de Ordina ad ſervitiom faciendum, vel ad recuperationes ipſo monaſterio. Hæc omnia ſuperiùs inſerta donamus atque concedimus ego Wifredus Comes & Widinillis Comitiſſa, ad domum Sanctæ Mariæ monaſterii Rivi-pullenſis, propter remedium animæ noſtræ, ad diem conſecrationis ejus. Facta geſta vel donatione XII. Kalendas Maji, anno primo regnante Odone Rege, Jeſu Chriſti Domini noſtri anno DCCCLXXXVIII. Wifredus. Widinillis hȩc geſta & donatione facimus, & teſtes firmare rogavimus. Gotemarus Epiſcopus. Raemirus Abbas. Faſtila presbyter, qui hanc geſtam vel donationem ſcripſit, die & anno quo ſuprà.

PRIVILEGIUM BERENGARII

COMITIS BARCINONENSIS,

In quo Abbatiam S. Cæciliæ in Monte-ſerrato ſitam, monaſterio Rivi-pollenſi ſubjectam eſſe declarat.

ANNO CIRCITER DCCCXC.

Ex eodem Tepio ibidem pag. 447.

IN Dei nomine. Ego Berengarius gratiâ Dei Comes, notum eſſe volo omnibus, præſentibus & futuris, qualiter venit Oliva Pontifex Auſonenſis, & Abbas Sanctæ Mariæ Rivipolleoſis, in civitate Barchinonenſi, tempore octavarum Pentecoſtes, noſtram adiens celſitudinem per Gondeballom Biſavereoſem, & Wildum de Monteniola, obnixè rogans, ut ego & mater mea Ermenſeodis Comitiſſa, juſtitiam faceremus pro dicto cœnobio Sanctæ Mariæ de ipſius alodem Abbatiæ Sanctȩ Cæciliȩ, cum omnibus ſibi circumjacentibus Eccleſiis, quæ

ſitæ

Digitized by Google

ſitæ ſunt in monte qui dicitur Serrato, quas Atavus meus Wifredus Comes tulit de manibus Agarenorum, & dedit prædicto cœnobio per ſcripturam donationis, & proavus meus Suniarius, proles jam dicti Wifredi, confirmavit eundem locum, cum Eccleſiis ſuis, per ſcripturam donationis ſuæ, in poteſtate jam dicti cœnobii, in quo etiam permanſit uſque ad tempus Cæſarii, qui profitebatur ſe Archiepiſcopum Tarraconenſem eſſe, cui uxor dicti Suniarii, nomine Richillis Comitiſſa, dedit omne prædictum alodem, auferens de poteſtate, & donatione Sanctę Mariæ. Cùm verò in tempore illo nihil aliud potuiſſemus reſpondere, impediente negotio quod inter me & matrem meam intererat, niſi quod promiſimus ei juſtitiam facturos; conquievit tandem iſta querela, donec veniente proxima Sancti Petri feſtivitate, ego jam dictus Berengarius Comes ad limina Beatæ Marię, & glorioſæ Virginis, pro placito quod inter me & Comitem Wifredum, ac nepotem ejus Willermum jungebant; & oſtenderunt mihi monachi Sanctæ Mariæ, Elleſindus Prior, & Bonifilius Fredoli, atque Lanfrancus, & cæteri in jam dicto loco Deo ſervientes, ſupraſcripta documenta pręſentibus Bernardo, &c. Et ego ſupradictus Berengarius Comes, & Ermendis Comitiſſa, & uxor noſtra Sancia, recognoſcimus rectitudinem in is documentis, eſſe alodem Sanctæ Mariæ, & propter amorem Dei, & genitricis ejuſdem Chriſti, & præmium vitæ æternæ, confirmamus prædictum cœnobium Sanctæ Cæcilię in poteſtate & donatione Sanctę Mariæ, cum omnibus ſibi pertinentibus alodibus, VI. nonas Junii, anno XXVII. regnante Roberto Rege.

SCRIPTURA MONASTERII

S. VINCENTII DEL PINO

Apud Montem-fortem in Gallæcia: in qua fit mentio Concilii apud Ovetum celebrati, quando ejus Eccleſia erecta fuit in Metropolim, & prædicto monaſterio data fuit ordinaria juriſdictio. Anno DCCCXCI.

Ex Yepio in appendice Tomi IV. pag. 448.

ERâ DCCCXXIX. ſumptus eſt in regno prędictus Rex magnus Adephonſus XIX. Kalendas Octobris, Erâ quo ſuprà: anni regnum ejus III. Arabum exercitus ingreſſus eſt Aſturias cum ducem quendam nomine Mugayt, qui in loco Lutos ab Aſturias preventi, cum idem ſuo duce LXX. ferè millia ſunt interfecti. Iſte ſolium ſuum Oveto firmavit: Baſilicam quoque in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cum biſſeno numero Apoſtolorum altaris adjungens, ſeu & Eccleſiam in honore Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, cum ſingulis hinc atque inde titulis, miro ordine atque fortitudine inſtructione fabricavit, ſive & aliâ fabricavit Ecclęſiam beatiſſimi Martyris Thyrſi, prope domū Sancti Salvatoris: fundavit nec non ſatis procul à palatio, ædificavit Eccleſiam in honorem Sancti Juliani & Baſiliſæ, cum binis altaribus, magnopere & mirabili compoſitione locavit.

Poſt quæ Rex magnus Adephonſus juſſit congregare collegio Epiſcoporum regni ſui, unà cum conſenſu ſervi ſervorum Dei. & juſſionem Papæ Joannis Romanę Eccleſiæ, ad conſecrandam Eccleſiam domûs Sancti Salvatoris Ovetenſi, & fuit ibi in ipſum ſanctum Concilium Spaſandus, Abba deceno Sancti Vincentii de Pino, & dederint ad ille in ipſo Concilio, & ad ſua Eccleſia licentiam ligandi atque ſolvendi in tota terra de Lemabus, ut caſtigâſſet; & ſeminâſſet ſemen vitæ ęterne........ Diviſerunt inde ad ille Abbas Spaſandus, & ad ſuam Eccleſiam Sancti Vincenti del Pino.......... unde adjutorium habuiſſent, & obediêntiam præbuiſſent, & ad ſuo Epiſcopo Ovetenſis .... terminaverunt illas per terminos antiquos, & concluſerunt eas per ipſum montem Vultuaria, Vo.........cent Nebolario, & deſcendit ad illum rogium, quę deſcendir de Remeſſar, & diſcurrit Santaylam, & deſeit ad illum portum de Porrarium, & feret in illum rivolum de Humanum, & conclude de per illum rivolum, & deſcendit cum ille per Vaor, & item per ripas, & pergit per terminos de Populeros, & feret in rivolum Chave, ad illa villa quę dicēt Purcis, & vadit quomodo venit Chave, uſque ad fornelás, & vadit per illum rivolum qui dicent Ceroïſa, uſque feret, & item per illum portum de Ferraria, & vadit in directum per illa aqua de Ceraſia, uſque in portum, quæ vocitant Portoeſſia; & feret in illa ſemita antiqua quæ venit de Caſtro-ſancto, & conclu-

de inde per illa ſemita antiqua, quæ vadit ſub ilta villa de Pignario, totum per illa ſemita uſque cira de Lupos, & item pergit de alia parte Lor, uſque ad cacumen montium quæ vocitant villar Solano, & conclude per verticem montiom, & perveniat ad illas traveſas inter Lor & Chayroga, & per caſtro de Arias, & deſcendit ad flumen Sylæ, & conclude per ilium flumen uſque intrat Lor in Sylæ, & item per Lagares, deinde ad Peñalva, & item ad Aquiaria, & per vannios, uſque Paratella, & deſcendit ad illum portum de Donadi, & deſcendit ubi intrat arrogio quæ dicent Rubiſco in Sylæ, & cooclude per illum arrogium de Rubiſcum, & pergit per illo quæ exiit iu Donati, ad illas veredas de Mamouela, & pergit per illa vereda antiqua, uſque vadit ad terra Tremu, & item per illa Lucenſa, quæ deſcendit ad ille fontano de Mautetma, & feret iu ipſum rivolum quæ dicent Neyris, & deſcendit per illum rivolum uſque in Chave, & conclude per Chave, uſque In Serpentina, & incipit per Serpeotina, & pergit per Toldanos, uſque ad Panton, & item ad Caſtelium, & item per iter Ambaria, & per fontanum, & vadit per illo monte de Lioaru, & vadit ad illas archas, & vadit io directom ad Aſperela, & Intra in arrogio de Regulfi, & vadit per illo valle ad Cavanelas, & concludit ad ipſum montem de Rebulavio, unde ſe incipiuut. Si quis tamen, quod nou credimus, homo, contra hunc factum inſorgere voluerit; ſi quis ſuper viam facere tam Regia poteſtas, quàm Pontificiom majeſtas, ſimulque popolorom diverſitas, nec vocem enim habeant, nec licentia, & fronte propriis careat liceris, uon videant quæ bona ſunt in Hieruſalem cœleſtem, ſed conteratur quaſi lignom infructooſum, & pro temporali damno, iu quocumque jodicio & fideli concilio ad judicibus, vel .... ſtrictus, & componat ad partem Sancti Vincenti de Pino II. millia ſolidos, & ad partem Regis auri taleuta exſolvat in fiſco, ut qui adfirmaverit & decreverit .... beat autem Deum factam ſcriptum firmiſſimum die ſabbatho VII. qood erit VII. Kalend. Juuii.

Sub Dei gratia Noſtiani Epiſcopo confirmo.
Sub divino auxilio Martinus Dominienſis confirmo.
Sub auxilio divinæ Trinitatis Ildeotus legatus Romanæ Eccleſiæ confirmo.
Joannes Epiſcopus confirmo.
Adalelfus Epiſcopus confirmo.
Nevocanus Comite confirmo.
Petrus Comes confirmo.
Santius Comes confirmo.
Adephonſus Rex Magnus confirmo.
Petrus ipſius Regis Notarius.

CONCILIUM COMPOSTELLANUM

OCTO EPISCOPORUM,

Habitum Era DCCCCXXXVIII. tertio Kal. Decembris, ideſt, anno Chriſti DCCCC.

Synodi hujus ſummam habe excerptam ab Illuſtriſſimo Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſienſi, ex Actis ipſius, quæ in Auſonenſis Eccleſiæ tabulario ſervantur.

Erâ DCCCCXXXVIII. tertio Kalend. Decembris, Concilium apud S. Jacobum in Gallicia celebratum eſt, cui interfuerunt octo Epiſcopi. In eo Cæſarius Abbas electos & conſecratus eſt Archiepiſcopus provinciæ Tarraconenſis. Verùm huic inſtitutioni interceſſerunt Narbonenſis Archiepiſcopus, & Hiſpani Epiſcopi Narbonenſi Metropoli ſubjecti. Quare Cæſarius Romanum Pontificem appellavit.

CONCILIUM OVETENSE

XVIII. EPISCOPORUM

Præſente Theodulpho Epiſcopo legato Regis Francorum

Erâ DCCCCXXXIX. ideſt, anno Chriſti DCCCCI.

Concilium.] Joannes Papa VIII. ad petitionem Adephonſi Regis, inter alia, quorum ſit mentio in Epiſtola ad prædictum Adephonſum, conceſſerat, ut Ovetenſis Eccleſia Metropolitanam dignitatem acciperet; ideo imprimis, quia Adephonſus Magnus illic regiam Sedem collocâſſet. Iuterfuit inter alios huic Concilio Theodulphus Epiſcopos, legatus

tus miſſus à Rege Francorum. Reliqui autem qui ex propinquis Eccleſiis convenêre, numerati ſunt decem & ſeptem Epiſcopi. Primum igitur omnium (quod dictum eſt) conſtituta ſede Metropolitana Eccleſia Ovetenſi, Ermenegildus ejus Antiſtes Archiepiſcopus eſt appellatus: ſitque ea dignitas, quæ antea inhærebat Eccleſiæ Lucenſi illi proximæ, in Ovetenſem tunc eſt translata. Actum eſt etiam, ut invigilarent Epiſcopi, atque miniſtri eorum, Eccleſiaſticæ diſciplinæ; cujus rei perficiendæ cauſsâ, bis in anno, ut antiqui Canones docent, Synodum cogerent, in qua ea quæ eſſent emendanda corrigerent. Additum præterea, ut Epiſcopi illarum Eccleſiarum, quæ fuerant à Sarracenis deſtructæ, Ovetum ſe conferentes, in ea Eccleſia militantes ſtipem conſequerentur, ſi alias circumpoſitas ſub eadem diœceſi conſtitutas Eccleſias curarent. His conſtitutis, appoſitum eſt anathema ea non ſervantibus. Poſt hæc Rex & Ermenegildus ad Epiſcopos ſermones hortatorios dixerunt. Quibus abſolutis, Epiſcopi ex more Regi acclamantes, Regem laudarunt, quòd ingentia latifundia Ovetenſi Eccleſiæ tribuiſſet, ejuſque immunitates à prædeceſſoribus acceptas confirmaſſet. Decimâ quintâ Junii, Erâ DCCCCXXXIX. Synodus abſoluta fuit. CARD. BARONIUS ad hunc annum.

Ovetenſe.] Ovetum eſt civitas in Gallæcia ſita, quæ ab antiquis civitas Epiſcoporum dicta reperitur, ideo quòd dum Sarraceni Gallæciam incurſionibus ſuis inquietarent, Epiſcopi plurimi ſedibus ſuis deſtituti Ovetum confluxerunt, ibique tamdiu morati fuerunt, donec ad proprias ſedes tutò redire liceret. PHILIPPUS LABBE.

CONCILIUM BARCINONENSE

SEPTEM EPISCOPORUM,

Præſide Arnuſto Archiepiſcopo Narbonenſi.

Celebratum anno Domini DCCCCVI.

C*Oncilium.*] Conſtat Auſonam exciſam fuiſſe, ejuſque agrum veniſſe in poteſtatem Sarracenorum, tum Chriſtianos in ea loca reductos victricibus armis Karoli Auguſti; non tamen reſtitutam tum civitatem, aut Cathedram Epiſcopalem, quæ circa annum tantùm DCCCLXXXVI. recuperata eſt ſtudio & munificentiâ Wifredi Comitis Barcinonenſis. Nam tùm Theodardus Archiepiſcopus Narbonenſis, ad cujus diœceſin pertinuerat Auſonenſis pagus quamdiu ſine Epiſcopo fuit, illic ordinavit Epiſcopum nomine Godmarum, ea conditione adjecta in ordinatione, ut Eccleſiæ Narbonenſi per ſingulos annos libram argenti perſolverent Epiſcopi Auſonenſes. Quam conditionem ab Idalchario quoque, qui Godmaro ſucceſſerat, exegit Arnuſtus Theodardi ſucceſſor. Tandem cùm anno DCCCCVI. conveniſſet Synodus Epiſcoporum in Eccleſia Sanctæ Crucis Barcinonenſis, in qua cum Arnuſto conſederunt Servus-Dei Epiſcopus Gerundenſis, Renardus Biterrenſis, Nantigiſus Urgellitanus, Idalcharius Auſonenſis, Theudericus Barcinonenſis, & Aquinus, ſeu fortean Adulphus, Epiſcopus Palliarenſis, cui etiam ſuam præſentiam exhibuit eximius Princeps & Marchio Wifredus; ſurrexit in medio idem Idalcharius rogans Epiſcopos uti viderent *ſi æquum eſt Epiſcopum fiſcalem eſſe, vel ſi Cathedra Epiſcopalis alicui Eccleſiæ tributum debeat perſolvere, niſi tantùm, quod jura Canonum reſonant, humilem ſubjectionem, atque debitum honorem prriò deferre Metropolitano*. Interloquutus eſt Arnuſtus Synodum plenam non eſſe, & cauſſam eſſe differendam uſque ad *perfectum duodenarium numerum confratrum*.

Anno igitur ſequenti DCCCCVII. apud Ceſſeronem ad Araurem fluvium in diœceſi Agathenſi, in monaſterio Sancti Tiberii, rurſum pro cauſſa Eccleſiæ Auſonenſis, de qua actum fuerat anno proximo in Synodo Barcinonenſi, congregati ſunt Arnuſtus Archiepiſcopus, Audkarius Lodovenſis, Gunterius Magalonenſis, Reginardus Biterrenſis, Guimera Carcaſſonenſis, Gerardus Agathenſis, Riculphus Helenenſis, Guido Gerundenſis, & Nantigiſos Urgellenſis. Non adfuerunt ergo omnes Epiſcopi provinciæ, quod tamen fieri debere interloquutus erat Arnuſtus in ſuperiore Synodo, aut reliquorum nomina exciderunt librario qui iſta deſcripſit. Nulla enim iſthic mentio Toloſani, Uceticenſis, Barcinonenſis, Auſonenſis, & Nemauſenſis Epiſcoporum. *Univerſi igitur qui inibi reſidebant* (inquiunt Acta) *ſancti Spiritus illuſtratione afflati, decernentes pariter decreverunt non debere Epiſcopum tributarium eſſe, neque Cathedram Epiſcopalem, quæ domina & mater eſt proprii cleri, & plebis, alicui ſervitio mancipari; ſed liberam eſſe ab omni jure fiſcali*. Tunc Arnuſtus pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus renunciavit huic tributo, decernens Epiſcopos Auſonenſes in poſterum fore immunes ab omni jure fiſcali. PETRUS DE MARCA, *ex utriuſque Synodi Actis, quæ ſunt in tabulario Eccleſiæ Auſonenſis*.

PRIVILEGIUM GARSIÆ I. REGIS

In gratiam monaſterii S. Iſidori juxta oppidum de Dueñas, ejuſq; Abbatis Ovecci, & monachorum ſub Regula S. Benedicti.

ANNO DOMINI DCCCCXI.

Ex Tepio in appendice tomi IV. fol. 444.

GLORIOSO & poſt Deom nobis fortiſſimo patrono Sancto Iſidoro, cujus Baſilica fuodata eſt in ſuburbio Legionenſe, juxta caſtellum vocitatum Donans, inter duo flumina, Piſorica & Carrion, nos famuli veſtri Garſia Dei gratiâ Rex, cum conjuge Miona domina Regina, ut ſceptrum regni noſtri Dominus corroboret, augeat, ſtabiliat in terris, Sanctorum patrocinioiom quærimus in cœlis, quatenos poſt hujus violabile tempus, eorum mereamor adipiſci conſortium, quorum nunc obſeqoentes devoti exhibemos famulatom. Offerimus denique ſancto altario veſtro, pro ſuſtentatione fratrum Deo ibidem militantiom, quorum Abbas Ovecco dignoſcitur, ſive & pro ſuſceptione hoſpitum & peregrioorum illuc advenieotium; imprimis ipſam Eccleſiam cum ædificiis conctis, hortis, pratis, aquis, molendinis, terris, vineis, paſcuis, adjacentiis, vel cunctis utilitatibos & præſtationibus ſuis. His quoque terminis circumdatur ab Oriente, ſtrata de vado Regis io Piſorica, uſque ad vado de Perales, & de Albunginiis in ripa fluminis Carrion: ondique ab utriuſque fluminibus circumdatur, concedimus atque donamus illud ex integro ad partem ſupradicti monaſterii: eâ domtaxat ratione ſervata, ut tam jam dictus Ovecco Abbas cum fratribus ſuis, quàm qoi poſt eum loco ejus ſocceſſerit, qui vitam ſanctâm ſecundùm Regolam Beati Benedicti ibidem duxerint, habeant, poſſideant, vindicent, & defeodaot. Et pro nobis, regniſque noſtri incolumitate orare noo pigeant, & oblationam Chriſto Jeſu offerant. Si qois autem hoc noſtrum votum infringere aut commutare conatus fuerit; ſit anathema in coorſpecto Dei Patris, & Sanctorum angelorum, & à cœtu Eccleſiæ extraneos, & alienus, corpore Chriſti privetur, præſens in ſæculo ulcere percuſſus, victum veſtitomqoe indigus, incognitas carpat vias, & in futuro cum diabolis ſociiſque ſois æternas perferat pœnas: inſuper ſæcularia damoa multatus conſerat ipſi Eccleſiæ auri libras quinas. Notom XV. Kaleod. Martii Erâ DCCCCXL. VIIII. anoo feliciter regni noſtri primo, commorantes in Dei nomine io civitate Legionenſe. Garſiâ Dei gratiâ Rex. Annadius Epiſcopus confirmat. Adilla Epiſcopos confirmat. Suxila Epiſcopus confirmat. Theudeguodus archidiaconus confirmat. Aldephonſus Abbas confirmat. Balaciano teſtis. Nanmo Adolphet. Ordonius Agilaoo. Regina Muma domioa. Ego Imirus presbyter. Parlectus Abbas. Roderico. Ermigildus. Belaſco presbyter. Garſias filius Didaci. Munio Vela Cidon. Piniol. Maorel. Ramirus presbyter. Sancia Regina confirmat.

PRIVILEGIUM ORDONII II. REGIS

In gratiam monaſterii S. Martini Compoſtellani: ubi plura obſervatu digna.

ANNO DOMINI DCCCCXII.

Ex Tepio in appendice tomi IV. pag. 435.

IN Chriſti nomine. Ego Ordooius Rex, cum conjuge mea Regina domina Gelvira, vobis domino Guto Abbati monaſterii Sancti Martini de Pignario, cum omni coogregatione monachorum ejuſdem mooaſterii tecum perſiſteotium, ſalutem. Per hujus noſtræ præceptioois ſereniſſimam juſſionem damus atque concedimus vobis pro ſtipeodio fratrum, domum Beſulii, ubi ædificata eſt Eccleſia in honorem beatiſſimi Martini Epiſcopi: damus vobis

bis

bis ipſum locum qui vocatur Pignario, ab
omni integritate, cum omnibus ſuis adjunctio-
nibus, & hæreditatibus, & atteſtationibus, &
ingreſſibus, & regreſſibus: & etiam confirma-
mus vobis ipſam Eccleſiam Sanctæ Mariæ de
Cortecella, ubi priùs fuit veſtrum monaſte-
rium, cum ſuis altaribus S. Stephani, S. Sylve-
ſtri, S. Columbæ, cum omnibus ſuis bonis, &
domibus, & officinis circa ipſam Eccleſiam, &
ſepulturam in toto circuitu ipſius Eccleſię, cum
ſuis ingreſſibus & exitibus, & cum familia
quæ ad ipſam Eccleſiam deſervit, ſicut te-
nuit eam in præteritis temporibus Ranualdus
Abbas ipſius loci Sanctæ Mariæ, & iſtud
confirmamus vobis per conſilium & conſen-
ſum domini Siſnandi Epiſcopi loci Sancti,
cum omni ſuo clero; ita ut habeatis eam firmi-
ter de noſtro dato vos & ſucceſſores veſtri, &
omnes monachi concurrant ad veſtram diſci-
plinam, pro utilitatibus noſtris peragendis: nul-
li damus licentiam ſerviendi, niſi ſoli Deo, &
Regulæ Beati Benedicti. Imprimis confirma-
mus vobis (ut dixi) totum illud monaſterium,
cum ſuis domibus, & officinis, & beneficiis, &
cunctis quæ videntur habere, & cum Sancta
Maria de Cortecella (ſicut ſuprà diximus) &
cum S. Sebaſtiano, & S. Laurentio de Monte-
ſacro, cum omnibus ſuis rebus & hæreditati-
bus, & atteſtationibus, & familia, quæ debet
ſervire ad ipſum monaſterium S. Sebaſtiani de
Monte-ſacro, & cum ſua concurrentia, & cum
ſuo cauto in circuitu ipſius concurrentię, & cũ
Eccleſia Sancti Georgii de Belegia, cum omni-
bus ſuis directuris & familia: & eſt ipſa Eccle-
ſia cautata, & cum S. Eccleſia de Areſia-longa,
& cum S. Chriſtophoro, qui vocitatut de Alo-
bre, cum omnibus ſuis bonis, & cum ſuo ſta-
rio integro, & cum ſuas combonas integras,
quæ ſunt inter ambas ipſas Eccleſias, & intus
in Paſſales in toto circuitu de ipſas Eccleſias,
ſicut intrant in mare, & ſunt ipſæ Eccleſię cau-
tatę in toto gyro per petras erectas & ſcriptas:
& Eccleſiam Sancti Vincentii de Ogrove cum
totis ſuis directuris & familia, & eſt ipſa Eccleſia
cautata per petras erectas: & in concurrentia ip-
ſius Eccleſiæ villa de Antas, cautata per pe-
tras erectas & ſcriptas: & Eccleſiam S. Mariæ
de Fratribus, cautata cum omnibus ſuis dire-
cturis, & adjunctionibus, & hæreditatibus: in-
ſulam de Aroucia integra cautata per petras
erectas, & cum ſua Eccleſia, & cum ſuas ſal-
mas: & Inſulam de Cortegata integra, cautata
cum ſua Eccleſia: villa de Gañon integra cau-
tata per circuitum per petras erectas: & alias
Eccleſias, & hæreditates, & villas, & homines
quocumque modo habetis, & habere potueri-
tis; cuncta (ut ſuprà retulimus) bona volunta-
te, & communi conſenſu Epiſcopi domini Siſ-
nandi confirmamus vobis domino Abbati Gu-
to, religioſo viro, & ſucceſſoribus veſtris, &
monachis ad Dei ſervitium faciendum, & Re-
gulam Beati Benedicti conſervandam. Nemi-
nem tamen ordinamus, qui vobis ibidem ali-
quam diſturbationem faciat. Similiter da-
mus vobis ipſam noſtram cortem de villa Pa-
treno cautatam, cum ſuis domibus, & ædificiis,
cum ſua cortina, quomodo concludit per ipſum
flumen Saris, liberam & abſolutam ab omni no-
ſtro fiſco. Similiter damus vobis duas partes
de ipſo fluvio de aqua-levata, cum ſuis fonti-
bus; & cum ſuo aquæductu uſque ad præfa-
tum monaſterium S. Martini de Pignario, me-
dietatem ad clauſtrum veſtri monaſterii, & me-
dietatem ad rigandum veſtros hortos. Et totum
iſtud beneficium offerimus Deo & Sanctæ Ma-
rię Virgini, & Beato Martino Confeſſori, & pro
animabus noſtris, & parentum noſtrorum Re-
gum Hiſpaniæ: & hoc quod vobis eſt ad tem-
porale ſubſidium, ſit nobis ad præmium ſem-
piternum ante Deum in ſęcula ſæculorum. Et
quicumque de cætero (quod fieri non credi-
mus) ſive de Regibus, ſive de Epiſcopis, ſive
alicujus generis hominibus, quiſquam fuerit,
qui Regulam Sancti Benedicti Abbatis inde au-
ferre prę ſumpſerit, aut ſibi ſubjugari voluerit,
aut acquiſita, vel acquirenda, inde abſtrahere
auſus fuerit, aut invadere tentaverit, & quod
nos damus & concedimus, inde auferre præ-
ſumpſerit, aut in contempſa miſerit; quiſque il-
le fuerit, ſit maledictus, & excommunicatus, &
cum Datan & Abiron, & cum Juda traditore
Domini, in inferno participationem habeat,
& in hoc mundo lumine oculorum careat, &
inſuper quingentas auri libras Regio fiſco
perſolvat, & quod commiſerit, in duplo compo-
nat. Et hoc noſtrum factum ſemper maneat fir-
mum, ſalva ſemper permanente noſtra reveren-
tia & dignitate. Noto die quinta Kalend. Julii,
currente Era DCCCCL. Ego Ordonius Rex
cum conjuge mea Regina domina Gelvira,
hanc donationẽ à nobis factã confirmamus. Ego
domina Gelvira Regina hanc donationẽ confir-
mo. Sub Chriſti nomine Siſnãdus Dei gratiâ Epi-
ſcopus confirmat. Nauſti Dei gratiâ Epiſcopus
confirmat. Sub Chriſti nomine Ovecco Ovetẽſis
Sedis Epiſcopus confirmat. Sub Chriſti nomine
Fortis Aſturicenſis Sedis Epiſcopus confirmat.
Sub Chriſti nomine Sabaritus Dumienſis Sedis
Epiſcopus cõfirmat. Sub Chriſti nomine Recca-
redus Lucenſis Sedis Epiſcopus confirmat. Sub
Chriſti nomine Brandericus Tudenſis Sedis
Epiſcopus confirmat. Sum nomine Chriſti Er-
mogius Portugalenſis Sedis Epiſcopus con-
firmat. Didacus Columbrienſis Sedis Epiſco-
pus confirmat. Sub Chriſti nomine Gundeſin-
dus presbyter confirmat. Fredamundus pre-
sbyter teſtis. Faſila Odorici teſtis. Martinus Fur-
tenis teſtis. Saracinus Nuñez teſtis. Mur-
mius Froila teſtis. *Hic abſolvitur primus ordo confirmantium, & teſtium privilegii. Secundus ordo incipit:* Froila Rex confirmat. Ranimi-
rus Ordonii prolix confirmat. Garſia Ordonii
prolix confirmat. Gimara presbyter confirmat.
Mumius decanus confirmat. Veremmus dens
conf. Gundiſalvus Abbas conf. Creſconius pre-
sbyter confir. Alvitus dens confirmat. Viſtrila
dens confir. Vlſclamundus presbyter confir.
Sentarios presbyter confirm. Gundiſalvus pre-

ſbyter confirmat. *Tertius ordo confirmantium & teſtium.* Didacus presbyter confirm. Theodomirus presbyter confirm. Alarico presbyter confirm. Balſmiro presbyter confirm. Guodiſalvus presbyter confirm. Moodinus Abbas confirm. *Quartus ordo.* Saldinos teſtis. Albedon teſtis. Tedon dens teſtis. Segeredus Abbas teſtis confirmat. Salamirua Salamiro presbyter confirmat. Gudeſteo Fernandici coofirmat. *Quintus ordo.* Grebns teſtis. Adephonſus. Gundiſalvus confirmat. Oduario Gontemirici confirmat. Adaulphos dens teſtis. Gundeſindua Lupelici dens confir. Matratious teſtis. Didacus Fradulſici coofirm. Sarracinus Nuoici confir. Sandinus Abbas coofir. Sagatus presbyter confir. Gradila Abbas confir. *Sextus ordo.* Garlia diaconus confirm. Goiſiuſus deus confir. Viſtrarius dens coofirm. Edoromus presbyter confirmat. Eduarius Guttierici confirmat. Creſcooius dens coofir. Muninua Didaci dens confirm. Ramirus dens confirmat. Didacus Alvitiz confirmat. Guntenus presbyter confirmat. Fredenanos Guntadi confirmat. *Sub finem omnium adſunt ſequentia.* Ego Fulgencius presbyter, & notarius domini Regis Ordonii, jubente domino Rege Ordonio, per coonſenſum Epiſcopi domini Siſnandi, qui hæc omnia vidi, libenter ſcripſi, & confirmo.

TESTAMENTUM S. GENNADII

EPISCOPI ASTURICENSIS,

Valdè notandum. Anno Chriſti DCCCCXV.

Ex Ambroſio Morale tom. I. pag. 15. & Tepio in appendice tomi IV. pag. 447.

SAnctiſſimis, glorioſiſſimis dominis triumphatoribus, poſt Deum mihi fortiſſimis patronis, cœlorum claviculario, in arce Apoſtolatûs conſtituto, electiſſimo Petro, æquali vocatione Andreæ almifico, Iberiæ terminis Jacobo clariſſimo, atque hero Thomæ, aſſeclis Chriſti, & ejus martyribus à conſtitotiooe mundi Deo notis Apoſtolis.

Cliena ſervus veſter Gennadius, paoper meritis, abundans ſceleribus, indignus Epiſcopus, certiſſimè credo, firmiſſimè teneo, & indubitaoter ſcio, quòd vos, ô piiſſimi & ſtrenni patroni, ad uoam Domini vocantis vocem, ſtatim omnia qnæ mundi ſunt, mundo reliquiſtis, indefeſsè adhærentes veſtigiis Salvatoris, ut oeque puncto quidem ſecederetis ab illo, etiam neque ad ſunus patris * ſeptimæ divinæ ſapientiæ haurientes prædicatores egregii effecti, ooiverſum muodum lumine veritatis illuſtrâſtis: & quod ore docuiſtis, opere compleviſtis, & per effuſionem ſacratiſſimi cruoris veſtri roborâſtis. Quid igitur ego miſerrimus agam? Quòd immeritus in hac vocatione addictus, neque opere, neque prædicatione ſum idoneus? Illam comminantis Prophetæ, immo Domini vocem expaveſco dicentis: Peccatori dixit Deus: quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis Teſtamentum meum per os toum? to verò odiſti diſciplinam. Nam vas electionis, præceptor gentium mirificus, qui ſupra cœlorum viſibilia raptua ſydera, verbo Domini paſtua ac refertus, metuens noſtrî detrimentum, de ſe ipſo dicebat: Ne fortè aliis prędicaos, ipſe reprobos efficiar; conſcientiæ meæ teſtimonio perterritos, & piaculorum pondere gravatus, patrocinium veſtrum exopto humiliſſimos, umbraculum culminis veſtri exſpecto, obnixus deſeodi ac tueri interventu veſtio, Fide intrepidus, nihil hæſitans, nihil dubitans, ut qoicquid petieritis à Patre cœleſti, fiet vobis: & ideo dum paſtor paſtorum apparuerit, dum in gloria majeſtatis advenerit, dum in conſpectu ejus ignis præceſſerit, cùm in throno claritatis ſimul & formidinis ad judicium ſederit; & vos, & omnes Sancti com eo ſeſſuri ſupra thronos judicantes, qnæſo ut ad optimum Regem pro me interpelletis, ut ſuperemineat miſericordia judicium, & transferat à ſiniſtrorum, hœdorum gregibus, ſim dexter agnus vellere indotus, & qui ſeſſionis nou mereor cathedram, aſtare conſpectibus divinitatis abſque pavore meritis veſtris valeam. Cumque adhuc ſub parte Apoſtoli, & Abbate meo Arandiſſelo, in Ageo monaſterio degerem, vitam eremitarum delectatus, cum duodenis fratribus, & benedictione ſnpradicti, ſcilicet ad Sanctnm Petrum, ad ſanctnm eremnm perrexi, qui locus poſitus à B. Fructnoſo & inſtitutns: poſt quem S. Valerius eum obrinuit. Quantæ autem vitæ ſanctitates ſuerint, & quanta virtutum gratia, & miraculornm emolumenta enituerint; hiſtoriæ, & vitarum eorum ſcripta declarant: nam ſupraſactum loculum in vetuſtatem redoctom, penè oblivioni deditum, vepribos, ſeu denſiſſimis ſylvis opertum, & qoi magnis arboribus ex immenſitate annornm adumbratum, auxiliante Domino cum fratribus reſtauravi: ædificia inſtruxi, vineas & pomares plantavi, terras de Scalido ejeci, horta, & omnia quæ ad uſum monaſterii pertinent, impoſui. Sed æmulus virtutum vitam noſtram invidens, qoaſi pro ædificatiooe mnltornm mentes plurimorum excitans, ad Pontificatum Aſtoricę, ad ſuburbia adtractus ſum, in quæ multis annis involens, & magis io principium perdorans, quàm ſponta-

* Fortè ſempiternæ.

tanea mente: ſed neque plenè corporis ibidem commoravi. Omnem ſolicitudinem, omnemque induſtriam erga ſupradictum eremum exercens, Eccleſiam S. Petri, quam dudum reſtauraveram, miris reædificaminibus revolvens ampliavi, & in melius, utpotui, erexi. Deinde autem iu montibus illis aulam nomiue S. Andreæ conſtruxi, aliudque monaſterium ad ordinem monaſticum, intervallum diſtendens, in memoriam S. Jacobi tertium conſtruxi, quod vocatur Peuualba: inter utrumque verò locum eſt qui dicitur ad ſileutium. Iu honorem S. Thomæ quartum oratorium fabricavi, & unaquæque Eccleſiarum donaria, munuſcula, vel libros, unicuique nunc offero ſegregatim: & in nunc habeant per hoc teſtamentum diſponere opto, & Prꝍſulum, ſeu Principum prꝍceptione adfirmare deceruo, atque ſecus infinitis diu valitura perſiſtere & permanere jubeo. Imprimis monaſterium S. Petri, omnia quæ in circuitu ejus ſunt, pomares, & terras, cunctaque per terminos ſuos.

Item in Oza villa quæ dicitur S. Maria de Valle de Scalius, cum tota ſua hæreditate, ſeu etiam alia Eccleſia SS. Juſti & Paſtoris, terras, vineas, pomares, horta, molina, ex integro validitatibus præſtitis, & adjacentes per terminos ſuos ab integritate ſint propria monaſterii S. Petri, & nihil communionis ibidem habeant. Sed prꝍ cꝍteræ Eccleſiæ, quæ in ſupradicto eremo conſtructæ ſunt, niſi fortè unamitans gratia, aliquid pro miſericordia conceſſum fuerit. In theſauro denique memoratæ Eccleſiæ S. Petri offero calicem cum patena, inſuper Euangeliarium, & coronas argenteas, ſignum crucero, & lucernam ex ære, libros Eccleſiaſticos, ideſt pſalterium, comicum, antiphonarium, manuale orationum, ordinum, paſſionum, & horarum. Eccleſiæ verò Sancti Andreæ omnes terras quaſcumque habet per terminos ſuos, & pomares, vel quicquid ab hodierna die ibidem fratres augmentare maluerint. Similiter libros Eccleſiaſticos, ideſt pſalterium, antiphonarium, orationarium, comicum, manuale ordinum, paſſionum: vaſa autem altaris, calicem argenteum cum patena, & coronam, ſignum crucem, & lucernam æream. Eidem monaſterio Eccleſiæ S. Jacobi terras, pomares, quas per circuitum ejus & terminos habet: libros pſalterium, comicum, antiphonarium, orationum manuale, ordinum, paſſionum: in theſauro Eccleſiꝍ, calicem, coronam, & inſuper Euangeliare argenteum, lucernam, & ſignum æreum. Item Eccleſiꝍ S. Thomꝍ terras & pomares per terminos ſuos: libros pſalterium: in theſauro, Eccleſiꝍ calicem, coronam, lucernam, & ſignum æreum. Hæc omnia ſuprà comprehenſa, unaquꝍque locum ſiugillatim & ſeparatim proprium vindicet ſuum, neque unum cum altero communionem habeat; ſed unaquæque Eccleſia ſibi vindicet quod ſegregatim offero. Reſtat autem, quia non in ſolo pane vivit homo, ſed omni verbo quod procedit de ore Dei: ut cꝍteros libros, tam divinos, ideſt bibliothecam totam, moralia Job, Pentateuchum, cum hiſtoria Ruth liber unus: ſive etiam & ſpecialiter doctorū; ideſt Vitas Patrum, item moralium Ezechielum, Proſperum, genera officiorum, etymologiarum, cata Joaunis libros Trinitatis, liber Apryngii, epiſtolꝍ Hieronymi. Item etymologiarum, gloſſematum, liber cominis, liber regularium virorum illuſtrium. Hos omnes libros jubeo ut omnibus fratribus in iſtis locis communes ſint, neque quiſquam eorum pro dominatione ſibi vindicet: ſed ſicut dixi, per partes, & iu commune poſſidentes videant lege Dei, & ad ſupraſcriptas Eccleſias percurrant, verbi gratiâ, ut quantoſcumque fuerint, & eis in S. Petro, alios tantos in Sancto Andrea, & alios tantos ſimiliter in S. Jacobo, & multo eos diſponentes, iſtos quos qui legerint in uno mouaſterio commutent eos cum alio, ita per ſingula loca diſcurrentes, ut totos eos communiter habeant, & totos per ordineoi legant: ea dumtaxat ratione ſervata, ut nulli liceat ex his in alio loco transferre, donare, vendere, aut commutare; ſed tantùm in his locis permaneant, & in hac eremo fundata ſint: ſeu etiam ſi adhuc alia conſtructa fuerint, habeant participationem iu his ſpecialibus libris. Si quis autem frater aut Abbas de his locis egreſſus alium monaſterium in alio loco ædificare voluerit; non habeat licentiam aſportare, neque ejicere ex omuibus quæ in hoc teſtamento reſonant, neque transferre de proprio loco, ubi nunc illud confero; ſed tantùm iu his locis quꝍ fuerint de termino Sancti Petri, uſque ad Pennalbam, ſemper ea ibi conſiſtere decerno, inſtituo, & jubeo. Si quis præruptor princeps, vel judex, Pontifex, Abbas, presbyter, monachus, clericus, ſeu laïcus, hoc votum meum infringere aut immutare voluerit, aut ſecus quàm hꝍc ſcriptura continet, agere diſpoſuerit; imprimis orbatus hac careat luce, ulcere peſſimo divinitus ultus à planta pedis uſque ad verticem capitis, rivos vulnerum percurrentes madefactus, ſcaturiens vermibus, terror & horros fiat omnibus riſibus, & in futuro cum impiis & ſceleratis obrutus tradatur flammis ultricibus: inſuper ſæcularia damna multatus, coactus à judice, conferat ipſi Eccleſiꝍ quautum auferre conaverat, per undecuplum: & hoc teſtamentum firmiſſimum vigorem retineat in perpetuum. Factum & confirmatum teſtamentum Erâ CMLIII. Sub Chriſti gratia Gennadius Epiſcopus in hoc teſtamentum, quod fieri volui, manu mea roboravi. Ordonius ſereniſſimus Princeps confirmat. Geloïra Regina confirmat. Ermigius Dei gratiâ Epiſcopus. Didacus Dei gratiâ Epiſcopus confirmat. Segeredus confirmat. Dulcidius confirmat. Sarraciuus qui notarius.

ERA CMLXII.

DE OFFICIO HISPANÆ ECCLESIÆ,

Romæ laudato & confirmato.

Ex MS. Eccleſiæ Toletanæ.

1. REgnante Carolo Francorum Rege, ac Patricio Romę, & Ordonio Rege in Legione civitate, Joannes Papa Romanam & Apoſtolicam ſedem tenebat. Siſenandus veròИлienſi ſedi retinenti corpus B. Jacobi Apoſtoli præſidebat, quo tempore Zanellus presbyter reverentiſſimus & prudentiſſimus à præfato Papa Joanne ad Hiſpanias eſt miſſus, ut ſtatum Eccleſiæ religionis eiuſdem regionis perquireret, & quo ritu miniſteria Miſſarum celebrarent diligenter perquireret, & comperta fideliter Apoſtolicæ ſadi referret. Quod injunctum ſibi officium præfatus Zanellus presbyter ſolerter complevit, & Hiſpanias veniens, omnem ordinem Eccleſiaſtici officii & regulam conſecrationis corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti perſpicaciter perſcrutatus, requiſivit. Canones & omnes libros ſacramentorum perlegit. Quæ cuncta catholica Fide munita inveniens, exultavit, & domino Papæ Joanni, & omni conventui Romanę Eccleſię, ut invenerat, retulit. Officium Hiſpanæ Eccleſiæ laudaverunt & roboraverunt. Et hoc ſolùm placuit addere, ut more Apoſtolicæ Eccleſiæ celebrarent ſecreta Miſſæ.

2. Ergo hac auctoritate manſit ratum & laudabile officium Hiſpanæ Eccleſię uſque ad tempus domini Alexandri ſecundi Papæ. Quo Alexandro Papa ſedem Apoſtolicam Erâ * TLXIII. obtinente, & domino Ferdinando Rege Hiſpanię regione imperante, quidam Cardinalis, Hugo Candidus vocatus, à præfato Papa Alexandro miſſus Hiſpaniam venit: officium Eccleſiæ ejus à ſuprà nominato Joanne Papa laudatum vel roboratum evertere voluit. Sed Apoſtolica auctoritate munitum & confirmatum inveniens, intactum, ut invenit, reliquit.

3. Cui Cardinali ſuccedentes quidam Cardinales alii, hoc idem facere laboraverunt; ſed nullo modo facere potuerunt. Pro qua re Hiſpaniarum Epiſcopi vehementer irati, conſilio inito, tres Epiſcopos Romam miſerunt: ſcilicet Munionem Calagurritanum, & Eximinum Aucenſem, & Fortunium Alavenſem. Hi ergo cum libris officiorum Hiſpaniarum Eccleſiarum ſe domino Papæ Alexandro in Generali Concilio præſentaverunt: obtulerunt, ideſt, librum ordinum, & librum Miſſarum, & librum orationum, & librum antiphonarum. Quos libros dominus Papa, & omne Concilium ſuſcipiens, diligenter perſcrutantes, & ſagaci ſtudio perquirentes, bene Catholicos, & omni hæretica pravitate mundos invenerunt: & ne quis amplius officium Hiſpanæ Eccleſiæ inquietare, vel damnare, vel mutare præſumeret, Apoſtolica auctoritate prohibuerunt, & etiam interdixerunt: & data benedictione ſuper præfatos Epiſcopos, cum lætitia ad propria redierunt.

4. Ex libris quos portaverunt ad Romam, unus fuit Ordinum majoris, Albaildenſis cœnobii, ubi continentur baptiſmus & ſepultura: tenuit Papa Alexandrus, & fuit bene laudatum: alium librum orationum de monaſterio Irazæ: & tenuit Abbas S. Benedicti, & fuit bene laudatum: & librum miſſale fuit de S. Gemma, & librum antiphonarum de Iraze ita diviſerunt, decem & novem diebus tenuerunt, & cuncti laudaverunt.

* Hoc loco Era ſumitur pro communi epocha Chriſtiana. Litera verò T. in hac ſcriptura, & aliis, milleſimum numerum denotat, eaque idem ac M. Porrò Alexander II. rexit Eccleſiam ab anno MLXI ad MLXXIII.

PRI-

PRIVILEGIUM
FERDINANDI GONZALEZ

Comitis Caſtellæ, in gratiam monaſterii Sancti Sebaſtiani de Silos (nunc Sancti Dominici appellati) Ordinis Sancti Benedicti. Anno CMXIX.

Ex Tepio in appendice tomi IV. pag. 457.

IN nomine ſanctæ & individoæ Trinitatis. Domiois ſanctis, invictiſſimis, ac triumphatoribus martyribus glorioſis, atque venerandis, nobiſque poſt Dominum fortiſſimis patronis, Sanctorum Sebaſtiani, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Paulli, & S. Æmiliani fideliſſimi teſtis Chriſti, quorum reliqoiæ conditę reqoieſcunt, & in quorum honore Baſilica fundata eſt in ſuburbio quæ vocitant Tablatiello, ſuper crepidinem flumiols, quem dicunt Ura: nobiſque indignis Fredenando Gundiſalviz, & uxor mea Sancia. Licèt primordia bonorum operum, quæ inſpirante Domioo in mente gignuntur, juſtitiæ operibus depotentur; tamen ea quæ majori cumnlo & potiori creſcunt, ampliori remnneratione exſpectâtur in pręmio. Dignè igitur eam ſuæ ſpei vota in domo cœlica manſionum multarom collocat, qui domum ſanctæ Eccleſiæ reſtaurat, vel in melius conſtruere provocat.

Nos igitur Fredenando & Sancia, piaculorum noſtrornm oneris pro gravatione cnpientes expiare flagitia, & peccatorum noſtrorom mole, propterea orationes veſtras deſiderantes adjutorinm ſoblavare; inde parva pro magnis offerimns monuſcnla, nulliuſque idem in hoc ſæculo homioum vos indicere cenſnm ſcimus, quia jam pro ſatisfactione Dominus noſter in ſno vos regno proprio ditatos mnnere comulavit.

Ideo pro luminaria Eccleſiæ veſtræ, atque ſtipendia earom, vel pauperum, aut qoi in altaria beatitndinis veſtræ, & reliquias jam nominati deſervire quotidianis diebus videntur, monachorum omniom ibidem degentium, cunctorumque obedientium, id offerimos ſacroſaocto altari veſtro ad integro, ſicut à nobis dignoſcitur nunc uſque fuiſſe poſſeſſum.

Imprimis fundamentum ipſios, locnm in quo hæc eadem Eccleſia ſita eſt, vel monaſterio fundatus cum omnibus adjacentiis vel præſtationibus ſois, domibus, atriis, hortis, molinis, pratis, paludibos, com ſuis antiqois productilibus aqois, quorum termini hæc ſunt: de parte Oriaotis Peña-rubia, & poço antiqoo ſemper manante, & foſca anguſta, unde venit aqua de Carazo, ex alia parte Peña-ſocabata, & exiet ad foce de Peña-coba. De parte Occidentis, ubi ſtat crux in peña ante altare Sancti Jacobi, & diſcurrit deinde via ad Sancta Maria, & exiet uſque ad ſūmo monte, & de tertia parte via quæ diſcurrit de ipſa crux jam dicta, & vadit pro medio campo ioter ambas villas de Silos, & altare Sancti Juſti, & exiet uſqne ad ſummo monte.

Iſtos termioos jam dictos, cum ſuis productilibus aqois, vel ligoa, ſeu pomiferis, donavimus, ut cùm ampliora ædificetis, omnia determinata, quę continentur à parte Eccleſiæ veſtrę, cnncta ad integro deliminata, jure perenni veſtræ Eccleſiæ concedimus vel confirmamus.

Igitur hęc optimè munere cenſemus votum Eccleſię, qoam & omne noſtrum, quæ ibidem tribuimus, conceſſione ad regulam S. Sebaſtiani, & S. Petri Apoſtoli, & S. Æmiliani presbyteri, facimus donatiooem, & hunc eundem Placenti Abbati, cum fratribus ſuis, concedimus regere, tenere, & monaſticam vitam, & ſecundum docet S. Benedicti Regula, ibidem exercere. Nulluſque in aliquo eum ſalubriter inquietare decernimus: ſed quietè & ſecurè perenniter manere pręcepimos, & viris quæ eis miniſtraverint, ædificare, plantare, procurare non deſinant, & in ſuis ſtipendiis ac utilitatibos, prout opos eis fuerit, vendere, expendere, licentiam non denegamns eis habere.

Tamen monemus, ut tam iſte ſupranominatus Abbas Placenti, ſeu fratres qui poſt eum in ejos loco ſucceſſerint, votnm hoc noſtrum qoemlibet tepida conſideratione audeat diſſolvere. Optamus etiam eos qui poſt obitum noſtrum fecerint de noſtris oblationibus, quibus Deo placere ſtuduimus, nihil mutare, nihil minuere præſumant. Quòd ſi quis (quod abſit) ad diſrumpendum veoerit iſtos terminos; purget ad parte Comite quinque libræ aureæ in cauto. Factom & confirmatom ..oc teſtamentnm ſcriptionis vel confirmationis notum die Erâ CMLVII. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto,

ſto in cœlis, & Princeps terrę hujus Rex Ordonio in Legione, Comite verò Gundiſalvo in Caſtella. Ego Fredinando Gundiſalvez, & uxor mea Sancia, quod fecimus roboravimus, & ſignum crucis fecimus ✝✝. Munio Didaz manu mea roboravi & ✝ feci. Sarracina Sciſnoniz confirmavi, & manu mea feci ✝✝. Garcia Bencimaloce confirmavi, & manu mea ✝ feci. Frande Arguiſo, confirmans manu mea ✝ feci. Garcia Alvarez confirmavi, manu mea ✝ feci. Didaco Simplicio hìc teſtis. Alphonſo hìc teſtis. Munnie Albarez hìc teſtis. Veilla Revellez hìc teſtis. Tello Marillez hìc teſtis. Joannes titulavit.

PRIVILEGIUM VOTORUM FERDINANDI GONZALEZ,

Supremi Caſtellæ Principis, in gratiam S. Æmiliani, ejuſque antiquiſſimi monaſterii, ob miraculoſam victoriam Hiſpanorum de Sarracenis habitam. Anno Chriſti CMXXXIV.

Sub nomine patris, necnon & ejus prolis, pariterque S. Flaminis, in unius potentia deitatis, incipit charta devotionis, quam ego Comes Ferdinando Gundiſalviz, univerſæ Caſtellæ principatum tenens, unanimiter cum Principibus primariis omnis meæ dominationis, nobilibus & ignobilibus, ad memoriam noſtræ poſteritatis tradere curavi, ac perpetua ſtabilitione cum eiſdem mihi ſubjectis ſubſcriptum agens privilegium confirmavi. Nam in iſtis ferè temporibus talia in terra apparuerunt ſigna, quòd furor Domini venturus credebatur eſſe in ea.

In Era nongenteſima ſeptuageſima ſecunda, XIV. Kal. Auguſti, ſolis die VI. feria amittens lucendi virtutem obſcuratum conſtitit ab hora ſecunda in tertiam IV. fer. Idus Octobris. Colorem ejuſdem ſolis multi cognoverunt effectum pallidum. Signa magna facta ſunt in cœlo vento Africo: porta flammea aperta eſt in cœlo, & ibant ſtellæ, & commovebant ſe huc atque illuc maximè, plus diſcurrebant contra vento Africo: & miratæ ſunt gentes de his ſignis noctis mediæ uſque mane, & fumicus vapor magnam terræ partem combuſſit. Qui cùm talia perterriti cerneremus; ad Dominum miſericordiam petendam cum tali devotione properavimus. Cùm favente Deo noſtro ſublimitas totius Caſtellæ, vel aliquorum in ejus circuitu finium, obtineret conſulatum, fortè noſtrę Chriſtianitatis obſiſtentibus culpis, contigit bellicam virtutem paulatim imminui noſtrorum, atque vigorem audacitatis, parumque viribus augeri barbarum. Unde factum eſt, ut tempore Abderrahaman Regis Sarracenorum, barbarorum gens innumera congregans exercitum, in ſuorum confidens numeroſitate militum, vel peditum, Chriſtianorum fines, cunctis paratis armorum machinis, inceſſiſſet ad depopulandum; hujus primum devaſtationis impetum ad Legionenſe novimus pertingere regnum. Quo cognito, principe Ranimiro, qui tunc temporis illius regni ſceptrum tenebat, quamvis robuſtum in hoſtem animum habere conſuevetat; formidans tamen tantæ multitudinis copiam, auxilium noſtrum, & Alavenſium virorum adverſum Gentiles hoſtes in prœlium convocavit: atqueut benignus Dominus ſuis fidelibus tanto periculo poſitis, ob patrocinia Sanctorum ad conterendum hoſtem Chriſti credulitati adverſantem, cœlitus juvantem inferret; regiones & provincias totius ſui regni ſecundum qualitatem & abundantiam rerum, & fertilitatem poſſeſſionum, ex eis ſtudioſè diſpoſuit, atque devotionem censûs, venerandæ Baſilicæ B. Jacobi Apoſtoli, quem caput totius Hiſpaniæ noverat, ut patriam à Domino Chriſto ſibi commiſſam, tunc & ſemper ſua protectione tueretur, ſpopondit. Eodem modo, cùm tam dignum devotum divulgata relatio noſtris auribus innoteſceret; viſum fuit nobis & univerſitati noſtrorum militum, & ruſticorum, fore cœnobium S. Æmiliani ſimili oblatione venerari debere, cujus reverentiſſimum corpus, apud confinium noſtrorum divina diſpoſitione tumulatum noveramus eſſe: cujuſque meritis & ſuffragiis apud Deum hoſtium propulſionem, civium tuitionem, frugum ubertatem, patriæ defenſionem, noxarum propitiationem, procul dubio nobis non diffidebamus adeſſe. Quapropter quantitatem univerſæ noſtræ dominationis, ſicut ſuppoſita fecerint diviſio, aſſenſu præbente Legionenſe Rege, incipientes à fluvio Carrionenſe, ſecundum modum facultatis uniuſcujuſque territorii curioſè ordinavimus, ac devotionis donationem ab ea cœnobii præfati patroni, ſub privilegii notatione perenniter ſolvere cenſuimos: pluresque undique ad fines, quamvis non hoſtium formidine ſicuti nos terrerentur, tamen ore protectionem ſui, & ſuorum operum, ut hoc idem ſua ſponte facerent, tanta exempli divulgatione

ne

Digitized by Google

ne monuimus. Igitur taliter facta Deo & Sanctis ejus devotiooe, ipſe priùs Legionenſis Princeps cum ſuis, hoſtes aggreſſus eſt io certatione, ante quorum conſpectum cœleſtes duos equites, candidis ſedentes equis divina diſpoſitione armatis, viſi ſunt priores bellum committentes. Quos fidelibus Domini bellatoribus audacter ſequentibus, plorima de innumeris parte angelico gladio, ploraque humano prœlio corruit: reliqua verò Domini potentiæ reſiſtere non valens, iu velocitate equorum fugam contra fines ſuos arripuit: qui reſidui, qui io primo bello non adſuimus, in ipſis extremis jam noſtros fines egredieoti occorrimos: ploribuſque de illis adverſis gladiis cæſis, librom ſuæ perditionis, ac Pontificem, capot ſui erroris, cum omnibus tentoriis ſuis cœpimos: ſicque de ingenti hoſte divioo auxilio triumphaotes, ac cum victoria qoique ad ſua revertentes, devotionem dudum pollicitam, ſic ſubſequens denotat ordo. Perpetualiter ordiuavimus: Fromeſta, A via, Ferrera, iſtæ predictæ, cum omnibos ſuis villis ad ſuas alfozes pertiuentibus, carneros, domus octo faciont ſe ad uuum. Maja Oppia, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertiuentibus, ſajales per omnes domos ſiugulos cobitus. Valle de Vieeſo cum omoibus ſuis villis, ex utraque parta aquæ, per omnes domos ſingulos cubitos de lienzos. Ovvirnia, Rivu da Ulbere, villa Didaco, cum tota Trivinio, Caſtro, iſtæ prædictæ, cum omnibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibos, carneros, domus octo faclunt ſe ad unum. Ambobus Fitueros, Fænojoſa, villa Godrero, villa de Laco, iſtæ prædictę ſajales per omnes domos ſingolos cubitos. Melgare, Stotiello, cum ſuis villis ad ſuas alfozea pertinentibus, per omnes domus ſingulos pozales de vino. Saucta Maria de Pelago, ſajales per omoes domos ſingulos cubitos. Valle de Salze, cum Valle de Olmiellos, & ſuis villis, Riuoſo cum ſuis villis, & villa Flain, Biſtia, Quintana, Totiemada cum ſuis villis. Quiotaniella de Morgate, de illa Freita de Tariego ad ſurſum. Palantia, Moutſon, Baltanas, cum ſuis villis, iſtæ prædictæ cum omnibus ſuis villis ad ſuos alfozes pertinentibus, per omnes domus ſingolos arienzos cera. Valbuena, Palentia de Comite, Seuteros da rivo de Arlanza, Agoſin, Monio, iſtæ prædictæ cum omnibus ſais villis ad ſoas alfozes pertinentibus, carneros, domos octo faciuut ſe ad unum. Burgis, cum ſuia villis ad ſuam alfozem pertinentibus, per omnes domus ſiugulos arienzos. Benevivere, rivo de Ulbera, cum ſuis villis ad ſuam alfozem pertinentibus, per omnes domus, carneros, domus octo faciuut ſe ad onum. Caſtroverde de Caſtriello de Ovecodiez, cum toto rivo de Aguſeva, uſque villa Tereſa, omnes villas ex utraqoe parte aquæ per omnes domos ſingulos arienzos cera. Lerma, S. Petri, Para, Tabladiello, in duodecim ceriolos. Clunia, Caſtriello de Aranda, Gomiel de Mercato, Roda cum ſuis villis, & Rubiales, iſtæ prædictæ cum omoibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per omnes domus ſingulos arienzos. Inza juga boum. Langa, Sacramenia, Avila, Sacobia, Bultrago, Petraza, Septempublica, Agellon, S. Stephani, Gormaze, Oxima, Uzero, Fuente, Almaſcicum, Boclgas: iſtæ prædictæ, cum omnibus ſuis villis ad ſoas alfozes pertinentibus, per omnes domus ſingulos arienzos. Meciella, Argamea, Fuenteoria, Quintanare, Biveſtre, Canecoſa, Cobalieta, Durolo, Villagudomeri, Neila, Orta cum ſuis villis: & villas quæ Silveſtria in illo confinio videutur poſitæ, Canales, Ventoſa, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinantibus, per omnes domus ſingolos caſeos. Monte-Rubeo, Villa-nova, Barbatiello, Rivo-cabato, Arlanzone, cum ſuis villis ad ſuam alfozem pertinentibus, iſtæ prædictæ per omnes domus domui duę una rexa de ferro. Salas, Fezinas, Cabezon, Monte-calbiello, Vea, Atapuerca; iſtæ prædictæ cum omnibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per omoes domus ſingulos arienzos. Valle de Fojos, Moneſterio, Oca, Birvieſca, Poza, Valle de Patrones, Borveva, iſtæ prædictæ, cum omnibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertluentibos, per omues domus ſingulos arienzos. Cerezo cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per omnes domus ſingulos arienzos. Valle de S. Vioceoti, cum Petroſo, Gratione, cum ſois villis. Valle de Ogga, Caſtro, de vertice montis uſque ad Iberum flumen, omnes villæ ex utraque parte aquæ, per omnes domus io ſingulos arienzos cera. Spinoſa, Caſtro, Sequenza, Bocos, Magauicos, Tetega, Valle de Rama, Petra-lata, Cadegas, Valle de Samances, Setano, Siero, Rivo de Vallerone, Repa, iſtæ prædictæ, cum omuibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertiuentibus, per omnes domus ſingulos arienzos. Bricia, cum ſuis villis ad ſuam alfozem pertioentibus, per omnes domus domui duæ uua rexa de ferro. Tota Campo, Tota-ripa, Iber, Paredes, Rubeas, Orcejou, Sancta Agatea, iſtæ prædictæ, cum omnibus ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentinentibus, per omnes domos ſingulos arienzos. Sova, Affon, Rueſga, Mienzo, iſtæ prædictæ per omnes domos ſingulas libras de cera. Colindes, Lareto; ſingulos utres olei. Aras, cum ſuis villis, ad ſuam alfozẽ pertinentibus, per omnes domus ſingulas libras de cera. Pelagos per omnes domus ſingulos piſces. Lombreras, ideſt Garraozo, omnes villas per omnes domus ſingulas libras de plumbo. Villa de Gonna, Valle de Velria, Valle de Toranzo, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibos, per omues domus ſingulas libras de cera. Ogorienzo, Samano, Campigo, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per omnes domus ſingulos piſces. Salceto, Sopuerta, Carranza, Bardeles, Tabiſon, Ayala, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertineotibus, per omnes domus ſiugulas libras de cera. Ordunia, omnes villas. Mena, cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per omoes domus ſingolos arieuzos, aut ſingolos cubitus de lienzos. Et qoouiam non æqualiter cunctis manet facultas pecuniæ; jubemus, habentes jogum

Digitized by Google

boûm unum argenteum: habentem autem nullum quantum in hac devotione reddere, ne ditiores parum videantur agere in offertione, ne paupères cansêtur opprimi in ſpontanea donatione, ſed cuncti mediocriter exigantur in ſui poſſeſſionum qualitate. Loſa, omnes villas per omnes domus ſingulas heminas de tritico, & ſingulas de hordeo: ſin eutē, ſingulas egnas. Rivo de Flumenziellos, de vertice aquæ uſque Iberum, omnes villæ, ex utraque parte aquæ. Sancti Saturnini cum ſuis villis, & illis villis quæ ſunt apud Iberum ad alſozem pertinentibus, carneros, domos octo faciunt ſe ad unum. Lacaron, omoes villas, per omnes domus ſingulas mecitas de vino in oblatione, & ſingulos panes in offerta. Termino Cellorico, Villivio, Burdon, iſtæ prædictæ cum ſuis villis ad ſuas alſozes pertineotibus, cerneros, domos octo faciunt ſe ad unum. Cabuerneca tota, Subſerra tota, Berrocia, Maragon, Punicaſtro, cum Sporanceta, Sancti Stephani de Deo, Arroniz, Migarin, Barbarin, Rivo de Mereta, Valle de Ullone, & Portella, iſtæ prædictæ, cum omnibus ſuis villis ad ſuas alſozes pertinentibus, per omnes domus ſingulas metitas de vino in oblatione, & ſingulos panes in offerta. Omnes villas de rivo de Aleſanco, & rivo de Cardinis, de vertice aquæ uſque ad Najaran, & de rivo de Tubia, & Najara cum ſuis villis, & omnes villæ de rivo de Ruegga, Metrano, Bequera, Clavijo, rivo de Leza, & rivo de Jubera, per horum rivorum omnes villas, ex utraque perte aquæ, de vartice uſque ad Iberum, & etiem de Buradon, Caſtro, uſque Serta-acota, omnes villæ ex utraque parte aquæ Iberi, per omnes domus ſingolas metitas de vino, & ſingulos panes in offerta. Et in Lucrunio per omnes domus ſingulos denarios. Omnes villæ de ambobus cameris, per omnes domus ſingulos caſeos. Orticoſa, per omnes domus ſingulas gallinas, & ſingulos panes. Enciſo, Arnatielos, Okone, cum ſuis villis, Penaacha, Herce, Preſano, Arneto, Kele, Abtole, Bea, Calahorra, Andoſilla, Carcaras, Lerin, Zaharra, & Moneſterio, & Funes, cum ſuis villis ad ſuam alſozem pertinentibos, & aliæ qoæ ſunt ſitæ per litora Arguæ fluminis, iſtæ prædictæ per omnes domos ſingulas metitas de vino in oblatione, & ſingulos panes in offerta. Et Reſa, per omnes domus ſingulas arencatas de anguilas. Cornago, Cervera, Titigon, Agreta, Finiſtriella, Cetronica, Borga, Tarazona, Caſcanto, Tutella, iſtæ prædictæ per omnes domus de ferro azero ſingulas libras, medium ferro, medium pimienta. Lava, cum ſuis villis ed ſuas alſozes pertinentibos, ideſt, de Loſa, & de Buradon, uſque Eznate, ferrum, per omnes villas inter domus decem una rexa. De rivo de Galharraga uſque in flumen de Deva, ideſt tota Vizcaya, & de ipſa Deva uſque ad Sanctum Sebaſtianum de Herneni, ideſt, tota Ipuzcoa, à finibus Alavæ uſque ad ora maris, quicquid infrà eſt, de unaquaque alſoze ſingulos boves.

Sed quia magna nomeroſitas regianum, locorum, & villarum, unumquodque ſigillatim non ſinit nos nominare quæ non ſunt ſcripta, tanquam ſcriptas huic dignæ devotioni præcipimus intereſſe, & ſecundum potentiam & qualitatem ſui, venerabili cœnobio almi Æmiliani cenſum, cum aliis jubemos reddere. Ordinatis igitur ac diſpoſitis præfatis regionibus, tale ſtatutum omnibus illie decernimus, ut omni anno à Paſcha Quadrageſimę uſque Quinquageſima, à Sajone uniuſcujuſque villæ vel territorii, ejuſdem devotionis fiat inquiſitio, & ab omnibus primatibus & majoribus cujuſque loci illius cenſus ſit congregatio, & ut per manum eorundem miſſis, ad cœnobium Sancti Æmiliani fiat deditio, & ſuper ejus altare devota fiat offertio. Quod qui neglexerit, ſub conſulari imperio terribilis de eo fiat contritio: inſuper incnoto LX. ſolidos ad Comitis partem reddat, & quod retinuit rantum, per tres annos triplicatum monaſterio ſolvat. Sed quia longinquis temporibus noſtrorum, ſucceſſorum voluntates ab hac permiſſione declinere formidamus, & deviare, decrevimus ex conſenſu omnium Sanctorum violatores hujus privilegii tali anathemate percutere, ut ſi quis noſtri gradus, ſuperioris, vel inferioris, Regum, Conſulum, Principum, Epiſcoporum, Abbatum, militum, vel ruſticorum, violator, immutator, invaſor, rebellis, aut mutator exſtiterit, à communione Chriſtianiratis ſit alienatus, & à corporis cruoriſque Chriſti participatione ſemotus, atque hoc ſęculari tempore miſeriæ & abominationi deditus, poſtque perpetua Domini ultione percuſſus, inextinguibiles pœnas æterni incendii cum Juda Domini traditore corruat luiturus. Amen. Factum privilegii primordium, & perpetuum ejus firmamentum, in Era æterna centena ſeptieſque dena binaque ſuper adaucta. Domino noſtro Jeſu Chriſto cœli terræque obtinente regnum, ſub ejus ditione Fredinando Gondiſalviz Comite totius Caſtellæ Conſulatum. Garſea Sancionis verò Pampilonenſe, & Ranimiro Legionenſa regentibus regnom. Ego autem Fredinando Comes, cum univerſitate meæ dominationis, peractis ſtabilimentis hujus devotionis, manu propria ſic depinxi ſignum † credulitate perſonis totius nobilitatis. Inclyta Sancia Comitiſſa confirmat. Vincentius Epiſcopus confirmat. Belaſcus Epiſcopus confirmat. Benedictus Epiſcopus confirmat. Munio Abbas confirmat. Senior Gondiſalvo Ferdinandez confirmat. Senior Sancio Ferdinandez confirmat. S. Garſea Ferdinandez confirmat. S. Gundiſalvo Ardarice confirmat. S. Didaco Sarracinez confirmat. Oriolus Epiſcopus confirmat. Maurelius Abbas confirmat. Joniti Abbas confirmat. S. Alvaro Sarracinez confirmat. Senior Didaco Semenez. S. Gotier Gomez Armiga Comitis confirmat. S. Beila Dolquitiz confirmat. S. Sarracini Alvariz. Sen. Munio Guſtros.

Ego autem Garſea Sancionis, Rex totius Pampilonenſis regni, aſſenſum præbui tantæ devotionis, & partem regni mei, qoæ vicinior

illi

illi eſt monaſterio, ſicut ſuprà notatum eſt, in illa devotione ſtabilivi, & cum ſubjectis meis devoto animo confirmavi.

Taraſia Regina. Sancio Garſeanis Regis filius. Ardericus Epiſcopus. Tudemirus Epiſcopus. Bivas Epiſcopus. S. Fortun Garſeanis. S. Eximino Wigilanis. S. Lupe Garſeanis. S. Fortunio Semenonis. Gomeſanus Majordomus confirmat.

Donatur offerta S. Æmiliano de flumine Carrionenſi uſque ad flumen Argam, & de ſerra Araboya uſque mare Vizcayæ.

Jungar electis ego Stephanus ſcriptor. Deo gratias.

PRIVILEGIUM SEU DONATIO
S. RUDESINDI EPISCOPI
In gratiam monaſterii S. Salvatoris de Cella-nova in Gallæcia. Anno Chriſti CMXXXV.

Ex Tepio in appendice tomi V. pag. 424.

O Lumen verum à vero lumine ineffabiliter oriens, & omnem hominem in hunc mundum venientem illuminãs! O verum ex ore patris plenum gratia & veritate progrediens, qui cum eo, & Spiritu ſancto, ſic perſonaliter in ſingulis menes, ut unus adoreris, lauderis, atque confitearis: qui ita te nobis miſericorditer oſtendiſti, ut quod cœlorum myſteria neſciebant, noſtro in tempore revelares! Quod illi in ænigmate, nos cerneremus in veritate, qui Iſraëlitico populo per Prophetas, nunc nobis per te filius Dei loqueris. Dum illis Deus videaris in rubo, nunc appares ex Virgine homo. Dum in illis eras ignis populo peccata conſumens, nobis autem Deus & homo populi peccata donans atque dimittens. Hæc gratia, quam in nos ſuperabundare cognoſcimus, non noſtris meritis, ſed miſericordiâ donantis eſt. Qui ſanguine tuo reconciliâſti nos tibi, donans delicta noſtra, & delens quod erat chirographum mortis, affigens illud cruci. Quæ autem poteſt major eſſe clementia, quàm ut filius Dei hominis filius naſcereris, atque pãnis involvereris, ſubjicereris parentibus, ſingulis adoleres ætatibus: poſtea contumeliis, alapis, ſputis, flagellis, crucem, cuncta propter nos ſuſtinens; factus pro nobis maledictus, ut nos à maledicto legis abſolveres, patri factus obediens uſque ad mortem. Hæc verò unam te cum patre veneramur ſubſtantiam, ſecundùm te loquente inſtruimur. *Ego & pater unum ſumus, & qui me videt, & patrem.* Nec perſonis trinum diffidimus, cùm quondam unus filius tonitrui, eloquii ſui tubâ inſonans dicat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et iterum: *Et tres unum ſunt, & tria.* Omnia enim quod pater operatur, quod jubet, quod illius voluntas eſt, tu facis, imperas, tu etiam miſereris ſimiliter, & omnia, quòd tu operaris, quòd mortis impedimenta diſſolvis, quòd ſilentium ventis tu ponis, quòd Lazarum excitas, quòd calorem detrahis febribus, quòd puerum Centurioni donas, quòd mutis vel ſurdis verbum auditumve committis, quòd poſt mortem ad inferos deſcendens, ferreas tartari feras infringis, quòd verbo de ſecretis baratri mortuos vocas, quòd diabolum flammea oris romphæa trucidas, hæc tota patris eſt virtus, cum quo tibi unum & coæquale manet nomen, in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Poſt nomen pii Redemptoris mei glorioſiſſimi & validiſſimi, advocandi mihi ſunt ex his qui teſtes illius ſunt verbo & ſanguine. Id ſunt glorioſæ & ſemper Virginis genitricis ſanctoris mei Mariæ ſanctiſſimæ, patronis mei domini Martini Epiſcopi & confeſſoris pii, Sanctorum Petri & Paulli, Sancti Joannis, S. Jacobi, & S. Jacobi, Sancti Andreæ, Apoſtolorum & martyrum, Sancti Romani, Sancti Vincenti, Sanctorum Facundi & Primitivi, Sanctorum Adriani & Nataliæ, Sancti Michaëlis archangeli, vel cæterorum Sanctorum tuorum prece, à criminum liberatione omnibus modis ſperamus attingere. Hos ergo in corpore poſitos credimus mortuis vitam dediſſe, vel multis, quod plurimis virtutibus & ſignis mox illis petentibus à Domino tribuiſſe: majora nunc nobis petentibus, & in eos ſperantibus, tribuere potuere, poſt corporum reſolutionem, poſt certaminis agonem, poſt victorias vel triumphos, dum cum Deo ſpiritu fructificantur, & æterno agno fulgore radiantur. Unde & eorum cineribus vel loca conſpicientes, tanquam præſentes viventeſque veneramur; nec dubitamus eos adeſſe ubi voluerint, vel deprecati fuerint, ſecundum ſcriptum eſt: *Sequuntur agnum quocumque ierit.* Ergo ſi agnus ubique, & qui cum agno ambulant, ubique credendi ſunt. Jam verò eorum interventu ſperamus à malis erui, & quæque ſunt bona, à Deo omnino impetrare. Adeò ego

ego Rudeſindus Dumienſis Epiſcopus cum peccatorum mole depreſſus, in ſola mediatoris pietate reſpirans, ut non patiatur ovem ſuam intra inimici fauces interimi; qui perditam per deſertum teſtatus eſt inquiſiiſſe, & inventam ſuis humeris ad ovile proprium revexiſſe. Denique reminiſcens, ea in quibus ab ineunte ætate verſavi, magis unde opprimi, quàm unde levari poſſim invenio: & ob hoc factus ſum mihi metipſi gravis; quid agam neſcio: quoniam ſi locutus fuero, non quieſcet dolor meus, & ſi tacuero, non recedet à me. Ea undique caligo iniquitatis turbatus non intellexi, unde averterer non animo evigilans, quò conarer non manu operans, qua gratularer non ſpiritu animadvertens, qui peccarem, & datam animam tantis tentationibus avertens aurem, dormitavit pro me qui cuſtodit Iſraël. Quis mihi nunc auſum tribuat deprecandi, ut cum Propheta clamem: *Exſurge, quare obdormis Domine?* dum ſuper contritione inſanabilis dolor perſiſtit, & adeſt judicii dies, in quo Rex debellaturus Orbem, & operum cogitationumque ultor apparens, in cujus vindicta ignis flammabit, & in cujus circuitu à variis tentationibus colliſi, tribus ac tribuum pectora feriunt, cui terrorem Propheta inſinuat dicens: *Dies iræ, dies illa*. in qua & die Dominus minatur torrentes Sion. Convertere in picem ardentem. Quis tunc gloriabitur caſtum habere cor, cùm Propheta dicat: *Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens?* Unde & in Job dicitur: *Cœli non ſunt mundi in conſpectu Dei*. Quantò magis homo, putredo, & filius omnis vermis? Quid acturus ſum ego arundo, diverſis tentationum flatibus agitata, & bonis orationum fructibus inſœcundas dum cuncta fortitudo & proceritas nutant, dum tot cœli luminaria, ſtelligero lumine radiantia, ob veri ſolis lumen offuſcantur? ſi eorum juſtitia vix ſalvabitur, ego peccator ubi apparebo? Nunc autem audito terrore judicii ſpes nobis reſumenda eſt in eo qui dicit: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat*. Atque iterum: *Omnis qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui eſt in cœlis*. Et alibi: *Vende* (inquit) *omnia quæ habes, & da pauperibus, & vade, & ſequere me, & habebis theſaurum in cælo*. Atque addidit: *Facite vobis amicos de mammona iniquo, qui vos recipiant in æterna tabernacula*. Igitur his ſalutaribus monitis edocti, ut non videamur ſolummodo rectè offerre, & non rectè dividere, & pro juſtitia peccatum accumulare; ideſt, ut non ſolùm quæ foris ſunt, ſcilicet Deo etiam & ipſam animam cum operibus offeramus, qualiter effectum operis cum promiſſione concordet ſermonis, & fides in opera reviviſcat. Iccircò in nomine prædicti Redemptoris mei, & meorum ſupradictorum dominorum, conſtrui monaſterium ad calcem montis Leporarii, olim dictus Villari, nuper autē Cellæ-novenſis nomine perhibetur. Et ita geſtum paratumque eſt, quod totum per manum famuli Dei Franquilani Abbatis, hæc oblatio offerre niſus ſum, quem elegi patrem & rectorem ſuper ipſam domum, vel commorantes in ea. Ideoque ex ſucceſſione genitorum meorum Gutierris & Ilduarę offero monaſterio ſancto, & fratribus ibidem habitantibus per veram humilitatem, & charitatem dignam, per jugem orationem, & piam ſanctitatem viventibus. Id ſunt villas in Buballo, Caneto de Aurienſe, ad viſo, cum Porto de Reza, & ſuos ſaltus, ex utraque fluminis parte. In Caldelas pimaria media. In torno Sancta Eulalia, cum Siſnandi, & Geraſio medio. In Salienes arra. In Carinotæ Taviru, & Curis, & Genecen, cum ſuo monte ſacro. In ſuburbio Conimbriæ, Potton, & quinta parte de Riagios. In villas de Lampaças quinta parte. In Bergido in Villa-ſica quinta parte. In terra de Foris, in Hordas, in ripa Rubea, in Aliſouza, in Sulantio, in Autarios terras quæ fuerunt de domno Hero. Et in Peſo juxta Zamora quinta parte. Alias verò villas vel Eccleſias, quas mihi Dominus largitus eſt. Id ſunt in Bubalo, in ripa Minei villa Fegio, cum villis ſuis Arenti & Caſtrello, ſecundùm clauduntur per antiquiores terminos ſuos. Sic in ripa Minei alia villa quam inquiunt Pinna, ſub monte Leporario, villa quam dicunt Sabuceto, cum duabus in ea fundatis Eccleſiis, Sanctum Petrum & Sanctum Vincentium, cum earundem ambitu dextro. Item in vertice prędicti montis Leporarii villa quæ nuncupatur Foramentanos, cum ſuos villares quæ habemus ex conceſſione domini Gutierris & dominę Ildontiæ. In Lemos Sancta Eulalia. In Armena Bonata, & Eccleſia ibidem Sanctæ Marie, quam habeo ex conceſſione patris Aſſueri Epiſcopi. In Namitos Eccleſia Sancti Salvatoris, & villa Cercebre, quod mihi conceſſit pius pater dominus Sabaricus Epiſcopus. In ripa fluminis Mandi Eccleſia Sancti Vincentii, & villa ipſa monaſterio integra. In Faro ex dato thiæ meæ dominæ Gunterodis. In Bregantinos quo in Nemancos inſula Taurinia. In Salienes Villarino, cum Armantaria media, vel omnes noſtras ſalinas illuc in confinio ipſo exiſtentes. In Portugal villa Puteo, cum Eccleſia Sancti Juliani. Omnes has Eccleſias, vel villas, cum cuncta præſtantia earundem, integras pro parte Dei & monaſterii firmas manere decernimus. Miniſteria Eccleſiæ, tam certa quàm perfecta, cruces argenteas duas, ex quibus unam fuſilem auro & gemmis ornatam, candelabros argenteos duos, & tertio ęneo, coronas argenteas tres, ex quibus unam gemmis & auro comptam. Lucerna, ideſt thuribolorum, ex auro cum ſua offertoria, capſas argenteas exauratas duas, ex quibus una major videtur, diptagos argenteos inmaginatos & deauratos, calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciſcum, & eorum pateris, & quatuor auratos ſubminores, quintum de Almafil cum ſua patena. Signos cum agiſcos duos, & tertium mioiſtranditiſſimum, campanas duas, cingulos auro gemmatos duos, alios argenteos exauratos, ex quibus unum gemmatum, alias lineas X. caſulas,

Digitized by Google

ſulas, ſi lineas X. alias caſulas XIII. quinque de alchaz, ſex feray cardena, ſeptima barragan, VIII, cardena merayoe, IX. vermelia ex ageg. X. linea cardena, & duas planetas urtiones, orales XI. ex quibus unum auro & argento compoſitum, quatuor libros Eccleſiaſtlcos Ordinum, Pſalterios, Antiphonarios duos, orationum, Comicum, Manual precum, alios ſpiritales, Bibliotheca Moralium, Dialogorum, Paſtoralis, Ezechielem, Etymologiarum, Sententiarum, Epiſtolarum, ingerarium, geriæ, hiſtoria Eccleſiaſtica, Heptamaron, Geronticon, Expoſitio Trinitatis, & Collationum. Adjicimus etiam ſtramina lectulorum, gagnapes paleas antionum VII. ſubminores VIII. plumatios digniores paleos X. alios ſubmlnores VIII. Aliphaſes vulturinos V. almocallas morgomes VI. fatules paleos II. Concedimus etiam phyalas argenteas Franciſcas II. ſoparia exaurata, lopas exauratas cum copertoriis II. litones II. ſcalas exauratas VI. litones VII. moyolos exauratos tres, calice ex auro & gemmato uno, dente elephantino, & ſoparias bubalinas II. ſervitio menſæ argenteo integro, vaſa ænea, hydrias IV. & V. cerbù. Concos inmaginatos VII. caſticales II. vaſa vitrea, choncas aeyralis II. arrodomas ſic aeyralis IX. & orabecela, vizach, ſzutas de menſa tandem XX. Adjicimus & inter mulos & caballos Em. equos majores ſic C. ſecundò greges vaccarum, & celticos V. Innemilos, ideſt Zumalziſii in nave fracta, ideſt in Barroſa I. in Villarino, in Leporario VIII. fiunt greges XVIII. & vaccas majores num. CCCC. juga boum II. & per omnia loca quæ in hoc teſtamẽto reſonant, greges ovium, caprarum, & ſuillorum, apibus, vel cætera volatilia, quod per fratrum diſponuntur ſolertia, & eis maneant habitura, atque pauperibus, hoſpitibus, & peregrinis diſtributa univerſa ſit eis amodò & deinceps temporale victum, & tegumentum, & nobis ante Dominum præmium indefenſum. Si quis ex regia poteſtate, L. quamlibet generis homo, Pontifex, Comes, proplnquus, vel quiſquis infauſtus judex, exſurgere quiverit ad convellendum quod Deo & ſervis, cujus per hoc teſtamentum concedimus; imprimis ſit excommunicatus, & perpetua confuſione multatus, in conſpectu ſanctæ Trinitatis, & Sanctorum Apoſtolorum & Martyrum ſit ab auditu malo territus, atque captus, & cum diabolo & Juda à ſiniſtris deſcendens pari pœna damnetur, & inſuper temporali coactus diſcrimine, pariat tantum quantum hoc ferre conaverit. Obſervetar denique à fratribus & Dei cultoribus Celle-novæ degentibus, quæ quod obtinetur verſi iſti ſupra adniſi, ideſt, ut omne tempore ſtudeant in memoria ſancti patris mei ſpiritalis, Sabarici Epiſcopi feſta Sancti Romani monachi perſolvere functionem, proprii genitoris mei Gutierris, munimentum in Sancti Vincentii Levitæ, reddatur obſequlum pro genitrice mea Ilduara Sanctorum Adriani & Nataliæ: faciant obſequelam Sanctorum Facundi & Primitivi. Natale pro peccatore Rudeſindo exerceant opus ſimile: feſta verò Sancti archangeli Michaëlis dedicetur ſæpè in memoria filii mei, ut in præſenti communiter piè vivendo, futuro cum Sanctis mereamur Dei ſuffragio & illius regno. Facta ſeries Teſtamenti ſexto Kalendas Octobris, Erâ * DCCCCXXX. glorioſi & orthodoxi Ranimiri pollente regimine anno feliciter X. in ſedem Regum Oveto.

* Era ' corrupta. fortè CMLXXIII.

Veremundus ſereniſſimus & pius Princeps quod fieri elegi, manu mea roboravi, & † injeci. Ilduara hanc dotem, vel conceſſionem filii mei Rudeſindi Epiſcopi prona mente confirmavi.

Ego Obeto gerens paſtorali cura Ovetenſi Eccleſiæ, & regia fide.

Ego Ermoiglus Epiſcopus confeſſor ſubſcripſi.

Ego Dulcidius Epiſcopus Neumancienſia Eccleſiam curam gerens ſubſcripſi.

Ego Hermigildus miſeratione divina Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Herus Bracarenſis Epiſcopus * Metrovincens ſubſcripſi.

* Fortè, Metropolitanus provinciæ.

Ego Obecus urbis Legionenſis Epiſcopus, diſpenſans plebi jura ſacerdotii, ſubſcripſi.

Ego Salomon cathedræ Aſtoricanſe ducatum ferens, ſubſcripſi.

Ego Didacus Aurienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Dulcidius Viſenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gundeſindus Coimbrienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vimara Tydenſia Epiſcopus ſubſcripſi.

Receſvindus Abbas Dicobus, regens ſciterium, ſubſcripſi.

Abitus Decanus, & conſ. qui & notas dictavi & ſcripſi.

Theodoricus Lucidi Comes & Dux.

Rudericus Lucidi Comes & Dux.

Nunus Oſoriz Comes & Dux.

Aloitus Lucidi Comes & Dux.

Arias Aloytiz Comes & Dux.

Soharius Lucidi Comes & Dux.

Munius Armintari Comes & Dux.

Froila Gondelinde Comes & Dux.

Erus Gundeſinde Comes & Dux.

Rudericus Guttierri Comes & Dux.

Pelagius Theodorici Comes & Dux.

Meneodus Gavini nunc Comes, nunc Dux.

Rodericus idem Gavini ſimiliter confirmo.

Vimara Viſtrari Comes & teſtis.

Erus Gundeſindi Comes & teſtis.

Azenae Nicoci Comes & teſtis.

Monendus Gundizalvi Comes & teſtis.

Munius Sandin Comes & teſtis.

Suarius Gutierri Comes & teſtis.

Oſorius Gutierriz Comes & teſtis.

Pepi Pepiz Comes & teſtis.

Vimara Obecozi Comes & teſtis.

Hodarius Sandini Comes & teſtis.

Gun-

Digitized by Google

Gundiſalvus Armentari Comes & teſtis.
Fredenandus Gundeſindi teſtis.
Pepi Telizi Comes teſtis.
Froila Gutierriz ex toto corde optans & fieri confirmo.
Scemenus Didaci confirmo.
Pelagius Gundiſalvi interfui, confirmo.
Fredenanda confirmo.
Sarracina confirmo,
Amita ſuprà memorati Latoris Epiſcopi Ildonzia confirmo.
Didacus archidiaconus confirmo.
Fortis cubicularius.
Siſnandus Decanus.
Leodigus presbyter.
Guttierre clericus.
Rudeſindus Gavini Decanus teſtis.
Gugibertus Decanus.
Froyla Alotiz Decanus teſtis,
Gulfarius presbyter teſtis.
Sigeredus presbyter teſtis.
Æricus presbyter teſtis.
Viluſonſus presbyter teſtis.
Senior presbyter teſtis.
Odoarius Decanus teſtis.
Herius Decanus teſtis.
Adephonſus Decanus teſtis.
Aſuri Decanus teſtis.
Rintila Decanus teſtis.
Veremundus Nuñez.
Hermenegildus Major-domus.
Aſpidius presbyter.
Fredenandus presbyter.
Arciſus presbyter.
Fortunius cubicularius.
Felix presbyter de Purice.

Ranimirus divinâ gratiâ fultus, atque glorioſus, & vera clementia, dignitate perſpicuus, cui gloria regnum corroboret uſque ad ultimam ſenectutem, pro Eccleſiæ utilitate firmavit hanc oblationem. Ordonius proles domini Adephonſi Regis. Sancius ſereniſſimus Princeps confirmat.

CONCILIUM HELENENSE

IN FONTANIS.

Habitum circa annum Domini DCCCCXLVII.

Præſide Aymerico Narbonenſi Archiepiſcopo.

Circa annum DCCCCXLVII. habitum eſt Concilium in Fontanis, diœceſi Helenenſi, ſub Aymerico Narbonenſi Archiepiſcopo: Quo in Concilio, ſecundum ſententiam Romani Pontificis, depoſiti ſunt Epiſcopi Gerundenſis & Urgellenſis; ſed ſtatim Patrum clementiâ reſtituti. In eodem ſtatutum, ut Epiſcopus Helenenſis poſt Narbonenſem Archiepiſcopum primas obtineat, tam in Conciliis, quàm in ordinationibus Epiſcoporum. *Ex ſchedis Petri de Marca Pariſienſis Archiepiſcopi, qui ſummam hanc Helenenſis iſtius Concilii exſcripſit ex Actis ipſius, quæ in Helenenſi tabulario ſervantur.*

DEDICATIO MONASTERII S. BENEDICTI DE BAGIIS

(vulgò *Baxes*) in diœceſi Auſonenſi.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

Anno DCCCCLXXII. III. nonas Decembris, dedicata eſt Eccleſia monaſterii de Bagiis prope Minoriſſam in diœceſi Auſonenſi, quod paullò antè fundatum fuerat à viro quodam eximio & prædivite vocato Sallano, & uxore ejus Richarde fœmina religioſiſſima. Obierunt illi antequam perfecta eſſet Eccleſia; quam filii eorum Iſarnus & Wiſredus perfici curârunt. Tum verò rogârunt Frugiferum Epiſcopum Auſonenſem uti eam dedicaret. Ille verò ad eam ſolennitatem (ut tum ſolebant) evocavit vicinos Epiſcopos Wiſadum Urgellenſem, & Petrum Barcinonenſem. Præter Epiſcopos & Iſarnum filium Sallani, interfuerunt etiam Wadaldus Vice-comes, Aigo & Chixilo viduę filiæ Sallani, Filmera Abbatiſſa, filia Aigonis. Non adfuit Wifredus frater Iſarni *præ nimia infirmitate*, ut inquiunt Acta. *Hæc ſummatim ex Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſienſi, qui ea Acta vidit, & aſſervantur in Archivo dicti monaſterii.*

CON-

Digitized by Google

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Rivi-pollenſe (vulgò *Ripoll*) in diœceſi Auſonenſi.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXVII.

ANno DCCCCLXXVII. XV. Kal. Decembris, dedicata eſt nova Eccleſia monaſterii Rivi-pollenſis à Mirone Epiſcopo Gerundenſi, & Frujano Auſonenſi, præſentibus Olibano Marchione præcipuo, ſive Comite Ceritanienſi, & Borrello Comite Barcinonenſi. Erat autem tum Abbas illius monaſterii Guidiſclus. Sequitur deinde decretum Epiſcoporum provinciæ adverſus invaſores bonorum ejuſdem monaſterii, miſſum ad ſingulos, ut in eo quiſque nomen ſuum apponeret. Nam in eo nominantur, præter illos tres qui conſecrationem peregerunt, Suniarius Helenenſis, & Vivens (aliàs Vivanus) Barcinonenſis. *Ex Illuſtriſſ. Petro de Marca, qui ea Acta evolvit, aſſervata in dicto monaſterio.*

TESTAMENTUM
S. RUDESINDI

Factum Era MXVI. ideſt anno Chriſti DCCCCLXXVIII.

Ex Yepio in appendice ad Tomum V. fol. 425.

SALVATORI hominum ac Redemptori, cujus ſanguine pretioſo ſe mundus congaudet redemptus, quem omnigena rerum ſibi ſuum collaudat, cum Patre & Spiritu ſancto Dominum, in Trinitate auctorem, Redemptoremque unum, qui cœlorum regna, angelorumque creaturæ ſuſtentando præſides, qui terram terrarumque patentia, inſenſibilia, & videntia, atque viventia præſidendo ſuſtentas, qui cœleſtia & terrena ineffabili tuo nutu communicas & conjūgis, qui fabricam totam mundi, & maris, cœlique ante omnia ſæcula ſeculorumque, ſpiritualia & temporalia inæſtimabili tuo arbitrio contines regiſque, cujus cruore ſe univerſum genus humanum incomparabiliter purificatum tripudiat, & lætatur præſenti & futuro in ævo. Qui cuncta quę patent, & inviſibilia exiſtunt, extra intraque circumdando penetras, penetrandoque circumdas, & ſic omnia ſimul divinitus poſſides, divinituſque invivicura vivificas, ſanctaque & inæſtimabilis Trinitas, quæ ſine initio, & per nunquam ſæcula finienda regnabas, & regnas ubique, qui hominibus nunc & in ævo gratiam dare promittis, qui ſuperbis rigore liberato reſiſtis, atque eorum ſuperbię ducem poteſtatis cenſurâ in ima præſtando demergis, qui humana plaſmata ſingulos per dies, ſingulis momentiſque & horis naſci ad lucem, & iterum reverti in cinerem mandas, qui hominum te deprecantium, ut pius pater exaudibilem præſtas auditum, & majori quàm rogaris fide, totoque animo te petentibus mirificè, mirabiliterque, & ut pius auditor, præſtando concedis & donas. Suſcipe quęſo humillimam precem tui, licèt indigni, famuli Rudeſindi, prolis Gutierris & Ilduaræ, & da in corde meo vota quæ ſuſcipias, da in ore verba quæ compleas, & in manibus meis opera quæ complenda adprobes, atque operata juſtifices: da iniquitatibus meis veniam, da ſceleribus meis indulgentiam, & ea quæ animę meæ ſunt impedimenta, & juſtiſſimis operibus contraria, præſenti in vita poſtpoſita tua me fideliter gratuito animo, aſſiduoque congreſſu, fac ſequi veſtigia: ita ut in præſenti ſæculo Evangelicam vocem non ſurdus auditor audiendo, à me impleam, quæ dicit: Date quę veſtra ſunt temporalia, & percipite quę cœleſtia ſunt bona, nullatenuſque finienda: dare mihi libeat ex his quę mihi à te donata ſunt, & mercare mihi libeat pro cœleſtibus terrena, ut ea quę tibi ſervientibus, & juſtè nomen tuum invocantibus donare decerno, tanquam pio Redemptori noſtro, tibi ipſi domino data atque litata ſunt, præſtator æquiſſimus, clemens collator, gratiam pręſta. Quam dationem vel litationem pavidi, pavoreque perterriti, minimè niteremur offerre, niſi tuis piiſſime pater roboraremur, per uni-

unigenitum tuum ſæculi præſentis divitibus clamantem & loquentem: Quamdiu aliquid ex minimis meis, vel mihi adhærentibus donaveritis, illis præſtando mihi miniſtratis. Etenim ambiguum quidem nulli eſt, ſed cunctis manet notiſſimum & creditum, monaſterium eſſe fundatum, ſub nomine Sanctæ Trinitatis conſtructum, ad venerationem Sanctorum Apoſtolorum, & Sancti Martini, vel plurimorum aliorum Martyrum ædificatum, atque Sancti Salvatoris abeuntibus & redeuntibus nominatum. Cellæ-novæque uſu locutionis humanæ vocitatum. Ibidemque Dominum & Redemptorem hominum caſtè & piè & religioſè congregatio, ſeu monachorum cœtu degentium, & per antiquorum patrum normam vivendum, Euangelicaque itinera gradientium, Deoque fideli devotione militantium, in Domino Deo æternam ſalutem. Denique Domine adeò * clibus ac puſillus ſervus tuus Rudeſindus Epiſcopus, unà ſimul pariter cum genitrice mea Ilduara, conſtruximus locum ſupra taxatum, ædificamus Eccleſiam in honore piiſſimo ac tutiſſimo Sancti Salvatoris, & omnium Apoſtolorum & Martyrum, idem & cum archangelo Michaële ſummi Dei nuncio, & inſtruximus cœnobia domorum, & omnia intrinſecus & extrinſecus neceſſariorum ad normam regulari, aptè vel compoſitè plantatio vinearum, & omnigena nemorum arborum conſitorum. Ad opus ſanctuarii cruces dipertagas, capas, calices, & coronas, candelabra argentea, & anta, lucerna, thuribulus, & inferturia ex auro, argento, & omni lapide pretioſo ornatos * vellis de templa & altaria, indumenta ſacerdotum & levitarii, cum balteis & homorariis auro texta * viſinia purpurea, & linea, in admonitione converſorum ſignos, & campanas, exaratio librorum, in horis diurnis & nocturnis, ſeu & expoſitio de orthodoxis patribus inventa memoria. Ad miniſterium refectionis, menſas, mandibula, ſabana, aquamanilia, & faeitergia, diſcos, & panraſidas, fialas, & inſertorias argento ſculptas & auro perlucidas, lectiſternia ex omni polimito confecta, jumenta quoque, & armenta, pecora, & altilia apium, & gregibus ſuillorum, victum & tegumentum ad abundantiam. Hoc omne geſtum paratumque eſt totum per manum famuli Dei ſpatris mei Franquilani Abbatis. Pòſt per annorum ſpatia monaſtica norma adeptus, & actualem vitam, cum pluribus ſervorum Chriſti pari glutino aſcitus, prævidens dies vitæ meę quotidie expletæ, robur corporis marceſcere, & in certum, extremum diem imminere, cœpi intra arcana cordis mei reminiſcere, in quibus ab ineunte ætate verſavi, & magis unde opprimi quàm unde levari invenio, & factus ſum metipſi gravis. Et dum inter tot tantiſque fluctibus ſtupefactus elanguerem, ſtantibus cunctis fratribus qui aderant, cœperunt cum fletibus unanimiter dicere: Domine pater, prævide, & conſidera, de tantorum agminibus, quos acquiſiſti, nutriſti, & erudiſti, cui nos derelinquere debeas, aut quem patrem vel tutorem eidem Eccleſiæ reſtituas. Scis enim domine, quia ſemper per ſpatia annorum mutantur omnia rerum actionum. His verbis & fletibus commotus, & Euangelica eruditione inſtructus, hoc[illegible] compulſus, hac [illegible]is fletibus voce reſpondi: Confidite, ô filioli & domini, & ſpem veſtram in Domino ponite, quia non vos relinquam orphanos. Imprimis commendo vos Creatori, meo Domino Jeſu Chriſto, cui vos acquiſivi, & in cujus amorem hunc locum conſtruxi, & ad Regem, qui in urbe Legionenſe unctus fuerit ad ſalvandum & tuendum potiùs quàm ad imperandum, & inſtituo vobis patrem hunc, filiumque meum ſpiritualem Mamilanum Abbatem, & poſt ipſum, qui vicem Chriſti agere videretur, ſapientiâ eruditus, vitâ probatus, & omni collatione prælectus. Multi quoque magnorum, & alii Pontifices magni, qui tunc nobiſcum aderant, videntibus hęc & audientibus, optimè & ſatis dignè eligi, cum eis pari conſilio, ex legali pręcepto, ut facerem de ipſo loco teſtamentum olographum, ſicuti & Deo juvante conceſſum eſt mihi licentiam adimplere. Ideoque ſervus Redemptoris mei audiens præcepta Euangelica, tonantem & dicentem: Omnis qui honorificaverit me coram hominibus, honorificabo & ego eum coram patre meo. Et quicumque reliquerit omnia hujus mundi propter me, & propter Euangelium, centumplum accipiet, & inſuper vitam æternam poſſidebit. Et in judicio nobis dicturus eſt: Quamdiu feciſtis fratribus meis, mihi feciſtis. Hæc audiens, & adimplere cupiens pręcepta Domini mei, offero, dono, atque concedo vobis, dominis & fratribus meis in Chriſto, & tibi patri ſpirituali Mamilani Abbati, locum ſuprà taxatum cum omnibus villulis & vicis ſuis, & omnem quantum ibidem eſt conceſſum, tam de fratribus noſtris, quàm de ſucceſſione parentum meorum, vel ex munificentia Regis; vel & quantum adhuc ganatum vel conceſſum fuerit, integrum & interminatim illud habeant & poſſideant ſervi Chriſti, qui mundum cum operibus ſuis reliquerint, & crucem Chriſti humiliter in corde geſtaverint, & ſub regulari jugo colla ſubdiderint, de quibus Dominus dicit: *Beati pauperes ſpiritu*. Et de quibus Paullus Apoſtolus dicit: *Tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes in Chriſto*. Neminem quidem vobis ibidem alium donatorem vel hæredem inſtituo, nec conſanguineis, propinquis, vel extraneis, ſed quicumque inter vos major voluerit fieri, ſit omnium ſervus. Obſecro, & ore oro Domine tuæ pietatis clementiam, & Sanctorum tuorum ſuffragia, ut hujus devotionis meæ factum ſancto conſpectui tuo efficias glorioſum, & in locum ſuperiùs taxatum, te protegente, maneat ſtabilitum. Rogo & iterum Domine, & te Creatorem univerſitatis efflagito, ut ſi quis fuerit temerarius, tam regia poteſtas, quàm populorum univerſitas, propinquis vel extraneis, vel quiſquis infauſtus, & ardore cupiditatis accenſus

* Forte, byſſina.

ſus judex exſurgere quiverit ad convellendum, & de hoc teſtamento, quod Deo & ſervis ejus cōceſſum eſt, aliquid extorquere vel infringere tentaverit; quiſquis ille fuerit præſenti, eum Chriſto homine, valida & terribilis ultio divina, ſcatebra vermium carnalium, exutus tunicâ, anima illius cum teterrimo ululatu ſit ex corpore extorta. Obviam hoc pręſentiat, & poſtmodum, exui pœnas perpetua miſericordia evadat, & inſuper damna ſæcolaria multatus, patriæ voci idem Eccleſiæ, quantum abſtrahere conaverit, triplum, ſicut lex canonica narrat, & poteſt, parte Regis duo talenta auri abſolvat: & hanc ſcripturam in conctis diebus roborem firmitatis obtineat. Facta hujus ſeries teſtamenti ſub die & tempore XVI. Kalendas Februarii, Erâ poſt milleſimam undecima ſexta.

Sub divina providentia ego Rudeſindus Epiſcopus, hunc teſtamentum à me factum, & poſt nomen Salvatoris mei, & ejus cultoribus ultrò firmavi.

Ranimiros Rex hoc verè manum dexteram poſt partem Redemptoris mundi.

Munos Gutierri omnem axem teſtamenti confirmat.

Froyla Gutierri, ex toto corde optans, & fieri confirmat.

Adoſinda in matris & fratrum meorum voluntate confirmat.

Aldephonſus Princeps prolis Veremundi Regis confirmat.

Sub divina potentia Didacus Aurienſis Epiſcopus confirmat.

Theobegildus Abbas de Cimeterio Sancti Stephani confirmat.

Adaolphus Abbas de loco Sancti Cypriani confirmat.

Rodericus prolis Velaſconi hoc verè conf.

Pelagius Dracenus proles Ruderici confirmat.

Aloytus, qui tunc Prępoſitus erat, & confirm.

Pelagius Gundiſalvi interfuit & confirmat.

Sanctius ſereniſſimus Princeps confirmat.

Ordonius prolis Adephonſi confirmat.

Fredenanda Sarracina confirmat.

Vitiſani Præpoſitus & confeſſor confirmat.

Greſconius Prępoſitus confirmat.

Veremondus Abbas.

Auſop Abba confirmat.

Aovis primus clero confirmat.

Munioni confirmat.

Offorius Diaconus confirmat.

Veremundus ſereniſſimus Princeps & pius, qood fieri elegi manu mea roborem injeci.

SCRIPTURA FUNDATIONIS

Monaſterii Biſuldunenſis in Catalonia, facta ab Epiſcopo Mirone anno Domini DCCCCLXXVIII.

Ex Yepio in appendice ad Tomum V. fol. 441.

SI famulorum meritis debitè compellimur compenſare lucra mercedis, quantò jam copioſiùs pro remediis animarum divinis cultibus terrena debemus impendere, & impenſa per ſcripturas legaliter confectas decentiſſimè affirmare? Quapropter ego Miro, nutu Dei Gerundenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, unà cum conniventia meorum catervæ clericorum, laïcorumque fidelium, elegi quandam Eccleſiolam à dominatu omnium Eccleſiarum liberam, quam venerandus habet propriam beatiſſimus Apoſtolorum Princeps Petrus, eodem nomine, ſub cujus ſanctificationem nitet, ſita videlicet juxta oppidum quem olim Biſuldunenſem voluit vocitare vetuſtas. Sub cujus meritum ſcimus currere mundum, hujus ubique jure ſurgere templa decet: & quidem ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto didicimus, quodcumque vinclis ſuper terram ſtrinxerit, erit ligatum in cœlis fortiter, &c. Ob tanti igitur patroni amorem, pro remediis animarum meorum parentum, meæque, & ſuper omnia pro remedio animæ domini Senioſredi Comitis & fratris mei, qui mihi copioſa bona dum vixit contulit, quem Deus omnipotens ad illud perducat regnum, quod primus homo perdidit. Pro remedio igitur animę prædicti Comitis, & pro ſalute animarum corporumque meorum fidelium in hac terra degentium, qui in illo cœnobio aliquod pręſtiterunt beneficium, ſeu pro ſtatu celſitudinis ſuæ, ſive ſalute domini Olibani Comitis, ſuæque conjugis, ſuorumque filiorum, quorum vitas omnipotens Deus multis protelare dignetur temporibus, ut vivant Deo feliciter, &c. Ob præfatam igitur rationem in prælibata Eccleſia conatus ſum fieri cœnobium, quod per ſcripturam donationis tradidi Eccleſiæ beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri, ad proprium alodium, & ut ſub ejus defenſione atque munimine conſiſtat in perpetuum, & quinos ſolidos per ſingulos annos Abbas qui præerit pręfato monaſterio, eidem Sancto Petro Romæ perſolvat. Adductus eſt igitur in [illegible] cœnobio (Deo diſponente) corpus ve[illegible]andi Martyris Chriſti Primi, pro cujus interceſſionibus omnipotens Deus multas in eodem loco dignatus eſt operari virtutes, & laudatus glorificatuſque omnipotens Deus ab omni populo, qui talem dignatus eſt contulere patronum: oportet enim tan-

torum ſanctorum patrocinia quærere, & de rebus tranſitoriis eorum ditare Baſilicam, ut annuente Deo, per eorum interceſſiones ab omnibus liberemur adverſis, & in æterna beatitudine eorum mereamur adipiſci conſortia. Proinde igitur ego prælibatus Epiſcopus dono in ſubſidium monachorum egenorum ad præfatum cœnobium alodes meos, quos fratres mei poſt eorum obitum mihi reliquerunt jure hæreditario, & illi eos acquiſierunt de nefandiſſimis tranſgreſſoribus, qui ſcandala vel conturbationes nefarias, in quantum potuerunt, in contrarietate eorum, in prædicto Comitatu Biſuldunenſi conati ſunt agere, & ob hanc cauſſam res eorum legaliter in fiſco contraxerunt, quemadmodum inſertum eſt in legibus mundanis, de his qui contra Principem, vel gentem, vel patriam refugiunt & inſolentes exiſtunt. *His dictis Epiſcopus varia bona & poſſeſſiones monaſterio offert, atque, ut illis temporibus mos erat, dictarum poſſeſſionum invaſores diris devovet. Denique finem imponit hiſce verbis.* Exarata eſt igitur hæc ſcriptura die ſexto nonarum Julii, Erâ MXVI. Incarnationis XMLXXVIII. indictione sext[illegible] anno biſdeno quarto, quo Francorum Rex L[illegible]tharius regnandi ſumpſit exordium.

Miro Dei gratiâ Comes atque Epiſcopus.

EPISTOLA BENEDICTI VII. PAPÆ

Ad Guiſpedum Abbatem monaſterii Biſuldunenſis: in qua plura largitur privilegia & libertates.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXIX.

BENEDICTUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Guiſpedo Abbati monaſterii de Biſulduno, quod eſt ſitum infra caſtrum Biſulduni, ad flumen Fluviaui, ejuſque fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis, ſalus, pax, & benedictio quoad mundus permanet. Amen. Cùm conſtet Dominum Deum noſtrum, honorem ſanctæ univerſalis Eccleſiæ inceſſanter à propagantibus beatæ Fidei augmentare, neceſſe eſt accipientibus ab illo totius curiæ regiminis &c. Iccircò ego Benedictus Papa cum cœtu Epiſcoporum presbyterorumque, cum omni caterva clericorum in Romana Sede degentium, ſub norma beatiſſimi Petri Deo militantium, in noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio roboramus illud donum, quod dilectus filius noſter Miro Epiſcopus Gerundenſis & Comes Biſuldunenſis, per paginam donationis Romanæ Eccleſię tradidit, pro remedio animæ ſuæ ſuorumque parentum: videlicet, Eccleſia Sancti Petri de Biſulduno, cum omnibus Eccleſiis, prædiis, & villis, & dominicaturis ab eo datis, ſeu ab aliquibus fidelibus in futurum conceſſis adipiſci potuerint, noſtro in hoc præſenti privilegio in perpetuum confirmamus, & in omni libertate diſponimus. Statuentes etiam, ut ordo monaſticus, qui ſecundùm Deum & Regulam Beati Benedicti ab eodem Epiſcopo inſtitutus eſſe dignoſcitur, ſemper inviolabiliter ſub regimine proprii Abbatis obſervetur. Præterea quæcumque bona idem monaſterium in futurum donatione, & Pontificum conceſſione, Regum vel Principum oblatione, multorumque fidelium dante Deo poterint adipiſci, amodò firma nobis ſub tutela Beati Petri & noſtra illibata in ſempiternum permaneant. Concedimus, ut ſi quis de illis regionibus alodia, vel aliqua oblatio mercedis ſanctæ Romanæ Eccleſię relinquetur, præfatum monaſterium per noſtrum beneficium poſſideat in ſempiternum: & Abbas qui prçeſt, vel qui pçfuerit in eodem monaſterio, per ſingulos annos quinque ſolidos Sancto Petro Romæ perſolvat in cenſu: & ſi minimè annuatim venire non poſſunt, ad quartum annum viginti ſolidos perſolvant. Statuimus etiam, ut quando Abbas ipſius monaſterii obierit, neque à Regibus, neque à Comitibus, neque à quacumque perſona ibidem Abbas conſtituatur; ſed à cunctis ibi degentibus ſervis Dei (juxta P. Benedicti Regulam) eligantur Abbates, qui à Romano Pontifice, vel à ſuo mandatore benedictionem ſuſcipiant. Confirmamus igitur & ſtabilimus, ut nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, in ipſum monaſterium, ſive ſuas Eccleſias, à prædicto Epiſcopo datas, neque clericos in eis ſtantes, & in eodem monaſterio, neque Abbatem, monachos, & converſos ſuos, audeat & præſumat ſententiam excommunicationis inferre, vel à nullo poſſint interdici vel excommunicari, niſi à Romano Pontifice. Item etiam concedimus, ut ſi qui cauſſâ orationis ad prædictum monaſterium venerint, habeant licentiam introeundi, & omne officium audiendi, niſi fortè quis reatu ſuo proprio fuerit excommunicatus. Concedimus quoque ipſius loci Abbati correctionem cunctorum ſuorum clericorum, inſtitutionem Eccleſiarum ſuarum & clericorum, ut nullus Epiſcopus, nulla Eccleſiaſtica vel laïca perſona, dominationem ibi habeant; ſed quicquid Eccleſiaſticum eſt, per manum illius Abbatis, & ſub regimine ipſius cuncto ſubſiſtant tempore. Oleum verò, ſeu ſanctum chriſma baptizantium, conſecrationes altarium, à quocum-

cumque voluerit Catholico Epiſcopo ſuſcipiat. Cœmiterium de omni villa Biſulduni, & de omnibus circumſtantibus villulis, ſicut à ſupradicto Epiſcopo conſtitutum eſt, confirmamus & roboramus, &c. *Poſtquam autem anathematis fulmine percuſſit ejus mandati tranſgreſſores, ſtatim hiſce verbis finem facit.* Datum octavo idus Majas, imperante domino noſtro Othone, à Deo coronato, magno, & pacifico, anno XII. & indictione VII. anno Dominicę incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo nono, Erâ MXVII.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Urgellum

ANNO CHRISTI DCCCCXCI.

ANno DCCCCXCI. Salla Epiſcopus Urgellenſis ad ſe evocavit Vivanem Epiſcopum Barcinonenſem, & Aimericum Ripa-curtienſem, tum etiam canonicos & ſacerdotes, monachoſque diœceſeos Urgellenſis: & cum eorum auctoritate & conſenſu excommunicavit & alligavit, ſeu interdicto ſuppoſuit, ut poſteriorum temporum verbis utamur, *omnem Epiſcopatum Cerdanienſis, vel Berchitanenſis.* ideſt, pagos Cerdanienſem & Bergitanenſem pertinentes ad diœceſim Urgellenſem. Quia pravi homines auctoritate uſi Ermengardis Comitiſſæ Ceritanienſis, filiorumque ejus, eoſdem pagos, eorumque Eccleſias perruperant, & cenſum exinde Epiſcopo debitom ei denegabant. Ne tamen in ſe concitaret odia ejuſdem Comitiſſæ filiorumque ejus, diſpenſatione nſus eſt, eoſque excipiens ab excommunicatione, eam tulit in conſiliarios & miniſtros eorum, Arnaldum ſcilicet & Radulphū, & omnes ſequaces eorū. Tum literæ encyclicæ rē geſtam continentes miſſæ ad omnes Epiſcopos, ut & ipſi quoque eam excommunicationem ſua auctoritate confirmarent. *Ex Illuſtriſs. Petro de Marca, qui ſummatim hac narrat ex Actis à ſe lectis in archivo Eccleſiæ Urgellenſis.*

EPISTOLA I.

S. ODILONIS ABBATIS.

ANNO CHRISTI DCCCCXCIX.

*IGNE Divini amoris fervido domno Paterno * gregis Chriſti affectu paterno procuratori provido, Frater ODILO cum domno Epiſcopo SANTIO, omniſq; Cluniacenſium pauperum Congregatio, monaſtici laboris bravium à Chriſto.* (* Abbati in Aragonia.)

SI cuncta circa vos ſuut proſpera & pacata, gaudemus & exultamus, & ut ſemper de bono proficiatis in melios votis omnibus præoptamus. Pro ſtatu quoque regui, ut liberetur ab incurſione paganorum, & à perſecutione falſorum Chriſtianorum, omnipotenti Deo ſupplices & continuas preces omni devotione cordis aſſiduè offerimus. Et ut firmiſſima pax inter filios divę memoriæ domini noſtri Sanctii regis defuncti à Deo reformetur, & continuis orationibus, & indefeſſis die ac nocte precibus exoramus; præcipueque pro chariſſimo noſtro, & viſceribus totius amoris ac dilectionis domino Redimiro, de cujus benignitate & probitare, morumque paternorum in cunctis repræſenratione, Domnus Epiſcopus, ipſi per omnia fideliſſimus & devotiſſimus, tanta & talia ad nos veniens narravit, nt indiſſolubilibus vinculis charitatis ita nos ejus familiaritati & fidelirati colligaverit, quatenus nulla unquam oblivione ipſius memoria à noſtris cordibus avelli poſſit in divinis obſequiis. Nam quotidie pro ejus pace, & ſalute corporis & animæ, poſt matutinas recitamus omnes generaliter Pſalmum: *Domine quid multiplicati ſunt.* Et per omnes alias horas: *Levavi oculos meos.* ut Dominus eripiat animam & corpus ejus ab omni malo, cuſtodiatque introitum & exirum illius, uon ſolùm in præſenti, ſed & in ſæculnm ſæculi. Rogamus præterea nt hos miſſos, quos dominus Sanctius Epiſcopus, & nos mittimus, uſque ad Sanctum Joannem conducatis. Vult enim Domnus Epiſcopus ſua omnia, quæ ibi dimiſit, ſecum habere. Argentum, ut opus quod in nomine ipſius, & in nomine Regis defuncti ſuper altare Sancti Petri cœpimus, ad perpetuom memoriale ſui & ſupradicti Regis perficiat. Ornamenta verò divinis Officiis conſecrata penes ſe quamdin vixerit vult eſſe. Nam de aoro, quod ad nos veniens ſecum detulit, duas liſtas taoulæ majoris altaris, dexteram videlicet & ſiniſtram, quæ deſtructæ erant ſicut ſcitis, jam perfecit, ſubteriorem verò quæ remanet, & de vaccis, quas apud Sanctum * ....

(Votivas preces Deo obtuliſſe pro pace regni Hiſpaniæ teſtatur, deque Sanctio Epiſcopo agit.)

(* Cætera deſunt in membranis.)

EPISTOLA

JOANNIS PAPÆ.

JOANNES ſervos ſervorum Dei ODILONI Abbati ſalutem chariſſimam cum benedictione Apoſtolica. Docente beatiſſimo Gregorio, multa videntur bona, & non ſuut. Verumtamen cùm dicatur: ſi rogas, audies; quia omnia tua quæ videbautur bona, bona oon eſſe ſentimus. Quid enim in monacho obedientiâ ſanctios? Quid iu Chriſtiauo acceptabilius? Nonne *melior eſt obedientia ſacrificio?* ſecundùm Propheticum judicium: & vooe Dominica dicitor: *Obedientiam volo, & non ſacrificium*. Quautum verò B. Beoedictus eam ſuis præconiis extollat, non eſt dignum hìc inſerere, cùm te non lateat. Percepimus igitur injuriam ſanctæ Eccleſiæ Lugduuenſis petentis te in conjugium, qula competebat, cui etiam ſalivam in ſacie jeciſti. Omittimus injuriam ſanctæ plebis, cui regimen parcendo ſoli vitæ tuæ reſugiſti & reſugis. Tacemus quòd auctoritatem tantorum Præſulum monentium & rogantium ad Epiſcopalem dignitatem accedere poſthabuiſti: quòd S. Romanæ Eccleſiæ & nobis inobedientem te reddidiſti, & inultom relinquere nec debemus, nec poſſumus. Niſi fortè obedientia diluat quæ inobedientia maculavit. Satisfactione purgetur qood tranſgreſſione inquinatum eſt. Idem niſi expetitor regimen jam dictæ Eccleſiæ, quod inobediendo uſque hactenus ſpreviſti, obedienter ſuſceperis; qoid amaritudinis vel ſeveritatis erga meritos ſciat Romana Eccleſia injicere, ſenties. Nam hoc ſacrum regimen, ſicut à nullo eſt temerè uſurpandum, Ita petente Eccleſia à nullo tuo ſimili eſt vitaodum. Quoniam tantorum perditionis reus eris, quantorum ſaluti exemplo & doctrina prodeſſe potuiſſes. Nota loquimur, & quæ te ſcire pleniter confidimos. Ideoque taceat jam charta, & lingua loquatur, verùm Epiſcopi Gaudſridi, cui luce clarius voluntatem meam reſerandam tam tibi qoàm confratribus tuis, & omni Eccleſiæ commiſimus. Vale.

EPISTOLA II.

S. ODILONIS.

MORUM probitate regalia decenter ſceptra regenti, domno GARSEÆ religioni .... ODILO cum grege Cluniacenſium pauperum ſibi commiſſo, firmari cum fratribus & amicis, omnibusque vobis jure ſubjectis, pacem in Domino, ac de cunctis inimicis victoriam cum triumpho.

Petit ut Rex Cluniacenſiũ inopiam ſublevet.

GAudemus, & omnipotenti Deo gratias referimus, quòd vos ſublimiter & glorioſè tam in ſui dilectione & notitia, quàm in ſæculari ſemper audimos creſcere & proficere poteotia. Scimus itaque ex indiſſolubili familiaritate & ſocietate quâ olim patri veſtro probamur copulati, ita in veſtra fidelitate devoti, ut pro veſtra veſtrorumque ſalute & incolumitate, atque de cunctis iuimicis veſtris victoria, Deum exoremus aſſiduis precibus, poſcentes ejus clementiſſimam benignitatem, ot ſic cuncta veſtra ſecundùm ſuam voluntatem nobiliter diſponat, quò poſt pręſentem gloriam & felicitatem ad cœleſtia gaodia vos perdocat. Præterea, licèt noo ſine rubore, pa odere cogimur veſtræ ſublimitatis monificentiæ noſtræ inopię uęceſſitatem, quâ jam per duos & eò amplius annos affligimur continuè. Nam geoeralis totius regni paupertas, famis quoque & inopiæ nos opprimit calamitas, ſicot & alios noſtrę vicinitatis compatriotas. Quod periculum ut evadere poſſimus, veſtro admiuiculo, ſi placet, perquamplurimùm iudigemus. Pacem, & victoriam, atque perpetuam vitam ut Dominus vobis concedat, tota noſtra fraternitas & optat, & orat. Vale.

EPISTOLA III.

S. ODILONIS.

NOBILISSIMÆ Matronæ R. Frater ODILO fideles orationes.

MIrarer, domina, valdè, cur me ignotum & immeritũ toties ſalutationibus tuis lætificas, muneribus amplificas, niſi illam maternam bonitatem agnoſcerem, & in te ſentirem, qoæ omnibus, tam notis quàm igootis, pro meritis & immeritis, communis & æqualis eſſe ſoleat. Unde non ad mirandum, ſed ad gratias referendum totus convertor, ſcilicet de omnibus bonis, quæ tua charitas oobis & noſtris ſemper ſolet impeudere. Orationibus noſtris, fratromque noſtrorum per fratrem LUITERIDUM dignata es te commendare, in quibus ſcias devotiſſimè te eſſe ſoſceptam

atque

Digitized by Google

atque aſcriptam, & non ſolùm te, ſed etiam chariſſimum amicum noſtrum ſeniorem tuum A.... ...... ac dulciſſimum fratrem ejus E.......... de quibus ſemper bene audivi, & adhuc Deo gratias, audio. Quos utroſque ut officioſiſſimè ex noſtra parte ſalutes, multùm tuam rogo charitatem. Vale, & memor tui, nunquam immemor exiſtas.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Barcinonem

ANNO CHRISTI MIX.

ANno MIX. factus eſt inſignis conventus apud Barcinonem, cui, præter Raymundum Comitem & uxorem ejus Ermeſſindem, interfuerunt etiam Ermengaudus Comes Urgellenſis Raymundi frater, & Bernardus Comes Biſulduenſis. Aderant etiam imprimis Æthius Epiſcopus Barcinonenſis, Arnolphus Auſonenſis, Odo Gerundenſis, Salla Urgellenſis, & Oliba Helenenſis. In eo conventu actum eſt de reſtaurando ſtatu canonico in Eccleſia Barcinonenſi, qui per incuriam & ignaviam ſuperiorum temporum, & oppreſſionem Sarracenorum deperierat. Nam vita canonica illic inſtituta fuerat à Karolo Calvo Rege Francorum, & à Ludovico filio ejus eo tempore quo Frodoïnus ſedebat cathedram Barcinonenſem, ut patet ex Præcepto ejuſdē Ludovici dato anno DCCCLXXVIII. tempore Concilii Trecenſis. Anno ergo præſenti reſtaurata eſt ſuaſu imprimis Roberti cujuſdam negotiatoris, qui moriens apud Barcinonem, merces ſuas omnes reliquerat eâ mente ut traderentur uſibus canonicorum canonicè viventium. Factum eſt quod vir bonus animo conceperat, datumque canonicis ut *inter ſe eligant Abbatem vel Præpoſitos, ſive Decanos, & miniſtros qui fideliter diſtribuant, & ſerviant operibus illorum*. Ex Illuſtriſs. Archipræſule Marca, qui hæc refert ex Actis aſſervatis in archivo Eccleſię Barcinonenſis.

CONCILIUM LEGIONENSE

ERA ML. ID EST ANNO CHRISTI MXII. CELEBRATUM

SUB ALPHONSO V.

LEGIONIS REGE.

Decreta Alphonſi Regis & Geloiræ Reginæ.

PRÆFATIO.

SUB Era milleſima quinquageſima, VIII. Kal. Auguſti, in pręſentia Regis domini Alphonſis & uxoris ejus Geloiræ Reginæ, convenimus apud Legionem in ipſa Sede B. Mariæ omne, Pontifices, & Abbates, & Optimates regni Hiſpaniæ, & juſſu ipſius Regis talia decreta decrevimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

CANONES.

I.

Imprimis cenſuimus, ut in omnibus Conciliis, quæ deinceps celebrabuntur, cauſſæ Eccleſię priùs judicentur, judiciumque rectum abſque falſitate conſequantur.

I I.

Præcipimus etiam, ut quicquid teſtamentis conceſſum & roboratum aliquo tempore Eccleſia tenuerit, firmiter poſſideat: ſi verò aliquis inquietare voluerit illud quod conceſſum eſt teſtamentis (quicquid fuerit) teſtamentum in Concilio adducatur, & à veridicis hominibus utrum verum ſit exquiratur: & ſi verum inventum fuerit teſtamentum, nullum ſu-

ſuper * eum agatur judicium; ſed quod in eo continetur ſcriptom, quietè poſſideat Eccleſia in perpetuom. Si verò Eccleſia aliquid jure tenoerit, & inde teſtamentum non habuerit; firment ipſum jus cultores Eccleſiæ juramento, ac deinde poſſideat perenni ævo: * pareat triennium jure habito, ſeu teſtamento. Deo etenim fraudem facit qui * per triennium rem Eccleſiæ reſcindit.

* illud.
* præjudicet triennium.
* poſt triennium.

III.

Decrevimus etiam, ut nullus contineat ſeu contendat Epiſcopus Abbates ſuarum diœceſeon, ſive monachos, abbatiſſas, ſanctimoniales, refuganos; ſed omnes permaneant ſub ditione ſui Epiſcopi,

IV.

Mandavimus adhoc, ut nullus audeat * rapere ab Eccleſia: verùm ſi aliquid * infra cœmeterium per rapinam ſumpſerit, ſacrilegium ſolvat; & * ſi quid inde abſtulerit, ut rapinam reddat. Si autem extra cœmeterium * abſtulerit rem Eccleſiæ; reddat eam, & calumniam * ipſius Eccleſiæ, more terræ.

V.

Item decrevimus, ut ſi fortè aliquis hominem Eccleſiæ occiderit, & per * ſe ipſam Eccleſia juſtitiam adipiſci non potuerit, concedat. * .... vocem judicii, * dividant per mediam, calumniam homicidii.

* aliquid rapere.
* intra.
* quidquid.
* injuſtè abſtulerit.
* cultoribus ipſius.
* ſe ipſa.
* majorino Regis.
* dividatque.

VI.

Judicato ergo Eccleſiæ judicio, adeptaque juſtitiâ, agatur cauſſa Regis, deinde populorum.

VII.

Decrevimus iterum, ut nullus emat hæreditatem ſervi Eccleſiæ: qui autem emerit eam, perdat eam & pretiom.

Hic multa decreta ſequebantur in Codice ad civilem potiùs quàm Eccleſiaſticam regni gubernationem pertinentia, quæ ideo omiſimus. Hæc Baronius anno MXII.

NOTA SEVERINI BINII.

ACTA hujus Concilii ex MS. Codice Hiſpanico per Valerium Serenum Lovanienſem anno Chriſti MDLXV. excerpta accepi à reverendo & doctiſſimo viro domino Jacobo Hottero, ſacræ Theologiæ Doctore, & Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis canonico presbytero. Contuli eadem cum excuſis Baronianis, quę etiamſi parum, & nonniſi locis in margine notatis diſcrepent; hoc tamen ſingulare habent, quòd lacunam illam apud Baronii Annales relictam impleant, verbaque apud ipſum omiſſa reſtituant iſta: *Concedat majorino Regis vocem judicii: dividatque per mediam, calumniam homicidii.* Item qood poſt ſextum capitulum, cui initium eſt: *Judicato ergo Eccleſiæ &c.* additur in noſtro Codice ſeptimum iſtud capitulum: *Decrevimus iterum, ut nullus emat hæreditatem ſervi Eccleſiæ: qui autem emerit eam, perdat eam & pretium.*

Poſt quod immediatè ſubjungitur: *Reliqua quadraginta decreta pertinent ad res civiles.* Hujus Concilii meminit Rodericus Toletanus his verbis: *Rex autem Adelphonſus Concilium celebravit, & ædificavit Legionem, quam Almanzor & Habdelmalich filius ejus deſtruxerunt: & leges Gothicas reparavit, & alias addidit, quæ in regno Legionis etiam hodie obſervantur.*

Alia decreta ejuſdem Concilii Legionenſis ad regimen populorum ſpectantia, nunc primùm edita

Ex MSS. Toletano & Mondexarenſi.

VIII.

Item mandavimus, ut homicidia & rauſos omnium ingennorum hominum Regi integra reddantur.

IX.

Præcipimus etiam, ut nullus nobilis, ſive aliquis de benefactoria, emat ſolare, aut hortum alicujus junioris; niſi ſolummodò mediam hæreditatem de foris: & in ipſa medietate quam emerit, non faciat populationem uſque in tertiam villam. Junior verò qoi tranſierit de una mandatione in aliam, & emerit hęreditatem alterios junioris, ſi habuerit in ea, poſſideat eam integram; & ſi noluerit in ea habitare, mutet ſe in villam ingenuam, oſque in tertiam mandationem, & habeat medietatem præfatæ hæreditatis, excepto ſolare & horto.

X.

Et qui acceperit molierem de mandatione, & fecerit ibi nuptias, ſerviat pro ipſa hæreditate mu-

mulieris, & habeat illam. Si autem noluerit ibi morari, perdat ipſam hæreditatem. Si verò in hæreditate ingenua nuptias fecerit, habeat hæreditatem mulieris integram.

X I.

Item decrevimos, quòd ſi aliquis habitans io mandatione, afferoerit ſe oec joniorem, nec filiom junioris eſſe; majorinus Regis ipſius mãdationis per tres bonos homines ex progenie * inquietati, habitaotes in ipſa mandatione, coofirmet jure-jurando eum juniorem, & junioris filium eſſe. Quòd ſi juratom fuerit, moretur io ipſa hæreditate junior, & habeat illam ſerviendo pro ea. Si verò in ea habitare noluerit, vadat liber ubi voloerit cum cavallo & atondo ſuo, dimiſſa integra hæreditate, ſua bonorum ſuorum medietate.

* *locus corruptus.*

X I I.

Mandavimos iterum, ut ſicut alicujus pater aut avos ſoliti fuerint laborare hæreditates Regis, aut reddere fiſcalia tributa, ſic & ipſe faciat.

X I I I.

Præcipimus adhoc, ut homo qui eſt de benefactoria, cum omnibus & hæreditatibus ſois eat liber quocũmque voluerit.

X I V.

Et qoi injuriaverit aut occiderit ſayooem Regis perſolvat quingeotos ſolidos.

X V.

Et qui fregerit ſigillum Regis, reddat centum ſolidos: & quantum abſtraxerit de ſubſigillo, ſolvat ot rapinam, ſi juratum fuerit ex parte Regis: medium autem calumniæ Regi, aliud autem medium domino hæreditatis: & ſi jurare noluerit ex parte Regis, crimioatus habeat liceotiam jurandi: & qoantum juraverit, tantum ut rapinam reddat.

X V I.

Item ſi aliquis ſayo piguoram fecerit in maodameoto alterius ſayonis, perſolvat quemadmodum ſi oon eſſet ſayo: quia vox ejus & dominium noo valent niſi in ſuo maodato.

X V I I.

Illi etiam, qui ſoliti fuerint ire non foſſatum cum Comitibus, cum majorinis eant ſemper ſolito more.

X V I I I.

Mandavimus iterum, ut in Legione, ſeu omoibus cæteris civitatibus, & per omoes alſoces, habeantur judices electi à Rege, qui judicent cauſſas totius populi.

X I X.

Et qui aliquem pigooraverit, niſi priùs domino illius conqueſtus fuerit, abſque judicio reddat in duplum quantum pignoraverit. Et ſi priùs factâ querimooiâ aliquem pigooraverit, & aliquid ex pignore acciderit; planè abſque judicio reddat in duplom. Et ſi facta fuerit querela ante judices de ſuperſtitione; ille quem ſuſpectum habuerint, defendat ſe juramento & calidâ aqoâ per manus bonorum: & ſi querimo oia vera fuerit, & oon per ſuſpectionem; perquiraot veridici homioes: & ſi noo potuerit inveniri vera exquiſitio, parentur teſtimonia ex otraque parte talium hominum qui viderunt & audierunt: & qui convictus fuerit, ſolvat more terræ illud uode querimonia facta fuerit. Si autem aliquis teſtium falſum teſtificâſſe probatus fuerit; reddat pro falſitate Regi ſexaginta ſolidos; & illi contra quem falſum protulit teſtimonium, quicquid ſuo teſtimonio pertulit, reddat integrum: domuſque illius falſi teſtis deſtruatur à fundameotis, & deioceps à nullis recipiatur in teſtimoniis.

X X.

Conſtituimus etiam, ot Legionem * civitas, quæ depopolata fuit, ad hos foros ſubſcriptos, & nunquam violentur iſti fori in perpetuum. Mandamus ergo, ut nullus Junior, cuparius, ac vendarius, adveoiens Legionem ad moraodum, inde extrahatur.

* *locus corruptus.*

X X I.

Item præcipimus, ut ſervus incognitus ſimiliter inde non extrahator, nec alicui detur.

X X I I.

Servus verò qoi per veridicos homioes ſervus probatus fuerit, tam de Chriſtianis quàm de Agarenis, ſine aliqua contentiooe detur domino ſuo.

X X I I I.

Clericus vel laïcus non det ulli homini rauſum, foſſatariam, aut maneriam.

X X I V.

Si qois homicidium fecerit, & fugere potuerit de civitate, aut de ſua domo, & oſque ad novem dies captus noo fuerit, veniat ſecurus ad domum ſuam, & vigilet ſe de ſuis inimicis, & nihil ſayoni vel alicui homini pro homicidio quod fecit perſolvat: & ſi infra novem dies captus fuerit, & habuerit unde integrum homicidium reddere poſſit, perſolvat illud: & ſi noo habuerit unde reddat, accipiat ſayo domus ejus medietatem ſubſtantiæ ſuæ de mobili: altera verò medietas remaoeat uxori ejus & filiis, vel propinquis, cum caſis & integra hæreditate.

X X V.

Qui habuerit caſam in ſolare alieno, & non habuerit cavallum, vel aſinam, det ſemel in anno domino ſoli decem panes frumenti, & mediam cannatelam vini, & unum lumbum boou m; & habeat

habeat dominum qualemcumque voluerit, & non vendat ſuam domum, nec exigat laborem ſuum coactus; ſed ſi voluerit ipſe ſua ſponte vendere domum ſuam, duo Chriſtiani & duo Judæi appretientur laborem illius: & ſi voluerit dominus ſoli dare diffinitum pretium, det hoc, & ſuum alvoroch: & ſi noluerit, vendat dominus laboris laborem ſuum cui voluerit.

XXVI.

Si miles verò in Legione in ſolo alterius caſam habuerit, bis in anno eat cum domino ſoli ad junctam. Ita dico, ut eâdem die ad domum ſuam poſſit reverti, & habeat dominum qualemcumque voluerit, & faciat de domo ſua ſicut ſuprà ſcriptum eſt: & ulli domino non det nutio.

XXVII.

Qui autem equum non habuerit, & aſinos habuerit; bis etiam in anno det domino ſoli aſinos ſuos: ſic tamen, ut eâdem die poſſit reverti ad domum ſuam: & dominus ſoli det illi & aſinis ſuis victum: & habeat dominum qualemcumque voluerit, & faciat de domo ſua ſicut ſuprà ſcriptum eſt.

XXVIII.

Omnes homines habitantes infraſcriptos terminos (per Sanctam Martham, per Quintanellas de via de . . . . . per centum-fontes, etiam per villam-auream, per villam-felicem, & per villas Nilieras, & per Caſcantes, per villam Velite, & per villar Maſareſe, & per villa de Ardone, & per Sanctum Julianum) propter conditiones quas habuerunt contra Legionenſes, ad Legionem veniam accipere & facere judicium, & in tempore belli & guerræ veniant ad Legionem vigilare illos muros civitatis, & reſtaurare illos, ſicut cives Legionis, & non dent portaticum de omnibus cauſſis quas ibi vendiderint.

XXIX.

Omnes habitantes intra muros, extra prædictæ urbis ſemper habeant & teneant unum forum: & veniant in prima die Quadrageſimæ ad capitulum S. Mariæ de Regula, & conſtituant menſuras panis, & vini, & carnis, & pretium laborantium, qualiter omnis civitas teneat juſtitiam in illo anno. Et ſi aliquis præceptum illud prætericrit; quinque ſolidos monetæ ſuo majorino Regis det.

XXX.

Omnes vinatarii ibi commorantes bis in anno dent ſuos aſinos majorino Regis, ut poſſint ipſa die ad domos ſuas redire: & dent illis & aſinis ſuis victum abundè; & per unumquemque annum ipſi vinatarii ſemel in anno dent ſex denarios majorino Regis.

XXXI.

Si quis menſuram panis & vini minoraverit, quinque ſolidos perſolvat majorino Regis.

XXXII.

Quicumque cibariam ſuam ad mercatum detulerit, & maquilas Regis furatus fuerit, reddat eas in duplum.

XXXIII.

Omnis morator civitatis vendat cibariam ſuam in domo ſua per rectam menſuram ſine calumnia.

XXXIV.

Panatariæ quæ pondus panis falſaverint, in prima vice flagellentur; in ſecunda verò quinque ſolidos perſolvant majorino Regis.

XXXV.

Omnes carnizarii cum conſenſu Concilii carnem porcinam, hircinam, arietinam, vaccinam per penſum vendant, & dent prandium Concilio unà cum Zaunorres.

XXXVI.

Si quis vulneraverit aliquem, & vulneratus dederit vocem ſayoni Regis; ille qui plagam fecerit perſolvat ſayoni Regis cannatellam vini, & componat ſe cum vulnerato: & ſi ſayoni vocem non dederit, nihil illi perſolvat; ſed tantùm componat ſe cum illo vulnerato.

XXXVII.

Nulla mulier ducatur invita ad fingendum panem Regis, niſi fuerit ancilla ejus.

XXXVIII.

Ad hortum alicujus hominis non vadat majorinus, ſed ſayo invito domino horti, ut inde aliquid abſtrahat; niſi fuerit ſervus Regis.

XXXIX.

Qui vinatarius non fuerit per forum, vendat vinum ſuum in domo ſua ſicut voluerit, per veram menſuram; & nihil inde habeat ſayo Regis.

XL.

Homo habitans in Legione, & infra prædictos terminos, pro ulla calumnia non det fideatorem, niſi in quinque ſolidos monetæ urbis; & faciat juramentum, & calidam aquam per manum bonorum ſacerdotum, vel inquiſitione per juridicos inquiſitores, ſi ambabus partibus: ſed ſi accuſatus fuerit feciſſe jam furtum, aut per traditionem homicidium, aut aliam proditionem, & inde fuerit convictus; qui talis inventus fuerit, defendat ſe juramento; & per litem cum armis.

XLI.

XLI.

Et mandamus, ut majorinus vel ſayo, aut dominus ſoli, vel aliquis ſenior, non intrent in domum alicujus hominis Legione commorantis, pro ulla calumnia, nec portas auferant à domo illius.

XLII.

Mulier in Legione non capiatur, nec judicetur, nec inſidetur, viro ſuo abſente.

XLIII.

Omnes macellarii de Legione per unumquemque annum in tempora vindemiæ dent ſayoni ſingulos utres bonos, & ſingulas arrelas de ſuo.

XLIV.

Monatariæ dent ſingulos argentos ſayoni Regis per unamquamque hebdomadam.

XLV.

Piſcatum maris & fluminis, & carnes quæ adducentur ad Legionem ad vendendum, non capiantur per vim in aliquo loco à ſayone, vel ab ullo homine: & qui vim fecerit, perſolvat Concilio quinque ſolidos, & Concilium det illi centum flagella, in camiſia ducens illum per plateas civitatis per funem ad locum ejus: ita & de cæteris omnibus rebus quę Legionem ad vendendum venerint.

XLVI.

Qui mercatum publicum, quod quartâ feriâ antiquitus agitur, perturbaverit, cum nudis gladiis ſcilicet, enſibus, & lanceis; ſexaginta ſolidos monetæ urbis perſolvat ſayoni Regis.

XLVII.

Qui in diebus prædictis à mane uſque ad veſperum pignoraverit, niſi debitorem aut fidiatorem ſuum, & iſtos extra mercatum; * pectet ſexaginta ſolidos ſayoni Regis: & duplet pignuram illi quem pignoravit: & ſi ſayo aut majorinus ipſa die pignuram fecerint, aut per vim aliquid alicui abſtulerint, flagellet eos Concilium, ſicut ſuprà ſcriptum eſt, centum flagellis, & perſolvant Concilio quinque ſolidos: & nemo ſit auſua ipſa die contradicere ſayoni directum quod Regi pertinet.

* *Locus depravatus.*

XLVIII.

Quiſquis ex noſtra progenie, vel extranea, hanc noſtram conſtitutionem ſciens frangere tentaverit; fracta manu, pede, & cervice, evulſis oculis, fuſis inteſtinis, percuſſus leprâ, unà gladio anathematis, in æterna damnatione cum diabolo & angelis ejus luat pœnas.

CONCILIUM LEYRENSE

Celebratum XI. Kal. Maji, anno Domini MXXII.

1. CONCILIUM *Leyrenſe.*] Sanctius Major Rex Concilium celebrari juſſit apud monaſterium S. Salvatoris Leyrenſis in regno Navarræ XI. Kalendas Maji, Erâ MLX. ideſt, die XXII. Aprilis, anni MXXII. Inter cætera quæ in hoc Concilio decreta fuerunt ad Fidei Catholicæ augmentum, confirmavit Sanctius privilegia eidem monaſterio conceſſa ab avo ſuo Sanctio, & Urraca Regina, ipſius avia; necnon à Garſia & Ximena parentibus ſuis. Statutum item fuit, ut anno proximo Conciliũ Pampilonæ celebraretur. Id privilegium confirmârunt Garſia, Ferdinandus, & Gundiſalvus, ejus filii, ac Ramirus frater. Adfuerunt autem Sanctius Guillelmus Vaſconiæ Comes, & Berengarius Comes Barcitonenſis. GARIBAYUS in *Compendio Hiſt. Hiſp.* lib. 22. cap. 24.

2. *Concilium Leyrenſe.*] In monaſterio Leyrenſi educatus fuit Sanctius Major Rex; quare deinceps incredibili amore illud proſequutus eſt. Nam cùm Garſia Rex, ejus pater, monachi cujuſdam, Sanctii nomine (qui poſtmodùm ad Cathedrã Pampilonenſem evectus eſt) curæ ac ſolicitudini educandum commendâſſet; Rex poſtea in gratiam magiſtri nonnulla fecit memoratu digna: præſertim verò anno Domini MXXII. Concilium apud idem monaſterium convocari juſſit, prout anno proximè ſequenti MXXIII. aliud apud Pampilonam. In quibus illud inter alia conſtitutum fuit, ut ſedes Epiſcopalis, quæ tunc penes monaſterium S. Salvatoris Leyrenſis erat, ad antiquam Eccleſiam Pampilonenſem transferretur, cùm incommoda propter quæ illuc translata erat, penitùs ceſſâſſent. YEPIUS in *Chronico Benedict.* ad annum DCCCXL.

3. Cùm monachi Abbatiæ Leyrenſis ſuum in religioſum ſeceſſum admiſiſſent Epiſcopos Pampilonẽſes, atque ita eos ſubduxiſſent incurſionibus barbarorum; illis à Papa Joanne XIX. & à Rege Sanctio conceſſum eſt hoc privilegiũ, ut ſoli Epiſcopum eligerent Pampilonenſis Eccleſiæ. Sanctii Regis fortitudine & victoriis ubi poſtea regio illa Chriſtianæ Fidei & paci reddita eſt, in Concilio Provinciali Pampilone habito ejus urbis Epiſcopus reſtitutus eſt priſtinæ ſuæ ſedi. Eâdem ipſa de cauſſa, ut alibi retulimus, Epiſcopi Arragonii ſeu Jaccenſes eligebantur ſemper ex monachis cœnobii Jaccenſis, ex ſtatuto Concilii Arragonii anno MLX. THOMASSINUS *De Benef.* Tom. 2. lib. 2. cap. 35. n. 3.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Rotenſe in Catalonia, quando nova ejus Eccleſia conſecrata eſt.

ANNO CHRISTI MXXII.

ANno MXXII. tertio nonas Octobris nova Eccleſia monaſterii S. Petri Rotenſis conſecrata eſt à Wiſredo Archiepiſcopo Narbonenſi, *ad vicem Petri Gerundenſis Epiſcopi*: tum etiam à Stephano Aptenſi, Stephano Agathenſi, & Oliba Auſonenſi. Decreverunt autem eodem tempore Epiſcopi, ut ſalva eidem monaſterio eſſent bona ſua, & *ut juxta decreta Romanorum Pontificum & ſanctorum Canonum, ſit ſubditum ſanctæ matri Romanæ Eccleſiæ*. Quod decretum uti verum erat habita ratione privilegiorom ei monaſterio conceſſorum à Romanis Poutificibus; ita valdè nutabat ex alia parte; cùm certum ſit Canones non jubere ut monaſteria ſint in poteſtate Romani Pontificis. Sed ita tum plerique putabant, quia diſtinguere neſciebant decreta Canonum à decretis Pontificum ſedis Apoſtolicæ. Addunt Epiſcopi pœnam excommunicationis adverſus eos qui hoc eorum decretum violaverint. In eodem conventu lecta eſt epiſtola Benedicti VI. Papæ de libertate ejuſdem monaſterii, ſubſcriptionibuſque Epiſcoporum firmata. Poſt quæ Petrus Abbas epiſtolam ad Benedictum VIII. Papam ſcripſit, in qua conqueritur contemni à populo excommonicationes ab Epiſcopis illis auctoritate Apoſtolica decretas adverſus invaſores bonorum monaſterii ſui. Rogat eum uti Willelmum Comitem Biſuldunenſem, qui publicè dicebat ſe nihili facere excommunicationem Papæ, privet alodibus qui ad eum pervenerāt beneficio monachorum ejuſdem loci. Monet verò ne excommunicet Hugonem Comitem Emporitanum, qui jam reſipuerat, ſed tantùm admoneat ut in melius proficiat. Petit etiam ut ſub excommunicatione mandet univerſis Epiſcopis provinciæ illius, ut de hoc Concilium agant, ut quod non rectum eſt, in melius dirigatur: quod ſi non fecerint, eos ab omni Pontificali vel ſacerdotali miniſterio ſuſpendat. Epiſtolæ tenor hic eſt.

BEnedicto patri Petrus gratiâ Dei Abbas, omneſque ſubditi veſtrę ſublimiſſimę poteſtati, vobis ſalutes & multimodas dirigimus preces. Anno tranſacto vidiſtis coram vobis ex noſtris fratribus monachis querelam deferentibus, quòd noſter locus, qui ſub tuitione & defenſione ſanctæ Romanæ Eccleſię conſtabat, devaſtaretur atque conculcaretur ab iniquis hominibus, ideſt, poteſtatibus, eorumque ſubditis habitantibus noſtræ confinia regionis. Quod vos ut audiſtis, benignè annuiſtis noſtris precibus, & unicuique Comiti ſub excommunicatione mandâſtis, ut prædicto loco omnia ſua reſtituerent, & nihil ſibi extra voluntatem noſtram retinerent. Hæc igitur omnia poſtponentes, exprobrantes veſtram juſſionem atque excommunicationem, dicentes nihil facturos ad veſtrum imperium, adducentes nos in magnam confuſionem atque improperium, ut jam penè univerſos populus necnon & vulgus dicat ſe nihil facturum per excommunicationem ſacerdotum, à Principibus eorum veſtrâ poſtpoſitâ. Heu proh dolor! quàm malè tractantur ſancta deteriuſque conculcantur, cùm à Principe totius Orbis, ideſt Papa Romano, excommunicationes factæ ita ſunt poſtpoſitæ, nec ſunt obſervatę! Irrevocabilis nempe eſt lapſus quum juſtitia contemnitur, pietas reſpuitur, miſericordia denegatur. Pro certo nihil aliud conſtat, niſi ut abrenuncient omnes Chriſto, & ſequantur diabolum, ipſius opera imitando, ejuſque veſtigia ſequendo detrudantur cum ipſo ad ima infernalis barathri, perpetim luituri, cùm à vobis excommunicati nullatenus ad recta ſunt converſi, ſed in deterius mutati. Epiſcopi verò, quibus præcepit veſtra ſublimitas ut conciliabula agerent, & prædictum locum in priſtinum ſtatum informarent, & ſuis exhortationibus ipſos Comites, eorumque ſubditos cogerent ut nihil ſibi de prædicto loco retinerent, contemptores veſtræ juſſionis effecti, nihil agētes, inſuper etiam ſubtrahentes ſe à conſecratione ejuſdem loci novæ ædificatæ Eccleſiæ, præter ſolum Oliba Epiſcopum Auſonenſem, & primæ Sedis Wiſredum Narbonenſem Epiſcopum, & Stephanum Agathenſem, atque Stephanum Attenſem. Hi omnes cum conſenſu Comitum, ideſt, Ugonis, Wifredi, Willermi, atque Comitiſſæ Ermeſſindis, atque plurimarum illuſtrium perſonarum hoc collaudantiū, per veſtram juſſionem in veſtra vice taliter excommunicaverunt. Anno MXXII. Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, indictione quinta, tertio nonas Octobris, venit Wifredus Narbonenſis Archiepiſcopus ad vicem Petri Gerundenſis Epiſcopi, atque nomine illius cum cæteris Coëpiſcopis, ideſt, Stephano Attenſi, atque Stephano Agathenſi, Oliba Auſonenſi, ad conſecrationem novæ Eccleſiæ Sancti Petri Roden-

denſis. Confirmamus ergo nos omnes prædicti Epiſcopi illi venerabili cœnobio ſua prædia, cunctaque mobilia quæ hodie habet, atque Dei miſericordiâ in antea acquiſierit, ſicut in ſuis ſcripturis juſtè reſonat; & ut ab omni cenſu cujuslibet ſervitutis liberum ſit in perpetuum, eo ſcilicet tenore, ut juxta decreta Romanorum Pontificum & ſanctorum Canonum, ſit ſubditum ſanctæ matri Romanæ Eccleſię. Si quis autem hujuſmodi noſtri decreti, quod non credimus, qualitercumque violator exſtiterit, tamdiu vinculo excommunicationis de parte Dei omnipotentis, & Sancti Petri Apoſtolorum Principis, & noſtrâ innodatus maneat, & ab Eccleſiâ ſeparatus exiſtat, donec pœnitendo & emendando pleniter ſatisfaciat. Actum in prędicto B. Petri Rodenſi cœnobio, tempore vel die ſuprà nominato. Quam etiam prædictam excommunicationem prȩfati Epiſcopi ſubſcripſerunt, necnon etiam abſentes confirmârunt, ideſt Deus-dedit Barchinonenſis Epiſcopus, omneſque canonici prædictæ Sedis Gerundenſis. Veſtram itaque excommunicationem eorum ſubſcriptionibus ſubnixā ſpernentes, ad hoc uſque nos habent deductos, niſi ut circum provincias mendicando, & nec ullus ſuperſit qui in eodem locò reſiduus ſit. Proinde petimus, ut hunc Comitem Willelmum ſollem, qui in ſuis verbis dicere cœpit veſtram excommunicationem nihil ſe facturum, ut jam ampliùs nihil ſibi retineat ex alode Sancti Petri prædicti, nec ullo modo inquietare pertentet. Noſtrum verò Comitem Ugonem, qui nobis jam rectè ſecit, & meliùs facturus eſt, rogamus, non ut compellatis, nec etiam excommunicetis, ſed ut filium admoneatis ut in melius proficiat. Homines verò ipſius terræ ut cæteros excommunicetis. Si verò in hoc nobis non ſuccurritis, priuſquam hunc nuncium noſtrum viderimus...... nos ex eodem monaſterio egreſſuros, & nunquam per veſtram fiduciam in prædicto monaſterio habitaturos. Propter inopiam ergo quæ nos obſidet, nequivimus veſtræ præſentiæ faciliores vel meliores nuncios dirigere, ſive etiam propter metum atque timorem Comitum non fuimus auſi alium mittere. Per hunc ergo nobis quicquid nobis utile & vobis placitum ſit mandate. Petimus etiam, ut ſub excommunicatione mandetis univerſis Epiſcopis provinciæ noſtræ, ut de hoc Concilium agant, & quod non rectum eſt, in melius dirigant. Quod ſi non fecerint, ab omni Pontificali vel ſacerdotali miniſterio eos ſuſpendite, ut per hunc diſtrictum veſtram inpleant juſſionem, uſquequò vobis ſe præſentent, voſque per veſtram excommunicationem illos diſcutiatis, ut contemptores ac rebelles ſacrorum Canonum ac veſtræ juſſionis.

CONCILIUM PAMPILONENSE

SEPTEM EPISCOPORUM;

Celebratum tertio Kal. Octobris, anno Chriſti MXXIII.

In quo de reſtauratione Eccleſiæ Pampilonenſis actum eſt.

Regale ſimul & Pontificale privilegium, ob honorem S. Mariæ ſedis Pampilonenſis, necnon & cœnobii S. Salvatoris Legerenſis, decretum à clariſſimo Rege Sanctio in Pampilonenſi Concilio III. Kal. Octobris.

EGO Sanctius clementiſſima omnipotentis dignatione Rex, licèt nemini ſanctorum Regum merear adæquari, deſinere tamen erubeſco eos in aliquo ſanctitatis juſtitiæque facto nolle imitari. Præſertim cùm illud tempus ad exſequendum adſit congruum, quod ſi profecero apparebit, ut ajunt mihi Pontifices, opus juſtum & idoneum. Promulgatum enimverò eſt, quòd quamplurimæ ſedes Epiſcoporum deſertæ & ſine nomine jacent multitudine prædatorum, & paucitate defenſorum: & nullus fortaſſe ſtatus vel honor maneret modò Epiſcopalium ſedium, niſi eas ab ingruentia vaſtatorum, Regum bonorum & Principum retraxiſſet Concilium. Proinde conceſſa mihi divina ſubvenienti potentia ſecuritate de hoſtibus, quamvis divinis beneficiis nihil æquale poſſit recompenſari, neque id donum comparari, quod receptum habeo creatoris largitate; congregans tamen Præſules Eccleſiarum & Catholicos viros Concilium ad celebrandum, ſecundùm præcepta Canonum conari decrevi pro cœleſti præſtitu Irunienſem Sedem reſtaurare, & ſanctam illam Eccleſiam pręcepi ſponſo idoneo maritare. Proh dolor! una enim de illis eſt hæc ſedes, quæ penè ſunt ſine nomine, vel quæ omnis honoris multatę, videntur ingloriæ. Graſſante quippe barbarorum nequitia, peſſi-

mè quoque iſtius gentis ſæviente perfidia, facta eſt ſine tutore miſera, omnium bonorum indiga, & ſine marito vidua. Quapropter grata mente, ſana ſponte, placido conſenſu meæ conjugis domnæ Majoræ Reginæ; communi affectu noſtrorum filiorum, vel conſilio Epiſcoporom atque Abbatum, ſive omnium ſeniorum, juxta præcepta Canonum, & decreta ſanctorum Patrum dantes tertiam partem cunctarum frugum decimarum, & reddentes ſibi omnes ſuas diœceſis ſcilicet villas, Eccleſias, domos, nec non, & hæreditates terrarum & vinearum quæ olim dignoſcebantue in ejus poteſtate conſiſtere, concedo illa dominatui Sancti Salvatoris poſthac creditura pertinere; & tibi domino & magiſtro meo Sancio Abbati & Epiſcopo, ut Deo juvante tu cum noſtro auxilio renoves & reſtaures, & canonicum ordinem ibidem conſtituas & diſponas, qualiter nobis inda ab æquiſſimo recompenſatore & jnſto judice Deo mereamur criminum noſtrorum in die retributionis remedium acquirere. Poſt noſtrum verò obitum, hæc ne ulteriùs, ut nunc uſque, ſancta Eccleſia pro indignis periclitetur rectoribus, ne vel à nobis inchoatus * renovaturus Epiſcopatus exhæreditetur; potiùs Eccleſiaſticus ſtatus hactenus noſtra io patria ignorantiæ caligine offuſcatus renovetur, & melioretur vjæ regularis ordo, ab anteceſſoribus Regibus, ſcilicet meis parentibus, & ab Epiſcopis, Abbatibus in cœnobio Legerenſi, ad honorem Sancti Salvatoris, & Sanctarum Martyrum & Virginum Nunilonis & Alodiæ conſtitutus, continendo conſervetur, & inda propagando per monaſteria regni noſtri dilatetur; regali auctoritate *præcipimus ſequentibus Regibus novis, ut ſanctæ matris hu as prælibatæ Eccleſiæ Iruuenſis futuros Epiſcopos, rectores, & gubernatores, de præfato cœnobio cum electione comprovincialium Epiſcoporum, cum favore omnium ſeniorum & militum, vigilantiſſimâ curâ præcipiatur ordine de regulari eligere egregios ſponſos*, prudentiſſimos viros, bonæ operationis ſedulitate probatiſſimos, ſacerdotalis & Pontificalis honore digniſſimos; qui cum totius populi præconio aſſerentis eos idoneos eſſe, ſint Epiſcopalem ſublimitatem commodi, utp bonitate largiſſimi, affabilitate mitiſſimi, humiles, amabiles, deſiderabiles, probabiles, celebres oratores, benefactores, concordes, miſericordes, pii, juſti, manſueti, benigni, pacifici, caſtiſſimi. Sint præterea bene inſtructi ad Eccleſiaſtica officia, pſalmiſtæ, computiſtæ, cantores, lectores, & fide ſancta pleni. Ergo magni pendenda Epiſcoporum, cæterorumque ordinum, quos ſuprà nominavimus electione, & regali decreto, omninmque tandem favore, quicnmque acquieverint & conſenſerint, conſecrentur, ordinentur, & in Epiſcopatum ſublimentnr, & Pontificali adornati infula, atqua intra dealbati mundiſſima, Antiſtites in Cathedra collocentur. Si quidem priùs voveant atque promittant animo puro & corde vero, Deo & Sanctæ Mariæ ſemper Virgini, cujus glorioſo nomine eſt vocitata mater eorum Eccleſia, atque omnibus Sanctis, cunctis ſe audientibus, Fidem Catholicam ſanctæ Trinitatis & unitatis, ſcilicet Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti credituros, obſervaturos, & firmiter prædicaturos, Promittant præterea ſecundùm inſtituta Canonum catechizare, baptizare, & cunctnm ordinem Chriſtianitatis dare, & diaconos, atque presbyteros, cunctoſque gradus Eccleſiaſticos ſine pretio ordinare, peccata caſtigare, plebem ad pœnitentiam convocare, infirmos & carcere clanſos viſitare, pauperibus eleemoſynam dare, diſcordes ad concordiam revocare, miſeris ſubvenire, querelantes audire, piè, juſtè, ſobriè, & caſtè vivere, & terras atque mandationes ad eorum diœceſim pertinentes aſſiduè perquirere, & ut non ceſſent clamare apud Reges & Principes, quorumcumque violentiâ eorum ſancta fuerit Eccleſia fraudata. Item promittant & voveant Regi, cujus donatione hunc acceperint honorem, fidem integram & ſine fraude ſervare, & ſuo Metropolitano obtemperare atque obedire, & ſicut diſcipuli magiſtro ſuo ſervire. Ad hæc verò concludant in votis, quòd ſint ſoliciti ſecundùm rectas horas dierum ac noctium, divinum in ſuis Eccleſiis celebrare officium, & cnnctas eis oves commiſſas, in quantum valuerint, à faucibns luporom rapaciſſ liberare & ſervare. Quicumque futurorum Regum ſucceſſorum noſtrorom tranſgredientes & deviantes ab hoc regali ſimul & Pontificali decreto tentaverint diſſolvere hanc ſcripturam; in præſenti ſæculo omnipotens Deus, qui eſt juſtus jndex & Regum Rex, diſſolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, detque illud ſe diligentibus & tementibus; & in futuro ſeparati à conſortio omnium Chriſtianorum, interpellante pro eis beata ſemperqne Virgine Maria, cnm omnibus Sanctis, participent ſocietatem cum Dathan & Abiron, & Juda traditore, in inferno inferiori luentes pœnas perpetui incendii ſine fine, per æterna ſæcnla ſæculorum. Ego verò ſupradictus Sanctius Rex, qui hanc chartam Epiſcopalis & cœnobialis honoris ſcribere mandavi, intercedente glorioſa & beatiſſima Maria cum omnibus Sanctis, juſtis, & electis Dei, merear remiſſionem peccatorum meorum conſequi, & cœleſti in regno feliciter cum Chriſto lætari. Amen.

* *locus depravatus.*

Facta charta & confirmata in præſentia Epiſcoporum, Abbatum, & poteſtatum, & totius populi congregati in Pampilonenſi Concilio, currente. Era. LXI. poſt T. die III. Kalend. Octobris. Regnante ſupradicto Sanctio ſereniſſimo Rege in Pampilona, in Aragona, in Suprarbe, in Ripa-corza, in omni Gaſconia, in Alaba, in cuncta Caſtella, in Aſturias, in Legione, ſiva in Aſtorka. Imperante divinâ clementiâ Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Sunt teſtes Eximina Regina & mater Regis, Regina domna Majora cũ filiis ſuis domino Garſia, & Ferdinando, & Gundeſalvo, & fratre eorum Ranimiro. Mancius Aragonenſis Epiſcopus. Sancius Pampilonenſis Epiſcopus. Garſia Na-

ja-

jarenſis Epiſcopus. Arnulphus Ripa-gorcenſis Epiſcopus. Munio Alabenſis Epiſcopus. Julianus Caſtellenſis Epiſcopus. Pontius Ovetenſis Epiſcopus. Arduinus Grammaticus & ſcriptor hujus teſtamenti teſtis. S. Fortunio Sanz. S. Eximino Garceix. S. Fortunio Sanz. S. Azenari Fortunionis. S. Garſia Fortunionis. S. Lope Encionis.

NOTÆ IN HOC CONCILIUM.

EX hoc privilegio patet, jam tempore hujus Concilii Ripa-curtiam in Navarræorum Regum poteſtatem deveniſſe, cùm Sanctius Rex ejus titulo utatur, & *Arnulphus Ripa-curtienſis Epiſcopus* ſubſcripſerit.

Julianus Caſtellenſis Epiſcopus.] Scilicet *Aucenſis*, ut alibi ſæpiùs reperitur. JOSEPHUS DE MORET in *Annal. Navarræ*, lib. 12. cap. 3.

Julianus Caſtellenſis Epiſcopus.] Scilicet *Burgenſis*. GARIBAYUS.

Pontius Ovetenſis Epiſcopus.] Haud levis dubitandi cauſſa oritur ex hac ſubſcriptione, an Rex Sanctius Oveto etiam dominaretur, atque ea civitas ex illarum eſſet numero, quas Alphonſo V. regnante armis captas, propriæ ditioni ſubdiderat: præſertim cùm in hoc ipſo privilegio regnâſſe in Aſturiis dicatur. Sunt qui velint præfuiſſe veluti Metropolitanum pro Archiepiſcopo Tarraconenſi, cujus ſedes à Mauris detinebatur. Quod mihi incongruum videtur, cùm non primo loco, quiquidem Metropolitano & præſidi debebatur, ſed ultimo ſubſcripſerit. Fortè interfuit uti Legatus Alphonſi V. Regis Legionenſis, ut matrimonium Ferdinandi, Regis Sanctii filii, cum Sanctia Alphonſi filia (de quo tunc agebatur) ad optatum finem perduceret, ac civitates & oppida in regno Legionenſi à Sanctio capta per matrimonii vinculum reſtituerentur. Hoc enim conſtat, præfatum Epiſcopum Ovetenſem diù apud Sanctium fuiſſe moratum: unde ſuſpicari poſſumus de gravi aliquo negotio conſilium iniviſſe. JOSEPHUS DE MORET ibidem.

Concilium Ovetenſe.] Cardinalis Baronius integra annorum decade hoc Concilium poſterius facit. ait enim ad annũ Chriſti MXXXII. *Hoc anno Joannes Papa conceſſit ad preces Sanctii Majoris, Regis Navarræ atque Caſtellæ, monachis monaſterii Leyrenſis facultatem creandi Epiſcopum Pampilonenſem. Nam antiquis temporibus Pampilonenſes Epiſcopi ob barbarorum incurſiones, ſedem tranſtulerant in Leyrenſe monaſterium, quod in Pyrenæis jugis ſitum eſt. Cujus conceſſionis occaſione Pampilonæ Concilium habitum eſt, cui interfuerunt Pontius Ovetenſis Archiepiſcopus, Garſias Anagari, Nunnius Alavæ, Arnulphus Ripagorſæ, Sancius Aragoniæ, hoc eſt Jaccæ, Julianus Caſtellæ, hoc eſt Aucæ, Epiſcopi. Actum in eo imprimis, ut antiqua ſedes Pampilonenſi Epiſcopo redderetur: quod poſt obitum ejus qui tunc erat Pampilonenſis Epiſcopus, tempore ſucceſſoris fuit exſecutioni mandatum.* CARD. DE AGUIRRE.

SYNODUS HELENENSIS

In prato Tulugienſi.

ANNO CHRISTI MXXVII.

In qua de treuga & pace actum, atque alia quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant, inſtaurata.

Edita ex tabulis Eccleſiæ Helenenſis à Stephano Baluzio v. cl. Tom. I. De concordia Sacerd. & Imp.

1. ANNO Dominicæ incarnationis XXVII. poſt milleſimum, XVII. Kalend. Junii, convenit Oliba Pontifex Auſonenſis, ad vicem Berengarii Helenenſis Epiſcopi, tunc temporis in tranſmarinis partibus peregrini, unà cum Udalchero ſanctæ Helenenſis Eccleſiæ archipresbytero, & Gancelino archidiacono, & Ellemaro ſacriſcrinio & choraule, Gauzberto, & cæteris præfatæ Sedis canonicis, cœtuque ſacrorum ducum, caterva quoque fidelium, non ſolùm virorum, ſed etiam fœminarum. Convenerunt autem in Comitatu Roſſilionenſe, in prato Tulujes.

2. Quò cùm conveniſſent, primò rogantes Domini miſericordiam, ut corda fidelium ſuorum ad ſe converteret, mentes quoque & actus dirigeret; dein requiſierunt, ſi quæ [1] hactenus à præfatis Epi-

[1] Legebatur, ſicque: cujus emendatio & perſpicua & neceſſaria.

Epiſcopis [2] ſtatuta fuerant, obſervarentur. Sed cùm penè omnia inveniſſent, [3] niſi ſolùm pedibus conculcata, ſed etiam oblivioni dedita; iterum reparare ſtuduerunt eodem tenore quo fuerant hactenus condita.

3. Conſtituerunt [4] itaque præfati Epiſcopi ſimul cum omni clero & fideli populo, ut nemo in toto ſupradicto Comitatu vel Epiſcopatu habitans, aſſaliret aliquem ſuum inimicum ab hora ſabbathi nona uſque in die Lunis hora prima, ut omnis homo perſolvat debitum honorem diei Dominico: neque ullo modo aliquis aſſaliret monachum, cum clericum ſine armis incedentem: neque aliquem hominem ad Eccleſiam cum concilia [6] euntem vel redeuntem; neque aliquem hominem cum fœminis euntem: neque aliquis, auderet Eccleſiam vel domos in circuitu poſitas à XXX. paſſibus violare aut aſſalire. Hoc autem pactum ſive treugam ideo conſtituerunt, quoniam divina lex, & penè omnis Chriſtiana religio ad nihilum deducta, ut legitur, abundabat iniquitas, & refrigeſcebat charitas.

4. Et ideo nos præcipimus ſupradicti, Epiſcopus, clerus ſimul, & omnis ordo ſerviens divinis cultibus, & coram Deo interdicimus, ut nullus homo vel fœmina, de ſupraſcriptis aliquid voluntariè temerare vel infringere præſumat; nec invadat res ſanctæ matris Eccleſiæ Helenenſis, ſive cæteris Eccleſiis vel monaſteriis debitas: neque aliquis, ſe ſciente, in inceſtu uſque ad VI. gradum permaneat: neque aliquis uxorem propriam dimittat, nec alteram fœminam habeat. Quod qui fecit, ſive in antea fecerit, niſi reſipuerit, & pro poſſe emendaverit, & ad plenam ſatisfactionem ſanctæ matris Eccleſiæ coram ſupradictis canonicis infra menſium trium ſpatium venerit; à liminibus ſanctæ Eccleſię, & omnium Chriſtianorum cœtu excommunicatus permaneat.

5. Et ut noveritis omnes quale peccatum ſit jungi excommunicatis; nullus Chriſtianus debet manducare cum eis, vel bibere, neque oſculum eis porrigere, neque cum eis loqui, niſi de ſatisfactione: neque ſi excommunicati defuncti fuerint, debentur ad Eccleſias ſepeliri; neque aliquis clericus vel fidelis debet pro eis orare.

6. Si verò pro nihilo duxerint excommunicationem; transactis tribus menſibus anathematis vinculo, idest, ut perditi ſicut Judas proditor, damnentur. Et ſi, quod Deus avertat, in hac perfidia obierint; corpora illorum cum pſalmis & hymnis, vel ſpiritalibus canticis, non ducantur ad ſepulturam, nec inter fideles mortuos eorum nomina ad ſacrum altare recitentur. Et quia peccatum perpetraverunt ad mortem; niſi pœnituerint, ſine fine damnentur in æternam damnationem.

7. Omnibus canonicis ſupraſcriptæ Sedis interdicimus coram Deo & Sanctis ejus, ut nullus eorum de his aliquid ſolvere audeat ſine conſenſu præfati archipresbyteri vel archidiaconorum, ſive ſacriſcrinii, & caput ſcholaris, vel cæterorum fratrum canonicorum.

8. Miniſteria autem divina ſine intermiſſione fiant pro excommunicatis per ſpatium trium menſium: ut *det illis Deus pœnitentiam, & reſipiſcant à laqueis diaboli, à quibus capti tenentur, ad ipſius voluntatem.*

9. Quod qui noluerit perficere, noverit ſe multandum, niſi reſipuerit, ſupraſcripta excommunicatione. Omnibus autem ſupradicta obſervantibus pax & miſericordia concedatur à Domino Jeſu Chriſto hìc & in perpetuum. Amen.

[2] Nempe ab Oliva & Berengario. in Synodis priùs celebratis.
[3] Corr. non ſolum.
[4] *Vet. conſtituerant* hoc eſt Berengarius & Oliva priùs in Synodis ſuis edi derant ſtatuta quæ ſequuntur, quæ que nunc Oliva ſervari mandas.
[5] *Corr. aut clericum.*
[6] *Vet. cum familia.*
[7] Malè legebatur, *aliquid.*

2. Timoth. 2.

OBSERVATIO GABR. COSSARTII.

10. **A**D annum MXLVII. rejecit hanc Synodum eruditiſſimus illius editor, cùm exiſtimaret poſteriorem eſſe Concilio Helenenſi celebrato à Guifredo Narbonenſi Archiepiſcopo, quod ipſe anno MXLV. affigit. Ego verò & Concilium iſtud anno circiter MLXV. tribuendum eſſe, alibi démonſtraſſe mihi videor: & ad illud cur reſpexiſſe Synodus noſtra dicatur, cauſſam nullam video; & anno MXLVII. celebratam non eſſe, hoc maximè perſuadet, quod ejus preſes Oliva Auſonenſis anno MXLV. Garibayo teſte, obierit.

CONCILIUM AUSONENSE
TRIUM EPISCOPORUM,
Celebratum anno Domini MXXVII.

11. **C***Oncilium Auſonenſe.*] Anno MXXVII. habitum eſt Conciliū in civitate Auſonenſi, cui interfuêre Oliba Epiſcopus Auſonenſis, Amelius Urgellenſis, & Guadallus Barcinonenſis. *Ex Didaco & Pujadeſio refert Petrus de Marca ad hunc annum.*

CON-

Digitized by Google

CONCILIUM COMPOSTELLANUM
Contractum die XIX. Kal. Februar. Era MLXIX. anno CHRISTI MXXXI.

Ex Cod. Conciliorum Lucenſi MS. Biblioth. Reg. S. Laurentii editum à Tamayo Salazar in Martyrol. Hiſp. ad diem X. Martii.

1. IN nomine D. N. JESU CHRISTI. Hoc eſt decretale Concilium apud Compoſtellam urbem, intra Baſilicam ſancti ac beatiſſimi JACOBI Apoſtoli à tribus Epiſcopis editum, cum presbyteris, & clericis, atque Abbatibus, qui inferiùs ſubſcripti ſunt.

CAPUT I.

2. Ut per illas Sedes Epiſcopales juxta ſanctos Canones canonici erigi ſtudeant, ita ut ab ipſis Epiſcopis electi ſint cum conſenſu cæterorum clericorum, quibus cura diœceſum delegare procurent, & ex illis monaſteria monachorum adimplere. Omni autem tempore omnes orent intra Eccleſiam, ſimul celebrent. Unum refectorium, unum dormitorium, & dum in propinquo fuerint, quamvis canonici, cum Epiſcopis habeant. Ut ubique unum de his tribus nunquam deſit monachis, & in his omnibus ſilentium obſervent, nec non & ad menſam lectiones ſanctas ſemper audiant. Veſtimentum Epiſcoporum atque clericorum uſque ad talos induatur. Cilicium omnes canonici apud ſe habeant, & capellos nigros; ut cùm opportunitas fuerit, ne ſit eis neceſſitas inquirendi: videlicet omnibus diebus Decembris menſis litaniarum, & IV. & VI. feriis, & quando pœnitentiam tentaverint, induant. Sacrificium ipſi Epiſcopi, & omnes presbyteri omni die offerant Domino, præter languorem & debilitatem corporis; & qui non potuerit pro ſe offerre per dictam fragilitatem, omnibus diebus audiat. Pſalmos qui potuerit plus recitare, recitet; qui non plus, quinquaginta omni die perſolvat, cum omnibus horis, I. III. VI. Veſpertinis, & Completoriis, media nocte Nocturnis & Matutinis. Super rebus ipſius Eccleſiæ canoniæ nullus laïcus diligentiam habeat. Diſciplinam & nutritionem clericorum faciant, & ſuper omnes ordines archipresbyteri & primicleri. Sub munere Epiſcoporum duo vel tres diſpenſatores exiſtant. Ita æquum eſt, ut omnibus intra galeriam ſtantibus, pacis oſculum ſibi invicem tribuere. Et in omnibus communionibus majoribus, Nativitatis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, quiſquis, de quo habuerit, munera offerat.

CAPUT II.

3. ADjungimus, ut per omnes diœceſes tales eligantur Abbates, quòd miniſterium SS. Trinitatis ratione fideliter faciant, & in divinis ſcripturis & ſacris Canonibus ſint erudití. Ii autem Abbates proprias Eccleſias canonicas faciant, ſcholam & diſciplinam componant, ut tales deferant ad Epiſcopos clericos ordinandos. Subdiaconus annos XXIV. habeat, diaconus XXV. presbyter XXX. Ipſique totum pſalterium, canticorum, & hymnorum partem, baptiſterium, inſufflationem, commendationem, & ipſas horas, & officium cantare de Martyribus, unius Confeſſoris, unius Virginis, de defunctis, unius defuncti, & omnia reſponſoria perfectè ſciant. Nec ullus præſumat ſimoniacus eſſe, quia ſibi ipſam ordinationem nec ab Epiſcopis, nec presbyteris, nec decanis, nec ab omnibus miniſtris Eccleſię, emere nec vendere, nec ipſa ſacra miniſteria, nec oleum, nec alius ordo Eccleſiaſticus poterit. Quod qui fecerit, ſimoniacum ſe eſſe cognoſcat, non veriſſimum Chriſtianum. Nec ullus miniſter Eccleſię veſtes ſæculares portet: & omnis canonicus detonſo deſuper capite circulo coronæ incedat, nec comas ſupra dorſum dimittat, & abſciſſas habeat barbas.

CAPUT III.

4. INtromittimus, ut in omni Eccleſia infra LXXII. dexteros nullus laïcus, vel mulier, nec refuganus, ſortem habeant, nec aliquis ex eis recipiat, ſed ſtent coopertæ à tegulis, & conſtructæ. Cruces, capſæ, & calices ex argento ſiant; & libros habeant de toto anni circulo. Mulieres extraneæ nullum commnnium neque conſortium cum Epiſcopis, neque cum monachis habeant, neque ad habitandum permittimus. Par neceſſitatem, matrem, amitam, vel ſororem, morem & habitum religioſarum habentes, non vetamus. Omnibus diebus Dominicis ſaliſperſionem faciant, omnes hymnos cantent. Sed pro refugientibus, qui ordinem Eccleſiaſticum dimiſerunt, & uxoribus ſe ſociaverunt; ſi dimittant eas, in confeſſionem admittantur. Si quis talis fue-

fuerit, nt propter infirmitatem, aut propter debilitatem, impoſſibile videatur; ſob ipſis presbyteris de ipſis Eccleſiis intret, & omnia peccata manifeſtet, & pœnitentiam accipiat, extra eos habitet, extra eos dormiat, ut nunquam de ejus cuſtodia ſecedant. Ex omnibus Chriſtianis, de minimis uſque ad maximos, omnes Symbolum & orationem Dominicam memoriter teneant. Nullus Chriſtianos duas uxores habeat, nec uxorem fratris ſui accipiat: quod qui præſumpſerit, & tale ſcelus commiſerit, ab Eccleſia & à communione privetur.

CAPUT IV.

5. DE ſanctimonialibus adteſtamur, ut ordinem regularem penitùs obſervent, charitatem invicem teneant, proprias pecunias dimittant, ad ſæculum non revertantur, in negotiis ſæcularibus alios eligant, qui judicia & intentiones cunctas monaſterii adſervent & diſcutiant. Illi verò qui regulari ordini in mooaſteriis inſervire propoſuernnt, & pòſt ad ſæculum regreſſi ſunt, ſicut canis ad vomitum ſuum; tamdiu ab Eccleſiis & Chriſtianis ſeparentur, quoſque priori ſtatu à monaſteriis recipiantur: quòd qui eos patrocinari aut detioere voluerit, & eos non ſecum ad propriom locom reduxerit, excommunicetur.

CAPUT V.

6. INformamus, ut poteſtates & judices in plebe oppreſſionem non faciant, & judicium cum miſericordia teneant & obtemperent. Munera & offertiones ante diſcuſſum jodicium uon accipiant, poſt diſcuſſum autem, de vera juſtitia & auctoritate legis partem accipiant, & partem dimittant. Item interdicimus, ut nullus Chriſtianus auguria & incantationes faciat, nec luoæ * pro ſemina, nec animalia immunda, nec molierculas ad telaria ſuſpendere: quæ omnia cuncta idololatria eſt, quam S. mater Eccleſia aoathematizat. Sed cuncta omnia in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſaocti debent Chriſtiani facere.

* *Locus corruptus.*

CAPUT VI.

7. EDictum adjicimos, nt ii conſanguinei qui ſunt conjugati, à conjugio ſepareotor, & pœnitentiam expleant; aut ab Eccleſia & conſortio Chriſtianorum expellantur. Ita etiam diſpoſuimus de presbyteris & diaconibos conjugatis.

8. Data & confirmata hæc lex die XIX. Kalend. Februat. Erâ MLXIX. Anno XXI, regnante ſereniſſimo Principe Ferdioando.

Divino auxilio Fulturnus Comes.

.... Compoſtellanæ Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus confirmat.

Auxilio Chriſti protectos Soarios Britonienſis & Domienſis Sedis Epiſcopus confirmat.

In Dei nomine electus Vimaraſius * Metropolitanus Lucenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmat.

* *Aliàs Vridmoſius, vel Vritmandus.*

NOTA TAMAYI DE SALAZAR.

9. SUarius Britoniēſis & Dumienſis Sedis Epiſcopus.] Britonia ſedes fuit Epiſcopalis, ejuſque Aotiſtites & Britoniēſes, & Dumienſes dicti ſunt ad uſque Eram MLXIX. tempore Ferdinandi cognomento Magni, Legionis, Gallæciæ, & Caſtellæ Regis, hoc eſt anno Domini MXXXI. ut conſtat ex hoc Concilio Compoſtellano eodem anno habito, cojus copiam propria manu ex Codice Conciliorum MS. D. Garſia de Loaïſa exſcripſit, & inter alia Conciliorum Hiſpaniæ volumina à ſe ex Mss. tranſcripta & Notis illuſtrata, è monaſterio PP. Prædicatorum Placentino extraximos, cum aliis chronicis & hiſtoriis Mss. vitulina pelle exaratis. Et quia hocce Concilium à nullo ex Hiſpanis ſcriptoribus cognitum autumamus, ne temporum oblivione depereat, hoc loco ſubjicere cenſuimos.

10. *Suarius.*] Hunc Suarium inter Antiſtites Mindonienſes, qui primò Britonienſes & Dumienſes vocabantur, invenies, ut patet ex catalogo Epiſcoporum Ægidii Gonzalez tom. 3. *Theat. Eccleſ.* fol. 420. TAMAYUS in *Martyrolog. Hiſp.* ubi ſuprà.

11. *Concilium Compoſtellanum.*] Hoc Concilium coactum eſt anno milleſimo quinqnageſimo ſexto. Actionnm præſes Creſconios Compoſtellaons, qui ſe Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum dicit. Affuère Suarius Dumienſis, & Wiſtrarios electus Locenſis Metropolitanus. Præterea preshyteri, diaconi, clerici, Abbates. In eo multa ſunt conſtituta præclarè, tum illod: Ut Epiſcopi & presbyteri quotidie divina hoſtia ſacrificarent. Canonici cilicium penes ſe haberent, quod induerent jejunii tempore, & quoties divino numini litaniis placando datur opera. MARIANA *De rebus Hiſpaniæ* lib. 9. cap. 5.

CON-

Digitized by Google

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Rivi-pullenſe, in quo Baſilica ejuſdem monaſterii quartò dedicata eſt.

ANNO CHRISTI MXXXII.

ANno MXXXII. XVIII. Kal. Februarii facta eſt quarta dedicatio Eccleſiæ Rivi-pullenſis, quam magnificè ædificaverat Oliba Epiſcopus Auſonenſis & Abbas ejuſdem monaſterii. Celebris enim valdeque ſolennis fuit illa dedicatio. Ei enim interfuit etiam Wifredus Comes Ceritaniæ frater Olibæ, cum filio ſuo Willelmo. Conſecrationem ergo novæ Baſilicæ peregerunt ibidem Oliba Epiſcopus Auſonenſis, in cujus ea diœceſi ſita erat, Berengarius Helenenſis, Wadaldus Barcinonenſis, Wifredus Carcaſſonenſis, & Amelius Albienſis. Confirmârunt autem illi privilegium quod Benedictus VIII. eidem loco conceſſerat, ut ſi feſtum Purificationis Beatæ Mariæ eveniret *poſtquam dimiſſa fuerit alleluia*; ideſt, ut ipſi Epiſcopi explicant, *poſt Septuageſimam*, liceat tamen & alleluia & hymnum angelicum canere in eadem Eccleſia. Porrò in actis iſtius dedicationis ſubſcripti reperiuntur plures Epiſcopi præter eos qui ſuprà nominati ſunt, etiam qui diù poſtea vixere. Nimirum quia hic mos olim erat, ut abſentes & ſequentes Epiſcopi ſubſcriberent actis ſuperiorum temporum, eaque ſubſcriptione ſua firmarent. Actorum prædictæ dedicationis, ab Illuſtriſs. Petro de Marca ex archivo ejuſdem monaſterii erutórum, tenor eſt.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MXXXII. Erâ milleſimâ LXX. Indictione XV. XVIII. Kalendarũ Februariarũ, anno primo quo poſt deceſſum venerabilis memoriæ Roddeberti Regis Francorũ ſuſcepit regni gubernacula filius ejus Henricus, factus eſt conventus Epiſcoporum in cœnobio Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis territorii Rivi-pollenſis ad dedicationem Baſilicæ ipſius Dei genitricis, ſimulque Principum patriæ, ac reliquorum fidelium utriuſque ſexus, ætatis, ordinis. Actum eſt autem hoc inſtinctu & ordinatione domni Olibani Pontificis Auſonenſis, ad cujus diœceſim prædictus pertinet locus: qui progenitorum venerandis aſſenſum præbere cupiens documentis, atavi ſcilicet ſui beatæ memoriæ Comitis & Marchionis Wifredi, qui prædictum cœnobium à fundamẽtis exſtruxit, exemplo quoque avi ſui reverendæ memoriæ Comitis Mironis, qui eandem Eccleſiam admodùm parvulam deſtruens, majori ſumptu & opere ædificavit, ſervans etiam inſtituta patris ſui domni Olibani Comitis, fratrumque illius, qui hanc ſecundò majoris operis culmine ſuſtulerunt, ut omnes pietate, ſic univerſos etiam ædificii tranſgreſſus eſt magnitudine. Omne enim ſuperpoſitum ejuſdem Eccleſiæ ſolo tenus coæquavit, & à fundamentis exſtruens, multo labore & miro opere divina ſe juvante gratia ipſe complevit. Ut autem ſui deſiderii ſatisfaceret votis, vicinarum regionum Epiſcopos congregavit, & eandem quam conſtruxit Eccleſiam in nomine Domini cum ſuis Coëpiſcopis venerabiliter dedicavit, atque in die eodem cum omnibus qui aderant Epiſcopis, nec ne clariſſimis & venerandis Comitibus, domno videlicet Wifredo fratre, domnoque Willermo nepote, ad ſtabilimentum præfati cœnobii hanc ordinationem dotis fecit, conſtruxit, atque firmavit.

OLIBA Sanctæ Auſonenſis Eccleſiæ Præſul, & Berengarius Epiſcopus Elenenſis, & Guadaldus Epiſcopus Barchinonenſis, & Wifredus Epiſcopus Carcaſſonenſis, & Amelius Epiſcopus Albienſis, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, cujuſcumque ordinis & ætatis, hæreditatem & gaudium regni cœleſtis. Notum eſſe volumus veſtræ fraternitati, dilectiſſimi fratres & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Eccleſiæ Dei genitricis cœnobii Rivi-pollenſis, ipſius domus decorem & ſtatum, ut in melius proficeret, quâ valuimus perficere inſtantiâ peregimus. Nam & ſacris reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia ſanctificavimus, & per invocationem nominis Jeſu Chriſti, quatenus potuimus, benedictionibus eam ad alta ſuſtulimus; quatenus diligentibus amor & Dei auxilium, & odientibus maneat timor atque judicium. Hanc quoque conſtitutionis noſtræ dotem prędictæ Eccleſiæ fecimus, manibuſque noſtris ut infracta permaneat, inſignire curavimus: ſtatuentes ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdictione, ut nullus audeat hoc violare quod noſtra auctoritas ad ſtabilimentum domûs Dei voluit confirmare. Igitur, ſicut venerabilium Apoſtolicorum, quæ prædicto facta ſunt cœnobio, continent privilegia, & ſicut Regum Francorum demonſtrant regia præcepta, & queadmodum oſtendunt dotes, quæ à noſtris anteceſſoribus ei firmata ſunt per retroacta tempora; ſic illi confirmamus & ſtabilimus omnia ſua, videlicet cuncta quæ quorumlibet dono fidelium uſque hodie juſtè acquiſivit, vel quolibet modo uſque in finem ſęculi juſtè acquiſierit. Concedimus etiam & confirmamus Abbatibus & monachis ipſius loci

loci omnem libertatem ſua placita diſtringendi vel judicandi in omnibus exceſſibus vel malefactionibus, quæ facta fuerint infra terminos omnium prædiorum præſcripti cœnobii; & ut nullus judex vel vicarius, vel cujuslibet poteſtatis homo, habeat licentiam cauſſas eorum diſtringendi, vel quolibet modo ſine illorum juſſione dijudicandi, neque in telonio ipſius mercati, neque in omnibus omnino locis quæ præfato cœnobio pertinent, aliquam violentiam inferendi. Inter hæc interdicimus omnibus univerſi ordinis hominibus, vel ipſius loci, vel extraneis, ut de ornamentis ipſius loci nullus præſumat aliquid auferre, commutare, vel donare, ad damnum vel dehoneſtamentum prædictæ Eccleſie. Concedimus quoque & firmamus prædicto monaſterio, juxta conſtitutionem domni Papæ Benedicti, ſicut ipſe eidem cœnobio per auctoritatem Beati Petri Ap[illegible]oli & ſuam firmavit, ut ſi feſtivitas Hyp[illegible] Domini, quam Purificationem Sanctę Mariæ dicimus, poſt Septuageſimam evenerit, habeant in perpetuum licentiam habitatores ipſius cœnobii *Alleluia*, & *Gloria in excelſis Deo* ſolenniter decantare. Si quis ergo hujus noſtrę conſtitutionis adjutor exſtiterit; hunc de parte Dei omnipotentis, & Beatę Mariæ Virginis, & noſtra, benedicimus, & ut in perpetuum ſalvus permaneat peroptamus. Si quis autem, quod abſit, auſu temerario effrangere vel violare quolibet modo hoc quod conſtituimus, voluerit; hunc à liminibus ſanctę Dei Eccleſiæ extraneum judicamus, & ab omni conſortio Chriſtianorum illum ſegregamus, atque de parte Dei omnipotentis & ſanctę Virginis Mariæ illum excommunicamus, donec digna pœnitudine Deo & Beatæ Marię Virgini ſatisfaciat: inſuper & diſtrictione venerandorum Principum legalis illum pœna coërceat, & ſacrilegii cenſura conſtringat, & in antea hęc dos noſtrę conſtitutionis ſtabilis & inconvulſa permaneat. Oliba Epiſcopus, Wifredus nutu Dei Carcaſſonenſis Epiſcopus, Amelius Epiſcopus Albienſis, Berengarius nutu Dei ſanctę Elenenſis Eccleſiæ Præſul, Eriballus Epiſcopus Urgellenſis, Bernardus gratiâ Dei Epiſcopus Coſeranenſis, Guilabertus gratiâ Dei Epiſcopus Barchinonenſis, Petrus Epiſcopus Gerundenſis, Arnallus Epiſcopus Toloſenſis, Guifredus ſanctę primæ Sedis Narbonenſis, Willelmus gratiâ Dei Epiſcopus Auſonenſis, Rambaldus gratiâ Dei Epiſcopus, Berengarius gratiâ Dei Gerundenſis Epiſcopus, Willelmus gratiâ Dei Urgellenſis Epiſcopus, Arnulphus Epiſcopus Rotenſis, Berengarius gratiâ Dei Tarraconenſis Archiepiſcopus. Ego Gualterius indignus Albanenſis Eccleſiæ Epiſcopus atque Romanę Eccleſiæ Cardinalis ac Legatus, quicquid continetur in privilegiis & in dotis hujus Eccleſiæ laudo & confirmo atque corroboro. Arnallus gratiâ Dei Auſonenſis Epiſcopus, Guifredus gratiâ Dei Comes, Willelmus Comes gratiâ Dei, Ermengaudus gratiâ Dei Comes, Berengarius Raymundi, Ermeſſendis gratiâ Dei Comitiſſa. S. Fulconis Vice-comitis. S. Wifredi Vice-comitis. S. Seninfredi Vice-comitis. Petrus Vice-comes. Scriptum per manum Iſarni ad vicem Arnalli Olibæ Pontificis notarii. Willelmus Archidiaconus. R. Abba. Wifredus levita, qui & judex, ſubſcribo presbyter. Raymundus presbyter. Vivas levita, ſacerdos, & judex. Senderedus ſacerdos Oloſtenſis. Ermemirus levita & ſacriſcrinii. S. Dalmatii levitę. Arnallus archilevita. S. Poncii Bonifilii Marci prępoſiti & judicis Barchinonenſis, qui hæc quę ſuprà ſcripta ſunt juſta ſciens ſubſcripſit. Arnallus judex. Bonifilius ſacerdos. Ricardus ſacriſta. Berengarius ſacriſta.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Gerundam.

Pro conſecratione nova Eccleſia Gerundenſis.

ANNO CHRISTI MXXXIIX.

ANno MXXXIIX. XI. Kal. Octobris conſecrata eſt nova Eccleſia Gerundenſis, quam Ermeſindis Comitiſſa Barcinonenſis, & frater ejus Petrus Epiſcopus Gerundenſis ædificari curaverant, & latifundiis ac poſſeſſionibus locupletaverant ad inſtituendam illic vitam canonicam. Peracta eſt autem ea conſecratio à Guifredo Archiepiſcopo Narbonenſi, Petro Epiſcopo Gerundenſi, Oliba Auſonenſi, Heribaldo Urgellitano, Bernardo Conſeranenſi, Guilaberto Barcinonenſi, Berengario Helenenſi, Guifredo Carcaſſonenſi, & Arnaldo Magalonenſi. Acta dedicationis, ex ſchedis D. Petri de Marca, ita ſe habent.

QUoniam ſanctę religionis diviniq; cultus verum ſummumque exſtat proprium, inceſſáter inoffenſoque calle ad ſuæ provectionis tendere gradum, ſuppeditante caterva Deo religiosè militantium virorum, quorũ unanimitas inhianter æſtuat optatum æternitatis adipiſci gaudium, utile duximus & neceſſarium, ut quicumque Chriſticolarum æternæ beatitudi-

nis

Digitized by Google

nis cupit percipere regnum, primitus ſummopere ſtudeat ſanctæ matris Eccleſiæ inviolatè corroborando obſervare ſtatum, quæ ubivis terrarum humanæ ſalutis exſtat initium. Unde quoniam quidem nil in humanis rebus ex omni parte conſtat perfectum, & ad capeſſenda æterna minùs idonea invenitur rationalis anima ſorde peccatorum; pro exſtirpanda effugandaque propagine mortalitatis animæ conglutinatæ amore temporalium rerum, convenit infinitus ſexus utriuſque cœtus in Gerundenſem urbem ad venerabilem genitricis Dei Mariæ ſedis Eccleſię dedicationem. Quam verò dedicationem domna Ermeſſendis Comitiſſa Dei amatrix, ſanctæque religionis ſervatrix, ac magnificus & venerabilis ſedis præfatæ Præſul, domnus videlicet Petrus, undique evocatis aliarum Eccleſiarum Pontificibus, rogaverunt fieri. Dignum ſiquidem erat ut poſt conſummationem Eccleſiæ, quam cœperanr à fundamentis decenter renovare, ejuſdem dedicationem accelerarent, priuſquam mors improviſa accideret: hac ſcilicet ſpe, ut pro temporali domo Eccleſiæ, domum æternam in cœlis ædificatam, interventu Beatæ Mariæ, à Chriſto poſtmodum læti ac ſecuri acciperent, bonorum omnium retributore. Nam & domos, in quibus qui Deo militare cuperent canonicè viverent, prædicta domna Ermeſſendis venerabilis Comitiſſa, frater quoque ejus Antiſtes magnificus, domnus videlicet Petrus, ea ſpe qua prædictum eſt, cum domno Raymundo Comite ac Marchione ſtroxerunt: quibus non ſolùm de rebus Eccleſiaſticis, ſed etiam de ſuis ad in commune vivendum ita ſufficienter dederunt, ut abſque excuſatione & in ſanctis locis frequentiam habere, & divinum officium poſſent peragere. Tali quippe facto imitati ſunt Dominum, qui populo Iſraëlis promittēs felicitatis gaudia terrenæ, priuſquam ad hęc perveniſſent, pavit in itinere, ut majora ſe poſtmodum accepturos certiùs ſperarent præmia, qui jam in eundo ſufficienter vitę neceſſaria percipiebant. Sic prędicta Comitiſſa Dei timorata, & Antiſtes inclytus frater ipſius, cum Raymundo Comite, clerum Eccleſię Ipſius, in præſenti vita rebus ſuſtineant neceſſariis, quaſi in via, ut faciliùs ad promiſſa perveniant cœleſtia, quę dudum per promiſſionis terram fuerant figurata. Ita etiam tam ipſi quàm & prædicti Pontifices, univerſas præfatę Eccleſię facultates, & congregationis ejuſdem canonicæ, cùm utrumque una ſit Eccleſia propter Fidei unitatem, & alterum utriuſque diverſum videatur habere nomen, pro melius vivendi conſuetudine, ſub benedictionis perpetuæ prętmio confirmavere; & nihilominus maledictionis vinculo innodaverunt æternæ, ut quiſquis aliquid præfatę Eccleſiæ vel canonicę tentaverit minuere, ac præſumpſerit vi retinere, primitus Dei omnipotentis iram percipiat, deinde Eccleſiaſticæ ſit ſocietatis excluſus conventione: quin etiam poſſeſſio ipſius, ſi quam habere videtur, cum ipſo depereat, ita quòd ad nihilum deveniat cum eis qui tali viſi fuerint patrocinari, ut quandocumque infeliciter ipſius infelicem maligni ſpiritus ingredientem rapiant animam, & com proditore Domini, & eis qui dixerunt Domino Deo: *Recede à nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus*, perpetuis æſtuandi averni ignibus concremandus, & vermibus flammivomis depaſcendus, niſi priuſquam defungatur, reſipiſcat; & hæc quæ tulit, vel injuſtè poſſedit, canonica ſatisfactione aut Pontificis prę-nominatæ ſedis, vel cleri ipſius aſſenſu vel auctoritate, reſtituerit. Pontificem verò prælibatę ſedis, domnum ſcilicet Petrum, ac ſororem ejus Ermeſſendem Comitiſſam, nec non etiam dictum Comitem ejus nepotem, ut diù & beatè vivant, Dei clementiam exoramus ſupplices, quos verè ejuſdem Eccleſiæ novimus fundatores, ac acerrimos defenſores, & nunc & eſſe & affuturos * Deum humo tenus expoſtulamus. His ergo expeditis, quicumque à prædictarum rerum rapacitate, ſicut prædictum eſt, manus continuerit, aut relaxaverit illicita poſſeſſione, vel etiam eaſdem res de ſuis bonis auxerint, prçſentis vitæ longæva cumulentur ſanitate, & quum luce caruerint præſenti, ditentur felicitate cœleſti. Inter hęc verò religioſi Pontifices, domnus ſcilicet Guifredus, ſanctæ primæ ſedis Narbonenſis Archiepiſcopus, hujuſque ſedis Antiſtes Illuſtriſſimus, regalique ſtirpe ſatus, ac etiam Deo dilectus & populo, ſummiſque virtutum meritis æquiparandus Oliba, jure pro debito Auſonenſis Epiſcopus, nec non & egregius domnus Heribaldus Urgellitanus Epiſcopus, atque etiam ſanctæ religionis amator domnus Bernardus Coſeranenſis Epiſcopus, Præſulque Guilabertus illuſtris & præclarus Barchinonenſis, pius in omnibus, hiſque pari voto conjunctus domnus Berengarius Elnenſis Epiſcopus, ſimilique aſſenſu Guifredus Carcaſſonenſis Epiſcopus, quin etiam converſationis bonæ famâ notus omnibus Arnaldus Magalonenſis Epiſcopus, admonuerunt ſanè ut quicumque cupit cum fidelibus cœleſtis vitæ hæreditate perfrui, nihil de rebus Eccleſiæ, quæ regali ſeu apoſtolicali auctoritate, ſive per vota fidelium ſedi jam dictæ ſunt collatę vel erunt ſcriptis aut collatione quacumque, furtim teneat, ac vi qualibet minuat, ſeu, quod non optamus, ſacrilego auſu diripiat: & eos quos furtivè ſeu doloſè noverit tenere, Pontifici aut clero hujus iſtius ſedis publicare non differat. Alioquin hujus inſtitutionis ſervatorem cœleſtis patriæ optaverunt fieri ſortitorem, è contrà quippe rebellem in ignibus perpetuis ſtabilem. Ut verò liquidiùs pateat noſtræ diſpoſitionis ſeries, nec poſteros quadam confuſione quicquam de prædictis moveat; ſuccinctè & compendioſè, nec non & abſolutè cuncta ad explicanda utile & perneceſſarium duximus, ut concludendo diffiniat: Huius dotis quidem corroboratores imprimis admittimus ut irrefragabili perpetuitate ea quę hac continentur dote, eorum pontificali auctoritate confirmata ſub divina obteſtatione eorum ſacrati ordinis abſ-

qne inquietudine permaneant inconvulſa, ſcilicet omnes Eccleſię, vel univerſa prædia, quantacumque vel ubicumque quorumlibet Deo devotè militantium virorum dono juſtè ſanctæ matri Eccleſiæ ſunt conceſſa, vel in perpetuum abſolutè erunt concedenda, cum ſylvis, & pratis, cultis vel incultis, aut horum paſcuariis, undecumque habet, vel habere debet, aut habuit, ſive raſigis, vel monetis, aut teloneis, vel piſcatoriis, ſtagnis, aut ſalinariis locis, vel maritimis piſcariis, & navium mercimoniis, ſive naufragiis, quæ cuncta noſcitur habere jam ſæpè prænominata ſedes, ſive in Comitatu Gerundenſi, vel Biſuldunenſi, aut Impuritanenſi, nec non etiam Petra-latenſi, abſque ambiguitate. Verumtamen hujus dotis confirmatores hi ſunt, videlicet venerabilis primæ Narbonenſis ſedis Archiepiſcopus Guifredus, Oliba Auſonenſis ſedis Epiſcopus, Arnaldus Magalonenſis Epiſcopus, Berengarius Elnenſis Epiſcopus, Bernardus Coſeranenſis Epiſcopus, Eribaldus Urgellitanus Epiſcopus, Guifredus Carcaſſonenſis Epiſcopus, Guilabertus Barchinonenſis Epiſcopus, obſecrante & corroborante ineffabilis pietatis Petro Epiſcopo hujus ſedis fundatore largiſſimo. Qui Canonum auctoritate fulti, hanc conlaudando confirmant, & confirmando eam obſervare prædicant; ſic quidam ut ſi quis quicquam de prælibatis præſumpſerit minuere, aut minuendo ſurripere, aut ſurripiendo retinere, Deum primitus flexis poplitibus lacrymabiliter exorantes ut Dei iram incurrat, & Plutonis regna poſſideat, & à ſacroſanctis matris Eccleſiæ liminibus ſequeſtratus abſcedat, nullamque cum fidelibus portionem obtineat, qui matrem Eccleſiam infeſtis niſibus opprimere captat. Ne verò prætermittam quoddam & proprium hæreditarioque jure perpetualiter poſſidendum, & ut ita dicam, tertiam partem de ſuprataxatis raſigis, & monetis, aut teloneis, vel piſcatoriis, ſtagnis, ſive paſcuariis, naviumque mercimoniis, quod hactenus viſa eſt ſancta Eccleſia poſſidere in prædictis Comitatibus regali ſive apoſtolicali cenſura. Quibus verò terminibus ſumma contineatur hujus Epiſcopatus, ſat patet omnibus. Equidem his quatuor Comitatibus, Gerundenſi, Biſuldunenſi, Empuritanenſi, Petra-latenſi; cum eorum finibus propriiſque terminibus. Iſtius quidem dotis pagina XI. Kal. Octobris facta, & à prædictis patribus confirmata eſt, anno quidem Dominice Incarnationis MXXXVIII. Indictione V. Erâ milleſimâ LXXVI. regni Henrici glorioſiſſimi Regis VIII.

Oliba Epiſcopus, Berengarius Epiſcopos, Guiſredus ſanctę Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, qui hanc Eccleſiam noſtræ diœceſis dedicavi, ſubſcripſi. Petrus Epiſcopus, Eriballus Epiſcopus, Arnaldus Epiſcopus, S. Ermeſſendis Comitiſſæ, quæ eâdem die ad honorem Dei & matris Eccleſiæ treſcentas auri contulit uncias ad auream conſtruendã tabulã.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Urgellum.

Pro dedicatione Eccleſiæ Urgellenſis.

ANNO CHRISTI MXL.

ANno MXL. X. Kal. Novembris, Eccleſia Urgellenſis dedicata eſt à Guifredo Archiepiſcopo Narbonenſi, Heribaldo Epiſcopo Urgellenſi, Berengario Helenenſi, Gnifredo Carcaſſonenſi, Bernardo Conſeranenſi, & Arnulpho Rotenſi. Interſuit etiam huic cæremonię Conſtantia Comitiſſa Urgellenſis, cum filio ſuo Hermengaudo admodùm parvulo. Acta hujus dedicationis ſubjicimus ex ſchedis tabularii Urgellenſis, quæ ita ſe habent.

CUm venerabiles doctores noſtri amici Dei & electi ab ipſo diſcipuli irent in mundum pro prædicatione Fidei, placuit illis ut communiter viverent in unum congregati cibo carnali, ſicuti unanimiter vivebant cibo ſpirituali, ut nihil eſſet propter quod poſſent ad alterutrum dividi. Actus quidem ita dicunt Apoſtolorum, quia quotquot erant poſſeſſores domorum ac prædiorum, vendebant & ponebant pretia ante pedes Apoſtolorum, diſtribuebantur autem prout opus erat unicuique eorum, & erat illis cor unum & anima una. Hujus cauſſæ exemplum ſequens Chriſtianiſſimus Ludovicus Rex Francorum, unum conſtituit locum, ut miniſtri Eccleſiæ coadunarentur in illum, & ſumerent carnalem victum, quatenus ſine excuſatione agerent Dei miniſterium. Qui locus rectè appellatur canonica, quia ibi Eccleſiaſtica atque divina obſervatur regula. Canon enim Græcè, regula dicitur Latinè. Igitur ego Guifredus primę Sedis Narbonenſis Archiepiſcopus, unà cum domno Heriballo Urgellenſis Sedis perpetuæ Virginis Mariæ Epiſcopo, atque cum domno Berengario Elenenſis Eccleſiæ Pontifice, & Gnifredo Carcaſſonenſis Eccleſiæ Præſule, & Bernardo Coſeranenſis Eccleſię Antiſtite, atque Arnulpho Rotenſis Eccleſiæ venerabili

Pon-

Pontifice, agens atque celebrans dedicationem glorioſæ ac perpetuæ Virginis Mariæ, pari voto pariſque conſenſu, ſimul cum Conſtantia Comitiſſa ejuſdem Urgellenſis terræ, & filio ejus Ermengaudo Comite, quamvis in puerili conſtituto ætate, aliiſque Principibus terræ, peracta dedicatione ſanctæ Urgellenſis Sedis prædictæ beatæ Mariæ, atque peracta ab omnibus ejuſdem Eccleſiæ ſanctæ ſedis dote, hanc ſcripturam factam ejuſdem Sedis canonicæ confirmavi cum prædictæ Sedis Pontifice, & aliis præſcriptis in ordine. Hęc autem ſcriptura ita in perpetuum ſit valitura, cum omnibus rebus quas ipſa acquiſivit canonica, & quas deinceps eſt acquiſitura. Res verò ejuſdem canonicæ, quæ ſcriptæ habentur in ea quam fecimus dote, hîc iterum ſunt reſcriptæ, & eidem canonicæ noſtra manu confirmatę. Imprimis confirmamus alodia omnia, atque caſtella, & Eccleſias cum parochiis, & primitiis, & decimis, & omnibus ſibi pertinentibus, quæ religioſiſſimus reverendę memorię Ermengaudus Epiſcopus dedit ad prædictæ ſedis ſeu ejus canonicæ opus, ob quam meriti cauſſam Deus retribuat requiem & vitam, & Chriſti mater Virgo acquirat delictis ejus in cœlis veniam, quòd ipſe in terris illi fabricavit Eccleſiam ipſam ſedem Beatæ Mariæ jam dictam. Poſt cujus diſceſſum venerabilis & nobiliſſimus ſucceſſor ejus Eribaldus, prædictæ Eccleſiæ opus tranſtulit in melius, & ſuis locupletavit muneribus; inſuper & ad honorem Sedis canonicam conſtituit Dei fidelibus Eccleſiæ ſervientibus, ſicuti ibi factæ teſtantur domus novis ſubſiſtentes ædificiis ac parietibus; quem Deus pro tantis geſtis remuneret donis vitæ præſentis, & clarificet in civibus angelicis luce vitæ perennis. Confirmamus ergo, ut prędiximus, alodia, ſeu caſtella, quę Ermengaudus Præſul dedit, & omnia hîc nominatim expreſſa. In Comitatu Urgellenſi caſtrum quod eſt Jeſſona cum terminis ejus, & caſtellis quæ ſunt in terminis ejus, & omnibus ſibi pertinentibus. Ipſa caſtella hæc ſunt, caſtellum Villæ-muri, caſtellum Fluviani, caſtellum de Rubeolis, caſtrum de Tapeolis, caſtellum Moranæ, caſtellum Gradiani, caſtellum Concabellę, caſtellum Guandalor, caſtellum Guarda-ſi-venen, caſtellum Urſon, caſtellum Coſcolioſæ, caſtellum Eſpalargii, caſtellum de Figuerola, caſtellum Sadaonis, caſtellum Turris-fractę, caſtellũ Turris-rubeæ, caſtellum Belli-vicini, ſimulque cum aliis caſtellis & turribus, quæ jam conſtructa ſunt, ſive quę deinceps conſtruentur, atque omnibus ad eadem caſtella & turres pertinentibus cum ſuis terminis & finibus. Inſuper caſtrum Fontaneti cum primitiis ac decimis, cum finibus ac terminis, & caſtrum de Bordello, cum primitiis ac decimis, ejuſque terminis. Inſuper caſtrum de Petra-rua, cum primitiis ac decimis], cum finibus & terminis. Præterea caſtrum de Cornellana cum finibus & terminis. In Comitatu Confluenti alodium de Aqua-tepida cum Cuguzac, cum villis & villulis, ac terminis & primitiis, ac decimis, & taſcis, & alodium de Aſtover cum omnibus ſibi pertinentibus. In Comitatu Roſſelionenſi alodium de Pontelliano. In Comitatu Paliarenſi parochiam de Siarb cum primitiis & decimis & cœmeteriis. In Comitatu Cerdanienſi, medietatem alodii de Pino, & de Villa-vetere cum Cirinnano. In Comitatu Urgellenſi, alodium de Aqua-mortua, & de cruces de Pontelliano. In Comitatu Bergitanenſi, alodium quod eſt in parochia Sancti Cucufatis, ſive intra terminos caſtelli Etralis. Hæc ſunt hactenus quę dedit Ermengaudus Epiſcopus prędictus præfatę Sedi & canonicæ ejus. Confirmamus etiam alodia cum parochiis, quę Ermengaudus egregius Urgellenſis Comes dimiſit ſeu dedit canonicæ cum conſenſu & voluntate digniſſimi ac magnificentiſſimi Præſulis Heribaldi jam dicti. In Comitatu Urgellenſi parochiam de Oliana, & parochiam de Etral, & parochiam de Maciana, quę eſt in valle Andorræ. In Comitatu Cerdanienſi parochiam de Montelliano. Iſtas parochias cum primitiis & decimis, & villis de Tuxen, & parochia ejuſdem loci, cum primitiis, & decimis, & taſcis, & cum omni redditu cenſuali, & cum cœmeteriis Eccleſiarum, & Eccleſiis, & terminis, & finibus ſibi pertinentibus. Et in prædicto Comitatu Urgellenſi alodium de Mora cum vineis de Erolis. Hęc ſunt hactenus quę dimiſit ſeu dedit Comes prędictus Ermengaudus cum tertia parte telonei & mercati prædictæ Sedis, quem Deus merito cauſſæ hujus gaudiis remuneret cœleſtibus. Confirmamus etiam parochiam de Bar, & medietatẽ alodii de Pino, & de Villa-vetere, & tertiam partem de cenſu defunctorum ad ſanctam Sedem ſepultorum, & alias duas partes quas canonici habebant. Hæc ſunt hactenus quæ dedit Sanla Epiſcopus ad canonicæ opus cum alodio de Elas; quem Epiſcopum Deus faciat hæredem cœleſtium gaudiorum propter illud donum, & meritò, quia ipſe conſtituit ipſius canonicę primordium. Confirmamus quoque parochiam de Eguils, quam Præſul inſignis ſanctæ Sedis Urgellenſis prædictus Heriballus dedit, & alodium de Erolis & de Aranel, & Entruas, & de Stamariz, & de Villa-mediana, quę dedit Sanctia Vice-comitiſſa, & alodium de Ventenago, quod fuit de Guadaldo Epiſcopo, & alodium de Ilinga, quod fuit de Livani presbyteri, & alodium de Vallicella, cum alodio de Traverſeris, & alodium de Tolon, quæ fuerunt Senfredi Vice-comitis, & quatuor manſos in Meranicis, & alodium de Ger & Moniolum, & alodium de Oceja, & duos manſos in Cereja, qui fuerunt Arnaldi Vice-comitis. Et in prędicto Comitatu Urgellenſi alodium de Enargon, & de Salent, & de Torel, quæ fuit Bernardi Sanlæ, & manſum de Vineolis, & alodium de Timoneta, quod dedit Borrellus Tartavallenſis, & ſextam partem caſtri Cabannæ-bonæ, ſeu alodium de Picaſolets, quod dicitur turris Enegonis, & alodium de Olius, & alodium de monte Leddan, & alodiũ de Scaribot

ribot in Celſona, & ipſa alodia quæ ſunt in Bar. Hæc omnia ſupraſcripta nos omnes Epiſcopi præſcripti confirmamus præfatæ Sedi, atque ejus canonicę in perpetuum habituræ. Id ſunt caſtra, caſtella, alodia, Eccleſias, parochias, villas, villulas, primitias, decimas, cœmeteria, cenſus, oblationes, cum caſis, terris, cultis & incultis, arboribus, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſalictis, aquis, puteis, molendinis, aquarumque diſcurſibus, piſcariis, montibus, vallibus, collibus, & adjacentiis eorum, & decimis ferri & piſcis, ſimulque cum omnibus ad eandem ſedem & canonicam pertinentibus, quę hodie habent vel habituræ ſunt, & quod acquiſierunt vel acquiſituræ ſunt. Præterea ego Heriballus gratiâ Dei Epiſcopus, conſtituo in meæ Sedis Urgellenſis canonica cum domnis religioſiſſimis Epiſcopis, ut quadraginta canonici illic habeantur de illis qui in Eccleſia majores eſſe videntur, cum ſuis clericis ſibi ſubjectis, qui ſtatores ſunt. Conſtituo quoque, & ſub anathematis vinculo cum omnibus hominibus Epiſcopis & clericis totius ordinis ſubjungo, ut nullus clericorum meæ Urgellenſis Sedis, qui nunc ſunt & erunt, recipere nec acclamare ſucceſſorem, ſeu ſucceſſores meos, nec conſortium habere intra clauſtra canonicæ, ſeu in Eccleſiis quę ibi ſunt & erunt, audeat, niſi priùs ipſe Epiſcopus juret, & jurent jure jurando, fideliter ſuper altare beatæ Mariæ, promittat ſeu promittant, quòd in omnibus, & ſedem & canonicam cum omnibus rebus bene regere & diſpenſare ad honorem ſedis, & canonicæ & clericorum, procuret ſeu procurent. Hæc omnia ſupraſcripta ita conſtituo ego Heribaldus gratiâ Dei Epiſcopus pariter cum omnibus Epiſcopis jam dictis: omnes facultates Sedis & canonicæ confirmo, ita ut nulla perſona cujuslibet hominis utriuſque ſexus hoc in quocumque evellere audeat, aut evelli faciat, aut aſſentiat, aut aſſenſum præſtet. Quod ſi fecerit, excommunicationi perpetuæ ſubjaceat, niſi pœnitentiâ ductus, Sedi & canonicæ illi ſatisfaciat, ſeu ejus clero canonicali ſatisfaciens ſe præſentare ſtudeat. Quicumque verò hanc conſtitutionem & confirmationem ſervaverit, cœleſtium bonorum hæreditatem accipiat, & hîc & in æternum gaudeat. Acta hæc confirmatio atque conſtitutio decimo Kalendas Novembris, anno decimo, regnante Henrico Rege Francorum. Eriballus Epiſcopus ſubſcripſit. Arnulphus gratiâ Dei Epiſcopus ſubſcripſit. Conſtantia gratiâ Dei Comitiſſa ſubſcripſit. Raymundus levita, & caput ſchol æ. Gerallus archilevita. Borrellus ſcholaſticus hoc ſcripſit die & anno quo ſuprà.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud S. Michaëlem Fluvianenſem in Comitatu Emporitano.

Pro conſecratione dictæ Eccleſiæ.

ANNO CHRISTI MXLV.

Anno MXLV. die XXVI. Julii conſecrata eſt Eccleſia S. Michaëlis Fluvianenſis in Comitatu Emporitano. Peracta eſt ea conſecratio à Guifredo Narbonenſi Archiepiſcopo, Bernardo Conſeranenſi, Petro Epiſcopo, Oliba Auſonenſi, Arnaldo Magalonenſi, Froterio Nemauſenſi, Berengario Helenenſi, Arnulpho Rotenſi, Wifredo Epiſcopo: & ſubſequentibus temporibus Willelmo Auſonenſi Epiſcopo, Berengario Gerundenſi, & Berengario Barcinonenſi. Diù verò poſt hæc tempora decretum confirmavit Giraldus Oſtienſis Epiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus. Acta conſecrationis ex archivo monaſterii Cuxanenſis eruta ab Illuſtriſs. Petro de Marca ejuſmodi ſunt.

Guifredus ſanctæ Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus & Oliba Epiſcopus Auſonenſis, univerſis in obediētia & aſperſione ſanguinis Jeſu Chriſti ſanctificatis, & fonte regenerationis per Spiritum ſanctum emundatis, atque per totam Hiſpaniam in gremio Catholicæ Eccleſiæ conſtitutis, gratiam & pacem, ſalutem & benedictionem. Innoteſcimus dilectioni veſtræ, chariſſimi, quoniam locum à Deo electum ad ſe glorificandum, & ad cœleſtis militiæ principem glorioſiſſimum Michaëlem archangelum coram oculis mortalium mirificandum in Comitatu Impurienſi, loco qui ad ripam alvei Fluviani dicitur ſitum, adeuntes, dignumque ſumma veneratione ducentes, unà cum Illuſtriſſimo præfati pagi Comite Pontio, aſtante utriuſque ſexus & ætatis non minima populi multitudine, prænominatum locum divino cultui perpetim mancipare decrevimus, & per traditam nobis à Deo poteſtatem hac privilegii lege roboravimus. Statuimus namque, & ſub divini nominis conteſtatione hanc immunitatis legem firmamus, ut infra terminos prætaxati loci per infixas cruces deſignatos, nullus fidelium quempiam perſequi, calumniare, deprædare, vel injuriare præſumat, quatenus omnes infra prædictos terminos conſtituti, ab omni hoſtilitatis incurſu liberi divinâ ſe gratiâ fretos,

tos, & beatiſſimi archangeli Michaëlis ejuſdem loci, ut credimus, cuſtodis, ac omnium quæ ibi geruntur inſpectoris, gaudeant juvamine fultos. Quicumque verò hujus conſtitutionis noſtræ temerator violentus extiterit, tamdiu excommunicatus, & ab omni ſit Eccleſiarum ingreſſu extraneus, atque anathematis vinculo colligatus, quouſque in eodem loco dignè ſatisfacere, & quicquid deliquerit juſtè ſtudeat emendare. Concedimus etiam ut ille locus omni pœnitenti ſit pervius, & cuicumque aliarum Eccleſiarum ingreſſus negatur, hic ob vota orationis ſolvenda, & divina myſteria audienda, liberè ingredi permittatur. Omnes quoque qui præfati loci adjutores & viſitatores extiterint, & qui de rebus ſuis eidem contulerint, atque in ædificando adjutorium impenderint, totius beneficii in cœnobio Cuxanenſi, ad quod idem locus pertinere dignoſcitur, facti decernimus eſſe participes, & divinę benedictionis augmento, ac glorioſiſſimi archangeli Michaëlis patrocinio fieri optamus felices. Cæterùm eos qui corpora ſua hîc ſepulturę tradenda decreverint, tradita nobis à Deo ligandi atque ſolvendi poteſtate abſolvimus, ac felicitatis æternæ conſortes, & per beatiſſimi archangeli Michaëlis omnium animarum fidelium ad divinum examen, ut credimus, præſentatoris, interceſſionem, beatorum ſpirituum, ac æternæ requiei, ſimul & perpetuæ lucis oramus fore cohæredes, auxiliante Chriſto Jeſu Salvatore benigno, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat ſine termino. Nos ergo hujus conſtitutionis cum jam dicto totius prudentię viro ſtrenuiſſimo Comite Pontio, auctores propriis manibus hanc confirmamus, & domnum Petrum Epiſcopum, in cujus diœceſi idem locus, de quo agitur, eſſe dignoſcitur, cæteroſque Coëpiſcopos, in quorum manus devenerit, confirmare rogamus. Factum eſt hoc anno Incarnationis Domini MXLV. die Julii menſis XXVI. regniq́ue Regis Henrici anno XVI. Gnifredus ſanctæ primæ Sedis Narbonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Bernardus gratiâ Dei Epiſcopus Coſeranenſis. Poncius gratiâ Dei Comes. Petrus Epiſcopus. Gauzfredus gratiâ Dei Comes. Oliba Epiſcopus. Arnaldus Epiſcopus Magalonenſis. Froterius Epiſcopus Nemauſenſis. Berengarius ſanctæ Elenenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Arnulphus gratiâ Dei ſanctę Rotenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Wifredus gratiâ Dei Epiſcopus. Willelmus gratiâ Dei Epiſcopus Auſonenſis Eccleſiæ. Berengarius Dei gratiâ Gerundenſis Epiſcopus. Berengarius Epiſcopus Barchinonenſis.

Ego Giraldus Dei gratiâ Hoſtienſis Epiſcopus, Sedis Apoſtolicę Legatus, longo poſt tempore viſa & perfecta canonicè conſtituta laudavi, & ſcripto corroboravi.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Arulenſe in diœceſi Helenenſi.

Pro conſecratione Eccleſiæ S. Mariæ Arulenſis.

ANNO CHRISTI MXLVI.

ANno MXLVI. XVII. Kal Decembris, Eccleſia monaſterii Arulenſis in diœceſi Helenenſi conſecrata eſt à Wifredo Archiepiſcopo Narbonenſi, Berengario Epiſcopo Helenenſi, & Wifredo Carcaſſonenſi. Aderant etiam Willelmus Comes Palliarenſis, & Stephania Comitiſſa ejus uxor, Raymundus Guifredi Comes Ceritaniæ, Gauzfredus Comes Ruſcinonenſis, Adalais Comitiſſa, Pontius Abbas Sancti Gennesii, Petrus Abbas Sancti Petri Rodenſis, Raymundus Abbas Sancti Andreæ Suredenſis, & Willelmus Dalmatius Vice-comes. Acta conſecrationis eruit Illuſtriſs. Petrus de Marca ex chartulario monaſterii Arulenſis, quæ hîc ſubjicio.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadrageſimo ſexto, Erâ milleſimâ octogeſimâ quartâ, indictione decima quinta, decimo ſeptimo Kalendarum Decembrium, anno decimo ſexto quo poſt deceſſum venerabilis memoriæ Roberti Regis Francorum ſuſcepit regni gubernacula filius ejus Henricus, factus eſt conventus Epiſcoporum in cœnobio Sanctæ Mariæ perpetuę Virginis territorio Arulenſi ad dedicationem Baſilicæ ipſius Dei genitricis, ſimulq́ne Principum patriæ, ac reliquorum fidelium utriuſque ſexus, ætatis, & ordinis. Actum eſt autem hoc inſtinctu & ordinatione domni Wifredi ſanctæ primæ Sedis Narbonenſis Archiepiſcopi, & domni Berengarii Pontificis Elenenſis, ad cujus diœceſim prædictus pertinet locus, qui eandem Eccleſiam religioſorum virorum eidem cœnobio vicinorum ſtudio inſtantiaq́ue perfectam, in nomine Domini cum ſuis Coëpiſcopis venerabiliter dedicavit, atque in die eodem cum omnibus qui aderant Epiſcopis, nec ne clariſſimis & venerandis Comitibus, domno videlicet Willelmo inclyto Comite, domnoq́ue Raymundo Wifredi, nec ne & Gauzfredo, ad ſtabilimentum præfati cœnobii hanc ordinationem dotis fecit, conſtituit, atque firmavit.

Pe-

Digitized by Google

Petrns Epiſcopus omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, cujuſcumque ordinis & ætatis, hæreditatem & gaudium regni cœleſtis. Notum eſſe volumus veſtræ fraternitati, dilectiſſimi fratres & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Eccleſiæ Dei genitricis cœnobii Arulenſis, ipſius domus decorem & ſtatum, ut in melius proficeret, quâ valuimus inſtantiâ peregimus. Nam & ſacris reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia ſanctificavimus, & per invocationem nominis Jeſu Chriſti, quantis potuimus benedictionibus eam ad alta ſuſtulimus: qnatenus diligentibus amor & Dei auxilium, & odientibus maneat terror atque judicium. Hanc quoque conſtitutionis noſtræ dotem prædictæ Eccleſiæ fecimus, manibuſque noſtris, ut iofracta permaneat, inſignire curavimus, ſtatuentes ſub divini judicii obteſtatione & anathemaris interdictione, ut nullus audeat hoc violare, quod noſtra auctoritas ad ſtabilimentum domus Dei voluit confirmare. Igitnr ſicut venerabilium Apoſtolicorum quæ prædicto facta ſunt cœnobio, continent privilegia, & ſicut Regum Fraocorum demonſtrant regia præcepta, & quemadmodum oſtendunt dotes quæ à noſtris anteceſſoribus ei firmatæ ſunt per retroacta tempora, ſic illi confirmamus & ſtabilimus omnia ſua, videlicet cuncta quæ quorumlibet fidelinm dono votivè & potentialiter uſque hodie jnſtè acquiſivit, vel quolibet modo uſque in finem ſæculi juſtè acquiſierit. Concedimus etiam & confirmamus Abbatibus & monachis ipſius loci omnem libertarem ſua placita diſtringendi vel judicandi in omnibus exceſſibus vel malefactionibus, quæ facta fuerint infra terminos omnium prædiornm pręſcripti cœnobii: & ut nullus judex, vel vicarius, vel cujuslibet poteſtatis homo, habeat licentiam cauſſas eornm diſtringendi, vel quolibet modo ſine illorum juſſione dijudicandi, neque in teloneo ipſius mercati, neque in omnibus omnino locis, quæ præfaro cœnobio pertinent, aliquam violentiam inferendi. Inter hęc interdicimus omnibus univerſi ordinis hominibus, vel ipſius loci vel extraneis, ut de ornamentis ipſius loci nullus præſumat aliquid auferre, commotare, vendere, vel donare, ad damnum vel dehoneſtamentum prædictæ Eccleſię. Si quis ergo hujns noſtræ conſtitutionis adjutor exſtiterit; hunc de parte Dei omnipotenris & beatæ Mariæ Virginis, & noſtra, benedicimus, & ut in perpetuum ſalvus maoeat, peroptamus. Si quis autem, qnod abſit, auſu temerario effrangere vel violare quolibet modo hoc quod conſtituimus voluerit; hunc à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ extranenm judicamns, & ab omni conſortio Chriſtianorum illum ſegregamus, atque de parte Dei omnipotentis, & ſanctę Virginis Mariæ, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum, & omnium Sanctorum illum excommunicamus, donec digna pœnitudine Deo & beate Virgioi Marię ſatiſfaciat, inſupet & diſtrictione venerandorum Principum legalis illum pœna coërçeat, & ſacrilegii cenſura conſtringat, & in antea hæc dos noſtrę conſtitution.s ſtabilis & inconvulſa permaneat.

Igitur tempore Chriſti præſcripto, ego gratiâ Dei Wifredus Metropolis Narbonę Sedis Archiepiſcopus, & Berengarius Elenenſis Pręſul, atque Wifredus Carcaſſunę, pariter convenimus in cœnobio Arulenſi ad conſecratronem Eccleſiæ perpetuæ Mariæ Virginis ejuſdem loci, cum innumera multirudine virorum, utriuſque ſexus, ætatis, & ordinis. Cumque ſanè illi pręſcriptas concederemus libertates, allatnm eſt privilegium oculis noſtris, auctoritate Apoſtolica roboratum, per manus ſcilicer Sergii Romanę Sedis Pontificis, qui runc fungebatur vicem Apoſtolorum Principis: in quo jubetnr ut adveniens ibi quique pœnirens ſegregatus pro facinoribus ſuis à ſanctæ Dei Eccleſię limioibus, licentia ſit illi eandem Eccleſiam matris Chriſti ingredi, & divina myſteria que ibi celebrantur audire, quamdiu ibi ſteterit. Quod nos quoque illi auctoritate noſtri Pootificatus concedimus & confirmamus, ut omnibus pateat pœnitenribns. Illos verò homines, qui adjotores ſunt vel fuerint ad perficiendom ædificium præfixæ domus, quæ manet adhuc imperfecta, abſolvimus eos à peccatis illorum, de quibus agunt vel egerinr pœnitentiam uſque ad circulum anni. Si cui verò ex illis infra prælibatum terminum mors advenerit, interceſſu glorioſę Virgiois, & Sancti archangeli Michaëlis, Sanctiſque Petri Apoſtolorum Principis, & omnium Sanctorum, abſolvat eos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & nos quaotum permiſſu noſtro eſt. Willelmus Comes grariâ Dei. Stephania gratiâ Dei Comitiſſa. Gauzfredus Comes. Azalaicis Comiriſſa. Bernardus Albuinus. Petrus Bligdarins. Deuſde Albuinus. Pontius Abba S. Genneſii. Petrus gratiâ Dei Abbas S. Petri cœnobii Rodenſis. Raymundus gratiâ Dei Abbas Sancti Andreæ. Rigualdus Gauzbertus. Guntarius filius Wilaberti Comitis. Guillelmus judex. Bernardus Willelmus de Ulrraria. Willelmus Dalmatius Vicecomes. Pontius Oliba. Bernardus Raymundus de caſtro Albera. Gauzbertus Adalhertus Mir. Raymondus Adalbertus. Berengarios nutu Dei Epiſcopus. Guifredus ſanctæ primæ ſedis Narbonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Wifredus gratiâ Dei Præſul.

Adveniente tempore conſecrationis templi pręfati cœnobii, ego Berengarius nutu Dei Præſul munire juſſi eum ab utriſque partibus immunitatis ſignum, propter quorundam temeritatem, vel pravitatem infidelium, qui ſacra venerari prour ſanctitas exigir, negligunt loca: eo videlicet tenore, ut ſi quis homo perſequens aliquem, illins inſidiator exiſtens, qualibet ex cauſſa; priuſquam infra prænotata fuerit ingreſſus immunitatis noſtrę ſigna, non pręſumat ei vim inferre, nec in aliquo calumniari vel injuriari ſive dehoneſtari; ſed ſint hęc ſigna omnibus fugientibus inimicis ſuis ad pactum firmiſſimum & tutamen pacis, quamdiu infra præfixa man-

Digitized by Google

manſerit ſigna immunitatis. Si quis verò hujus noſtræ immunitatis auſu temerario violator vel interruptor exſtiterit; niſi ſatisfaciens juxta legem pœnituerit, imprimis iram Dei omnipotentis, ejuſque genitricis, ac omnium Sanctorum incurrat, & deinceps auctoritate Pontificali excommunicationis vinculo ſe irretitum ſciat.

Ego Bernardus Languardi donator ſum Deo & Sanctæ Mariæ cœnobio Arulenſi, decimum quem habeo in parochia Sancti Michaëlis, quæ vocatur Molletello ad proprium; in tali verò conventu ut nullus homo vel fœmina jam non teneat inferum, ſed Sanctę Mariæ ſit proprium ipſum decimum. Quòd ſi fecerit, ad me revertatur, aut uni ex conſanguineis meis. S. Bernardi Languardi.

CONCILIUM COYACENSE

PRO REFORMANDIS ECCLESIÆ MORIBUS

Celebratum in diœceſi Ovetenſi, tempore Ferdinandi I. Regis Caſtellæ, cognomento Magni, Era MLXXXVIII. anno Chriſti ML.

SUB LEONE IX. PAPA.

Nunc collatum cum exemplari Toletano MS.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut Epiſcopi & clerici munus ſuum ritè obeant.*
II. *Ut Abbates & monachi ſuis obediant Epiſcopis.*
III. *De jure Eccleſiarum & veſtibus clericorum.*
IV. *De pœnitentia adulteris, inceſtis, &c. imponenda.*
V. *De ordinandis: & ne presbyteri ad nuptias edendi gratiâ eant. Et de illis qui defunctorum conviviis aſſiſtunt.*
VI. *Ut veſpere ſabbathi omnes ab opere ceſſent: & cum Judæis non habitent, nec cibum cum eis ſumant.*
VII. *Ut populus à potentibus cum juſtitia regatur.*
VIII. *De legibus quibuſdam Alphonſi & Sanctii Regum obſervandis.*
IX. *Quòd Eccleſiaſticæ veritates triennio non includantur.*
X. *De eo qui contentioſum fundum coluerit.*
XI. *Ut omnes die Veneris jejunium obſervent.*
XII. *De aſyli jure Eccleſiis conceſſo.*
XIII. *De jure Regis.*

DECRETA

Ferdinandi Regis & Sanctiæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium ejuſdem regni optimatum, Era MLXXXVIII.

PRÆFATIO.

1. IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ego Ferdinandus Rex & Sanctia Regina, ad reſtaurationem noſtræ Chriſtianitatis fecimus Concilium in caſtro [a] Coyaca, in diœceſi ſcilicet Ovetenſi, cum Epiſcopis & Abbatibus, & totius regni noſtri optimatibus. In quo Concilio [b] præſentes exſtitere Froilanus Epiſcopus Ovetenſis, Cyprianus Legionenſis, Didacus Aſturicen-

[a] *MS. Tol.* Coyanca.
[b] *Deeſt. in MS. Tol.*

ricenſis, Syrus Palentinæ Sedis, [b] Gomes Viſocenſis, Gomaſius Calagurritanus, Joannes Pampilonenſis, Petrus Lucenſis, Creſconius Irienſis.

[b] Forte Gomaſius Oſcenſis. vel Viſonſis. ut eſt in capitulo Hiſpanico idiomate infrà exhibendis.

CAPITULA.

I.

2. In primo igitur titulo ſtatuimus, ut unuſquiſque Epiſcopus [c] Eccleſiarum miniſterium cum ſuis clericis ordinatè teneat in ſuis ſedibus.

[c] MS. Tol. Eccleſiaſticũ monaſteriũ.

II.

3. In ſecundo titulo, ut omnes Abbates ſe & fratres ſuos, & monaſteria; & Abbatiſſæ ſe & moniales ſuas & monaſteria, ſecundum Beati Benedicti regant ſtatuta: & ipſi Abbates & Abbatiſſæ cum ſuis congregationibus & cœnobiis ſint obedientes & per omnia ſubditi ſuis Epiſcopis. Nullus eorum recipiat monachum alienum, aut ſanctimonialem, niſi per Abbatis ſui & Abbatiſſæ juſſionem. Si quis hoc decretum violare præſumpſerit, anathema ſit.

III.

4. Tertio autem titulo ſtatuimus, ut omnes Eccleſiæ & clerici ſint ſub jure ſui Epiſcopi: nec poteſtatem aliquam habeant ſuper Eccleſias aut clericos laïci. Eccleſiæ autem ſint integræ, & non diviſæ, cum presbyteris & diaconis, & cum totius anni circuli libris, cum ornamentis Eccleſiaſticis: ita ut non ſacrificent cum calice ligneo vel fictili. Veſtes autem presbyteri ſint in ſacrificio [e] amitus, alba, cingulum, ſtola, caſula, manipulos. Veſtes diaconi [f] amitus, alba, cingulum, ſtola, dalmatica, manipulos. Altaris verò ara tota ſit lapidea, & ab Epiſcopis conſecrata. Hoſtia ſit ex frumento [g] ſana & integra. Vinum ſit mundum, & aqua munda, ita ut inter vinum hoſtiam & aquam Trinitas ſit ſignificata. Altare ſit honeſtè indutum, & deſuper lineum indumentum mundum. Subtus [h] calicem & deſuper, corporale lineum mundum & integrum.

5. Presbyteri verò & diacones, [i] qui miniſterio ſonguntur Eccleſiæ, arma [k] belli non deferant, ſemper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres ſecum in domo non habeant, niſi matrem, aut ſororem, aut amitam, aut novercam. Veſtimentum unius coloris & competens habeant. Intra [l] etiam dextros Eccleſiæ laïci uxorati non habiteot, nec jura poſſideant. Doceant autem [m] clerici filios Eccleſiæ, & infantes, ut Symbolum & orationem Dominicam memoritet teneanr. Si quis autem laïcus hujus noſtræ inſtitutionis violator exſtiterit, anathema ſit. Presbyter verò [n] & diaconus, ſi hujus juſſionis deſtructor exſtiterit, ſexaginta ſolidos Epiſcopo perſolvat, & gradu Eccleſiaſtico careat.

[e] MS. Tol. Amictum, albam, cingulũ, manipulum, ſtolam, caſulam.
[f] amictum, albam, ſtolã, dalmaticam, manipolum. MS Tol.
[g] ex frum electo MS. Tol.
[h] Calix. MS. Tol.
[i] & qui. MS. Tol.
[k] bellica. MS. Tol.
[l] Infra. MS. Tol.
[m] Deeſt vox clerici M. Tol.
[n] aut. M. Tol.

IV.

6. Quarto verò titulo ſtatuimus, ut omnes archidiaconi & presbyteri, ſicut ſacri Canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, inceſtuoſos, ſanguine miſtos, fures, homicidas, maleficos, & qui cum animalibus ſe inquinant. Et ſi pœnitere noluerint, ſeparentur ab Eccleſia & à communione.

V.

7. Quinto antem titulo decrevimus, ut archidiaconi tales clericos conſtitutis quatuor temporibus ad ordines ducant, qui perfectè totum pſalterium, hymnos, & cantica, epiſtolas, orationes, & Evangelia ſciant. Presbyteri ad nuptias cauſsâ edendi non eant, niſi ad benedicendum. Clerici & laïci, qui ad convivia defunctorum vererint, ſic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant: ad quæ tamen convivia vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.

VI.

8. Sexto verò titulo admonemus, ut omnes Chriſtiani die ſabbathi adveſperaſcente ad Eccleſiam concurrant, & [o] Dominica matutina [p] Miſſas, & omnes horas audiant, opus ſervile non exerceant, nec ſectentur itinera, niſi orationis cauſsâ, aut ſepeliendi mortuos, aut viſitandi infirmos, aut pro Regis ſecreto, aut pro Saracenorum impetu. Nullus etiam Chriſtianus cum Judæis in una domo maneat, nec cum eis cibum ſumat. Si quis autem hanc noſtram [q] conſtitutionem fregerit, per ſeptem dies pœnitentiam agat. Quòd ſi pœnitere noluerit; ſi major perſona fuerit, per annum integrum communione careat; ſi inferior perſona fuerit, centum flagella accipiat.

[o] die Dom. MS Tol.
[p] Miſſam. M. Tol.
[q] inſtitutione MS. Tol.

VII.

9. Septimo quoque titulo admonemus, ut omnes Comites, ſeu majorini regales populum ſibi ſubditum per juſtitiam regant, pauperes injuſtè non opprimant, in judicio teſtimonium, niſi illorum præſentium qui viderunt aut audierunt, non accipiant. Quòd ſi teſtes falſi convicti fuerint, illud ſupplicium accipiant, quod in libro judicum de falſis teſtibus eſt conſtitutum.

VIII.

10. Octavo autem titulo mandamus, ut in Legione & in ſuis terminis, in Gallæcia, & in Aſturiis, & Portugale, tale ſit judicium ſemper, quale eſt conſtitutum in decretis Adelphonſi Regis pro homicidio, pro rauſo, pro ſayone, aut pro omnibus calumniis ſuis. Tale verò judicium ſit in Caſtella, quale fuit in diebus avi noſtri Sanctii Ducis.

Digitized by Google

IX.

11. Nono quoque titulo decrevimus, ut ſ triennium non includat Eccleſiaſticas veritates: ſed unaquæque Eccleſia (ſicut Canones præcipiunt, & ſicut lex Gotthica mandat) omni tempore ſuas veritates recuperet & poſſideat. ſ *triennium* *MS. Tol.*

X.

12. Decimo verò titulo decrevimus, ut ille qui laboravit vineas aut terras in contentione poſitas, colligat fruges: & poſtea habeant judicium ſuper radicem: & ſi victus fuerit laborator, reddat fruges domino hæreditatis.

XI.

13. Undecimo autem titulo mandamus, ut Chriſtiani per omnes ſextas ferias jejunent, & horâ congruâ cibo reficiantur, & faciant lobores ſuos.

XII.

14. Duodecimo quoque titulo præcipimus, ut ſi quilibet homo pro qualicumque culpa ad Eccleſiam confugerit, non ſit auſus eum aliquis inde violenter abſtrahere, nec perſequi infra dextros Eccleſię, qui ſunt triginta paſſus: ſed ſublato mortis periculo, & corporis deturpatione, faciat quod lex Gotthica jubet. Qui aliter fecerit, anathema ſit, & ſolvat Epiſcopo mille ſolidos puriſſimi argenti.

XIII.

15. Tertio decimo titulo mandamus, ut omnes majores & minores veritatem & juſtitiam Regis non ᵗ contemnant: ſed, ſicut in diebus domini Adelphonſi Regis, fideles & recti perſiſtãt, & talẽ veritatem faciant Regi, qualem illi fecerunt in diebus ſuis. Caſtellani autem in Caſtella talem veritatem faciant Regi, qualem fecerunt Sanctio Duci. Rex verò talem veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sanctius. Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus Legione, quos dedit illis Rex dominus Adelphonſus, pater Sanctiæ Reginæ uxoris meæ. Qui igitur hanc noſtram conſtitutionem fregerit, Rex, Comes, Vice-comes, majorinus, ſago, tam Eccleſiaſticus quàm ſæcularis ordo, ſit excommunicatus, & à conſortio Sanctorum ſegregatus, & perpetua damnatione cum diabolo & angelis ejus damnatus, & dignitate ſua temporali ſit privatus. ᵗ *contendant.* *MS. Tol.*

NOTÆ VARIORUM.

C*Oncilium Coyacenſe.*] Anno Domini ML. Ferdinandus Magnus, cùm ob tumultus bellicos Eccleſias in ſuo regno Hiſpaniæ collocatas, excreſcentibus vepribus, ſylveſcentes cerneret; convocatis Epiſcopis, Dominici agri cultoribus, eum ad optimam frugem revocare laborans, Concilium colligendum curavit, cujus decreta reperta in Eccleſia Cordubenſi Antonius Auguſtinus exſcripſit, noſque ejus codicem ..., ea hîc tibi (quòd cuſſa adhuc neſciamus) reddenda curavimus. CARD. BARONIUS.

17. AD CAP. III. Merę uſurpationes, & deprędatoriæ fuere primæ commendę laïcorũ, quibus adeò obviare maturavit Eccleſia, ut primùm reſpirare datum eſt ab illa calamitatum procella, quę concidente Caroli Magni ſtirpe Occidenti incubuit. Prohibitum eſt in Concilio Bituricenſi anni MXXXI. ne laïci haberent aut retinerent feuda Eccleſiæ, ex quibus imperium in clericos ipſos ſortiebantur. *Ut ſæculares viri Eccleſiaſtica beneficia, quos feudos presbyterales vocant, non habeant ſuper presbyteros.* Potes hunc Canonem de parochiis, potes de cœnobiis interpretari.

18. Pauxillum illud quod ex Hiſpaniæ naufragio enatavit, venitque in manus noſtras monumentorum ſacrorum, ſufficit tamen ut non temerè opinemur illas quoque extremas Chriſtianæ Reipublicæ partes eidem calamitati fuiſſe obnoxias. Concilium Coyacenſe paucis his verbis rem totam complectitur, anno ML. habitum. *Statuimus, ut omnes Eccleſiæ & clerici ſint ſub jure ſui Epiſcopi; nec poteſtatem aliquam habeant ſuper Eccleſias aut clericos laïci.* THOMASSINUS *De Benef.* par. 2. lib. 3. cap. 21.

19. AD CAP. IV. *Statuimus ut omnes archidiaconi, &c.*] Hæc diligentia non verſabatur tantùm in caſtigatione & curatione peccatorum publicorum per publicam pœnitentiam, ſed etiam in occultorum criminum inquiſitione, ut iis in lucem expoſitis, competens medicina præberetur. Ideo viri aliqui pii, quos decanos in quibuſdam provinciis vocabant, ab Epiſcopis in ſingulis civitatibus & pagis conſtituebantur cæterorum inſpectores & exploratores, qui de cujuſque criminibus, juramento priùs ab iis requiſito, teſtimonium perhiberent. MORINUS lib. 7. *De pœnit.* cap. 3. num. 3. & 4.

20. *Vocent ad pœnitentiã adulteros &c.*] Alludit ad morem antiquum qui ubique tum in Eccleſia obſervabatur, quo archidiaconi, & archipresbyteri in capite Quadrageſimę publicos parochiarum pœnitentes, omneſque publici criminis convictos ad Epiſcopum deducebant. MORINUS ibid. cap. 12. num. 6.

DECRETA V.

CONCILII COYACENSIS

Hiſpanico idiomate antiquo exhibentur.

Ex Cod. MS. monaſterii S. Facundi.

21. DEcreta quinque priora ejoſdem Concilii proferuntur eodem ſermone veteri Hiſpanico, quo concepta & expreſſa fuerunt à Ferdinando Rege & Epiſcopis: prout hodie exſtant in Bibliotheca regii monaſterii S. Facundi, in Chronico Imperatoris Hiſpaniæ D. Alphonſi VII. cap. 64. pag. 176. & ſeqq.

22. Eſtos ſon los degredos eſtablecidos del Rey Don Pernando de Leon, è de la Reyna Doña Sancha, è de todos los Obiſpos de Eſpaña, è de los Arçobiſpos de ſo regno, ſub Era MLXXXVIII.

23. Ego Fernandus Rex, & nxor mea Sancha Regina, por reſtauracion de la Chriſtiandad, faciemos conzeyo en caſtro Goyanza general, en Obiſpado de Oviedo, con os Obiſpos, è con os Abbades, è con os Arçobiſpos de nueſtro regno: en ò qual conzeyo eſtobieron preſentes el Obiſpo Don Froyla de Oviedo, el Obiſpo Don Zebrian de Leon, el Obiſpo Don Diego de Aſtorga, el Obiſpo Don Miro de Palencia, el Obiſpo Don Gomez de Viſeo, el Obiſpo Don Gomez de Calaforra, el Obiſpo Don Juan de Pamblona, el Obiſpo Don Pedro de Lugo, el Obiſpo Don * Gregorio de Orenſe.

* *Suprà* Creſconius Iriſis *legitur.*

PRIMUS TITOLOS.

24. ENno primero titolo mandamos y eſtableciemos que cada un Obiſpo tenga el bien miniſtramiento Eccleſiaſtico con ſos clergos in ſuas ſeas ordenadamente.

II. TITOLOS.

25. ENno ſegondo titolo eſtableciemos que los Abbades, è los monges, è los monaſterios, tengan la regla, è los eſtablecimientos que y es diò S. Benito; è los Abbades, è las Abbadeſas con ſos conventos ſean obedientes à los Obiſpos, è nengun Abbad non reciba monge ayeno, nen Abbadeſa monxa ayena, ſe non ſor por mandado de ſo Abbad, ò de ſoa Abbadeſa: è ſe algun quiſiere qoebrantar eſte noſtro eſtablecimiento, ſea excomungado.

III. TITOLOS.

36. ENno tercero titolo mandamos que las Egleſias, è los clergos ſean ſo poder de ſo Obiſpo, è que ningun lego no coya poderio ſobre las Egleſias. Seyan entregas, è non partidas, con preſtes, con diagonos, con libros de todo el año, è con ornamentos Egleſiaſticos: è non ſacrifiquen en calce de madera, nen de vidro, nen de cobre, nen de laton; ſi non con calce de oro, ò de plata, ò de plombo: è la veſtimenta de el preſte para ſactificio, amito, alba, ſcinta, ſtola, caſula, manipulo: è la veſtimenta del diagono, amito, alba, ſcinta, ſtola, dalmatica, è manipulo: è non deſfallezca de eſto nada: è la ara del altar ſea de piedra, & conſagrada por mano del Obiſpo, è la hoſtia de trigo eſcoyeto, è ſana, è entrega: el vino ſea muy limpio, el agua limpia è clara: aſſi que entre la hoſtia è el vino è el agoa, ſea la Trinidad ſignificada perfectamientre: è el altar ſea cobierto honeſtamientre, è de ſuſo tenga pano de lino blanco è mondo: ſobre el calce, è de yuſo ſea corporal de lino limpio & entrego. E los preſtes, ò los diagonos, que fazen el miniſterio Egleſiaſtico, no tragan armas: ayan las coronas abiertas, è las barbas raidas: non tengan mogeres en caſa, ſe non ſor madre, è hermana de padre, è de madre: è las veſtiduras ſean de un color è convenientes. Dentro los dextros de la Egleſia, que ſon treinta paſſadas, non embiete lego caſado, nen aya poderio en à Egleſia. E los clergos enſeñen à los fijos de la Egleſia, è à los infantes el Credo in Deum, è el Pater noſter, aſſi que lo tengan de cor. Se algun lego quiſiere corromper eſta conſtitucion, ſea excomungado. El preſte, ò diagono, qoe fuere deſtruidor de eſta conſtitucion, peche al Opiſpo ſeſenta ſueldos, è ſea privado de officio, è de Beneficio.

IV. TI-

IV. TITOLOS.

27. ENno quarto titolo mandamos que los arcedianos, è los capellanos, aſſi como ye eſtablecido en as lees canonicas, quæ xamen à confeſſion à los adulteros, è los que pecan con nas monjas, è con nas parientas, è con nas animalias, è los ladrones, è los matadores, è los que fazen mal ſechos: è ſe non quiſieren venir à penitencia, non entren en a Egleſia, nen los comungen.

V. TITOLOS.

28. ENno quinto titolo eſtableciemos que los arcedianos ordenen tales clergos por las quatro temporas eſtablecidas, que ſaban todo el pſaltero perfechamientre, è hymnos, è cantigas, è las epiſtolas, è los Euangelios, è las oraciones. Nengun preſte vaja à comer à bodas, ſe non beneyzir las meſas. E los clergos, è los legos qoe foren à combito de moerto, en tal guiſa coma el combido, que fagan algun bien por alma del muerto, è xamen al combido pobres è menguados è flacos, por alma del muerto.

ACTA FUNDATIONIS MONASTERII

S. MARIÆ NAXARENSIS

Factæ à D. Garſia Rege: quod quidem ſede Epiſcopali decoratur, translato in illud Epiſcopatu olim dicto de Val-pueſta.

ANNO CHRISTI MLII.

Ex Tepio in appendice tomi VI. pag. 469.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Statui apud Naxaram in honorem ſanctę & beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ Eccleſiam ſeu monaſterium opere convenienti ædificare, ædificato convenientiori ordine, cum omnibus officinis regulari congregationi aptis in ſervitium Dei ac Beatę Mariæ diſpoſui ſtudioſius conſommatum ſore, in quo loco ſecundùm ſtatuta Canonum, & legalia decreta piorum patrum, inſtituere decrevi, qualiter pro animæ meæ, ſeu patris mei, vel Stephanię conjugis, aut meorum filiorum remedio, jugiter ibidem Deo ejuſque genitrici ſervientium, & in communi regulariter viventium, honeſta clericorũ conſiſteret congregatio, & ingenoa, & abſque ullo meo vel meorum hæredum ſervitio, die noctuque in Dei laudibos meditaretur ſpiritualium fratrum quieta converſatio. Ad quorum uſum, ut ſufficienter & regulariter haberent victum & veſtitum, & peregrinis ſeo hoſpitibus (quia in utriſque ſuſcipitur Chriſtus) abundanter inde foret diſpendium: ſciens eſſe ſcriptum: *Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi*. Sub teſtimonio plurimorum regni mei fidelium, ſcilicet Epiſcoporum, Abbatum, & legali adſtipulatione certorum teſtium, & pari conſenſu meorum hæredum, & totios mei regni primatuum, hæc quæ in ſequentibos intitulantur ex patrimonio cum omnibus appenditiis, cum cultis vel in cultis, ſylvis, agris, pratis, paſcuis, molendinis, vineis, aquoſis & inaquoſis, ita ut liberè & abſolutè ex paterno jure legalis hæres poſſedi; Domino Deo & illius beatiſſimæ genitrici in perpetuum poſſidenda, ut deboi, in præſentia plurimorum legaliter dedi. Hæc ſunt itaque quæ legali adſtipulatione ad ſupradictum locum integrè & ingenuè cum omnibus ſuis appenditiis, perpetuo dominandi jure ſeo poſſidendi, illis dedi qui regulariter ibidem Deo ejuſque genitrici ſervierint. Sub hujus igitur innotatione privilegii dedi, tradidi, confirmavi Eccleſiam, ſcilicet imprimis in hoöorem ſancti Sepulchri in Calagurra, cum omnibus domibus & hæreditate Soliolami cum ſuis villis, omnibuſque quæ ad eas pertinent: etiam S. Mariam Priati, & Frigidani villam cum omnibos eorum appenditiis. Certum cum omnibus ſuis appenditiis. In Veroça S. Georgium cum omnibus ſuis villis, ſuaque omni poſſeſſione, atque S. Cyprianum, ſeu S. Leucadiam cum omni eorum pertinentia. In Subſerra S. Romanum cum omni ſua pertinentia. In Naxara hæreditatem S. Thomæ, cum omni integritate domûs, & hæreditate domini Lupi ſimiliter, ſeu hæreditate domini Gamiſſæ ibidem, & in ſoto malo, vel ubicumque fuerit inventa, atque Eccleſiam S. Michaëlis cum ſua hęreditate, vel cum ipſo barrio integrè, & S. Pelagium, eum qui in rupe ſuper ipſam

ipſam S. Mariam ſitus eſt, cum omni ſua hæreditate, & ſubtus S. Mariam, S. Michaëlem. Similiter domus quas habitat Grammaticus, cum earum hæreditate. Hæreditatem S. Agathæ, hæreditatem S. Facundi, hæreditatem ſanctarum Nunilonis & Alodiæ, hæreditatem S. Mariæ Sororis, hæreditatem S. Cæciliæ, caſas Menoſſæ cum ſuis vineis, hæreditatem S. Romani, hæreditatem S. Sebaſtiani de Eruniola, quin etiam quartam partem telonei ex mercato ejuſdem Naxarę, tam etiam de calumniis, quàm de cæteris rebus. Inſuper addo ibidem omnem hæreditatem de Fortunio Cittici, quam mihi tradidit, & rem pro debito quod ſolvere non valuit, & confirmo ejuſdem vineas, quas vicini obtulerunt ad Eccleſiam S. Mariæ. Ceroniam cum omnibus ſuis pertinentiis, S. Romanum de Gallinero cum omnibus quæ ad eum pertinent. S. Salvatorem in villa S. Georgio de Olia caſtro cum eadem villa ſuaque hæreditate, S. Salvatorem de Aſſenſio cum omnibus quæ pertinent ad eum. S. Joannem de Grannione cum ſua pertinentia. S. Martham de Tirgo cum ſuis ſubjectionibus. Sanctum Andream de Trepeyana cum ſua pertinentia. Sanctum Pelagium de Ceraſſo cum ſua hæreditate, alium Sanctum Pelagium in ejuſdem Ceraſſi ſuburbio cum ſuo Excuſato. In valle de Cuy, Tello Munio nomine, omnibuſque ſuis ſubjectionibus. Sanctam Mariam de Fragino, cum S. Stephano de Piſceraurios, ſuiſque pertinentiis omnibus. Sanctum Michaëlem de Petroſo cum omnibus ſuis ſubjectionibus. Sanctum Andream in rivo de Tolſanctos cum omnibus ſuis hæreditatibus. Villam quæ dicitur Cova-cardelli cum ſuo monaſterio S. Pelagii, vel cum omnibus eorum pertinentiis. Sanctum Salvatorem de Verica cum ſua pertinentia. Azo cum omnibus quæ pertinent ad eum. Inter Herelium & Sanctum Saturninum monaſterium S. Aciſcli cum ejus villula domibuſque & hæreditatibus in Fonteterta, ſuaque omni pertinentia, ibidemque monaſterium domini Bruilli cum omnibus ſuis pertinentiis. In Caſtella vetula Tranſpaternum cum omnibus quæ pertinent ad eam, atque Sanctum Michaëlem de Torma cum ſuis appenditiis. In Boroba S. Joannem cum ſua hæreditate. In Aſturiis S. Mariam de Porta cum omnibus ſuis ſubjectionibus. In Vizcaya S. Mariam de Barrica cum omni ſua pertinentia. In Naxarenſi denique ſuburbio villas quæ nuncupantur Soto-malo, & villa Meſquina integrè, cum omnibuſque quę pertinent ad eas. In Acenſi verò villam quę vocatur Aggages integrè cum omnibus quæ ad eam pertinent. Ad hęc ad ſupradicti loci ſervitium dedi & daterminavi illum etiam Epiſcopatum qui eſt de S. Martino de Zaharra, uſque in Sotellam & Arlançonem & Poçam. Ex alia verò parte. ex Alabæ terminis uſque in Arrepham & Cutelinm caſtrum. In Aſturiis cum monaſterio ejuſdem Epiſcopatûs, nomine Valla poſitum. Partem verò vel tributi meæ terræ, vel illius quod Deus mihi, ſive meis ſucceſſoribus, deinceps uſque in æternum, de terra Sarracenorum dederit, do & confirmo decimam partem S. Mariæ. Verùm in futurum, ut decuit, providentes poſterorum utilitati, placuit tam mihi quàm cæteris hujus privilegii teſtibus, ut cuicumque ſancti Spiritus inſtinctu compunctio, vel ſe vel ſua liberæ dominationi S. Mariæ ſubjicere placet, quatenus ab aliorum inquietate in poſterum abſolutos, liber & ingenuus ab omni ſervitute in æternum permaneat: neque cuique pro alicujus rei calumnia, niſi S. Mariæ advocato reſpondeat. Igitur cum hujus rei voluntate, tam in ædificandæ Eccleſiæ conſtitutionem, quàm in dotis inſtipulationem, maximè meæ uxoris ſalutaris conſilii ſubjectione incepiſſem; Deo eademque inſtigante, quomodo nondum peracta peragerentur, ſubjectæ deliberationis ordinem non neglexi inſtituere: ſciens amaram mortem nullius ætati parcere, ſed omnia in communi natura cogente edaci morſu decerpere; hujuſce conditionis ſtabile teſtamentum putabam utiliter depromere, quod me redderet ſecurum ſua perfectione. Si fortè uxor mea, quæ me fideli animi niſu ſemper Deo ſervire inſtigavit, priuſquam ego à ſæculo migraverit, & me (ut ſæpè fit) mundanæ, vel delitiæ vel turbationes ab incepto retardaverint; ex omnibus quæ ipſa moriens dereliquerit, ſicut idem meo conſenſu deſtinavit cum his omnibus quę ego S. Mariæ tradidi mea dictione abſolutis, ſcilicet tam de ſuis quàm de meis opus inceptum conſumetur: & pro ejus anima Dei ſervitium frequentetur. Si autem ego prior vitam finiam, illa ad idem monaſterium ſe conferat, & ex prædictis adjutoriis opus, uti meum velle novit, perficiat, & pro anima mea Dei ſervitium ibi frequentare faciat, & legati jure ſine alicujus contradictione, poteſtativè omnia quę S. Marię tradita ſunt, poſſideat, gubernet, atque regat, donec in mea fidelitate permaneat. Nec quiſquam meorum filiorum vel hæredum hæc infringere licentiam habeat. Et ſi quis tam auſus fuerit, ut meum teſtamentum infringat; à Chriſtianorum communione ſeparetur, & quaſi Judæus & hæreticus, ſævienti vindictæ ſubjaceat. Hæc verò omnia pręd[i]cta per meam regalem poteſtatem, cum conſenſu omnium meorum ſtatui atque confirmavi, & uſque in finem mundi inviolata inconcuſſaque permanere decrevi. Inde coram Deo vivo & vero, qui me regnare juſſit, coramque ejus judicio terribili conjuro & obteſtor omnes meos hæreditarios ſucceſſores, & primates cunctos, & univerſum populum nunc ac in poſterum cunctis retrò temporibus, quatenus nulli meo regno ſubjacenti, nullo modo liceat infringere ſeu convellere hæc quæ à me regali ſanctione conceſſa ſunt, vel ordinata Deo & S. Mariæ. Si quis autem (quod non credimus) hujus rei temerator aut contemptor axiſtere voluerit; excommunicatus & anathematizatus æterna damnatione ſubjaceat condemnatus, atque anathema, ſive maranatha, & S. Mariam, & omnes

Dei

Digitized by Google

Dei electos ſentiat hîc & in futurum ſibi contrarios: atque in inferno inferiori Judam traditorem habeat conſortem, & diabolum conſolatorem, inceptum verò ſuum irritum maneat: ille autem pro cauſſata inquietudine mille millia auri S. Mariæ talenta perſolvat. Hanc regalis decreti chartam ego Garſia Rex cum Stephania uxore atque filiis propriis manibus confirmavimus, & roboravimus, & hoc figuræ ſignum fecimus ✝ teſtibuſque confirmandum tradidimus. Ferdinandus Rex conf. Ranimirus Rex conf. Raymundus Comes conf. Sanctius Epiſcopus conf. Garſias Epiſcopus conf. Gomeſanus Epiſcopus conf. Enneco Abbas conf. Munio Abbas conf. Gundiſalvus Abbas conf. Deinde optimates mei regni ſeu fratris mei Ferdinandi Regis confirmantes laudaverunt. Eſt autem data & Deo oblata ſe volventibus temporum recurſibus anni Eræ milleſimæ cum ſupputatione nonageſimæ, die verò ſecundo idus Decembris, lunâ verò quartâ, diebus exactis diatychi, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen. Sub ejus autem imperio Rege jam prædicto Garſia, qui hoc teſtamentum fieri juſſit, regnante in Pampilona, & in Alaba, & in Caſtella vetula, uſque in Burgis, & uſque in Briciam, & obtinente Cutellium cum ſuis terminis in Aſturiis. Fratre verò ejus Ferdinando in Legione & in Burgis, & Ranimiro Rege eorum fratre in Aragone.

Ego igitur Stephania poſt domini mei Regis mortem libenti animo trado & confirmo Deo & Sanctæ Mariæ monaſterium Sanctæ Columbæ, quod idem dominus meus jam dictus mihi cum ſcripturæ robore vel auctoritate conceſſit integrè cum ſuis villis ſuiſque ſubjectionibus cunctis: ea tamen interdictione, ut dum vita fuerit mihi comes, in mea maneant poteſtate, & poſt meum obitum pro utriuſque anima vel noſtrorum filiorum indictione Deo & ſanctæ Mariæ ſervientium perpetualiter liberè permaneat & ingenuè. Si quis hanc meam tentaverit donationem vel traditionem infringere; ſupraſcriptæ excommunicationis & maledicti ſubjaceat vindictæ. Hæc traditio fit Erâ T. CXII. nonis Septembris.

Ego Sanctius gratiâ Dei Rex, qui hoc teſtamentum à genitore meo vel genitrice factum recognovi, hoc figuræ ✝ ſignũ jeci, & confirmavi, fratrique meo Ranimiro confirmandum dedi. Ego verò Ranimirus Garſiæ Regis filius manu propria hoc ſignum ✝ feci, & confirmavi. Hæc confirmatio fit in ſacrationis iſtius Eccleſiæ Sancti Petri die, coram Narbonenſis Archiepiſcopi preſentia, vel Naxarenſis Gomeſani Epiſcopi, ſeu aliorum plurimorum Abbatum vel primatum qui adfuerunt. Erâ milleſimâ centeſimâ decimâ quartâ, Ferdinandez & Ranimirez Regibus ſupraſcriptis regnantibus ſuis locis. Sanctius Rex ✝ confirmat. Ranimirus ejus frater ✝ confirmat.

TRANSLATIO S. ÆMILIANI

DICTI DE LA COGOLLA,

Facta à veteri Eccleſia in novam

ANNO CHRISTI MLIII.

Nunc primùm prodit ex archivo antiquiſſimi & regii monaſterii S. Æmiliani in Caſtella veteri.

Præfatio in tranſlatione Sancti Æmiliani presbyteri à Ferdinando ipſius monaſterii monacho edita.

1. SAcri corporis Beati Æmiliani tranſlationem ſcripturus, orationibus illius imprimis me juvari depoſco. Pius namque labor, ſed res præſumptuoſa, de novo cudere antiquitus ab aliis omiſſa. Eſt etenim verò nimis mirandum, materiam tam copioſam & honeſtam, tamque neceſſariam, ab illis intactam remanſiſſe; quippè qui, ut præſentes, ipſi meliùs ſcribere poſſent. Præterea cùm quis audiat per tam * longa retrò labentia ſecula illum ſanctum & glorioſum coruſcâſſe miraculis, nunc autem ſe gaudeat hîc inſignia corporis cernere; non facilè ex ſcriptis animadvertit, niſi & in veritate fama ſubminiſtret. Hoc autem opus tibi dedicans, Abbas Joannes, ea quæ fide ſcriptorum & vivaci famâ adhuc referente cognovi, in unum compilans, ſecuturis tranſmittere curabo. Librum etiam miraculorum, licèt imperfectum, in fine connectens, locum deinceps ſcribere volentibus relinquens in apertum: æſtimans ob hoc me illis majorem ſcribendi animum præſtare, cùm de novo aliqua per ſanctum effulſerint glorioſè.

* Nimirũ Sanctus ipſe floruit miraculis ſæculo ſexto; ut conſtat ex ipſius vita ſæculo ſeptimo ſcripta à S. Braulione Epiſcopo Cæſaraguſtano. Tranſlatio verò hæc ſæculo undecimo facta eſt.

Inci-

Incipit Translatio B. Æmiliani.

2. IGitur Sancius, ſtrenuiſſimi Garſiæ Regis Cantabrienſium filius, vir armis ſtrenuus, fide Catholicus, poſtquam in regnum ſucceſſit paternum, actus viriliter imitans paternos, impetus Maurorum, ne ſolito more deſævirent, in fines Chriſtianorum, militari manu deſudans, inſtanter compeſcere cœpit. Quem Dominus cultorem Fidei devotum in ſudora exercitus ſui ex alto proſpiciens, non ſolùm ſubolem ejuſdem in multiplicem generationem creſcere fecit, verùm etiam eidem proſperos ſucceſſus feliciter conceſſit. A Pyrenæis jugis uſque ad caſtrum Naxaræ, quicquid terræ medio continetur, Fidei reddidit Chriſtianę. Stratam etiam S. Jacobi, quam timore Sarracenorum per devia Alabæ peregrini jam declinaverant, abſque retardationis obſtaculo liberè currere fecit. Qui dum ſæpiſſimè de inimicis Fidei triumphum reportaret, igne tactus ſuperni amoris, divinum cultum intra fines regni ſui amplificare decrevit. Quem & ipſum, dum ſalva Catholica Fide in Eccleſia Domini diverſum in ſe ipſum conſpiceret, prudens Princeps meliora legere laborabat, donec ad apicem monaſticæ religionis pervenit. Erat quippè tunc temporis ordo monaſticus rarus atque pretioſus: cujus religionis dum quondam beatiſſimum Æmilianum ſequipedam veriſſimè reperiret, ejus Eccleſiam ſuppliciter frequentabat, & plerumque diebus Quadrageſimæ devotus accedens, totus ſe Beato Æmiliano committens, plura in muneribus, plura in poſſeſſionibus conferens, patrios inibi ſategit accumulare honores.

3. Animus autem ejus majora attentaret facere, ſi ſitus loci ejus voluntati non repugnaret. Eſt enim faux in aſcenſo montis Circecii* ſita verſus ſeptentrionem, ferè quantum jactus lapidis ampla, à meridiano arduum aſcendentibus præbens iter, reliquis quoque partibus jugeribus intercluſa, breviſſimum habens fontem, & rupem paſſim antroſam, quæ in ſe tumendo, lumbum aliquantulum in medio facere videtur. In hoc loco Beatus Æmilianus ſibi Eccleſiam conſtruxerat. A tranſitu autem ejus, licèt ob miraculorum inſignia quę ibi frequenter fiebant, populoſo frequentaretur acceſſu; ſitus tamen loci arduus & ſtrictus, omniumque neceſſariorum evectione penâ indigens, non modicam habitantibus moleſtiam inferebat. Anno autem Incarnationis Dominicæ milleſimo triceſimo, cuidam religioſo viro in viſione eſt revelatum, ſacrum corpus Beati Æmiliani de ſepulchro debere levari, & impenſiori cultu jam palam à populo ſupplici venerari: nec jam tegi ſub modio qui lux erat Hiſpaniæ, ſed in propatulo omnibus ſuper candelabrum lucere. Qui, ut moris eſt fragilitatis humanę, tantæ rei dubius, nocte dieque orationi deditus, orat pleniſſimè à Domino certificari. Adepto igitur quod oraverat, & viſione bene certificatus, myſterium quod viderat, fratribus per ordinem pandit. Lætificati omnes immenſo gaudio, ſalubri tamen decernunt conſilio, hoc non debere nec audere fieri abſque aſſenſu & adminiculo regali. Cumque Regis auribus eſſet intimatum, magno exhilaratus gaudio, rei effectui ſe mancipare libentiſſimè pollicetur. Diem ſtatuit, artificibus interim arcam gemmis intextam parari præcepit: atque edictum non ſolùm per vicinas, ſed & per remotas partes exiit, ut quicumque ſacrę tranſlationis participes vellent fieri, ad prę fixam diem convenirent. Concurrunt undique populi promiſcui ſexus, Iberuſque tranſmeatur. Advocans autem ſereniſſimus Rex Julianum Aucenſem, Munnium Alabenſem, Mancium Oſcenſem, & Sancium Naxarenſem, venerabiles Pontifices, magno optimatum ſuorum conſtipatus cuneo & ipſe advenit.

4. Aſcendentibuſque illis unà cum populorum turbis ad Eccleſiam, breviſſimus campus reperitur, in quo epitaphium ſcriptum cernitur: *Hoc in loco humana ſub ſpecie Beatus Æmilianus luctatus eſt cum diabolo, ſicut Jacob cum angelo.* Lectores lectitant, populus in admirationem convertitur; paullatimque ultrà progredientes Eccleſiam confeſſoris attingunt, valvaſque Eccleſiæ mirantes, genua flectunt, pectora tundunt, lacrymas fundunt, & crucis ſignaculo ſe munientes, proſtrati humi adorant. Fit interea populorum concurſus aſpicientium* foramen ſerpentis, aliunde non per oſtium ſpeluncæ egreſſi, egreſſionis ſuę veſtigia mirabiliter relinquentis. Fit & concurſus intrantium cellam, ubi Beatus Æmilianus Quadrageſimas obſervavit. Mirabatur Rex, mirabatur & populus, quòd tam humilis locus tam immenſo ditaretur theſauro. Quidam autem altius ſuſpirantes, Paullum Apoſtolum dicentem: *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*, animo recolebant. Tandem ab Epiſcopis jejunio indicto per triduum, ſe maculis purificare nituntur. At ubi ſanctificati ſunt ſacerdotes & levitæ, manus ad ſarcophagum admoventes, lapides eruunt, terram fodiunt, theſaurum latentem revelant. Mox, ſicut relatione fideli idem Rex teſtatur, languentium multitudo, aridorum, claudorum, diverſarumque infirmitatum, quæ cauſâ ſperandæ ſalutis inibi advenerat, per Beatum Æmilianum eſt optatæ ſaluti reſtituta. Stupentibuſque cunctis præ gaudio, voces ad ſidera tollunt; & ſumma cum reverentia artus cincreſque reliquiarum colligentes, in arcam argenteam recondunt; arcamque deducentes, & ſuper altare locantes, inſtar Iſraëlitici populi decantabat populus *Alleluia*, & univerſa multitudo applaudebat legitimè *Alleluia*, laudes Domino canendo. Rex autem plura monaſterio conferens, inter cætera Ferrucium religioſum monachum in Abbatem promovens, cum regali auctoritate ſancivit. Epiſcopi autem tertias Eccleſiarum villarum Sancti Æmiliani in dotem tranſlationis Sancto Æmiliano concedunt: cunctuſque populus ſecundum poſſibilitatem uniuſcujuſque ſui, alii aurum, alii argentum,

alii

* *At Vergegii.*

* Extat hodie hiatus terræ, factus à dæmone fugiente, iſque profundiſſimus, qui ad imum Tartari continuatus creditur. Superpoſita eſt crates ferrea, ne ſpectatores cadāt in ipſum foramen.

alii lapides pretioſos, & ſecundum illud, uſque ad pilos caprarum, munera in domo Domini offerre ſatagebant. His igitur omnibus ritè peractis, unuſquiſque ad propria cum gaudio remeavit. Acta ſunt hæc idus Aprilis, incarnati Verbi anno milleſimo triceſimo. Et quia non de loco ad locum, ſed de loco in locum (ut ita dicam) facta ſuit hæc translatio, quaſi quædam tranſmutatio, caruit viribus translationis.

5. Rege autem Sancio humanis rebus exempto, poſtquam ſtrenuiſſimus Garſias Rex ejus filius Calagurrim civitatem potenti virtute à Sarracenis cœpit, & Gomeſanum Sancti Æmiliani Abbatem pontificali infula illum ibi decoravit; apud Naxaram de ſpoliis inimicorum, quæ ſibi Dominus contulerat, Eccleſiam in honorem Beatæ Mariæ fundare curavit. Quam cum multipliciter perornaret, ad majorem adhuc decoris titulum, corpora Sanctorum circumquaque exiſtentium illuc deferre laborabat. Convocatis igitur ad hoc opus Epiſcopis, Sancio videlicet Pampilonenſi, & Garſia Alabenſi, necnon præfato Gomeſano Naxaræ & Caſtellæ vetulæ ſimul Epiſcopo, cum magna populorum pompa Rex ad monaſterium Sancti Æmiliani ſuperioris acceſſit.

6. Vigiliis & orationibus ex more peractis, quarto Kalendas Junii, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo quinquageſimo tertio, monaſterii Gundiſalvo exiſtente Abbate, arcam de altari levantes & ſuper humeros ſuos ponentes, Naxaram ſecum ferre geſtiebant. Quanta autem erant gaudia ferentium, tanta erant lamenta monachorum remanentium. Illi gaudebant, quòd ſecum inſperatum theſaurum ferebant, ii verò mœrebant, quod patrem proprium & dominum amittebant. Sed Dominus, qui mœrentium eſt conſolator, aliter quàm ſperabatur, diſpoſuit: nam cùm viam carperent, & jam ovantes ad vallem uſque mediam deveniſſent; ſubitò arca quaſi ſaxum immobile ſtetit, & à ferentibus moveri non potuit. Stupefacti omnes cœperunt Dominum Sanctumque Æmilianum orare. Cumque genuflexiones, pectorum tunſiones, orationes darent incaſſum, nec eſſet qui eis reſponderet, adſum; ſpe jam fruſtrati Naxarenſes ad propria vacui ſunt reverſi. (Fertur quòd alia vice Naxarenſes ſimilia attētantes, ab Ojacaſtrenſibus malè inſecuti, eorum manibus per fugam vix ſunt elapſi. Unde mos uſque hodie inolevit, ut quoties neceſſitas popoſcerit, corpus B. Æmiliani non priùs extra Eccleſiam efferatur, quàm Ojacaſtrenſes conveniant.) Rex autem neceſſitatem mutans in voluntatem, magiſtros operis venire faciens, eis ut ibi inſtar Naxarenſis, aliam in honorem Beatæ Virginis Eccleſiam metirentur, imperavit. Et præcepit diſtrictè, ut ab opere non deſiſterent, donec totum perficeretur, & ibi corpus Beati Æmiliani honorificè collocaretur. Sufficienter ad uſus ſervorum Domini neceſſaria conferens, totum monaſticum miniſterium, quod antea fiebat ſuperiùs, regia auctoritate mutari mandavit inferiùs.

7. Elapſis ergo quatoordecim annis Eccleſiâ jam completâ, & arcâ auri eboriſque miro opere fabricatâ, gemmiſque pretioſis per totum intextâ, Beati Æmiliani corpus ab Abbate Blaſio ibi eſt reconditum, & in Eccleſia, ubi nunc veneratur, eſt collocatum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexageſimo ſeptimo. Fluxerunt autem à tranſitu beati viri uſque ad hanc translationem anni fermè quingenti & tres; in quorum ſpatio multa coruſcavere miracula, quæ per negligentiam remanſerunt inſcripta. Ego autem, etſi non ut debui, tamen ut potui, iſtius veteris translationis novus exarator, ut promiſi, mihi & omnibus deinceps ſcribere volentibus ad honorem confeſſoris volumen aggrediar miraculorum, laboris mei prœmium in futurum exſpectans, præſtante Domino.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Barcinonem.

Adverſus invaſores bonorum Eccleſiæ Barcinonenſis.

ANNO CHRISTI MLIV.

ANno MLIV. Raymundus Comes Barcinonenſis & Adalmodis ejus uxor conſiderantes indecens eſſe & contra ſacrorum Canonum diſciplinam, ut res ſacris uſibus deputatæ pervadantur, decretum ediderunt XII. Kalendas Decembris, quo vetitum eſt ne quis vinum & alias res ac poſſeſſiones ad Eccleſiam Barcinonenſem pertinentes invaderent, ſeu vi, ſeu clam. Subſcripſerunt huic decreto Raymūdus & Adalmodis, tum Guislibertus Epiſcopus, Willelmus Epiſcopus Auſonenſis, Berengarius Gerundenſis, Guifredus Narbonenſis, & Raimbaldus Arelatenſis. In eo autem prima mentio eſt principatûs harum regionum, ad ſignificandum eum tractum qui hodie vocatur Principatus Cataloniæ. Decretum ipſum lectori ob oculos ponere viſum eſt, ex chartulario Eccleſiæ Barcinonenſis.

APud ſanctam Barcinonenſis Eccleſiæ ſedem exſecrabilis penitùs & radicitùs abolendus inoleverat uſus, quem ſacri omnimodo Canones deteſtantur, ſcilicet ut vinum juris canonicorum ſanctæ Crucis, ſanctæque Eulaliæ, ſeu aliud quodlibet poſſidendum, poteſtati illorum ſubjectum, à dominio ſui ſeparetur; adeò ut invaſores domos illorum ingrederentur, & quicquid delectabile eſſet viſui, ſeu vinum, ſeu alia quælibet poſſeſſio, ſecum diripiendo auferrent. Unde placuit glorioſiſſimis Barchinonenſium Principibus, Remundo videlicet inclyto Comiti, conjugique ſuæ nobiliſſimæ Adalmodæ, ut hoc vitium funditus exſtirparetur, & à poſſeſſionibus canonicorum procul ſegregaretur: atque inſimul hoc decretum ſtatuerunt pro amore ſummi Regis, & pro redemptione ſuarum animarum. quod ita ſe habet.

In nomine divino ſummo trino. Nos divina providente clementia Barchinonenſiũ princeps Remundus Comes & Adalmodis Comitiſſa hoc decretum pariter ſancimus, ut nemo hominum, quod juris eſſe cernitur canonicorum ſedis ſanctæ Crucis, ſanctæque Eulaliæ, violare ampliùs audeat, qui ſunt numero quadraginta, neque alienæ pecuniæ invaſor, domos eorum ab hodierno die & deinceps ampliùs audeat ingredi, & aliquid illorum ſubditum poteſtati, ſeu vi, ſeu clam, ſecum auferre, hoc videlicet modo ut nemo eorum acquirendarum pecuniarum vel gratia alterius, vinum vel poſſeſſionem aliquam ſuam dicat eſſe. Quod ſi fecerit & comprobatum fuerit, ab hoc edicto vel donatione procul pellatur, & ipſe qui in hoc convicio inventus fuerit, in hoc decreto non habeatur. Quòd ſi nos, aut aliquis ſuccedentium in Principatu, vel niſi fuerimus hoc decretum vel pactum adnullare; anathematis vinculo conſtringamur, ac ſancti Spiritus gladio feriamur. Actum eſt hoc XII. Kal. Decembris, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti LIV. poſt milleſimum, regni verò Regis Henrici XXIV. Remundus Comes. Guiſlibertus gratiâ Dei Epiſcopus. Willelmus gratiâ Dei Epiſcopus Auſonenſis Eccleſię. Adalmodis Dei gratiâ Comitiſſa. Berengarius Dei gratiâ Gerundenſis Epiſcopus. S. Remundi Guillelmi. S. Raymundi Comes. Guiſredus ſanctæ primæ Eccleſiæ ſedis Narbonenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Raimbaldus Archiepiſcopus ſubſcripſi, Miro presbyter, qui hæc ſcripſit die & anno quo ſuprà.

CONCILIUM COMPOSTELLANUM

Celebratum ſub Ferdinando Rege Legionis & Gallæciæ, anno * XXI. regni ejus, Era MXCIV. anno Chriſti MLVI.

* forté XVIII.

Ex MS. Eccleſiæ Toletanæ.

ADMONITIO AD LECTOREM.

CUm Martyrologii Hiſpanici tomum II. præ manibus haberem, forte fortuna incidi in Concilium hocce Compoſtellanum, quod Tamaius rejicit ad annum Chriſti MXXXI. Primo aſpectu aliquem me theſaurum nactum fuiſſe arbitratus ſum. Et tametſi Tamajanum genium & ingenium φιλοψεύδους perſpectum planè haberem, ut qui ejus gerras næniaſq; ſæpè ſæpiùs confutârim; nihilominus vel illud unum ipſius fidei condonare volui, confiſus fore ut nihil in contrarium afferri poſſet. Igitur bona fide illud edendum curavi, eo magis quòd gravioribus ſtudiis detentus, ad illud examinandum divertere non potui. Cùm ergo ad præſentem annum perventum eſſet, en incidi in idem Concilium quod penes me erat tranſcriptum ex Codice Toletano, nec dum editum, in quo habetur celebratum fuiſſe anno Domini MLVI. quo etiam tempore illud agnoſcunt Cardinalis Baronius, Joannes Mariana, omneſq; rerum Hiſpanicarum ſcriptores: cùm è contrario ad annum MXXXI. altùm ſileant. Porrò non ſolùm viginti quinque annorum prochroniſmi reus eſt noſter Martyrologus, verùm etiam in Regis allegatione pueriliter offendit, cùm habitum fuiſſe id Concilium aſſerat Erâ MLXIX. anno Domini MXXXI. ſub Ferdinando cognomento Magno. Quo tempore Veremundus III. regnabat: Ferdinandus autem nonniſi ſeptem pòſt annis regni gubernacula ſuſcepit, anno ſcilicet MXXXVIII. quo ſucceſſit in regno Veremundo. Hæc cùm ita ſint, ſatiùs duxi Concilium iſtud iterum exhibere, quàm ſuo loco avulſum profugumq; relinquere. Illud igitur tibi ſub oculos iterum ponimus, tum ob ea quæ diximus, tum etiam quòd in nonnullis exemplaria diſcrepent, tum denique quòd Creſconii Concilii præſidis nomen in exemplari noſtro Toletano legatur, quod quidem in Tamajano non exſtat.

1. In

Digitized by Google

1. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt decretale Concilium apud Compoſtellanam urbem, infra Baſilicam ſancti ac beatiſſimi Jacobi Apoſtoli à tribus Epiſcopis editum, cum presbyteris, diaconibus, & clericis, atque Abbatibus, qui infrà ſcripti ſunt.

CANONES.

I.

2. UT per illas ſedes Epiſcopales juxta ſacros Canones canonica agere ſtudeant; ita ut ipſi Epiſcopi duos vel tres præpoſitos electos habeant cum ſenſu cæterorum clericorum, qui curam diœceſium * deganiarum procurent, & neceſſaria monachorum adimpleant. Omni autem tempore unam omnes horam intra Eccleſiam ſimul celebrent, unum refectorium, unum dormitorium, & dum in propinquo fuerint, omnibus canonicis, cum Epiſcopis habeant, ut abſque uno de his tribus nunquam deſit monachis. Et in his omnibus ſilentium obſervent, necnon & ad menſam lectiones ſanctas ſemper audiant. Veſtimenta Epiſcoporum atque clericorum uſque ad talos induantur. Cilicia omnes canonici apud ſe habeant, & capelos nigros, ut cum opportunitas fuerit, non ſit eis neceſſitas inquirendi, ſed omnibus diebus Quadrageſimæ, litaniarum, & quartâ feriâ, & ſextâ, & quando pœnitentiam tenuerint, induantur. Sacrificia ipſi Epiſcopi & omnes presbyteri omni die offerant Deo, præter languorem & debilitatem corporis: & qui non potuerit per ſe offerre propter iſtam fragilitatem, omnibus diebus audiat. Pſalmos qui potuerit plus recitare, recitet; qui non plus, quinquaginta die omni perſolvat. Et omnibus horis, primâ, tertiâ, ſextâ, veſpertinis, & completoriis, medium noctis nocturnis & matutinis omni die perſolvat. Et ſuper rebus ipſius Eccleſiæ canonicæ nullus laïcus delegationem habeat. Diſciplinam & nutritionem clericorum faciant, & ſuper omnes ordines, archipresbyteros, & primi clericos, ſub manibus Epiſcoporum prædictis duobus vel tribus diſpenſatores exiſtant. Ita etiam & ad omnes Miſſas, dum dixerit diaconus: *Inter vos pacem tradite*; omnibus intra Eccleſiam ſtantibus pacis oſculum ſibi invicem tribuatur, & per omnes communiones majores Nativitatis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, quiſquis de quo habuerit, munera offerat.

* *Ita in MS.*

II.

3. Adjungimus, ut per omnes diœceſes tales eligantur Abbates, qui myſterii ſanctæ Trinitatis rationem fideliter faciant, & in divinis Scripturis & ſacris Canonibus ſint eruditi. Hi autem Abbates per proprias Eccleſias canonicas faciant ſcholam, & diſciplinam componant, ut tales deferant ad Epiſcopos clericos ordinandos. Subdiaconus annos XVIII. habeat, diaconus XXV. presbyter XXX. & ipſi qui totum pſalterium, cantica, & hymnos, ſaliſparſionem, baptiſterium, inſufflationem, & commendationem, & horas, & ipſum cantare de feſtis unius juſti, unius confeſſoris, unius virginis, de virginibus, de defunctis, & omnia reſponſoria perfectè ſciant. Et nullus præſumat ſimoniacus eſſe quærens ſibi ipſam ordinationem; nec Epiſcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec omnibus miniſtris Eccleſiæ emere nec vendere, nec ipſa ſacra miniſteria, nec oleum, nec ulla de ordine Eccleſiaſtico. Quod qui fecerit, ſimoniacum ſe eſſe cognoſcat, non veriſſimum Chriſtianum. Nec ullus miniſter Eccleſiæ arma ſæcularis portet. Et omnes :::::: detonſo deſuper capite, ut circulos coronæ deorſum dimittant, & abſciſſas habeant barbas.

III.

4. Intromittimus, ut omni Eccleſiæ infra LXXII. dextros nullus laïcus, vel mulieres, nec refuganes ſortem habeant, nec aliquos ex eis recipiant, ſed ſtent coopertæ * ateculas & inſtructæ. Cruces, capſæ, & calices ex argento fiant, libri de toto anni circulo. Mulieres verò extraneæ nullam communionem neque conſortium cum Epiſcopis neccum monachis habeant, nec ad habitandum permittimus: propter neceſſitatem enim, matrem, amitam, vel ſororem, morem & habitum religioſum habentes, non vetamus. Omnibus diebus Dominicis ſaliſparſionem faciant, omnes hymnos canteut, & ipſi refugantes, qui ordines Eccleſiæ dimiſerunt, & uxoribus ſe ſociaverunt, dimittant eas, & in confeſſionem intrent. Si quis talis fuerit, ut propter infirmitatem aut propter debilitatem impoſſibile videatur, ſub ipſis presbyteris de ipſis Eccleſiis intrent, & omnia peccata manifeſtent, & pœnitentiam accipiant, & cum eis habitent, & cum eis dormiant, ut nunquam de eorum cuſtodia recedant. Et omnes Chriſtiani, de minimis uſque ad maximum, Symbolum & orationem Dominicam memoriter teneant, & cuncti manifeſtationem & pœnitentiam, quiſquis ut prævalet, teneant. Et nullus Chriſtianus duas uxores habeat, nec uxorem fratris ſui accipiat. Quod qui præſumpſerit, & tale ſcelus commiſerit, ab Eccleſia & communione privetur.

* *Ita in MS.*

IV.

5. De cœnobialibus anneximus, ut ordinem regularem per omnia obſervent, charitatem invicem teneant, proprias pecunias dimittant, ad ſæculum non revertantur, in negotiis ſæcularibus alios eligant, qui judicia & intentiones cunctas monaſterii afferant & diſcutiant. Ii verò qui regularem ordinem in monaſteriis præpoſuerunt, & poſtea regreſſi ſunt ſicut canis ad vomitum ſuum, tamdiu ab Eccleſiis & Chriſtianis ſeparentur, quouſque priori ſtatui in monaſteriis

recipiantur, Qui eos patrocinari aut defendere voluerit, & eos non ſtatim ad proprium locum reduxerit, excommunicetur.

V.

6. Informamus, ut poteſtates & judices in plebe oppreſſiones non faciant, & judicium cum miſericordia teneant & temperent; munera & offertiones ante diſcuſſum judicium non accipiant: poſt diſcuſſam autem veritatem, de vera juſtitia & auctoritate legis partem accipiant, & partem dimittant. Iterum interdicimus, omnes Chriſtianos auguria & incantationes, & lunæ proſemina, nec ad animalia domanda, nec mulierculas ad telas alia ſuſpendere, quia omnia cuncta idololatria eſt, & terrena, animalis, diabolica, anathematizat eam ſancta mater Eccleſia: ſed omnia cuncta in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti debent Chriſtiani facere.

locus corruptus.

VI.

7. Adjicimus, ut hi conſanguinei qui ſunt conjugati, à conjugio ſeparentur, & pœnitentiam expleant, aut ab Eccleſia & conſortio Chriſtianorum expellantur. Ita diſponimus de presbyteris & diaconibus conjugatis. Data & confirmata lex die XVIII. Kalendarum Februariarum, Erâ MXCIV. anno * XXI. regnante sereniſſimo Principe Fredenando.

8. Divino auxilio fultus Creſconius idem Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus confirmavit.
Auxilio Chriſti protectus Suarius Dumienſis ſedis Epiſcopus confirmavit.
In Dei nomine electus Viſtrarius Metropolitanus * Tucenſis Eccleſię Epiſcopus confirmavit.

* *Forte XVIII.*

* *Forte Lucenſis.*

NOTÆ.

9. ANNO CHRISTI MLVI.] Hoc eodem anno in Hiſpania celebratum eſt Concilium Compoſtellanum, cui præfuit Creſconius Compoſtellanus Archiepiſcopus: in quo cùm fuerint complura præclarè conſtituta, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam conſervandam ſpectarent; illud inter alia ſancitum reperitur, ut ſacerdotes omnes, Epiſcopi, atque presbyteri, Miſſam quotidie celebrarent. Ut clerici tempore jejunii & litaniarum, quoties publica delictorum expiatio indiceretur, cilicio induerentur. Hæc tantùm de his ad nos pervenere ex ſchedis Antonii Auguſtini. CARD. BARONIUS.

CONVENTUS EPISCOPORUM
Apud Cæſarauguſtam.

In quo adverſus Archagibum Maurum ducem, inter Raymundum Comitem Barcinonenſem & Hermengaudum Urgellenſem fœdus initum eſt.

ANNO CHRISTI MLVIII.

ANno MLVIII. nonis Septembribus fœdus adverſus Archagibū Maurum ducem Cæſarauguſtæ initum eſt inter Raymundum & Adalmodim Comites Barcinonenſes & Hermengaudum Urgellenſem. Interfuerunt huic tractatui, illumque ſubſcriptionibus ſuis firmaverunt, Guislibertus Epiſcopus Barcinonenſis, Guillelmus Auſonenſis, & Guillelmus Urgellenſis, tum etiam aliquot magnates. Conventiones initas inter utraſque partes eruit ex archivo regio Barcinonenſi Illuſtriſs. Petrus de Marca: nos autem eas hîc ſubjicere curavimus.

IN nomine Domini. Hæc eſt convenientia quæ eſt facta inter domnum Raymundum Barchinonenſem, & domna Almodis Comitiſſa, & domnum Ermengaudum Comitem Urgellenſem. Convenit Ermengaudo Comite prædicto ad ſupraſcriptum Comitem Raymundum & Adalmodem Comitiſſam, ut de iſta hora in antea non habeat cum Alchagib nec pacem nec trevam, nec ullam ſocietatem quæ pacem ſimilet nec trevam, nec ille nec homo per eum, nec per ullum nuncium non dirigat ei ſine conſilio & abſolvimento de ſupradicto Comite Raymundo, & de ſupradicta Almodi Comitiſſa. Et iterum convenit Comite Ermengaudo jam dicto quòd adjuvet ſine engan ad ſupradicto Comite Raymundo, & ad præfata Adalmodi Comitiſſa, cum ipſis & ſine ipſis de ipſa guerra quod modò habent cum Alchagib duce Cæſarauguſtæ, & in illud adjutorium mittat pręfatus Comes Ermengaudus in hoſtes & cavalcadas, quas ſupradicto Comite Raymundo, & pręfata Comitiſſa Adalmodis fecerunt de homines de eorum terras ſuper Alchagib & ſuper ſuas terras tertiam partem, & hoc exceptus donum de avere, & donum de ingeniatores, & diſpenſa de ſagittas: & hoc faciat jam dicto Comite ſine engan de prædicto Comite & de ſupradicta Comitiſſa. Et ſi ad ſupradicto Comite Ermengaudo, aut ad ſuos homi-

mines dederit Deus de iſta hora in antea de Alchagib de Saragoza caſtros aut terras, habeant in eos & eas jam dicto Comite Raymundo & præſcripta Adalmodis Comitiſſa duas partes, & Comite Ermengaudo ſuam tertiam partem. Et ipſos caſtros mittat Ermengaudus Comes tertiam partem de opera, & de loger, & de guarda, quæ in eis erit neceſſe. Et ſi Comite Ermengaudo voluerit ædificare ipſa rocha quæ eſt ante caſtro Podio-rubeo, ædificent eam inſimul præſati Comites & jam dicta Comitiſſa per medietatem, & mittant in ea cunctos homines de caſtro Poggio-rubeo & de caſtro Pilzano, & habeant ibi Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis ?, ſive in terminis & pertinentiis de jam dictos caſtros ipſam medietatem, & altera medietas ſit de prædicto Comite Ermengaudo, cum medietate de terminis & pertinentiis ſupradictis caſtris. Et de caſtellanos de ipſo caſtro, quod ibi ædificaverint, aut concordent de eos inſimul ſine engan, aut Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis mittant caſtellanos in eorum medietate, & Comite Ermengaudo in ſoam medietatem de ipſo caſtro. Et ſi ipſa rocha non ædificaverint, habeant Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis duas partes in caſtro Podio-rubeo, cum duas partes de ſuis terminis & pertinentiis, & Comite Ermengaudo habeat caſtrum Pilzano cum ſuis terminis & pertinentiis, & habeat in caſtrum Podio-rubeo tertiam partem cum ſuis terminis & pertinentiis. Et quando ſecerint pacem ſupradictos Comites & jam dicta Comitiſſa cum Alchagibo, de illud avere mobile qui exierit eis per pacem de Alchagib, ſine eorum parias habeant duas partes Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis, & tertiam partem Ermengaudo Comite. Et ſi adcreſcerint eis parias de Alchagib, quomodo adcreſcerint ad Comite Raymundo & ad Comitiſſa Adalmodis, ſecundùm quod de eo ſolent accipere parias, ita faciant quod eo modo adcreſcat paria de Alchagib ad Comite Ermengaudo, ſecundùm etiam quod ſolet eam accipere de Alchagib. Conveniunt etiam Raymundo Comite ſupradicto & Adalmodis Comitiſſa prędicta ad ſupradicto Comite Ermengaudo, ut de iſta hora in antea non habeant cum Alchagib nec pacem, nec trevam, nec ullam ſocietatem, quæ pacem nec trevam ſimilet, nec illi, nec homo per eos, nec ullum nuncium non dirigant ei ſine conſilio & abſolvimento de ſupradicto Comite Ermengaudo. Et iterum convenit prædicto Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis præſcripta, quòd adjuvent ſine engan ad ſupradicto Comite Ermengaudo cum ipſo & ſine ipſo, de ipſa guerra quod modò habet cum Alchagib duce Cæſarauguſtæ, & in illud adjutorium mittant prædicto Comite Raymundo & ſupradicta Comitiſſa Adalmodis in hoſtes & cavalcadas quas fecerint ſuper Alchagib, duas partes de eorum homines, & hoc exceptus donum deavere & donum de ingeniatores, & diſpenſa de ſagittas: & hoc ſaciant jam dicto Comite Raymundo & prædicta Comitiſſa Adalmodis ſine engan de ſupradicto Comite Ermengaudo. Et ſi ad ſupradicto Comite Raymundo, aut ad præſata Adalmodis Comiſſa, aut ad eorum homines dederit Deus de iſta hora in antea de Alchagib de Saragoza caſtros aut terras, habeat in eos & eas jam dicto Comite Ermengaudo tertiam partẽ, & Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis duas partes, & in ipſos caſtros mittant Comite Raymundo & Comitiſſa Adalmodis duas partes de ipſa opera, & de loger, & de guarda, quæ in eis fuerit neceſſe, & tertiam partem Ermengaudo Comite. Conveniunt jam dicto Comite Raymundo & pręſcripta Adalmodis Comiſſa, & Ermengaudo Comite ſupradicto, ut ex utraſque partes teneant iſta convenientia ſupraſcripta uſquequò cum Alchagib duce Cæſarauguſtæ faciant pacem, & hoc etiam faciant ſine engan, exceptus quantum unus ad alium de illis ex utraſque partes ſibi abſolverint per gratum ſine forcia. Actum eſt hoc nonis Septembris anno XXVIII. Regis Henrici. Raymundus Comes. Adalmodis Comitiſſa. S. Ermengaudo Comite, qui hanc convenientiam ſecimus & firmavimus, & teſtibos firmare rogavimus. Guislibertus gratiâ Dei Epiſcopus. Guillelmus gratiâ Dei Auſonenſis Eccleſię Epiſcopus. S. Arnalli Mironis de Toſt. S. Bernardi Amati. S. Richardi Altemiri. S. Brocarli Guillermi S. Gerberti Mironi. S. Petrus Mironi. Guillermus gratiâ Dei Urgellenſis Epiſcopus. Vitalis ſacerdos, qui hanc convenientiam rogatus ſcripſit & ſubſcripſit die & anno quo ſuprà.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Barcinonem.

Pro dedicatione novæ Eccleſiæ Barcinonenſis.

ANNO CHRISTI MLVIII.

ANno MLVIII. XIV. Kal. Decembris dedicata eſt nova Eccleſia Barcinonenſis, quam recentet ædificaverant Raymundos Berengarii Comes & Guislibertus Epiſcopus Barcinonenſis. Dedicata eſt autem ſolenniter ab Epiſcopis octo, Guifredo nimirum Archiepiſcopo Narbonenſi, Raimbaldo Arelatenſi, Guillelmo Epiſcopo Urgellenſi, Guillel-

mo

mo Auſonenſi, Berengario Gerundenſi, Arnaldo Heleuenſi, Paterno Tortoſenſi, & Guiſliberto Barcinouenſi. In eodem conventu lectum eſt decretum Hali Ducis Deniæ & inſularum Balearium, quo, ad exemplum patris ſui Mugehid, eaſdem inſulas & Epiſcopatum Deniæ poſuit ſub jure & diœceſi Epiſcopi Barcinonenſis. Acta dedicationis ipſius Eccleſiæ, & ſimul decretum Hali Ducis Deniæ, tibi ob oculos ponimus, tranſcriptum utrumque ab Illuſtriſs. Petro de Marca ex chartulario Eccleſiæ Barcinonenſis.

POſtquam imperator cœli ac terræ, devicto mortis principe, ut aperiſſet mortalibus jannam vitæ, glorificata per reſurrectionem ſui corporis carne, quam ex nobis pro nobis aſſumpſit de matre ſemper Virgine, aſcendit ad palatium cœleſte cum Patre & Spiritu ſancto victurus & regnaturus ſine fine, adimpletâ ſancti Spiritus promiſſione, ſonus Apoſtolorum exivit in univerſum Orbem terrę, & Chriſtiani nominis vocabulum primùm apud Antiochenam Eccleſiam cœpit eſſe, & ſic deinde per omnem mundum in diverſis locis factę ſunt Eccleſiæ, ut à ſolis ortu uſque ad occaſum nomen Domini eſſet laudabile. Hoc videns humani generis inimicus, ſuaſit ſuis miniſtris paganis ac gentilibus, ut perſequerentur & occiderent fideles Chriſti gladiis & multis cruciatibus, & deſtruerent Eccleſias tam in urbibus quàm in aliis mundi partibus, quod & factum eſt in Barchinonenſi civitate antiquis temporibus à barbaris Hiſpaniam intrantibus, peccatis Chriſtianorum exigentibus. Sed Chriſtus quamvis peccatricem, miſeratus Chriſtianam plebẽ, excitavit Ludovicum Pium Regem, qui expulit Hiſmaëliticam gentem, & liberavit Barchinonenſem, & Chriſtianus populus ſic reparavit deſtructam Barchinonenſis Eccleſiæ Sedem. Cumque idem Rex mortis perſolviſſet debita, & volvente mundi rota veternoſa temporum pertranſiſſent ſæcula; iterum propter hominum peccata gens invaluit pagana, & capta eſt Barchinona, & interfecti ſunt habitatores ejus, & deſtructa ſanctuaria, & cum ſacri ordinis miniſtris everſa ſunt altaria. Sed etiam Chriſtus miſereri paratus, prædictam urbem poſtea recuperavit fidelibus, expulſis peſtiferis gentibus, & per ſucceſſionem hæreditatis tradidit Chriſtianis Comitibus, de quorum linea vel genealogia naturali venit glorioſus Comes ac Marchio Raymundus Berengarii: factus eſt propugnator & murus Chriſtiani populi, & per ejus victoriam cum adjutorio Chriſti facti ſunt ei tributarii pagani Chriſtianorum adverſarii, quos plus quàm omnes anteceſſores ſui comprimens & faciens profugos, multos victoriæ fecit triumphos, & Chriſtianorum amplificavit terminos. Jam verò divinâ gratiâ, cùm ipſe Comes ac Marchio ampli honoris principatum obtinuiſſet in terra, largitoris omnium bonorum recognovit beneficia, & pro tanto honore rependens ei multa ſervitia, juſtè & piè conſideravit de Eccleſia, quæ Chriſti eſt ſponſa, & mater eſt noſtra.' Unde in principali throno ſui honoris intra mœnia Barchinonenſis civitatis, cùm vidiſſet aulam Epiſcopalis Sedis jam deficere vetuſtate operis, & ex parte deſtructam à barbaris; indoluit cauſâ divini amoris, & eam renovari & reſtaurari fecit & annuit à fundamentis, ad honorem Chriſti & nomen ſanctæ Crucis, ſanctęque Eulaliæ inſignis martyris & virginis, & in renovatione & reſtauratione prædictæ ſedis habuit conſortem, cooperatorem, & factorem pium atque benignum Guilabertum præfatæ Pręſulem urbis. Poſtquam autem magnificus Comes ac Marchio Raymundus, atque nobilis ejus uxor domna Almodis, & idem Pontifex Barchinonenſis, interjecta evolutione annoſi temporis vidiſſent deſideratam perfectionem cœpti operis; pro præmiis æternæ retributionis cœperunt cogitare de die conſecrationis, ut perfectiùs potuiſſent Deo placere de perfectione laboris, & de communi voto dedicationis. Igitur tantus Princeps, & tam nobilis Comitiſſa, tamque pius & benignus Epiſcopus, conſtituerunt conſecrationis inſigne opus, & quartus decimus dies Kalendarum Decembrium eſt conſtitutus, & facta eſt ipſo die dedicatio ad milleſimi quinquageſimi octavi ab Incarnatione Domini tempus, ſecundùm Eram nonageſimam ſextam, Indictione verò undecima propriis notam temporibus: & in ope & in opere dedicationis ejus invitatus eſt ab eis reverentiſſimus Narbonenſium Archiepiſcopus urbis Metropolitanę Guiſredus, & religioſiſſimus Primas Arelatenſis Eccleſiæ Rajemballus Archiepiſcopus, aliiſque Epiſcopi, quorum numerus ſubſcriptis declarabitur nominibus, & congregatus eſt infinitus diverſæ ętatis ac ſexûs populus, permiſtis clericorum & laïcorum ordinibus, ut magni gaudii & feſtivitatis eſſet celebris conventus, & anniverſaria memoria diei hujus in futuris non ceſſaret temporibus, publicata etiam per ſeriem dotis hujus factam & confirmatam ab ipſis Archiepiſcopis atque Pontificibus, & ab ipſo Comite & Comitiſſa, aliiſque Principibus, clericis videlicet atque laïcis videntibus, quæ modò verbis ſic incipit talibus.

IN NOMINE ſanctę & individuæ Trinitatis. Ego Guifredus Archiepiſcopus Narbonenſis, & ego Rajemballus Archiepiſcopus Arelatenſis, & ego Guillelmus Epiſcopus Urgellenſis, & ego alius Guillelmus Epiſcopus Auſonenſis, & ego Berengarius Epiſcopus Gerundenſis, & ego Arnallus Epiſcopus Elenenſis, & ego Paternus Epiſcopus civitatis Tortoſenſis, & ego Guilabertus Epiſcopus Barchinonenſis, unà cum conſenſu ac juſſu domni Raymundi Principis Barchinonenſis & Comitis Gerundenſis & Marchionis Auſonenſis, & cum aſſenſu ſuæ conjugis, nomine Almodis Comitiſſæ nobilis, ſubarrantes annulo divinę legis cœleſti Regi ſponſam Eccleſiam Barchinonenſis Sedis, donamus & confirmamus prædictæ Sedi omnes Eccleſias & univerſa ſua prędia, & omne debitum ſibi ju-

ſtè

ſtè debitum, & omnem cenſum & redditum quantumcumque, & qoandocumque, & ubicumque juſtè acquiſitum & acquirendum, ut ſecurè & liberè habeat & poſſideat in perpetuum, & nulla poteſtas hoc habeat, vel aliquis homo per virtutem vel per ingenium, præter Epiſcopi ipſius Sedis vel clericorum aſſenſum. Præterea nos ſupradicti omnes excommunicando ſub anathematis interdictione confirmamus Majorgas & Minorgas inſulas Baleares, & Epiſcopatum civitatis Deniæ, & Epiſcopatum civitatis Molæ, & earum Eccleſias omnes, & quantum pertinet ad clericatûs ordines, ut omnes Epiſcopi, presbyteri, & diaconi, aliiſque clerici in prælibatis inſulis, & in præfatis locis commorantes, à minimo uſque ad maximum, & à puero uſque ad ſenem, ab hodierno die & deinceps minimè conentur depoſcere ab alio aliquo Pontificum ullius ordinationem clericatûs, neque chriſmatis ſacri confectionem, neque aliquem cultum ullius clericatûs, niſi ab Epiſcopo Barchinonenſi, aut ab illo cui ipſe præceperit ſive permiſerit, ſicut illa ſcriptura teſtatur, quam inde Mujehid & filius ejus Hali Hiſmaëlitæ quondam fecerunt, & Guilaberto Epiſcopo Barchinonenſi dederunt & tradiderunt. Inſuper etiam admonemus atque mandamus, ot Barchinonenſis Sedis Eccleſia omnino ſit libera, & ſemper gaudeat franchitate ſecura, & canonici ſimul cum ipſa canonica, cum rebus ad eandem canonicam pertinentibus. Terminos quoque Epiſcopatûs ſanctæ Sedis Barchinonenſis ita volumus eſſe diſtinctos, & ab Auſonenſi & Gerundenſi Epiſcopatu eſſe diſcretos, ſicut per antiquos novimus populos, & ſicut debitè conſtituti ſunt contra Orientalem & Septentrionalem plagam, ſive per plana, ſive per colles devexos atque montes excelſos, & contra Meridiem longè per gurgites maritimos, & contra Occidentem verſus Dertoſam annotatos Balagarii locos: ut quicquid infrà & extrà prædicta Sedes acquiſivit vel acquiſierit per juſtæ largitionis modos, habeat confirmatum per nos prædictos Epiſcopos, & manu noſtra roboratum, ſive per alios, atque per Raymundum Comitem, & per me Comitiſſam Almodem, & ſucceſſores noſtros, & filios, & nepotes, & pronepotes, & deinceps alios. Nam & providentia noſtra illud ſolerter providere curavit, ut ſi Tarraco, quæ diu elanguit, adhuc per nos Principes, aut per ſucceſſores noſtros largiente Deo vires convaleſcendi habuerit, & in priſtini honoris ſtatum Deos reduxerit; per nos & ſocceſſores noſtros non perdat quod juſtè habuit, & habere debebit, & debitè recuperare poterit. Sed & propter honorem Chriſti, & ſanctæ Crucis gloriam, ut ſicut Regi Conſtantino, ſic nobis de barbaris per Crucis triomphum det victoriam; conſtituimus hujus diei anniverſariam de ſecuritate & tranquillitate gaudere memoriam, in qua nemo per octo dies anniverſariæ memoriæ hujus conſecrationis, quatuor quidem qui præcedent, & quatuor qui ſubſequentur, interpoſitum novum diem feſtivæ rememorationis iſtius ſanctæ dedicationis audeat tollere, vel faciat tolli rem alicujus advenientis vel redeuntis, vel aſſaliat, vel aſſaliri faciat, vel noceat quocumque modo malignitatis, vel teloneum accipiat vel accipi faciat cujuſcumque hominis per hos dies convenientis ſive revertentis, neque in ipſo eodem die futuræ remunerationis iſtius conſecrationis. De ipſa quoque terra vel univerſis Eccleſiis aut porachiis, vel qualibuſcumque prædiis, quæ ad canonicam ſanctæ Crucis Sanctæque Eulaliæ pertinent, poſſidet vel ab hinc per univerſa tempora juſtè poſſederit vel acquiſierit, per auctoritatem Beati Petri Apoſtolorum Principis, & per ordinem noſtrum excommunicamus & interdicimus, ut nullus homo, cujuslibet poteſtatis aot ſexûs aut ordinis, aliquid inde audeat tollere vel alienare, vel ad damnum prædictæ canonicæ quolibet modo transferre vel commutare. Nemo prædia ipſius Eccleſiæ, ubicumque debita illi noverit, ad profectum illius confeſtim manifeſtare non pigeat. Interdicimus quoque, juxta ſtatuta ſanctorum Canonum & auctoritatē ſanctorum antiquorum Patrum, ut nullus quorumlibet Pontificum infra fines ipſius Epiſcopatus Eccleſiam conſecrare vel pœnitentem ejuſdem Epiſcopi ſuſcipere, nec ejus clericos ordinare præſumat, niſi fortè Præſul prænominatæ Sedis aſſenſum ſpontaneè præbeat. Igitur hanc univerſam noſtram conſtitutionis dotem ſoperiùs promulgatam perenni lege valituram cenſemus, omnemque hominem illam obſervantem, & ut ſtabilis permaneat adjuvantem, pro poſſe benedicimus, & diuturnitatem vitæ præſentis, & perpetuitatem ſemper manentis obtineat, præoptamus. Statuimus autem ſub divini judicii obteſtatione & anathematis interdictione, ut ſi quislibet homo, cujoſcumque poteſtatis aut ordinis, hanc diſrumpere vel violare niſus fuerit, aut diſruperit aut violaverit; hic de parte Dei omnipotentis, & Beati Petri Apoſtoli, omniumque Sanctorum & noſtrâ, excommunicatus permaneat, & à conventu ſanctæ Eccleſiæ & omnium Chriſtianorum alienus exiſtat, tartareiſque vinculis innoditus, infernorum pœnas æternaliter ſentiat. Quòd ſi ab intento deſiſtat, & digna pœnitudine ſimul & emendatione ſatisfaciat; ab hac excommunicatione ſolvatur, & hæc noſtra conſtitutio inrefragabilis & inconvulſa perpetualiter habeatur. Raimbaldus Archiepiſcopus ſubſcripſi. Guislibertus gratiâ Dei Epiſcopus ſubſcripſi. Berengarios Dei gratiâ Tortoſenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Miro presbyter qoi hæc ſcripſit die & anno quo ſuprà.

Pri-

Privilegium Deniæ & Majoricarum, quòd Hali Dux Deniæ filius Mugehid dedit & ſubdidit inſulas Baleares & totum Epiſcopatum Deniæ Sedi Barchinonæ, & omnes Eccleſias & clericos ipſius Epiſcopatûs.

NOtitiæ plurimorum, tam inſtaotium quàm poſterorum, tradere ſatagimus qualiter ſuperno opitulante numine, ſedes ſanctæ Crucis ſanctæque Eulaliæ Barchinonēſis, anno Dominicæ Incarnationis quinquageſimo octavo poſt milleſimum, inſiſtentibus glorioſiſſimi Præſulis ejuſdem Sedis Gislaberti interceſſibus, inſularum Balearium clericatûs atque ordinum, necnon urbis Deniæ adepta eſt donum. Dux quoque prædictę urbis dum viveret, nomine Mugehid, interventu jam dicti Pontificis revocavit atque ſubdidit inſulas prçlibatas Baleares, quas nunc vulgò Majoretas & Minoretas vocant, ſub jure & diœceſi ſanctæ præfatæ ſedis Barchinonenſis: ſtatuens ac jubens, ut omnis clericorum gradus in prçdictis degens inſulis à nullo Pontificum auderet expetere ordinem alicujus clericatus, neque ſacri chriſmatis unctionem vel confectionem, neque Eccleſiæ dedicationem, neque ullius clericatus cultum aliquem, excepto Antiſtite Barchinonenſi. Hujus utique largitionis filius prçdicti Ducis Mugehid adſtructor atque imitator nomine Hali, dedit ac ſubdidit omnes Eccleſias & Epiſcopatū præfatarum inſularū, & prædictæ urbis Denię, juri & diœceſi ſanctę ſedis Barchinonenſis, eodem videlicet modo quo genitor ſuus Mugehid precaru prænominati Pontificis impertivit univerſa hæc Sedi prælocutæ. Impertitionis autem prædictarum Eccleſiarum & Epiſcopatûs earundem hiſtoria digna cognito ita ſe habet.

IN DEI OMNIPOTENTIS NOMINE. Ego Hali Dux urbis Denię & inſularum Balearium, Mugehid, jā dictæ urbis olim Ducis proles, aſſēſu filiorum meorum, & cæterorū Iſmaelitarum in meo palatio majorum, contrado atque largior ſedi ſanctæ Crucis ſanctæque Eulaliæ Barchinonenſi, & prædicto Præſuli omnes Eccleſias & Epiſcopatum regni noſtri, quæ ſunt in inſulis Balearibus, & in urbe Denia, ut perpetim abinceps maneat ſub diœceſi prædictæ urbis Barchinonenſis: & ut omnes clerici, presbyteri, & diaconi in locis præfatis commorantes, à minimo uſque ad maximum, à puero uſque ad ſenem, ab hodierno die & tempore minimè conentur depoſcere ab aliquo Pontificum ullius ordinationem clericatus, neque chriſmatis ſacri confectionem, neque cultum aliquem ullius clericatus, niſi ab Epiſcopo Barchinonenſi, aut ab ipſo cui ille prçceperit. Si aliquis, quod abſit, hoc largitionis donum improbo niſu adnullare vel diſrumpere conatus fuerit; cœleſtis Regis iram incurrat, & ab omni lege penitùs exſors fiat; poſtmodum hoc maneat indiſcuſſum atque firmum omne per ævum. Facta charta donationis VII. Kalendas Januarii anno præſcripto, apud urbem Deniam juſſu Hali, & aſſenſu filiorum ſuorum, majorumque ſuorum inferiùs corroboratum.

Raimbaldus Archiepiſcopus ſedis Arelatenſis ſubſcripſi. Arnaldus Epiſcopus Magalonenſis, Guifredus ſanctæ primæ Sedis Narbonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Froterius Nemanſenſis Epiſcopus. Guillelmus gratiâ Dei Urgellenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Arluvinus ſacerdos, qui hoc ſcripſi die & anno quo ſuprà.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Helenam.

Pro dedicatione Eccleſiæ Helenenſis.

ANNO CHRISTI MLVIII.

IN fine anni MLVIII. nimirum IV. idus Decembris, viceſimo tertio die poſt dedicationem Eccleſiæ Barcinonenſis, Guifredos Archiepiſcopus Narbonenſis, frater ejus Berengarius Epiſcopus Geruodenſis, & Guifredes Carcaſſonenſis, ad Helenenſem Eccleſiam acceſſerunt: ibique coram eis Berengarius ejuſdem ſedis Epiſcopus ei dedit villam Salellas, & mox decreta eſt excommunicatio adverſus eos qui eandem villam eripere conarentur canonicis Helenenſibus. Interfuit autem huic conventui Raymundus Comes Ceritanię, tum etiam Gaufredus Comes Ruſcinonenſis. Acta dedicationis habe ex chartulario Eccleſię Helenenſis.

ANno milleſimo quinquageſimo octavo Indictione * VI. XXVIII. anno Henrici Regis Franciæ, IV. idus Decembris, advenerunt Principes & ſeniores ex diverſis urbibus, & viri cum multorum bonorum hominum turbis in

in villa, quæ dicitur Elna, ad reædificandam ſedem Sanctæ Eulaliæ. Fuit autem ibi dominus Guifredus Archiepiſcopus cum ſuis ſequacibus Narbonenſium copioſis, Berengarius Epiſcopus Gerundæ cum ſuis, Guifredus Epiſcopus Carcaſſonenſis cum ſuis, Raymundus Cerdanienſis Comes cum ſuis, & cæteri boni fideles, quorum nomina ſcribere longum eſt; qui viderunt & audierunt quando deſtructores Eccleſię dederunt emendamentum ad canonicam Sanctę Eulaliæ pro peccatorum ſuorum redemptione. Ideo ego Berengarius tuitu Dei Elenenſis Epiſcopus, pro delendis peccatorum meorum oneribus, quę graviſſimè ſuper Sanctam Eulaliam peregi, dono & emendo Deo omnipotenti & Sanctæ Eulalię ad canonicam, villam quæ dicitur Salellas, cum omnibus ſuis pertinentiis & terminis & affrontationibus omnibus, ſine ulla reſervatione ad proprium alodium canonicæ, cum exitibus & regreſſibus villę, & omnium villæ pertinentium. Quæ verò omnia ſupradicta de meo jure in Dei poteſtatem, & Sanctæ Eulaliæ, ac ſcanonicorum ejus trado nutum & dominium ad quod voluerint canonici faciendum in Sanctæ Eccleſiæ ſervitio. Si autem ego, aut ulla perſona cujuſcumque generis, contra hanc ſcripturam donationis & emendationis, ad irrumpendum venerit, ſecundùm legem Canonis vobis canonicis emendet. Atque ſub Dei judicio quiſquis maſculini generis aut fœminini ex hac die & deinceps tulerit Salellas, aut de Salellas, vel ei pertinentibus, de canonica Sanctę Eulaliæ, per poteſtatem quam Dominus dedit Apoſtolo Petro & ſuis, & illi nobis Epiſcopis, excommunico ego & anathematizo eos & eas facientes, & conſentientes, & conſiliantes, per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ut à limine Eccleſiæ extrà maneant, non loquatur cum eis neque habitet aliquis, neque communicentur, nec mortui ſepeliantur. Sic ego Berengarius. Sic & ego Guifredus Archiepiſcopus affirmo. Sic & Ego Berengarius Gerundæ Epiſcopus dico & affirmo. Et ego Guifredus Carcaſſonenſis Epiſcopus. Omnes ſimol in unum excommunicamus & confirmamus hoc IV. idus Decembris, regni verò Franciæ XXVIII. Henrici Regis. Berengarius Epiſcopus. Gaufredus & Raymundus Comites. Fuerunt autem hujus donationis & emendationis & videntes & audientes, archidiaconus Udalgarius, Geraldus ſacriſta, Ellemarus & Stephanus caput-ſcholæ, Bernardus, & Ebles, & Pontius camerarius, Guitardus decanus, Arnaldus vicarius villæ, Raymundus Abbas, Pontius Sancti Geneſii Abbas, Sancti Andreæ Raymundus &c. Guifredus Epiſcopus &c. Adalus Grammaticus ſacerdos rogatus ſcripſit.

OSMUNDI EPISCOPI ASTORICENSIS

EPISTOLA

Ad IDAM Comitiſſam Bononienſem.

ANNO DOMINI MLIX.

OSMUNDUS Dei gratiâ Aſtoricenſis Epiſcopus, IDÆ nobili Bononienſi Comitiſſæ ſalutem in Chriſto. Quoniam tua ſumma prudentia inveſtigare, inſuper invenire deſiderat, qualiter civitas Aſtorica reliquias tantas capillorum ſanctæ MARIÆ Dei genitricis habuerit, & unde invenerit; ſanctę petitioni tuæ & inveſtigationi piiſſimę ſatagere, prout in ſententiis librorum noſtrorum invenimus, ſub brevitate decrevimus. Invenimus namque, quòd perſecutione Gentilium urgente Hieroſolymam, ſeptem diſcipuli, TORQUATUS & ISCIUS cum cæteris quinque, Hiſpaniam navigarent, deferentes eas & alias quamplurimas uſque Toletam pervenerunt. Rex verò Hiſpaniæ & omnis populus ejus honorificè ſuſceperunt eas, & in magna reverentia læti eas, ſicuti decebat, habuerunt. Cumque iterum gens Sarracenorum Hiſpaniam perurgeret; Epiſcopi & omnes viri religioſi ad noſtras Alpes, videlicet Aſtoricenſes, quæ ab Aſtorica habent nomen, confugère, & quicquid præcipuum ducebant, aſportaverunt, & in civitate noſtra Aſtorica atque Oveto omnia reconderunt. Nos verò poſteri ſic eas habentes, & præcepto noſtri Regis, videlicet ADEPHONSI, non obviantes, miſimus vobis de melioribus & dignioribus magnam partem, obſecrantes ut ſitis memoratrix Aſtoricenſis Eccleſiæ. Valete. Ego verò ADEPHONSUS Rex hanc chartam vidi & legi, & quæcumque in ea ſcripta ſunt, propria manu confirmavi.

Ex Mabillon. tom I. Analectorum pag. 257.

NOTA JOANNIS MABILLONIS M. B.

SCripta eſt hæc Epiſtola circiter annum MLIX. quo IDA Euſtachii Comitis Bononienſis uxor in caſtro Lenenſi pagi Atrebatenſis, recentioribus *Lenſio*, Deiparę Virgini templum conſtruxit, inſtituitque canonicorum collegium. Præterea reliquias undequaque con-

Digitized by Google

conquiſivit, eaſque intulit in Baſilicam à ſe ædificatam: ſcilicet, reliquias S. Vulganii, cujus corpus in Lenenſi monaſterio canonicorum quieſcere teſtatur Baldericus in Chronici lib. 2. cap. 22. Hinc factum puto, ut Ida ex Hiſpania per Oſmnodum Epiſcopum obtinuerit capillos Beatæ Mariæ, de quibus in hac Epiſtola agitur. Lege Jacobum Malbraocum lib. 8. de Morinis capite quadrageſimo nono, ubi de Eccleſia Leoſienſi.

CONCILIUM PINNATENSE IN ARAGONIA,

CELEBRATUM SUB RAMIRO I. REGE

Apud S. Joannem * Pinnatenſem

* de la Peña.

ANNO CHRISTI MLXII.

De Concilio quod fecit Ranimirus Rex cum Epiſcopis & Abbatibus ſuis in S. Joannis cœnobio.

* Strictius legis Præſidente.

1. * RESIDENTE glorioſo Principe Ramiro, unà cum venerabilibus Epiſcopis: ſcilicet Sanctio, & Garſia, & Gomeſaoo; & Abbatibus Sancti Joannis cœnobii; ſcilicet Belaſcus & Paternus minor; reſidentibus etiam ooiverſis fratribus & clericis ſui regni in capitulo prenominati cœnobii, ita Sanctios Aragonenſis Epiſcopus exorſus eſt loqui: Pro diſciplina & ordine Eccleſiaſtico, cum diligenti cura ac providentia tractemus, ſi placet domino noſtro Ramiro Regi, ac Epiſcopis, Abbatibuſque adſtantibus, necnoo etiam mooachis, ac univerſis clericis, ea qoæ ad ordinationis tenorem pertinent, juxta divinę legis præcepta, & Nicænorum Canonum conſtituta, ac cum adjutorio Domini in omne ævum maoſura ſolidemos, ſicut eſt prædeſtinatum & cooſtitutum ab inclyto Rege Sanctio, totios Heſperiæ domino, in præſentia Epiſcoporom ſubſcriptorum: ſcilicet Sanctii Epiſcopi Aragonenſis, & Sanctii Pampilonenſis, & Garſiæ Naxarenſis, & Arnulphi Ripa-curtienſis, & Juliani Caſtelienſis, & Pontii Ovetenſis, & aliorum plurimorum Epiſcoporum, nomina quorum longum eſt dicere. Hoc verò eſt noſtræ ioſtitutionis decretum: UT EPISCOPI ARAGONENSES EX MONACHIS PRÆFATI COENOBII HABEANTUR ET ELIGANTUR.

2. Ramirus Rex ſtans in medio Concilio dixit: Ego laudo & corroboro decreta genitoris mei Sanctii, ac huic veſtræ defioitioni ſubſcribo. Univerſi Epiſcopi, ac Abbates, ſimol cum clericis dixerunt: Laudamus, ac huic ſobſcriptioni nos ſubſcribimus. *Hìc Hieronymi Blancæ judicio deſiderantur non pauca.*

3. Quicumque futurorum Regum, ſucceſſorum noſtrorum, tranſgredientes & deviantes ab hoc regali ſimul & Pontificali decreto, tentaverit diſſolvere hanc ſcripturam; in pręſenti ſæculo omnipotens Deus, qui eſt juſtus judex, & Regum Rex, diſſolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, detque illod ſe diligentibos & timentibos, & ooſtra decreta ſervantibos; & io futuro ſeparati à conſortio omnium Chriſtianorom, interpellante pro eis Beato Joanoe Baptiſta cum omoibus Saoctis, participentur in ſocietate cum Dathan, & Abiron, & Juda traditore in inferoo inferiori, lnentes pœnas perpetui incendii ſine fine per æterna ſæcula. Amen. Data eſt ſententia VII. Kal. Julii Erâ MLXII.

NOTÆ VARIORUM.

4. ERA MLXII.] Ibi Eram pro anno ſumptam fuiſſe apertè colligitur. Provinciale enim hoc Concilium anno Chriſti MLXII. habitum fuit: ſequenti verò anno MLXIII. ad Gradus arcem A. D. IIX. idus Maji Ranimirus ipſe Rex à Sanctio Caſtellę Rege, Ferdinandi fratris filio, prœliaos joterfectus: ac unà cum oxore in Eccleſia Pinnatenſi ſepoltos. HIERONYMUS BLANCA in *Commentariis rerum Aragon.*

5. Hieronymus Blanca, qui primus hæc edidit in Aragonenſibus commentariis, Eram hìc ſumptam eſſe ait pro anno Chriſti: eumque Baronius, Binius, aliique ſecuti ſunt. Verùm habitam noo eſſe hanc Synodum anno Chriſti MLXII. multa mihi perſuadent. Ac primùm quòd io ea dicuntur Aragooenſes Epiſcopi, qui Jaccetani ouncopari anno illo debuiſſent. Nam in Jaccenſi Concilio, anno Chriſti MLX. decretum hoc fuerat. Et ſic re ipſa dicti ſunt donec Epi-

Epiſcopatus idem Oſcam, quæ prima ejus Sedes fuerat, relatus eſt. Nec diffiteor tamen quo tempore Jaccetani dici debuerunt, eodem eſſe Aragonenſes nonnunquam appellatos: ſed probabile non eſt, re tam recenti decretum hoc violatum eſſe, coram Ranimiro ipſo, qui ante annos duos illius auctor fuerat.

6. Deinde huic Concilio interfuit Paternus minor Abbas S. Joannis, Paternus nimirum ſecundus, cùm minor in deſignandis ętatibus dicatur, quem major & antiquior unus præceſſerit. At Paternus ille II. ut diſcimus ex catalogo Abbatum hujus cœnobii, Abbas eſſe deſiit anno Chriſti MXLII.

7. Denique ſumptam hîc Eram eſſe pro anno Chriſti, novum eſſet ac ſine exemplo. Summa Hiſpanorum eſt hac in parte religio, quam nunquam gentis Annales, nedum inſtrumenta publica violant. Cur ergo violatam hîc nonnulli volunt? quia cùm Era Hiſpanica Chriſti natalem antecedat annis XXXVIII. annus illius MLXII. incidit in annum Chriſti MXXIV. Quo anno certum eſt haberi Synodum iſtam non potuiſſe, nec ipſi intereſſe Ranimirum Regem, qui niſi poſt annos omnino decem regnare non cœpit.

8. Et rectè quidem hac in parte ratiocinantur, ſi hîc adſcripta ſit Era MLXII. Sed cùm illi meritò Eram Hiſpanicam excludant; ego Chriſtianam intelligi non poſſe, oſtenderim; quid ſupereſt, niſi ut errorem in numeros irrepſiſſe credamus? Ego verò addendam eſſe decadem unam ſuſpicor, legendumque Erâ MLXXII. congruit enim illa cum anno Chriſti MXXXIV. qui primus eſt regni Ranimiri. Quàm autem erat conſentaneum, ut ſtatim poſt parentis obitum in medio Concilii diceret: *Ego laudo & corroboro decreta genitoris mei Sanctii*? Cur id tamdiu omiſſum anno demum MLXII. feciſſet?

9. Eodem anno MXXXIV. Blaſium Abbatem Sancti Joannis fuiſſe, diſcimus ex inſtrumētis à Joanne Briz Martinez Abbate illius cœnobii recitatis in hiſtoria quam de eo conſcripſit. Commodè ad rem noſtram, cùm eum hoc in Concilio reperiamus. Adjungitur quoque ipſi Paternus minor, ſive ſecundus, quem Abbatem hoc anno fuiſſe probare aliunde non poſſim: immo ſi Martinezium audimus, Abbas eſſe cœpit anno tantùm MXXXVI. Verùm is imbecilli argumento ductus eſt, quòd Blaſii Abbatis memoria ad annum uſque MXXXVI. in Actis perſeveret. Nam cùm in hoc Concilio Blaſius ſimul & Paternus minor Sancti Joannis Abbates dicantur; Paternum anno MXXXIV. nondum fuiſſe Abbatem ex eo concludi non poteſt, quòd anno eodem Blaſius Abbas eſſet. Cur autem ſimul duo, multis diſputat idem, quæ longius eſſet hîc deſcribere.

10. In Aragonenſis Epiſcopi nomine mendum quoque eſſe ſuſpicor, ſcribendumque, non Sanctium, ſed Manctium, quem Epiſcopum Aragonenſem anno MXXXIV. fuiſſe colligo ex alio inſtrumento, quo Ranimirus I. Aragonenſium Rex dotem conſtituit conjugi ſuæ. Cui ſubſcriptum: *Mantius Epiſcopus Aragonenſis confirmavi*. Integrum exſtat apud Martineziū, conſignatū anno Incarnationis MXXXVI. menſe Auguſti XXII. die, luna XXV. Sed mendum hîc quoque certiſſimum. Nam ſecundùm Dionyſii cyclos Mss. quibus utor, dies Auguſti XXII. in lunam XXV. incurrit non anno MXXXVI. ſed anno MXXXIV. Sanctium autem pro Mantio ſcribi, proclive eſt. Hoc fecit & Mariana noſter, Hiſtoriarum lib. VIII. cap. ultimo. Et in hoc ipſo monumento, ubi Mantii nomen videmus, ſcripſit Hieronymus Blanca, *Sanctii*. Mantium tamen fuiſſe diſcimus, & ex Martinezio, qui monumentum hoc edidit, ſcripſitque *Mancii*, & ex privilegio Leyrenſi, de quo mox loquar, cui ſubſcripſit Mancius, cum Epiſcopis iiſdem qui Pinnatenſi ſubſcripſiſſe hîc dicuntur.

11. Magna in Hiſpanorum libris harum rerum indiligentia. Cujus unum præterea exemplum affero, ad hęc tempora & Mantium eundem ſpectans. Ab Ambroſio Morale, viro alioquin eruditiſſimo, refertur in Notis ad Eulogium Cordubenſem donatio quædam Sanctii Majoris, cui adſcripta Era MLXXVII. ſcriptumque: *Martinus Aragonenſis Epiſcopus confirmo*. ex quo Martinum addidit Aragonenſium Epiſcoporum faſtis. Era illa incidit in annum Chriſti MXXXIX. ante quem Sanctius iſte obierat. Falſa ergo anni notatio. Quòd ſi detraxeris decadem unam, ſcribaſque MLXVII. annus erit Chriſti MXXIX. quo anno parebat Aragonia & Regi Sanctio Majori, & Epiſcopo, non Martino, cujus nuſquam aliàs mentio, ſed Mantio, cujus nomen in multis circa hæc tempora monumentis legimus.

12. Hæc cùm ſcripſiſſem, incidi in locum hiſtoriæ S. Joannis, ubi refertur donatio quædam, cui adſcripta Era MLXXII. hoc eſt, annus Chriſti MXXXIV. & dies Auguſti XXIV. quod inſtrumentum videtur ſuperſtite Sanctio confectum. Ex quo pronum eſt argumentari, Ranimirum anno MXXXIV. menſe Julio Regem nondum fuiſſe. Sed error hîc quoque in numeris, iſque manifeſtus. Dicitur enim hæc donatio facta die lunę, XXIV. Maji, luna XXI. At anno MXXXIV. nihil horum occurrit: concurrunt autem iſta anno MXXXI. Scribendum igitur Era MLXIX. non MLXXII. Deinde fac an. MXXXIV. menſe Auguſto vixiſſe Sanctiū. Nihil hoc mihi incommodat: cùm in illo ipſo inſtrumento Ranimirus Rex dicatur: qui ſive ſuperſtite, ſive mortuo parēte, Rex hoc anno fuerit, mea nihil intereſt, quod quidem ad hoc Concilium attinet. Subjungitur eodem loco apud Martinezium alia donatio ejuſdem Eræ MLXXII. menſe Septembri. Sed cùm nihil addatur, convincere illam falſi nequeo: falſam tamen temporis notam eſſe, cætera quæ antè dixi mihi perſuadent.

13. Quòd ſi vel inſtrumentum hoc, vel alia quę reperiri poſſunt, opinioni meæ adverſentur; non tamen anno Chriſti MLXII. Synodum hanc ha-

habitam eſſe credam, ſed aliam quandam in numeris labẽ eſſe. Neque enim hîc κυρίας δόξας, ſed conjecturas meas ſimpliciter expono: quas, ſi mihi priùs veniſſent in mentem, non tanti quidem feciſſem, ut movenda loco fuiſſet hæc Synodus, & ad annum MXXXIV. continuò transferenda: ſed indignas non duxiſſem, de quibus lector ad annum illum admonendus videretur.

14. In hoc autem Concilio conſtituta eſſe alia multa, conſtat ex Aragonenſis Epiſcopi qui præfatur, verbis. Editum eſt ſcilicet ex vetuſto codice S. Joannis, in quo, cæteris omiſſis, deſcripta fuerant ea tantùm quę ad illud cœnobium attinebant.

15. Extremum hoc addo, Sanctium Majorem Aragoniæ Regem, cujus hîc decretum à Ranimiro filio confirmatur de non eligendis Aragonenſibus Epiſcopis, niſi ex monachis cœnobii S. Joannis; pariter ſtatuiſſe in Concilio Pompilonenſi Erâ MLXI. hoc eſt, anno Chriſti MXXIII. ut ex monachis monaſterii Leyrenſis Sancti Salvatoris, Pompilonenſes Epiſcopi cooptarentur. Exſtat decretum hoc, ſive, ut vocatur, privilegium Regale & Pontificale, apud Sandovalium in *Notitia Epiſcoporum Pompilonenſium*: cui ſubſcripſerunt iidem Epiſcopi, qui hîc dicuntur privilegium monachorum Sancti Joannis confirmâſſe. COSSARTIUS.

16. *Quicumque futurorum Regum &c*] Formula hæc comminatoria eſt, non ſententia decretoria; eodem prorſus modo intelligenda, quo aliæ complures, nempe ut chartarum violatores intereant morte Antiochi, conſumpti à vermibus, &c. quas qui proferebant, longè aberant ab ea perſuaſione, id ex ſuis literis conſequendum fore. An non comminatoria eſt Sancti Bonifacii in ſeipſum imprecatio, quâ ſibi reatum in ęterno judicio, & ultionem Ananię & Saphiræ devovet, ſi profeſſionem ab ſe editam aliquo pacto violaret? Scimus & apud priſcos Romanos fuiſſe leges diras ac minaces; ſed in hoc ipſum tantummodo latas: qualis illa fertur è duodecim Tabulis de diſſecando corpore debitoris: cujus ideo nullum exſtat exemplum, quòd non in uſum, ſed ad terrorem eſſet prodita. Idem de Gregorii privilegio Æduenſi dictum puta. Sed hac in re maximè laudanda eſt eximia moderatio noſtri temporis Pontificum Romanorum. MABILLON *De re diplomat.* lib. 2. cap. 9.

17. *Reſidente glorioſo Principe Ranimiro.*] Nota, titulum *glorioſi*, à Concilio Ramiro Regi tributum, eximium eſſe honoris & majeſtatis inſigne, quodque Concilium Cæſarauguſtanum II. Reccaredo Regi tribuit, Toletanum IV. Siſenando, Toletanum V. Chintilæ, & Bracarenſe III. Wambæ. JOANNES BRIZIUS MARTINEZIUS in *Hiſtoria Pinnatenſi* libro ſecundo cap. 42.

CONCILIUM JACCENSE IN ARAGONIA,

CELEBRATUM ANNO CHRISTI * MLXIII.

* juxta alios MLX.

Acta illius ducentis quadraginta annis tranſactis, nimirum anno Chriſti MCCCIII. lecta fuere ex authentico exemplari in palatio Epiſcopi Oſcenſis: unde tranſumptum habuit Eccleſia Toletana, quæ aliud ad nos direxit fideliter exſcriptum, cum plurimis aliis ſacris monumentis, curante id potiſſimum cl. V. D. Michaële del Olmo, canonico Toletano.

1. *ANNO Domini milleſimo trecenteſimo tertio, die Jovis, quæ fuit nona Septembris, in civitate Oſcenſi, in palatio domini Oſcenſis Epiſcopi, in præſentia mei notarii & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, Martinus de Sarinyena procurator...... Patris domini Martini Dei gratiâ Oſcenſis Epiſcopi, præſentavit venerando Arnaldo Garſiæ de Lazano canonico & officiali Oſcenſi, pro tribunali ſedenti, quoddam privilegium ſereniſſimi Principis Remirii recolendæ memoriæ Regis Aragonum, ac Sanctii filii ejus, & petiit mandato ac auctoritate dicti officialis per me notarium infraſcriptum in formam publicam redigi, ut præſens tranſumptum auctoritate judiciaria exemplatum, eamdem fidem in judicio & extra eum dicto originali faciat: & dominus officialis viſo & lecto dicto privilegio, mandavit mihi notario infraſcripto, qui illud in publicam formam redigam & tranſcribam de verbo ad verbum, præſtans auctoritatem præſenti tranſumpto, qui tantam vim obtineat in judiciis & extrà, ſicut & ipſum originale privilegium. Tenor verò dicti privilegii talis eſt.*

2. SUB Chriſti nomine & ejus ineffabili providentia Ranimirus Rex glorioſus, & Sanctius filius ejus, omnibus divinæ legis ac Chriſtianæ religionis cultoribus ſub noſtro regimine conſtitutis. Volumus notum fieri dilectioni veſtræ, quoniam ob reſtaurandum ſanctæ matris Eccleſię ſtatum noſtris in partibus, noſtra majorumque noſtrorum negligentiâ penè corruptum, Synodum novem Epiſcoporum congregari fecimus in loco à priſcis olim Jacca nominato; in quo ſynodali conventu, præſentibus atque conſentientibus cunctis noſtri principatus primatibus atque magnatibus, pleraque ſanctorum Canonum inſtituta Epiſcoporum judicio reſtituimus & confirmamus. Necnon & Epiſcopatum in civitate Oſcenſi antiquitus inſtitutum, ſed à Paganis invaſum

ſum atque deſtructum, in diœceſi ſua majoribus noſtris & nobis à Deo inſtituta, in ſupraſcripto ſcilicet loco, ſacrati Concilii decreto reſtaurare ſtuduimus.

3. Ad cujus plenam Deo miſerante reſtaurationem, ego præſatus Ranimirus, quamvis indignus, Chriſti providentiâ Rex, unà cum filio noſtro Sanctio, donamus in perpetuum ipſi Eccleſiæ, in qua Epiſcopatum ſtabilimus, cœnobium quod vocatur Saſanæ cum omnibus ſuis pertinentiis, ac cœnobium Lierdi cum omnibus ſibi pertinentibus, ac cœnobium Septem-fontes cum omnibus ſuis pertinentiis, ac cœnobium Siraſiæ cum omnibus pertinentiis, ac cœnobiũ Rabaga cum omnibus eorum pertinentiis, ac cœnobium S. Mariæ cum omnibus eorũ pertinentiis. Necnon omnes Eccleſias quæ nunc ſunt, & in poſterũ Deo annuẽte ædificabuntur ab ortu fluvii qui Cinga dicitur, uſque in vallem Lupariã, ubi in anteactis temporibus prædictæ Sedis termini exſtitere; & exinde per plagã meridianam verſus Occidentem, ad locum uſque qui Plana major nominatur, indeq́ue per gyrũ ad Septentrionalem vergens regionem, ſicut Pyrenæi montes præeminent Aragoniæ, incluſa omni valle Orſela, ac toto Pintano cum parochialibus Eccleſiis ſuppoſitorum caſtellorum, ut ſcilicet Filera, Penna, Sos, Lopera, Uno-caſtello, Suſia, Librana, Eliſeo, Caſtello-manco, Aguero, & Moriello.

4. Statuimus etiam, ut cauſſę clericorum, pro quibus hucuſque Eccleſia noſtris in partibus gravata non modicum exſtiterat, deinceps Epiſcopo ſolo & archidiaconibus ejus diſcutiendæ relinquantur, ut indebita circa eos ſæcularium cupiditas noſtro cauteriata judicio in talibus prorſus reſecetur, & ſecundum normam juſtitiæ ſuum cuique jus conſervetur.

5. Donamus etiam & concedimus Deo & beato Piſcatori omnem decimam noſtri juris, auri, argenti, frumenti, ſeu vini, ſive de cæteris rebus quas nobis attributarii ſpontè aut coactè exſolvunt, tam Chriſtiani quàm Sarraceni, ex omnibus * virulis atque caſtris, tam in montanis quàm in planis, infra præfixos terminos. Addimus ad hęc de omni dominatu caſtri quod nominatur Atares, ex omnibus quæ ibi habemus, vel ad nos pertinent, laborantium quoque omnium noſtrorum, ſeu de ipſo teloneo quod accipimus de Jacca, vel homicidiorum, ſive regalium placitorum totius regni Aragoniæ. Ex omnibus decimationem omnem donamus, inſuper & ex ipſis tributis quæ recipimus in pręſenti, vel recipere debemus, aut in futuro Deo miſerante recipiemus. De Cęſarauguſta, necnon & Tutela, de omnibus tertiam partem ipſius decimationis ſupradictæ Eccleſiæ & Epiſcopo concedimus & donamus.

* Fortè villulis.

6. Ego verò Sanctius pręfati Regis filius, divino incenſus amore, còncedo Deo & beato Clavigero domum quam habeo in Jacca, cum omnibus quæ illi pertinent.

7. Hęc omnia ſuperiùs conſtituta ſeu deſcripta donamus Deo & beato Petro ad reſtaurationem ſupradicti Epiſcopatus, propter remiſſionem noſtrorum peccaminum, ac remedium animarum noſtrarum, & pro requie progenitorum noſtrorum: ea videlicet ratione, ut ſi aliquando Deo diſponente caput ipſius Epiſcopatus potuerimus recuperare; iſta, quam reſtauramus Eccleſia, ipſi ſit ſubdita, & unum ſit cum illa. * Qui ſi nos donatores, aut aliquis ſucceſſorum noſtrorum, vel ulla magna ſive parva perſona, de his ſuperiùs ſcriptis & donatis aliquid voluerit minuere, tollere, vel alienare; nullatenus hoc valeat vendicare; ſed ſi quis pretium petierit, canonica componat auctoritate. Et iſta donatio firma ſit & ſtabilis cũ Chriſto ſęcula in omnia. Si verò, quod abſit, ullius perſonæ ſpiritus quis fuerit contrarius, ut hanc donationem velit diſrumpere ſeu violare; quouſque canonicè emendet, reſtituat, ſatiſq́ue faciat, nullam cum Chriſtianis participationis cauſſam ſe exiſtimet habere. Inſuper & ab Eccleſiæ conventu ſit extraneus, & cum Juda proditore deputatus.

* Fortè Quòd,

8. Facta charta donationis anno milleſimo ſexageſimo tertio Dominicæ Nativitatis, Erâ milleſimâ centeſimâ primâ, Indictione decima tertia.

Ego Ranimirus, quamvis indignus, Chriſti providentiâ Rex, hanc donationem propria manu confirmo, & SS. † & omnes Epiſcopos in hoc ſacro Concilio congregatos, ut hæc confirment & ſubſcribant rogo.

Sanctius filius Regis.
Alius verò Sanctius frater ejus.
Auſtindus Auſcienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.
Guillermus Urgelæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Heraclius Bigorrenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Stephanus Olorenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Gomeſanus Calagorritanæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Joannes Leyurenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Sanctius præfatæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Paternus Cæſarauguſtanenſis Eccleſię Epiſcopus.
Arulphus Rotenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Belaſco Abba cœnobii S. Joannis Baptiſtæ.
Banzo Abba cœnobii S. Andreæ Apoſtoli.
Garuſus Abba Aſinenſis.
Sanctius Comes.
Fortunio Sanctii procer.
Lope Garſeanus procer.
Omneſq́ue proceres Regis præfati eo modo nutriti aulæ Regis,

9. Audien-

9. Audientes enim cuncti habitatores Aragonem * Patri, tam viri quàm fœminę, omnes una voce laudantes Deum, confirmaverunt dicentes: unus Deus, una Fides, unum baptiſmum: gratias Chriſto cœleſti ac benigniſſimo, ac ſereniſſimo Ranimiro Principi, qui curam adhibuit ad reſtaurationem ſanctæ matris Eccleſię: ſit illi conceſſa ſalus & vita longæva, victoria inimicorum optata illi pateat. Poſt exceſſum verò hujus * edii cum Sanctis in Paradiſo amœnitate intromittat victurum feliciter in ſæcula ſæculorum. Amen.

* locus corruptus.

10. *Teſtes hujus rei ſunt domnus Guillermus de Apiaria canonicus & capellanus major Oſcenſis, & Michaël de Seſſa archipresbyter Barbaſtrenſis. Sig † num mei Joannis Ugonis notarii publici civitatis Oſcenſis & auctoritate regia per totam terram & juriſdictionem ejuſdem, qui prædictis omnibus interfui, & dictum privilegium de verbo ad verbum fideliter exemplavi, & tranſcripſi de mandato & auctoritate officialis prædicti, & in hanc publicam formam redegi cum literis raſis & emendatis in nona linea, ubi dicitur ſcilicet loco, die, & anno præfixis, in teſtimonium præmiſſorum.*

NOTÆ VARIORUM.

11. C*Oncilium Jaccenſe*] Erâ MXCVIII. hoc eſt anno Chriſti MLX. Sancius Epiſcopus Aragonenſis, Paternus Epiſcopus Cæſarauguſtanus, Arnulphus Epiſcopus Rotenſis, & Guillelmus Urgellitanus, Wifredi Ceritaniæ Comitis filius, Heraclius Bigerenenſis, Stephanus Olorenſis, Gomecius Calagurritanus, Joannes Lectorenſis, Epiſcopi, Auſtindo Auxitano Archiepiſcopo, Jaccæ vetuſto Vaſconum oppido Conciliũ ejus provinciæ celebrant, quam & cis Pyrenæũ, & ea Aquitaniæ regione, quę Vaſconia illis temporibus dicta eſt, nunc Gaſcunia vocatur, aut Regi Ramiro paruiſſe, aut fœdere fuiſſe adjunctam, non opinione ſolùm, ſed etiam planè ad veritatem hoc uno monumento mihi perſuadeo.

12. In primo Concilii conſeſſu, Rege unà cum filiis ac regni proceribus aſſidente, maximâ frequentiâ atque applauſu in Dei optimi maximi laudes populus erumpit: Regem benigniſſimum ac ſereniſſimum Principem compellat: proſperaque acclamatione divinum implorat numen, ut hoſtium ac gentium victor exiſteret. Summa religione ac pietate in eo Concilio cæremoniarum ſacra, magnâ corruptelâ propter aſſiduos bellorum tumultus intermiſſa, ſanciuntur: depravati mores patrii in ordinem rediguntur, & perfecta inſtituta majorum revocantur: ne quid ex ſanctorum Patrum ritu, negligentia fraudeve intermitteretur. Sacra omnia piè riteque ex Catholicis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ decretis atque ſanctionibus inſtaurantur: ne inter ipſas clades ac feros bellorum exitus, aut continuum armorum uſum, ſacræ religionis viderentur noſtri negligentiores. Data ſacerdotibus lex, ne quo alio more quàm Romano precarentur: neque Gotthica, utpote peregrina, piacula exſolverentur.

13. Eccleſiaſtica ſedes Jaccæ conſtituitur, quę priſcis temporibus Oſcæ collocata fuerat: decernuntque ut quandocũque diœceſis caput ab impiorum dominatu eriperetur, illi Jaccetana ſedes ſubjiceretur, & tamquam filia parentem piè ſancteque coleret. Fines diœceſis terminantur ac circumſcribuntur. Paternus Cæſarauguſtanus Epiſcopus, permiſſu ſacri Concilii, Eccleſiam ſanctarum Maſſarum Cæſarauguſtæ urbis, quæ innumerabilium martyrum cineribus compactæ erant, ad Orbæ & Iberi confluentes ripas vetuſtis temporibus conſtructam, quæ ſacris reliquiis conſecrata fuerat, & D. Encratidi dicata, regio honori tribuens atque gratificans, Jaccetanæ Eccleſiæ contribuit. Eamque rem ac terminatos fines Gregorius VII. Pontifex maximus decreto ſuo poſtea confirmat. Præter decumas, tertia tributorum portio, quæ Cęſarauguſtani & Tudelani populi Reges Mauri penſitant, Eccleſiaſticis muneribus aſſignatur. Ex eo Epiſcopi qui ad eam diem Aragoniæ cognomento uſi fuerant, Jaccetani etiam appellantur. SURITA.

14. *Paternus Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus.*] Hunc Paternum aſſerunt omnes monaſterii Pinnatenſis hiſtoriæ fuiſſe primum Abbatem regularem S. Joannis Pinnatenſis: virum nempe illum pietate inſignem, qui Ordinis S. Benedicti reformationem in Hiſpaniam advexit, juxta congregationis Cluniacenſis inſtitutum. At jam alibi monuimus non fuiſſe illum primum Abbatem regularem hujus monaſterii. Nunc verò oſtendam alium fuiſſe à Paterno iſto Abbate, Epiſcopum Cęſarauguſtanum qui in hoc Concilio Jaccenſi ſubſcripſit.

15. Præmittendum igitur eſt, tres fuiſſe Paternos S. Joannis Pinnatenſis Abbates, omnes ſcilicet intra dimidii ſæculi ſpatium, quamvis non continua ſucceſſione, ſed uno & altero Belaſco interpoſitis. Et quia ante hunc diem horum trium Abbatum notitia in magna rerum caligine jacuit; ideo auctores falſi ſunt, dum Paternum hujus nominis primum, virum illum inſignem, Cæſarauguſtanum Epiſcopum conſtituerunt. Primi Paterni mentio reperitur in privilegiis archivi Pinnatenſis uſque ad annum viceſimum quintum poſt milleſimum, ab initio ejus regiminis, quod contigiſſe autumo circa annum duodecimum. Succeſſit illi Belaſcus, cujus mentio frequẽs aduſque annum XXXVI. Succeſſit huic alter Paternus, quem Ramirus Rex in nonnullis privilegiis ſecundum appellat; cujus nomen celebre habetur uſque ad annum XLII. quo exacto, alter Belaſcus reperitur, Ramiro Regi imprimis charus; ille ipſe proculdubio qui in hoc Concilio ſubſcribit.

16. Tertium Paternum ſubſcripſiſſe reperimus in Concilio Pinnatenſi, addito *Minoris*

co-

Digitized by Google

cognnmento. *Paternus minor*. At Paternum hunc Cæſarauguſtaoom Epiſcopum dicera nullo modo poſſumus, cùm poſt Concilium Jaccēſe titulo Abbatis tantùm ſubſcriptum reperiamus. Supereſt probandum, Epiſcopum Cæſaraoguſtaoom alium omnioo fuiſſe à Paterno primo, qui reformatiooem Cluniacenſem advaxit: ut inde cooſtet fuiſſe Paternom ſecuodum, ac primi Belaſci ſucceſſorem.

57. Soprà oſtenſom à nobis eſt ex privilegio Sanctii Majoris Regis, ante reformationem Cluniaceoſcm electom à ſe in Abbatem S. Joannis Piooateoſis Paternum: de quo ait, jam à moltis annis, neglecto ſæculo, regolarem viveodi oormam amplexum. Quibus annuere videtor jam provectæ ætatis fuiſſe. Còm ergo è monaſterio Cluniacenſi reverſus fuerit anno MXII. aut ſummum MXV. qoa ratione fieri potoit (ordinario vitæ curriculo perſpecto) ut adhuc viveret anno MLX. in quo hoc Concilium celebratum eſt, ac ſubſcriptus reperitor Paternos Cæſarauguſtanus Epiſcopus? Certè vel hinc ſolùm evincitur illum non fuiſſe, qoamvis alterius cujuſquam Paterni Abbatis Pionatenſis memoria nulla ad poſteros eſſet tranſmiſſa: præſertim cùm iidem auctores fateantur, hujus Epiſcopi vitam uſque ad annum MLXXX. ſe protendiſſe.

58. Porrò memoria illios Paterni nulla exſtat poſt annom MXXV. ſed illa Abbatis Belaſci cootinua annorum ſerie: qui quidē nonniſi per deceſſum Paterni aſſumi ad regimen potuit; non autem per hujus aſſumptionem ad Epiſcopatom Cæſarauguſtanum. Conſtat enim eum Epiſcopum evectum fuiſſe ad inſulas Ramiri Regis tampore, poſt annum MXL. vel eo ipſo: anoo verò MXXV. poſt quem nulla ejus mentio, adhuc in vivis agebat Sanctios Major; vixitque poſtea uſqoe ad MXXXIV. in quo regni initium auſpicatus eſt ejus filius Ramirus, qui Patarnum ad Epiſcopatum Cæſarauguſtanum evexit, quum Regem Maurom illius urbis tributarium fecit. Conſtat igitor Epiſcopum Cæſarauguſtanum, qui hoic Concilio ioterfuit, non fuiſſe illum qoi reformationem Cluniacenſem in Hiſpaniam attulit, ut communiter Chronographi noſtri aſſeruot.

59. Superaſt igitur ut Epiſcopus Cæſarauguſtanus fuerit Paternus Abbas Pinnateoſis, hojus nominis ſecuodus, qui huic Concilio interfuit, ac in eo potiores partes haboit. Nam pietate motus, monaſterium ſanctarum Maſſarum Cæſarauguſtanæ urbis Jaccenſi Eccleſiæ contribuit; ut conſtat ex Gregorio VII. Papa in confirmatione hujus Concilii poſtea facta, obi ait: *Super hæc omnia addimus ſanctarum Maſſarum monaſterium, cum redditibus ſuis, quod à Paterno Cæſarauguſtano Epiſcopo, favente ſuo clero, Jaccenſi Eccleſiæ collatum fuiſſe cognovimus*. Ubi appellat monaſterium, quod hodie dicitur S. Encratidis: noo quòd tonc tale perſiſteret, quum ea collatio facta fuit: ſed quòd tale fuerit, & qoidam eximiom, antequam Sarraceni Hiſpanias infeſtareot. JOANNES BRIZIUS MARTINEZIUS in *Hiſtoria Pinnatenſi* lib. 2. cap. 41.

EPISTOLA ALEXANDRI II. PAPÆ
Ad monachos Rivi-pullenſes.
ANNO CHRISTI MLXIII.

Monet eos ut in ſancto propoſito perſeverent. Epiſcopos & magnates hortatur ut cœnobii ejuſdem adjutores eſſent ac defenſores. Excommunicationis pœnam intentat adverſus injuſtos detentores prædiorum quæ olim pertinuerant ad dictum monaſterium. Denique vetat ne quis regimen illius ſuſcipiat per ſimoniacam hæreſim.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, fratribus in Rivi-pullenſi cœnobio ſub Dei genitricis tuitione degentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quoniam divioa favente clementia cum Apoſtolicæ ſedis regimioe cunctarum Eccleſiarom ſolicitudo nobis incumbit; iccircò juſtis petitionibus qoorumcumque fidelium nos coovenit annuere, & ad noſtræ pietatis auxilium confugientes, auctoritatis Apoſtolicæ clypeo munire. Quocirca dilectionis ac fraternitatis veſtræ literas per fratrem S. ſoſcipientes, & quod in eis expetera videbamini diligentiſſimè perpendentes, quoniam juſtam petitiooem & auctoritati noſtræ ad perficiendom non indignam judicavimus, veſtris petitionibus acquieſcere non recuſavimus. Unde vos debita charitate monemus, ut profeſſionis ſanctæ propoſitum, quod Deo aſpirante ſuſcepiſtis, pro viribus ſemper cuſtodiatis, nec ab illo in oeotram partem ullo modo deflectatis. Epiſcopos autem, Comites, Principes, magiſtratus, ac potentes veſtri vicinia incolantes, paterna ſolicitodine commooemus, ut veſtri cœnobii ſemper in omnibus adjutores, defenſores, ac propagatores exiſtaot, & quoſcumqoe contrarios vel ad nocendum avidiſſimos eſſe viderint, dignâ cenſurâ coërceant, quatenus & à Deo retributiooem percipiant, & Apoſtolicæ ſimul ac noſtræ benedictionis participium habeant. Illos verò qoi prædia, quæ vobis jure debentur, dono Abbatum non ſatis dignè præſidētium, ſeo rapina vel invaſione, ſive qualicumque injuſta occaſione poſſidere videntur, auctoritate Apoſtolica convenimus, & inſuper

ſuper

ſuper interminando mandamus, ut illa nequaquam retineant, ſed ſicut Dei eſſe noſcuntur, ita Deo quantocyùs reddere ſtudeant. Quòd ſi poſtquam hanc noſtræ paternitatis interminationem audierint, infra ſex menſium ſpatium reddere diſtulerint; ſciant ſe à totius Eccleſiæ corpore ſeparandos, & perpetuæ excommunicationis jaculo feriendos, donec reſipiſcant, & digna pœnitudine ſatisfaciant. Porrò commonemus, & Apoſtolica ſimulque canonica auctoritate præcipimus, ut nullus amodò & deinceps veſtri cœnobii regimen per ſimoniacam hæreſim obtineat, nec qualicumque ingenio ante vel poſt acceptum honorem per pecunias locum Abbatis arripiat. Quod qui præſumpſerit, quamdiu retinere tentaverit, telo juſtiſſimæ damnationis ſubjacebit. His igitur veſtri voti peractis, hortamur dilectionem veſtram ut ſemper ad meliora proficere ſtudeatis, & pro nobis ac totius Eccleſiæ ſtatu intentiſſimas & aſſiduas preces indeficienter ad Deum effundere non negligatis, quatenus divinæ protectionis, & Apoſtolicæ benedictionis participes eſſe valeatis. Amen. Data XII. Kal. Junii, anno milleſimo LXIII. Nativitatis Chriſti, Indictione XV.

CONCILIUM BARCINONENSE,

SEU POTIUS COMITIA,

In quibus leges Gotthicæ, quibus Catalani utebantur, planè ſunt abrogatæ, anno Domini MLXIV. tempore Alexandri Papæ II.

1. Epiſcopi Hiſpani, qui Mantuano Concilio interfuerunt, reverſuri in Hiſpanias, duxerunt ſecum ab Alexandro Papa decretum Legatũ à latere Hugonem Cardinalem, cujus auctoritate Barcinone hæc Synodus congregata fuit: in qua leges Gotthicas, quibus Catalani utebantur, penitùs abrogavit, novaſque ſanxit, quibus populus hactenus utitur. Ut autem ritus Gotthici, in ſacris adhiberi ſoliti, abrogarentur, ab illis obtinere non potuit, nec cogere voluit: cùm iidem in Concilio Mantuano Catholici eſſe cogniti fuiſſent. In eadem Synodo Alexander Papa tanquam germanus Pontifex eſt receptus: Cadalous autem communibus omnium votis eſt condemnatus. CARD. BARONIUS ad annum MLXIV. num.42.

NOTÆ VARIORUM.

2. Rem aliter narrat Mariana lib. 9. *Hiſt.* cap. 5. Hugonem ſcilicet ante Mantuanum Concilium, anno MLXIV. ad principes Hiſpaniæ Romã legatum, effeciſſe ut repudiato Cadaloo, ab Alexandro ſtarent. Addit: *Is legatus ut Gotthica precandi ratio abrogaretur, quamvis magno conatu, obtinere non potuit. Miſſi contra Mantuam in Gallia Ciſalpina, ubi de ſchiſmate conventus Epiſcoporum habiti ſunt, Epiſcopi tres, Munio Calagurritanus, Eximius Aucenſis, Fortunius Alavenſis. Gotthicos libros, quos ſecum detulere, Pontifici & Patribus probàrunt, quaſi orthodoxos, nullaque vitioſos parte.*

3. Quòd ſi anno MLXIV. ivit in Hiſpaniam Hugo recèns in Alexandri gratiam receptus; bis in eam Legatum fuiſſe neceſſe eſt. Nam & anno MLXVIII. eò profectum, aliquot præfuiſſe Conciliis, & Romanum in ſacris ritum, pulſo Gotthico, inſtituiſſe; ad annum illum oſtendemus.

4. Minus aſſentior Binio, qui poſt Baronium ait, leges Gotthicas hoc anno penitùs abrogatas in Catalonia fuiſſe. Eodem enim anno id perfectum, quo abrogatæ ſunt Gotthicæ ſacrorum cæremoniæ, ex illius gentis ſcriptoribus diſcimus. COSSARTIUS.

5. Anno Domini MLXIII. id accidiſſe habemus ex tractatu quodam *De officio Hiſpanæ Eccleſiæ*, à nobis ſuprà pag. 174. primùm edito ex MS. Eccleſiæ Toletanæ. Ibi enim poſtquam de Janelli vel Zanelli Cardinalis, à Joanne Papa (nempe X.) in Hiſpaniam miſſi ad examinandum officium, adventu, tractatum eſt; officiumque ipſum tunc ab Apoſtolica ſede laudatum ac roboratum fuiſſe memoravit, iſta leguntur: *Ergo hac auctoritate manſit ratum & laudabile officium Hiſpanæ Eccleſiæ uſque ad tempus domini Alexandri ſecundi Papæ. Quo Alexandro Papa ſedem Apoſtolicam Erâ TLXIII. obtinente, & domino Ferdinando Rege Hiſpaniæ regione imperante, quidam Cardinalis, Hugo Candidus vocatus, à præfato Papa Alexandro miſſus Hiſpaniam venit: officium Eccleſiæ ejus à ſuprà nominato Joanne Papa laudatum vel roboratum evertere voluit: ſed Apoſtolica auctoritate munitum & confirmatum inveniens, intactum, ut invenit, reliquit.*

6. Notandū hîc obiter, Eram pro communi epocha Chriſtiana poſitam eſſe: ut hinc ſaltem ruat ſententia doctiſſimi viri Gabrielis Coſſar-

tii

tii in Notis ad Concilium Pinnatenſe aſſerentis contra Hieronymum Blaucam, Baronium, Binium, & alios, Eram pro anno Chriſti ſomptam, novum eſſe & ſine exemplo, ſummamque in eo eſſe Hiſpanorum ſcriptorũ & Annaliũ religionem, à nemine violatam. Hîc enim, ut alia vetera inſtrumenta prætermittam, pro anno Domini Eram accipi debere, in dubium vocari non poteſt.

7. In eo tamen diſſentit ſuprà citatus à nobis tractatus, quòd præter Hugonẽ Candidum, alios Cardinales officium ipſum poſtea evertere conatos fuiſſe referat: ideoque Hiſpanos Epiſcopos vehementer iratos, conſilio inito, tres illos Epiſcopos Romam miſiſſe. Rem ipſam ita narrare pergit: *Cui Cardinali ſuccedentes quidam Cardinales alii, hoc idem facere laboraverunt; ſed nullo modo facere potuerunt. Pro qua re Hiſpaniarum Epiſcopi vehementer irati, conſilio inito, tres Epiſcopos Romam miſerunt: ſcilicet Munionem Calagurritanum, & Eximinum Aucenſem, & Fortunium Alavenſem. Hi ergo cum libris officiorum Hiſpaniarum Eccleſiarum ſe domino Papa Alexandro in Generali Concilio præſentaverunt. Obtulerunt, ideſt librum Ordinum, & librum Miſſarum, & librum orationum, & librum antiphonarum. Quos libros dominus Papa, & omne Concilium ſuſcipiens, diligenter perſcrutantes, & ſagaci ſtudio perquirentes, bene Catholicos & omni hæretica pravitate mundos invenerunt: & ne quis amplius officium Hiſpanæ Eccleſiæ inquietare, vel damnare, vel mutare præſumeret, Apoſtolica auctoritate prohibuerunt, & etiam interdixerunt: & data benedictione ſuper præfatos Epiſcopos, cum lætitia ad propria redierunt.* Cætera vide ſuprà pag. 174. CARD. DE AGUIRRE.

8. Iſta ad annum milleſimum quadrageſimum manifeſto errore revocat Surita, Baronius aliique ad annum milleſimum ſexageſimum quartum. Melius in poſtrema Conciliorum editione Pariſienſi, ubi iſta acta dicuntur anno milleſimo ſexageſimo octavo, quod verum eſſe rectè probavit Didacus in hiſtoria Comitum Barcinonenſium. Errant autem vehementer qui iſtam Gotthicarum legum abrogationem, ſeu potiùs additionem ad veterẽ legis codicem, decretam putant in Concilio Eccleſiaſtico. Nulla enim illic mentio auctoritatis Eccleſiaſticæ. Sanè ſcriptores rerum Hiſpanicarum, & alii quidam, tradunt huic conventui præfuiſſe Hugonem Candidum Cardinalem, qui tum Sedis Apoſtolicæ Legatus erat in his regionibus, eumque penitùs abrogâſſe leges Gotthicas, novaſque ſanciviſſe: quod Inſigniter falſum eſt. Factum id ſola Principum auctoritate, cum conſilio tamen magnatum & judicum provinciæ. Delendum ergo Concilium iſtud in tomis Conciliorũ. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hiſpanicæ.*

CONCILIUM TULUGIENSE,

In quo treuga & pax confirmata anno Chriſti circiter * MLXV.

* juxta Baluzii MXLV.

Editum ex tabulario regio Barcinonenſi à Stephano Baluzio V. cl. ad librum IV. operis De concordia Sacerd. & Imper.

1. HÆC eſt treoga & pax confirmata ab Archiepiſcopo Narbonenſi domno Guifredo, & à Berengario Gerundenſi Epiſcopo, & à domno Raymundo Helenenſi Epiſcopo, & à Comitibus Ruſſilionenſium, domno ſcilicet Gauzfredo & à Guilaberto filio ejus, & à domno Poncio Impuritanenſi Comite, & à domno Guillelmo Biſuldunenſium Comite, & à domno Raymundo Cerritanenſium Comite, & à domno Gauzberto Vice-comite de Caſtronovo, cum cæteris magnatibus Helenenſis Epiſcopatus, in Tulogienſi prato, quod eſt in Comitatu Ruſſilionis.

CANONES.

I.

2. COnſtituerunt namque prędicti Pontifices cum conſenſu cæterorum nobilium, ut in Comitatu Ruſſilionenſi, vel Confluentano, vel Vallispirienſi ullus homo Eccleſiam non infringat, neque cœmeteria, vel ſacraria, XXX. paſſuum Eccleſiaſticorum in circuitu uniuſcujuſque Eccleſiæ, niſi Epiſcopus propter hominem excommunicatum, aot propter ſuum cenſum. Si verò aliquis homo aliter infregerit Eccleſiam, vel ſpatium XXX. paſſuum ipſius Eccleſiæ in prædicto Epiſcopatu Helenenſi; quicquid ei commiſerit, emendet ut juſtum fuerit ipſi homini cui injuriam fecerit; & Eccleſiæ, in qua fecerit, ſatisfaciat legaliter: & inſuper compoſitionem ſacrilegii Helenenſi componat Epiſcopo.

3. Eccleſias verò illas ubi caſtra fuerint conſtructa, ſive ubi fures vel rapaces congregaverint furta, vel prædam, vel malefacta, tamdiu poſuerunt eas jam dicti Epiſcopi in defenſione præſcriptæ pacis, quouſque querimonia prędictarum Eccleſiarum deferatur Helenenſi Epiſcopo; & ejus

ejus judicio aut juſtè emendetur quod in ipſis Eccleſiis commiſſum fuerit, aut ab eodem Epiſcopo ipſæ Eccleſiæ à defenſione prælibatæ pacis ſeparentur.

II.

4. Iidem Epiſcopi præfati conſtituerunt, ut in jam dicto Epiſcopatu Helenenſi nullus violenter infringat dominicaturas canonicorum vel monaſteriorum, neque aliquid rapiat inde.

III.

5. Clericum verò arma non ferentem, vel monachum, val ſanctimonialem, ſive viduam, nemo apprehendat, nec illis aliquid injuriæ inſerat.

IV.

6. Villanum neque villanam nemo apprehendat, niſi propter culpam quam ipſe villanus vel villana fecerint. Et ſi eos apprehenderit, non diſtringat niſi per directum.

V.

7. Et ut prædam nemo faciat in jam dicto Epiſcopatu de equabus, vel pullis, ſive mulis earum, ætatis unius anni: neque de bobus, neque de vaccis, ſive vitulis earum: neque de aſinis vel aſinabus, ſive pullis earum: neque de ovibus, arietibus, hircis, capris, ſive earum fœtibus.

VI.

8. Manſiones villanorum nemo incendat, neque evertat.

VII.

9. Terras in contentione poſitas nullus villanus laboret, poſtquam commonitus fuerit ab eo in quo juſtitia placiti non remanſerit. Si verò ter commonitus, poſtea ibi laboraverit, & propterea damnum acceperit, non requiratur pro pace fracta.

VIII.

10. Si quis autem fidejuſſor extiterit; ſi fidem non portaverit, de ſuo proprio pignoretur, nec pro pace fracta habeatur. Si quis autem prædictam trevam & pacem infregerit, ſimple tantùm compoſitione emendet illi cui infregerit infra primos XV. dies. Si verò infra primos XV. dies ſimpliciter non emendaverit, compoſitionem mali quod intulit in duplo componat: ita ut medietatem iſtius duplæ compoſitionis habeat querelator, & alteram medietatem habeat Epiſcopus, & ipſe Comes, qui adjutor fuerit eidem Epiſcopo ad hanc juſtitiam faciendam.

11. Si quis autem prædictam pacem vel trevam *, & inde juſtitiam facere noluerit, infra XV. dies quòd querelator ſuam querelam præſentaverit ante Epiſcopum, & ejuſdem clericos, ac Comitem: ipſe malefactor & conſiliatores & adjutores ejus * emendare noluerint, egrediantur à treva & pace, & malum quod propter hoc illatum fuerit eis, non requiratur pro pace vel treva fracta. Et ſi malefactor & adjutores ejus poſtea jam dicto querelanti ullum malum fecerint intra trevam, emendet pro treva & pace fracta.

* Deeſſe videtur infregerit.

* Fortè deeſt, qui.

IX.

12. Item prædicti Epiſcopi firmaverunt trevam domini: videlicet ut omni tempore teneator ab omnibus Chriſtianis, ab occaſu ſolis quartæ feriæ, id eſt, Merchoris die, uſque ad ortum ſolis ſecundæ feriæ, id eſt, Lunis die. Item continuatim teneatur à prima die Adventûs Domini uſque ad octavas Epiphaniæ Domini, quando feſtivitas Sancti Hilarii agitur. Item ſimiliter continuatim teneatur à die Lunis quæ antecedit caput jejunii, uſque ad diem Lunis qui eſt primus poſt diem Dominicam octavarum Pentecoſten: & tres feſtivitates Sanctæ Mariæ, cum ſuis vigiliis: & nativitatem Sancti Joannis cum ſua vigilia: & feſtivitatem Sanctorum Juſti & Paſtoris, & Abdon & Sennen, & Sancti Felicis, & Sancti Geneſii, & Sancti Nazarii, & Sancti Laurentii, & S. Michaëlis, & feſtivitatem omnium Sanctorum, & Sancti Martini: & duæ feſtivitates Sanctę Crucis, & Cathedra S.Petri, & feſtivitatem Sancti Enneſii, quæ eſt XII.Kal.Septembris, & decollationem Sancti Joannis Baptiſtæ, cum vigiliis, & cum omnibus noctibus jam dictarum feſtivitatum: & omnes dies & noctes quatuor temporum. Si quis autem infra hanc prædictam trevam domini aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat: & poſtea per judicium aquæ frigidę trevam domini in ſede Sanctæ * Eulaliæ emendet.

* id eſt in Cathedrali Eccleſia Helenenſi.

X.

13. Si quis autem infra hanc trevam homioem occiderit ſine aliquo caſu; ex conſenſu omnium Chriſtianorum diffinitum eſt, ut omnibus diebus vitę ſuæ exſilio damnetur. Si autem cum caſu fecerit, egrediatur tamen à terra uſque ad terminum quem Epiſcopus vel canonici exiſtimaverint eſſe imponendum.

XI.

14. Si quis autem infra hanc trevam ſe miſerit in * aguit, vel ipſum aguet ſtabiliter pro morte vel apprehenſione alicujus hominis, aut pro apprehenſione alterius caſtelli, & tamen ſi hoc agere non potuerit; ſimiliter emendet ad judicium Epiſcopi & canonicorum ejus ipſam trevam domini, ſicut faceret ſi feciſſet quod agere tentavit.

* id eſt, inſidias ſtruxerit.

XII.

15. Item prohibuerunt ne in terminibus his, continuatis trevis, videlicet tempore Adventûs Domini, ſeu Quadrageſimæ, nullus caſtrum vel munitionem ædificare prę ſumat, niſi XV. diebus ante continuatas prædictas trevas hoc inchoaverit.

XIII.

XIII.

16. De prædicta autem tregua vel pace querela ad Epiſcopum, vel ad ejus canonicos, ſen ſatigatio omni tempore fiat: & ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt in pace de Eccleſiis, ita fiat. Et ipſi in qnibus Epiſcopus vel canonici prædicti ſe fatigaverint de direptione præfatæ pacis vel treguæ domini, ſive fidei-juſſores, vel hoſtatici pro pace vel tregua domini, & malam fidem inde portantes Epiſcopo vel canonicis e uſdem Sedis; excommunicentur ab Epiſcopo vel à canonicis ejuſdem Sedis, cum protectoribus & adjuvantibus ſe. Quamdiu ſe contenderint ſicut infractores pacis vel treguæ domini, ipſi & res eorum non habeantur in pace & tregua domini.

NOTÆ VARIORUM.

17. CONCILIUM TULUGIENSE.] Quonam anno habitum fuerit iſtud Concilium Tulugienſe, non adeò exploratum habetnr. Animus olim fuerat eam Synodnm revocare ad annum MXLV. quod viderem eo anno Gnifredum Archiepiſcopum Narbonenſem & Olibam Epiſcopum Auſonenſem peregiſſe conſecrationem Eccleſiæ Sancti Michaëlis Fluvianenſis apud Emporitanos, huicque conſecrationi adfuiſſe Poncium Comitem Emporitanum. Videbam præterea Gauzfredum Comitem Ruſcinonenſem, qui ea omnino ætate vivebat, ſubſcripſiſſe Actis illius dedicationis à Gnifredo & Oliba confectis. Atque ut etiam num in ea ſententia perſtem, iſtud facit, quòd Oliba Epiſcopus Auſonenſis, cujus decretum in Synodo Helenenſi editum confirmat ea quæ ab Epiſcopis in prato Tnlugienſi congregatis ſtatuta fuerant de tregua & pace, mortuus eſt anno MXLVII. ut fidem facit vetus auctor Ms. *De geſtis Comitum Barcinonenſium*. Præterea, Guillelmus Comes Biſuldunenſis, qui Tulugienſi Concilio interſuit, obiit anno MLII. ut fidem facit idem vetns auctor. Demum Acta Concilii apnd Narbonem habiti anno MLIV. loqui videntur de inſtitutionibus Concilii Tnlugienſis. Hæc, inquam, ſuadent Tulngienſe Concilinm fuiſſe habitum anno MXLV. uti dicebamus.

18. Sed ne ita ſentiamus faciunt multa. Primùm, Raymundus nondum erat Helenenſis Epiſcopus, utpote qui circa annum tantùm MLXIV. ad eam Cathedram pervenit. Nam certiſſimis teſtimoniis compertum habeo Berengarinm fuiſſe Epiſcopum Helenenſem ab anno ſaltem MXXXII. uſque ad annum milleſimum quinqnageſimum tertium, huic ſucceſſiſſe Arnaldum, qni anno MLVI. interfuit Concilio Toloſano & dedicationi Eccleſiæ Barcinonenſis anno MLVI. XIV. Kal. Decembris. Arnaldo ſucceſſit Berengarius, quem Helenæ ſediſſe reperio anno MLVIII. IV. Idus Decembris. Poſt Berengarium denique video Raymundum Helenenſem Epiſcopum fuiſſe annis MLXIV. & MLXXXIV. XIV. Kal. Junii. Iſtis argnmentis probari pnto Concilinm Tulngienſe non fuiſſe celebratum anoo MXLV. qnandoquidem Raymundns, qui Synodo interfuit, viceſimo tantùm circiter pòſt anno ad Helenenſem cathedram pervenit. Præterea, Berengarius Epiſcopus Gerundenſis, qui Concilio item Tulugienſi interſuit, anno tantùm ML. factus eſt Epiſcopus (ut adnotavit Franciſcus Didacus in catalogo Epiſcoporum Gerundenſium) adeoqne anno MXLV. intereſſe non potuit huic Concilio Tulugienſi ut Epiſcopus Gerundenſis.

19. Sed ſi ita ſtat ſententia, quid faciemns decreto Olibæ Epiſcopi Auſonenſis, qui in Actis Synodi Helenenſis (ſuprà exhibitæ pag. 197.) diſertam mentionem facit eorum quæ de tregua & pace ſtatuta fuerant ab Epiſcopis qui convenerunt in Comitatu Roſſilionenſe in prato Tulujes? An dicemus Olibam loqui de ſuperiore quodam Concilio Tulugienſi, in quo actum fuerit de tregua & pace? An verò decretum illud Olibæ dicemns eſſe falſum ac ſuppoſititium? Prorsùs difficilem eſſe rem video, & cui explicandæ opportunior alibi fortaſſis erit locus. Supereſt igitur ut eadem vetera monnmenta, quæ, uti dicebamus, in prima editione iſtarum Diſſertationum emiſimns in publicum, heic quoque rurſum edamns; ſi priùs monnero lectorem Tulujas oppidum eſſe agri Ruſcinonenſis, haud procul Perpiniano, tertio videlicet ab ea urbe milliario, quod circa annum DCCCCLXXX. vocatur villa Tulujes, & de Tulugiis, in Comitatn Ruſſilionenſi; ut fidem faciunt Acta vetera quæ exſtant in chartulario Eccleſiæ Helenenſis. Hodie vocatur Tulujas ab incolis illarum partium. BALUZIUS lib. 4. *De concord.* pag. 249.

20. Synodi locus in Helenenſi Epiſcopatu, ubi exſtat hodieque, ut Baluzins admonuit, oppidulnm quod *Tulujas* vocant, haud procul Perpiniano. Cùm autem de unius Helenenſis parochiæ diſciplina in hoc Concilio ſit actum; Helenenſe in prato Tulugienſi eo jure modoque appellavi, quo Sirmondus noſter Magalonenſe apud Juncarias, & hnjuſmodi alia. De tempore vix ulla, niſi ex Epiſcoporum qui interfuerunt ætate, capi conjectura poteſt. Helenenſem Epiſcopum fuiſſe Raymundum anno MLXV. conſtat: cùm eo anno, ut Sammarthani referunt in *Gallia Chriſtiana*, Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones aliquas acquiſiiſſe reperiatur. Eodē anno & præteritis ac conſeqnentibus Narbonenſi Eccleſię Wifredns, Gerundenſi Berengarins ejus frater, præfuit. Igitur circiter annum illnm, quo tres illos ſimul Epiſcopos fuiſſe certum eſt, collocandom hoc Concilium pntavi.

21. Cæterùm quadrare in annum MXLV. cui attributum fuerat, nullo modo poteſt. Nam

eo anno Helenenſis Epiſcopus erat Berengarius: quod cùm ex multis aliis conſtat, tum ex Actis ipſis conventûs in Eccleſia S. Michaëlis Fluvianenſis, ex quibus argumentum ducebatur, tunc Helenenſem Epiſcopum fuiſſe Petrum, atque hac in parte Concilii hujus contextum emendandum eſſe. Nam in illo conventu Petri quidem Epiſcopi nomen legitur, Epiſcopatus nomine ſoppreſſo: ſed legere pergenti ſtatim occurrit diſertè ac nominatim expreſſus Berengarius Helenenſis. Sedem autem illam non tenuit Petrus, niſi anno MCXIII. ut in notitia Helenenſium Epiſcoporum perhibetur.

22. Eodem argumento conficitur, juramentum Gauzfredi Comitis Petro Epiſcopo Helenenſi factum, quod Concilii hujus extremum occupat locum in editione Baluziana, ad hanc Synodum non pertinere.

23. Alia eſt in eodē loco habita Synodus Helenēſis, quam huc reſervâram tanquam hac noſtra poſteriorem, ut titulus præferebat. Verùm cum eam propiùs, uti mox edendam, inſpexi; animadverti ſuperioris eſſe temporis, quippe cui præfuerit Auſonenſis Epiſcopus Oliba, qui anno MXLV. obiit. COSSARTIUS.

24. Allatis à nobis difficultatibus impeditus vir clariſſimus Gabriel Coſſartius, auctoritati innixus catalogi Epiſcoporum Eccleſiæ Helenenſis quem exhibet tomus ſecundus *Galliæ Chriſtianæ*, deſcripti ſanè ex membrana ejuſdem Eccleſiæ quam nos vidimus, ſed omniū mendoſorum catalogorum mendoſiſſimi & fallaciſſimi; huic inquam auctoritati innixus Coſſartius, parvi porrò pendens argumenta quæ certò propemodum adſtruere videntur opinionem noſtram de tempore quo habitum eſt Concilium Tulugienſe, illud revocavit ad annum MLXV. & diſertè pronunciavit quadrare in annum MXLV. nullo modo poſſe. At ego contrà, puto convenire nullo modo poſſe anno MLXV. propter rationes à me ſuprà allatas. Quoniam tamen monſtranda eſt lectori via per quam emergere poſſit ex his ſalebris, dicendum videtur habitum quidam Concilium illud anno MXLV. ſed interpolatum fuiſſe, uti tum ſæpè ſolebant, cùm acceſſiſſent conſenſus & ſubſcriptiones Epiſcoporum qui poſtea Helenenſem Gerundenſemque cathedras tennerunt. Itaque non omnes qui in præfatione actorum nominantur, huic Synodo interfuere. Verùm quoniam hic tum mos erat ut quæ in conventibus Epiſcoporum conſtituta erant, ſubſcriptionibus quoque abſentium & poſterorum confirmarentur, acceſſiſſentque ſubſcriptiones eorum Epiſcoporum & magnatum qui poſt eorum mortem qui tum vivebant ea loca tenuerunt; compoſita eſt præfatio quæ doceret iſtos omnes conſenſiſſe his decretis. Ceterùm pretermittendum non eſt eundem virum clariſſimum vocâſſe Concilium Helenenſe in præfato Tulugienſi quod nos ſimpliciter Tulugienſe dixeramus, eo jure modoque, ut ipſe ait, quo Sirmondus Magalonenſe apud Juncarias appellavit.

25. Anno MXLVII. obiit Oliba Epiſcopus Auſonenſis in monaſterio Cuxanenſi, ibique ſepultus eſt. Sic enim tradit monachus ille Rivi-pullenſis qui olim ſcripſit geſta Comitum Barcinonenſium. Quare certum eſt hinc quoque ruere ſententiam clariſſimi viri Gabrielis Coſſartii, qui ex eo collegit Tulugienſe Conciliū non potuiſſe celebrari anno MXLV. quia eo anno Oliba Auſonenſis obiit Garibayo teſte. Nam præterea, etiamſi falſam Garibayi ſcriptionem ſequeremur, cùm ille non adnotaverit tempus quo Oliba mortuus eſt, tempus porrò etiam habiti Concilii Tulugienſis adnotatum quoque non ſit, conſtet autem eum interfuiſſe anno MXLV. die XXVI. Julii conſecrationi Eccleſię Fluvianenſis; non abſurdè dici poſſet Concilium fuiſſe celebratum anno MXLV. ante dedicationem illam, adeoque falſum in ea obſervatione fuiſſe Coſſartium. BALUZIUS in *Marca Hiſp.* ad annum MXLV.

* XXIX apud Labbeum.

EPISTOLA * ALEXANDRI II. PAPÆ

Ad Amalgerium Civitatenſem Epiſcopum.

CIRCA ANNUM DOMINI MLXV.

De pœnitentia presbyteri qui presbyterum occidit.

Ivo par. 10. cap. 14.

FRATRI huic, quem perpetrati homicidii reatu ad judicium canonicæ pœnitentiæ ſuſcipiendum ad Apoſtolicam Sedem miſiſti, noveris nos hujus ordinis pœnitentiam miſericordiæ reſpectu injunxiſſe. Nam quia presbyter presbyterum occîdit, quadrupliciter, XXVIII. videlicet annis, eum pœnitere oportet: quatuordecim annos ſibi miſericorditer indiximus, irrecuperabiliter dejicientes eum presbyteratu, & omni adminiſtratione altaris. Quos quidem quatuordecim annos hoc ordine obſervabit. Tribus prioribus annis extra Eccleſiam, niſi ad extrema mortis, abſque communione, & menſæ participatione, & pace ſit. Sed à cœna Domini ſolummodo reconcilietur, uſque ad octavas Pentecoſtes. Hac præſenti Quadrageſima quotidie jejunet in pane & aqua diebus tribus hebdomadæ uſque in Paſcha. Ab octavis Pentecoſtes uſque in feſtum S. Michaëlis, duobus diebus: deinde tres. Poſt tres annos, redditâ ſibi communione Eccleſię & menſæ, inter idiotas ſit uſque ad expletos ſeptem annos, eodem modo totum pœnitentiæ tempus ſervans.

Digitized by Google

vans. Et quia convenit eum eſſe ſub regimine Abbatis, mandamus tibi ut mittas eum in aliquo monaſterio, ut ibi condignè pœnitens ſalvetur; & ſi tibi vel Abbati videtur ſibi remittere, ſi hunc obſervâſſe pœnitentiam videris, poſt tres annos liceat.

EPISTOLA * ALEXANDRI II. PAPÆ

* XXXIV apud Labbeum.

Ad omnes Epiſcopos Hiſpaniæ.

CIRCA ANNUM DOMINI MLXVI.

Quòd Judæi ſervari debeant, non occidi.

Alexander Papa omnibus Epiſcopis Hiſpaniæ.

PLACUIT nobis ſermo, quem nuper de vobis audivimus, quomodo tutati eſtis Judæos qui inter vos habitant, ne interimerentur ab illis qui contra Sarracenos in Hiſpaniam proficiſcebantur. Illi quippe ſtoltâ ignorantiâ, vel fortè cœca cupiditate commoti, in eorum necem volebant ſævire, quos fortaſſe divina pietas ad ſalutem prædeſtinavit. Sic etiam beatus Gregorius quoſdam, qui ad eos delendos exardeſcebant, prohibuit, impium eſſe denuncians eos delere velle, qui Dei miſericordiâ ſervati ſunt: ut patriâ libertateque amiſſa, diuturnâ pœnitentiâ, patrum præjudicio in effuſione ſanguinis Salvatoris damnati, per terrarum Orbis plagas diſperſi vivant. * Diſpar nimirum eſt Judæorum & Sarracenorum cauſſa. In illos enim qui Chriſtianos perſequuntur, & ex urbibus & propriis ſedibus pellunt, juſtè pugnatur: hi verò ubique parati ſunt ſervire. Quemdam etiam Epiſcopum ſynagogam eorum deſtruere volentem prohibuit.

Ivo par. 13. cap. 114.

* Can. 11. 23. q. 8.

PRIVILEGIUM D. MAJORIS SANCHEZ

Filiæ Comitis D. Sancii, primæ Reginæ proprietariæ in regno Caſtellæ, factum in gratiam monaſterii S. Martini de Fromeſta.

ANNO CHRISTI MLXVI.

Ex Tepio in appendice tomi VI. fol. 460.

QUicumque fidelium pro amore Dei & Sanctorum ejus loca ſancta honorare diſpoſuerit, ſciat ſibi à Domino & ab electis ejus retributionem ſuſcipere in ætherea ſede. Itaque ego Major Chriſti ancilla, Sancii Comitis filia, innoteſcere volo omnibus Chriſtianis, tam clericis quàm laïcis, qualiter divido meum habere, quod Dominus mihi dedit in hoc præſenti ſæculo poſſidere. Scilicet, imprimis dimitto illis omnibus qui equos tenent de me in præſtando, ut ſint illorum, & faciant ex eis quod voluerint. Deinde poſtea dimitto omnes illos & illas qui Sarraceni fuerint & Chriſtiani ſunt, quos ego nutrivi pro remedio animæ meæ, liberos, & abſolutos, & ingenuos. Poſtmodum verò rogo illos & illas qui Chriſtiana Fide cenſentur, ut hoc teſtamentum & privilegium quod nunc ſubſequitur, audiant, firma fide retineant, & in fide firma, & in veritate recta quantò firmiùs potuerint, affirment: videlicet in hoc monaſterio Sancti Martini, quem pro amore Dei & Sanctorum ejus, & purificatione peccatorum meorum ædificare cœpi in Fromeſta, dimitto de meas hæreditates. Nempe illam populationem quam ego populavi circa ipſam Eccleſiam, & vineas, & terras, qui ſervierunt uſque hodie in illa domo de Sancto Martino tribuo, ut ſint ad Sanctum Martinum, & ſive ſervientibus hæc omnia quæ ſupradiximus: alias verò poſſeſſiones, quarum una eſt in villa quæ vocatur Vovatella, & in alia villa quæ dicitur Agero, quas ego comparavi de meo habere. Similiter do illas tertias de Fromeſta, & de populatione, & donu illo meo prato medio, & illa Serna quæ eſt in villa Ota, qui ſerviat ad Sanctum Martinum. Et nullus homo audeat eis injuriam inferre. Non enim condecens eſt ut tale hominum genus, ſicut monachorum, ulli homini ſubjaceat, niſi ſoli Deo: & rogo omnibus ex mea ſtirpe progenitis, ut cum magno honore retineant, & quantum potuerint pro amore Dei ad-

adcreſcant. Alibi itaque adhuc divido: oves & vaccas, ſive equas, quas habeo in Fromeſta, dono à Domino, & à Sancta Maria, & à S. Joanne Baptiſta, & à Sancto Martino: vaccas quippe meas, quas habeo in Aſturias, divido in tres partes: primam partem do in locum ubi meum corpus ſepultum fuerit, ſecundam partem ad Sanctum Martinum, ut ſervientes laïci & clerici ſuſtentationem habeant victûs, qui die noctuque ibi dico obſequium fecerint: tertiam verò partem concedo iſtis tribus monachis, ut orationes, vigilias, & obſequia defunctorum faciant pro mea anima, & Miſſas canant, & illud bonum quod ſcierint, pro me agant. Quòd ſi aliquis præſumpſerit quicquam, vel in modicum hoc teſtamentum violare voluerit, illa maledictio quam omnipotens Deus per Eliam Prophetam ſuper Genarios miſit, quos ignis de cœlo cremavit, veniat ſuper illum, & omnes maledictiones quas omnes Sancti atque electi Dei dare ei poſſunt, veniant ſuper eum, & quando obierit, terra eum tenere non poſſit, nec cum Sanctis in requie ſit; ſed vivus in infernum deſcendat cum Pilato, & cum Datan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, & cum Juda traditore Domini, & cum eis qui dixerunt Domino Deo: Recede à nobis: & ad partem Regis pariant C. libras auri, & ſupradictam hæreditatem duplicatam. Factum teſtamentum noto die quod eſt Idus Junii, Erâ MCIV. regnante Aldephonſo Rege, Ferdinandi Regis filio, in Legione. Ego Major Regina Chriſti ancilla hoc teſtamentum à me factum confirmans roboro.

Semendus Epiſcopus Burgalenſis conf.
Bernardus Epiſcopus Palentinæ conf.
Comitiſſa Dona Gelvira de Nogare conf.
Abbas Miro teſtis.
Fan Menendiz teſtis.
Sanz Galvez teſtis.
Egica notuit.

CONCILIUM LEYRENSE

In quo Gotthici ſacrorum ritus abrogati, anno, ut probabilius videtur, MLXVIII. Alexandro II. Pontifice.

1. Hugonem Candidum presbyterũ Cardinalem in Hiſpaniam legavit Alexander II. tum ob alia, tum ut divinorum officiorum ritus Romana ex formula conſtitueret: quod diſcimus tum ex illius gentis hiſtoricis, tum ex literis Alexandri ipſius ad Aquilinum Sancti Joannis Pinnatenſis Abbatem, quas in cœnobii illius hiſtoria Joannes Brizius Martinezius edidit. Satis conſtat, non ſine Conciliorũ auctoritate id effectum: & Barcinonenſe, ubi hoc agitatum, jam edidi ad annum MLXIV. non quòd eo anno celebratum putarem, ſed ne Binium corrupiſſe, in re præſertim non indubitata, viderer.

2. Annum ego LXVIII. adſcribo. Primùm enim, Hugonem eundem video hoc anno Toloſanum Concilium & Auſcenſe, quę finitima Hiſpaniæ loca ſunt, celebrâſſe. Ejus igitur adventus malè in annum MLXXI. à Martinezio differtur. Deinde Sanctius Ranimirus Aragonum Rex, in privilegio Abbatiæ Leyrenſis, quod exſtat apud Sandovalium in Epiſcoporum Pompilonenſium notitia, ait Hugonem Cardinalem interfuiſſe Concilio Leyrenſi anno regni ſui ſexto, qui annus eſt Chriſti MLXVIII. Huic itaque anno indubitanter aſſignat divinorum officiorum mutationẽ Hieronymus Surita, qui hiſtorias ſuas veterum monumentorum fide conſcripſit. At Carbonellus in Chronico, & Martinezius in hiſtoria Sancti Joannis, aliique, anno id tribuunt MLXXI. nixi antiquis illorum temporum monumentis, quæ conſignata ſunt, vel anno MLXXI. *cùm intravit lex Romana in Sanctum Joannem XI. Kal. Aprilis, ſecundâ ſeptimanâ Quadrageſimæ, feriâ tertiâ: vel Erâ MCVI.* (qui annus eſt Chriſti MLXVIII.) *anno nono regni Sanctii Ranimirez, primo verò ingreſſionis Romani officii in Sancto Joanne.*

3. Quæ ita concilianda mihi videntur: ut in Hiſpaniam Hugo Candidus anno MLXVIII. venerit, in Aragonia finitimiſque regionibus de mutandis ſacrorum cæremoniis habuerit Concilia: ſed res, quamvis eo anno decreta, perfecta tamen niſi anno MLXXI. non fuerit, propter populi antiquis ſuis ritibus addicti pertinaciam: quem ea in re cogere invitum ſacri Magiſtratus noluerunt, ſed ſenſim perſuadere. Unde & factum, ut irritum tamdiu fuerit eadem de re decretum Concilii Jaccenſis anni MLX.

4. Eadem cauſſa fuit, cur ſacros ritus ut mutarent Caſtellani vix adduci, ac niſi vi quadam, potuerint. Sed hujus id loci non eſt. Ad eos enim Hugo non penetravit, ſive id mandatum illi non fuerat, ſive tempeſtivum nondum eſſe duxit. Id deinde Gregorio VII. Pontifice perfectum, anno MLXXX. COSSARTIUS.

ADDITIO EJUSDEM COSSARTII.

5. Gotthicum officium dictum eſt, quòd à Sãcto Iſidoro Hiſpalenſi, Gotthis adhuc in Hiſpania regnantibus, juſſu Toletanæ Synodi, anno DCXXXIII. compoſitum, digeſtum-

ſtumque ſit. Dictum deinde Toletanum, quòd Mauris anno DCCXIV. Hiſpaniarum potitis, cùm pars indigenarum maxima profugiſſet, eorum aliqui, qui domi remanſerunt, inter Mauros, ſacrorum ritus eoſdem Toleti cuſtodierint. Dictum & Moz-arabicum, quoniã eo uſi Moz-arabes, ſive Mus-arabes; quòd nomen Hiſpanis, qui cum Mauris vixerant, inditum; non quòd Moz-arabes corrupta voce, quaſi Miſt-arabes dicti ſint, ut volunt plerique omnes; ſed quod probabilius exiſtimo, à Muza Arabum Duce, qui Hiſpaniam domuit.

6. Toleti in antiquis Eccleſiis, quæ Moz-arabum fuerunt, ſtatis anni diebus res divina Gothico ritu hodieſque peragitur. Ac præterea in templo maximo ſacellum exſtat, ubi idem perpetuò ſervatur: quod inſtituit Franciſcus Cardinalis Ximenius, qui & Moz-arabicos divinorum officiorum libros typis edi juſſit, ne tantæ rei memoria periret.

7. Romanum autem officium à pleriſque Hiſpanicarum rerum ſcriptoribus etiam Gallicanum dicitur, quòd in Gallia ſuſceptum priùs fuiſſet. Atque id eorum nonnulli obſervant, Hiſpaniarum Principes Romanos ritus Francarum conjugum ſuaſu admiſiſſe. Nam & apud Alphonſum VI. Caſtellæ Regem id effeciſſe Conſtantiam conjugem certum eſt: & Raymundum Berengarium Barcinonenſem Comitem in eo Almodi conjugi obſequutũ eſſe, multorum eſt conjectura. Addere potuiſſent & Ermiſendam Ramiri Aragonum Regis uxorem, quo Rege decreta primùm in Jaccenſi Concilio anno MLX. cæremoniarum illa mutatio fuit. Francam quoque fuiſſe, & Francos multos Concilii iſtius Epiſcopos.

CONCILIUM GERUNDENSE

Præſide Hugone Candido Cardinale, ſedis Apoſtolicæ Legato.

ANNO CHRISTI MLXVIII.

1. ANno MLXVIII. Hugo Cardinalis Concilium celebravit apud Gerundam, cui, præter Epiſcopos & Abbates, interfuerunt etiam, ut tum mos erat, Principes & magnates illius regionis. In eo conventu Legatus auctoritate Apoſtolica confirmavit decreta treugæ & pacis, ejuſque violatores excommunicationi ſubjecit donec reſipiſcerent & ſatiſfacerent Eccleſiæ. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ* ad hunc annum.

CONCILIUM AUSONENSE

Celebratum circa annum Domini MLXVIII. In quo de treuga & pace actum eſt.

Ex viro cl. Stephano Baluzio in appendice Marcæ Hiſpanicæ.

Conſtitutiones pacis & treugæ editæ in vico Auſonenſi.

1. HÆC eſt pax confirmata ab Epiſcopis, & Abbatibus, & Comitibus, necnon Vice-comitibus in Epiſcopatu Auſonæ. Scilicet,

I.

De immunitate Eccleſiæ.

2. UT ab iſta die & deinceps nullus homo Eccleſiam, neque ſpatium, neque manſionem, quæ in circuitu Eccleſiæ ſunt aut erunt, uſque ad triginta paſſus invadat. Eccleſias autem illas in hac defenſione non ponimus, in quibus caſtella facta ſunt vel erunt. Eas verò Eccleſias in quibus raptores vel fures prædam vel furta congregaverunt, vel maleficiendo inde exierunt, aut illic redierunt, tamdiu ſalvas eſſe jubemus, donec * querimonia malefacti ad Epiſcopum Auſonæ & ad ſedem & ad conventum canonicorum ejuſdem ſedis ſe fatigaverint, * vel malefactor ille juſtitiam inde facere nolit, poſtea ex mandato prædicti Pontificis vel præfatorum canonicorum ipſe malefactor ſeu * reus e us non ſalventur in eadem Eccleſia. Ille autem homo qui Eccleſiam invaſerit, aut aliis, exceptis ſupradictis malefactoribus, aliquid ei malum fecerit, aut ea quæ in circuitu Eccleſiæ ipſius ſunt uſque ad triginta Eccleſiaſticos paſſus irruperit, ſacrilegii compoſitionem emendet præfatæ ſedi, & querelanti malefacta in duplum reſtituat,

* Querelantes.

* f. at ſi.

* rei.

IL. *De*

II.

De clericis, monachis, monialibus, & viduis.

3. Item placuit, ut clericos qui arma non portaverint, aut monachos, ſeu ſanctimoniales, vel viduas, ullus non invadat, neque injuriam eis faciat vel aliqua malefacta. Communia verò canonicorum vel monachorum ſeu ſanctimonialium, vel Eccleſiaſtica alodia & poſſeſſiones, quas Eccleſiæ noſtri Epiſcopatus, vel clerici arma non ferentes, aut monachi ſeu ſanctimoniales tenent, ullus homo non infringat, aut aliquid inde diripiat. Quòd ſi fecerit, in duplo ei componat.

III.

De præda animalium.

4. Similiter confirmaverunt, ut nullus homo in iſto Epiſcopatu Auſonæ, ſcilicet Biſuldunenſi, Petra-latenſi, atque Impuritanenſi, prædam non faciat de equabus vel pullis earum uſque ad medium annum, neque de bobus, neque de vaccis, neque de aſinis vel aſinabus, neque de ovibus, vervecibus, vel agnis, neque de capris vel hircis, vel eorum fœtibus.

IV.

De manſionibus pagenſium, & pluribus aliis rebus quæ ſub pace ſunt conſtituta.

5. Manſiones verò pagenſium vel clericorum arma non ferentium, & columbaria, & palearia, ullus homo non incendat vel deſtruat. Villanum aut villanam, & clericos arma non ferentes, & monachos, ſeu ſanctimoniales, & viduas, ullos homo non ſit auſus occidere, vulnerare, debilitare, neque comprehendere vel diſtringere, niſi propter ſuam culpam quam prædicti habent factam; & non diſtringant eos niſi per directum ſolum. Et tamen hoc non fiat niſi priùs querelando ſe fatigaverit, ſicut prædictum eſt. Pagenſibus autem veſtimenta non auferantur, neque vomeres, neque ligones. Oliveta verò nemo incîdat vel comburat, vel fructus eorum diſſipet.

V.

De pignoratione rerum alterius pro plivio vel aliàs non facienda.

6. Item conſtitutum eſt, ut nullus homo pignoret res alterius pro plivio, vel pro alio quolibet negotio quod alicui vel cum aliquo fecerit, quamvis ille ſolverit. Quicumque hanc pacem quam prædixit infregerit, & illi cui eam infregerit infra XV. dies ſimplum non emendaverit, ſi dies XV. tranſierint in duplo componat. Quam duplationem habeat Epiſcopus ipſe Gerundæ, & Comes qui eam redirigere fecerit.

VI.

Si filius faciat malum, an pater teneatur.

7. Item conſtitutum eſt, quòd ſi aliquis filius magnatum terræ, tam majorum quàm minorum, fecerit aliquod malum per pacem & treugam domini aliquibus hominibus ex caſtro patris ſui vel ex honore ejus, aut cum hominibus ſuis, ipſe cogat filium ſuum & homines ſuam terram tenentes redirigere malum quod fecerint. Quòd ſi noluerint facere ipſe filius vel præfati homines, idem pater redirigat omne malum quod filius ſuus & homines ſui fecerint. Quòd ſi filius non fecerit malum ex caſtro vel honore patris ſui, & tamen fecerit cum hominibus tenentibus terram patris ſui, vel cum iis quos idem pater habuit in ſua familia; ſimiliter ipſe pater cogat homines redirigere præfatum malum. Quòd ſi facere non potuerit; auferat eis beneficium ſuum ex toto, & projiciat illos ex familia ſua ſine engan. Quòd ſi ipſe pater facere noluerit, tamdiu maneat ſub excommunicatione cum omni honore ſuo, & præfatus filius ſive præfati homines cum eo, donec redirigant ex toto malum quod commiſerunt. Quòd ſi filius adhuc ex aliis locis, non ex honore paterno vel caſtro, neque cum hominibus patris, aliquod malum alicui fecerit, non redeat in paternũ caſtrum vel honorem, neque pater aut mater impendat ei aliquod beneficium, vel protegant eum in aliquo. Quod qui fecerit, aut emendet malum quod filius perpetraverit, aut tamdiu maneat in excommunicatione donec emendet.

VII.

Si quis inculpatur, qualiter debet ſe expiare.

8. Item conſtitutum eſt, quòd ſi aliquis fuerit inculpatus ex aliquo modo quod ipſe præceperit aut ſtabilierit aut conſilium dederit quòd ageretur, & ille dixerit ſe hoc non egiſſe, de quo in veritate notum fuerit quòd ipſe per ſemetipſum prædicto malo non interfuerit; propria manu juret ſuper altare conſecratum ſe non præcepiſſe neque ſtabiliſſe neque conſilium dediſſe quòd malum illud perpetraretur, & poſtmodum non ſit protector aut defenſor illius qui hoc malum fecit ullo ingenio vel aliquo modo. Quòd ſi homo ſuus fuerit qui ſuam teneat terram aut habeat ſuum beneficium, unde poſſit eum diſtringere; aut faciat hoc ſibi redirigere, aut auferat ei ex toto terram & beneficium ſuum, & poſtea expellat eum à ſe ſine aliquo engan, & non exhibeat ei ullam ſocietatem ad ſuum beneficium, neque defendat eum in aliquo.

9. De omnibus illis conſtitutum eſt qui interfuerint malefactis, quòd ſi dixerint ſe non interfuiſſe vel malum unde culpantur ſe non feciſſe, quòd expient ſe per judicium aquæ frigidæ in ſede Sancti Petri. Quod ſi facere noluerint, excommunicationi ſubjaceant. Omnes verò probationes & expiationes quæ judicabuntur querelatoribus & redirectoribus pacis & treguæ domini, fiant per judicium aquæ frigidæ in ſede Sancti Petri.

10. Ul-

10. Ultimò verò de pace & tregua domini à nemine fiat in omni Auſonæ Epiſcopatu, donec primò querela ad Auſonenſem Epiſcopum & ejus canonicos perveniat, & exſpectetur terminus fatigationis triginta dierum antequam Epiſcopus & canonici ſedis ſaciant in malefactore: quia ſi [infra] triginta hos dies redirectæ non fuerint, vel ita firmant in manu Epiſcopi & canonicorum ejus per pignora quòd redirigatur ſine engan; malefactor ille & propriæ res ſuæ non ſint in pace & tregua domini, illo & honore ſuo excommunicato cum honoribus ſuis.

11. Item Hugo Candidus Cardinalis Romanus, in Concilio Gerundenſi cum Epiſcopis & Abbatibus ſive Principibus ac totius terræ magnatibus, & auctoritate Romani Papæ, cujus legatione fungebatur, confirmavit & laudavit pacem & treguam ſicut erat apprehenſa in Epiſcopatu Gerundenſi. Et addidit in eadem tregua conſenſu omnium, atque juſſit auctoritate domini Papæ, ut pari modo teneretur à Dominica octavarum Paſchæ uſque ad octo dies poſt Pentecoſten, ſicut quadrageſimali tempore: & tranſgreſſores pacis & treguæ domini excommunicationis anathemati ſubjecit quoadusque reſipiſcant & ad ſatisfactiones in canonica veniant.

NOTA D. BALUZII.

12. *Concilium Auſonenſe.*] Circa idem tempus (nempe Concilii Gerundenſis paullò antea memorati) ac fortaſſe coram eodem Cardinale, habitus eſt ſimilis conventus in urbe Auſonenſi cauſsâ confirmandæ pacis & treugæ, in quo variæ conſtitutiones ſancitæ propterea ſunt. Inter cætera verò confirmatus eſt uſus purgationis per judicium aquæ frigidæ. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hiſpanica*.

PRIVILEGIUM SANCTII RAMIRESII

Regis Aragonum & Montiſonis, in gratiam monaſterii Leyrenſis. In quo indicatur olim in eo ſitam fuiſſe ſedem Epiſcopalem Pampilonenſem. Deque Conciliis in monaſterio Leyrenſi celebratis, & à nobis ſuprà memoratis pag. 193. & 238.

ANNO CHRISTI MLXX.

Ex Tepio in appendice tomi IV. fol 439.

AD honorem ſummi & æterni Regis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Hoc eſt privilegium, quod ego Sancius Ranimiri Regis filius, non meis meritis, ſed ſola Dei omnipotentis miſeratione Aragonenſium & Montiſonis Rex, facio ad monaſterium Sancti Salvatoris Legerenſis, & domno Sancio Abbati, & ſucceſſoribus, & cunctis monachis in eodem loco Deo famulantibus, præſentibus & futuris in perpetuum. Dignæ laudis & memoriæ Sancius Rex avus meus, redemptoris noſtri opitulante clementia, ſuperatis & expulſis :::::::::: regni ſui partibus dvini amoris zelo accenſus: cujus auxilio triumphans ex hoſtibus victor exiſtere potuiſſet, regnum ſuum ab omni labe & ſpurcitia nefandæ gentis ſtabilivit ::::::::::::: monaſteria & Eccleſias quondam à præfatis gentibus dirutas & devaſtatas renovare, gregemque ſervorum Dei, & beatiſſimi patris Benedicti normam per monaſteria ordinare, undecimo Kalend. Maji, Erâ MLX. currente, convocatis principibus, & majoribus terræ ſuæ, Concilium in monaſterio Legerenſi celebravit. Inter cætera ergo bonæ voluntatis ſuæ hoc primum providit, quoniam ſuper omnes regni ſui Eccleſias religioſiſſimum nobiliſſimumque, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, Legerenſe monaſterium, quod Domini Salvatoris vocatur, tunc temporis eſſe videbatur, ut illud in omnibus & per omnia donis amplioribus, atque dignitatibus, ſive libertatibus decoraret, & reverendiſſimum virum Sancium Legerenſem Abbatem, & Epiſcopum, atque ſuum magiſtrum, qui eo tempore Legerenſi monaſterio præerat, ad Romanam curiam pro libertate ejuſdem Eccleſiæ cum munimentis chartarum deſtinaret, & Apoſtolico patrocinio ſuprafatum monaſterium communiret, affirmans inter alia, quòd *hoc primum & antiquiſſimum, juſſu regium & præcordiale totius regni ſui cœnobium haberetur*. Sed quia ingruentiâ vaſtatorum, & multitudine prædatorum quamplures ſedes Epiſcopotum deſertæ & ſine nomine in regno ſuo jacerent, & ex toto Irunienſis ſedes videretur deſerta, graſſante barbarorum nequitia, peſſimè quo-

quoque illius gentis ſæviente perfidia, facta eſſet ſine tutore miſera, & abſque marito vidua; à viris Catholicis Epiſcopis, atque Abbatibus prudentibus Concilio exiſtentibus, Regi venerando datum eſt conſilium apertè coram omnibus, ut Abbatem Legerenſem Sancium ſupradictum virum juſtum & ſanctum etiam Epiſcopum, & ſuum magiſtrum rogaret, & rogando mandaret, ut ſuo cum auxilio, de tot & tantis bonis atque divitiis, quibus Legerenſe cœnobium ſuper omnia regni ſui monaſteria pollebat atque vigebat, Irunienſem ſedem renovaret & reſtauraret, & canonicum ordinem ibidem inſtitueret atque diſponeret. Pro præſtitu verò renovationis & reſtaurationis, tam dirutæ ſedis Irunienſis dignitatem talem Legerenſi monaſterio ſtatuere dignaretur, à ſede Irunienſe inviolabiliter per omnia ſuccedentia tempora obſervanda, qualiter Eccleſia Legerenſis pro reſtauratione tantæ ſedis ſe laboràſſe gauderet, & in perpetuum gratum illi eſſet omnimodis & acceptum quicquid ipſi pro hoc honoris perveniſſet & augmenti. Poſtmodum verò tot peractis beneficiis Romam mittere, & gratiam domini Papæ ad plenum habere, & privilegium pro jam dicti cœnobii libertate, ſecundum deſiderium cordis ſui, ſine ulla hæſitatione poſſit impetrare. Rex autem tantorum virorum conſilio conſultus, & deprecatione Reginæ domnæ Majoræ uxoris ſuæ cōmonitus, ſeu propter Epiſcopatum revocandum à barbaris tam graviter ſubverſum atque deſolatum, quondam tamen famoſiſſimum, conſilio adquievit, & aſſenſum præbuit. Sequenti verò anno in Pampiloneoſi territorio ad Irunienſis ſedis renovationem, & Sancti Salvatoris Legerenſis cœnobii honorem, Concilium * conſtituit celebrandum, & omnibus qui aderant, occaſione inſtante, vita tamen comite, mandavit intereſſe. In quo Concilio quid egerit, qualiterve ſtatuerit, declarat privilegium in Eccleſia Sancti Salvatoris conſervatum. Poſt non multum verò temporis Concilio peracto, Sancius jam dictus Abbas & Epiſcopus (cognomento Major) ex hac luce ad Dominum migravit, qui in Legerenſi Eccleſia honorificè ſepultus quieſcit. Poſt obitum cujus Legerenſem Eccleſiam rexit Sancius Abbas atque Epiſcopus (cognomeoto Minor) multis temporibus. Qui licèt diu multumque repugnaverit; poſt nimias reluctationes, Dei tamen miſeratione cogente Rege, ad Epiſcopatûs ſublimitatem eſt deductus. In cujus præſentia jam dictus avus meus Rex Sancius Legerenſi cœnobio donationis præcedentium Regum Sancii Abarchæ, videlicet avi ſui, nec non Urrachæ Reginæ, ſed & Garſiæ patris ſui, & domnæ Eximinæ matris ſuæ, & quicquid idem locus habere videbatur, dono, pretio, vel auctoritate regia confirmavit, & privilegium patri meo venerandæ memoriæ Ranimiro Regi ad roborandum tradidit, & cæteris filiis ſuis, fratribus patris mei, videlicet Fredeoando, Garſiç, & Guodiſalvo, in conſpectu Sancii Guillelmi Comitis de Gaſconia, nec non & Berengarii

Vidè ſuprà in Concilio Legerenſi ad annū MXXII. pag. 193.

* A nobis memoratum ſuprà ad annum MXXIII. pag. 191.

Curvi Comitis de Barchinona, corroborare fecit. Inſuper in vita ſua ex bonis ſuis locupletavit dum vixit. Poſt mortem verò illius pater meus Ranimirus Rex, non ſolùm patris ſui Sancii Regis decreta inviolabiliter conſervavit, ſed etiam eundem locum donis auxit, mihique commendans, ut bene acta prædeceſſorum meorum corroborarem, & dona quæ poſſim ibi donare, injunxit. Ego verò non immemor præceptorum ejus, Deo auxiliante totis viribus implere, curare, inſuper ab Apoſtolica ſede corroborari feci. Nam tertio regni mei anno, Erâ MCVII. XIV. Kalend. Maji, Concilium cum viris Catholicis, aliiſque quampluribus, in Legerenſi Eccleſia celebravi. Contigit autem ex improviſo, & hoc divinâ credo factum induſtriâ, Hugonem ſcilicet Candidum Cardinalem presbyterum iſti intereſſe Concilio. Quem cùm diu multumque de utilitate & doctrina ſimul & libertate ejuſdem monaſterii efflagitâſſem, jam dictum Abbatem & Epiſcopum cum præfato Cardinali ad ſedem Apoſtolicam deſtinavi ad beatiſſimum Alexandrum Papam II. obnixè deprecans paternitatem illius, ut prædictum locum ſub tutela & protectione Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ſuſciperet, & privilegium, & libertatem talem ei conferre dignaretur, quo à rapacitate malorum hominum, vel ab invaſione Epiſcoporum, nec non à præjudicio Cardinalium vel Epiſcoporum, ſeu à dominatione injuſta ſuccedentium Regum, locus idem & res ſuæ defendi poſſint; & ut Abbas & monachi ejuſdem cœnobii liberè ipſe & ſui ad ſedem Apoſtolicam in omnibus injuſtitiis Eccleſiaſticis vel ſæcularibus, nec non & in ordinationibus Abbatum vel monachorum, poſſent ſe reclamare. Qui beatiſſimus pater Papa Alexander, audita meæ humilitatis petitione, ſcio non meis meritis, ſed gratiâ Spiritûs commotus, locum iſtum & res ſuas in Apoſtolica ſuſcepit defenſione. Datoque libertatis privilegio, Apoſtolico patrocinio munivit. Nunc igitur ego humillimus ſervorum Dei ſervus, dono Dei Sancius Rex, monaſterium Sancti Salvatoris de Lejore, tantis auctoribus munirum, regiis atque Apoſtolicis decoratum privilegiis, hac mea præſente auctoritate corroboro Abbati Sancio, & monachis ſub eo, vel ſucceſſoribus ejus Deo militantibus præſentibus ac futuris, *talia privilegia, & præcepta, & decreta, & libertates, qualia habet Cluniacenſe monaſterium, de cujus ſanctiſſimo fonte ordo Beati Benedicti in his partibus priùs emanavit*. Confirmo etiam privilegia prædeceſſorum meorum Regum & Romanorum Pontificum. Confirmo ei etiam monaſteria & Eccleſias parochianas, nec non & cellas, & villas, & aquas, & curſus aquarum, & molendina, & ſylvas, & omnia alodia, magna vel parva, quanta vel qualiacomque prædictum monaſterium vel ſui monachi ab antiquis Regibus, ſeu à modernis, vel ab Epiſcopo, vel à militibus, vel à ruſticis, vel à quibuſcumque perſonis, dono, comparatione, vel camio acquiſieruot, vel habere videtur, vel viſum eſt,

vel

Digitized by Google

vel videtur habere, niſi ea quæ Abbates vel monachi ejuſdem loci, juſtè aut legitimè dimiſerunt vel camiaverunt regio juſſu, & omnes decimas alodiorum ſuorum, eorum quidem quę uſque in hodiernum diem qualicumque modo acquiſierunt, vel amodò potuerunt adipiſci, eorum quidem ad quorum ſuſtentationem & gubernationem conceſſa ſunt uſibus profutura. Injungo quoque filiis ac nepotibus meis, & propinquis omnibus fidelibus Regibus mihi ſuccedentibus, ut hæc noſtra decreta intemerata ſtudeant conſervare, & propriis bonis locum hunc venerandum, & ſervos Dei in eo habitantes ac Deo famulantes, ita futuros ſicut præſentes, ſuſtentare non differant, quatenus pro conſervatione noſtrorum decretorum, & pro erogatione ſuorum bonorum, à Jeſu Nazareno, æterno retributore, & ſanctiſſimo mundi Redemptore, ob cujus honorem hæc omnia toto mentis affectu decrevimus, intercedente beatiſſimo Pontifice Martiale, & ſanctis Virginibus Nunilone & Alodia, & omnibus Sanctis, ſuorum mereantur delictorum veniam percipere. Si verò aliqui eorum maligno ſpiritu ſuperbiæ inflati, & privilegia Apoſtolica, & regalia decreta auſu temerario diſrumpere voluerint, & locum prædictum, & res ſibi pertinentes, monachoſque ibi Deo famulantes inquietare præſumpſerint; Deus judex juſtus, qui juſtitiam intemporaliter diligit, præſumptores dijudicet. Conſervantibus autem pax & benedictio tribuatur à Deo Patre omnipotenti, & Filio ejus Jeſu Chriſto, & Spiritu ſancto. Amen.

Signum Sancii Regis ::::::::::

Ego Petrus ejuſdem Regis filius decreta genitoris mei laudo & concedo, & propria manu ſubſcripſi.

Ego Aldephonſus Dei gratiâ Rex Aragonenſium & Pampilonem, ſupraſcripta patris mei laudo & confirmo, & manu propria corroboro per hoc ſignum :::::

Facta charta Erâ MCVIII.XIV.Kalend.Maji in Sancto Salvatore, anno VIII. Pontificatûs domini Alexandri Papæ II. anno ab Incarnatione MLXX. Indict. VIII. regnante me Rege Sancio in Aragone, & in Suprarbi, & in Ripacorça, & in Montiſone. Aldephonſo Rege in Toleto, & in Caſtella, & in Gallæcia. Sancio Abbate in Legerenſi cœnobio, & Epiſcopo in Pampilona, Garſiâ Epiſcopo in Jacca, poſt reſtaurationem verò Toletanæ Eccleſiæ Bernardo, Archiepiſcopo primo. S. Fortun Sanz in Heliſo. S. Lope Garcez in uno Caſtillo, & Arroſta. S. Petro Sanz in Boltania, & in Mercorlo. S. Acenar Ximenez in Galipenz. S. Sancio Fredenando in Atares. S. Galin Sanz in Sos, & in Arguedas. S. Enneco Sanz in Mont-cluſo. S. Ezemen Garcez in Boil. S. Fortun Sanz in Bail.

E P I S T O L A

ALPHONSI REGIS HISPANIARUM

Ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.

Gratiis de Roberto ad ſe miſſo actis, ut ejus animæ curam gerat Abbas, & cenſum annuum, jam ipſi à patre conceſſum, recipere velit, Rex expoſtulat.

ANNO CHRISTI MLXX.

1. HUGONI venerabili & excellentiſſimo Abbati Cluniacenſium, virtutum floribus claro, fomite divino ſuffulto, atque cunctæ dulcedinis mellifluo ſeniori, quem ſuæ dignitatis clarificat gradus; nec non cunctæ nobiliſſimæ congregationi Apoſtolorum Petri & Paulli, ALDEPHONSUS gratiâ Dei Hiſpaniarum Rex, cum omni devotione mentis & corporis, ſuum ſtillare faſcem, veræque charitatis cuſtodiam, vitæque æternæ gaudia, atque perpetuam proſperitatem & ſalutem, nec non quicquid ſublimius, ex intimo corde, amplexibili dilectione in Domino JESU CHRISTO. *Ex Luca d'Acherio Tom VI. Spicil. pag. 445.*

2. Quanta te, glorioſiſſime pater, devotione diligam, meliùs, ut deputo, ipſe cognoſcis, quàm aliquis doctor in charta ſcribere poſſit, ROBERTUM, quem ſuper omnes monachos teneo excellentiorem & chariorem, veſtrumque ex intimo corde fideliſſimum confratrem, ſcientem qualiter tuus amor factus eſt mihi velut ignis tota die & nocte ardens in corde meo: unde ſi omnia mihi dediſſes quæ in mundo habere potes, puto nihil eſſe ad comparationem illius boni, quod cauſâ mei particulam tui gregis, quem ſpirituali foviſti manu, in noſtris partibus miſiſti. Quapropter gratiâ Domini te illuminante, ego ſervus ſervorum Dei, omnino tuæ ſubjectus pietati, magis ac magis tuam deprecor paternitatem, ut in bono quod cœpiſti, perſeveres, quatenus aliquos tuæ ſanctiſſimæ Religionis domeſticos mittere digneris, & ut illum noſtrum & veſtrum locum, quem tuo ſanctiſſimo fonte incepiſti rigare, repleant tua dulcedine, dum in hoc fragili moveor.

3. Ad hoc ſcito, ſanctiſſime pater, cenſum, quem pater meus illo ſanctiſſimo loco Cluniacenſi ſolitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitæ meæ duplicabo; & ſeriem teſtamenti compoſui coram teſtibus, ut quiſque qui hoc regimen poſt exceſſum vitæ meæ accepturus erit

quod teneo, qoomodo hoc cenſum, quod Sanctis Apoſtolis Petro & Paullo, vobis & ſanctiſſimæ veſtræ congregationi tribuo, quatenus ipſe ſimiliter, qui hoc regnum habuerit debito perſolvat illo ſanctiſſimo loco: ſin autem noluerit, quomodo poteſtate Dei, & precibus Beatorom Apoſtolorum Petri & Paulli, ipſo regno careat. Iccircò, egregie pater, veſtram deprecor fraternitatem, ot hoc cenſum, quod vobis addidi, propter triticum venundetur, & inde acquiratur, ut illa ſanctiſſima congregatio vitam ſuam ſuſtentare valeat. Et quicumque hoc cenſum (qood domnus ROBERTUS noſter amicus, veſter autem animo & corpore familiaris, mihi die ac nocte addere ſuaſit in alio loco miſerit, niſi ſicut ſupradictum eſt, & ut ipſo proprio ore vobis dixerit, cum Juda traditore in inferno ſuſtineat pœnas, & à fronte ſuis careat lucernis.

4. Quapropter, egregie pater, ſupplici devotione tuam depoſco clementiam, huic deprecationi meæ benigno ſinu favens, quam à te petere ad præſens cupio, vellem admodùm, ſi gratia tui eſſet, domnum Robertum omnino in noſtris partibos adeſſe, qoem ſummum atque chariſſimum pro omnibus rebus habeo, qua de cauſſa vellem eum mecum eſſe in vita & io morte, quoniam illius ſuffulcior *, ejuſque dulciſſimis verbis ſoveor. Nam ſcitis pro certo, veſtro uſui eſſe omoe conſilium quod agitur erga me, ideoque ut curam mei habeatis rogo, ut nollius cauſsà impedimenti dimittatis, quin in noſtris partibus omniuo eum ſinatis habitare.

* deeſt verbũ aliquod.

5. De Romano autem officio quod tua juſſione accepimus, ſciatis noſtram terram admodùm deſolatam eſſe: unde veſtram deprecor paternitatem, quatenus faciatis ut domnus Papa nobis ſuum mittat Cardinalem, videlicet domoum GIRALDUM, ut ea quæ ſunt emeudanda emendet, & ea quæ ſunt corrigenda corrigat, Vale.

STATUTA S. HUGONIS

Abbatis Cluniacenſis, pro ALPHONSO Rege Hiſpaniarum, tanquam inſigni benefactore.

ANNO CHRISTI MLXX.

Ex Lnea d'Achery Tom VI. Spicil. pag. 447.

6. OMnibus fratribus ac filiis noſtris in Cluniacenſi cœnobio Domino in fide recta ſervientibus, tam præſentibus quàm futuris, frater HUGO Abbas, cœleſtis regni præmia, & æternæ felicitatis gaudia. Convenit, dilectiſſimi, ut ſicut nos patrum noſtrorum præcedeotium inſtituta, etſi non ad plenum, tameu prout poſſumus, fideliter obſervamus; ita etiam & vos ea quæ pro communi utilitate fieri decernimus, & devotè ſuſcipiatis, & ſalubriter conſervetis; quatenus & vobis meritum obedieotiæ, & illis pro quibus talia percipiuntur, præmium ſempiternæ ſalutis adcreſcat.

7. Notum itaque ſit fraternitati veſtræ, præcepiſſe nos de domno ALPHONSO Hiſpaniarum Rege, noſtro fideli amico (qui tanta ac talia bona nobis fecit, & adhuc indeſinenter facit, ut neminem Regum vel Principum, ſive priſcis, ſeu modernis temporibus, ei comparare poſſimus) quòd ſcilicet in omnibus bonis, quæ Domino largiente in noſtro loco, vel in aliis noſtro juri ſubditis acta fuerint, ſpecialem habeat participationem tam in vita quàm poſt mortem.

8. Præterea dedimus ei in vita ſua unum pſalmum, ideſt: *Exaudiat te Dominus*, ad horam tertiam ſine intermiſſione canendum; & ad majorem Miſſam uoam collectam, id eſt: *Quæſumus omnipotens Deus*, ſimili modo quamdiu vixerit. Decrevimus quoque ut die Cœnæ Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad mandatom. Et in die ſancto Paſchæ centum nihilominus pauperes à camerario pro eo reficiaotur. Et ſuper hæc omnia ſtatuimus, ut præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem menſam, quaſi ſi nobiſcum epulaturus ſederet, quæ oni pauperum Chriſti ſemper tribuatur pro ſalute animæ ejus, tam in vita quàm in morte.

9. Huic quoque menſuræ bonæ, conſertæ ſimul & coagitatæ ſuper effluentiam addere cupientes, dedimus ei iu Eccleſia Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli nova, quam ipſe de propriis facultatibus conſtruxiſſe videtur, unum altare de præcipuis, quo ſcilicet divina myſteria ibidem celebrata ſaluti ejus valeant ſuffragari. Cùm verò hujus temporalis vitæ curſum debito fine compleverit, exceptis officiis, Miſſis, atque eleemoſynis, quæ pro illo agenda ſunt, unum auoo in ſupradicto altari Miſſa ſpecialiter quotidie pro illo canatur. Anniverſaria verò dies ipſius ita per omnia agatur, ſicut pro domno HENRICO Imperatore Auguſto: ad Veſperas ſcilicet, ad Officium, & ad Miſſam omnia ſigna tangantur: Tractus in cappis canatur: eadem Miſſa ad ejus altare decantetur: duodecim pauperes reficiantur: ſeptem diebus juſtitia detur, excepta quotidiana præbenda, quæ in majori Miſſa ſemper ponitur: abundans refectio à cuſtode Eccleſiæ fratribus præparetur. In his autem omnibus quæ de illo vel pro illo agi decrevimus; in his, inquam, omnibus & Reginam ejus conjugem devotiſſimam fieri volumus participem. Inſuper duodecim pauperes ei in Cœna Domioi conceſſimus, & anniverſarium ejus ſicut Imperatricis Agoetis agi cenſuimus.

EPISTOLA

EPISTOLA ALEXANDRI II PAPÆ

Ad Aquilinum Abbatem monaſterii S. Joannis Pinnatenſis in Aragonia.

ANNO CHRISTI MLXXI.

Monaſterium Pinnatenſe ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjicit. Deq; adventu Hugonis Candidi S. R. E. Cardinalis in Hiſpaniam.

Ex Joanne Brizio Martinezio in Hiſt. ejuſdem monaſterii.

ALEXANDER Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo filio Aquilino religioſo Abbati monaſterii Sancti Joannis Baptiſtæ de Pinna in Aragonia provincia, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum. Apoſtolicæ ſedi non noſtris meritis, ſed ſolâ Dei miſericordiâ præſidentes, accepimus, in partibus Hiſpaniæ, Catholicæ Fidei nnitatem à ſua plenitudine declinâſſe, & penè omnes ab Eccleſiaſtica diſciplina, & divinorum cultu interiorum aberrâſſe. Itaque inſtigante nos commiſſæ ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ providentia, ad correctionem Eccleſiarum Dei filium noſtrum Hngonem Candidum, & Cardinalem presbyterum, in partes illas miſimns. qni divina ſuffragante clementia, Chriſtianæ Fidei robur & integritatem ibi reſtauravit: ſimoniacæ hęreſis inquinamenta mundavit, & confuſos ritus divinorum obſequiorum ad regulam canonicam & ordinem reformavit. Dilectus ergo filius noſter Sanctius Rex Hiſpaniæ, divinâ gratiâ præventus, & accenſus amore, cum omnibus quibus potuit, ad veram perſectamque Fidem, nobilitatis ſuæ gloriam convertit, & protinus ſemetipſum Apoſtolicæ dignitati commiſit ac ſubdidit, & monaſteria ſuæ ditionis diu alienata, Romanæ Eccleſiæ proprio jure tenenda reddidit. Hæc autem Rex piiſſimus per te, dilectiſſime filii prędicti monaſteri Sancti Joannis Baptiſtæ de Pinna Abbatem, & ſuum ſpiritualem patrem, mediante Hugone Cardinale noſtro, in noſtram præſentiam cum chartarum monumento deferri deſtinavit, & proprium teſtem ſnę devotionis adhibuit. Specialiter quidem hoc à nobis impetrare deſiderans, ut præfatum monaſterium, cui eo juvante ſerviendo præſides, juxta votum & poſtulationis ſuæ deſiderium, conſtituto cenſu, videlicet unius unciæ auri per ſingulos annos, in tutelam & ſingulare patrocinium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſciperemns, & privilegio Apoſtolicę tuitionis idem monaſterium cum omnibus ſibi pertinentibus muniremus. Cujus oblationem & dignam petitionem per te omni charitate & benevolentia ſuſcipientes, pariterque religioſis deſideriis ſuis libenter annuentes (quoniam te Apoſtolicæ dignitati devotè ſubjectum, & ad regimen Abbatiæ reluctantem & invitum adductum eſſe cognovimus) te, & monaſterium tuum, cum omnibus ſibi pertinentibus, in jus & defenſionem ſedis Apoſtolicæ ſuſcipientes, privilegii Apoſtolici ornamentum præſidiumque tibi concedimus. Igitur ſalvâ in omnibus reverentiâ ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Romanæ, corroboramus in hac præſenti ſerie tibi tuiſque ſucceſſoribus præfatum monaſterium Sancti Joannis Baptiſtæ de Pinna, & omnia ſibi pertinentia; ut ea ſine omni moleſtia & inquietudine teneatis & regatis. Sancimus quoque ut nullus Rex, Dux, Comes, Epiſcopus, aut aliqua perſona ſæcularis aut Eccleſiaſtica, idem monaſterinm inquietare pręſumat, nec aliquid eorum quæ nunc juſtè habet, aut in futurum Deo concedente juſtè acquiſierit, cujuſcumque modi ſint, ab eo alienare, aut invadere, vel violenter opprimere, nec aliqua occaſione vexare, aut ſine licentia Abbatis ſe intromittere audeat. His etiam addimus ſtatuentes, ut Abbas in eodem monaſterio, ſicut regula Sancti Benedicti præcipit, nonniſi communi fratrum conſenſu eligatur, ordinandus quippe ab Epiſcopo diœceſis illius, ſi Catholicus fuerit, & ſine pretio, cùm ordinari voluerit. His verò cauſis obſtantibus, liceat Abbati ab alio Catholico Epiſcopo ordinationem petere, aut ad Apoſtolicam Eccleſiam tranſmigrare. Similiter de ordinatione cæterorum monachorum dicti monaſterii decretum eſſe volumus. Ad hæc diſponimus & conſtituimus, ut jam ſæpè fatum monaſterium, aut ſibi ſubjectæ congregationes, nunquam pro excommunicatione circajacentis provinciæ, niſi propriis culpis exigentibus, excommunicetur, aut à divino officio ſuſpendatur. Præterea decernimus, ut Abbas ipſius monaſterii nullatenus ſine judicio ſedis Apoſtolicæ deponatur: & ſi in aliquo negotio nimis gravi ſententia aut aliqua exactione circumventus fuerit; ad judicium ſedis Apoſtolicę provocare debeat. Igitur ad honorem Dei, & utilitatem prędicti monaſterii, cupientes hanc

noſtram

noſtram conſtitutionem perpetua ſtabilitate teneri, omnes ſcire volumus, quoniam quiſquis contra eam incorrigibili temeritate venire tentaverit, ab omni conſortio Chriſtianitatis expulſus, anathematis judicio ſubjacebit. Si quis verò pia veneratione hæc eadem ſtatuta ſervaverit, & monaſterium conſilio & bonis ſuis juvare & exaltare ſtuduerit; Apoſtolicæ benedictionis gratiam, & æternæ retributionis conſequatur abundantiam. Datum Laterani XV. Kalendas Novembris, per manus Petri S. Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis ac bibliothecarii, anno undecimo Pontificatûs Alexandri II. Papæ, anno ſcilicet Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo primo, indictione nona.

S. GREGORII PAPÆ VII.

S. Romanæ Eccleſiæ defenſoris invicti,

EPISTOLÆ AD HISPANOS.

* Aliàs VII lib. I. apud Labbeum. EPISTOLA I. * AD PRINCIPES HISPANIÆ.

ANNO CHRISTI MLXXIII.

Significat Comiti de Rocejo ſub quadam conditione eam Hiſpaniæ partem conceſſiſſe, quam à Sarracenorum manibus eriperet. Prohibet alios principes in eandem regionem cum copiis ingredi, partemque ullam illius provinciæ ſibi vindicare, niſi interveniat æqua pactio perſolvendi jura Sancti Petri: qua de re legatos mittit.

Gregorius in Romanum Pontificem electus, omnibus Principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus perpetuam ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.

1. NON latere vos credimus regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprii juris Sancti Petri fuiſſe, & adhuc (licèt diu à paganis ſit occupatum) lege tamen juſtitiæ non evacuata, nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo ſemel in proprietates Eccleſiarum juſtè pervenerit, manente eo, abuſu quidem, ſed ab earum jure, occaſione tranſeuntis temporis, ſine legitima conceſſione divelli non poterit. Itaque Comes Evulus de Rocejo, cujus famam apud vos haud obſcuram eſſe putamus, terram illam ad honorem Sancti Petri ingredi, & à paganorum manibus eripere cupiens, hanc conceſſionem ab Apoſtolica Sede obtinuit, ut partem illam, unde paganos ſuo ſtudio, & adjuncto ſibi aliorum auxilio expellere poſſet, ſub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte Sancti Petri poſſideret. Qua in re & labore quicumque veſtrûm ſibi adhærere voluerit, omni charitatis affectu commonitus erga honorem Sancti Petri talem animum gerat, ut ab eo & munitionis auxilia in periculis & merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat. Si autem aliqui ex vobis ſeorſum ab illo propriis copiis eandem terram aliqua in parte intrare paraverint, decet ut militiæ cauſſam ex animi devotione, quam juſtiſſimam ſibi proponant, jam nunc omni voto concipientes, & ex corde ſtatuentes, ne captâ terrâ, easdem quas illi qui nunc Deum ignorantes eam occupant, injurias Sancto Petro faciant. Hoc enim nemine veſtrûm ignorare volumus, quoniam niſi æqua pactione perſolvendi juris Sancti Petri in regnum illud animadvertere ſtatueritis; potiùs vobis auctoritate Apoſtolica ne illuc tendatis interdicendo contraferemur, quàm ſancta & univerſalis mater Eccleſia idem à filiis ſuis quod ab hoſtibus patiendo, non jam proprietatis ſuæ, ſed filiorum detrimento ſaucietur. Quamobrem hunc dilectum filium Hugonem, & Cardinalem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyterum, in partes illas miſimus, in cujus ore noſtra ad vos conſilia & decreta plenius apertiuſque differenda ac vice noſtra diſponenda poſuimus. Data Romæ II. Kalendas Maji, Indictione undecima.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

2. DATA eſt hæc Epiſtola Romæ II. Kalendas Maji, indictione undecima, ideſt paullò poſt ſui electionem, quæ facta fuerat X. Kal. Maji ejuſdem indictionis & anni MLXXIII. ut patet ex formula ipſius, quæ fuit hujuſmodi: *Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno clementiſſimæ Incarnationis ejus milleſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione & lunâ undecimâ, X. Kalendas Maji, feriâ ſecundâ, die ſepulturæ domini Alexandri bonæ memoriæ II. Papæ, ne ſedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta Paſtore, congregati in Baſilica B. Petri ad Vincula nos ſancta Romana Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, clerici, acolyti, ſubdia-*

diaconi, diaconi, presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus, clericis & monachis conſentientibus, plurimis turbis utriuſque ſexus diverſiq; ordinis acclamantibus, eligimus nobis in Paſtorem & ſummum Pontificem virum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentiâ pollentem, æquitatis & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta Apoſtoli dictum bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam benè regentem, in gremio hujus matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum, & doctum, atque pio vitæ merito in archidiaconatûs honorem uſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet archidiaconum: quem amodò uſque in ſempiternum & eſſe & dici Gregorium Papã *&* Apoſtolicum *volumus & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? volumus. Laudatis eum? laudamus. Acta Romæ X. Kalendas Maii, indictione undecima.* Hactenus ibi. Itaque Gregorius VII. juxta ſignificationem ejus nominis, adeò vigil fuit in regenda Eccleſia, ut ferè ſtatim ab electione prędictam Epiſtolam & plures alias contentas eodem libro Regiſtri primo ſcripſerit, & direxerit ad loca diſſita.

3. Nota, Illuſtriſs. Marcam ex archivo regio Barchinonenſi eruiſſe Epiſtolam aliam eodem anno MLXXIII. ſcriptam ad Sancium Aragonię Regem: in qua Gregorius, ad exemplum Alexandri II. deceſſoris ſui, ei ac ſucceſſoribus permittit liberam diſpoſitionem omnium Eccleſiarum quas eripuerit de manibus Sarracenorum, vel quas in regno ſuo ædificabunt, ſedibus dumtaxat Epiſcopalibus exceptis. Verùm nobis non licuit Epiſtolam ipſam legere: ideoque non collocatur inter alias.

EPISTOLA * II.

* Alias LXIII lib. 1. apud Labbeum.

Ad Sancium Aragoniæ Regem.

ANNO CHRISTI MLXXIV.

Commendat ejus obſervantiam erga Romanam Eccleſiam, quodque in ſua ditione officium Romanum celebrari ſtudeat. Abſentis cujuſdam accuſationem non recipit: Nuncium reverſo Legato ſe miſſurum promittit, qui cauſſam definire curet.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Sanctio Regi Aragonenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

4. Literas nobilitatis tuæ ſuavitate plenas lęti ſuſcepimus, in quibus quanta fidelitate erga principes Apoſtolorum Petrum & Paullum, ac Romanam Eccleſiam, ſerveas, ſatis perſpeximus: quam, tametſi literas tuas nullas videremus, per legatos Apoſtolicæ Sedis evidenter compertam habebamus. In hoc autem quòd ſub ditione tua Romani ordinis officium fieri ſtudio & juſſionibus tuis aſſeris, Romanæ Eccleſiæ te filium, ac eam concordiam & eandem amicitiam te nobiſcum habere, quam olim Reges Hiſpaniæ cum Romanis Pontificibus habebant, cognoſceris. Eſto itaque conſtans, & fiduciam firmam habeas, & quod cœpiſti perficias: quia in Domino Jeſu Chriſto confidimus, quia Beatus Petrus Apoſtolus, quem Dominus Jeſus Chriſtus Rex gloriæ principem ſuper regna mundi conſtituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem deſiderii tui adducet, ipſe te victorem de adverſariis tuis efficiet. Quum enim dominus filium amat, flagellat & caſtigat. Melius & utilius ex adverſis pervenitur ad proſpera. Qui enim dicit ridentibus: *Væ vobis, quia flebitis*; ipſe lugentes beatos aſſerit: *quoniam ipſi conſolabuntur*. De Salomone autem ad præſens nihil reſpondimus: quoniam accuſationem per literas, eo abſente qui accuſat, ſacri Canones non recipiunt. Eſt quoque aliud, quòd Legatus noſter, qui ad partes illas his temporibus fuit, aberat, & ſine eo judicium inde dare noluimus. Eo verò revertente habebimos, Deo favente, conſilium, & ad vos Nuncium noſtrum mittemus, qui hanc & alias neceſſarias cauſſas diligenti examine perquirens, ſingulis quibuſque juſtæ determinationis finem imponet. Data Romæ decimo tertio Kalendas Aprilis, indictione duodecima.

Officium ordinis Romani

Hebr. 12. Utilitas tribulationum. *Matth. 5. Luc. 6.*

* Alias LXIV. lib. 1. apud Labbeum.

EPISTOLA * III.

Ad Alphonſum Caſtellæ, & Sancium Aragoniæ Reges.

ANNO CHRISTI MLXXIV.

Hortatur ad recipiendum Romanum Officium. Excommonicationem ac depoſitionem cujuſdam ſimoniaci per ſuos Legatos confirmat.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, * Alphonſo & Sancio Regibus Hiſpaniæ à paribus & Epiſcopis in ditione ſua conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

* De Alphonſo & Sancio Regibus Hiſpaniarum Rodericus Archiepiſcopus Toletanus *De rebus Hiſpanicis.*

Rom. 15. Epiſcopos ad Hiſpaniā miſſos à Sanctis Apoſtolis Petro & Paullo ad Eccleſiam ibi fundandā.

Concordia Hiſpaniæ cum Romana Eccleſia in religione & ordine divini officii.

5. CUM Beatus Apoſtolus Paullus Hiſpaniam ſe adiiſſe ſignificet, ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab urbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ populos à Petro & Paullo Apoſtolis directos foiſſe, qui deſtructâ idololatriâ Chriſtianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, ordinem & officium in divinis cultibus agendis oſtenderunt, & ſanguine ſuo Eccleſias dedicavere, veſtra diligentia non ignoret; quantam coocordiam cum Romana urbe Hiſpania in religione & ordine divini officii habuiſſet, ſatis patet: ſed poſtquam veſaniâ Priſcillianiſtarum diu pollutum, & perfidiâ Arianorum depravatum, & à Romano ritu ſeparatum, irrueotibus priùs Gotthis, ac demum invadentibus Sarracenis, regnum Hiſpaniæ fuit, non ſolùm religio eſt diminuta, verùm etiam mundanæ ſunt opes labefactatæ.

6. Quapropter ut filios chariſſimos vos adhortor & moneo, ut vos ſicut bonæ ſoboles, etſi poſt diuturoas ſciſſuras, demum tamen ut matrem revera veſtram Romanam Eccleſiam recognoſcatis, in qua & nos fratres reperiatis, Romanæ Eccleſiæ ordinem & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cujuslibet aliæ, ſed iſtius quę à Petro & Paullo ſupra firmam petram per Chriſtom fundata eſt, & ſanguine conſecrata, cui portę inferni, id eſt linguæ hæreticorum, nunquam prævalere potuerunt, ſicut cætera regna Occidentis & Septemtrionis, teoeatis. Unde enim non dubitatis vos ſuſcepiſſe religionis exordiom, reſtat etiam ut inde recipiatis in Eccleſiaſtico ordine divinum officium, quod Ionocentii Papæ ad Eugubinum directa Epiſcopum vos docet epiſtola, quod Hormiſdæ ad Hiſpalenſem miſſa decreta inſinuant, quod Toletanum & Bracarenſe demonſtrant Coocilia: quod etiam Epiſcopi veſtri ad nos nuper venientes juxta cooſtitutionem Concilii per ſcripta ſua facere promiſerunt, & in manu noſtra firmaverunt.

* Forte deeſt, fecit.

7. Præterea, ſicut de aliis excommunicationibus per Legatos Romanæ Eccleſiæ factis fecimus, depoſitionem & excommunicatienem, quam Geraldus Oſtienſis Epiſcopus cum Rembaldo io Munionem ſimoniacum, qui ſuper Simeonem venerabilem fratrem noſtrum Oſceoſem Epiſcopum ordinatus erat *, ratam eſſe decrevimus atque firmavimus, uſque dum reſipiſcens, de Epiſcopatu, quem indebitè tenuit, ſibi ſatisfaciat, atque iode recedat. Data Romæ XIV. Kalendas Aprilis, indictione duodecima.

EPISTOLA IV.

Ad Alphonſum Caſtellæ Regem.

ANNO DOMINI MLXXIV.

Commendat Epiſcopum Paullum, quem ſtudioſum erga Sedem Apoſtolicam cognoverat: monet Regem ut antiquam ejus Epiſcopatus Sedem reparare velit.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Alphonſo Regi Hiſpaniæ, & Epiſcopis regni illius, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

8. NOTUM vobis eſſe volumus, hunc fratrem noſtrum & Epiſcopum Paullum, cognomento Monio, ad Apoſtolorum limina & noſtram præſentiam veniſſe, & poſt redditam rationem earum rerum quibus eum appellavimus, ſicut dignum erat, in noſtram communionem & dilectionem receptum fuiſſe. Romaoum ordinem iu divinis officiis,

ctis, ſicut cæteri Hiſpani Epiſcopi qui Synodo interfueront, ſe celebraturum, & ut melius poterit obſervaturom promiſit. De cætero, quoniam ad præſens omnia quæ ſecum habuimus pleoiter expedire & determinare non potuimus, ad futuram Synodum eum ad nos iterum reverti præcepimus, & ſuper hac re ab ipſo promptæ obedientię ſponſionem accepimus. Quapropter remittentes eum cum literis noſtris charitati veſtræ commendamus, quatenus & vos uoà nobiſcum eum diligatis, & ſecum atque inter vos vinculo pacis Chriſti, in qoo per ipſum ad fidem uniti, & in ſortem hæreditatis gloriæ Dei electi eſtis, conjuncti firmiter perſiſtatis.

9. Te verò Regem, ut dilectiſſimum filium, rogamos & admonemus, ut conſiderans, & ante mentis oculos ponens quam in diſtricto judicio de commiſſa tibi adminiſtratione ratiooem redditurus es, regni tui guberoacula in tenenda æquitate exornare ſtudeas, & huic Epiſcopo antiquam ſui Epiſcopatus Sedem reparare ac ſtabilire cum Dei adjutorio modis omnibus ioſiſtas. Deus autem omnipotens ad omnia quæ ſibi beneplacita ſunt cor tuum dirigat, & ea te in præſenti vita promereri faciat, ùnde poſtmodum ſempiterna retribuat. Data Romæ ſeptimo Idus Maji, Indictiooe duodecima.

EPISTOLA * V.

* Aliàs L. lib. 3. apud Labbeum.

Ad Sancium Regem Aragoniæ.

ANNO CHRISTI MLXXV.

Cenſet abſurdum eſſe, ut is qui ex illegitimo concubitu natus erat, ad Epiſcopatûs gradum, ad quem ab eo poſtulabatur, aſcenderet. Ait ſe dediſſe negotium Epiſcopo, qui morbi cauſsâ Epiſcopatu ſe abdicare volebat, ut conſtitueret ſibi hujuſmodi coadjutorem, qui illios Epiſcopatus poſt ejus obitum adminiſtrationem ſuſcipere poſſet.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Sancio Regi Hiſpanorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

10. QUONIAM erga reverentiam ſanctę & Apoſtolicæ Sedis regiam nobilitatem tuam pia devotioue & amore ſervere intelligimus; te & regnum tuum dignis honoribus ſublimari cupimus, & Apoſtolicam beoevolentiam non ſolùm in noſtro, verùm etiam in qoocumque tempore, tibi & cauſſis tois ſinceræ charitatis affectum præbere deſideramus. Cæterùm quod nos de cauſſa Aragonenſis Epiſcopatus & conſuluiſti, & te quodammodo velle ſignificâſti, diu & multum volventes, & cum filiis ſanctę Romanæ Eccleſiæ pertractantes, iocongruum fore pervidimus, quoniam in eo caoonica decreta nobis obviare cognovimus. Venieos eoim ad nos, ſicut oôſti, confrater noſter Sancius Aragonenſis Epiſcopus, multa nobis de infirmitate corporis ſui cooquerens, deſerendi Epiſcopatum à nobis ſoppliciter liceotiam poſtulavit: quòd enim morbo confectus & penè conſomptus, diotiùs competenti miniſterio regere & cuſtodire non poſſit. Atque ut faciliùs hoc impetraret, indicavit nobis de duobus clericis, quorum alterom in Epiſcopatum eligi, tuam & ſui ipſius voluntatem atque conſilium fore nunciavit, de quorum vita & converſatioue eum interrogantes, alia omnia, præter quòd de concubinis nati erant, bona ſatis & honeſta accepimus. Et quia venerandi Canones ad ſacerdotii gradum tales provehi cootradicunt, probare eos noo ſatis cautum fore putavimus; ne quicqnam à nobis contrarium ſanctis Patribus in exemplum & auctoritatem poſteris relinquatur. Solet enim ſancta & Apoſtolica Sedes pleraque conſiderata ratione tolerare; ſed nuoquam in ſuis decretis & conſtitutionibus à coocordia canonicæ traditionis diſcedere.

11. Quapropter noverit dilectio tua, nos ita conſuluiſſe & præcepiſſe Epiſcopo, ut ipſe qnantum poſſit Epiſcopali officio in ſpiritualibus inſiſtens, & auxilia comproviocialium Epiſcoporum petens, ad peragendas exteriores & interiores curas talem clericum in Eccleſia conſtituat, qui ad tantam procurationem providus, &, ſi res poſtularet, ad percipiendam Epiſcopalis officii dignitatem & ordinem ſit idoneus. Quo per annum uoum aut ampliùs in Eccleſia conſiſtente, ſi divioa clementia interim Epiſcopo vires corporis & ſanitatem reddiderit, ſicot juſtum eſt, ipſe in loco ſuo ſuper dominicum gregem vigilaos conſiſtat: ſi verò infirmitas & debilitas corpuris ſui adaucta fuerit, & adminiſtrationem commiſſæ ſibi curæ nequaquam exſequi poterit; tunc demum, ſi illius vita, mores, & diſciplina probabilis fuerit, Apoſtolicæ Sedi ejus tuis & Epiſcopi literis, necnon ſub teſtimonio cleri ejuſdem Eccleſiæ, denuncietur, & de ordinatione Eccleſiæ deliberato conſilio, certa vobis & ſalubris, anouente Deo, reſponſio dabitur. Verùm hæc nequaquam tam abſolutè dixiſſemus, niſi quòd Epiſcopo ſe excoſanti, & impedimentum ſuæ infirmitatis proponenti, fraternæ compaſſionis auditum denegare non potuimus.

12. Hęc igitur, dilecte fili, prudeoter conſidera, & ad obſervanda noſtra monita Epiſcopum

qoantum potes adjuva ; quatenus & tu à Beato Petro Apoſtolorum priucipe ad regendum tibi commiſſum populum adjuvari, ejuſque meritis à peccatorum tuorum vinculis abſolutus, æternæ beatitudinis gloriâ in regno Chriſti & Dei merearis perfrui. Data Romæ octavo Kalendas Februarii, Indictione decima tertia.

* Aliàs XVIII lib. 3. apud Labbeum.

EPISTOLA * VI.

Ad Simeonem Epiſcopum in Hiſpania.

ANNO CHRISTI MLXXV.

Commendat ejus erga Romanam Eccleſiam obſervantiam. Hortatur ut Apoſtolicæ Sedis decreta firmiter amplectatur, & Romanum Ordinem obſervari curet. Reſpondet ei ſe velle Apoſtolicæ Sedis decreta de celebrandis Eccleſiæ officiis ab illis cuſtodiri: ideo monet ut ea in Hiſpania & Gallicia ſervari curet.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Simeoni Hiſpanorum Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

13. COGNITIS fraternitatis tuæ literis, gaudio ſomus repleti, quoniam eam quam erga Romanam Eccleſiam fidem & devotionem geris, io eis plenè agnovimus, & quòd non adulterino eam more deferere, ſed legitimæ prolis ſucceſſione amplecti deſideras. Quapropter, chariſſime frater, oeceſſe eſt ut bene inceptum recto itinere gradiatur: nec hæretica debet pravitate minui, quod Apoſtolica conſtat traditione ſancitum. Apoſtolica enim Sedes, cui, quamvis immeriti, Deo auctore præſidemus, ipſo gubernante firma permanſit ab
Luc. 22. ipſis primordiis, eoque tuente illibata perpetuò permanebit, teſtante eodem Domino: *Ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* His itaque fulta præſidiis Romana te cupit ſcire Eccleſia, quòd filios, quos Chriſto uotrit, non diverſis uberibus, nec
1. Cor. 1. diverſo cupit alere lacte, ut ſecundum Apoſtolum ſint uuum, & non ſiot io eis ſchiſmata: alioquin non mater, ſed ſciſſio vocaretur.

14. Quapropter notum ſit tibi cunctiſque Chriſti fidelibus, ſuper quibus conſuluiſti, quòd decreta quæ à nobis, immo à Romana conſtat Eccleſia prolata ſive coofirmata, in peragendis à vobis ejuſdem Eccleſiæ officiis iuconcuſſa volumus permanere, nec eis acquieſcere, qui luporum
Act. 20. morſibus & veneficiorum molimine vos inficere deſiderant. Nec dubitamus quòd, ſecundum Apoſtolum, introëant in vos lupi graves, lupi rapaces, noo parcentes, quibus reſiſtendum fortiter eſt in Fide. Ideoque, dilectiſſime frater, certa, & uſque ad ſaoguinis effuſionem, ſi oppertunum fuerit, deſuda. Indiguum euim & pro ridiculo poteſt haberi, quòd ſæculares homines pro tam vili pretio, tamque Deo odibili commercio, ſeipſos periculo ultroneos exhibeant, & fidelis quiſqoe irruentibus cedat hoſtibus terga. Non enim ab eis poterit acquiri virtus qui facilè corruunt quò trahuntur. Quòd autem filii mortis dicunt ſe à nobis literas accepiſſe, ſciatis per omoia falſum eſſe. Procura ergo ut Romanus Ordo per totam Hiſpaniam & Galliciam, & ubicumque poteris, in omuibus rectiùs teneatur. Data Romæ meuſe Maji, Indictione decima quarta.

* Aliàs XX. VIII. lib. 4. apud Labbeum.

EPISTOLA * VII.

Ad Hiſpanos.

ANNO CHRISTI MLXXVI.

Monet illos pro paſtoralis officii ſui cura ad piè ſancteque vivendum. Præterea commonet Hiſpaniæ regnum antiquis conſtitutionibus juris eſſe Sancti Petri, quod cùm temporũ injuriâ & Sarracenorũ tyrannide memoriâ labi cœperit, & modò ipſi Sarracenos vicerint, Legatos mitti, ut illis ſignificent quantom beato Petro debeant, & eorum debitum in memoriam illis revocent.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Regibus, Comitibus, cæteriſque Principibus Hiſpaniæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

15. NON ignorare credimus prudentiam veſtram, quin ſancta & Apoſtolica Sedes princeps & univerſalis mater ſit omniom Eccleſiarum & gentiom, quas divina clementia ad agnitionem ſui uominis in fide Domini acſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti per Evangelicam

cam & Apoſtolicam doctrinam venire præordinavit: quibus hanc curam & perpetuam debet exhibere ſolicitudinem, ut ſicut ad conſervandam Catholicæ fidei veritatem, ita quoque ad cognoſcendam & tenendam juſtitiam, documenta & ſalutifera adminiſtret monita. Ad cujus diſpenſationis officium, quando ſecundùm voluntatem Dei, quamquam inviti & indigni conſtituti ſumus, creditum nobis miniſterium valdè pertimeſcimus, ſcientes quoniam & his qui propè & his qui longè ſunt, debitores ſumus, nec apud ſupernum judicem excuſationis locum habere poterimus, ſi noſtra taciturnitate eorum aut ſalus negligitur, aut culpa fovetur. Cujus rei tam in propheticis quàm euangelicis paginis, multa nobis documenta, & cum terribilibus minis exempla propoſita ſunt, quæ egregius ille prædicator & Apoſtolus intuens ait: *Neceſſitas euangelizandi mihi incumbit: væ enim mihi, ſi non euangelizavero!* 1. Cor. 9.

16. Quapropter & uos, dilectiſſimi, qui præſentes ſecundùm deſiderium noſtrum verbo non poſſumus, ſaltem abſentes per epiſtolam de ſalute veſtra vos admonere curavimus: ſcribentes vobis, ſicut in vos affectum debitæ charitatis habemus, primùm quidem, ut gratias agentes Deo, qui vos regeneravit in ſpem vivam & incorruptibilem æternæ vitæ gloriam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſemper illum timeatis, & ex toto corde diligatis, transferentes in illum omna deſiderium veſtrum ſupra omnes divitias & honores hujus ſæculi, ſupra omnes non ſolùm humanas, ſed & angelicas creaturas; ambulantes coram illo in omni fide & devotione ſicut electi filii, & in ſortem hæreditatis regni Dei per immenſam gratiam bonitatis ejus vocati, non detinentes ſecundum ſæcularem concupiſcentiam in injuſtitia, quæ de veritate & æquitate ſua Deus vobis cognoſcere dedit, vel daturus eſt; ſed exhibentes vos fideles miniſtros ad faciendam juſtitiam, ad tuendam libertatem Chriſtianæ fidei & religionis in omni virtute & adminiſtratione regię poteſtatis veſtræ, ad laudem & gloriam nominis ejus qui vos multâ gloriâ ſublimavit. Nam, quod ſemper vobis cordi eſſe volumus, inquit dilectoribus ſuis ſapientia per Salomonem: *Ego diligentes me diligo; honorificantes me honorabo.* Contemptoribus verò minatur, dicens: *Qui autem me contemnunt, erunt ignobiles.* Et Apoſtolus Paullus generalem futuri judicii ſententiam manifeſtans ait: *De juſto judicio Dei, qui reddet unicuique ſecundùm opera ejus.* His quidem qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam; his autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati; ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Prov. 8. 1 Reg. 2. Rom. 2.

17. Nolite ergo ſublime ſapere, aut propter eminentiam præſentis gloriæ humanæ conditionis, quæ æqua eſt Regum & pauperum, oblivíſci. Sed, ſicut idem Apoſtolus monet, *humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis.* Nolite ſpem ponere in incerto divitiarum hujus ſæculi, ſed in illo, de quo ſcriptum eſt: *Per me enim Reges regnant.* Et alibi: *Quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur; in quo & theſaurizate vobis divitias bonorum operum; conſtruentes ſtabile fundamentum, & melioris atque indeficientis ſubſtantiæ poſſeſſionem, ubi vitam ducatis æternam. Non enim habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus, cujus artifex & conditor Deus.* Et profectò vos ipſi ſcitis, & quotidie videtis, quàm fluxa & fragilis eſt vita mortalium, quàm fallax & deceptoria ſpes præſentium. Semper enim volentes nolenteſque ad finem currimus, & ſub tam certo periculo nunquam tamen quàm ſit vicina mors, prævidere poſſumus: nec unquam diu tenetur quicquid de præſenti vita vel ſæculo quæritur aut poſſidetur. Prov. 8. 1. Timoth. 6.

18. Quamobrem penſantes ſemper quæ ſint noviſſima veſtra, quantaque cum amaritudine de præſenti ſæculo nequam exituri, & in putredinem terræ ac ſordes pulveris reverſuri eſtis, quamque ſub diſtricto examine de factis veſtris rationem reddituri ſitis; contra futura pericula vos communite. Arma veſtra, opes, potentiam, non ad ſæcularem pompam tantùm, ſed ad honorem & ſervitium æterni Regis vertite: commiſſa vobis regni gubernacula ita gerite, ſic adminiſtrate, ut veſtrę virtutis & rectitudinis ſtudium omnipotenti Deo gratum juſtitiæ poſſit eſſe ſacrificium; quatenus & vos in ipſo ſperare poſſitis qui dat ſalutem Regibus, & potens eſt eripere de manu mortis, ut ſuperinduat vos eminentiori claritate, & gaudiis vitæ perennis, & de caducis honoribus, quos nunc habetis, transferat vos in regnum gloriæ æternæ ſuę, ubi nec beatitudo finem, nec gloria corruptionem, nec dignitas habet comparationem.

19. Præterea notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem facere non eſt liberum, vobis autem non ſolùm ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valdè neceſſarium; videlicet regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus beato Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus & proprietatem eſſe traditum. Quod nimirum hactenus & præteritorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultavit negligentia. Nam poſtquam regnum illud à Sarracenia & paganis pervaſum eſt, & ſervitium quod beato Petro inde ſolebat fieri, propter infidelitatem eorum & tyrannidem detentum, ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt, pariter etiam rerum & proprietatis memoria dilabi cœpit. Verùm quia divina clementia conceſſa vobis in hoſtes illos, ſemperque concedenda victoria, terram in manus veſtras tradidit, ulteriùs vos cauſſam hanc ignorare nolumus, ne quod ſupernus arbiter, & legum ac juſtitiæ conditor, de recuperanda & reſtituenda juſtitia & honore Sancti Petri, ejuſque ſanctę & Apoſtolicæ Sedis, veſtræ gloriæ ad bene merendum contulit, aut nobis ex taciturnitate in negligentiæ culpam, aut vobis ex ignorantia, quod abſit, ad detrimentum propoſitæ & divinitus oblatæ retributionis obveniat. Confidimus

enim in miſericordia Dei, qui virtutem vobis dedit & victoriam, ut hanc etiam voluntatem vobis tribuat, quo cognita veritate, potiùs ſtatuta Chriſtianorum principum & exempla ſequamini, quàm eorum impietatem, qui Chriſtianum nomen magis cupiunt perſequi, quàm venerari.

20. Miſimus autem ad vos confratrē noſtrum Amatum venerabilem Ellorenſem Epiſcopum, cui & vicem noſtrā ad partes illas dedimus, adjungentes ſibi hunc Abbatē Sancti Pontii, virū venerabilem, fide & morum honeſtate probatum, ut quod nos de inſinuatione hujus cauſſæ veſtræ celſitudini ſuccinctè ſcripſimus, ipſi vobis, ſi neceſſe ſit, latiùs apertiuſque manifeſtent, & quantum ratio poſtulaverit, notitiam veritatis præſenti denunciatione & certa aſſertione demonſtrent. Quorum conſiliis in his quæ ad Dominum pertinent, & ſaluti animarum veſtrarum neceſſaria ſunt, indubitanter poteſtis credere, ſicut nos in ipſis per ſtudium religionis & actuum ſuorum comprobavimus, & vos in eorum poteritis converſatione perpendere. Igitur quod ad nos pertinuit, aut providendum ex officio, aut ſatisfaciendo juſtitiæ debito, Deo miſerante fecimus, quid veſtræ cauſſa ſalutis à vobis exigat, & quantum beato Petro Apoſtolorum principi debeatis, indicavimus. ne ignorantia obſit, nec ſub vana ſecuritate labentis lucis & temporis damnoſa vobis, quod abſit, ſubrepat negligentia.

21. Vos autem quid veſtrum ſit attendite, quid fides & Chriſtiana devotio veſtri Principatus ad imitationem piiſſimorum Principum exſequi debeat, prudenti conſilio pertractate, diſponite, atque ſtatuite; & ita vos erga honorem beati Petri & ſanctę matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ promptos atque magnificos exhibete, ut veſtra virtus & gloria, quæ Deo donante illuſtri victoria pollet, Apoſtolicis interceſſionibus clarior fiat & excelſior, & eorum vos ſemper benedictio muniat, auctoritas à peccatis abſolvat, defenſio tutos & illæſos ab omni periculo protegat, quorum poteſtate divinitus illis tradita univerſitas hominum tam in cœlo quàm in terra ligatur & ſolvitur, & cœleſtis regni janua cunctis aperitur & clauditur. Data Carpinetæ quarto Kalendas Julii, Indictione decima quinta.

CONCILIUM BISULDUNENSE

Præſide Amato Apoſtolicæ Sedis Legato, celebratum VIII. Idus Decembris, anno Domini MLXXVII.

22. ANNO Domini MLXXVII. VIII. Idus Decembris Amatus Apoſtolicæ ſedis Legatus Concilium celebravit apud Biſuldunum, cui cum ipſo interfuerunt Berengarius Epiſcopus Agathenſis, Raymundus Helenenſis, & Petrus Carcaſſonenſis. Interfuerunt etiam plures Abbates. In ea Synodo excommunicatus eſt Guifredus Archiepiſcopus Narbonenſis, *& Abbates ſimoniaci penitùs eradicati*. Ii nimirum qui monaſteria poſſidebant quę in ditione iſtius Comitis conſtituta erant, ideſt Arulenſe, Campirotundi, Biſuldunenſia duo, monachorum & canonicorum, Balneolenſe S. Stephani, S. Laurentii, S. Paulli maritimi. Tum ergo Berengarius Epiſcopus Agathenſis reliquerat partes Guifredi Archiepiſcopi Narbonenſis. Sic enim adverſus eū anno ſuperiore ſtatuerat Gregorius VII. in Concilio Lateranenſi: *Agathenſem Epiſcopum Berengariū, quia Narbonenſi Epiſcopo excommunicato cōmunicavit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus.* BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſp.*

EPISTOLA * VIII.

* Aliàs XVI. VI. lib. apud Labbeum.

Ad Berengarium Gerundenſem Epiſcopum.

ANNO CHRISTI MLXXVIII.

Amplectitur devotionis ejus affectum erga Sedem Apoſtolicam, utque in eo perſiſtat hortatur, & inter Raymundi filios pacem conciliet: quod ſi minus conſequi poſſit, ſaltem inducias fieri curet: interim eis denuncians alterum eorum, per quem ſteterit ne pax ſequatur, excommunicandum fore: alterum verò, qui Apoſtolicæ Sedi obedierit, ad obtinendam hæreditatem paternam juvandum. Præterea ut Narbonenſis Epiſcopi ejus fratris ſaluti conſulat.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto fratri Berengario Gerundenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

23. SICUT per filium noſtrum Maſſilienſem Abbatem didicimus, paratum eſſe te dicis in obedientia & fidelitate Beati Petri firmiſſimo animo & conſtanti perſiſtere, & ſecundum præceptum noſtrum vitam tuam deinceps moreſque componere, cupiſque & deſideras præ cæ-

cæteris qui in partibus veſtris ſunt, nobis familiariter adhærere. Sed & nos ad ſuſcipiendum tantæ devotionis affectum ſinum paternæ dilectionis extendimus, & modis omnibus pio circa nos amori tuo favemus: ita planè, ut & tu (ſicut promittis) in amore Petri & ſolicitudine Eccleſiaſticæ religionis & pacis Chriſtianæ ſemper excreſcas, dignumque te Apoſtolica familiaritate ex obedientia ſinceriſſima reddas.

24. Itaque imprimis negotium tibi, de quo multum curamus, injungimus. Comperimus enim quòd inter filios Raymundi Berengarii per vanitatem & ſuperbiam, & maximè per conſilium impiorum, nimirum ex invidia diaboli, diſcordia oritur. Et ego inde nimis contriſtor, tum pro amore patris eorum, qui me ſatis ex quo cognovit dilexit, tum etiam quia ſuper Chriſtianam gentem, quę in partibus illis magno impiorum Sarraceorum odio laborare dignoſcitur, grave ſentio periculum imminere. Unde præcipimus tibi, ut adjunctis tecum religioſis vicinis tuis Abbatibus, ſcilicet Tomerienſe, Ripollenſe, & Sancti Cucufati, & quoſcumque alios Deum timentes clericos laïcoſque poteris invenire, pacem inter illos reformare & componere ſtudeas. Quòd ſi acquieſcere monitis veſtris fortaſſe noluerint, oſtenſis eis præſentibus literis, ad tenendam eos treugam firmiſſimam uſque ad determinatũ tempus ex auctoritate noſtra conſtringite, infra quod nos tales illuc ex latere noſtro Nuncios dirigamus, qui cauſſam litis eorum ita juſtè diffiniant, ut non ſe ad gratiam alicujus nec præmio nec favore deflectant. Porrò hoc illis debes firmiter inculcare, quia ſi nobis inobedientes exſtiterint, & in fraterno odio remanere, diabolo inſtigante, maluerint; illi quidem ex cujus culpa vel ſuperbia pax iſta remanſerit, gratiam ſancti Petri auferimus eumque ſicut membrum diaboli, & deſolatorem Chriſtianæ religionis, cum omnibus fautoribus ſuis, feſtinabimus à communione Chriſtianæ ſocietatis abſcindere; ita ut nullam deinceps victoriam in bello, nullam proſperitatem habere poſſit in ſæculo. Alteri verò qui humiliter paci conſenſerit, debitamque obedientiam Apoſtolicæ Sedi exhibuerit, ſtatuemus ex gratia ſancti Petri inexpugnabile Apoſtolici favoris auxilium, eumque, ſicut filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ condecet, ad obtinendam hæreditatem dignitatemque paternam modis omnibus procurabimus adjuvare, & omnibus Chriſtianis in partibus illis, ut ei faveant, eumque ad obtinendum principatum adjuvent, Apoſtolica auctoritate præcipiemus. Quicquid autem de hoc à te inter eos diffinitum fuerit, quantocyùs nobis literis intimare, immo, ſi opportunum fuerit, teipſum nobis repræſentare curabis.

25. Preterea de fratre tuo Narbonenſi, magis quàm hactenus fueris, volo te eſſe ſolicitum: quia ego ſatis de perditione illius doleo, & miror ſi tu illum, cui gemina germanitate cohæres, ad ſalutem non ſtudes reducere: cùm ſcias quia pro ſola vel carnali vel ſpirituali affinitate alicujus Chriſtianos homo in tanti periculo articuli ſeipſum debet apponere. Age ergo & fraterna charitate ſuccenſus, illum ex noſtræ fiducia admonitionis aggredere, commemorans illi & pręteritos longævæ ętatis exceſſus, & propinquum jam ſibi divinæ ultionis imminere judicium, ſi fortè poſſis eum ab ipſo mortis æternæ limine revocare, & de ſalute fratris non ſolùm cordis gaudium, verùm etiam maximum æternę retributionis à divina largitate præmium promereri. Data Romæ quarto nonas Januarii, Indictione ſecunda.

EPISTOLA * IX.

* Aliàs VI. lib. 7. apud Labbeum.

Ad Alphonſum Regem Caſtellæ.

ANNO CHRISTI MLXXIX.

Gratulatur de ejus fide & obedientia erga Apoſtolicam Sedem. Hortatur ad perſeverantiam boni operis. Mittit clavicolam auream, in qua de catenis Beati Petri continetur, & Legatum ſuum ei commendat, plura ſuo nomine relaturum.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Alphonſo, glorioſo Regi Hiſpaniarum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

26. OMNIPOTENTI Deo laudes & gratias agimus, qui gloriam veſtram gratiâ ſuæ viſitationis illuſtrans, Beato Petro Apoſtolorum principi fide ac devotione conjunxit, cui omnes principatus & poteſtates Orbis terrarum ſubjiciens, jus ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra contradidit. Qua de re & vobis meritò gaudendum eſt, quoniam eò ampliora vobis parata ſunt præmia, quò divina dignatio correctionem regni veſtri, quod diu in errore perſtiterat, uſque ad veſtra reſervavit tempora, ut veritatem Dei & juſtitiam, qua illi qui vos præceſſerunt rectores & principes, & univerſus populus, tot annis tum cæcitate ignorantiæ, tum obſtinata temeritate caruerant, veſtra mereretur ſuſcipere ſublimis humilitas & fidelis obedientia.

27. Ve-

27. Verùm quia omne opus bonum non tam ab inceptu, quàm ex fine ſuo retributionis debitum ſpectat, excellentiam veſtram paterna charitate monemus, ut quod à Legatis noſtris de religione Fidei & Eccleſiaſtici ordinis accepiſtis & adhuc, Deo auctore, accepturi eſtis, firmiter teneatis: quia ſicut certa ſpes ſalutis eſt his qui in obſervatione fidei & doctrinæ hujus ſanctę Apoſtolicæ Sedis permanent, ita illis qui ab ejus concordia & unitate exorbitaverint, haud dubiæ damnationis terror imminet. Et quidem de vobis bene ſperamus: quoniam relatione dilecti filii noſtri Richardi Cardinalis presbyteri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quem nunc ſecundò ad vos mittimus, bonam voluntatem vos habere intelleximus. Sed quoniam devota corda ſemper admonitione gaudent, & iſtę etiam virtutes exercitio indigent; hortamur eminentiam veſtram, ut ab hac terrena & caduca dignitate ad illam quæ cœleſtis & æterna eſt, mentem levet: hac utatur ſicut tranſitoria & citò peritura; illam appetat quę æternitatem pariter habet & glorię plenitudinem. Attendere enim & ſolicitè penſare debetis, quoniam quotidie ad finem vitę volentes nolentesque properatis, & quicquid divitiarum, honoris, potentiæ, nunc arridet, vicina mors, quum minimè putatur, rapiet, & omnia tenebris & amaritudine claudet. Quæ ergo in illis ſpes, quæ gloria, quę delectatio aut deſiderium eſſe debet, quæ ſe amantes decipiunt, ſequentes fugiunt, habentes derelinquunt? Quantò autem in his quiſque minus delectatur, minuſque elatione ſuper ſe rapitur, tantò ſecurius ad ea quæ vera ſunt bona deducitur. Cujus rei exemplum ipſe Dominus ac Salvator noſter Jeſus Chriſtus apertè monſtravit, quum oblatum ſibi ab hominibus regnum pia humilitate reſpuit, nec ſpeciem quidem terrenæ ſublimitatis in oculis hominum gerere voluit, qui in hunc mundum ut nos ad regnum cœleſte perduceret venit.

28. Quapropter ſicut chariſſimum filium vos admonemus, ut hæc ſedulò vobiſcum cogitantes, coram illo vos exhibeatis humilem, qui vos conſtituit valdè ſublimem, & inter omnia & præ omnibus Deo placere ſtudentes, commiſſa vobis regni gubernacula ita adminiſtrare cum Dei adjutorio procuretis: quatenus veſtra eminentia nullum futuræ abjectionis aut infortunii caſum ſentiat, ſed ad coronam incorruptibilis regni & ſolium æternæ glorię tranſeat. Ut autem noſtra exhortatio cordi veſtro altiùs imprimatur, ex more ſanctorum miſimus vobis claviculam auream in qua de catenis Beati Petri benedictio continetur; quatenus per ejus præſentia patrocinia uberiora erga vos beneficia ſentiatis, & in amore ipſius de die in diem ferventes accendamini, promerentes ut omnipotens Deus, qui illum admirabili potentia à nexibus ferreis liberavit, ejus meritis & interceſſionibus vos ab omnium peccatorum veſtrorum vinculis abſolvat, & ad gaudia æterna perducat.

29. Ad hæc commendamus vobis hunc dilectum filium noſtrum, quem, ſicut ſuprà diximus, nunc ſecundò ad vos mittimus, ut eum ſicut nos audiatis, & in omnibus ſibi favorem exhibeatis; quatenus non fiat inanis curſus & labor illius apud vos, ſed pro commiſſa ſibi legatione ea quæ de Eccleſiaſticis cauſſis tractanda invenerit, efficaciter exſequi, & ad ſtatum rectitudinis Deo adjuvante perducere valeat. Cætera verò quæ hic minus continentur, in ejus ore poſuimus, cui vos in nullo credere dubitetis, per quem noſtram vobis auctoritatem repræſentari cognoſcitis. Data Romæ decimo octavo Kalendas Novembris, Indictione tertia.

EPISTOLA * X.

* Aliàs III. lib. VIII apud Labbeum.

Ad Alphonſum Caſtellæ Regem.

ANNO CHRISTI MLXXIX.

Monet ut remotis malis conſiliariis, Legati Apoſtolici ſalutaribus monitis acquieſcens, de emendatione ſua ſe & Dei Eccleſiam lætificet. Illicitum connubium cum uxoris ſuæ conſanguinea initum reſpuat, & ne ſe ab inceſtæ mulieris amore abripi ſinat. Robertum monachum ſeductorem ac regni perturbatorem debitas temeritatis ac ſceleris pœnas daturum ſignificat.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Chriſto filio Regi Adelphonſo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

30. DICI non poteſt, fili chariſſime, quantum nos referente filio noſtro Apoſtolicæ ſedis Legato Richardo, nobis cognita præclara tua obedientia lætificaverat. Tu enim coram Deo ſemper in viſceribus noſtris eras, tu apud homines maximum nobis exemplum egregię virtutis eras, de te apud alios Reges gloriabamur, te verè Chriſtianum Regem, & ideo verè Regem nos habere in parte Domini Jeſu contra membra diaboli gaudebamus. Unde & bona tua fragrantia multas jam regiones aſperſerat, & velut ſol quidam in occiduis natus Orientem verſus cœleſtis luminis radios emittebat. At nunc comperto quòd diabolus tuæ ſaluti, & omnium qui per te ſalvandi erant, more ſuo invidens, per membrum ſuum quendam Robertum pſeudo-monachum, & per antiquam adjutricem ſuam perditam fœminam, viriles animos

tuos à tecto itinere deturbavit, quantum de primo fueramus gaviſi, tantum nunc confundimur, erubeſcimus, contriſtamur.

31. Quapropter ut cognoſcas quantum circa te piè ſoliciti ſumus, per bonitatem & gloriam Chriſti te paterna voce monemus & conteſtamur, remove à te quantocyùs conſiliarios falſitatis. *Corrumpunt quippe mores bonos colloquia prava*. Acquieſce autem per omnia Legato noſtro fratri Richardo; quem niſi prudentem & religioſum cognoviſſem, noſtras ei vices nullatenus commiſiſſem. Non te à ſalutaribus monitis atque inſtitutis noſtris inceſtæ mulieris amor abripiat, quia *mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*. Ipſum quippe Regem ſapientiſſimum Salomonem inceſtus mulierum turpiter amor dejecit,& florentiſſimum regnum Iſraël Dei judicio penè totum de manu poſteritatis ejus abripuit. 1. *Cor.* 15. *Eccleſ.* 19.

32. Proinde per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per potentiam adventûs ejus, nec non & ex auctoritate beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Paulli, iterum monemus atque præcipimus, ne teipſum deſpicias, ne in gloria tua maculam ponas, ne poſteritatem carnis tuæ inutilem & reprobam facias. Vires reſume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuę conſanguineæ iniſti, penitùs reſpue. De tua emendatione nos & totam Eccleſiam Dei citò lætifica, ne ſi inobediens (quod avertat Deus) eſſe malueris, iram Dei omnipotentis incurras, & nos (quod valdè inviti dolenteſque dicimus) Beati Petri gladium ſuper te evaginare cogamur. Prædictum ſanè nefandiſſimum Robertum monachum ſeductorem tui & perturbatorem regni, ab introitu Eccleſiæ ſeparatum, intra clauſtra monaſterii Cluniacenſis in pœnitentiam retrudi decernimus. Sed Abbas Cluniacenſis nos imitando id faciet: eâdem enim viâ, eodem ſenſu, eodem ſpiritu ambulamus. Deus autem omnipotens nos de tua correctione citò exhilarare dignetur, fili chariſſime.

N O T A.

Huic Epiſtolæ viſum *ἀμέσως* ſubjungere aliam ejuſdem Gregorii VII. ad venerabilem Hugonem Abbatem Cluniacenſem, quæ in eadem materia verſatur, & ex cujus contextu pleniùs innoteſcent quæ eo tempore in Hiſpania acciderunt.

E P I S T O L A *XI.

* Aliis II. libi VIII. apud Labbeum.

Ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.

ANNO CHRISTI MLXXIX.

Perſtringit ſcelus Roberti monachi ſimoniaci, quem jubet ab Abbate ſuo corrigi, & ab introitu Eccleſiæ & omni Eccleſiaſtico miniſterio ſeparari. Regem quoque illius fraude deceptum moneri vult, niſi reſipuerit, excommunicandum fore, & omnes fideles in partibus Hiſpaniæ fore ſolicitandos. Monet etiam Abbatem curare, ut ſui monachi in Hiſpaniæ partibus diſperſi ad proprium monaſterium redeant; & nullam ibidem ordinationem vires habituram ſignificat, niſi quæ Legati Apoſtolici auctoritate fuerit comprobata.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Hugoni venerabili Cluniacenſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

33. QUANTA impietas à monaſterio veſtro per Roberti monachi veſtri præſumptionem exierit, ex literis Richardi Legati noſtri, Abbatis videlicet Maſſilienſis, potes cognoſcere. Qui nimirum Robertus Simonis magi imitator factus, quantâ potuit malignitatis aſtutiâ adverſus Beati Petri auctoritatem non timuit inſurgere, & centum millia hominum, qui laboris noſtri diligentiâ ad viam veritatis redire cœperant, per ſuggeſtionem ſuam in priſtinum errorem reducere. Cujus iniquitati non ſolùm te conſenſiſſe non credimus, verùm etiam pro immanitate ſceleris nobiſcum triſtari, & ad exercendam debitam ultionem animum habere intelligimus; præſertim cùm fidei noſtræ antiquum præbeas experimentum, de honore ſanctę Romanæ Eccleſię idem nobiſcum ſentire, & ad executionem juſtitiæ, quę frigeſcente charitate jam penè terris exceſſit, libertatem rectitudinis reſervâſſe. Ab hac utique animi concepta certitudine nullus rumor, nulla ſuggeſtio poterit nos divellere, ſed neque illi qui de multis adverſum vos negotiis murmurant, ante tempus fraternæ collocutionis ad ſuſpicandum aliud poterunt nobis ſcandalum generare. Nam, ut de aliis taceamus, penè omnes qui nobiſcum ſunt fratres, niſi fræno rationis noſtræ retinerentur, amorem ab eis loco veſtro exhibitum in gravem inimicitiam convertiſſent.

34. Quapropter ſalutem veſtram ſicut noſtram diligentes, monemus ut ſubditos veſtros corrigen-

Digitized by Google

rigentes, hujuſmodi murmurationis occaſionem religionem veſtram diligentibus nobis non præbeatis. Specialiter autem admonemus, ut Robertum illum, qui ſupradictæ iniquitatis auctor exſtitit, qui diabolica ſuggeſtione Hiſpanienſi Eccleſię tantum periculum invexit, ab introitu Eccleſię, & ab omni miniſterio rerum veſtrarum ſeparetis, donec ad vos redeat, & temeritatis ſuæ dignam ultionem ſuſcipiat.

35. Regem quoque illius fraude deceptum diligenter literis tuis intelligere facias, Beati Petri iram & indignationem, atque ſi non reſipuerit, graviſſimam adverſum ſe & regnum ſuum ultionem provocâſſe, quòd Legatum Romanæ Eccleſię indecenter tractavit, & falſitati potiùs quàm veritati credidit. De quibus digne Deo & Beato Petro ſatisfacturus, ſicut Legatum noſtrum dehoneſtavit, ita ſe ſibi per debitam humilitatem & condignam reverentiam commendabilem faciat ac devotum.

36. Significare etiam te ſibi dignum ducimus, nos eum, ſi culpam ſuam non correxerit, eſſe excommunicaturos, & quotquot ſunt in partibus Hiſpaniæ fideles Sancti Petri ad confuſionem ſuam ſolicitaturos. Qui ſi minus præceptioni noſtræ obedierint, non gravem exiſtimaremus laborem nos ad Hiſpaniam proficiſci, & adverſum eum, quemadmodum Chriſtianæ religionis inimicum, dura & aſpera moliri. Tui etiam ſtudii ſit, ut monachi in eiſdem partibus injuſtè diſperſi ad proprium redeant monaſterium: & nulla ibidem ordinatio vires obtineat, niſi quæ Legati noſtri fuerit auctoritate probata. Volumus etiam, ut alteram epiſtolam noſtram Regi prædicto deferri præcipias. Data * Cipriani quinto Kalendas Julii, Indictione tertia.

* Carpetani.

EPISTOLA * XII.

* Aliàs II. lib. 9. apud Labbeum.

Ad Alphonſum Caſtellæ Regem.

ANNO CHRISTI MLXXX.

Oſtendit ſe multorum odium proper veritatem & juſtitiam incurriſſe, eaſque de cauſſa eoſdem ſibi detrahere. Laudat quòd in Eccleſiis ejus regni ſecundum morem Romanæ Eccleſię divina officia celebranda curet. De ejus uxore & Abbatia ſancti Secundi per Legatos ſe reſponſurum ait. Quendam in Archiepiſcopum eligendum ſcientiâ carentem reſpuit, & alium de conſilio Legati eligi mandat. Monet ne in regno ſuo Judæos Chriſtianis dominari permittat. De munere ad ſe à Rege miſſo gratias agit, eique & fidelibus ejus omnium peccatorum abſolutionem impartitur.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Alphonſo glorioſo Regi Hiſpaniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

37. NOn ignorat prudentia tua, mentiri peccatum eſſe, ſi & de otioſo verbo in diſtricto examine exigenda eſt ratio. Sed ne mendacium quidem ipſum, quod fit pia intentione pro pace, à culpa penitùs immune eſſe probari poteſt. Hæc iccircò prælibavimus, ut cùm in cæteris illud peccatum eſſe non dubitaveris, in ſacerdotibus quaſi ſacrilegium conjicias; & quod tibi dirigimus, ita in re eſſe teſte veritate cognoſcas. Non nos latet multa de noſtris factis ac dictis tuis auribus ſiniſtra interpretatione deferri. Unde & pro nobis in notitiam dilectionis tuæ obtrectantibus reſpondere non alienum putavimus. Peccatorem me eſſe, ſicut verum eſt, confiteri minimè piget. Verùm ſi cauſſa odii vel detractionis eorum qui in nos fremunt, ſubtiliter inveſtigetur, profectò non tam alicujus iniquitatis meæ intuitu, quàm ex veritatis aſſertione injuſtitiæque contradictione, illos in nos exarſiſſe patebit. Quorum quidem ſervitia & largiſſima munera, nos ſatis abundantiùs multis anteceſſoribus noſtris habere potuimus, ſi ad periculum illorum & noſtrum, veritatem ſilere, malitiamque ipſorum diſſimulare maluiſſemus. At nos certè ex hujus vitæ termino & temporalium commodorum qualitate perpendentes, nunquam meliùs quemquam poſſe Epiſcopum nominari, quàm quum perſecutionem patitur propter juſtitiam; decrevimus potiùs divinis mandatis obtemperando pravorum inimicitias incurrere, quàm illis malè placendo iram Dei provocare.

38. Nunc ad induſtriam tuam ſermonem vertimus, chariſſime fili. Noverit excellentia tua, dilectiſſime, illud unum admodùm nobis, immo clementiæ divinæ, placere, quòd in Eccleſiis regni tui matris omnium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris. Denique in illo quem hactenus tenuiſſe videmini, ſicut ſuggerentibus religioſis viris didicimus, quędam contra Catholicam Fidem inſerta eſſe patulò convincuntur. Quæ cùm relinquere, & ad priſcam conſuetudinem, ſcilicet hujus Eccleſiæ, reverti deliberâſti; non dubiè te Beatum Petrum patronum optare, & ſubditorum tuorum ſalutem, cœleſti gratia inſpirante, ſicut Regem decet, curare monſtrâſti. Quod tamen gaudium de ſapientia tua multò cumulatiùs referimus, quum tuæ humilitatis illuſtrem famam memoriæ interdum reducimus, & eam virtutem

quæ

quæ cum regia potentia vix aut rariſſimè capi ſub uno domicilio conſuevit, in corde tuo memorari conſideramus.

39. Cæterùm quod de uxore tua & de Abbatia ſancti Secundi poſtulâſti, competentiùs reſpondere per filium noſtrum Richardum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem & Legatum, & fratrem Simeonem Epiſcopum, arbitrati ſumus. De illa autem perſona quæ in Archiepiſcopum fuerat eligenda, dicimus, licèt ſatis prudens & liberalis videatur; tamen (quemadmodum nobis notum eſt, & literę tuæ non negant) diſciplinæ fundamento, videlicet literalis ſcientiæ peritiâ, indiget. Quæ virtus quàm ſit non modò Epiſcopis, verùm etiam ſacerdotibus neceſſaria, ipſe ſatis intelligis; cùm nullus ſine ea aut alios docere, aut ſeſe poſſit defendere.

40. Quapropter ſerenitatem tuam ſtudere oportet, ut cum conſilio præfati Legati noſtri Richardi Maſſilienſis Abbatis aliorumque religioſorum virorum eligatur inde, ſi inveniri poteſt: ſin autem, aliunde expetatur talis perſona, cujus religio & doctrina Eccleſiæ veſtrę & regno decorem conferat & ſalutem. Neque verò te pigeat aut pudeat extraneum fortè, vel humilis ſanguinis virum, dummodo idoneus ſit, ad Eccleſiæ tuę regimen, quod propriè bonos exoptat, adſciſcere; cùm Romana reſpublica, ut paganorum tempore, ſic & ſub Chriſtianitatis titulis inde maximè, Deo ſavente, excreverit, quod non tam generis aut patrię nobilitatem, quàm animi & corporis virtutes perpendendas adjudicavit.

41. Quoniam autem ſicut de bonis gloriæ tuę meritò congratulari, ita & de his quæ non conveniunt à te fieri dolere, ac ex merito inhibere compellimur; dilectionem tuam monemus, ut in terra tua Judæos Chriſtianis dominari, vel ſupra eos poteſtatem exercere ulteriùs nullatenus ſinas. Quid enim eſt Judæis Chriſtianos ſupponere, ac hos illorum judicio ſubjicere, niſi Eccleſiam Dei opprimere, & ſatanę ſynagogam exaltare; & dum inimicis Chriſti velis placere, ipſum Chriſtum contemnere? Caveas itaque, fili, hoc facere Domino & creatori tuo, quod non impunè fieri tibi ſuſtineres à ſervo tuo. Memento honoris & glorię quam tibi ſuper omnes Hiſpaniæ Reges miſericordia Chriſti conceſſit; atque illius voluntatem tuis actibus, quaſi formam adhibendo, mutuam vicem in cunctis ei rependere ſtude: immo ut hîc & in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi ſubmittere ſemper memineris. Valdè quippe indignum eſt ei unum hominem, videlicet teipſum, perfectè non ſubjicere, qui tibi ultra mille hominum millia ſubjecit, & judicio tuo commiſit.

Judæis non permittenda ſupra Chriſtianos poteſtas.

42. De cætero regiæ munificentię tuę gratulamur, cujus animi devotionem in eo planè ſatis agnoſcimus, atque agnoſcentes amplectimur, quòd quanti Beatum Petrum fecerit, ex dono patenter oſtendere voluit. Et certè cùm tui cordis amorem munus illud per ſe ſatis ſufficienter oſtendat, tum etiam tuę Fidei meritum illud ipſum mutua vice longè verò magis commendat, multiſque gentibus è cunctis mundi partibus ad gremium matris ſanctę Romanę Eccleſiæ venientibus ad honorem tuum clarè maniſeſtat. Et quidem licèt illud munus tam amplum & magnificum fuerit, ut & te Regem dare, & Beatum Petrum recipere, convenienter decuerit; tamen in illo animi tui devotionem multò magis amplectimur, quæ quanti Beatum Petrum fecerit, ex dono patenter oſtendit. Eo igitur, ut dignum eſt, decenter ſuſcepto, donum quod Domino largiente ſedes habet Apoſtolica, ſinceræ tuę devotioni remittit.

43. Omnipotens Deus, omnium rerum creator & rector, omniumque dignitatum ineffabilis diſpoſitor, qui dat ſalutem Regibus, meritis altiſſimę dominæ genitricis Dei Marię, omniumque Sanctorum, auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli nobis licèt indignis per eos qualicumque commiſſa, te tuoſque fideles in Chriſto ab omnibus peccatis abſolvat, detque tibi victoriam de inimicis viſibilibus & inviſibilibus. Mentem tuam ſemper illuminet, ut ejus bonitatem & humanam fragilitatem diligenter perſpiciendo, mundi gloriam deſpicias, & ad æternam Beato Petro duce pervenias.

CONCILIUM BURGENSE,

In quo Romani ſacrorum ritus imperati, & alia ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia, anno Domini MLXXX.

1. J*Oannes Mariana Hiſtor. Hiſpan. lib.9. cap.* 11. Miſſa (*inquit*) abs Rege (*Alphonſo*) Romam legatio, enixè Pontificem poſtulante, uti rei Eccleſiaſticę, in quam vitio temporum, hominum culpâ, depravati mores incubuerant, conſtituendę, noviſque inſtitutis componendæ cauſsâ, Legatus in Hiſpaniam cum ampliſſimis mandatis & poteſtate mitteretur. Miſſus à Gregorio VII. Pont. Max. Ricardus Maſſilienſis Abbas, anno hujus ſæculi ſeptuageſimo ſexto, Burgis in citeriori Hiſpania Concilium Epiſcoporum agitavit. In quo, regię voluntati morem gerens, in omni regno ejus Romanum miniſterium confirmavit. Sic Pelagius Ovetenſis

loquitur, ut ego interpretor. Leges Eccleſiæ veteres in mores revocatæ: ac præſertim, quod in Germania non abſque motu factitatum erat, uxores ſacerdotibus detractæ, quas priſci moris obliti, & voluptatum illecebris ſuperati, plerique habere conſueverant. Quæ res ſanctiſſimo Pontifici invidiam peperit, uſque eo ut conviciis & contumeliis probroſiſque carminibus paſſim ejus nomen proſcinderent. Adeò grave eſt aſſueta relinquere, & veteres mores novâ cenſurâ mutare. Præterea Aragoniæ exemplo, precandi ritus ex Romano more ſanciti: priſca Gotthorum inſtituta rebus divinis procurandis propitiando numine antiquata.

NOTÆ GABRIELIS COSSARTII.

1. Ricardus monachus S. Victoris Maſſilienſis, presbyter Cardinalis ab Alexandro II. creatus, à Gregorio VII. in Hiſpaniam Legatus mittitur anno MLXXVIII. ut ſcribit Gregorius ipſe epiſt. XXI. lib. V. Abbas Maſſilienſis conſtituitur anno MLXXIX. in locum Bernardi fratris Cardinalis: ut ex ejuſdem epiſtola VII. lib. VII. diſcimus. Qui ſtare igitur poteſt quod ait Mariana, miſſum in Hiſpaniam à Pontifice Ricardum Abbatem Maſſilienſem anno MLXXVI.? Altera in Hiſpaniam legatione functum eundem eſſe anno MLXXIX. docet epiſtola VI. libri VII. quâ hortatur Alphonſum Regem Gregorius, ut illam qua de hic agitur, ſacrorum mutationem inſtituat; ex quo apparet non ante annum illum MLXXIX. Burgenſe hac de re Concilium à Ricardo habitum eſſe. Quando igitur celebratum dicemus? Si Pelagium Ovetenſem conſulimus, augetur difficultas. Eram enim ille MCXXIII. aſſignat, quæ cum anno Chriſti MLXXXV. congruit. Ac ſeriùs profectò, cùm anno MLXXX. ſcribat Gregorius epiſtolam tertiam libri VIII. cujus ipſo initio ſignificat id perfectum eſſe. Anno igitur MLXXX. habitam hanc Synodum crediderim: atque apud Pelagium Ovetenſem errorem in numeros librarii vitio irrepſiſſe: ſcriptum nimirum MCXXIII. pro MCXVIII. qui annus Eræ Hiſpanicæ, reſpondet anno Chriſti MLXXX. Mariana verò, qui annum Chriſti aſſignat MLXXVI. legebat ſine dubio Erâ MCXIV.

3. Romanum myſterium hîc eſſe confirmatum, ſcribit Pelagius: Romanos ſcilicet ritus myſteriorum, officiorumque divinorum: atque hanc loquendi formam, ne temerè factum putemus, auctor ſermone barbarus bis uſurpat. Mariana miniſterium reponit. In quo rurſum ab eo diſſentio.

4. Quicquid egerit Concilio ſuo Ricardus, etiam aſſentiente & annitente Rege, obtinere non potuit, ut omnino Gotthicus ritus abrogaretur. Id verò poſtea perfectum in Legionenſi Concilio anno MXCI. quod quidem ad Caſtellanum regnum attinet. Nam de Aragonia vide Concilia Hiſpanica anno MLXVIII. Tomo IX.

5. Hîc obſerva Caſtellanum regnum vocari à Mariana Hiſpaniam citeriorem. Scilicet homini Hiſpano Toleti commoranti citerior erat, ciſque Iberum, Hiſpaniæ pars illa. Ego verò ad annum illum MLXVIII. Aragoniam vocavi citeriorem Hiſpaniam, Romanos ſecutus, quibus, uti & nobis, pars iſta propior, & citra Iberum eſt.

6. Burgenſe Ricardi Concilium non agnoſcit Rodericus Toletanus, immo vix aſſeruit in Hiſpanias miſſum, quum addit cœpiſſe irregulariùs ſe habere. Vidit Philippus Labbe noſter in hoc Marianam cum Roderico non conſentire. Præfert autem Rodericum, utpote trecentis & eo ampliùs annis antiquiorem: ego verò Marianam, quippe conſentientem cum Pelagio Ovetenſi, qui annis fermè ducentis Roderico eſt vetuſtior.

MISSA MOZ-ARABUM,

SEU MIXT-ARABUM,

S. Leandro communiter adſcripta, & in Hiſpaniis uſque modò certis locis uſitata.

1. *Chriſtiani in Hiſpania Arabibus permiſti, Moz-arabes dicebantur, quaſi Mixti-Arabibus, & officium divinum eorum Moz-arabe inde appellationem retinuit. Uſitata fuit hac Miſſa priſcis ſeculis, & ut aiunt, ſub Leandro Hiſpalenſi, aut Iſidoro, & deinceps uſque ad tempora Alphonſi Sexti, quo regnante auctoritate Gregorii Papæ Septimi mutata eſt: licèt & Toleti adhuc in ſex parochiis ſervetur; & in cathedrali Eccleſia, in ſacello Card. Franciſci Ximenez, ac Salmantica ſtatutis etiam diebus, in ſacello doctoris Talabricenſis, quod eſt in periſtylo templi ſummi, cujus officii modum & ordinem hic habes.*

Veſtium ſacrarum uſus. 2. Iiſdem utebantur veſtibus ſacris, quibus hodie, & communibus precationibus cum noſtris, quando ſingulas veſtes induebant. Poſt faciunt ad altare exomologeſin; & ad altare capite demiſſo, ad hunc modum dicunt.

3. *Per gloriam nominis tui, Chriſte fili Dei vivi, & per intercеſſionem Virginis Mariæ, B. Jacobi, & omnium Sanctorum, auxiliare & miſerere indignis ſervis tuis, & eſto in medio noſtri Deus noſter, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum.*
Reſpondetur: *Amen.*

Exomologeſis & poſt eam oratio. Conſentit D. Iſidor. De divinis officiis lib. 2. c. 7.

4. Mox convertit ſe ad librum in dextro altaris cornu poſitum, ac dicit antiphonam in modom introitus, cum dunbus verſibus, &, *Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in ſæcula ſæculorum, Amen.*

Atque illud, Gloria & honor.

5. Sicut etiam in Concilio Toletano IV. c. 14. cautum eſt, ut ad eum modum dicatur. Ad quemlibet verſum repetunt partem antiphonæ, more reſponſoriorum noſtrorum: utvulgato more loquamur, *Gloria in excelſis*, dicitur integrè Romano more.

6. Sacerdos cantando dicit: *Per omnia ſæcula ſæculorum.* Neque ante orationem dicitur, *Oremus:* neqne in fine, *Per Dominum*; ſed tantùm reſpondetur: *Amen.* Alia ſacerdotis concluſio. Reſp. *Amen.* Deinde dicit ſacerdos: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis & regnas in ſæcula ſæculorum.* Reſpondetur, *Amen.* Poſtea: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſpondetur: *Et cum ſpiritu tuo.* Lectio Iſaïæ Prophetæ. Reſpondetur: *Deo gratias.* Mox legitur prophetia: quâ lectâ, rurſum ſacerdos: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſpondetur: *Et cum ſpiritu tuo.* Inde dicitur tractus duorum vel trium verſuum. Quo finito, ſacerdos inquit: *Silentium facite. Sequentia Epiſtolæ Paulli Apoſtoli &c.* Reſpondetur: *Deo gratias.* Mox canitur ſive recitatur Epiſtola. Poſt quam, libro in alterum altaris cornu traoslato, continuo dicitur Euangelium, ad hunc modum: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſp. *Et cum ſpiritu tuo: Gloria tibi Domine.* Finito Euangelio &c. Reſp. *Amen.* Mox ſacerdos: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.* Poſtea dicitur, *Alleluia*; com verſu, ſicut nunc ante Euangelium cantatur. Sacerdos offert hoſtiam cum calice, utens aliquot orationibus devotis, quas hîc referre longum eſſet. Mox thura adolet, non ſecus atque nunc fit. Quibus peractis, ſacerdos ante medium altaris dicit alta voce: *Adjuvate me fratres in orationibus veſtris, & orate pro me ad Deum.* Reſpondet chorus: *Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.* Deinde cantatur ſacrificium: nempe antiphona cum duobus aut tribus verſibus. Quod dum fit, ſacerdos lavat manus, dicens: *Lavabo me inter innocentes, &c.* Ac benedicit oblationem tribus digitis. Poſtea inclinatus ante altare, ſubmiſſa voce dicit: *Accedam ad te in humilitate ſpiritus, &c.* Nam oratio longiuſcula eſt, ſed valdè devota, quam claudit elatiore voce dicens: *Per te Deus meus, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.*

Incipitur Miſſa. Salutatio & reſponſio.

7. Sacerdos: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſponſio: *Et cum ſpiritu tuo.* Oratio de tempore, vel Sancto, ſine *Oremus*, in cujus fine reſpondetur: *Amen.* Deinde ſacerdos: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum.* Reſpondetur: *Amen.* Si eſt feſtum alicujus Sancti, priùs legitur aliquid de vita Sancti: deinde fit oratio faciens mentionem etiam de miraculis vel doctrina Sancti. Mox ſacerdos elevatis manibus dicit: *Oremus.* Reſpondet chorus: *Hagios, hagios, hagios, Domine Deus æterne, tibi laus & gloria.* Deinde fiunt orationes pro Eccleſia Catholica, pro captivis & infirmis & tribulatis, cum commemoratione Apoſtolorum, Martyrum, quorum multa nomina recitantur, & pauſantium: quo nomine illic intelligi puto ſanctos Dei Confeſſores, qui in Domino & ſancta pace quieſcunt: nam multa nomina recitantur, & inter ea, Ambroſii, Auguſtini, Fulgentii, Leandri, Iſidori, &c. & omnium pauſantium. Deinde dicit ſacerdos aliam orationem feſto ac diei congruam. Quâ finitâ reſpondet: *Amen.* ſacerdos: *Quia tu es vita vivorum, ſanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum, in omnia ſæcula ſæculorum.* Chorus reſp. *Amen.* Mox fit oratio ad pacem, quâ finitâ dicit ſacerdos: *Quia tu es vera pax noſtra &c.* Mox ſublatis in cœlum manibus, dicit: *Gloria Dei Patris omnipotentis, & dilectio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio Spiritus ſancti, ſit ſemper cum omnibus nobis.* Reſponder chorus: *& cum hominibus bonæ voluntatis.* Rurſus presbyter: *Quomodo aſtatis, pacem facite.* Tunc chorus cantat Reſp. *Pacem meam do vobis &c.* Interea ſacerdos accipit pacem de patina dicens: *Habete pacem dilectionis & pacis, ut apti ſitis ſacroſanctis myſteriis Dei.* Mox dat pacem diacono vel puero, puer popolo.

Etiam hic Miſſam incipit Iſidor. cap. 15. qui non nihil diſſentit in orationibus.

Hanc orationem pro vivis & defunctis tertiam facit Iſid. 1 cit.

Orationem pro oſculo pacis quartam facit ib. Iſid.

Deinde ſacerdos junctis manibus inclinatus dicit: *Introibo ad altare Dei.*
Reſpon. *Ad Deum qui &c.*
Poſtea manibus ſuper calicem poſitis, inquit: *Aures ad Dominum.*
Reſponſio: *Habemus ad Dominum.*

8. Sacerdos inclinatus manibus junctis: *Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto filio Dei, qui eſt in cœlis, dignas laudes, dignaſque gratias referamus.* Et dicens hæc poſtrema verba attollit manus in altum.
Reſpon. chorus: *Dignum & juſtum eſt.*

Hanc quintam orationem nuncupat Iſidorus.

9. Sacerdos: *Dignum & juſtum eſt &c.* Sequitur enim longa & devota ſtatio. Poſtea dicitur, *Sanctus*: ferè more nunc uſitato. Deinde poſt duas orationes breves fit conſecratio iiſdem omnino verbis quibus hodie utitur Eccleſia. Mox elevatur ſacroſancta Euchariſtia. Poſtea dictis duabus orationibus ſuccinctis, ſacerdos accipit corpus Domini de patena, & ponit ſuper calicem apertum,

Conſecrationem & oblationem ſextam ibidem nuncupat illic Iſid.

Conſecratio. Altera corporis Domini elevatio.

apertum; ut hodie quoque fit, ac dicit alta voce: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. Reſp. *Et cum ſpiritu tuo*. Sacerdos: *Fidem quam corde credimus, ore dicamus*. Et elevat ſecundò corpus Chriſti, ut videatur à populo. Mox cantatur Symbolum Fidei, ita ut eſt in Concilio Nicæno, Quod dum fit, ſacerdos frangit Euchariſtiam per medium, & ponit dimidiam partem in patina, & ex altera parte facit * particulas, ex altera ferè quatuor. Deinde ponit omnes ſimul in patina in modum crucis. Habetque quæque particula nomen. Quinque priores partes dicuntur, Corporatio, Nativitas, Circumciſio, Apparitio, Paſſio: quatuor reliquæ, Mors, Reſurrectio, Gloria, Regnum. Poſtea digitis ſuper calicem accuratè purgatis, & cooperto calice, facit *Memento pro vivis*, ut ipſorum more loquar. Mox dicitur oratio Dominica, ad hunc modum: *Verbum Patris, quod caro factum es ut habitares in nobis; præſta nobis, ut qui te veniſſe credimus, ab omni peccatorum contagione, quum præceptionis tuæ oracula tuis oraculis proclamaverimus, liberemur in terris. Pater noſter qui es in cælis*. Reſpon. *Amen*. Et eodem modo reſpondetur ad ſingulas petitiones, præterquam ad illam: *Panem noſtrum &c.* ad quam reſpondetur: *quia tu es Deus*. Embolis orationis Dominicæ, Deinde dicit orationem devotiſſimam, quæ incipit: *Liberati à malis &c.* & tundendo pectus dicit: *Pone Domine finem peccatis*. Immiſſio duarum particularum in calicem, Quâ finitâ, acceptam particulam, quæ dicitur Regnum, præmiſſa oratione ponit ſuper calicem: mox additâ aliâ, immittit in illum. Poſt hæc dicit: *Humiliate vos benedictioni*. & certis quibuſdam formulis benedicit populo. Mox fit ſecundum Memento (ut ſic loquar) pro defunctis. Quo peracto, recipit corpus & ſanguinem Domini cum quibuſdam devotis precationibus. Atque interim cantatur à choro: *Guſtate & videte quàm ſuavis eſt Dominus &c.* Abſoluta communione, cantatur antiphona: *Refecti Chriſti corpore &c.* Et libro in ſiniſtrum altaris cornu translato, dicit ſacerdos orationem, in cujus fine reſpondetur: *Amen*.

Particularum Euchariſtiæ nomina.

Memoria vivorum.

10. Deinde ſacerdos: *Per miſericordiam tuam, Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum*.

Reſp. *Amen*.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. *Et cum ſpiritu tuo*.

Vox diaconi: *Solennia completa ſunt*.

Benedictio populi. Oratio poſt communionem.

11. Poſtea presbyter vel diaconus: *Solennia completa ſunt in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, votum noſtrum ſit acceptum cum pace*.

Reſp. *Deo gratias*. Quamdiu ſacris operatur ſacerdos, nunquam ſe convertit ad populum.

NOTA.

12. M*ox elevatur ſacroſancta Euchariſtia.*] Frater Joannes Laziarelus Cœleſtinus, in Epitome univerſalis hiſtoriæ mentionem fecit hujus ſacrificandi ritus, ſed paucis; ubi illud addit, quòd ubi levatur Euchariſtia, diaconus dicit alta voce: *Videte in quem creditis*. ſed hoc in Hiſpaniis non ſervatur.

13. *Ita ut eſt in Concilio Nicæno.*] Conſentit in hoc Iſidor. cap. 16. Atqui Concilium Toletanum III. cap. 2. Conſtantinopolitani ſymboli meminit. Eodem loco orationem Dominicam conſtituunt Conc. Tolet. IV. cap. 9. & Iſidor. cap. 15. ubi ſeptimam hanc orationem nuncupat.

ORDO DIVINI OFFICII GOTTHICI

Muſ-arabum, excerptus & in Latinum ſermonem converſus ex Hiſpanico libri *De vita & geſtis Franciſci Ximenii S.R.E.Cardinalis*, ab Eugenio Robleſio Toletano, ex Biblioth. RR. D. Renati Poterii Epiſc. Bellovacen.

Habes hic multò fuſiùs expoſita quæ de hoc Ordine ſcire optaveris. Prodiit autem liber ille Robleſii excuſus Toleti ex officina Petri Roderici Typographi regii, anno MDCIV.

CAP. XXIII.

De auctoritate hujus ſancti Officii, & ratione ejus uſus, ut ritè poſſint debita exercere munia, tum curiones, tum beneficiis Eccleſiaſticis, & ædiculis ſacris addicti, ſeu cappellani Muz-arabes.

Doctor Franc. de Piſa tab. 9. Frat. Joan. à Mariet. n. p. l.

14. HOc in capite ſectabor accuratiſſimè doctorem Franciſcum à Piſa, in loco jam antea citato, nec ab illius verbis aut mente recedam ullatenus; quamvis Pater Joannes à Marieta ordinis Prædicatorum, in ſua Sanctorum Hiſpaniæ hiſtoria, præcipueque libro 20. ſecun-

ſecundæ partis cap. 5. iiſdem penè verbis idem argumentum perſequatur. Illic autem ediſſerit agitque de quarto Concilio Toletano, illo ipſo nimirum, de quo verba fecimus, quo cautum eſt atque decretum, ut eo Muz-arabis officio univerſa Hiſpania uteretur. Præfuit autem huic ſanctiſſimo Patrum conſeſſui Sanctus Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, ejus amplificator & expurgator, regnante in Hiſpania Siſenando Gottho, & Archiepiſcopatum Toletanum obtinente Juſto, qui quidem fuit è numero Præſulum, qui huic ſacro Concilio, in templo ſanctæ Leocadiæ, extra Toleti muros, anno ſalutis DCXXXIV. celebrato interfuere. *20. c. 5. Concil. Tolet. IV.*

15. His ſuppoſitis, cùm nemo poſſit iſtius Officii vetuſtatem inficiari, quippe cùm jam nongenti anni numerentur, ſi à D. Iſidori & quarti Concilii Toletani tempore ſumatur exordium; cumque nemo ſit, qui de illius tum pietate tum auctoritate ambigat, cùm à ſanctis inſtitutum, ab iiſdem provectum, miraculiſque fuerit confirmatum; nemini etiam dubium eſt, quin illud ſummi Pontifices, Eccleſiæque Præſules ſuis approbationibus & ratihabitionibus ſtabilierint atque firmârint. *Papa Gregor. VII. approbavit.*

16. Enimverò ſi tempora Alphonſi ſexti repetamus, compertum ſubitò nobis erit, quo pacto dum rex iſte, ut attigimus, hoc Officium tollere ſtatuiſſet; poſtquam maturè & accuratè rem Gregorius Septimus tum Pontifex introſpexiſſet, atque diſcuſſiſſet, confeſtim approbatione ſua dignum Officium hoc cenſuit, illudque ſanctiſſimè confirmavit; mandans Richardo ſedis Apoſtolicæ delegato, qui tunc temporis cœnobio Sancti Victoris Maſſiliæ præerat, ut in Hiſpaniæ templis uſurparetur ac permaneret. Præterea Joannes VIII. Pontifex Romanus circa annum Domini DCCCLXXII. ni fallor, idem ſtudioſè curavit, in Hiſpaniam mittens prudentiſſimum presbyterum Joannem, vel (ſi Marietam ſequi velimus) Janellum; qui cùm ſingula exquiſitè retuliſſet, mox à Pontifice confirmatus eſt ordo Miſſæ hujus, totiuſque divini officii, ut in Hiſpania mos inolevit, celebrandi. *Papa Ioan VIII. approbavit.*

17. Neque verò receſſit ab aliorum ſententia Alexander II. anno MXCVII. quando quidem miſſus ab eo fuit ad Hiſpanos eadem de cauſſa Cardinalis Hugo Candidus, ut refert Ambroſius Morales, qui quidem id hauſit & tranſtulit è libro quodam Conciliorum regii monaſterii D. Laurentii Eſcurialis. *Papa Alexand. II. approbat.*

18. Poſtremò noſtra ætate Paullus III. ſummus Pontifex (ut videre eſt apud Alvarem Gomeſium in hiſtoria noſtri Cardinalis) cùm poſtulâſſet ab hac Eccleſia, ut ſibi Miſſale & Breviarium Muz-arabicum mitteretur; ſtatim illis acceptis viſiſque, ea juſſit aſſervari in bibliotheca Vaticana: qua in re viſus eſt id omne quod non abjecit, immo apud ſe haberi voluit, approbâſſe. *Papa Paul. III. Alvar. Gom. 3. fol. 51.*

19. Itaque juxta ea quæ jam præfati ſumus, poſſunt liberè liciteque, tum parochi, tum beneficiis & ædiculis ſacris addicti, ſeu cappellani Muz-arabes, Officium ejuſmodi celebrare, nihil ad hæc obſtantibus Pii Quinti conſtitutionibus motibuſque propriis, Breviariis & Miſſalibus Romanis, juxta reformationem inſertis. Ut autem rei hujuſce veritas faciliùs eluceſcat, innicitur id quod aſſerimus, non modò antiquitati, quæ prætergreditur annos ducentos motuum propriorum, quoniam ea ex parte fuit alia quædam declaratio ſpecialis; verùm etiam ſi mentem adhibere velit quiſpiam, ſtatim contuebitur illic juberi ut celebrentur officia juxta uſum Romanum recèns reformatum in templis aut monaſteriis, in quibus primitus, & ſecundum inſtitutionem dici vel debebant, vel ſolebant, juxta ritum Eccleſiæ Romanæ. Appoſita ſunt enim illic hæc verba: *In quibus aliàs officium divinum Romanæ Eccleſiæ ritu dici conſuevit aut debet.* quæ quidem verba indicant voluiſſe Pontificem ad unum idemque officium reducere cætera quæ à Romano olim à S. Gregorio inſtituto manârunt. Neque verò ideo viſus eſt prohibuiſſe vel ſuppreſſiſſe Gotthicum officium, cùm noluerit Græcis aut Mediolanenſibus templis officia ſubducere à Baſilio vel Ambroſio divinitus inſtituta; quia nunquam Eccleſiæ iſtæ ab altioribus primordiis, Romanum vel Gregorianum officium ſuſceperunt aut celebrârunt. Eademque de cauſſa ſatis patet quemlibet peculiarem clericum Muz-arabem, vel huic Officio celebrando deſtinatum, munus ſuum egregiè obiturum, & præcepto quo jubetur horas canonicas dicere abſolutiſſimè aſſequuturum, ſi eas ordine Muz-arabico, vel in choro, vel extra, cum debita integritate & attentione dicat, ſicuti & clericus Græcus aut Mediolanenſis parebit Eccleſiæ, dummodo quilibet eorum ſuo officio ſe addictiſſimè adſtringat. *Pius V. decret. Rom. Pontif. datis 24. Auguſti MDLXXI.*

20. Hoc ſuppoſito, quandoquidem ſatis fecimus iis, quæ difficultatem parere videbantur circa hujus ſancti officii diſquiſitionem, non abs re nunc erit illud aggredi, veluti primarium noſtrum inſtitutum.

CAPUT XXIV.

De officio Muz-arabico, & de quibuſdam generatim notatu dignis.

21. INter alia notatu digna, & ab officio Latino diſcrepantia, habet iſtud officium Muz-arabicum, vel Iſidorianum, vel Gotthicum, quædam, quorum uſus generalis eſt in omnibus, tum majoribus tum minoribus horis; ſicuti ſunt initia, in quibus ſemper habetur, *Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Pater noſter, & Ave Maria,* ſecretò. & protinus: *In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI lumen cum pace.* reſpondetur autem: *Deo gratias.* Quod quidem convenit *Horarum principium.*

cum eo quod dicitur: *Deus in adjutorium meum intende*, in Latino vel Gregoriano Officio; excepto tantùm Completorio, quod aliter incipit, ut ſuo loco videbimus. In fine verò precum ſemper apponitur:*In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI perficimus cum pace.*Reſponſum autem eſt: *Deo gratias*; quod congruit cum his Latini officii verbis:*Benedicamus Domino.*

Finis Horarum.

22. Illic etiam dicitur: *Per omnia ſæcula ſæculorum*, &:*Dominus ſit ſemper vobiſcum*, &:*Gloria & honor Patri, & Filio*, &c. Ubicumque in Romano Officio ſeſe profert occaſio dicendi: *Gloria Patri & Filio*.

Nota.

23. Nec ſeciùs reſponſa titulorum prophetiis vel Epiſtolis inſcriptorum præferunt *Deo gratias*, pariterque dicitur *Amen*, in fine, ſicut etiam reſpondetur *Amen*, ſub finem cujuslibet orationis totius Officii, quomodocumque illa deſinat. Neque tamen auditur aut legitur *Oremus*, ante ullum orationem.

De oratione Dominica.

24. Horis autem abſolutis,adjicitur *Pater noſter* alta voce,ſinguliſque poſtulatis additur *Amen*, niſi quum profertur hæc petitio: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*.Reſpondetur enim huic: *Quia Deus es*. & ultimæ qua dicitur: *Sed libera nos à malo*. moxque eodem tenore conſequenter hæc pia verba proferuntur:*Liberati à malo, confirmati ſemper in bono*, &c. Quibus Deo neceſſitates fidelium peculiariter commendantur; pronunciaturque iſtud itidem in veſpertinis precibus, Laudibus, & Miſſa: in cæteris autem precibus ſuo loco dicitur: *A malo nos libera, & in tuo timore & operè bono nos confirma*.

De benedictione.

25. His peractis, qui ſacra peragit, vel diaconus, jubet his qui adſunt, ut humilitatem exhibeant, cum his verbis: *Humiliate vos benedictioni, Dominus ſit ſemper vobiſcum*. confeſtim verò ſacerdos benedictionem impertit, atque pronunciat tres petitiones continenter, quarum cuilibet reſpondetur, *Amen*. Eo modo & cum hac benedictione preces omnes abſolvuntur, exceptis Matutinis, quæ uno ſpiritu cum Laudibus dicuntur, immo commiſcentur, & pro una eademque re cenſentur.

Diviſio officii.

26. Diſtribuuntur officia in Dominica, quæ vocantur ab officio Latino Dominicæ, & in ferias, & feſta: horum autem poſtremorum quædam nomen ſuſcipiunt ſolennitatis ſex trabearum vel pluvialium: eaque ſunt quaſi duplicia: alia vocantur quatuor pluvialium, ſuntque velut ſemiduplicia: alia duorum pluvialium, novem lectionum, ſuntque quaſi ſimplicia; & juxta Breviarii canonem, quum decantatur officium Sancti cujuſpiam,nulla fit in ſacro, vel precibus veſpertinis commemoratio alterius, cujus feſtum vel celebratum antea fuerit,vel ſit poſtea celebrandum. Notandum tamen eſt in precibus veſpertinis, quòd ſi contingat debere dici quippiam de Sancto cujus commemoratio minus ſit ſolennis aliâ quæ præcedenti die facta eſt, dicuntur Veſpertinæ preces de inſigniori, cum oratione, & laude unica minus ſolennis: illud autem veluti commemoratio quædam eſt.

CAPUT XXV.

De horis tum majoribus tum minoribus hujus ſancti Officii.

De veſpertinis precibus.

27. Officium Mux-arabicum cujuſcumque Dominicæ, feriæ, vel feſti, incipit à precibus Veſpertinis, in quibus nunquam dicitur ullus Pſalmus, ſuntque hæ preces totius hujus Officii breviſſimæ, diciturque in iis communiter laus, ſonus, antiphona, hinc alia laus. Poſtremæ verò duæ dicuntur cum *Gloria & honor Patri*: ſub finem autem cujuslibet dicitur:*Dominus ſit ſemper vobiſcum*, exceptâ ultimâ, quia è veſtigio ſequitur Hymnus. Laudes, ſoni, & antiphonæ hoc in Officio conveniunt cum Reſponſis officii Romani.

Quid laus & ſonus.

Quid ſupplicatio.

28. Deinde profertur Hymnus, & eo abſoluto ſupplicatio, quæ nihil aliud eſt quàm parænesis ſacerdotis ad populum, quâ eum adhortatur, ut à Deo petat quod expedit ut eum colat. Huic autem reſpondetur: *Præſta omnipotens æterne Deus*. Mox dicitur oratio quæ à tribus *Kyrie eleiſon* inchoatur, abſolviturque cum tribus orationibus Dominicis, & benedictione, ut jam generatim perſtrinximus.

Laus loco Magnificat.

29. Succedit ſuperioribus laus una, quæ eundem locum obtinet quem in Officio Latino poſſidet *Magnificat*. dumque illa cantatur, thuribulo accepto ſacerdos templum odore perfundit, eâ verò decantatâ dicitur oratio, quum Veſpertinis precibus finis imponitur.

Commemoratio.

30. His abſolutis, ſuffragiorum communium loco, quibus utitur Officium Romanum, dicitur alia laus, aliaque oratio:verùm hæc commemoratio non fit in feſtis ſex aut quatuor trabearum, neque in octavis.

Nota.

31. Quædam feſtivitates peculiares, & Dominicæ, plerumque in veſpertinis precibus plures prædictis laudes habent, & orationes, ut ſuis locis videbitur. Notandum verò eſt orationes tantùm & laudes in precibus Veſpertinis, Matutinis, & Laudibus reperiri, dicique ante quamlibet orationem in Matutinis & Laudibus: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. in Veſperis autem dicitur oratio ſine præviis hiſce verbis: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*.

De Completorio.

32. Completorium autem inchoatur à Pſalmo:*Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, &c. Moxque dicuntur tria Alleluia, ſingulis anni temporibus, exceptâ Quadrageſimâ; ſubſtituitur enim in eorum locum: *Laus tibi, laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ*. Confeſtim ſequitur alius Pſalmus, iteraturque ter Alleluia: deinde dicitur alius cum Hymno, & Verſu, conſequenterque,

Google

dicitur Pſalm. *Qui habitat in adjutorio altiſſimi*,&c.Huic ſuccedit & àlius Pſalmus,& alter Hymnus, ita ut quinque illic Pſalmi dicantur, interſerauturque duo Hymni: hinc dicitur verſus, ſupplicatio, capitulum, *Pater noſter*, & benedictio, ſicque Completorium abſolvitut. Poſt hæc dicitur verſus, & oratio pro commemoratione; exceptis ſolennitatibus ſex aut quatuor trabearum, aut octavis, ut jam monuimus agentes de precibus Veſpertiuis. Sub finem autem Completorii adtexitur *Salve*, verſus, & oratio ad Virginem Deiparam, quæ incipit: *Virgo Iſraël*, &c. In ſabbathis, præcipuiſque diebus feſtis, & Quadrageſima, quædam peculiaria dicuutur in Completorio, ut in Breviario videre eſt.

De precibus Matutinis.

33. Matutinæ preces hujus officii breves ſunt admodùm, & exordium ſumunt ab oratione Dominica, & angelica ſalutatione, quibus additur autiphona: *Ave Regina cælorum*, cum ejus verſu, & oratione Beatæ Virginis, quâ abſolutâ ſacerdos ait: *In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI lumen cum pace*, ut jam ſcripſimus. Deinde adtexitur antiphona, & Pſalmus *Miſerere*: hinc tres adponuutur antiphonæ, cum reſponſo uno; quamlibet autem ſua comitatur oratio.

34. Monendus eſt autem lector, dici poſt ſingulas orationes Matutinarum precum, & Veſpertinarum, itidemque Laudum, & ſancti Miſſæ ſacrificii, dici, inquam: *Per miſericordiam tuam Deus noſter qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum*, quibus reſpondetur: *Amen*. & iſta conveniunt cum his quæ poſita ſunt ad calcem orationum Officii Romani, ſcilicet: *Per Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM Filium tuum*. Tandem Matutinę preces communiter abſolvuntur cum ultimo reſponſo, ſive ſit poſt illud oratio, ſive non ſit. Veruntamen in Dominicis per annum, Dominicis item Adventûs, & Quadrageſimæ, incipiunt Matutinæ preces ab Hymno: *Æternæ rerum conditor*, loco primæ antiphonæ; ſtatimque ſequitur oratio, poſtquam dicuntur tres Pſalmi, ſinguli cum ſuis autiphonis, hiſque tres antiphonæ ſuccedunt, cum reſpouſo, & orationibus, uti à nobis antè dictum fuit.

De Dominicis post Pascha.

35. Dominicis autē diebus, qui inter Chriſti Reſurrectionem & Pentecoſten habentur, ſequuntur Muz-arabes commune Officium feſtivitatum totius anni: eo tamen excepto, quòd loco *Miſerere*, dicitur Pſalmus: *Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me*. Idemque in feſtis Inventiouis, Exaltationis, & triumphi ſanctæ Crucis, Aſcenſioniſque, & aliis ſolennioribus obſervatur.

De Laudibus.

36. His peractis, ſequuntur Laudes cum antiphona, quam præcedit *Dominus ſit ſemper vobiſcum*: eamque ſequitur canticum quodpiam veteris aut novi Teſtamenti. Die verò D. Magdalenæ duo cantica dicuntur.

37. Peculiare autem admodùm eſt quòd in officio Muz-arabico, totius anni decurſu, nullibi audiuntur hæc duo cantica, *Magnificat*, & *Benedictus Dominus Deus Iſraël*: niſi hoc iu loco. Dicitur autem *Magnificat* in ſolis Beatæ Virginis officiis, & nocte Nativitatis Domini noſtri: *Benedictus* autem ſolummodo in feſto Joannis Baptiſtæ.

38. Abſoluto cantico recitataque antiphona, & dicto: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, dicitur alia antiphona ante Pſalmum: *Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorū.* qui quidem ſtrictim ſummatimque complectitur Pſalmum: *Benedicite omnia opera Domini Domino*. idemque ſonat, ſi ſenſum penitiùs intuemur. Ad hæc dicitur ſonus, & alia autiphona ante Pſalmum *Laudate Dominum de cœlis*, quo decautato legitur prophetia quædam, quam ſequitur Hymnus, ſupplicatio, capitulum, Pater noſter, laus, & benedictio, ſicque finis Laudibus imponitur. Succedit his laus quædam, & oratio, loco ſuffragiorum, ut in Veſpertinis precibus, & completorio: idque tautùm fieri ſolet in feſtis duorum pluvialium, aut novem lectionum, quæ ſimplicium appellationem ſortiuntur.

De Aurora.

39. Officium iſtud Muz-arabicum ſuperat Romanum una precom ſpecie, quæ vocatur Aurora. Illæ autem preces dicuntur ante Primam, & in aliis anni feriis, adeoque paucæ ſunt, cum ſinguli dies Sanctis quibuſdam addicantur; ut exceptâ vigiliâ Nativitatis Domiuicæ, & Regum, dieque Cinerum, rarò per annum iis Muz-arabes utantur.

40. Hæ verò preces habent cū antiphona quatuor Pſalmos, Laudem unā, Hymnū unum; verſumque uuum: finiuntur autem cum oratione Dominica, abſque capitulo, & cum precibus quibuſdam.

De Prima.

41. Initio Primæ dicitur antiphona, &: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. ſtatimque dicuntur ſeptem Pſalmi, iteraturque antiphona, quam ſequitur reſponſum unum, cum prophetia, unaque Epiſtola, & laude, quam comitatur Hymnus cum ſuo verſu; moxque dicitur: *Te Deum laudamus*, *Gloria*, & *Credo*.

42. Id autem obſervatur, quòd diebus Dominicis Adventûs, & Quadrageſimę, quotieſque non dicitur in ſacro *Gloria*, non recitatur in Prima *Te Deum laudamus*, aut *Gloria*, diciturque tantùm Symbolum Apuſtolorum, cui ſuccedunt ſupplicatio, Pater noſter, & benedictio, cum quibus abſolvitur Prima. Prima autem eo modo ſe habet totius anni decurſu. Notandum tamen eſt reſponſa mutari, ut exigit feſtum quod colitur, aut Sanctus cujus memoria celebratur. Suut & aliæ feſtivitates, quæ iu minoribus precibus hymnos habere proprios conſueverunt, ſicuti Reſurrectio, quæ in Prima reſponſum habet & Hymnum proprium; deinde dies feſti, Dominici, & feriæ, ſua ſpecialia capitula, peculiareſque ſuas beuedictiones habentes.

De Tertia.

43. Tertia incipit ut Prima, cum autiphona, habetque quatuor Pſalmos, variaque reſponſa, ut in Prima diximus. His additur prophetia, uua Epiſtola, laus una, & uuus Hymnus quem ſequuntur clamores, quibus petitur à Deo, ut non juxta ſcelera pœnas infligat: illicoque dicitur ſupplica-

plicatio, capitulum, *Pater noſter*, & Benedictio: ſicque regulariter Tertiæ finis imponitur. Sexta & Nona eodem modo quo Tertia recitantur: ſolumque in eo differunt, quòd alii Pſalmi, & Hymni, aliaque capitula hîc habentur: verùm quoad Pſalmorum ordinem & numerum ſemper idem quod in Tertia diximus, obſervatur.

De Epiphania. 44. Celebratur etiam ſolenne jejunium tribus diebus ante feſtum Epiphaniæ, juxta iſtud officium. Iis verò diebus plurimum differunt Tertia, Sexta, & Nona; quia peculiares prophetiæ, antiphonæ, Pſalmi, orationes, preceſque dicuntur, & alia ſpecialiter hiſce diebus aptata, ut in Breviario patet. Celebratur item ſolenne jejunium cum officio divino peculiari, menſe Septembris, tribus ante D. Cypriani feſtum diebus, pariterque menſe Novembris, tribus ante D. Martini ſolennia diebus, uti videre eſt in Breviario poſt Dominicas Pentecoſtes. *De DD. Cypriano & Martino.*

CAPUT XXVI.

De quibuſdam notatu dignis, quæ peculiaria ſunt officio Muz-arabico.

De Adventu. 45. NOtandum generaliter eſt, celebrari in hoc officio Gotthico Muz-arabico ſex dies Dominicos Adventûs Domini noſtri, cùm in officio Latino quatuor tantummodo celebrentur.

De Dominica ante Quadrageſimam. 46. Ante Quadrageſimam nulla fit mentio Septuageſimæ, Sexageſimæ, vel Quinquageſimæ, quavis illic habeatur peculiare officium Dominicæ quæ præcedit Quadrageſimam. In eo autem id animadverſione dignum occurrit, quòd legitur Euangelium divitis avari, & mendici Lazari, ad damnandum vulgi morem, quod eo tempore quaſi altiſſimus gurges, voraciſſimè ſeſe explet, adeò ut ventri, non aliis rebus natus eſſe videatur. Appoſitè autem inſeritur Breviario ſermo S. Iſidori, qui hoc Officium ampliavit, pro Bacchanalium, ſeu Martis die, cui dies Cinerum immediatè ſuccedit. Demum hoc in Officio unâ Adventûs Dominicâ memoria S. Joannis Baptiſtæ celebratur; ea autem eſt quæ feſtum Nativitatis ejus antecedit: mirumque profectò & notatu dignum eſt, nemi nem beatorum choro (Chriſtum excipio) ne ipſam quidem Virginem deiparam, Adventu gaudere, præter S. Joannem Baptiſtam. Et hæc ſufficiant quoad Officium, & Breviarium Muz-arabicum. Nunc ad alia progrediamur. *De S. Joanne Baptiſta.*

CAPUT XXVII.

De Miſſæ ſacrificio Muz-arabico, ejuſq; cæremoniis.

Confeſſio generalis. 47. SAcrum Muz-arabicum pietate refertum eſt, eximioque ordine conſtitutum, nec ut vulgus opinatur, inverſo atque præpoſterè celebratur. Initio dicitur confeſſio generalis cum pſalmo: *Judica me Deus*. reliqua verò uſque ad introitum conveniunt cum officio Toletano antiquo, cujus uſus frequens erat & receptus, quum typis mandata fuere Miſſalia, operâ illuſtriſſimi Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani Franciſci Ximenis Ciſnerii, conſervatoris hujus ſancti officii Gotthici. Confeſſione verò & adoratione crucis peractâ, & apertis ſacris pulvinaribus (pro quibus ſingulis propriæ habentur orationes juxta officium Toletanum) dicit ſacerdos: *Adjutorium noſtrum in nomine Domini*, &c. & *Sit nomen Domini benedictum*. dicitque conſequenter Miſſæ introitum ad imitationem officii Romani. Introitus autem iſte bis profertur, ſemel quidem ante *Gloria & honor Patri*, deinde poſt hæc verba prolata. Die Dominica Adventûs S. Joannis Baptiſtæ non dicitur *Gloria* in Miſſa; verùm ejus locum ſubit canticum: *Benedictus Dominus Deus Iſraël*, &c. Sed aliis diebus poſt dictum *Gloria* recitatur oratio abſque prævio *Oremus*, cui reſpondetur: *Amen*. idemque fit in reliquis orationibus, uti dictum eſt. Hac oratione recitata, ſacerdos dicens: *Per miſericordiam tuam*, &c. ad medium altaris progreditur, illicque conſtitutus ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. legitque prophetiam, reſpondeturque inſcriptioni quæ prælegitur, *Deo gratias*, & ſub finem, *Amen*. pronunciaturque vaticinium in quocumque ſacro, quamvis admodum ſolenni, nullo penitus excepto. Poſtea iterato *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, canitur aut profertur *Pſallendum*, quod idem penè eſt atque reſponſum, non diſpar graduali officii Latini. Eo verò abſoluto, ſacerdos aut diaconus petit ab adſtantibus ut attentos ſeſe præbeant, his verbis: *ſilentium facite*. Hoc in loco ſubdiaconus Epiſtolam legit, quæ in Miſſa Muz-arabica ſic incipit: *Sequentia Epiſtolæ Paulli Apoſtoli ad Romanos*. reſpondeturque: *Deo gratias*. & ad calcem *Amen*, ut jam à nobis dictum eſt.

Prophetia. *Pſallendum.* *Epiſtola.*

Euangelium. 48. Perlectâ Epiſtolâ, petit ſacerdos ſubmiſsè benedictionem ordinariam ad Euangelium recitandum, interimque Miſſale transfertur ad latus Euangelii, incipitque cum his verbis: *Lectio ſancti Euangelii ſecundùm Joannem, vel Marcum*, &c. in fine verò reſpondetur, *Amen*. Poſt Euangelium ſacerdos ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, cum laude & Alleluia, quod iteratur: & ſicut in officio Latino dicitur Alleluia poſt graduale ante Euangelium; ſic in officio Muz-arabico poſt illud hoc in loco profertur.

49. Quo

Digitized by Google

Libellus omnium offerentium. *Offert Hoſtiam ſacerdos.*

49. Quo verò tempore legitur Euangelium, apponitur lateri Epiſtolæ libellus continens partem Miſſalis, inſcribiturque: *Omnium offerentium*, complectiturque omnes orationes, & reliqua quæ communiter dicuntur in omnibus ſacris; idque cenſeri debet ejuſdem rationis ac in officio Latino, *Ordinarium Miſſæ*. Hoc ſuppoſito, dictoque Alleluia, offert ſacerdos hoſtiam dicens orationem, imponitque ſacro pulvinari patenam cum hoſtia.

50. Nunquam verò integræ Miſſæ ſpatio collocatur hoſtia (nec ante nec poſt conſecrationem) ſuprà pulvinar, immo ſemper ſupra patenam.

Sacrificium.

51. Oblatâ hoſtiâ, ſacerdos ſigno crucis calicem munit, & cum alia oratione illam offert, deinde cum alia oratione imponit ei amiculum, ſtatimque inclinato capite, profert hanc orationem: *In ſpiritu humilitatis, &c.* qua recitatâ dicit: *Adjuvate me fratres in orationibus veſtris, & orate pro me ad Deum.* quod quidem reſpondet his verbis: *Orate fratres*, in officio Latino dici ſolitis. Protinus immediatè dicit ſacerdos verba ſacrificii, quæ etiam canuntur in choro, idque conſerri poteſt cum oblatione officii Latini.

Miſſa Catechumenorum.

52. Hucuſque antiquitus vocatur Miſſa catechumenorum, qui non prohibebantur adeſſe donec fieret oblatio: abeſſe verò, dum reliqua fierent, jubebantur.

Nota.

53. Exactis iis quæ præcenſuimus, manus abluit dicens Pſalmum: *Lavabo inter innocentes manus meas.* quo abſoluto ſignum crucis oblato calici ſuperindit; & inclinans ſeſe orationem pronunciat, qua Deum rogat ut ei ſpiritum non deneget, linguamque liberam, & cor purum ad celebrandum ſacrificium largiatur. Quæ deinceps fiunt, magis huic ſacrificio propria cenſentur, quod ab hoc loco cum quibuſdam orationibus inchoatur; quarum prima nomen *Miſſæ* ſortitur; eam verò precedit, *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* quæ quidem verba viam quaſi parant & muniunt, tum ad hanc orationem, tum ad ſubſequentes. Secunda vocatur *Alia oratio.* Tertia *Poſt nomina*. quarta *Ad pacem.* quinta *Poſt ſanctus.* ſexta *Poſt pridie*: diſtributæque ſunt ordine ſequenti.

Oratio dicta Miſſa. *Alia oratio.*

54. Poſt primam orationem quæ *Miſſa* vocatur, ſacerdos ſupplicationem pronunciat, cujus initium eſt: *Oremus Eccleſiam ſanctam Catholicam.* Ad hæc populus Deo laudes occinit, dicens: *Hagios, Hagios, Hagios.* In ea verò ſupplicatione ſacerdos populum monet ut Deo neceſſitates Eccleſiæ commendet, necnon infirmos captivos in carcere detentos, peregrinos; reſpondetque chorus: *Præſta æterne omnipotens Deus.* Conſequenter dicitur oratio ſecunda, quæ *Alia* appellatur: in qua à Deo enixè petitur, ut preces Chriſtianorum fidelium admittat, definitque hæc oratio in hæc verba: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, in cujus conſpectu ſanctorum Apoſtolorum, & Martyrum*, &c. ſtatimque adjicitur: *Offerunt Deo Domino oblationem ſacerdotes noſtri, Papa Romenſis*, &c. Hinc immediatè profert ſacerdos: *Facientes commemorationem beatiſſimorum*, &c. Illicque fit mentio ſacratiſſimæ Virginis, & Apoſtolorum, & Martyrum, & nomina quorundam recenſentur, ſicut in Officio Romano in Canone Miſſę. Notandum verò eſt, in Officio Romano Sanctorum nomina ſubmiſſa voce proferri, ſecus verò in Muz-arabico, & quum Miſſa canitur, omnia cantantur.

Mentio defunctorum.

55. Poſt præfatam Martyrum mentionem, fit commemoratio defunctorum qui æterna pace fruuntur, in his verbis: *Item pro ſpiritibus pauſantium.* Et quamvis id non ſit *Memento* defunctorum, quia fit multò pôſt tempore; convenit tamen aliquatenus cum *Memento* Officii Latini, præcipueque circa hæc verba: *Et dormiunt in ſomno pacis*.

Nota.

56. Hac in commemoratione nominatim fit mentio quorundam Archiepiſcoporum, primorum ſcilicet qui præfuere Eccleſiæ Toletanæ, poſtquam è manibus Afrorum erepta eſt civitas Toletana, ut ſunt Bernardus, Regmundus, Joannes, Cerebrunus, Gundiſalvus, &c.

Oratio Poſt nomina.

57. Hinc oratio tertia ſequitur, quã *Poſt nomina* vocamus: qua petitur à Deo ut pacem defunctis fidelibus impertiat, definitque in hæc verba: *Quia tu es vita vivorum, ſanitas infirmorũ, ac requies omnium fidelium defunctorum.* Sequitur oratio quarta, quę *Ad pacem* appellatur, qua petitur à Deo pax & charitas pro fidelibus omnibus Chriſtianis, ſpecialiter verò pro iis qui tunc temporis ſacrificio interſunt. Et quoniam fideles omnes antiquitus cum ſacerdote communicabant, utique recordetur quilibet divini præcepti, quo jubemur reconciliari fratribus noſtris, immo eam ob cauſſam dimittere munus ad altare, ut Euangelium monet; ideo antequam fiat elevatio pax datur in Officio Muz-arabico.

Pax. *De Præfatione quam Illationem vocant.*

58. Hac oratione recitata cum his ad finem verbis: *Quia tu es vera pax noſtra, & charitas indiſrupta*, &c. ſacerdos divinum ſanctiſſimæ Trinitatis auxilium invocans, his verbis: *Gratia Dei patris omnipotentis*, &c. pacem impertit, inquiens: *Qui modo aſtatis, pacem facite.* & quum datur oſculum ait: *Habete oſculum dilectionis & pacis, ut apti ſitis ſacroſanctis myſteriis Dei.* Ob præfatas autem rationes pax præbetur in Officio Muz-arabico ante conſecrationem & elevationem; in eoque non parum differt Officium Muz-arabicum à Latino: dumque pax populo oſculanda porrigitur, canit chorus: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, &c. *Novum mandatum do vobis.* Deinde dicitur Præfatio, quam *Illationem* vocant: eaque præcedit præcipuam Miſſę ſacrificii partem; nimirum eam quæ ad conſecrationem pertinet, eſtque veluti Canon hujus Miſſæ Muz-arabicæ. In ea verò præfatione populus monetur circa myſterium de quo Miſſa celebratur; vel ut Sancti veſtigiis cujus fit cõmemoratio diligenter inſiſtat: illic verò circa principium verſus quidã ſunt, præfationi Latinæ Miſſæ aliquatenus reſpondentes. Primo dicitur: *Introibo ad altare Dei mei*, confeſtimque expãſis manibus, tametſi junctis, ſicuti eas componit ſacerdos in officio Romano quum dicit: *Hanc igitur oblationem*, Muz-arabicus ſacerdos ait: *Aures ad Dominum*. cui reſpondetur: *Ha-*

bemus ad Dominum. moxque dicit: *Surſum corda.* reſpondeturque: *Levemus ad Dominum.* tum loco verborum: *Gratias agamus Domino Deo noſtro,* quæ habentur in Officio Latino; dicitur: *Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto filio Dei, qui eſt in cælis, dignas laudes, dignasq; gratias referamus.* reſpondeturque: *Dignum & juſtum eſt.* Tandem concludit hæc illatio cum his laudibus angelicis: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* abſolviturque cum his verbis: *Hagios, Hagios, Kyrie, ò Theos.* Sequitur deinceps quarta oratio vocata *Poſt ſanctus*, cujus initium ſolet eſſe: *Verè ſanctus, verè benedictus, Oſanna in excelſis.* finis autem: *Redemptor æterne.* Hujus orationi non reſpondetur *Amen*, quia continuatur cum ſacro Canone Miſſæ; & in feſtis ſex aut quatuor trabearum, & in Dominicis, & octavis, dicitur hæc oratio, & ſexta, quę inſcribitur *Poſt pridie*, voce ſubmiſſa, contrà verò in cæteris.

Sanctus.

Oratio Poſt Sanctus.

Canon.

59. Illicò ſacerdos inchoat ſacrum Canonem cum his verbis: *Adeſto, adeſto Jeſu bone, Pontifex in medio noſtri,* &c.

Verba conſecrationis.

60. Statimque conſecrat; & quamquis verom ſit potuiſſe ſacerdotes Muz-arabes ſeſe addicere verbis quæ apud Euangeliſtas habentur, & cum iis conſecrare, quia ſunt propria Officii Gotthici verba, quamvis aliqua ex parte ab iis quibus utitur Eccleſia Romana differant; tamen ad idem recidunt, eundemque ſenſum habent. Verùm hodierna die adtexitur margini Miſſalis charta agglutinata, in qua verba Officii Romani quibus nunc Muz-arabes ſemper uti ſolent, continentur. Dum conſecrat ſacerdos, populo hoſtiam, deinde calicem exhibet coopertum amiculo, juxta uſum antiquum Toleti, dicens: *Quotieſcumque manducaveritis*, dum exhibetur hoſtia; dum verò calix: *biberitis; hoc facite in meam commemorationem.* hiſque reſpondetur *Amen*, alta voce, ſi feſtum minus ſolenne fuerit; ſin magis, ſubmiſſa.

Calix opertus.

Oratio Poſt pridie.

61. Dum fit elevatio, dicitur oratio ſexta, vocata *Poſt pridie*, quæ deſinit in hæc verba: *Te præſtantiſſime, ſancte Domine, qui hæc omnia nobis indignis ſervis tuis valdè bona creas*, &c. quę non mediocriter referunt hæc in Officio Gregoriano contenta: *Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas*, &c.

Hoſtia poſtrema.

62. Deinde ſacerdos dividit calicem ſuo amiculo, huicque imponit ſanctiſſimum ſacramentum, nec omittitur ab eo antiphona, quæ *Ad confractionem panis* dicitur, hinc hoſtiam poſtremam elevat, non elevato tamen calice, juxta antiquum Toletanę Eccleſiæ uſum.

De Symbolo Apoſtolorum.

63. In feſtis duplicibus, annique Dominicis, ſacerdos loco antiphonæ *Ad confractionem panis*, ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* ſtatimque ſubdit: *Fidem quam corde credimus, ore autem dicamus.* Tunc ſacramentum præ manibus habens ſuprà calicem ſacerdos, quem chorus hac in parte comitatur, recitat Symbolum Apoſtolorum: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem,* &c. & quia multi ſimul Symbolum recitant, ideo dicunt *Credimus*, non *Credo*, ſicut in officio Romano obſervatur. Eſt autum locus hic admodùm proprius ad Fidem profitendam, cum adorationa veri corporis Domini noſtri. Symbolo Apoſtolorum recitato, vel dum in choro illod abſolvitur, frangit hoſtiam ſacerdos, & patenę imponit, neque tantùm in tres partes eam dividit, ut mos eſt officii Latini, verùm in novem eam diſpeſcit, ſecundum præcipua novem Fidei noſtrę myſteria, in Symbolo qood abſolvitur contenta: dumque ſingulas partes frangit, ad earum quamlibet myſterii plena quędam verba profert, illaſque eo quem dicturi ſumus ordine, in patena diſponit.

In novem partes hoſtia diſpeſcitur.

Ponuntur hoc ordine in patena.



Notandum eſt, verbum hoc *Corporationis*, non differre ab incarnatione, *Apparitionem* verò idem eſſe cum Epiphania. Reliqoa verba explicatione non indigent.

Memento pro vivis.

64. Fractâ hoſtiâ, ſacerdos ſacramentum reſpiciens meminit viventium, & in eo *Memento* quod profert, omnes fideles Chriſtianos Chriſto commendat, nominatim verò eos qui ſacro tunc inter-

interſunt. Commemoratione peracta, dicit ſacerdos *Oremus*, cum oratione una quæ propriè capitulum dici poteſt, eſtque quaſi præfatio quædam & via ad Dominicam orationem, non diſcrepans ab ea quæ in officio Romano incipit: *Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti*, &c. Præfatio verò hæc orationi Dominicæ connectitur, & ſub eorum finem reſpondetur *Amen*, ut ſuperiùs dictum eſt: *Liberati à malo, confirmati ſemper in bono*, &c.

Oremus Capitulum.

Pater noſter.

65. Cùm verò ait ſacerdos: *Pone Domine finem peccatis noſtris*, pectus ſemel percutit. Reſpondent autem hæc verba iis quæ in Officio Gregoriano habentur: *Nobis quoque peccatoribus*. His dictis, ſacerdos ultimam partium patenæ impoſitarum, *Regnum* appellatam, accipit, ordine & modo prædictis, dicenſque hæc verba: *Sancta ſanctis, & conjunctio corporis & ſanguinis, &c.* calici injicit, eaque ſanguini tunc commiſcetur. Res autem notatu digniſſima iſtic obſervatur, quòd ſcilicet à Paſchate ad Pentecoſten, & in feſto Corporis Chriſti, ſacerdos præ manibus habens, tenenſque ſupra calicem præfatam particulam *Regnum*, ter alta voce effert, quaſi canens hæc verba, quæ Chriſto, quaſi mortis victori celeberrimo, gratulari videntur: *Vicit leo de tribu Juda, radix David*. quibus reſpondetur ſingulis vicibus: *Qui ſedes ſuper Cherubim radix David, Alleluia*.

Pectoris percuſſio.

Particula Regnum.

Vicit leo &c.

66. Statim verò ſacerdos aut diaconus populum hortatur, ut humilitatem exhibeat in benedictione ſuſcipienda, his verbis: *Humiliate vos benedictioni*. Sacerdos verò eam impertit cum tribus ordinariis petitionibus, quarum cuilibet reſpondetur: *Amen*. uti in majoribus horis dictum eſt. Benedictio autem quæ tunc datur, provenit ex decreto præfati Concilii Toletani cap. 17.

Benedictio. Concil. Tolet. 4. cap. 17.

67. Abſoluta benedictione ſacerdos ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. ſubitoque canitur in choro reſponſum, quod vocatur, *Ad accedentes*. in eo verò monentur fideles qui ſunt communicaturi, ut accuratiſſimè perpendant quem cibum ſuſcepturi ſint. Id autem fit his verbis: *Guſtate, & videte quàm ſuavis eſt Dominus, Alleluia, Alleluia.* quę quidem verba decerpta ſunt ex Pſalmo: *Benedicam Domino in omni tempore*. Notandum verò eſt quòd loco reſponſi vocati *Ad accedentes*, quod quidem nihil aliud eſt quàm exhortatio ad communionem, in ſacris quæ pro defunctis, & Quadrageſimæ tempore celebrantur, dicitur aliud cujus initium eſt: *Qui venit ad me non eſuriet, &c.* Reſponſo prolato, ſacerdos inquit: *Panem cœleſtem de menſa Domini accipiam*. tum penultimam particulam, cui nomen *Gloria*, accipiens, quam ea de cauſſa ſacerdos majorem cæteris relinquit, eamque tenens ſupra calicem, mentionem facit defunctorum: quo peracto effert orationem peculiarem pro ſuſceptione Dominici corporis & ſanguinis, hiſque piis ſermonibus prolatis: *Ave in ævum ſanctiſſima caro Chriſti, in perpetuum ſumma dulcedo*; ter pectus percutit, juxta ritum veteris Officii Toletani, dicens: *Domine non ſum dignus*. His dictis particulam quam præ manibus habet, ſuſcipit, cæteraſque ſuo ordine, primo ſumens eas quę poſtremæ fuerunt in patena, ſtatimque populo communionem largitur. Conſumptis ordine particulis, dicendo: *Ave in ævum cæleſtis potus, qui mihi ante omnia, & ſuper omnia dulcis es*, ſanguinem ſuſcipit, aliamque dicens orationem, lavat. Poſtea canitur, aut recitatur antiphona: *Refecti Chriſti corpore & ſanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia.* in cujus locum Quadrageſimæ tempore, & in Miſſis quæ pro defunctis celebrantur, ſubſtituitur iſta: *Repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione*. quæ quidem verba præ ſe ferunt quandam gratiarum actionem, ob ſuceptum Dominicum corpus.

De ſacris quæ celebrantur pro defunctis, & Quadrageſimæ tempore.

Particula Gloria.

Memento defunctorum.

Lectio Antiphona.

68. Deinde offertur libellus *Omnium offerentium*, pars nimirum Miſſæ, de qua ſuprà verba fecimus, transferturque Miſſale ad latus Epiſtolæ poſt populi communionem. Tunc ſacerdos recitat poſtremam orationem, quæ *Poſt communionem* vocatur in officio Romano, finis verò hujus orationis eſt: *Per miſericordiam tuam, &c.* Hinc conſtitutus ſacerdos in medio altaris, ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*.

Ultima oratio.

69. Loco verò horum verborum: *Ite Miſſa eſt*, quæ proferuntur in Officio Romano, dicitur in Officio Muz-arabico, quando duplicia feſta ſolenniora contingunt: *Solennia completa ſunt in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, votum noſtrum ſit acceptum cum pace*. In feſtis autem minus ſolennibus dicitur: *Miſſa acta eſt in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, perficiamus cum pace.* reſpondeturque: *Deo gratias*.

Quid dicatur loco, Ite Miſſa eſt

70. Abſolutâ Miſsâ ſacerdos genibus flexis juxta altare recitat: *Salve Regina*, cum oratione ſua, juxta ritum veterem Toletanum. Deinde deoſculato altari convertit ſe ad populum: notatuque dignum eſt nunquam tempore ſacrificii ſacerdotem ad populum ſeſe convertere, niſi eâ horâ & vice. Converſus autem ſacerdos ad populum largitur ei benedictionem his verbis: *In unitate ſancti Spiritus benedicat vos Pater, & Filius, Amen.*

71. Tunc omnino ceſſans, nec ampliùs verbum ullum efferens, ſtatim pergit ad adytum, ubi ornamenta deponit.

Benedictio.

CAP. XXVIII.

De Miſſis Dominicarum Quadrageſimæ.

72. SAcrificia Dominicarum Quadrageſimæ immediatè incipiunt poſt abſolutam confeſſionem generalem à prophetia; illicque penè ſemper leguntur duo vaticinia, vel plura: eaque ſequitur *pſallendum*. deinde immediatè ſacerdos genu flexo ſupra gradus altaris, recitat quaſdam preces, calicem præ manibus habens, cum vino & aqua & hoſtia ſupra pa-

Incipit Miſſa à Prophetia.

tenam collocata. Deinde abſolutis precibus recitat ſacerdos orationem, cujus initium eſt: *Exaudi orationem noſtram Domine &c.* Recitatis ſuperioribus dicitur Epiſtola & Euangelium, cum laude. Hinc ante ſacrificium & ablutionem, ſacerdos genu flexo ad altare, recitat alias preces, quæ incipiunt: *Pœnitentes orate.* quibus dictis peragitur ſacrificium, & contiouatur Miſſa eo quod diximus modo. Antiphona: *Ad confractionem panis.* & reſponſum ſeu exhortatio quæ vocatur, *Ad accedentes*, in his Quadrageſimæ Miſſis varietatem patiuntur: ſic loco *Benedicamus Domino*, quod dicitur in Miſſis Quadrageſimalibus officii Gregoriani, effertur in Muz-arabico: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti perficiamus cum pace.*

Preces aliæ. — *Loco Benedicamus Domino.*

Prima Dominica Quadrageſimæ.

73. Ab hac regula generali Dominicarum Quadrageſimæ excipitur prima Dominica, in qua dicitur *Introibo & Gloria*, com oratione, ſicut in cæteris feſtivitatibus totius anni. Nec dicuntur preces *Pœnitentes orate*. In reliquis verò obſervatur ordo præfatos cæteratum Quadrageſimæ Dominicarum.

CAP. XXIX.

De feriis Quadrageſimæ.

74. FEriæ Quadrageſimæ eundem modum officii ſervant, qoem Dominicæ, excepto qoòd abſolutis vaticiniis, loco precom & *pſallendi*, dicitur *Tractus*; efformatus ad ſimilitudinem eorum quæ in officio Romano poſt Epiſtolam dicuntor; deſumitorque penè ſemper ex aliquo vaticinio Hieremiæ, vel alicujus alterius Prophetæ. Deinde ſequitur Epiſtola, cum reliquis, ut dictum eſt in Domioicis Quadrageſimæ.

CAP. XXX.

De vigiliis totius anni.

75. DIfferunt tantùm vigiliarom Miſſæ à cæteris totius anni ſacris, io eo qoòd introitu careot, primaque oratione, & Gloriâ, initiumque ſumunt à prophetia: in cæteris verò communem totius aoni ordinem ſequuntur, ot notavimus.

CAP. XXXI.

De Miſſa pro defunctis.

Introitus. Nota.

76. ABſoluta cooſeſſiooe in Miſſa quæ pro defunctis celebratur, conſtitutus ſacerdos io medio altaris ait: *Erigite vos, Dominus ſit ſemper vobiſcum*. ſtatimque cooſeqoenter dicit officium, vel introitum, incipiens ab his verbis: *Tu es portio mea, Alleluia, in terra viventium, Alleluia*. Tempore Quadrageſimæ dicitur aliud officium, vel alius iotroitus, carens *Alleluiâ*.

Non dicitur Hagies.

77. Notate non dici in Miſſa pro defunctis, *Hagies, Hagies*, ad diceodam orationem quam vocaot *Aliam*; verùm ſacerdotem dicentem *Oremus* recitare ſopplicatiooem, *Eccleſiam Catholicam &c.*

Kyrie eleiſon.

78. Hoc in officio priuſqoam dicatur prima oratio vocata *Miſſa*, & : *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, qood eam præcedit, dici *Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon*.

Illatio vel Præfatio. — *Nota.*

79. Ante præfationem vel illationem noo dicitur in hoc Officio defunctorum invocatio ſanctiſſimæ Trioitatis, incipiens: *Gratia Dei Patris omnipotentis &c.* Nec etiam dicitur: *Introibo ad altare Dei mei.* dumque abſolvuotur hæc verba: *Quia tu es vera pax noſtra*, cum quibus ſinis qoartæ oratiooi, quam *ad pacem* vocamus, imponitur, conſeqoenter dicitur: *Aures ad Dominum*. & cum hoc verſu Præfatio vel illatio inchoatur. *Ad confractionem panis*, dici ſolet hoc reſponſum: *Requiem æternam det eis Dominus, lux perpetua luceat tibi, & repleatur ſplendoribus anima tua, & oſſa tua reviviſcant de loco ſuo*. Variatur autem tam hoc reſpooſum, quàm aliud, quod vocatur *Ad accedentes*, in qoibuſdam Miſſis quæ pro defunctis dicuotur, ut patet in Miſſali.

Requieſcant in pace. — *Miſſa peculiares.* — *Miſſa parvulorum.*

80. Neque verò dicitur *Requieſcant in pace* in his Miſſis, ſed in ejus locum: *Anima ejus, & anima omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei ſine fine requieſcant in pace*. reſponditurque: *Deo gratias*. Sunt in hoc Officio Miſſæ peculiares pro defunctis, juxta gradum quem hac in vita poſſederunt, veluti pro Epiſcopo, ſacerdote, diacono, ſubdiacooo, vel ſæculari. Eſt etiam Miſſa pro infantibus baptiſmo regeneratis, qui ex hac vita cum innocentia baptiſmatis exceſſerunt; ioſcribiturque, *Miſſa parvulorum defunctorum*. In eorum autem memoriam offertur ſacrificium, quo petitur à Deo in peculiaribus hujos Miſſæ orationibus, ut quemadmodum pueri iſti per ejus ingentem miſericordiam, innoceotium puerotum Bethlehem conſortio gaudent; ita nos frui poſſimus in cœlo cooſortio utrorumque puerorum, peccatorom noſtrorum io hac vita veoiam obtinendo. Sic etiam petitur venia pro fidelibus defunctis adultis.

CAP.

CAP XXXII.

De quibuſdam ſpeciatim notatu dignis in Miſſa Muz-arabica.

81. IN hoc officio habentur Miſſæ feſtorum Sanctorumque peculiarium valdè prolixæ, cujus generis ſunt omnes Dominicæ, nominatimque feſta quorundam Martyrum, veluti B. Laurentii, S. Vincentii, & divarum Eulaliæ, Juſtæ, & Ruffinæ, Hiſpaniæ Martyrum, aliorumque plurimorum. Ejus rei ratio eſt, quia cùm ſit iſtud Officium merè Hiſpanum, nec non ejus expurgator & auctor (ut diximus) D. Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Hiſpanus fuerit, jure quidem illatio, Hymni Officii, & quædam orationes Miſſæ exhibent geſta Martyrum, triumphoſque ab iiſde tyrannis ſæviſſimis reportatos. Cumque ſanctitate micantes fuerint, & pares paucos in perferendis exquiſitioribus tormentis habuerint; non immeritò D. Iſidorus eorum vitas recenſuit, majos ſtudium in enarranda D. Vincentii fortitudine adhibens, quod quidem patet ex eo quòd ſola Miſſæ præfatio ſeptem Miſſalis columnas impleat. *Martyres Hiſpani.*

82. Notandum verò eſt, in impreſſione quam fieri juſſit illuſtriſſimus Cardinalis Franciſcus Ximenez de Ciſneros Archiepiſcopus Toletanus, & in translatione Gotthici textus in Latinum, eum addidiſſe pleroſque è Sanctis Officii Toletani veteris, & Sanctis Gotthicis Muz-arabicis miſcuiſſe. Appoſuit autem Miſſæ confeſſionem generalem, cum oratione adorationis crucis, cæteriſque orationibus quæ ante introitum dicuntur, & *Salve* in fine Miſſæ. *D. Vincentius martyr Hiſpanus. Sancti additi.*

Et quia hæc & pleraque alia adjecit, ideo Miſſale inſcriptionem hanc habet: *Miſſale miſtum, ſecundum regulam B. Iſidori dictum Muz-arabe.*

CAP. XXXIII.

De Sanctis qui proprii ſunt Muz-arabici, quorum olim fiebat commemoratio, & de his qui poſtea adjecti ſunt, & à quo.

83. SAnctis additi fuere quidam Sancti confeſſores, aliique Martyres, qui ab inſtitutione & compoſitione Officii Gotthici vixerunt. Et quamvis verum ſit fuiſſe quoſdam Sanctos confeſſores ante Officium Gotthicum; non tamen decantatum eſt illis temporibus Officium eorum nomine, quia hic honos Martyribus ſolis tunc tribuebatur. Quòd ſi ſit Confeſſor quiſpiam, in cujus honorem dicatur Officium, is profectò cenſeri debet è numero eorum qui à vetere Concilio Toletano additi fuerunt.

84. Certum autem & indubitatum adeò iſtud eſt, ut ſi fortè datum ſit ſolum nomen Confeſſoris quibuſdam Sanctis Muz-arabicis, ut divo Gerontio, divę Leucadiæ Virgini Toletanæ, Beato Criſpino, aliiſque id genus, conſtat ex hymnis feſtivitatum (quos habent proprios) fuiſſe etiam Martyres, ideoque antiquis temporibus peculiare Officium illis fuiſſe tributum. Hinc videre licet penè omnes Sanctos, Miſſam & Officium peculiariter adeptos, Gotthicos veteres eſſe, quia pauca ſunt feſta addita, quæ gaudeant Officio peculiari.

85. Hinc ſequitur pleroſque Sanctos, aut majorem eorum partem, de quibus dicitur commune Sanctorum, additos fuiſſe & immiſtos à Cardinale Franciſco Ximenez, in translatione textus Gotthici in Latinum ſermonem. Non ideo tamen nego multos fuiſſe Martyres antiquos, qui proprio Officio minimè gaudent, ut ſunt divos Marcus Euangeliſta, divus Pantaleon Martyr, & beata Juliana virgo & Martyr, pluresque quorum gratiâ compacta ſunt Officia quæ communia vocantur. Diſpoſita etiam ea fuere pro illis qui mandato ſummi Pontificis poterant addi, ut ſingulis diebus adducuntur. *Viſa tab. 2.*

CAP. XXXIV.

De quibuſdam proprietatibus quæ peculiares ſunt Officio & Miſſæ Muz-arabicæ.

86. SOlent etiam Muz-arabes, quum Sanctus quiſpiam gaudet peculiari Miſſa, vel aliqua ejus parte, proprium aliquid apponere Breviario ad commemorationem, ut ſuis locis videri poteſt.

87. Præterea habent Sancti quidam aliquid peculiare in reliquo Officio, non autem in Miſſa, ſicuti D. Elizabeth Hungariæ Regina, D. Saturninus Martyr, D. Anna, D. Clemens, & quadraginta Martyres, D. Gabriel archangelus, apparitio Sancti Michaëlis, & D. Lucas Euangeliſta. E diverſo quidam habent peculiare aliquid in ſacro, non autem alibi, ſicuti Nativitas beatæ Virginis, feſtum Sancti Michaëlis, D. Sperati & ſociorum. Id autem adeò rarò accidit, ut penè notari non poſſit. Videantur iſta ſuis locis. Sunt etiam Sancti quidam, qui proprios tantùm habent hymnos veſpertinarum precum, ſicuti D. Euphemia, Divus Auguſtinus, Divus Hieronymus, Divus Vincentius, Sabina, & Chriſteta, Divus Marcellus Martyr, D. Catharina, Sanctus Æmilianus Abbas.

88. Cu-

88. Cupio tandem percenſere quædam circa ſacra & officia propria, quibuſdam feſtis, & Sanctis particularibus aptata, ultra Officia & Miſſas *de communi*, quæ Sanctorum cauſsâ habentur, qui piopriis officiis [illegible]ent.

Quot & quales Dominicæ.

89. Habent Officium ſacrumque proprium ſex Dominicæ Adventûs Domini noſtri, item Dominica Adventûs D. Joannis Baptiſtæ, aliaque Dominica ante Epiphaniam, cum octo aliis poſt Epiphaniam: deinde Dominica quæ diem Cinerum præcedit, dies ipſe Cinerum cum omnibus Quadrageſimæ feriis, cujus Dominicæ complectendo Dominicam Ramorum, ſex ſunt. Item dies Cœnæ Dominicæ, dies Paraſceves, & ſabbathum ſanctum; ſolaque die Paraſceves dicitur Paſſio. Habent pariter Officium ſacrumque proprium Dominica Reſurrectionis cum feriis, uſque ad ſequentem diem ſabbathi. Similiter & ſex Dominicæ, quas poſt Paſcha vocamus, Dominica una poſt Aſcenſionem, & octo Dominicæ poſt Pentecoſten. Ultima autem Dominica ea eſt quæ vocatur, *Dominica ante jejunium Kalendarum Novembrium*.

C A P. X X X V.

De quibuſdam feſtis præcipuis, quæ proprium ſacrum & Officium habent.

Quæ Miſſam integram propriã habent ab introitu vel Officio.

90. PRimò Nativitas Domini noſtri, eaque die non dicuntur tres Miſſæ, ut in Officio Latino, immo tantùm una: deinde Circumciſio, Epiphania, Feſtum Corporis Chriſti, Paſchatis dies, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, uti dictum fuit: Nativitas beatæ Virginis, ejus Conceptio, Annunciatio, vocata D. Maria de O. Purificatio, & Aſſumptio. Quædam ex his feſtis deſumpta ſunt ex antiquo Officio Toletano. Eſt etiam commune B. Virginis, pro ſabbathis quum dicitur de ea, & pro ejus feſtis quæ Officium proprium non habent.

Præcipui ſancti qui proprium Officium habent.

91. Item dies Sanctorum, S. Michaël archangelus, D. Joannes Baptiſta, ejus Nativitas & Decollatio, DD. Petrus & Paullus, Cathedra D. Petri, & S. Jacobus major, D. Joannes Euangeliſta, D. Andreas, D. Jacobus minor, frater Domini dictus, Divus Thomas, Divus Mathias, omnes denique Apoſtoli: Inventio ſanctæ Crucis, S. Maria Magdalena, D. Stephanus proto-martyr, ſancti Innocentes.

92. D. Laurentius Hiſpanus, D. Torquatus cum ſociis Epiſcopis, D. Vincentius Hiſpanus, Sanctæ Juſta & Ruffina virgines Hiſpalenſes, D. Geneſius, D. Cebrianus Epiſcopus, D. Chriſtophorus cum ſociis, D. Julianus cum Baſiliſſa, D. Adrianus & Natalia, S. Martiniana virgo, DD. Coſmas & Damianus medici, DD. Fauſtus, Januarius, Martialis, Servandus, Germanus, Romanus, D. Eulalia virgo, D. Leocadia civis & patrona Toleti, omnes Martyres.

Qui ſancti habeant proprium Officium ab oratione quam Miſſam vocamus.

93. Sancti qui proprio gaudent Officio, ab oratione quæ *Miſſa* dicitur, hi ſunt: DD. Fabianus, Sebaſtianus, Lucianus presbyter, Juſtus & Paſtor Hiſpani Complutenſes, Speratus cum ſociis, Aciſclus, Emeterius, Celedonius, Fructuoſus, Augurius, Eulogius cum ſociis, Thyrſus & Felix, Babylas Epiſcopus, & tres pueri, omnes Martyres.

DD. Martinus Epiſcopus, Bartholomæus, Simon, Judas, & Matthæus Euangeliſta, Apoſtoli.

Divæ Agnes, Agatha, Dorothea, Chriſtina, Eugenia, Columba, omnes Virgines & Martyres, ſimul cum D. Eulalia virgine & Martyre Barcinonenſi.

94. Demum maximè differunt Officia Latina à Muz-arabicis, quoad Euangelia: quia ſolet ſolùm Euangelium Officii Muz-arabici continere ea quæ dici ſolent in duabus vel tribus feſtivitatibus Officii Latini. Verbi gratiâ, die Epiphaniæ dicitur Euangelium diei Innocentium, &

Sancti Innocentes.

vigiliæ Regum, ſicque coagmentatur hoc Euangelium è tribus. Die ſanctorum Innocentium dicitur aliud Euangelium deſumptum è cap. 18. D. Matthæi, quo utitur Officium Latinum diebus feſtis angelorum.

95. In Officio Muz-arabico, in qualibet feſtivitate virginis legitur etiam Euangelium D. Magdalenæ, non verò prudentũ Virginum, ſicut in Officio Latino. Illud verò Euangelium dicitur in communi plurimarum Virginum, hoc in Officio. Quadrageſimę tempore permutantur omnino Euangelia. Primâ quippe Dominicâ quum in Officio Latino legitur Euangelium Tentationis, in Muz-arabico legitur Euangelium Samaritanæ. Die verò Cinerũ legitur Euangeliũ Tentationis.

96. Secundâ verò Quadrageſimæ Dominicâ non legitur Euangelium Transfigurationis, ſicut in Officio Romano; ſed cœci à nativitate. Sunt pleraque alia notatu digna, & diſcrepantia: ſed mihi ſufficit monere lectorem ut loca ipſa conſulat.

C A P. X X X V I.

De Præſulibus, Principibus, & Regibus, qui iſtud Officium hancque ædem ſacram præſentiâ ſuâ illuſtrârunt.

97. IMponamus tandem finem huic operi breviſſimo dicentes, quemadmodum in unica ædicula ſacra Muz-arabum ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, de qua ſuprà verba fecimus, dicitur cum tono iſtud Officium, & ſacrum perpetuò ſingulis diebus. Neque verò audimus ulla in parte ad hodiernam uſque diem ita conſervari, præterquam iſtic. Id verò effectum eſt operâ Illuſtriſſimi Cardinalis Franciſci Ximenez, Archiepiſcopi Toletani, uti jam à nobis toties fuit decantatum,

Digitized by Google

98. Canitur in hac ædicula Miſſa ſingulis diebus Dominicis: in ſex Eccleſiis verò Muz-arabicis, quæ illæſæ in everſione Hiſpaniæ perdurârunt, canitur Miſſa die advocationis Sanctorum, quibus dicatæ fuerunt.

99. Canitur etiam Miſſa quoties Princeps aliquis, aut potens, accedit ad hanc ædiculam illius audiendæ gratiâ. Præterea nemo, cujuſcumque ſit conditionis, Toletum appellit, quin ad eam audiendam accedat, quaſi ad rem inſolitam, quæ plerumque pietatem & admirationem ingenerat animis auditorum.

100. Auctoritatem autem non modicam adjecerunt huic Officio accedantes ad hanc cappellam ad ſacrum audiendum penè omnes Præſules Toletani, præcipuè verò Archiepiſcopus Alphonſus à Fonſeca & Azevedo, Illuſtr. Cardinales Joannes Tavera, & Martinus Siliceus, quos imitatus eſt hac in re Reverendiſſimus Bartholomæus à Carrança & Miranda, ordinis Sancti Dominici, nec non Illuſtriſſimus Cardinalis Gaſpar à Quiroga.

101. Et quamvis Illuſtriſſimus dominus Archidux, & Cardinalis Albertus Auſtriacus, dum Toleti eſſet Archiepiſcopus, & Reverendiſſimus Garſias à Loaïſa, ſuos anteceſſores non ſint imitati, hic quidem ob mortem immaturam, ille verò quòd ſe abdicârit Archiepiſcopatu; qua de cauſſa nemo ſedentem Præſulem hîc vidit; Illuſtriſſimus tamen Cardinalis Albertus, parum adhuc provecta ætate, Officio huic interfuit; ſæpiſſimè verò Archiepiſcopus Garſias, dum canonicus eſſet, ſacrificium iſtud frequentavit: immo omnino perſuaſum habeo eum inſignis hujus cappellæ diſquiſitorem fuiſſe.

102. Is tandem de numero Epiſcoporum, qui inſigne iſtud Officium præſentiâ ſuâ decoravit, fuit Illuſtriſſimus dominus Bernardus de Sandoval & Rojas, Archiepiſcopus Toletanus, & Cardinalis Sanctæ Anaſtaſiæ, qui nunc ſedem Toletanam obtinet, cujuſque tuitionem, cappellani, curiones, & ad Beneficia Eccleſiaſtica hujus Officii promoti ſibi pollicentur.

103. Præterea præſentiâ ſuâ hanc ſacram ædiculam, Officiumque Muz-arabicum illuſtrârunt, veſtigia antiquorum Hiſpaniæ Regum ſequuti, Carolus Quintus Imperator, ejuſque filius Philippus Secundus, & cum his illuſtriſſima Regina Anna, quorum duo quidem parentes fuere Philippi Tertii nunc Hiſpaniarum Regis; tertius verò avus ejus fuit. Hic verò cum conſorte thori illuſtriſſima Regina Marghareta Officio huic auctoritatem addidit, decuſque præbuit, audito Miſſæ ſacrificio juxta hunc ritum in regia cappella palatii Toletani.

104. *Abſoluto hoc brevi tractatu, viſum eſt non incongruum apponere exemplum Miſſarum Muzarabum prioris ævi, cum precibus veſpertinis feſti alicujus, quod proprium habeat Officium, ut faciliùs elucescat & pateat quod in ipſa narratione ediſſerui. Et quia feſtum S. Jacobi Hiſpaniarum patroni inter ſolenniora cenſetur; adtexam hic conſequenter Veſperas & Miſſam, eâque viâ cognoſcentur Laudes, ſoni, benedictiones, ſupplicationes, capitula, & alia ſpecialia, quorum ſuperiùs à nobis mentio facta eſt.*

IN FESTO SANCTI JACOBI APOSTOLI,

Fratris Sancti Joannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, ad Veſperum.

105. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, Pater noſter, Ave Maria. *totum ſecretò*. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, lumen cum pace.

Reſp. Deo gratias.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Exortū eſt in tenebris lumen rectis corde.

Reſp. Miſericors & miſerator eſt juſtus Dominus.

Verſ. Directam fecit viam juſtorum.

Et præparavit iter ſanctorum.

Presb. Miſericors &c.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo. *Sonus*.

Juſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis, Alleluia.

Verſ. Viſi ſunt in oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt malitia exitus illorum: illi autem ſunt in pace.

Reſp. Alleluia.

Dominus ſit ſemper &c.

Reſp. Et cum &c. *Antiph.*

Dabo ſanctis meis regnum in Hieruſalem: lignum enim vitæ in odorem unguenti.

Presb. Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Verſ. Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion: non commovebitur in æternum qui habitat in Hieruſalam.

Presb. Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Verſ. Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Presb. In ſæcula ſæculorum.

Et non laborabunt, neque fatigabuntur: Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Lauda. Sanguinem Sanctorum requiram, dicit Dominus.

Presb. Et habitabo cum eis in regno meo, Alleluia, Alleluia.

Verſ. Fidelis Dominus in verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Presb. Et habitabo.
Verſ. Gloria & honor,
Presb. Et habitabo,

Hymnus.

106. O Dei verbum patris ore proditum,
Rerum creator & verum principiũ,
Auctor perennis, lux, origo luminis,
Enixus alvo glorioſæ Virginis,
Chriſte tu noſter revela Emmanuel.
Rex & ſacerdos, cui ſacri lapides
Eu ter quaterni, onychinus, achates,
Nitens berillus, ſapphirus, carbunculus,
Vel amethyſtus, ſardius, topazius,
Smaragdus, jaſpis, & nitens chryſolitus.
Riteque gemmis ſol, dies, duodenis
Enitens horis, margaritis optimis,
Gliſcenſque mundo jam fugatis tenebris,
Et candelabro tibi ſuperpoſito,
Micans lucernis bis ſenis Apoſtolis.
Petruſque Romam, frater ejus Achaiam,
Indiam Thomas, Levi Macedoniam,
Jacobus Jebus, & Ægyptum Zelotes,
Bartholomæus Licaon, Judas Edeſſam,
Mathias Judæam, & Philippus Gallias.
Magni deinde filii tonitrui
Adepti fulgent prece matris inclytæ
Utrique vitæ culminis inſignia:
Regens Joannes dextrâ ſolum Aſiam,
Et lævâ frater potitus Hiſpaniam.
Clari magiſtri creatoris innoxii
Adſiſtit dextram pacis unus fœdera
Tractus: ſiniſtram alter in ſententia
Varieque regno: bis electa pignora
Mitridepoli properam ad gloriam.
Adductus inquam glorioſus præmio
Electus iſtinc habitus martyrio:
Chriſti vocatur Zebedæi Jacobus:
Apoſtolatûs vitam implens debitè,
Victorque rapit paſſionum ſtigmata.
Divino quippe obſitus ſuffragio
Idem magorum fontes iras, dæmonum
Coërcens virus, punit æmulantium
Minaſque dæmonum in ſtolis: oraculis
Enodatur pœnitens cor credulum.
Perplexus olim voti compos commoda
Ruina petenti ægro adminicula:
Optando pandit fidei chariſmata:
Vexillo pacis ad ſalutis copiam
Enſeque functus ſe communit gloriâ.
O verè digne ſanctior Apoſtole
Caput refulgens * Hiſpaniæ:
Tutorque nobis & patronus vernulus,
Vitando peſtem eſto ſalus cœlitus,
Omnino pelle morbum, ulcus, facinuſque.
Adeſto favens gregi, plus creditor,
Mitiſque paſtor gregi, clero, populo:
Ope ſuperna ut fruamur gaudio,
Regno potiti veſtiamur gloriâ
Æternâ, per te evadamus tartarum.
Præſta quæſumus unica potentia,
Repienſque gloriâ cuncta ſolus machinam
Virtute firma: ingens adeſto gloria
Æterna cujus laus atque clementia,
Et honor jugis affatim per ſæcula. Amen.

Supplicatio.

107. O Remus. Redemptorem mundi Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cum omni ſupplicatione rogamus, ut per gratiam ipſius & per interceſſionem ſanctæ Mariæ Virginis, & genitricis ſuæ, & per interceſſionem ſancti Martyris ſui Jacobi Apoſtoli, nobis remiſſionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.
Reſp. Præſta æterne omnipotens Deus.
Kyrie eleiſon.
Reſp. Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Capitula.

108. Subjuga, clementiſſime Deus, noſtras tuo jugo cervices: ut onus tuum, quod amantibus leve eſt, ita optabili devotione feramus, ſicut Jacobus Apoſtolus tuus, pro innexa collo ſuo fune ad paſſionem tractus eſt lætabundus: atque hoc miraculo cor illudentis ſibi ita compunxit, ut eum ſacramentis inſtructum Fidei, faceret ad gloriam pervenire martyrii: ſicque ipſe poſt in confeſſione filii tui capite dejecto interemptus occubuit, perveniens ad eum in pace; pro quo hanc ſuſtinuit paſſionem.
Ipſe eſt enim unigenitus tuus filius, qui dedit animam ſuam redemptionem pro multis, per quem noſtris tu Deus pater jubeas parcere delictis. Pater noſter qui es in cœlis.
Reſp. Amen.
Adveniat regnum tuum.
Reſp. Amen.
Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.
Reſp. Amen.
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.
Reſp. Quia Deus es.
Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
Reſp. Amen.
Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.
Dicat Presbyter. Liberati à malo, confirmati ſemper in bono, tibi mereamur ſervire Deo ac Domino noſtro. Pone Domine finem peccatis noſtris: da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, ſanitatem infirmis, requiemque defunctis: concede pacem & ſecuritatem in omnibus diebus noſtris, frange audaciam inimicorum noſtrorum, exaudi Deus orationes ſervorum tuorum omnium fidelium Chriſtianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.
Reſp. Amen.
Dicat Presbyter. Humiliate vos benedictioni. Dominus ſit ſemper vobiſcum.
Reſp. Et cum &c.

Bene-

Benedictio. Chriſtus Deus, Dei patris filius, quem Jacobus relicto patre in navi, tota ſecutus eſt intentione cordis, indeſinenter vos faciat ſuis inhærere veſtigiis.

Reſp. Amen.

Quique per hunc Apoſtolum cultores dæmonum convertit ad Fidem, cōcedat nobis vana ſæculi reſpuendo, ſe in veritate diligere.

Reſp. Amen. Ut ejus remuneremini præſidiis, cujus hodie triumphum excolitis paſſionis.

Reſp. Amen. Per miſericordiam ipſius Dei noſtri, qui eſt benedictus, & vivit, & omnia regit in ſæcula ſæculorum. *Reſp*. Amen. Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpirito tuo.

Lauda. Gaudium ſempiternum ſuper capot ſanctorum. *Presb*. Laus & jucunditas apprahendet eos. Alleluia, Alleluia.

Verſ. Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.

Presb. Laus & jucunditas.

Verſ. Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Presb. Laus & jucunditas &c.

Oratio.

109. Chriſtus, cujus virtus atque potentia tantum in Apoſtolo tuo Jacobo emicuit, ut in nomine tuo, emiſſis à ſe dæmoniorum catervis, potentialirer meruit imperare, to Eccleſiam tuam ab adverſantium impugnatione defenda: ut virtute ſpiritus exſuperando adverſa, illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exemplum piæ paſſionis honorat. *Reſp*. Amen.

Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum. *Reſp*. Ameo.

Dominus ſit ſemper vobiſcum. *Reſp*. Et cum ſpiritu tuo. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti perficiamus com pace.

Reſp. Deo gratias.

AD MISSAM IN FESTO SANCTI JACOBI.

OFFICIUM.

Facta prius confeſſione, uti fit in Miſſis Latinis, juxta uſum Toletanum antiquum, dicitur introitus eo qui ſequitur modo.

110. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp*. Qui fecit cœlum & terram. Sit nomen Domini benedictum.

Reſp. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Hæc dicit Dominus. Ego tuli te, & fui tecum, Alleluia: & interfeci omoes inimicos tuos, Alleluia. Fecique tibi oomen grande, Alleluia, Alleluia. *Verſ*. Beatus vir qui timet Dominom, in mandatis ejus cupit nimis. *Presb*. Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Verſ*. Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Presb. Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia. Per omnia ſamper ſęcula ſęculorum.

Reſp. Amen.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex cœleſtis: Deus pater omnipotens, Domine fili unigenite Jeſu Chriſte, altiſſime Domine Deus agnus Dei filius Patris, qui tollis peccata mundi miſerere nobis, qui tollis peccata mundi ſuſcipe deprecationem noſtram: qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis: quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus Jeſu Chriſte, cum ſancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.

Dicatur iterum: Per omnia ſemper ſæcula ſæculorum.

Oratio.

111. Chriſte, cujus virtus atque potentia tantum in Apoſtolo tuo Jacobo emicuit, ut in nomine tuo emiſſis à ſe dæmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare; tu Eccleſiam tuam ab adverſantium impugnatione defende, virtute ſpiritus exſuperando adverſa, ut illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exempla piæ paſſionis honorat. *Reſp*. Amen.

Dicat presbyter in medium altaris.

112. Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Verſ. Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Verſ. Lectio libri ſapientię Salomonis.

Reſp. Deo gratias.

Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit: ſenectus anim venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata: cani ſunt autem ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & vivens inter peccatores translatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum ſine malitia. Conſummatus in brevi explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum, populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in pręcordiis ſuis talia, quoniam miſericordia Dei & gratia in ſancto illius: & reſpectus in electo ipſius.

Reſp. Amen.

Iterum dicatur.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Tunc canitur pſallendo.

113. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus coronam de lapide pretioſo.

Verſ. Super ſalutare tuum Domine exultabit vehementer: deſiderium animæ ejus tribuiſti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudâſti eum. *Presb.* Coronam de lapide pretioſo. *Dicat ſacerdos vel diaconus*: Silentium facite. Lectio Actuum Apoſtolorum.

Reſp. Deo gratias.

114. In illis autem diebus ſupervenerunt ab Hieroſolymis Prophetæ Antiochiam: & ſurgens unus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem futuram magnam in univerſo Orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio. Diſcipuli autem, prout quiſque habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Judæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli. Eodem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, appoſuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum, Quem cùm apprehendiſſet, miſit eum in carcerem, tradenſque quatuor quaternionibus militum ad cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.

Reſp. Amen.

Accepta benedictione, ut in Miſſali Toletano antiquo, vel ut in Officio Latino, dicat presbyter,

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Marcum.

115. In illis diebus, aſſumens iterum Jeſus duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei ventura. Quia ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur in manibus principis ſacerdotum & ſcribis & ſenioribus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die reſurget. Et accedunt ad eum Jacobus & Joannes, filii Zebedæi, dicentes: Magiſter, volumus ut quodcunque petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis ut faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram ſedeamus in gloria tua. Jeſus autem dixit eis: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, aut baptiſmo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt: Poſſumus. Et dixit illis: Calicem quem ego bibo, bibetis, & baptiſmo quo eo baptizor baptizabimini: ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt. Et audientes decem, indignati ſunt de Jacobo & Joanne. Jeſus autem vocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum poteſtatem habent ipſorum. Non ita eſt in vobis. Quicumqoe voluerit fieri major, erit minor: & quicumque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſervus. Nam & filius hominis non venit ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret; & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

Reſp. Amen.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Lauda. Alleluia. *Verſ.* Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea, Alleluia.

*Hoc in loco ponitur aliud Miſſale, quod vocatur Offerentium, in cornu Epiſtolæ: & tunc offerat ſacerdos hoſtiam hac oratione. Et eſt notandum, quòd orationes, quæ ſignantur hoc ſigno *, leguntur in Offerentium, & quæ ſignâtur hoc ſigno †, in Miſſale.*

* *Oratio.*

116. Acceptabilis ſit majeſtati tuæ, omnipotens æterne Deus, hæc oblatio, quam tibi offerimus pro reatibus & facinoribus noſtris, & pro ſtabilitate ſanctæ Catholicę & Apoſtolicæ fidei cultoribus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Dimittendo patenam ſuper corporalia, deinde accipiat calicem ſanctificando ſic.

In nomine Pa † tris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

* *Oratio.*

117. Offerimus tibi Domine calicem, ad benedicendum ſanguinem Chriſti filii tui: deprecamurque clementiam tuam, ut ante conſpectum divinę majeſtatis tuæ cum odore ſuavitatis aſcendat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Ponat calicem ſuper aram, & accipiat filiolam ſine ſanctificatione, & ponat ſuper calicem dicendo.

* *Oratio.*

118. Hanc oblationem quæſumus Domine placatus admitte, & omnium offerentium, eorumque pro quibus tibi offertur, peccata indulge. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Hic dicat. In ſpiritu humilitatis. *ut in Officio Latino. Poſtea dicat presbyter.*

Adjuvate me fratres in orationibus veſtris, & orate pro me ad Deum.

Reſp. Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

† *Sacrificium.* Fulgebit juſtus ſicut ſplendor firmamenti, & ſicut ſtellę cœli dantes claritatem lucis, ita & juſtus ſplendebit. *Verſ.* In perpetua æternitate. *Hic accipiat aquam in manibus, & dicat ſilentio ſuper oblationem cum tribus digitis*: In nomine Patris, † & Filii, & Spiritus ſancti regnas Deus in ſęcula ſęculorum.

Reſp. Amen.

Inclinet

Inclinet ſe ſacerdos ante altare, & dicat ſilentio iſtam orationem.

119. * Accedam ad te io humilitate ſpiritus mei, loquar ad te qola moltam ſpem io fortitudine dediſti mihi. Tu ergo fili David, qoi revelato myſterio ad nos in carnem veniſti, clave crucis tuę ſecreta cordis mei adaperi, mittens unum de ſeraphim, qui candenti carbone illo qui de altari tuo ſublatus eſt, ſordentia labia mea emundet, meotem enubilet, doceodique materiam ſubminiſtret; ut lingua quæ proximorum utilitati per charitatem ſervit, nec erroris inſonet caſum, ſed veritatis reſultet ſine fine præconium, per te Deus meus, qui vivis & regnas in ſæcula ſeculorum. Amen.

Incipit Miſſa.

Dominos ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

✝ *Oratio.*

120. Chriſte, cujus virtus atqoe potentia tantum in Apoſtolo tuo Jacobo emicuit, ut in nomine tuo emiſſis à ſe dęmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare; tu Eccleſiam tuam ab adverſantium impugnatione defende, ut virtute ſpiritus exſuperando adverſa, illius doctrinam opere compleat, cujus hodie exemplum pię paſſionis honorat.

Reſp. Amen.

Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Dicat ſacerdos elevando manus.

* *Oremus.*

121. *Reſp.* Hagios, Hagios, Hagios, Domine Deus æterne tibi laudes & gratias.

* Eccleſiam ſanctam Catholicam in orationibus io mente habeamos, ut jam D ominus fide, & ſpe, & charitate propitios ampliare dignetur. Omnes lapſos, captivos, iofirmos, atque peregrinos in mente habeamus, ut eos Dominus propitios reſpicere, redimere, ſanare, & confortare dignetur.

Reſp. Pręſta æterne omoipotens Deus.

Poſtea dicit presbyter.

122. ✝ *Oratio.* Vocantem nos ad ſe Jeſum, fratres dilectiſſimi, agnoſcentes, qoi beatiſſimum Jacobum Apoſtolom ſonm retia componentem in navi ad ſe vocans, ejuſdem nos poſtmodum ſpiritualibus doctrinis admoaet atque docet, ut poſtulantes io Fide nihil hęſitemus, omni mentis devotione cum lacrymis eundem Dominom flagitemus, ut poſtulatio noſtra apud eum ea nobis obtineat adimplere, quę in ipſo Apoſtolo docente cognovimus.

Reſp. Amen.

Per miſericordiam tuam Deus noſter, in cu-

jus conſpectu ſanctorum Apoſtolorum, & Martyrom, Confeſſorom, atque Virginum nomioa recitantur. Amen.

Offerunt Deo Domino oblationem ſacerdotes noſtri, Papa Romenſis, & reliqui pro ſe, & pro omni clero, & plebibus Eccleſiæ, ſibimet conſignatis, vel pro oniverſa fraternitate. Item offerunt univerſi presbyteri, diaconi, clerici, ac populi, circum adſtantes in honorem Sanctorum pro ſe & ſuis.

Reſp. Offerunt pro ſe, & pro univerſa fraternitate.

Dicat ſacerdos.

123. Facientes commemorationem beatiſſimorum Apoſtolorum, & Martyrum, glorioſæ S. M. Virginis, Zachariæ, Joannis, Infantiom, Petri, Paulli, Joanois, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomęi, Matthæi, Jacobi, Simonis & Judæ, Mathię, Marci, Lucę.

Reſp. Et omnium Martyrom.

Item pro ſpiritibus pauſantium, Hilarii, Athanaſii, Martini, Ambroſii, Auguſtini, Fulgentii, Leandri, Iſidori, David, Juliani, item Juliani, Petri, item Petri, Joannis, Servi-Dei, Viſitani, Viventis, Felicis, Cypriani, Vincentii, Gerontii, Zacharię, Cenſpoli, Dominici, Juſti, Saturnini, Salvati, item Salvati, Bernardi, Regmundi, Joannis, Cerebruni, Gundiſalvi, Martini, Roderici, Joannis, Gutterii, Sancii, item Sancii, Dominici, Juliani, item Juliani, Philippi, Stephani, Joannis, item Joaonis, Felicis.

Reſp. Et omniom pauſantium.

Dicat presbyter Poſt nomina.

124. *Oratio.* Vivant in nobis, Jeſu Domine, Apoſtoli tui Jacobi prędicamenta doctrinæ, quibus docemur illum beatum eſſe, qui illatus tentationis voluerit æqnanimiter ſupportare, quò dum præſentia mala patientiſſimè toleravimus, in pace & charitate nunc & in æternum tecum ſine fine vivamus.

Reſp. Ameo.

Quia tu es vita vivorum, ſanitas infirmorum, ac requies omniom fidelium defunctorum in æterna ſęcula ſęculorum.

Reſp. Amen.

Ad pacem.

125. *Oratio.* Suſcipe, Jeſu bone, in hoc natali Jacobi Apoſtoli toi offerentium vota: & refrigerium pręſta ſpiritibus defunctorum, ut eo apud te intercedente, & viventibus, & defunctis, toę pietatis gratia impendatur, cujus doctrina duodecim tribuum commemorantiū edocetur.

Reſp. Amen.

* Quia tu es vera pax noſtra, & charitas indiſrupta, vivis tecum, & regnas cum Spiritu ſancto unus Deus in ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Dicat presbyter elevando manus.

126. * Gratia Dei Patris omnipotentis, pax ac dilectio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio Spiritus ſancti, ſit ſemper cum omnibus nobis.

Reſp. Et cum hominibus bonæ voluntatis.

* *Deinde dicit*: Quomodo aſtatis pacem facite.

Reſp. Pacem meam do vobis. Pacem meam commendo vobis: non ſicut mundus dat, pacem do vobis. *Verſ.* Novum mandatum do vobis, ut diligatis vos invicem. *Reiteretur.* Pacem meam do vobis. *Verſ.* Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *Reſp.* Pacem meam, &c.

Interim quod dicit chorus: Pacem meam, *accipiat ſacerdos pacem de patena, dicendo ſic*: Habete oſculum dilectionis & pacis, ut apti ſitis ſacroſanctis myſteriis Dei.

* *Poſtea inclinet ſe ſacerdos junctis manibus, & dicat*:

Introibo ad altare Dei mei.

Reſp. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Ponat presbyter manus ſuper calicem, & dicat.

Aures ad Dominum. *Reſp.* Habemus ad Dominum.

Levat manus & dicit.

Surſum corda. *Reſp.* Levemus ad Dominum.

Junctis manibus inclinando ſe in medium altaris dicat.

Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei, qui eſt in cœlis, dignas laudes, dignaſque gratias referamus.

Et levet manus in altum. Reſp. Dignum & juſtum eſt.

† *Et poſtea dicat presbyter.*

127. *Illatio.* Dignum & juſtum eſt nos tibi ſemper gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, per Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, in cujus nomine electus Jacobus, cùm ad paſſionem traheretur, paralyticum ad ſe clamantem curavit, atque hoc miraculo cor illudentis ſibi ita compunxit, ut eum ſacramentis inſtitutum, inſtinctu fidei faceret ad gloriam pervenire martyrii. Sic ipſe poſt in confeſſionem Filii tui capite dejecto interemptus occubuit: perveniens ad eum in pace, pro quo hanc ſuſtinuit paſſionem. Ipſe eſt enim unigenitus filius, qui dedit animam ſuam redemptionem pro multis, per quem noſtris tu Deus Pater jubeas parcere jam delictis, cui merito exercitus militiæ cœleſtis non ceſſant clamare ita dicentes...

Reſpondet chorus.

Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria majeſtatis tuæ. Oſanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis. Hagios, Hagios, Hagios, Kyrie, ô Theos.

Dicat Presbyter.

128. Verè ſanctus, verè benedictus Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, quem Jacobus relicto Zebedæo patre ita ſecutus eſt, ut eum obnixè diligendo, fieret electus in vita, mundus in conſcientia, probabilis in doctrina. Poſtremo ita ſcientiam commendans ex opere, ut pro eo truncato interierit capite, quem pro ſe, vel pro omnibus noverat animam poſuiſſe Chriſtum Dominum, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde in ſilentio junctis manibus inclinando ſe ante altare, dicit ſacerdos.

Oratio.

129. Adeſto, adeſto Jeſu bone, Pontifex, in medio noſtri, ſicut fuiſti in medio diſcipulorum tuorum; & ſancti † fica hanc oblationem †, ut ſanctificata † ſumamus per manus ſancti angeli tui, ſancte Domine, & Redemptor æterne. Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, bene † dixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite & manducate.

Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Hic elevetur corpus. Quotieſcumque manducaveritis, hoc facite in meam † commemorationem.

Reſp. Amen.

Similiter & calicem poſtquam cœnavit, dicens.

Super calicem.

130. Hic eſt calix novi Teſtamenti in meo ſanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Hic elevetur calix coopertus cum filiola.

Quotieſcumque biberitis, hoc facite in meã † commemorationem.

Reſp. Amen.

Quotieſcumque manducaveritis panem hunc, & calicem iſtum biberitis, mortem Domini annonciabitis, donec veniat in claritatem † de cœlis.

Reſp. Amen.

Oratio Poſt pridie.

131. Subjuga, Deus, noſtras tuo jugo cervices,

ces, ut onus tuum, quod amantibus leve eſt, ita optabili devotione feramus, ſicut Jacobus Apoſtolus tuus innexo collo ſuo fune ad paſſionem tractus eſt lætabundus, ut ſanctificans hæc quæ tibi offerimus, nos ipſos benedicas perceptione hoſtiæ hujus.

Reſp. Amen.

Te præſtante, ſancte Domine, quia tu hæc omnia nobis indignis ſervis tuis valdè bona creas, ✝ ſanctificas, vivificas ✝, bene ✝ dicis, ✝ ac præſtas nobis: ut ſint benedicta à te Deo noſtro in ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Et tunc presbyter accipiat corpus Domini de patena, & ponat ſuper calicem diſcoopertum, & dicat alta voce omnibus diebus, feſtivis videlicet, & Dominicis, præter in locis in quibus erit antiphona propria, ad confractionem panis.

Dominus ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Fidem quam corde credimus, ore autem dicamus. *Et elevet ſacerdos corpus Chriſti, ut videatur à populo, & dicat chorus Symbolum, bini ac bini, videlicet.*

132. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium conditorem. Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non factum: Homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum patre ſubſtantię, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ in terra: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine. Et homo factus eſt. Paſſus ſub Pontio Pilato. Sepultus tertia die reſurrexit. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum & glorificandum, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſęculi. Amen.

133. *Poſt hæc frangit presbyter Euchariſtiam in medium, & ponit mediam partem in patena, & de alia parte facit quinque particulas, & ponit in patena: & poſtea accipit aliam partem, & facit quatuor particulas, & ponit in patena ſimiliter per ordinem, & ſtatim purget bene digitos, & cooperto calice faciat Memento pro vivis.*



Ad orationem Dominicam.

134. *Oremus.* Apoſtolo tuo Jacobo, Domine, edocente premonemur, ut ſi quis noſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à te, qui das omnibus affluenter, & non improperas. Sed quia ad te pervenire cupimus, per Chriſtum, qui eſt virtus tua & ſapientia, id agere præoptamus, poſcentes clementiam tuam, ut per eum qui apud te advocatus factus eſt noſter, & pervenire nos ad te facias, & orationem, quam ipſo Domino inſtruente didicimus, ad te introire permittas, proclamantes à terris. Pater noſter qui es in cœlis.

Reſp. Amen.

Sanctificetur nomen tuum.

Reſp. Amen.

Adveniat regnum tuum.

Reſp. Amen.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Reſp. Amen.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Reſp. Quia Deus es.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Reſp. Amen.

Et ne nos inducas in tentationem.

Reſp. Sed libera nos à malo. *Dicat ſacerdos.*

Liberati à malo, confirmati ſemper in bono, tibi ſervire mereamur Deo ac Domino noſtro: pone Domine finem peccatis noſtris; da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, ſanitatem infirmis, requiemque defunctis; concede pacem & ſecuritatem in omnibus diebus noſtris, frange audaciam inimicorum noſtrorum, & exaudi Deus orationes ſervorum tuorum omnium fidelium Chriſtianorum in hac die & in omni tempore. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Ac-

Accipiat modò particulam Regnum de patena, & mittat in calicem, dicendo ſummiſſa voce.

Sancta ſanctis, & conjunctio corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſomentibus & potantibus nobis ad veniam, & defunctis fidelibus præſtetur ad requiem. *Et cooperiat calicem, & dicat.*

Humiliate vos benedictioni, Dominus ſit ſemper vobiſcum. *Reſp.* Et cnm ſpiritu tuo.

Chriſtus Deus Dei Patris Filius, quem Jacobus relicto patre in navi tota ſecutus eſt intentione cordis; indaſinentes vos faciat ſuis inhærere veſtigiis. Amen.

Quique pet huuc Apoſtolum ſuum, cultores dæmonnm convertit ad Fidem, concedat vobis vana hujus ſæculi teſpuendo, ſe in veritate diligere.

Reſp. Amen.

Ut ejus remuneremini præſidiis, cujus hodie triomphom excolitis paſſionis.

Reſp. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetot per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæcolorum.

Reſp. Amen.

Dominua ſit ſemper vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Guſtata & videte quàm ſuavis eſt Dominus, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Verſ.* Benedicamns Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Verſ. Redimet Dominua animaa ſervorum ſuorum, & uon relinquet omnes, qoi ſperant in eum, Alelluia, Alleluia, Allelnia. *Verſ.* Gluria & honor Patri, & Filio, & Spiritoi ſancto, in ſæcula ſæculorum, Ameu. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Quo dicto accipit aliam particulam, Gloriam, ſequentem, & dicit ſic. Panem cœleſtam de menſa Domini accipiam, & nomen Domini invocabo.

Dicat Memento pro mortuis, tenendo illam particulam ſuper calicem, & facto dicat.

Domine Deus meus, da mihi corpus & ſanguinem filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti ita ſumera, ut per illud remiſſionem omnium peççatorum merear accipere, & tuo ſancto Spiritu repleri, Deus noſter, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et deinde. Ave in ævum ſanctiſſima caro Chriſti, in perpetuum ſumma dulcedo.

Hic dicit ter: Domine non ſum dignus, *ut in Officis Latino.*

Et ſumit illam particulam, Gloriam, & omnes reliquas por ordinem, & ſumit calicem dicendo.

Ave in ævom cœleſtis potos, qui mihi ante omnia, & ſoper omnia dulcis es.

Corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti coſtodiat corpus & animam meam in vitam æternam, Amen.

Et ad ablutionem dicat hanc orationem.

135. Domine Deus meus, Pater, & Filios, & Spiritos ſanctos, fac me te ſemper quærere & diligere: & per hanc ſanctam communionem quam ſumpſi, nunquam recedere, quia tu es Deus, & præter te non erit alius in ſæcula ſæculorum, Amen.

Refecti Chriſti corpore & ſanguine, te laodamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Hic tollitur Miſſale, quod vocatur Offerentium, & aliud Miſſale ponitur in cornu Epiſtola, & dicit ſequentem orationem.

Oratio. Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti quod accepimus, & ſanctos ſauguis ejus quem potavimus, adhæreat viſceribos noſtris, æterne omnipotens Deus, ut non veniat nobis ad judicium, uec ad condemoationem; ſed proficiat ad ſalutem, & remedium animaruw noſtrarum in vitam æternam. *Reſp.* Amen. Per miſericordiam, &c. Dominus ſit ſemper vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Solennia completa ſont in nomiue Domini noſtri Jeſu Chriſti. Votum noſtrom ſit acceptnm cum pace.

Reſp. Deo gratias.

In fine Miſſæ dicitur antiphona in laudem glorioſa Virginis Mariæ: & datur benedictio. Antiph.

Salve Regina, mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalve. Ad te clamamos exſules filii Evæ, ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarnm valle. Eia ergo advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad uos converte, & Jeſom benedictom fructum ventris tui nobis poſt hoc exſilium oſtende. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

Reſp. Ut digni efficiamor, &c.

Verſ. A morte ſobitanea & improviſa.

Reſp. Libera uos Domine.

Verſ. Domious ſit ſemper vobiſcom.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Concede nos ſamulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua meotis & corporis, &c.

Quo facto dat benedictionem dicendo.

In uoitate ſancti Spiritus, beuedicat vos Pater & Filius.

Ad hanc benedictionem vertit ſe ſacerdos ad populum, & benedicit illum, & nihil aliud agens, vadit ad ſacriſtiam.

Singulis diebus abſolutâ Miſſâ (exceptis diebus Dominicis & feſtis ſoleunibus) dicitur reſponſum pro Cardioali noſtro, ſecundum ordinem hujus officii Muz-arabi; viſumque mihi eſt hîc illud apponere, quaſi pro fine Miſſæ; & perbrevis compendii hujus.

Reſponſorium.

Reſp. Scio Domioe, quia nihil in terra ſine cauſſa.

Presb. Quia homo naſcitor ad laborem, & avis ad volandum.

Verſ. Ego verò deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.

Presb. Quia homo naſcitor ad laborem, & avis ad volandum.

136. *Oremus.* Pium & exaudibilem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtom cum omni ſupplicatione rogemus, ut ſpiritum & animam famuli ſui (Franciſci Cardinalis Pontificis) in locum lucis, inter agmina beatorum propitius collocare dignetur. *Reſp.* Præſta æterne omnipotens Deus, Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie

rie eleiſon, Pater noſter. *totum ſecretò.*

Tibi Domine commendamus animam famuli tui Franciſci Cardinalis Pontificis, ut defunctus ſæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem mundanæ converſationis peccata commiſit, tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. Dominus ſit ſemper vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anima ejus, & omnes animæ fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei, ſine fine requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

DIATRIBA

DE OFFICIO MOZ-ARABICO

Auctore Joanne Bona S. R. E. tit. S. Bernardi ad Thermas presbytero Cardinali, Ordinis Ciſtercienſis.

Ex lib. 1. Rerum Liturgicarum.

CAPUT XI.

De Miſſa Moz-arabum. *Cur Hiſpani dicti* Moz-arabes. *Hujus ritus inſtitutio. Hæreticorum fraude depravatur. Deſiit tandem Romanis ritibus ſubrogatis. Quo tempore hæc mutatio contigerit, & de turbis ob eam exortis. A Franciſco Ximenio reſtituitur. Deſcribitur Miſſa* Moz-arabica, *ejuſque ritus.*

137. Officium divinum, quo olim Hiſpania, & vicinæ gentes utebantur, Gotthicum & Moz-arabicum dictum eſt. Gotthicum, quia originem habuit eo tempore quo Reges Gotthi ibidem dominabantur. Moz-arabicum verò, quia cùm Arabes Hiſpaniam penè omnem occupâſſent, Chriſtiani *Mixt-arabes*, & corrupto vocabulo Moz-arabes, id eſt, mixti cum Arabibus, dicti ſunt. Quidam à Muza Arabe, qui Toletum expugnavit, Chriſtianos qui in ea civitate remanſerant, Muz-arabes dictos autumant: ſed prior etymologia præferenda, cui rerum Hiſpanicarum ſcriptores conſentiunt. A quibus & quo tempore hoc Officium inſtitutum fuerit, incertum eſt. Baronius anno DCXXXIII. ejus auctorem fuiſſe putat Iſidorum Hiſpalenſem. Cùm enim Patres in Concilio quarto Toletano, cui præſuit Iſidorus, congregati decreviſſent Can. 2. per omnem Hiſpaniam & Galliciam unum & eundem modum ſervari in Miſſarum ſolennitatibus, & in Matutinis; ac Veſpertinis officiis, ipſi Iſidoro, qui cæteris doctrina & ſanctitate antecellebat, hoc munus ex Baronii conjectura demandatum fuit, ut Eccleſiaſtica officia componeret, quibus omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ deinceps uterentur. Confirmat Baronii aſſertionem inſcriptio librorum quibus hæc officia continentur. Sic enim inſcribi ſolent: *Officium Gotthicum, ſive mixtum, ſecundùm regulam S. Iſidori dictum Moz-arabes.* Mihi autem, ne huic ſententię ſtatim adhæream, quædam ſunt quæ gravem ingerunt difficultatem. Nam primò in Miſſa S. Martini in oratione *Poſt nomina* hæc verba leguntur: *Hunc virum, quem ætatis noſtræ tempora protulerunt, jubeas auxilium noſtris ferre temporibus.* Martinus autem obiit anno Domini CCCCII. & primus ex Confeſſoribus paullò poſt obitum publico cultu cœpit honorari. ergo multò ante Iſidorum hęc Miſſa ſcripta fuit. Deinde ſi Iſidorus hujus officii auctor fuit; cur nec Braulio Cæſarauguſtanus, nec Ildephonſus Toletanus, viri ſancti & Iſidoro familiares, ille in elogio ipſius Iſidori, hic in libro *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis*, nullam operis adeò excellentis mentionem faciunt? His accedit, quòd Concilium quartum Toletanum aliquot hujus Officii ritus Can. 11. & ſequentibus, tanquã jam antea uſitatos, commemorat: & tertium item Toletanum, annis XLIV. ante quartum, Can. 2. ſtatuit in ſingulis Eccleſiis Symbolum recitari priuſquam dicatur oratio Dominicalis, qui eſt mos peculiaris Miſſæ Moz-arabicæ. Ipſe quoque Iſidorus lib. *De ſcript. Eccleſ.* Leandri fratris ſui & in ſede Hiſpalenſi anteceſſoris ſcripta recenſens, teſtatur ipſum in Eccleſiaſticis Officiis non parvo ſtudio laborâſſe, & in ſacrificii Laudibus atque Pſalmis multa dulciſonè compoſuiſſe. Joannes Mariana lib. 6. *De rebus Hiſpaniæ*, cap. 5. uſum inquit obtinuiſſe, ut Iſidoro ritus Moz-arabicus tribuatur, nonnulla tamen Leandrum inveniſſe. Quòd ſi Leander dumtaxat invenit, crediderim hoc officium Concilio tertio Toletano, cui Leander interfuit, antiquius eſſe, & ſæculo quinto jam in uſu fuiſſe, ut ex Miſſa Sancti Martini modò oſtendimus. Sed de primo ejus auctore non conſtare, ab ipſo tamen Leandro illuſtratum, ab Iſidoro auctum, ab aliis progreſſu temporis amplificatum, nominatim ab Ildephonſo, cujus opera Julianus Toletanus in Appendice ad librũ ejus *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis* in quatuor partes diviſit, & tertiam fuiſſe ait Miſſarum, Hymnorum, atque Sermonum. Ipſe item Julianus, qui diem clauſit extremum Erâ Hiſpanicâ DCCXXVIII. anno ſcilicet Chri-

ſti

ſti DCXC. ſcripſiſſe dicitur, ut in eadem appendice Felix Epiſcopus refert, *Librum Miſſarum de toto circulo anni in quatuor partes diviſum, in quibus aliquas vetuſtatis incuriâ vitiatas ac ſemiplenas emendavit atque complevit, aliquas verò ex toto compoſuit. Item librum orationum de feſtivitatibus, quas Toletana Eccleſia per totum circulum anni eſt ſolita celebrare, partim ſtylo ſui ingenii depromptum, partim etiam inolita antiquitate vitiatum, ſtudiosè correctum in unum congeſſit, atque Eccleſię Dei uſibus ob amorem reliquit ſanctæ Religionis.* Petrus quoque Ilerdenſis Epiſcopus orationes & Miſſas edidit eleganti ſermone diverſis ſolennitatibus congruentes. Et Salvus Abbas Albaildenſis monaſterii Miſſas etiam & orationes atque Hymnos compoſuiſſe dicitur, plurimam cordis compunctionem legentibus & audientibus tribuentes.

138. Quamvis autem hoc officium à viris ſanctis & orthodoxis compoſitum fuerit; Hiſpaniâ tamen ab infidelibus devaſtatâ, ita erroribus refertum eſt, ut Elipandus Toletanus Epiſcopus ex ipſis officiis depravatis plura acceperit teſtimonia ad ſuam hæreſim aſtruendam, ut conſtat ex Albino Flacco libro adverſus eundem Elipandum. Diu viguit hic ritus in Hiſpania, in Gallia item Narbonenſi, & in aliis regionibus Gotthorum regno ſubjectis, donec Gregorii VII. auctoritate in Romanum mutatus eſt. Exſtat de hac re ipſius Gregorii Epiſtola exhortatoria ad Alphonſum Caſtellæ & Sancium Aragoniæ Reges, & ad Epiſcopos in eorum ditione conſtitutos: in qua primò afferit Hiſpaniam in ordine divini Officii cum Romana urbe initio ſuſceptæ Fidei habuiſſe concordiam. *Sed poſtquam* (inquit) *veſaniâ Priſcillianiſtarum diu pollutum, & perfidiâ Arianorum depravatum, & à Romano ritu ſeparatum, irruentibus prius Gotthis, ac demum invadentibus Sarracenis, regnum Hiſpaniæ fuit; non ſolùm religio eſt diminuta, verùm etiam mundanæ ſunt opes labefactatæ.* Tum illos hortatur, ut Romanæ Eccleſiæ ordinem & Officium recipiant: *Quod etiam* (ait) *Epiſcopi veſtri ad nos nuper venientes juxta conſtitutionem Concilii per ſcripta ſua facere promiſerunt, & in manu noſtra firmaverunt.* Hæc Gregorius epiſt. 64. lib. 1. qui etiam per Legatum ſuum in Hiſpaniam miſſum ad hoc negotium perficiendum ipſos Reges ſolicitabat. Narrat Petrus de Marca in Hiſtoria Bearnii lib. 2. cap. 9. Romanum Officium Gotthico exploſo receptum primò fuiſſe in regno Aragoniæ anno milleſimo ſexageſimo octavo, tempore Alexandri II. qui hac de cauſſa Hugonem Candidum Cardinalem Legatum ſuum miſit in Hiſpaniam. Idem ait in Catalonia obſervari curâſſe Comitem Raymundum Berangarium. Exploſum item à regno Navarræ curante Sancio Rege Aragonum, poſtquam operâ & ope Gregorii VII. Navarræ Rex electus fuit. Et Sancium quidem primum omnium Pontifici obtemperâſſe, teſtantur hiſtorici, quem propterea idem Gregorius lib. 1. epiſt. 63. valdè commendat. Alphonſus verò adhuc nutabat & obnitebatur ſuaſu cujuſdam Roberti Cluniacenſis, qui nefandiſſimus ſeductor, & ab introitu Eccleſiæ ſeparatus dicitur à Gregorio lib. 8. epiſt. 3. Rem denique promovente Conſtantiâ Reginâ Alphonſi uxore, quæ in Gallia nata Romano Officio à tempore Caroli Magni illic recepto, utpote illi aſſueta, favebat; conſenſit Rex ut Gotthico Officio abrogato Romanũ reciperetur. Hac de cauſſa ſic ipſum Regem laudat Gregorius lib. 6. epiſt. 2. *Noverit excellentia tua, dilectiſſime, illud unum admodùm nobis, immo clementiæ divinæ placere, quòd in Eccleſiis regni tui matris omnium S. Romanę Eccleſiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari feceris. Denique in illo quem hactenus tenuiſſe videmini, ſicut ſuggerentibus religioſis viris didicimus, quædam contra Catholicam Fidem inſerta eſſe patulò convincuntur. Quæ cùm relinquere, & ad priſcam conſuetudinem, ſcilicet hujus Eccleſiæ, reverti deliberâſti, non dubiè te B. Petrum patronum optare, & ſubditorum tuorum ſalutem, cæleſti gratia inſpirante, ſicut Regem decet, curare monſtrâſti.*

139. Acta ſunt iſta circa annum milleſimum octogeſimum, ſubditis pervicaciter contradicentibus, qui à veteri precandi ordine, & ab avitis cæremoniis ægerrimè diſcedebant. Placuit autem primoribus populi rem nõ ratione, ſed ferro decerni, ac ſi omne jus in armis foret. Duo viri electi ſunt, quorum unus pro Romano, alter pro Gotthico officio ſingulari certamine pugnarent. Ajunt viciſſe illum qui pro Gotthico prœliabatur. Sed urgente Regis præcepto, & adhuc populo tumultuante, litem igni dirimendam tradiderunt. Uterque Codex Officiorum Romani & Gotthici ſuccenſo rogo injectus eſt. Gotthicus illæſus in igne permanſit, Romanus flammis conſumptus eſt. Utrumque eventum pugnæ & ignis Rodericus Archiepiſcopus Toletanus refert lib. 6. *De rebus Hiſpaniæ*, cap. 26. teſtis unicus & ſingularis, qui illis non interfuit, nec potuit intereſſe. Nam Gregorius VII. quo præcipiente officium mutatum eſt, obiit annò MLXXXV. Rodericus autem MCCXLV. Alii recentiores ipſum Rodericum ſequuti ſunt, penes quem hujus fabulę vel hiſtoriæ fides ſit. Tunc igitur in Hiſpania Romanus ritus Moz-arabico abrogato receptus fuit; qui tamen in aliquibus monaſteriis aliquanto tempore cuſtoditus eſt, ut aſſerit Rodericus, qui etiam teſtatur tranſlationem Pſalterii ritus Gotthici propriam adhuc ipſo vivente in plurimis Eccleſiis Cathedralibus, & in monaſteriis recitatam fuiſſe. Adeò verum eſt ægrè divelli homines à conſuetudinibus quas à majoribus receperunt. Ne autem tantæ antiquitatis ritus omnino interiret, viri celeberrimi Franciſci Ximenii Archiepiſcopi Toletani cura providit. E Gotthicis enim tumulis ſuſcitatum novis characteribus recudi juſſit, inſtituto ſacerdotum collegio, à quibus quotidie divina officia & Miſſarum ſolennia uſque in hodiernum diem hoc ritu celebrantur in ſacello quod in majori Eccleſia Toletana ædificavit. Sunt etiam Toleti aliquot parœciæ, in quibus ordo

iſte

Digitized by Google

iſte Moz-arabicus adhuc ſervatur, idemque fit Salmanticę in ſacello Doctoris Talabricenſis. De illius origine, duratione, & inſtauratione diffuſè & eleganter tractat Alvarus Gomecius lib. 2. *De rebus geſtis Cardinalis Ximenii.*

140. Porrò Miſſa Moz-arabica hæc eſt. Poſtquam ſacerdos veſtes ſacras induit, dicit Reſponſorium: *Pater peccavi in cælum & coram te. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ab occultis meis.* cum oratione: *Deus qui de indignis dignos facis.* Deinde procedit ad altare, & præmiſſa angelica ſalutatione ait: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Spiritus ſancti adſit nobis grat a. Introibo ad altare Dei. Judica me Deus.* Finito Pſalmo, & repetitâ antiphonâ, dicit hos verſus: *Dignare Domine die iſto. Confitemini Domino quoniam bonus. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.* ſequiturque confeſſio cum verſibus, & oratione, *Aufer à nobis.* Et ſtatim accedit ad altare, facitque crucem ſuper aram dicens: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Et oſculato altari recitat antiphonam de cruce, *Salve crux pretioſa,* cum quatuor collectis. Tum demiſſo capite dicit: *Per gloriam nominis tui, Chriſte Fili Dei vivi, & per interceſſionem S. Mariæ Virginis, & B. Jacobi, & omnium Sanctorum tuorum, auxiliare, & miſerere indignis ſervis tuis, & eſto in medio noſtri Deus noſter, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum.* Mox in dextro cornu altaris legit introitum cum verſiculo Pſalmi, & glorificatione ſanctiſſimæ Trinitatis his verbis concepta: *Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.* Ultima pars Introitus repetitur poſt Pſalmum, & iterum poſt *Gloria.* Qua repetitione peracta dicit: *Per omnia ſæcula ſæculorum.* Reſpondetur, *Amen.* Sequitur immediatè *Gloria in excelſis*: & iterum, *Per omnia ſæcula ſæculorum.* & oratio, ante quam non dicitur *Oremus*, nec in fine *Per Dominum noſtrum*: ſed tantùm reſpondetur, *Amen.* Recitata oratione progreditur ad medium altaris dicens: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum.* Reſpondetur, *Amen.* Poſtea ſtans in medio ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Reſpondetur: *Et cum ſpiritu tuo.* Legitque Prophetiam: *Lectio Iſaïæ Prophetæ.* Reſpondetur *Deo gratias,* & in fine lectionis, *Amen.* Iterum ſacerdos dicit, *Dominus ſit ſemper vobiſcum.* Tum canitur Reſponſorium non diſſimile Graduali Romano. Quo decantato ſacerdos dicit, *Silentium facite.* & legit Epiſtolam, *Sequentia Epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Romanos.* Reſpondetur *Deo gratias,* & in fine *Amen.* Eâ lectâ petit benedictionem, & præmiſſa ſalutatione *Dominus ſit ſemper vobiſcum,* legit Evangelium, *Lectio S. Evangelii ſecundum Joannem.* Reſpondetur *Gloria tibi Domine,* & in fine *Amen.* Tum iterum dicit, *Dominus ſit ſemper vobiſcum,* & cantatur laus, ideſt verſus cum *Alleluia,* in principio & in fine. Offert deinde hoſtiam & calicem cum orationibus propriis, & thus adolet, ſi Miſſa ſolennis ſit. Sequitur oratio, *In ſpiritu humilitatis,* ut in Officio Romano. Tum ait, *Adjuvate me fratres in orationibus veſtris, & orate pro me ad Deum.* Reſpondetur, *Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.* Cantatur deinde *Sacrificium,* & eſt antiphona cum quibuſdam verſiculis correſpondens Offertorio Romano: & lavat manus dicens, *Lavabo inter innocentes manus meas.* Et poſt lotionem benedicit oblata. Mox inclinatus ante altare dicit ſub ſilentio hanc orationem: *Accedam ad te in humilitate ſpiritus mei, loquar ad te, quia multam ſpem in fortitudine dediſti mihi. Tu ergo Fili David, qui revelato myſterio ad nos incarnem veniſti, clavo crucis tuæ ſecreta cordis mei adaperi, mittens unum de Seraphim, qui candenti carbone illo, qui de altare tuo ſublatus eſt, ſordentia labia mea emundet, mentem enubilet, docendique materiam ſubminiſtret, ut lingua quæ proximorum utilitati per charitatem ſervit, nec erroris inſonet caſum, ſed veritatis reſultet ſine fine præconium. Per te Deus meus, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.*

141. Poſt hanc orationem ſic in Miſſali ſcriptum eſt: *Incipit Miſſa.* Fortè quia huc uſque adeſſe poterant Catechumeni. Dicit ſacerdos, *Dominus ſit ſemper vobiſcum,* & orationem diei convenientem, cui reſpondetur, *Amen.* Subdit: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſæcula ſæculorum.* Et reſponſo *Amen,* elevat manus dicens, *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Hagios, Hagios, Hagios, Domine Deus æterne, tibi laudes & gratias. Eccleſiam ſanctam Catholicam in orationibus in mente habeamus, ut eam Dominus fide, & ſpe, & charitate propitius ampliare dignetur. Omnes lapſos, captivos, infirmos, atque peregrinos in mente habeamus, ut eos Dominus propitius reſpicere, redimere, ſanare, & confortare dignetur.* Reſpondet chorus vel miniſter: *Præſta æterne omnipotens Deus.* Sequitur brevis ſermo ad populum, qui inſcribitur *Miſſa,* in qua ſacerdos aſtantes hortatur, ut diei ſive feſtivitatis myſteria contemplentur. Formula hæc eſt ex die Aſcenſionis Domini.

Placeat, dilectiſſimi fratres, ſæcularium cogitationum faſce depoſito, in ſublime mentibus ſubvolare, & impoſitam ætheris faſtigio aſſumpti hominis communionem ſequacibus cordis oculis contueri. Ad incomparabilem nobis claritatem attonitus vocandus aſpectus eſt. Jeſus Dominus noſter humilitate nobis terrarum, cælorum dignitate commutat. Acutus neceſſe eſt viſus eſſe, reſpicere quò ſequamur. Hodie Salvator noſter poſt aſſumptionem carnis ſedem repetit deitatis. Hodie hominem ſuum intulit Patri, quem obtulit paſſioni. Hunc exaltans in cælis, quem humiliaverat in infernis. Hic viſurus gloriam, qui viderat ſepulturam. Et qui adverſus mortem mortis ſuæ dedit beneficium, ad ſpem vitæ donavit reſurrectionis exemplum. Hodie rediit ad Patrem; cùm tamen ſine Patris, qui ſibi æqualis eſt, poteſtate non venerit. Hodie aſcendit in cælum qui obſequia cæleſtium, cùm diſcenderet, non amiſit. Ita in Patris naturæ unitate conſiſtens, ut cùm homo cælum novus intraret, novum tamen Deus hominem non haberet. Petamus igitur ab omnipotentia Patris per nomen Filii ſalvatoris gratiæ ſpiritualis ingreſſum, æternæ beati-

titudinis donum, beatæ manſionis aſcenſum, catholicæ credulitatis augmentum, hæreticæ infidelitatis excidium. Audiet profectò in confeſſione, quos in perditione quæſivit. Adſiſtet ſuis, qui non deſtitit alienis. Aderit agnitus, qui non deſinit agnoſcendus. Non patietur orphanos eſſe devotos, qui filios facere dignatus eſt inimicos. Dabit effectum ſupplicationis, qui promiſit ſpiritum ſanctitatis. Amen.

142. Hac lecta cócione, quæ in ſingulis Miſſis diverſa & propria eſt, ſobſequitur oratio definés in hæc verba: *Per miſericordiam tuam Deus noſter, in cujus conſpectu SS. Apoſtolorum, & Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum nomina recitantur. Amen. Offerunt Deo Domino oblationem ſacerdotes noſtri, Papa Romenſis, & reliqui pro ſe, & pro omni clero, & plebibus Eccleſiæ ſibimet conſignatis, vel pro univerſa fraternitate. Item offerunt univerſi presbyteri, diaconi, clerici, ac populi circumadſtantes in honorem Sanctorum pro ſe & ſuis.* Reſpondetur: *Offerunt pro ſe, & pro univerſa fraternitate.* Subdit ſacerdos: *Facientes commemorationem beatiſſimorum Apoſtolorum & Martyrum, glorioſæ S. Mariæ Virginis, Zachariæ, Joannis, Infantium, Petri, Paulli, Joannis, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Jacobi, Simonis & Judæ, Mathiæ, Marci, & Lucæ.* Reſpondet chorus: *& omnium Martyrum.* Ait ſacerdos: *Item pro ſpiritibus pauſantium Hilarii, Athanaſii, Martini, Ambroſii, Auguſtini.* & recenſet quadraginta ſex nomina, quorum pleraque ſunt Epiſcoporum Toletanorum. Reſpondetur: *& omnium pauſantium.* Quomodo autem cum cæteris defunctis quorundam quoque Sanctorum commemoratio hîc fiat, lib. 2. cap. 14. explicabo. Sequitur oratio quæ dicitur *Poſt nomina*, cui reſpondetur *Amen*, ſtatimque dicit ſacerdos: *Quia tu es vita vivorum, ſanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum in æterna ſæcula ſæculorum.* Tum legit aliam orationem, quæ vocatur *Ad pacem*, & ſic concluditur: *Quia tu es vera pax noſtra, & charitas indiſrupta, vivis tecum, & regnas cum Spiritu ſancto unus Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.* Subjungit ſacerdos elevans manus: *Gratia Dei Patris omnipotentis, pax ac dilectio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & communicatio Spiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus vobis.* Reſpondetur: *& cum hominibus bonæ voluntatis.* Deinde dicit, *Quomodo aſtatis pacem facite.* Reſpondet chorus: *Pacem meam do vobis, pacem meam commendo vobis, non ſicut mundus dat, pacem do vobis.* Quibus cum verſiculo *Gloria & honor Patri* repetitis, ait ſacerdos: *Habete oſculum dilectionis & pacis, ut apti ſitis ſacroſanctis myſteriis Dei.* Et ſtatim dat pacem diacono vel miniſtro, & ille populo. Poſt hæc junctis manibus inclinat ſe dicens: *Introibo ad altare Dei mei.* Reſpondetur, *Ad Deum qui lætificat juventutem meam.* Mox ait ſacerdos, *Aures ad Dominum.* Reſpondet miniſter, *Habemus ad Dominum.* Sacerdos, *Surſum corda.* Miniſter, *Levemus ad Dominum.* Sacerdos, *Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei, qui eſt in cœlis, dignas laudes, dignasq; gratias referamus.* Miniſter, *Dignum & juſtum eſt.* Tum dicit ſacerdos quam vocant *Illationem*, propriã in ſingulis Miſſis, & ut plurimum valdè prolixam ad inſtar præfatioois Romanæ: & poſt eam cantatur *Sanctus* more Romano, niſi quòd in fine addũt Græcè *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριε ὁ Θεὸς, Hagios, Hagios, Hagios, Kyrie O Theos.* Et protinus ſubjungit ſacerdos orationem, quæ dicitur *Poſt ſanctus*, & eſt veluti appendix Præfationis: *Verè ſanctus, verè benedictus Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius tuus &c.* Quâ finitâ illicò ſubmiſſa voce incipit Canonem his verbis.

Adeſto, adeſto, Jeſu bone, Pontifex, in medio noſtri, ſicut fuiſti in medio diſcipulorum tuorum; & ſanctifica hanc oblationem, ut ſanctificata ſumamus per manus S. angeli tui, ſancte Domine, & redemptor æterne. Quibus dictis ait, *Dominus noſter Jeſus Chriſtus in qua nocte tradebatur*, &c. Fitque conſecratio & elevatio. Sequitur deinde oratio, quæ dicitur *Poſt pridie*, diverſa pro diverſitate Miſſarum, dum ait: *Te præſtante, ſancte Domine, quia tu hæc omnia nobis indignis ſervis tuis valdè bona creas, ſanctificas, vivificas, benedicis & præſtas nobis, ut ſint benedicta à te Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Amen.* Accipit deinde corpus Domini de patena, & ponit ſuper calicem diſcoopertum, & ait: *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, reſpondet chorus, *Et cum ſpiritu tuo.* Ait ſacerdos, *Eidem quam corde credimus, ore autem dicamus.* ſtatimque elevat corpus Domini, ut videatur à populo, & dicunt omnes Symbolum, *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem.* Interim ſacerdos frangit hoſtiam per medium in duas partes: & accepta una parte facit ex ea quinque particulas, & ponit in patena in linea recta, habentque ſinguli propriom nomen: nam prima vocatur *Corporatio*, hoc eſt incarnatio, 2. *Nativitas*, 3. *Circumciſio*, 4. *Apparitio*, 5. *Paſſio*. Accepta ſimiliter altera parte, facit ex ea quatuor particulas, quarum hæc ſunt nomina, 6. *Mors*, 7. *Reſurrectio*, 8. *Gloria*, 9. *Regnum*, & eas collocat in patena ordine hîc expreſſo.



Sta-

Statimque digitos bene purgat, & cooperto calice orat ſecretò pro fidelibus viventibus, ſive, ut verbis Miſſalis utar, facit *Memento pro vivis*. Hæc autem omnia ferè complentur dom chorus cantat Symbolum. Tum recitat orationem Dominicam pręmiſſa brevi præfatione, quæ in ſingulis Miſſis variatur. Ad ſingulas petitiones reſpondetur *Amen*; hac excepta: *Panem noſtrum quotidianum*, cui reſpondetur, *Quia Deus es*. Sequitur immediatè oratio ſemper eadem: *Liberati à malo, confirmati ſemper in bono, tibi ſervire mereamur Deo ac Domino noſtro. Pone Domine finem peccatis noſtris, da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captivis, ſanitatem infirmis, requiemque defunctis. Concede pacem & ſecuritatem in omnibus diebus noſtris, frange audaciam inimicorum noſtrorum, & exaudi Deus orationes ſervorum tuorum omnium fidelium Chriſtianorum in hac die & in omni tempore. Per Dominum noſtrum*. Poſt hanc orationem accipit particulam cui nomen *Regnum*, & mittit in calicem dicens ſubmiſſa voce: *Sancta ſanctis, & conjunctio corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſumentibus & potantibus nobis ad veniam & defunctis præſtetur ad requiem*. Tom dicit alta voce, *Humiliate vos ad benedictionem. Dominus ſit ſemper vobiſcum*. Et benedictionem tribus diſtinctis petitionibus largitur, quibus ſingulis reſpondetur *Amen*. Qua impertita iterom ait, *Dominus ſit ſemper vobiſcum*. Et cantatur Reſponſorium, quod vocatur *Ad accedentes*, quo monentut fideles accedentes ad communionem nt diligenter perpendant quem cibum ſint ſuſcepturi. Poſtea accipiens aliam particulam, cui nomem *Gloria*, tenet illam ſuper calicem, & facit *Memento pro defunctis*, eorumqoe commemoratione peracta, ac brevi præmiſſa oratione, ſumit illam particulam quam habet in manu, cæteraſque per ordinem. Tum ſumit calicem, factaque ablutione legit hanc antiphonam: *Refecti Chriſti corpore & ſanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia*. Sequitur oratio Romanæ *Poſtcommunionem* ſimilis, & poſt eam *Dominus ſit ſemper vobiſcum*, finemque annunciat dicens: *Solennia completa ſunt in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, votum noſtrum ſit acceptum cum pace*. Reſpondetur *Deo gratias*. Recitat denique flexis genibus ante altare *Salve Regina* cum oratione: *Concede nos famulos tuos*. Et converſus ad populum dat ei benedictionem dicens: *In unitate ſancti Spiritus benedicat vos Pater, & Filius, Amen*. Statimque diſcedit ab altari. Et notandom quòd ſacerdos nunquam ſe vertit ad populum, niſi cùm hanc poſtremam benedictionem largitur; & cùm dicit: *Adjuvate me fratres in orationibus veſtris*. Confeſſionem more Romano, & alias orationes ante Introitnm, ſicut & antiphonam *Salve Regina*, in fine addidit Officio Gotthico Franciſcus Ximenius. Addidit etiam Officia quædam Sanctorum & alia feſta recentioris ævi, atqne ideo propter hæc quæ adjecit, Miſſale miſtum nuncupavit.

DONATIO ALPHONSI VI.

In gratiam monaſterii S. Facundi, & Bernardi ejuſdem Abbatis.

ANNO CHRISTI MLXXXV.

Ex Yepio in appendice tomi VI. fol. 488.

IN nomine Domini qui eſt trinus & unus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & qui eſt vera Deitas, & una majeſtas in trinitate vera exiſtens, qui omnia ex nihilo cuncta creavit, ſed primum hominem per diaboli artem in miſeriam caſum per miſericordiam ſuam in cœlos reparavit: & diaboli calliditatem evacuavit, atque ſuum plaſmatem ad ſuperna cœleſtia angelorum miſericors revocavit, & bonam ſpem cunctis omnibus fidelibus dedit, Ego Adephonſus Dei gratiâ totius Hiſpaniæ Imperator, poſtquam ſedi in throno paterno curã Eccleſiarum habere cœpi, ſed ſuper omnes Eccleſiam Sanctorum Facundi & Primitivi quam antiquitus Dominis Sanctis vocitant, amavi. Et per dominum Bernardum Abbatem in Ordine Sancti Benedicti (quæ eſt bona & religioſa) declaravi, atque ab omni jugo regalis fiſci vel Eccleſiaſticæ preſſuræ feci ingenuam. Dedi enim eam Romanæ Eccleſiæ & Beati Petri in libertate Romana. Cumque adhuc cogitarem bonnm quod facerem, acceſſit ad me Abbas, & rogavit quatenus darem foros, ut eſſet bona villa in circuitu de monaſterio: quod devotus annui, & mox quod Abbas & monachi petebant conceſſi. Ideoqne igitur ego Adephonſus prolis Ferdinandi Regis & Sanctiæ Reginæ, cnm voluntate Abbatis ac monachorum, do vobis hominibus populatoribus Sancti Facnndi conſuetudines, & foros, in quibus & ſerviatis Eccleſiæ & monaſterii ſuprà taxati. Imprimis nt non eatis in expeditionem, ſed quando fuerit Rex obſeſſus, aut ſuum caſtellum; & tunc cùm fuerint ante vos tertia die uſque divulgaretur: & quod nunquam habeatis dominnm niſi Abbatem & monachos. Quoniam quidem oportet vos de ye-

veſtris artibus & mercaturis vivere, & ire per diverſas terras, mando & deteſto quòd uullus aliquis pignoret vos pro alſoz, neque prn hæreditate Sancti Facundi, nec illis pro vobis. Quando populator acceperit ſolum, dabit nnn ſolido, atque duobua denariis: & ita unumquemque annuum de ſingulos ſolos dabuntur ſingulis ſolidis. Sanè verò ſi in ipſo anno nō populaverit illnm, perdet eum: ſi ſauè pro populato ſolidnm non dederit, accipient eis portam aut oſtium, vel aliquid qnod valet ſolidum, donec tectum accipiat, & uſque ad duos pręcones de octo in octo diebus, ſed detur pignus accipi pro ſolido in ſolo: ſi uec tectum nec aliquid pignus invenerint, illum accipiat Abbas, & det cui vult. Qui emerit ſolum cenſatum & cum ſuo copulaverit, duos cenſus dabit: & ſi mnltos in unum coagulaverit, multos dabit: de uno ſi unum, aut multos per venditionem ſecerint, quantas partes ſecerint, tantos ſolidos dabunt qui in eis habitaverint. Poſt mortem parentis quando filii ſulum partierint, quanti fuerint, cunctos ſolidos dabunt. Si autem unus de eis partes fratrum in unum connexas ſecerit, dabit unum cēſum. Nullus vendat ſolum, niſi tantùm illi comparatori quem Abbas pro ſuo nomine pignus receperit. Vicinus aut extraneus qui domum vel aliquam partem calumniaverit, tam ipſe qui quęrit, quàm necnon ille de quo quærit, dent Abbati fidiatores in ſexaginta ſolidos; & qui fuerit victus perſolvat ſexaginta ſolidos Abbati. Parietem qui in ante mutaverit, vel vallum ſecerit, quinquenos dabit ſolidos, & quod. fecit emendabit. Quiſquis præſumptor, vel per violentiam alienam domum intraverit, dabit Abbati trecentos ſolidos, domino domûs damnum quod ſecit. Qui alium dominum aliunde clamaverit niſi Abbatis, capiatur ipſe & domus ejus. Si domum non habuerit, expellatur, & qui expulſo pro qualicumque modo receperit, det Abbati ſexaginta ſolidos. Qui domum ſuam dimiſerit, & de ſoris exierit pignorare, perdat illa. Sed ſi poſtea per ſoro de villa dare directo & accipere voluerit, det Abbati priùs ſexaginta ſolidos. Nullus habeat ibi ſurno, vel patella, ſed ubi ſuerit inveuto ſrangatur, & det Abbati quiuque ſolidos: ita fiat de meuſura, de cibaria, & de cunctis omnibus falſis menſutis. Si iu manu alicujus, vel in domo venerint ramum de ſaltu, det quiuque ſolidos: ſi ad radicem ſucciderit, capiant eum, & faciat Abbas quod vult de eo. De ſuſpecta intrabunt in domnm. & ſcrutabunt omnia, ut arbores, & vineæ, & pratos herbæ habeant ſuum robur ad opns mouaſterii. Quum monachi ſuum vinum vendere volverint, alius in villa uon vendat. Pannos, piſces recentes, & ligna ad ſurnos neceſſaria nullus emat quamdiu monachi emere voluerint: qui ſecerit, perdat quod comparavit, & det quinque ſolidos. Qui pro ſayone directum ipſa die non dederit, det quinque. Directum neque fidiatorem non dando ſi eum percuſſerit, ſexaginta ſolidos det. Homicidia cognitus dabit centum ſolidos, & tertia pars ſit condonata pro Rege. Si negaverit, juret quia non ſecit, & ad torna litiget, & ſi ceciderit, petet centum ſolidos, & ſexaginta ſolidos de capo, & quod nltrà expendit iu armis, & operariis, & expenſia. Homicidium de nocte factum qui negaverit, ſi accuſatus ſuerit, litiget cum illo qui dixerit, quia ego vidi: & ſi cecidederit, petet centum ſolidos, & quod ultrà expendit in armis, & operariis, & expenſia, & ſexaginta ſolidos de capo. Qui per fraudis molimina hominem necuerit, quingentos ſolidos dabit. Homn percuſſus ſi ad mortem venerit, & dixerit clerico, quia ille homo percuſſit me nnde morior, per teſtimonium clerici dabit homicidium. Qui alium impellaverit, aut eum pugno percuſſerit, quinque ſolidos dabit Abbati. In capite ſi percuſſerit, vel cum ſolo pugnn, quindecim ſolidos det. Coram monacho ſi ejus hominem ſerierit, aut pepulerit, roget, ſicut qui inhonorat dominum ſuum. Si dno unum in terra luctaveriut, ſexaginta ſolidos dent, unus ad alium quinque ſolidos. Qui oculum turbaverit, aut dentē excuſſerit, vel membrnm ſecaverit, ſeu damnaverit, ſexaginta ſolidos dabit Abbati. Per falſam inquiſitionem quam aliquis ſecerit, vel dixerit, aut per falſum judicium, quam dederit, vicinum ſuum aliquid perdere ſecerit, det ei quod pro eo perdiderit, & Abbati, & res domino ſuo dent. Venditor domûs det ſolidum unum Abbati, emptor duos denarios. Iſtas conſuetudines & foros per voluntatem Abbatis, & collegio fratrum dedi ego Adephonſus Imperator hominibus S. Facnndi, per quos ſerviant eis ſicut dominis in ſubmiſſione & humilitate plena, & illi defendāt eos, & ament ut ſuos homines, & cedant montes, & res, & hæreditates monaſterii per ſuos uſus, & leges antiquas in pace per manum Abbatis, & monachorum. Si verò, quod non ſpero, aliquis de mea progenie, vel extranea fuerit proſapia, qui eas leges & foros ſecnndum quod reſouat in titulo v. cap. primo, dare per vim, per fraudem confundere voluerit Rex, vel Imperator, aut Regina, Pontiſex, inſolatus, clericus, vel monachus ordinatus, conſul, aut Princeps armatus, vir aut ſœmina, qui hoc tentaverit, non habeant ſors cum Deo, neque Sanctorum ejus; excommunicatus & maledictus exiſtat, & non habeat partem in Chriſti redemptione & dnobus à fronte careat luminibus, & cum Juda traditore ſit in infernalibus ignibus. Data ſcriptura autem noſtra æternum habeat robur & tenorem. Ego Adephonſus Imperator cum conjuge mea Conſtantia Regina, cum voluntate Abbatis, & monachorum, quod fierl juſſi, & lectum audivimus, roboramus manus noſtras, & ſignum adjecimus. Diſcuerente Era biſdena & terna cum decies dena uſque, necnon cum decies centena. 7. Kalendas Decembris, Urraca Regis ſoror ſub Chriſti nomiue, & ejus Imperio confirmavit. Gelvira ſoror ejus confirm. De aula Regia Roderico Armiger filius Ordonii conſ. Ego Beruardus Abbas unà cum conſenſu monachorum cœnobii S. Facundi quæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt ſcripta cōfirmo, ſignum apponoque. ✝ Senior Didacus Alvariz conf. Didacus Gonſalviz confirmat. Roderico Diaz confirmo. Tel Guterriz confirmat. Alvar Salvatoriz confirmat. Poncius magiſter confirmat. Armentarius confirmat.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Balneolenſe.

Pro dedicatione ejuſdem Eccleſiæ.

ANNO CHRISTI MLXXXVI.

ANno MLXXXVI. VIII. Idus Septembris dedicata eſt Eccleſia monaſterii S. Stephani Balneolenſis in celebri Epiſcoporum virorumque principum conventu, ut tradunt Acta vetera. Eam ergo peregerunt Dalmatius Archiepiſcopus Narbonenſis, Berengarius Epiſcopus Gerundenſis, Petrus Carcaſſonenſis, Berengarius Auſonenſis, Gotafredus Magalonenſis, & Bertrandus Barcinonenſis. Conſtituerunt ergo Epiſcopi illi dotem ejuſdem Eccleſiæ; ſimulque ſanciverunt varia privilegia quibus Abbatem & monaſterium ornârunt. Acta hujus conſecrationis Illuſtriſſimus Petrus de Marca eruit ex archivo ejuſdem monaſterii Balneolenſis, quæ ejuſmodi ſunt.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octogeſimo ſexto, Erâ milleſimâ centeſimâ decimâ octavâ, Indictione nona, VIII. Idus Septembris, anno XXVII. Philippi Regis Francorum, factus eſt conventus Epiſcoporum in cœnobio Sancti Stephani Protomartyris Chriſti territorii Biſundunenſis ad dedicationem Baſilicæ ipſius Protomartyris Chriſti, ſimulque principum patriæ, ac reliquorum fidelium utriuſque ſexus, ætatis, & ordinis.

Dalmatius ſanctæ primæ Sedis Narbonenſis Archiepiſcopus, & Berengarius Epiſcopus Gerundenſis, & Petrus Epiſcopus Carcaſſonenſis, & Berengarius Epiſcopus Vicenſis, & Gotafredus Epiſcopus Magalonenſis, & Bertrandus Epiſcopus Barchinonenſis, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, cujuſcumque ætatis & ordinis, hæreditatem & gaudium regni cœleſtis. Notum eſſe volumus veſtræ fraternitati, dilectiſſimi fratres & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Eccleſiæ Sancti Stephani protomartyris Chriſti Balneolenſis cœnobii, ipſius domus decorem & conſecrationem, ut in melius proficeret, quâ valuimus inſtantiâ peregimus. Nam & ſacris reliquiis venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia ſanctificavimus, & per invocationem nominis Jeſu Chriſti, quantis potuimus benedictionibus eam ad alta ſuſtulimus, quatenus diligentibus amor & Dei auxilium, & odientibus maneat terror atque judicium. Hanc quoque conſtitutionis noſtræ dotem prædictæ Eccleſiæ fecimus aſſenſu domini Bernardi Comitis Biſundunenſis, manibuſque noſtris ipſius voluntatem, ut infracta permaneat, inſignire curavimus, ſtatuentes ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdictione, ut nullus audeat hoc violare, quod noſtra auctoritas ad ſtabilimentum domûs Dei voluit confirmare. Igitur, ſicut venerabilium Apoſtolicorum, quæ prædicto facta ſunt cœnobio continent privilegia, & ſicut Regum Francorum demonſtrant regia præcepta, & quemadmodum oſtendunt dotes, quæ à noſtris anteceſſoribus confirmatæ ſunt per retroacta tempora, ſic illi confirmando ſtabilimus, & ſtabiliendo confirmamus omnia ſua, videlicet quæ dono Regum, Epiſcoporum, ſeu Comitum, aut Principum, vel quorumlibet fidelium, uſque hodie juſtè acquiſivit, vel quolibet modo uſque in finem ſæculi juſtè acquiſierit. Concedimus etiam & confirmamus Abbatibus & monachis ipſius loci omnem libertatem ſua placita diſtringendi vel judicandi in omnibus exceſſibus vel malefactionibus, quæ facta fuerint infra terminos omnium prædiorum præſcripti cœnobii: & ut nullus Comes, aut judex, ſeu vicarius, vel cujuslibet poteſtatis homo, habeat licentiam cauſſas eorum diſtringendi, vel quolibet modo ſine illorum juſſione dijudicandi, neque in teloneo ipſius mercati, neque in omnibus locis quæ præfato cœnobio pertinent, aliquam violentiam inferendi. Statuimus quidem, ut nullus homo vel fœmina ibidem placitum conſtituat aut teneat, niſi pręfati monaſterii Abbates, illos ſpontè convocaverint, vel dies mercationis in foro conſtiterint. Inter hæc interdicimus omnibus univerſi ordinis hominibus, vel ipſius loci, vel extraneis, ut de ornamentis ipſius loci, quę habet vel habuerit, nullus præſumat aliquid auferre, commutare, vendere, vel donare, ad damnum vel dehoneſtamentum prædictæ Eccleſiæ. Firmamus quoque omni auctoritate, ut idē monaſterium ſemper ſit liberum, & ab omni confiſcatione ſecluſum, & ut nullus homo vel fœmina eum vendere vel emere audeat; ſed ſecundum decreta Canonum, & beati Benedicti Regulam omni valetudine inlibatum perenniter conſiſtat. Interdicimus quoque ſub vinculo anathemathis, ut nemo utriuſque ſexus ca-

caſtellum in prædicto monaſterio, vel in circuitu unius leugæ & mediæ coufinio faciat; illis exceptis, qui jam facti conſiſtunt, quæ Deus evertat, Amen. Si quis ergo hujus noſtræ conſtitutionis & coufirmationis adjutor exſtiterit, hunc de parte Dei omnipotentis & beatæ Mariæ Virgiuis, & beatorum Petri & Paulli, cæterorumque Apoſtolorum, ac prænominati Stephani Protomartyris glorioſi, & omnium Dei fidelinm, & noſtrâ benedicimus, & ut in perpetuum ſalvus permaneat, peroptamus. Si quis autem, quod abſit, auſu temerario effringere vel violare quolibet modo hoc quod conſtituimus voluerit, hunc à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ extraneum judicamus, & ab omni conſortio Chriſtianorum illum ſegregamus, atqne de parte Dei omnipotentis, & ſauctæ Mariæ Virginis, omniumque Sanctorum, ac Dei fidelium, illum excommunicamus, donec digna pœnitudine Deo & beato Stephano Protomartyri ſatisfaciat: inſuper & diſtrictione venerandorum Priucipum legalis illum pœna coërceat, & ſacrilegii cenſura conſtringat; & inantea hæc dos noſtræ conſtitutionis perpetuò ſtabilis & inconvulſa permaneat. Acta ſunt hæc inſtantiâ & induſtriâ domni Benedicti ſupradicti monaſterii Balneolenſis Abbatis, anno octavo, & menſe octavo electionis ejus. Dalmatius gratiâ Dei ſanctę Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Petrus Carcaſſonenſis gratiâ Dei Epiſcopus. Matfredus gratiâ Dei Biterrenſis Epiſcopus.

Bernardus gratiâ Dei Comes. Berengarius gratiâ Dei Gerundenſis Epiſcopus. Gotafredus gratiâ Dei Magalonenſis Epiſcopus. Bertrandus gratiâ Dei Barchinonenſis Epiſcopus. Gibilinus Arelatenſis Archiepiſcopus. S. Aſnallus Gaufredi de Palera. Berengarius gratiâ Dei Auſonenſis Epiſcopus. Bernardus Gerundenſis gratiâ Dei Epiſcopus.

Hæc ſunt loca unde decimæ & primitiæ, & oblationes fidelium inibi habitantium competunt ad Eccleſiam Sancti Protomartyris Stephani cœnobii Balneolenſis, ſicut oſtendunt dotes, quæ ab anterioribus Epiſcopis prædictæ factæ ſunt Eccleſiæ. Præcipuè illa dos, quæ à domno Arnulpho Gerundenſium Epiſcopo facta eſt hoc pleniùs oſtendit & manifeſtat, ſcilicet de villa Agemalo, & de Eccleſia quæ ibi ſita eſt iu honore Sancti Petri, cum terminis & appendicis ſuis, & de villa quæ nuncupatur Milleanicas, & de Eccleſia quæ ibi ſita eſt in houore Sancti Romaui martyris, cum fiuibus & pertinentiis ſuis, & de villare Puyo, qui antiquitus nuncupatus eſt villare Fraudini, vel Jaſari, cum finibus vel terminis ſuis, & de villare Argelaga cum finibus vel pertinentiis ſuis, & de villa Figueroles, & de villare quem vocant Ermedans, cum finibus vel pertinentiis ſuis, medietatem decimarum, & primitiarum, & oblationum, & aquę benedictæ, & ſalis ſparſione, & de villare quem vocant Perdudos, & de villaruncnlis quos vocant Puyols, ſive Serras, & de villare quem vocant Cucugçag, cum finibus vel terminis ſuis, omnem integritatem decimarum, & primitiarum, & oblationum, ſimul & de Eccleſia quæ ſita eſt in honore Sancti Chriſtophori martyris. Has omnes decimas, & primitias, & oblationes confirmaverunt jam dictæ Eccleſiæ Sancti Stephani Epiſcopi Sedis Gerundenſium antiquitus, & poſtea, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt, Archiepiſcopus Narbonenſium, & Gerundenſium Epiſcopus, & cæteri Epiſcopi, qui cum eis convenerunt ad dedicationem Baſilicæ jam dicti Sancti Stephaui. Sub vinculo anathematis prædicta omnia ſuis manibus confirmaverunt prælibatæ Eccleſiæ. Nam, ſicut rei veritas cognoſcitur, populus olim ad Eccleſiam Beati Stephani ad divina officia audienda, & ad cætera quæ ſecundùm Eccleſiaſticam conſuetuidnem neceſſaria erant percipienda, conſuetudinaliter conveniebat. Et quia laborioſum erat & monachis, & populo, ſaluberrimo iuito conſilio conſtructa eſt extra monaſterium, primùm in honorem Sancti Beuedicti Eccleſia, deinde alia in honorem Sanctæ Mariæ, ubi populus ad divina officia audienda conveniret; ſed retentum eſt ut in diebus præcipuarum feſtivitatum ad Baſilicam Sancti Stephani pro recognitione matris Eccleſiæ, vigilias ſacras peragendo cum oblationibus & luminaribus conveuirent, videlicet in Natale Domini, & in natale Sancti Stephani, & in Septuageſima, & in initio Quadrageſimæ, & in ramis Palmarum, & in Cœna Domiui, & in Paraſceve, & in ſabbatho ſancto; & in eadem Eccleſia baptiſterium eadem die celebretur, & non in alia, neque in Agemalo, neqne iu Milleanicas. Similiter conveniant in die ſancto Paſchæ, & in vigilia Pentecoſten ad baptiſterium, & in eadem nocte ad vigilias peragendas, & in inventione Sancti Stephani. Et domnus Archiepiſcopus cum conſenſu Epiſcoporum conſtituit, ut in ſolennitate dedicationis prædictæ Eccleſiæ, ideſt, iu feſtivitate Nativitatis Sanctæ Mariæ, ut omnes ſimul conveuiant ad prælibatam Eccleſiam, ut à Deo remiſſionem & abſolutionem ſuorum peccaminum percipere mereantur. Amen. Guillelmus Hypodiaconus, qui hanc dotem ſcripſit & ſubſcripſit die & anno quo ſuprà.

CON-

CONCILIUM TOLETANUM,

SEU POTIUS COMITIA,

In quibus Rex Alphonſus Eccleſiam Toletanam à Sarracenorum tyrannide liberatam ampliſſimè dotavit, & Bernardus Abbas S. Facundi in novum Præſulem electus eſt.

ANNO CHRISTI MLXXXVI.

ANno MLXXXVI. XV. Kalendas Januarias Alphonſus VI. Rex Toleti (quod biennio antea à Maurorum tyrannide liberaverat) ex univerſa ditione conventum Epiſcoporum, Abbatum, & procerum habere conſtituit. Epiſcopi & proceres cæterique evocati ad ſtatum diem, affuerunt frequẽtes. In eo conventu primùm divinæ benignitati gratiæ actæ quòd cœleſti potiſſimùm ope tanta orbs ad jus Chriſtiani imperii reducta eſſet. pro ſe quiſque, ut in ququque auctoritatis & eloquentiæ plurimum erat, beneficii magnitudinem verbis amplificabant. Deinde de creando Toletano Præſule deliberatio ſuſcepta. Omnium communi ſuffragio electus eſt Bernardus S. Facundi Abbas, qui ſacris in ea urbe præeſſet. Suaviſſimi & optimi mores, prçſtantiſſimum ingenium, opinio doctrinæ, ſpectata magnis & multis in rebus integritas aoimi, prorſus ut illuſtre exemplum veteris ſanctitatis referret, gentis voluntates homini extero & in Gallia nato conciliârunt. Atque quo major novo Præſuli eſſet auctoritas, Alphonſus Rex intelligens tantum homines honoris vulgo deferre ſolitos, quantum quiſque virium & copiarum habeat, vanum ſine viribus eſſe numen dignitatis & magiſtratus; arces, oppida, municipia (qui ejus Concilii poſtremus Actus fuit) magno numero Toletaoæ Eccleſiæ donavit: Brĩocam (quod oppidum exſilii tempore Almenonis dono tenuerat) Rodillas, Canales, Cabanias, Covexam, Barcilenſium, Alcoleam, Melgarium, Almouecirum, Alpogrebam. Sic Rodericus Toletanus ſcribit. Alphonſi Regis Sapientis hiſtoria Complutum addit & Talaveram, falsò, ut prudentiores exiſtimant. Omnino in urbe horti, molæ truſatiles, ædes privatæ magno numero, atque tabernæ, unde annuum vectigal conſtaret, donata: ex reditibus atque proventu ſacerdotes Toletani templi vitam ſuſtentarent. Ii regii ex eo tempore beneficii memores, ſtatis diebus ex ritu Chriſtiano Alphonſi Regis manibus parentare ſoliti ſunt. His rebus conſtitutis conventus ſolutus eſt. Ex Mariana *De rebus Hiſp.* lib. 9. cap. 17.

URBANI II. PAPÆ

EPISTOLÆ AD HISPANOS.

Ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum.

De Primatu ejuſdem Eccleſiæ conceſſo.

ANNO DOMINI MLXXXVIII.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo fratri Bernardo Archiepiſcopo Toletano, ejusq; ſucceſſoribus in perpetuum.

CUnctis ſanctorum decretales ſcientibus inſtitutiones liquet, &c. *Exſtat ſuprà Tom. II. pag.* 444.

* Aliàs IIIa apud Labbeum.

EPISTOLA II. *

Ad Archiepiſcopum Tarraconenſem.

Ejuſdem argumenti.

CIRCA ANNUM CHRISTI MXCI.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Tarraconenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

NOvit dilectio tua, frater in Chriſto venerabilis, quo tenore, qua conditione &c. *Exſtat ſuprà Tomo II. pag. 445.*

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

EPiſtola hæc edita eſt eo ordine, quem ſervat in editionibus communibus Conciliorum: verè autem ſcripta fuit tribus ſaltem annis poſt precedentem, quæ data fuerat anno MLXXXVIII. Nam biennio pòſt, nimirum anno MXCI. ſcripta fuit ab Urbano ipſo alia ad Berengarium Epiſcopum Auſonenſem, poſtea Archiepiſcopum Tarraconenſem, proximè indicanda, cujus mentio fit in hac, à nobis tomo II. exhibita. Nos tamen communem aliarum editionum ordinem ſive ſeriem ſervavimus. Plures autem alias Pontificum Romanorum Epiſtolas circa primatum ejuſdem Eccleſiæ Toletanæ, ſuo tempore & loco proferemus, quamvis præcipuæ illarum indicatæ fuerint ſuprà Tom. II. circa decretum Gundemari Regis, quo loco citatæ fuerunt ab Illuſtriſs. D. Loaïſa.

EPISTOLA III.

Ad proceres provinciæ Tarraconenſis.

De reſtauratione Eccleſiæ Tarraconenſis.

ANNO CHRISTI MLXXXIX.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimis filiis Berengario Barchinonenſi Comiti ac Marchioni, Ermengaudo Urgellenſi, Bernardo Biſuldunenſi Comitibus, omnibusq; Barchinonenſis & Tarraconenſis provinciæ Epiſcopis, Vice-comitibus, & cæteris nobilibus & potentibus, ſive clericis ſive laïcis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex chartulario Eccleſiæ Tarraconenſis apud *Marcam Hiſp.*

1. DIlectiſſimus & reverentiſſimus frater noſter Berengarius Auſonenſis Epiſcopus devotione & labore maximo ad Apoſtolorum limina veniens, diu nobiſcum moratus eſt; cujus nos prudentiâ & bonis moribus, ut dignum eſt, delectati, privilegia quibus ſua, videlicet Tarraconenſis, Eccleſia per Romanam Eccleſiam donata eſt, diligenter inſpeximus, & quod ad nos eſt, eandem Eccleſiam tum pro ſanctorum reverentia, tum pro prædicti fratris noſtri dilectione, prout juſtitia exegerit, honorare & exaltare optamus. Quia igitur corporalia ſpiritualibus, temporalia æternalibus, cœleſtibus dignum eſt terreſtria famulari; hortamur & obſecramus in Domino prudentiam veſtram, ut ſumma ope nitamini Tarraconenſis urbis ſtatum eatenus reparare, quatenus ibi Cathedra haberi poſſit Epiſcopalis. Vobis ergo in pœnitentiam peccatorumque remiſſionem mandamus, ut potentiâ & divitiis veſtris in reſtitutionem ejuſdem Eccleſiæ devotiſſimè & intentiſſimè deſudetis. Eis autem qui vel in Hieruſalem vel in partes alias pœnitentiæ ſpiritu vel devotionis ituri ſunt, ſuademus totam illam viæ & ſumptus operam reſtitutioni Eccleſiæ Tarraconenſis impendere: quatenus auxiliante Domino, & cathedra inibi tutò habeatur Epiſcopalis, & civitas eadem Sarracenorum oppoſita populis, in murum & antemurale Chriſticolæ populi celebretur, quibus eandem ex Dei miſericordia indulgentiam pollicemur quam promererentur ſi indictæ viæ prolixitatem explerent. Nos ſiquidem, ſi veſtræ bonæ voluntatis effectum & ferventis ſtudii ſolicitudinem cognoverimus, prædicto fratri noſtro & Tarra-

raconenſi Eccleſiæ quæ ad antiquam ejus dignitatem exſpectant libentiſſimè impendemus, & corporalia veſtra ſpiritualibus infuſis proſequemur; ſalva tamen Narbonenſis Eccleſiæ juſtitia. Si enim Romani auctoritate privilegii Tarraconenſem provinciam canonicè vendicare Narbonenſis Antiſtes nequiverit, nos omni querela liberi Tarraconenſi Eccleſiæ jus ſuum reſtituere, & fratri noſtro Berengario pallii dignitatem conferre non prætermittemus, prout mereri ſtudia veſtra videbimus. Iterum iterumque vos, chariſſimi filii, admonemus, ut fratrem noſtrum Berengarium in reſtitutionem Tarraconenſis Eccleſiæ adjuvetis; quatenus & in præſenti gloriam, & in futuro vitam percipiatis æternam. Porrò ſi noſter ad vos Legatus Domino annuente pervenerit, ei pro ſedis Apoſtolicæ reverentia debitam obedientiam exhibere curate. Datum Romæ Kalendis Julii, per manus Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis & Cancellarii, anno ſecundo domini Urbani Papæ II. Indictione duodecima.

NOTA STEPHANI BALUZII.

2. ANno MLXXXIX. Berengarius Epiſcopus Auſonenſis, cujus Eccleſiæ jam inde à temporibus Joannis XIII. unita erat Tarraconenſis, Romam ſe contulit ad Urbanum II. ut ab eo impetraret reſtitutionem Metropolitani in provincia Tarraconenſi, quæ per quadringentos annos fuerat ſubjecta Archiepiſcopo Narbonenſi. Sed ut res ordine procederet, primò datæ ſunt literæ ad Berengarium Comitem Barcinonenſem, Ermengaudum Urgellenſem, & Bernardum Biſuldunenſem, quibus eos hortatus eſt Urbanus uti darent operam reſtituendæ Eccleſię Tarraconenſi, ut ibi cathedra haberi poſſet Epiſcopalis, *ſalvâ tamen Narbonenſis Eccleſiæ juſtitiâ*. Quibus verbis certum eſt Urbanum ſtatuiſſe uti novus Epiſcopus Tarraconenſis ſubjectus eſſet Archiepiſcopo Narbonenſi tamquam proprio Metropolitano. Pollicitus tamen eſt ſe antiquam dignitatem Metropoliticam tributurum Epiſcopo Tarraconenſi, *ſi Romani antiquitate privilegii Tarraconenſē provinciā canonicè vendicare Narbonēſis Antiſtes nequiverit.* Peſſumdata fuit hac unica clauſula Narbonenſis Archiepiſcopi auctoritas in provinciam Tarraconenſem. Quippe ſubjectio illa provinciæ Tarraconenſis facta fuerat Epiſcoporum decreto & conſenſu populorum, ac præterea firmata erat conſuetudine. Nulla Romanæ ſedis inter hæc mentio. Itaque cùm de privilegio Apoſtolico non conſtaret, Urbanus Berengarium biennio pòſt tranſtulit ad Metropolim Tarraconenſem.

3. Interim cùm Urbani Papę epiſtola ſcripta ad Comites Marcę Hiſpanicæ vulgata fuiſſet in provincia, Dalmatius Archiepiſcopus Narbonenſis ad Apoſtolicam ſedem acceſſit cum Bertrando Epiſcopo Barcinonenſi: & illic apud Urbanum *inter cætera*, ut ait idem Papa ad Raynerium Legatum ſcribens, *præjudicium ſibi factum de Tarraconenſium Epiſcoporum ſubtractione per Romanam Eccleſiam ſuppliciter intimavit*. Non eſt auſus Urbanus inſuper habere juſtam ejus querelam. Itaque, ut eam eluderet, ab eo quæſivit num haberet privilegia ſedis Apoſtolicę quæ oſtenderent primatum ſibi competere in provinciam Tarraconenſem. Illo verò reſpondente ſuam Eccleſiam ea habuiſſe, quæ ſe ſperabat invenire poſſe; reſcripſit Urbanus ad Raynerium, ut ſi privilegiorum nequiverit auctoritas inveniri, ille cum Principibus terræ, ideſt cum Comitibus ad quos priores Urbani literæ ſcriptę ſunt, ſtudeat reſtaurandæ Eccleſiæ Tarraconenſi.

4. Anceps ſanè & lubricus hic locus erat: quia certum erat, id quod bene intelligebat Urbanus, auctoritatem Archiepiſcopi Narbonenſis non eſſe imputandam privilegio ſedis Apoſtolicæ, ſed neceſſitati temporum. Epiſcopos quippe Tarraconenſes, cùm amiſiſſent proprium Metropolitanum, ſe ad Narbonenſem tranſtuliſſe, utpote viciniorem. Quia tamen Dalmatius apertè videbat cauſſâ ſe caſurum niſi oſtenderet privilegium Apoſtolicum; confictum eſt diploma Stephani Papæ datum adverſus Selvam & Hermemirum pervaſores ſedium Urgellenſis & Gerundenſis. Iſtud manifeſtum eſt ex contextu ipſius epiſtolæ, in qua tanquam ſi Stephanus prævidiſſet ea quę tempore Urbani acciderunt, ait, ſi vera fama, hac conditione Tarraconenſem Eccleſiam in jus & obſequium ditionis Eccleſiæ Narbonenſis tranſiiſſe, *ut nunquam à ſubjectione illius ullò pacto ullave ratione recedere queat, etiam ſi Tarraconenſis provinciæ Metropolitana Eccleſia in priſtinum reformetur ſtatum.* Quod deinceps pluribus argumentationibus & verbis explicatur. Verùm quia vetus exemplar hujus reſcripti Apoſtolici prolatum haud dubiè non eſt, & recenti teſtimonio credi non debuit in re adeò antiqua; nullam earum Stephani literarum rationem habuit Urbanus, & anno MXCI. jus Metropoliticum auctoritate ſua reſtituit Eccleſiæ Tarraconenſi, ad quam tranſtulit Berengarium tunc Epiſcopum Auſonenſem; decretoque eodem Auſonenſem Eccleſiam univit Tarraconenſi. Ex eo tempore ceſſavit auctoritas Archiepiſcopi Narbonenſis in ea parte Marcæ Hiſpanicæ quæ trans Pyrenæos habitatur. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hiſp.*

Vide ſuprà pag. 161. ubi ipſum diploma exhibemus.

INSTRUMENTUM DONATIONIS

Factæ de civitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ à Berengario Comite Barcinonenſi.

ANNO CHRISTI MXC.

1. QUoniam audivimus, necnon ſępiſſimè vidimus, res verti in contrarium mortuis teſtibus, principalibus & ſapientioribus placuit, ut res geſtas literis denotarent, & ita quomodo res ſe habuit poſteris ſuis traderent. Quapropter ego Berengarius Raymundi Comes Barchinonenſis & Marchio hanc chartam ſcribi juſſi, ut ſemper ſtaret memoria hujus rei, ſcilicet, quòd ego Berengarius Comes prædictus amore Dei ductus donavi Domino Deo & Apoſtolorum principi beatiſſimo Petro, ejuſque vicario Romanæ ſedis Apoſtolico, omnem meum honorem qui mihi competit ex jure paterno, quemadmodum ego diviſi cum Raymundo Berengario fratre meo, ſicut ego eum habeo vel habere debeo: ſpecialiter dono ei in Dei nomine Tarraconenſem urbem cum omnibus quæ pertinent aut pertinere debent ad ejuſdem urbis nobilitatem; ea ſcilicet deliberatione, ut ego & mei poſteri omnes, ſicut ſuprà ſcriptum eſt, teneamus hoc totum per manum & vocem Sancti Petri ejuſque vicarii Romanæ ſedis Apoſtolici, per quinquennium perſolventes ei centum viginti quinque librarum puriſſimi argenti ad juſtum penſum. Et ut Principes univerſi, vel omnes alii qui mecum inſudaverint ad præfatæ urbis reſtaurationem, habeant in confinio hujus urbis par alodium, ſuam * apriſionem, vel quod acceperint per manûs noſtræ largitionem, non inde perſolventes aliquam penſionem, niſi fortè compuncti amore Dei voluerint ipſi perſolvere ſua gratuita voluntate. Ob hoc etiam hanc chartam ratam eſſe volo, ut omnis hic honor, ſicut ſuperiùs continetur, nullatenus transferri poſſit in alterius poteſtatis dominium; ſed ego tantummodo & poſteri mei in perpetuum teneamus hoc totum per manus principis Apoſtolorum Petri, & ejus vicarii domini Urbani ſecundi Papæ, & ſucceſſorum ejus, Beati Petri ſedem canonicè regentium.

2. Hanc oblationem offero Domino Deo & principibus Apoſtolorum Petro & Paullo propter redemptionem peccatorum meorum, & patris mei Raymundi, & parentum meorum, per conſilium & voluntatem Berengarii Archiepiſcopi Tarraconenſis, & Epiſcopi Gerundenſis æquivoci Berengarii, & Vice-comitum Deus-dedit Tarraconenſis, & Arval * Mironinſis Barchinonenſis, & Geraldi Alemanni, & Gereberti Giraldi, Guilielmi Raymundi, & Dorchæ fratris ſui, & Hugonis Dalmatii, & Huberti Gousberti, & Angeri Gonfredi, & Alberti Bernardi, per manum domini * Rainerii Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus noſtris *, Erâ milleſimâ viceſimâ octavâ, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo.

* Minoricenſis.

* Hic poſt Urbanum ſucceſſit Papa vocatus Paſchalis ſecundus.

* A librario negligẽter prætermiſſus mẽſis & dies.

Hucuſque diploma, cui iſta ſubjiciuntur ab alio addita.

3. Tarraconenſis civitas poſt Berengarium Comitem, & cæteros provinciæ ipſius principes reſtaurari & inhabitari cœpta eſt; anno autem ſequenti Berengarius Auſonenſis quondam Epiſcopus, per quem potiſſimùm civitas eadem reſtaurabatur, ſedem Apoſtolicam adiit, domino Urbano Papæ ſe præſentavit, pallium accepit, privilegium promeruit, per quod in Tarraconenſem Metropolim tranſlatus, Archiepiſcopus inſtitutus eſt.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

4. DOnationi huic conſenſerunt Berengarius Epiſcopus Auſonenſis, qui ibidem dicitur Archiepiſcopus Tarraconenſis (nondum tamen donatus pallio uſque ad annum MXCI. ſequentem, & Epiſcopus Gerundenſis *æquivocus Berengarius* (ſic inibi appellatur, ideſt ſynonymus priori Berengario) ac varii Vice-comites, *per manum domini Raynerii Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus noſtris*. Hic autem ipſe novem annis poſtea ſucceſſit Urbano II. dictuſque fuit Paſchalis II.

5. Itaque Tarraconenſis civitas à Berengario Comite aliiſque ejuſdem provinciæ Principibus expugnata, & erepta tyrannico Sarracenorum dominio, ab iis donata fuit Romanæ Eccleſiæ anno ipſo MXC. anno autem proximè ſequenti *Berengarius Auſonenſis quondam Epiſcopus* (verba ſunt eidem diplomati addita) *per quem potiſſimùm civitas eadem reſtaurabatur, ſedem Apoſtolicam adiit, domino Urbano Papæ ſe præſentavit, pallium accepit, privilegium promeruit, per quod in Tarraconenſem Metropolim tranſlatus, Archiepiſcopus inſtitutus eſt*. Privilegium ipſum continetur epiſtolâ paullò inferiùs indicandâ.

DO-

DONATIO ALPHONSI VI. REGIS

In gratiam monaſterii Cluniacenſis, cujus ſe veluti tributarium conſtituit ſub onere ſolvendi duas mille monetas auri.

ANNO CHRISTI MXC.

Ex MS. Carrionenſi apud Yepium tomo IV. fol. 452.

6. IN nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Aldephonſus divina ſavente clementia Hiſpaniarnm Rex. Convenit majeſtati regiæ prędeceſſorum Regum virtutes & bene acta imitari, per quod & apud Deum & apud homines inveniat gratiam, & in poſteros amabilem nominis ſui tranſmittat memoriam. Subit itaque mihi Regi Aldephonſo in mentem, quòd egregium intra cætera egerat pater mens Rex Ferdenandus, pia recordatione ſemper commemorandus. Comperta namque cœnobii Cluniacenſis, tam celebri, tam probata, tam ſancta religione, divino mox timore compunctus & amore, ſocietatem fratrum Deo & Sancto Petro ibidem militantium, humiliter expetiit, devotiùs accepit, fidelillimè quoad vixit retinuit; non inaniter credens ſe participem fore in eorum ſpiritualibus, ſi de ſua temporali abundantia indigentiæ ſervorum Dei ſuiſſet munificus: unde centum, annualem cenſum videlicet, aureos, quos vulgò meteales appellant, conventui Cluniacenſi ad veſtiarium propriè dedit, quem cenſum eodem modo per ſucceſſores ſuos præfato loco annnatim reddendum inſtituit & firmavit.

7. Quia verò placuit omnipotentiæ Creatoris, in regno Heſperidum roborare ſolium meum, ego Dei gratiâ Rex Adephonſus, ſicut hæres paternæ dignitatia, ita quoque bonæ ſucceſſor voluntatis, pactum fraternæ ſocietatis cum meis Cluniacenſibus inii, ſtatui, firmavi: cenſum quoque largitatis paternæ duplicavi, duo millia meteales in cenſum annuatim Cluniaco perſolvens. Communicato etiam cnm uxore mea Regina conſilio, & primùm Toletano Archiepiſcopo, & cæteris Epiſcopis meis, & primoribus regni mei fidelibus meis volentibus, conſentientibus, laudantibus, adſtipulantibus, conſtituto de præſato cenſu duplicato, Clnniacenſibus meis fratribus chariſſimis regiæ auctoritatis præceptum à me ipſo quoad vixero, firmiſſimè tenendum, omnibuſque ſuccedentibus per ſæcula ventura in regno Hiſpaniæ perpetua lege ſervandum.

8. Hanc autem conſtitutionem facio pro animæ meæ remedio, pro animabus patris mei & matris, ac fratrum meorum, pro uxore ac liberis meis, ut & vivis proſit ad promerendam æternalem vitam, & defunctis proficiat ad poſſidendam requiem ſempiternam. Si quis verò ſucceſſorum meorum Regum, præcepti hujus (quod abſit) temerator exiſtens aut violator, cenſum Cluniacenſibns conſtitutum, ſive ex toto abnegare, ſive minuere tentaverit; ſicut ego fido in Domino Deo, à ſorta regni noverit alienum, & judicio divino exhęredandum, niſi velociter reſipiſcat, & abnegata, vel diminuta cenſus condigna ſatisfactione reſtituat pēſionis. Ut autem inviolabiliter teneatur hoc meum præceptum, hanc chartam fieri conſcriptionis juſſi, quam regia manu & auctoritate ſubter firmavi, & corroboravi, atque firmandam æque principibus & fidelibus meis conſequenter mandavi.

9. Impetravi etiam à Cluniacenſi Abbate, patre meo domno Hugone, tum temporis mecnm in civitate Burgis commanente, ut omnibus ſuperventuris Abbatibus ſuis ſucceſſoribus conſtituat præceptum de commemoratione, vel obſequio, quod pro nobis, videlicet pro patre meo, pro matra, pro fratribus meis, pro uxore mea Regina, & liberis, ipſe dominus Hugo Abbas appoſuit, & ordinavit, tam pro vivis quàm pro defunctis, ſemper agendum. Acta ſunt Burgis in civitate. Data apnd Burgis civitatem, anno ab Incarnatione Domini MXC. Indictione XIII. Paſchæ diebus.

QUÆDAM SPECTANTIA AD ECCLESIAM TOLETANAM

In Concilio Toloſano coacto anno MXC. vel, ut alii, MLXXXIX. vel etiam præcedenti, præſente D. Bernardo Archiepiſcopo Toletano.

10. BERTOLDUS hujus temporis ſcriptor, anno MXC. de iſta Synodo Toloſana agens hæc ſcribit: *Dominus Papa Urbanus Generalem Synodum cum Epiſcopis diverſarum provinciarum per Legatos ſuos in Toloſana civitate circa Pentecoſten collegit, ibique multa in Eccleſiaſticis cauſſis, quæ corrigenda erant, correxit. In qua Synodo Toloſanus Epiſcopus de illatis criminibus canonicè expurgatur, & Legatio pro reſtauranda Chriſtianitate in Toletana civitate, Rege Hiſpaniarum ſupplicante, deſtinatur.* Hæc ipſe.

ADDITIO PHILIPPI LABBE S. J.

11. DE Toloſana hac Synodo præſente Bernardo Archiepiſcopo Toletano, cui adſedere Narbonenſis Archiepiſcopus & Galliæ Gotthicæ Epiſcopi, celebrata, jejunè admodùm Baronius, atque ex eo Binius, & alii. Nos ex Roderico Toletano Archiepiſcopo paullò plura ac certiora proferemus, deſcriptis libri VI. Hiſtoriæ *De rebus Hiſpaniæ* integris capitibus 26. & 27. quę ad illuſtrandam temporum illorum Eccleſiaſticam hiſtoriam plurimùm conducent, de Gallicano Officio in locum Toletani veteris ſive Gotthici aut Moz-arabici ſubſtituto.

Quòd Mezquita Maurorum facta eſt Eccleſia Chriſtianorum.

12. ET quia adhuc litera Gotthica, & translatio pſalterii, & Officium Miſſæ inſtitutum ab Iſidoro & Leandro Pontificibus, quod cum translatione & litera dicitur Toletanum, per totam Hiſpaniam ſervabantur, ad inſtantiam ſuæ uxoris Reginæ Conſtantiæ, quæ erat de partibus Galliarum, miſit Romam ad Gregorium Papam ſeptimum, ut in Hiſpaniis omiſſo Toletano, Romanum ſeu Gallicanum Officium ſervaretur. Bernardus autem Toletanæ Eccleſiæ electus fuit de Agennenſi territorio oriundus, ſcilicet de oppido Salvitatis. Hic cùm fuiſſet ab infantia literatus, omiſſo clericatu, militiæ ſe aſcripſit, & poſtmodum infirmitate coactus, in monaſterio S. Aurentii Auxitani B. Benedicti regulæ ſumpto habitu ſe dicavit, exinde vocatus ab Hugone Cluniacenſe Abbate cum eo laudabilem egit vitam.

13. Deinde cùm Rex Alphonſus vellet Sanctorum Facundi & Primitivi ex ea cauſſâ quam diximus monaſterium ampliare, * mittit ad venerabilem Hugonem Cluniacenſem Abbatem, ut ei virum providum & religioſum mitteret, qui in prædicto monaſterio Sanctorum Facundi & Primitivi Abbatis officio funderetur: & ſicut in Galliis illud monaſterium pręcellebat, ita & iſtud omnibus monaſteriis ejuſdem Ordinis in Hiſpaniis pręſideret. Prædictus autem Abbas Cluniacenſis Bernardum, quem ob ſanctitatis meritum charum habebat, cum aliis monachis deſtinavit. Qui mox veniens factus Abbas, omnibus ſe exhibuit amabilem & benignum, adeò quòd cùm Deus omnipotens Toletum Chriſtianæ reſtituit poteſtati, mox ipſe poſt modicum intervallum fuit electus in Archiepiſcopum & Primatem.

* miſit.

14. Cumque Rex ad partes Legionis iviſſet, ipſe electus, Regina Conſtantia hortante, aſcitis militibus Chriſtianis, majorem Mezquitam ingreſſus eſt Toletanam, & eliminatâ ſpurcitiâ Mahometi, erexit altaria Fidei Chriſtianæ, & in majori turri campanas ad convocationem fidelium collocavit. Quod cùm ad Regis notitiam perveniſſet, indignatus animo & dolore accenſus, eo quòd Sarracenis pactum firmaverat de Mezquita, à Sancto Facundo tribus diebus venit Toletum, proponens Bernardum electum & Reginam Conſtantiam incendio concremare. Cumque tanti furoris indignatio ad notitiam Toletanorum Arabum perveniſſet, majores & minores cum parvulis & uxoribus in pago qui Magam dicitur, Regi obviam exierunt. Cumque Rex ad eorum multitudinem: Mea autem intererit, & vobis ſatisfacere, & in præſumptores acriùs vindicare; Arabes autem ut erant prudentes, elevatis vocibus & flexis poplitibus cum lacrymis audientiâ poſtulârunt. Tunc Rex aliquantum ſubſtitit tenens equum, & Arabes in hunc morem perorare cœperunt: Bene novimus, quòd Archiepiſcopus dux & Princeps eſt legis veſtræ, & ſi cauſſa fuerimus necis e us, ob zelum Fidei Chriſtiani nos percutient una die, & ſi Regina perierit cauſsâ noſtri, ſemini ejus erimus perpetuò odioſi, & poſt dies tuos acriùs vindicabunt. Unde petimus ut parcas eis,

eis, & nos voluntariè te abſolvimus à fœdere juramenti. His auditis,* ira Regis in gaudium commutatur, eo quòd Mezquitam habere poterat ſine fidei læſione, & ingreſſus urbem regiam omnia pacificè pertractavit. * Ira Regis compeſcuit.

De commutatione Officii Toletani.

15. GRegorius autem ſeptimus, de quo diximus, ad petitionem Regis Aldephonſi miſit quendam Richardum Abbatem Sancti Victoris Maſſilienſis, ut Eccleſias Hiſpaniæ tot perſecutionibus perturbatas Eccleſiaſtico moderamine ordinaret. Qui minus religioſè officium peragens, cœpit irregulariùs ſe habere. Quod attendens Toletanus electus, per maris & terræ pericula ſe Romani Pontificis conſpectui præſentavit. Et Gregorio ſeptimo viam univerſæ carnis ingreſſo, invenit Urbanum ſecundum in ſede Apoſtolica ſubſtitutum. A quo gratanter & benignè ſuſceptus, conſecrationem, pallium, & privilegium obtinuit, & Primas inſtitutus Hiſpaniarum, Apoſtolicæ ſedis benedictione ſuſcepta, & per Toloſam rediens, ibidem cum Epiſcopis Gotthicæ Galliæ, & Narbonenſi Archiepiſcopo Concilium celebravit. Ideo per Pyrenæum in Hiſpanias tranſiens, omnium Eccleſiarum Hiſpanię curam geſſit, & ſtatuto die, in feſto ſcilicet Sanctorum Criſpini & Criſpiniani, octavo Kalendas Novembris; in honore B. Mariæ ſemper Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli, & ſanctæ Crucis, & Beati Stephani Proto-martyris, Toletanam Eccleſiam convocatis Epiſcopis dedicavit, & in majori altari multas & pretioſas reliquias quas à ſede Apoſtolica attulerat, & quas Rex & Regina de ſuis & Patrum ſuorum theſauris obtulerant, collocavit, quorum hodie beneficiis lætatur populus Chriſtianus.

16. Verùm quia Richardus Legatus ſe gerebat in aliquibus minus cautè, religione & auctoritate compeſcuit attentata, adeò quòd ille Richardus Legatione privatus, fuit ab Urbano ſummo Pontifice revocatus: verùm ante revocationem clerus & populus totius Hiſpaniæ turbatur, eo quòd Gallicanum officium ſuſcipere à Legato & Principe cogebantur. Et ſtatuto die, Rege, Primate, Legato, cleri & populi maxima multitudine congregatis, fuit diutiùs altercatum, clero, militia, & populo firmiter reſiſtentibus ne officium mutaretur, Rege à Regina ſuaſſo contrarium minis & terroribus intonante. Ad hoc ultimò res pervenit militari pertinaciâ decernente; ut hæc diſſenſio duelli certamine ſedaretur. Cumque duo milites fuiſſent electi, unus à Rege, qui pro officio Gallicano, alter à militia & populis, qui pro Toletano pariter decertarent, miles Regis illicò victus fuit, populis exultantibus quòd victor erat miles officii Toletani. Sed Rex adeò fuit à Regina Conſtantia ſtimulatus, quòd à propoſito non diſceſſit, duellum judicans jus non eſſe. Miles autem qui pugnaverat pro officio Toletano, fuit de domo Matantiæ propè Piſoricam, cujus hodie genus exſtat. Cumque ſuper hoc magna ſeditio in militia & populo oriretur, demum placuit ut liber officii Toletani & liber officii Gallicani in magna ignis congerie ponerentur. Et indicto omnibus jejunio à Primate, Legato, & Clero, & oratione ab omnibus devotè peracta, igne conſumitur liber officii Gallicani, & proſiliit ſuper omnes flammas incendii cunctis videntibus & Dominum laudantibus, liber officii Toletani illæſus omnino, * à combuſtione incendii alienus. * Et à comb.

17. Sed cùm Rex magnanimus, & ſuæ voluntatis pertinax exſecutor, nec miraculo territus, nec ſupplicatione ſuaſus voluit inclinari, ſed mortis ſupplicia & direptionem minitans reſiſtentibus præcepit, ut Gallicanum officium in omnibus regni ſui finibus ſervaretur. Et tunc cunctis flentibus & dolentibus inolevit proverbium: *Quò volunt Reges vadunt leges*. Et tunc Gallicanum officium tam in Pſalterio quàm in aliis nunquam antè ſuſceptum, fuit in Hiſpaniis obſervatum, licèt in aliquibus monaſteriis fuerit aliquanto tempore cuſtoditum, & etiam tranſlatio Pſalterii in plurimis Eccleſiis Cathedralibus & monaſteriis adhuc hodie recitatur. Richardo itaque legatione privato, Primas Bernardus cœpit in Hiſpaniis Eccleſias ordinare.

NOTÆ VARIORUM.

18. SCio narrationi Rodericianæ non conſentire in omnibus Joannem noſtrum Marianam lib. 9. *Hiſt. Hiſpanica*, cap. 17. & 18. Verùm cum Ximenius Toletanus Archiepiſcopus trecentis & eo ampliùs annis anteceſſerit, majorem ei fidem habendam eſſe ſemper arbitratus ſum. De Burgenſi verò cujus ibidem fit perfunctoria dumtaxat mentio, dicemus, Deo dante, ſuo loco in Appendice hujuſce tomi.

19. Addendum quoque hoc loco arbitror, non rectè à Catello dici, Iſarnum Toloſanum Epiſcopum cùm hoc Concilium celebraretur fuiſſe à Papa aut ejus Legato excommunicatum. Neque enim illud declarant verba veteris inſtrumenti quod integrum refert pag. 873. Commentariorũ Land-gotthicorum. *Propter hoc placitum & propter Conſtitutionẽ ſupradicti videns quòd Epiſcopus Iſarnus conſentit, ac permittit inſtitui monaſticam regulam in loco S. Saturnini, ego Guillelmus Toloſanus Comes, dono & laudo & firmo ipſi Epiſcopo Iſarno, ut propter excommunicationem Apoſtolici vel ejus Legati nunquam interpellam illi honorem, neque auferam, neque ullam vim inferam &c.* LABBEUS.

20. Concilium hoc rectà non pertinet ad ſcopum noſtri Operis: verùm aliunde extra illum omnino cenſeri non debet: tum quia in eo præ-

præſens fuit Bernardus Archiepiſcopus Toletanus, adſiſtentibus ipſi Epiſcopis Galliæ Gothicæ, & Narbonenſi Archiepiſcopo; tum præterea quia inde ſecum videtur in Hiſpaniam attuliſſe Officium divinum Gallicis literis ſcriptum: de quo alibi. CARD. DE AGUIRRE.

TRANSLATIO S. FELICIS

Ex caſtro Bilibienſi in monaſterium S. Æmiliani, Era MCXXVIII. ideſt, anno Chriſti MXC.

Nunc primùm edita ex MS. S. Æmiliani.

Incipit præfatio in hiſtoriam tranſlationis B. Felicis, egregii Chriſti Confeſſoris.

21. PAſtorali auctoritate, & paterna pietate impoſuiſti mihi Grimaldo, Blati Abba venerandæ congregationis, in monaſterio Sancti Æmiliani Cōfeſſoris Chriſti omnipotenti Deo ſervienti, ut quia Deo dignus Braulio Cæſar-auguſtanæ ſedis Epiſcopus inſeruit actibus beatiſſimi & prænominati Æmiliani breviſſimo relatu felicem curſum, & agonem, atque triumphum Beati Felicis presbyteri contra antiquum hoſtem, in Bilibienſi caſtro feliciter fore completum, ejuſque exemplo beatum Æmilianum ad mundi contemptum, & ad ſuperni Regis ſervitium eſſe animatum, doctrinaque peſpicaci diligenter inſtructum; ego quoque tranſlationem ſacri corporis Beati Felicis, quam per te, & per devotam tibi, quam Deo ſubditam congregationem Dominus compleri voluit, literis tradam ad ædificationem poſterorum, atque noſtram quidem: opus optabile ſatis, nî obſtaret vitium meæ eloquentiæ atque inperitiæ. Ergo fiſus de clementiſſimi Dei miſericordia, cujus munere ineffabili, infantibus & indoctis, atque mutis, brutiſque animalibus doctè loquendi datur efficacia; aggreſſus ſum tuis juſtiſſimis præceptis pro ſcire & pro poſſe modò parere. Periculoſom nempe intellexi crimen eſſe, nimiſque formidabile, tam æqoiſſimę præceptioni contradicere, obſtinanterque contraire, & non potiùs omni niſu, omnique vigilantia obedire. Deum enim benignum ſuppliciter invoco, quo valeam, ſalva fide, ſanoque intellectu, ſeriem hujus relationis ad effectum perducere, & quomodo ſacra membra viri Dei Felicis presbyteri à proprio tumulo ſublata, & ad locum in quo nunc venerantur, ſunt delata, fideli ſcripto elucidare.

Incipit textus hiſtoriæ tranſlationis ſacri corporis B. Felicis Confeſſoris Chriſti.

22. CUm igitur glorioſus Rex Aldephonſus, filius Ferdinandi Regis ſtrenuiſſimi viri, apud Hiſpaniam arcem teneret Imperii, & undique reſiſtentes ſibi numeroſis prçclariſque victoriis ſubjugâſſet dominatui; inter ſuos nobiliſſimos frequentiſſimoſque triumphos, etiam Toletum Urbem regiam, retinentemque totius Hiſpaniæ monarchiam, à ſpurciſſima gente Agarenorum dudum impugnatam & expugnatam, & uſque ad tempus ſui regni eorum turpiſſimâ violentiâ ſubactam, captivatam & oppreſſam, concedente miſericordia Domini, & inſudante viriliter manu militari, priſtinæ libertati nobilitatique reſtituit, religioſoque cultu Chriſtianitatis ampliavit, omnigena honeſtate decoravit, & inſuper Papa ſedis Apoſtolicæ annuente, eidem regiæ urbi antiquam Archipræſulatus inſulam reddente, cum acclamatione cleri & populi Archiepiſcopum in ea ordinavit. Hoc itaque tempore quidam venerabilis monachus Blaſius, vir bene religioſus, in monaſterio Sancti Æmiliani ſitum intra Calagurritanum territoriom, onus paſtorale gerebat; quod ut poſſibile eſt humanæ fragilitati, & quantum hominibus datum eſt cognoſcere, exemplo & verbo decorabat.

23. Hic itaque Abba prudens, reperiens in Beati Æmiliani geſtis, virum Dei Felicem presbyterum in caſtro Bilibienſi migrâſſe ad Dominum, & ibi per multa curricula temporis eſſe reconditum; ardua & penè inacceſſibili difficultate caſtri frequentem populorum prohibente acceſſum, in reſiduo æternę mentis deſiderio æſtuabat, & quo ingenio vel labore præfati famuli Dei Felicis presbyteri artus de tam inhabitabili & vili loco ad Eccleſiam Sancti Æmiliani ejus diſcipuli transferre laborabat, ubi honorificè reconditum, ab omni populo veneraretur, & ipſe populus ipſius meritis & precibus tueretur, & ab omnibus incurſibus inimicorum viſibilium & inviſibilium, ejus obtentu defenderetur, patrocinio frueretur, præſentiâ lętificaretur. Quod ſuum juſtum & laudabile deſiderium cùm fratribus retuliſſet, & quod animo gereret, palam expoſuiſſet; unanimiter omnes Deo gratias referentes, in magna exultationis voce proruperunt, ac deſiderium Abbatis juſtum & bonum eſſe conclamaverunt. Abbas igitur ut erat vir ſolertiſſimus, & nullâ induſtriâ juſtæ ac rectę rationis indigus, intra ſui cordis arcana cœpit diligenter conſiderare & ſagaciter perpendere, quia cuncti licèt ſuum deſiderium laudarent, & ut ad effectum perduceret, pari conſenſu admonerent; tamen judicavit non poſſe juſtè & ſine inquietudine omni com-

Digitized by Google

compleri abſque auctoritate & permiſſione regali.

24. Accepto hoc itaque ſalubri conſilio, & quibuſdam fratribus viris boni teſtimonii ſibi adjunctis, ad prænominatum Aldephonſum Regem perrexit, deſiderium quod animo retinebat, aperuit, & ut eo annuente & adjuvante complere poſſet, expetiit. Rex verò (erat enim pleniſſimè adornatus omni divino ac humano ſtudio) mox ut laudabile deſiderium juſtamque petitionem Abbatis intellexit, benigniſſimè aſſenſum præbuit, & ut membra Beati Felicis presbyteri de caſtro Bilibienſi ad Eccleſiam B. Æmiliani illius diſcipuli honorificè transferrentur, coram adſtante nobili multitudine optimatum totius provinciæ, publica auctoritate annuit. Denique ipſi Regi, & omnibus inhoneſtum videbatur, ut tanti viri corpus tam humili loco retineretur, & tam vili tumulo tegeretur.

25. Præfatus ergo Abbas Blaſius adeptus ut optaverat effectum ſui deſiderii ac petitionis, reverſus eſt ad ſuum monaſterium cum magno affectu exultationis. Sed ut mos eſt, ſæcularibus obſtantibus, atque omni ex parte impedientibus plurimis ac diverſis curis Eccleſiaſticis, mundaniſque occupationibus, quod magno voto ſuæ mentis complendum diffinierat, ſupradictis caſibus accidentibus, pro relatione omnibus fratribus moleſta, nimiumque tædioſa, non ſatis juſta conſideratione ac deliberatione, de die in diem prolongabat: etenim iſta tranſitoriis intentus negligebat. quæ res omnes fratres nimia importunitate vexabat, & vehementi anxietate affligebat.

26. Itaque fratres præfati cœnobii hac negligentia patris ſui coacti, & accepto conſilio ſalubri, eundem Abbatem communiter convenerunt, & humili convenientiſque allocutione reverenter dixerunt: Provideat, pater chariſſime, pietas tua, & perſpicax induſtria, ne ſtatus hujus ſanctiſſimi cœnobii, tibi divinâ providentiâ commiſſi, dum in hoc corpore moraris, atque vitali ſpiritu frueris, aliquam in partem vacillet vel labefactetur, aut degradetur, vel aliqua ſui honeſtate fraudetur, vel (quod abſit) aliquâ incuriâ dedecoretur, aut blaſphemetur; ſed ſemper tuo inſtanti ſtudio pervigiliſque labore, nobis omnibus tecum communiter laborantibus, augmentetur providentiâ divinâ, atque imitabili converſatione nobilitetur & amplificetur, ut Domino tuo redeunte de longinqua peregrinatione, videlicet Domino Jeſu, ſummo, vero, & bono paſtore, non cum negligenti ſervo in exterioribus tenebris retrudaris, ſed potiùs cum fidelibus ſervis in gaudium Domini tui intrare merearis. Non ergo moveat bonitatem vel patientiam tuam, paſtor venerande, nos hæc tibi temerario auſu retuliſſe, quia Deo teſte, quem ſolum viſorem & intellectorem humanarum cogitationum ſcimus eſſe, quo omnis noſtra oratio de fonte procedit, non fictæ charitatis, carens omnino exſecrabili nubilo falſitatis, ſeu calliditatis. Si ergo jubet ſanctitas tua, ad publicum proferemus, cur iſta tibi retulimus.

27. Jubente ergo Abbate, fratres ei tale reſponſum reddidere cum magna honeſtate: Dudum pater opus te facturum nobis promiſeras, de quo nos ingenti gaudio lætificaveras, nempe corpus Beati Felicis presbyteri de loco in quo nunc negligenter & inhoneſtè tenetur reconditum, te ad noſtrum monaſterium tranſlaturum diſpoſueras, & hoc etiam benigno voto propoſueras, auribuſque regalibus intimaveras, & ab eo jam licentiam transferendi, ut deſideranter optaveras, devotiſſima promiſſione acceperas. Nunc verò neſcimus quo pacto rem tam optabilem, & nobis, ſucceſſoribuſque noſtris omnino utilem, parvipendendo negligis, nec ad effectum perducere ſatagis, cùm hoc foret perpetua ſalus tuæ animæ, & funditus deſiderabilis tui protectio corporis, & inſuper relinques nomen memoriale, expleto tuæ vitæ tempore, quod nulla oblivio unquam poſſit obliterare: at fortaſſe ſi ut cœpiſti perficere, quanto* ejus hoc opus neglexeris, eveniet quod timemus, nam concedetur alteri cœleſtis theſaurus nobis promiſſus, & nos ipſo fruſtrati, fruſtra dolebimus. Quocirca rogamus tuam miſericordem pietatem communi obſecratione, ut quod propoſuiſti, & etiam incepiſti, nobis tecum laborantibus coneris adimplere remota omni dilatione aut excuſatione.

28. Motus igitur Abba hac juſta venerabilium fratrum admonitione & querimonia, ſpondet ſub modeſta & ſalubri teſtificatione ſe ocyùs completurum quod requirebat benigna & Deo acceptabilis petitio ipſorum. Hac miti & humili reſponſione patris lætificati fratres valdè, crebribus ſtudioſiſque precibus exorabant Dominum, ut ſua clementia eorum non deſpiceret deſiderium; ſed dignaretur in bono complere, conceſſo ſibi præfati viri Dei Felicis presbyteri pretioſo corpore: quorum vota fide pollentia omnipotentis Dei clementia veloci effectu dignanter adimplevit, & poſtulata conceſſit: juxta namque Apoſtolicum præceptum, *In fide poſtulaverunt, & nihil hæſitaverunt, & ideo quod petierunt, ſine omni dilatione accipere meruerunt*. Nunc ergo fideli relatione referamus, quomodo annuente miſeratione Domini, tranſlatum ſit feliciſſimum B. Felicis corpus. Quia ergo longum eſt enarrare, ne faſtidium videamur legentibus ingerere, ad enarrandam B. Felicis translationem *articulum revertamur, & ut facta eſt, per ordinem libenter & fideliter audientibus referamus.

29. Igitur monachi cœnobii B. Æmiliani in unum congregati, ad domnum Abbatem Blaſium adeuntes, ut ſicut olim promiſerat, corpus Beati Felicis presbyteri, tumulatum in caſtello Bilibienſi, transferre curaret; humiliter hortantur, & his eum verbis alloquuntur: Cernis, pater dilectiſſime, in partes Hiſpaniarum maxima bella & perſecutiones non modicas increviſſe, & gentem ſuper gentem ſurrexiſſe. Perpendat ergo tua pia ſolertia, quia ſi transferre, ſicut deſtinâſti,

ſtinâſti, ſtudueris Beati Felicis presbyteri quieſcentis in caſtro Bilibieoſi ſacratiſſima membra, ſine dubio ſanctiſſimis meritis ipſius & piiſſimis interceſſionibus, Dominus pro peccatis totius terræ offenſus, & vehementer iratus, clementer repropitiabitur, & patriæ noſtræ barbara perſecutione vehementer afflictæ, piè ac benignè ſioe dilatione miſerebitur.

29. Prudens igitur vir Abba Blaſins intelligens conſilium & admonitionem Dei ſervorum eſſe juſtam, bonam, & ſanam, & omnioo rationabilem, decrevit quod expoſcebant complere abſque aliqua retardatione ſeu dilatione. In hoc itaque Deo acceptabili facto, etiam non defuit verax viſio divinitus oſtenſa. In Eccleſia ergo Beati Æmiliani cuidam monacho quieſcenti apparuit io ſomnis quædam congregatio pulcherrima, decoris & albis veſtibus decorata, & (ut mos eſt religiooi Eccleſiaſticæ) ad proceſſionem parata decentiſſimè. Ipſis igitur eggreſſis, apparuerunt ante oculos ejus alii duo homines, vultu & habitu extranei, veluti hoſpites; qui ad eum acceſſerunt, & hoc ei benigniſſimo ac reverentiſſimo ſermone dixerunt: Cur tam moroſè & negligenter differtis deferre ad iſtam Eccleſiam artus B. Felicis? Hoc in veritate dicitur nobis, quòd ſi ampliùs corpus ejus transferre neglexeritis, & corpore, & patrocioio illius ampliùs carebitis. Quibus ille reſpondit: Domini mei, onus tam pretioſi & difficilis operis non debetis (ſi placet vobis) imponere mihi; ſed potiùs hoc decet vos indicare domino Abbati: res autem tam ardua & divina pertinet ad illios prudentiſſimam excellentiam, & magnam peritiæ iotelligentiam, non ad meam humilem & penitùs indoctam inſipientiam: hoc enim peritia & cooſilium illius ſalubre valet honeſtiſſimè adimplere, non mea impoſſibilitas & imperitia, quæ funditus altioris ingenii eſt ignara. Qui protinus tale reſponſum reddiderunt: Ne ergo ſit vobis aliqua occaſio excuſationis, non pigeat te venire nobiſcum, & certiſſimè oſteudemus tibi ſacratiſſimi tumuli B. Felicis presbyteri locum. Quos dum ſequutus fuiſſet, ad difficillimum & perarduum aſcenſum Bilibienſis caſtelli pervenerunt, cujus aſperum introitum, & cacumen altiſſimum, atque penitùs inacceſſibile, ſine aliqua tarditate ac labore, proſpero & inoffenſo gradu aſcenderunt. In cujus caſtri valdè eminenti cacumine pariter conſtitnti, oſteuderunt præfato fratri locum ſepulchri B. Felicis presbyteri, B. Æmiliani quondam didaſcali, & diligenter deſignaverunt ei capot ſepulchri B. Felicis confeſſoris Chriſti eſſe poſitum ſub pariete altaris.

30. Hoc viſo, ille frater à ſomno ſurrexit, & ſequenti die congregatis fratribus, in præſentia domni Blaſii Abbatis cuncta quæ viderat per ordinem expoſuit. Ergo domnus Abba Blaſius, & totus fratrum conventus, ut hoc audierunt, animi voto & conſona voce Deum laudaverunt, gratias magnas retulerunt, & obnixis precibus ac devotis omnipotentis Dai clementiam flagitaverunt; ut donum ſuæ miſericordiæ, quod eis ſua gratnita pietate dignatus fuerat oſtendere, dignaretor etiam ad deſiderabilem effectum perducere.

31. Caſtrum autem Bilibienſe, quod retinebat, ot ſuprà retulimus, ſancta B. Felicis membra, In ipſo tempore erat ſub Lupi egregii Comitis & ſtrenuiſſimi militis, atque devoti Deo ſamuli dominio, regali donativo; & ideo ſine ejus conſenſu & adjutorio non poterat juſtè & honeſtè ad effectum perduci optabilis corporis B. Felicis tranſlatio. At Comes Lupns habebat conjugem Theclam nomine, Deo, ut hominibos poteſt eſſe notum, in omnibus operibus ſuis ſatis acceptabilem: quibus domnus Abba Blaſius patienti & humili prece deſiderium ſui cordis intimavit, & ut ſui adjutores eſſent in hoc facto, humiliter expoſtulavit, præbendo facultatem intrandi intra caſtra Bilibienſis caſtelli. Qui ut erant prudentiſſimi & ſagacis ingenii, vera & prudenti reſponſione ſunt uſi: nam unanimi concordia & una voce tale reſponſum reddiderunt Abbati, ſacra membra B. Felicis quærenti de caſtro Bilibienſi ad monaſterium S. Æmiliaui, ſui quondam diſcipuli transferre cupienti.

32. Intelligimus, pater dilectiſſime, deſiderium tuum ſanctum & juſtum eſſe; ſed non eſt noſtræ auctoritatis & poſſibilitatis alicoi viventi homini hanc licentiam tribuere, ut caſtra Bilibienſis regalis caſtri temerè aut violenter irrumpat, & feliciſſimum corpus Sancti Felicis ad alium locum transferat. Hoc ergo deſiderii tui cordis monitis veſtris obtemperans ſalubribus, regalibus intimare non differas auribns, & ſi ab eo hoc potueris impetrare, ſcito nos omoibus modis tuæ piæ petitioni libentiſſimè favere.

33. Vir itaque prudentiſſimus Abba Blaſius, tam ſalubri accepto conſilio, ſine dilatione Regem Aldephonſum adit: & ut antè Comiti Lopo intimaverat, ipſi Regi voluntatem ſui deſiderii intimavit. Sed prudentiſſimus Rex, mox ut audivit, hujuſmodi reſponſionem Abbati dedit: Mihi videtur, pater venerande, nimis difficillimum & grave aliquod ſanctiſſimi viri corpus inquietare ac transferre: attamen ne videar eſſe contrarius veſtris juſtis deſideriis & ſanctis operibus, pergite cum omnipotentis Dei benedictiooe; & ſi placet ipſi Sancto Felici, corpus eius ſecũdùm deſiderium veſtrum tranſferte: ſi autem ſuper hoc (quod abſit) factum aliquod iofortunium divinitus fuerit illatum, mihi inde non imputetur culpa: ego me omnino judico indignum & ignarum eſſe re tam ſanctiſſima.

34. Igitur Abba Blaſius lætos ad mooaſterium Beati Æmiliani eſt reverſus, & communi ac ſalubri conſilio accepto, cunctiſque indicto triduano jejuoio, omnes interno cordis niſu exorabant Dominum, ut ſoo gratuito dono eorum complere dignaretur deſiderium omni patriæ proficuum. Electis igitur ab Abbate duodecim fratribus ad hoc ſanctiſſimum opus idoneis ex omni coogregatione, ordinatiſque rebus neceſ-

ſariis

ſariis, profecti ſunt, gratia Dei præeunte, ad caſtrum ſæpè fatum Bilibienſe.

35. Itaque concedente & permittente juſſu Lupi Comitis, & ſuæ Deo dignæ Theclæ conjugis, à cuſtode caſtelli ſtatim apertis portarum obſtaculis, aſcenderunt illius arduam rupem, & pervenerunt ad ipſius præcelſam planitiem, in qua divina myſteria congrua ac devota intentioone celebraverunt. Hiſque ritè peractis, cum timore ac tremore, & cum magna precum ſupplicatione, & cum ſatis digna devotione, ad locum ſepolchri per viſionem Fratris, ut ſuperiùs retolimus, demooſtrati, acceſſerunt. Quod ſepulchrum in ſummitate rupis, ante altare Eccleſiæ in eodem loco fuodatæ, in Orientali parte erat conſtructum, & artificis arte facto fornice, de ſuſpenſo punice coopertum: * rataque ſuſpenſi punicis congerie, inveneruot ligneum ſepulchrum, in quo erat pretioſum corpus Beati Felicis Chriſti egregii Confeſſoris, negligenter, & non ut decebat tam ſanctiſſimum virum, reconditum, omnino viliſſimum, retinens tamen theſaurom magnum omnium theſaurorum pretioſiſſimi obrizi pretiſſimum: eratque illod ſepulchrum, ſicut in viſu fuerat Fratri demonſtratum, parieti altaris ſatis proximum atque contiguum.

36. Ablata ergo opertione ſacri tumuli, non eſt paſſa pietas Domini fore occultum meritum beati corporis in eo reconditi: nam ſtatim ab eodem tumulo egreſſa ſuaviſſimi odoris fragrantia, odoribus omnium anteponeoda aromatum. Referebaot denique illic adſtantes cum magna terribilis ſacramenti teſtificatione, ſe nunquam tam miræ ſuavitatis odorem ſenſiſſe, quâ uſi ſunt detecto beati viri corpore. Cum digna itaque veneratione, & cum debiti cultûs exſecutione, ſacra membra tractaotes, & cum magna religionis honorificentia de locello humilis tumuli erigentes, pretioſiſſimis & mundiſſimis palliis diligentiſſimè involveroot, atque tripudiaotes de cœleſti theſauro ſibi (Domino concedente) conceſſo, cum ingenti exultatione ad proprium Beati Æmiliani monaſterium redierunt.

37. Interea fama hujos præclariſſimi operis cito volatu innotuit omnibus circumjacentis regionis populis, Beati Felicis ſacra membra de caſtro Bilibienſi ad monaſterium viri Dei Æmiliani, ſui quondam diſcipuli, eſſe tranſlata: ob quam rem multos invaſit ſtupor nimius, multoſque ad credendum ſednxit incredolitatis ſcrupulus: omninoque impoſſibile videbatur, omnibus hoc tam mirabile donum eſſe conceſſum præſentibus, quod omnino eſt denegatum cunctis prædeceſſoribus. Moliti ſunt certè hoc opus perficere, videlicet ſanctiſſimi Felicis presbyteri Confeſſoris Chriſti ſacratiſſimum corpus à proprio tumolo ſubtrahere, & alia ad loca tranſferre: ſed quod omnibus prædeceſſoribus occultum Dei denegarat judicium, hoc patenter videmus, & intimo mentis affectu gaudemus, divinitus præſentibus eſſe donatum: & de multis unum proferamus in medium omni veritate & fideli referentium relatione ſubnixum.

38. Refert rumor veridicus multorum aſſertione probatus, Garſiam Alavenſem Epiſcopum, juſſu Regis Garſiæ, gratiâ transferendi corpus Beati Felicis presbyteri ad ejus tumulum venerabilem, inconſultè & temerario auſu, & abſque ulla divina admonitione acceſſiſſe: & quia hoc damnabili præſumptione, & non aliquo divino ioſtinctu facere præſumpſit; mox ut ſacratiſſimum ſepulchrum ſanctiſſimi viri, ut illud aperiret percuſſit, ſoperbâ irâ, terribili ultione, non ſolùm eum à loco venerandi tumuli repulit, ſed etiam deformi oris tortione damnavit ac turpiter dehoneſtavit: & omnes qui eum viderunt, verum eſſe hoc quod de eo referimus, teſtificati ſunt. Orta ergo inſuper tempeſtate ingenti, omnes comites Epiſcopi tanto terrore ſunt exterriti, ut nullus eorum crederet ſe poſſe periculum inſtantis mortis evadere, & tam terribilem vindictam ſeveritatis ſupernæ. Epiſcopus autem percuſſus his plagis, & cognita virtute beatiſſimi Felicis Confeſſoris ibi quieſcentis, promiſſiſque magnis votis, cum ſuis omnibus à loco ſacratiſſimi tumuli velociter receſſit, neque ad eundem locum ulteriùs accedere præſumpſit: in deformitate tamen ſui oris, non plenè recepta ſaoitate, omnibus diebus vitæ ſuæ permanſit.

39. Igitur hac de cauſſa uſque ad hæc tempora Beati viri ſepulchrum permanſit inviolatum: ſed ineffabilis gratia & benignitas omnipotentis Dei, omnia juſtiſſimo moderamine & æquiſſima lance diſponentis, dignata miſericorditer viſitare locum retinentem felicia membra B. Æmiliani detexit, ut ſuprà fideliter retulimus, cœleſti revelatiooe, & conceſſit eidem ſanctiſſimo cœnobio ſanctiſſimum corpus Beati Felicis presbyteri, ſuâ gratuitâ & inenarrabili pietate. Gaudere igitur & exultare nos oportet, dilectiſſimi, omni affectu devoti animi, quos præclaro lumine meritorum, reverenda præſentia tantorum corporum ſacrorum patronorum eſt dignata ſublimiter honorare & decorare: quatenus cum eiſdem patronis noſtris pervenire mereamur ad gaudia æternæ beatitudiois. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Ameo. Facta fuit hæc tranſlatio in Era MCXXVIII. 8. Idus Novembris.

CONCILIUM LEGIONENSE

Præſide Renerio S. R. E. Cardinale, & per Hiſpanias Legato, unà cum Bernardo Toletano Primate, anno Aldephonſi Regis XXVIII. Era MCXXIX. Chriſti MXCI.

40. IDem de quo antea, Rodericus Toletanos Archiepiſcopus, ignotum hactenus Binio cæteriſque collectoribus Concilium nobis aperuit cap. 30. lib. VI. *De rebus Hiſpanicis*. Poſtquam enim narravit Garſiam Regem Legione fuiſſe ſepultum anno regni fratris ſui Aldephonſi, non XVI. ut vulgati Codices habent, ſed XXVIII. Erâ Hiſpanicâ, non MCXVII. ut in iiſdem mendosè legitur, ſed, ut corrigendum docuimus, MCXXIX. ſtatim hæc ſubjicit diligenter notanda.

41. *Interfuit autem Renerius Legatus & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ibidemque* (hoc eſt, in Legionenſi civitate antiquiſſima Hiſpaniæ) *celebrato Concilio cum Bernardo Toletano Primate, multa de officiis Eccleſiæ ſtatuerunt, & * etiam de cætero omnes ſcriptores omiſsâ literâ Toletanâ, quam Gulfilas Epiſcopus adinvenit, Gallicis literis uterentur.*

* ut & jam.

42. Hinc verò patet erraſſe, ut jam pridem obſervavimus in ſynopſi, Hermannum Conringium cap. 3. libri *De origine juris Germanici*, p. 8. editionis ſecundæ, qui Concilium illud Toletanum vocat, & anno reparatæ per Chriſtum ſalutis MCXVI. affigit, Eram Hiſpanicam cum annis Eræ Chriſtianæ haud dubiè confundens, præſertim cùm Renerius ille, qui tum erat Legatus Apoſtolicæ ſedis, ab anno MXCIX. ad MCXVIII. obtinuerit certo certiùs Romanum Pontificatum, dictus Paſchalis II.

43. *Ejuſdem Legionenſis Synodi mentionem reperimus apud Lucam Tudenſem diaconum, Roderici Ximenii æqualem, pag. 101. Chronici mundi, parte IV.* Hiſpaniç illuſtratæ, *bis verbis*: Rex aotem Garſias cùm veniret Legionem, in itinere mortuus eſt, cujus funeri ambç ſorores, Urraca ſcilicet & Geloyra, more regio occurrentes, & Renerio Romanæ Eccleſiç Legato, qui poſtea Papa effectos eſt, & cum Bernardo Toletano Archiepiſcopo, aliiſque comprovincialibus Epiſcopis & Abbatibus Legione Synodum celebrabat, omnibus pro ejus anima Deo ſalutarem hoſtiam offerentibus, corpos ejus in eadem urbe cum proceribus ſuis ſepulturç honorificè tradiderunt, Erâ MCXXIX. In prędicta verò Synodo almi ſacerdotes de Fide Catholica colloquentes ſtatuerunt, ut ſecundum Regulam Beati Iſidori Hiſpalenſis Archiepiſcopi Eccleſiaſtica Officia in Hiſpania regerentur. Statuerunt etiam ut ſcriptores de cętero Gallicam literam ſcriberent, & prætermitterent Toletanam in Officiis Eccleſiaſticis, ut nulla eſſet diviſio inter miniſtros Eccleſiæ Dei. *Alia quoque in eadem Legionenſi Synodo tractata docebit nos ſcriptor accuratus ac diligens Joannes Mariana* Hiſt. Hiſp. *lib.* 10. *cap.* 6. *biſce verbis*: In Richardi locom Reynerus Cardinalis in Hiſpaniam Legatus Concilio Legione habito Petrum Compoſtellanum Epiſcopum loco movet, neque legibus neque auſpicato rebus pręfectum: ut Pelagius libertati Eccleſiæque reſtitueretur impetrari non potuit, agente tantùm Raymuodo Burgondo Regis genero tunc ſuperſtite Pontifici perſuaſom, ut Dalmachius Cluniacenſis monachus, eoque Pontifici (Urbano) nimirum ex eodem ordine, charos, Eccleſiæ Compoſtellanæ pręficeretur Epiſcopos. Ab hoc cùm Claromontem ad generales de bello ſacro conventus unos è multis Epiſcopis abiiſſet, impetratum eſt, ut Eccleſia Compoſtellana ſui juris eſſet, ac Romanæ tantùm contributa &c. *Sed hæc ad poſteriora pertinent tempora.* COSSARTIUS.

NOTÆ CARD. DE AGUIRRE.

44. REgolam S. Iſidori *De Officiis Eccleſiaſticis*, ad cujus præſcriptum ea adminiſtrari caotum fuit in hoc Concilio, non aliam ceoſemos, quàm Epiſtolam illam celebrem ejuſdem S. Iſidori Hiſpalenſis ad Laodefredum Epiſcopum Cordubenſem. Quippe in ea ſanctus Doctor de omnibus & ſingulis Officiis Eccleſiaſticis agit, & proprias uniuſcujuſque functiones exponit. Quarum diſciplina & exſecutio cùm jam obliterata eſſet aut neglecta aliquibus retrò ſçculis in Hiſpania, propter irruptionem Sarracenorum & bella aſſidua cum iis, in hoc Concilio inſtaurata fuit.

45. Præterea qood in eo decretum dicitur, *ut ſcriptores de cætero Gallicam literam ſcriberent, & prætermitterent Toletanam in Officiis Eccleſiaſticis*, ut loquitur Lucas Tudenſis; non ita accipiendum exiſtimo, quaſi nomine aut re literæ Toletaoæ intelligatur Officium divinom Gothicum, & per *literam Gallicam* ſignificetur Officium divinum Romaoum, quo Galli utebantur, quippe ea commutatio divini Officii Gothici in Romanum jam fuerat decreta in Concilio

cilio Burgenſi anni MLXXXV. vel, ut aliis placet, MLXXX. & exſecutioni mandata in regnis Caſtellæ ac Legionis. Mutatio itaque primùm ſtatuta in hoc Concilio Legionenſi non foit penes Officium divinum, ſed ſolùm quoad literas ſive characteres, qui eouſque erant Toletani, ſive proprii Moz-arabum: verùm ab hoc tempore derelicti fuerunt in officiis Eccleſiaſticis, & mutati in Gallicanos, communes ferè tunc in Eccleſia. Hoc enim indicat Tudenſis ipſe poſtremis illis verbis: *Ut nulla eſſet diviſio inter miniſtros Eccleſiæ Dei*. Hæc enim cauſſalis omnino extra rem eſſet, niſi eouſque in aliis regionibus libri Officiorum divinorum in choris Eccleſiarum uſitati, & Miſſalia quælibet, ac Breviaria, ſcripta eſſent Gotthicis literis: quorom exemplaria aliquot, Bernardum ex Concilio Toloſann paullò antè celebrato, in Hiſpaniam attuliſſe, videtur valdè probabile.

46. Conjecturam noſtram firmat eruditiſſimus vir Joannes Mabillon in tractatu aureo *De re diplomatica*, lib. 5. ad tabellam XLV. ubi ſic ait: *Per id tempus* (nempe Alphonſi IX. anno MCLVI.) *Europæi ferè omnes Gallicanæ ſcripturæ genus, propriâ abjectâ, ſuſceperant: nempe Angli per Willelmum Conquæſtorem loco Saxonicæ: Itali & Germani per Imperatores ſtirpis Carolinæ pro Langobardica & Teutonica: Hiſpani pro Gotthica per Bernardum Toletanum Epiſcopum ex monacho Gallo cœnobii Cluniacenſis. Nam habito apud Legionem Concilio per Renerium S.R. E. Cardinalem ac Legatum* cum Bernardo Toletano Primate, *inter alia ſtatutum eſt, ut* de * cætero omnes ſcriptores, omiſſâ literâ Toletanâ, quam Gulfila Gotthorum Epiſcopus adinvenit, Gallicis literis uterentor.

* Roderic. Tol. lib. 6. cap. 30.

EPISTOLA * IV. URBANI II. PAPÆ

* Aliàs, VII. apud Labbeû.

Ad Berengarium Auſonenſem Epiſcopum.

Eum conſtituit Tarraconenſem Archiepiſcopum.

ANNO CHRISTI MXCI.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Berengario Auſonenſi Epiſcopo in Tarraconenſem Metropolim translato, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

47. INter primas Hiſpaniarum urbes Tarraconem fuiſſe inſignem & gentilem, etiam Chriſtianæ paginę judiciis demonſtrant. Juſtus autem Dominus in viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui cùm in pleriſque judiciis incomprehenſibilis habeatur, in nullo unquam valet reprehenſibilis æſtimari. Ipſe transfert regna, & mutat tempora: ipſi viſum eſt in eadem urbe olim Tarraconenſis urbis gloriam exaltare: ipſi viſum eſt in eadem urbe peccata populi ſui viſitare. Cùm enim in ea Chriſtianorum populus habitaret, viſitavit in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed ecce jam tranſactis trecentis nonaginta annis, ex quo præfatam urbem Agarenorum gens propè ſolitariam fecerit, principium ſuorum cordibus inſpirare dignatus eſt, ut ejuſdem urbis reſtitutioni, ſecundum pręceptum Apoſtolicæ ſedis, cui * auctoritate Dei, licèt indigni, pręſidemus, inſiſterent. Berengarius ſiquidem Barchinonenſis Comes auctoritatis noſtræ perſuaſione commonitus, pro animæ ſuę ſalute, cum ſuæ poteſtatis magnatibus non ſolùm reſtitutioni præfatę urbis * inſiſtit, ſed & urbem ipſam, & omnem ſuæ poteſtatis terram, Beato Petro ejuſque vicariis legali ſtipulatione tradidit, cenſumque quinque librarum argenti Lateranenſi Palatio * annis ſolvendum inſtituit.

* auctore Deo.

* inſtitit.

* Fortè, ſingulis ann.

48. Nos itaque præſtâte Deo reſtitutionis hujus optamus cooperatores exiſtere, prędicti Comitis inſtitutum, libertateſque, & conſuetudines, quas novis Tarraconenſis urbis colonis promulgâſſe cognoſcitur, collaudamus, & rata manere auctoritate noſtra decernimus. Cum univerſa ſiquidem ipſius Comitis terra, quam Beato Petro obtulit, & Tarraconenſem urbem ac populum, Domino ibi aſpirante collectum, ſub Apoſtolicę ſedis tutela ſpecialiter conſovendum ſuſcipimus, libertatemque illius per Comitis Berengarii * ſcripto collatam eatenus confirmamus, ut nemini quicquam ultrà perſolvant, niſi ſponte propria Romanę ſe faciant Eccleſiæ debitores. Ut igitur hæc omnia Deo auctore inconcuſſa permaneant, nos anteceſſorum noſtrorum privilegia ſequentes, qui Auſonenſem Eccleſiam Tarraconenſis quondam inſtituère vicariam, tibi, ò chariſſime fili Berengari, quia tuo potiſſimùm ſtudio hęc eſt reſtitutio inſtituta, ex Romanæ Eccleſiæ liberalitatis gratia pallium, totius ſcilicet ſacerdotalis dignitatis plenitudinem, indulgemus.

* ſcriptum.

49. Præterea tibi, tuiſque ſucceſſoribus legitimè ſubſtituendis, qui in Tarraconenſis civitatis & Eccleſiæ reſtaurationem pari ſtudio inſudaverint, præfatam Tarraconenſem Eccleſiam jure proprio poſſidendam per hujus privilegii paginam confirmamus, unà cum omnibus Eccleſiis, quas proprio jure noſcitur antiquitus poſſediſſe: præcipientes de his quę Sarracenorum ad præſens ſubjacent ditioni, ut cùm eas Deo placuerit poteſtati populi Chriſtiani, ad debitam Eccleſiæ veſtræ obedientiam referantur, ſalva tamen in omnibus Romanę Eccleſiæ auctoritate. Porrò Auſonen-

ſem Eccleſiam tibi tuiſque ſucceſſoribus tamdiu concedimus poſſidendam, donec,auctore Deo, ad priſtini ſtatus plenitudinem veſtro ſtudio Tarraconenſis Eccleſia reformetur. Pallio itaque in Miſſarum ſolenniis intra Eccleſiam ſolummodo uti debebis, in præcipuis tantùm feſtivitatibus, videlicet Nativitate Domini,Epiphania,hypapante,cœna Domini,Sabbatho ſancto, Reſurrectionis primâ & ſecundâ feriâ, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, tribus feſtivitatibus Sanctæ Mariæ, Sancti quoque Michaelis, & Sancti Joannis Baptiſtæ, in natalitiis omnium Apoſtolorum, & eorum Martyrum quorum pignora in veſtra Eccleſia continentur, in commemoratione nihilominus omnium Sanctorum, in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, clericorum, in annuo conſecrationis tuæ die, in ſolennitatibus etiam Sanctæ virginis Theclæ, ſanctique Martyris Fructuoſi ac ſociorum ejus. Te igitur, reverendiſſime frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honoris Pontificio ſemper exhibeas, Chriſtianis ac Sarracenis ſine offenſione eſſe procurans, ad fidem infideles quærere, Deo largiente, verbis ſtudeas & exemplis. Sic exteriùs pallii dignitate præcellas in oculis hominum, ut interiùs virtutum excellentiâ polleas coram ſupernæ oculis majeſtatis.

50. Planè per præſentis privilegii paginam officii noſtri auctoritate decrevimus,ut quicumque ſe Tarraconenſis Eccleſiæ bona injuſtè hactenus obtinuiſſe cognoſcunt, ea deincepseidem Eccleſiæ reſtituere præ judicii divini formidine, & ſedis Apoſtolicæ reverentia ſtudeant. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vice-comes, judex, aut quilibet magiſtratus, vel perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, hujus privilegii paginam ſciens, contra eam venire temerè tentaverit, ſecundò tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione condigna emendaverit; eum honoris ſui & officii periculo ſubjacere decrevimus, & à Chriſto atque Eccleſiæ corpore ſegregamus, conſervantibus autem pax à Deo & miſericordia præſentibus & futuris ſæculis conſervetur, etiam. Amen. Datum Capuæ Kalendis Julii per manus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Joannis diaconi Cardinalis, indictione quarta, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo primo, Pontificatûs autem domini Urbani ſecundi anno quarto.

* Alias XXVIII. apud Labbeum.

EPISTOLA * V.

Ad Raynerium S. R. E. Cardinalem & Legatum in Hiſpania.

De Primatu Archiepiſcopatûs Toletani.

Epiſtola iſtius exemplar habuit ex chartulario Narbonenſi Illuſtriſſ. Petrus de Marca, & obtulit Philippo Labbeo: verùm hactenus non prodiit. Solabuntur interim lectorem pauca hæc quæ Odolricus Raynaldus intexuit Annalibus ſuis ad ann. MCCXXXIX. num. 52.

51. Supplicâſti nobis, frater Archiepiſcope,ut cum in regeſtis Romanorū Pontificum quædam contineātur * munimenta Eccleſiæ Toletanæ,illa conſcribi,& tibi tradi ſub bullæ noſtræ munimine faceremus,ne regeſtis ipſis perditis caſu fortuito,aut vetuſtate conſumptis,jus ipſius Eccleſiæ contingat cum pereuntibus deperire. Nos igitur tuæ ſolicitudinis providentiam commendantes, præſentium ſignificatione teſtamur, quòd in regeſtis fel. record. Urbani II. prædeceſſoris noſtri ſcriptum eſt de bonæ memoriæ Bernardo Toletano Archiepiſcopo in hæc verba: Hoc tempore Toletanus Archiepiſcopus Bernardus Romam ad dominum Urbanum Papam veniens, ei pro Epiſcoporum more juravit, & pallium & privilegium accepit, regniſque Hiſpaniarum Primas inſtitutus eſt. Tunc etiam in Gallæcia omnis diœceſis S. Jacobi ab omni eſt officio excommunicata divino, quia S. Jacobi Epiſcopus in Regis carcere depoſitus fuerat; unde & hæc Regi Ildephonſo Epiſtola miſſa eſt.

* *monimenta.*

Ad Alphonſum Regem Gallaciæ.

52. Duo ſunt,Rex Ildephonſe, quibus principaliter mundus hic regitur, Sacerdotalis dignitas, & regalis poteſtas. Sed ſacerdotalis dignitas, fili chariſſime, tanto poteſtatem regiā antecedit, ut de ipſis Regibus omnium ratione poſituri ſimus Regi univerſorum. Quapropter paſtoralis nos cura compellit, non ſolùm de minorum, ſed de majorum quoque ſalute pro viribus providere, quò paſtori vero ſuas oves reſtituere illæſas, quæ nobis commiſſæ ſunt, valeamus. Tuæ præcipuè debemus ſaluti proſpicere,quem Chriſtianæ fidei propugnatorem & Eccleſiæ Chriſtus effecit. Memento ergo, memento fili mi amantiſſime, quantam tibi gloriam divinæ tibi contulit gratia majeſtatis, & ſicut ipſe tuum præ cæteris regnum nobilitavit, ita tu ei ſtudeas præ cæteris devotiùs ac familiariùs deſervire. Dicit enim ipſe Dominus per Prophetam: *Honorificantes*

Digitized by Google

cantes me honorificabo: qui autem me contemnunt, erunt ignobiles. Gratias itaque Domino, & laboribus tuis egimus, quòd de Sarracenorum jure Toletana eſt Eccleſia liberete.

53. Fratrem autem Bernardum venerabilē ejuſdem urbis Præſulem, tuis exhortationibus inviteti, dignè ac reverenter excepimus, & ei pallium contradentes, privilegium quoque Toletenæ Eccleſiæ antiquæ majeſtatis indulſimus. Ipſum enim in totis Hiſpeniarum regnis Primatem ſtatuimus, & quicquid Toletana Eccleſia entiquitus noſcitur habuiſſe, nunc quoque ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate in poſterum habere cenſuimus. Tu illum ut patrem chariſſimum exaudias, & quæque tibi ex Domino nunciaverit, obedire curato: & Eccleſiam ejus temporalibus non deſiſtas auxiliis ac beneficiis exaltare. Inter cætera verò laudum tuarum præconia pervenit ed aures noſtras (quod ſine gravi dolore audire nequivimus) Epiſcopum ſcilicet Sancti Jacobi à te captum, & in captione ab Epiſcopali dignitare depoſitum: quod Canonibus noveris omnino contrarium, & Catholicis auribus non ferendum; quod tantò nos ampliùs contriſtavit, quantò te ampliori affectione complectimur.

54. Nunc tibi, Rex glorioſiſſime Ildephonſe, Dei & Apoſtolorum vice mandamus orantes, quatenus eundem Epiſcopum ſuæ integræ reſtituas per Toletanum Archiepiſcopum dignitati: nec id per Ricardum Cerdinalem ſedis Apoſtolicæ factum excuſeveris; quia & Canonibus eſt omnino contrerium, & Ricardus tunc Legatione ſedis Apoſtolicæ minimè fungebatur. Quod ergo ille tunc geſſit, quem Victor Papa ſanctæ memoriæ tertius legatione privaverat, nos irritum judicamus. In remiſſionem igitur peccatorum & ſedis Apoſtolicæ obedientiam, ſuæ dignitati Epiſcopo reſtituto, & ad noſtram præſentiam cum Legatis tuis ipſe perveniat canonicè judicandus. Sin autem, facere nos erge dilectionem tuem compelleres invitos, quod nos quoque feciſſe nollemus. Memento religioſi Principis Conſtentini, qui ſecerdotum judicia nec audire voluit: indignum judicens Deos eb hominibus judicari. Audi ergo in nobis Dominum & Apoſtolos ejus, ſi te ab ipſis velis, & à nobis in iis quæ poſtulaveris, exaudiri. Rex Regum dominus cor tuum gratiæ ſuæ fulgore illuſtret, victorias tibi tribuat, regnum tuum exeltet, itaque te ſemper vivere concedat, ut & temporali regno perfruaris feliciter, & æterno perenniter gratuleris. Amen.

EPISTOLA VI.

Ad Tarraconenſem & cæteros Hiſpaniarum Archiepiſcopos.

INCERTO ANNO.

55. Quiſquis voluntatem gerit, ut ſibi alii ſubjiciantur, dedignari non debet, ut ipſe quoque aliis ſit ſubjectus. Hic enim ordo regiminis atque prælationis non ſolùm in terreſtri, ſed in ſupercœleſti quoque Eccleſia obſervatur, Rege omniū diſponente, ut ſe omniū principe, alii aliis principentur. Toletanum ſiquidem Archiepiſcopum privilegii noſtri auctoritate Primatem in totis Hiſpeniarum regnis fore decrevimus, ſelve ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Metropolitanorum privilegiis ſingulorum. Si quid igitur inter vos grave contigerit, quie eb Apoſtolice ſede procul eſtis, ed eum velut ad Primatem veſtrum omnium recurretis, ejuſque judicio quæ vobis ſunt gravia terminabitis. Quòd ſi quid fortè ipſius quoque judicio nequiverit definiri, ad Apoſtolicam ſedem, ut dignum eſt, velut ſedium omnium principem referetur. Qui autem veſtrûm ſine Metropolitanis propriis ſunt, ipſi interim velut proprio ſubeſſe debebunt. Valete. Ex Odolrico Raynaldo ad annum MCC. XXXIX.

EPISTOLA VII.

B. Tarraconenſi Archiepiſcopo.

INCERTO ANNO.

56. Novit dilectio tua, frater in Chriſto venerabilis, quo tenere, qua conditione pallium tibi privilegiumque conceſſerimus, quomodo nobis & tu in fide tua, & cōprovinciales Primetes per ſcriptū promiſeritis vos in reſtitutionem Tarraconenſis Eccleſiæ omnimodis inſtituros. Nunc autem frequenti fema audimus, veſtram illam induſtriem, veſtrum ſtudium jem ceſſare, & Tarraconenſem reſtitutionem jam penè deficere. Te igitur literis præſentibus edmonemus, ut hujus boni operis perfectionis ſedulus operator exiſtas. Memineris tamen ita te Ex Odolrico Raynaldo ad annum MCC. XXXIX.

Archie-

Digitized by Google

Archiepiſcopum inſtitutum, ut tam tu, quàm univerſæ provinciæ Tarraconenſis Epiſcopi Toletano tanquam Primati debeatis eſſe ſubjecti. Sic enim à vobis in Toletanæ Eccleſiæ privilegio conſtitutum eſt, quod nos omnino ratum vulumus permanere. Nunc autem multò amplius, quia ei noſtræ ſolicitudinis vices in Hiſpania univerſa, & in Narbonenſi provincia miniſtrandas injunximus. Datum VII. Kalendas Maji.

N O T A.

57. MItto Epiſtolam aliã ejuſdem Urbani II. ad Berengarium Archiepiſcopum Tarraconenſem, quę in collectione Labbeana eſt num. 31. & exſtat Tomo X. col. 459. quoniam videtur omnino eadem cum illa quam ſuprà quarto loco indicavimus. Mitto pariter fragmenta Epiſtolarum Hadriani IV. & Anaſtaſii IV. Romanorum Pontificum, exſtantia ibidem col. 460. & 461. circa eundem Primatum Eccleſiæ Toletanæ ſupra Bracarenſem & Compoſtellanam: quoniam eæ Epiſtolæ infrà ſuo loco & tempore conſignabuntur.

EPISTOLA VIII.

Ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum.

INCERTO ANNO.

Cùm Richardo Maſſilienſi Epiſcopo ſit adempta legatio, ipſe invigilet omnibus. Archiepiſcopus Compoſtellanus vinculis ſolutus, ſuo reſtituatur officio. Moneat cui committendam legationem putet.

Ex Primat. Tolet. Caſtejoni, & apud Labbeum.

58. SEmper te memorẽ eſſe oportet benedictionis & gratiæ, excellentiſque liberalitatis, quam à ſede Apoſtolica accepiſti; ſemper te, quanti geras culmen officii, & rebus oſtendere, rivũ te à fonte Petri Apoſtoli deſcendiſſe, & flammam, quam ab ignis ejus camino ſuſceptam foves, ſemper in altiora producere. Nunc præcipuè fraternitatam tuam ampliorem principum Petri & Paulli diſciplinam inſtruere, tuique officii oportet exhibere cenſuram: nunc præcipuè, quum nullus in veſtris partibus Apoſtolicæ ſedis Legatus exiſtit: Ricardo enim legationem, quam hactenus habuit, denegavimus, nec alii cuipiam veſtrarum partium legationem injunximus.

59. Te igitur, ut prudentem ac religioſum virum, hortamur, & obſecramus in Domino, ut quæ dicta ſunt, ſtudioſè exerceas, bonos in melius acuas, pravos corrigas, & canonicam in omnibus diſciplinam ad Romanæ Eccleſiæ gloriam, tuique ſtudii mercedem, ferventer & indeſinenter obſervare procures. Adeſto, invigila, inſta cum fratribus noſtris Epiſcopis, Regibus, Principibus, ac populo, quatenus aberrantes ad rectum propoſitum redeant, manentes in fidei veritate, ad exitum uſque viriliter perſeverent. Id verò præcipuè te laborare volumus & rogamus, ut Sancti Jacobi Epiſcopus emancipatus vinculis, ſuo reſtituatur officio. De quo quicquid, auxiliante Domino, egeris, tuis nobis literis indicabis. De cæteris, & quæ in Hiſpaniarum regnis per nos diſponenda provideris, & cui potiſſimùm committenda ſedis Apoſtolicæ legatio videatur, tuis nos nunciis & apicibus informabis. Labores autem, quos in membris ſuis Apoſtolorum principes quotidie patiuntur, nolito ullo modo obliviſci: ſed eos ſemper in corde bajulans, & fidelibus omnibus commendans, ſolatiorum veſtrorum ope lenire feſtina.

EPISTOLA IX.

Ad Hugonem Cluniacenſem Abbatem.

Bernardum Toletanum Archiepiſcopum bene exceptum à ſe fuiſſe, & Hiſpaniæ Primatem conſtitutum.

INCERTO ANNO.

Ex Primat. Tolet. Caſtejoni, & apud Labbeum.

60. VEnerabilem fratrem noſtrum Bernardũ Toletanæ Eccleſiæ Præſulẽ, tam pro tuæ poſtulatione dilectionis, quàm pro ipſius reverentia religionis, & Toletanę Eccleſiæ honore, reverenter excepimus. Ipſi etiam ad ſedis Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ, ut matris omnium, majeſtatem, quemadmodum dignum eſt, devotè ac ſimpliciter concurrenti, antiqua Eccle-

Eccleſiæ ſuæ, prout rogâſti, munimenta conceſſimus: & privilegii noſtri paginam priſtinā plenam dignitate libenter indulſimus. Primatem Epiſcoporum omnium, qui in Hiſpaniis ſunt, effecimus: & quæque ſuper eo tua nos charitas flagitavit, cum pallii datione contradidimus. Tibi ergo par eſt amoris noſtri ſtudio reſpondere, & noſtris ac Romanæ Eccleſiæ auxiliis fideliter deſervire. Nos enim & præcipua te ac fratres tuos affectione diligimus; & omnia monaſterii veſtri loca, ubi liberum fuerit, in noſtrę ſpecialiter manûs protectionem ſuſcipimus; ita ut nec Epiſcopus quilibet, nec Legatus, niſi cui à nobis idipſum ſpecialiter injunctum fuerit, præter voluntatem tuam, de veſtris audeat negotiis judicare, ſalvo tamen jure Epiſcoporum, quod in eis hactenus habuiſſe noſcuntur. Vos ergo noſtri ſemper in omnibus veſtris ad Dominum precibus memores ſitis: & ſicut nos vos & veſtra ſpecialiter fovemus, ita vos nos apud Dominum ſpiritualiter commendare curetis; noſque, ac Romanam Eccleſiam, ubi oportet, & ubi facultas eſt, adjuvetis. Dominus omnipotens ſuâ nos gratiâ foveat, conſervet, ac protegat. Amen.

EPISTOLA * X.

* Aliàs XXII. apud Labbeũ.

Ad Frotardum Tomerienſem Abbatem.

INCERTO ANNO.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo & reverendiſſimo fratri Frotardo Tomerienſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

61. VEnientes nuper ad nos reverendiſs. fratres Narbonenſis ac * Barcinonenſis Antiſtites, adverſus fraternitatem tuam multum conqueſti ſunt. Narbonenſis enim Eccleſias ſuas à te invaſas, & excommunicatos à te receptos, & in Jaccêſi ſede per te ſine ſua licentia aſſerebat Epiſcopum conſecratum. Mortuum quoque ſub anathemate monachos tuos extumulâſſe, & intra cœnobium tumulâſſe dicebat. Quod auditu quoque videtur horrendum. Super his omnibus, ſi vera ſunt, tuam religionem ei congruè ſatisfacere Legati noſtri judicio, & ab invaſione eorum quæ ſunt Epiſcopalis juris de cætero abſtinere, & pacem cum eo firmam habere, ut dignum eſt vobis, deprecamur atque præcipimus.

* Dalmatius. * Bertrannus.

62. Barcinonenſis præterea querebatur cœnobiũ Sancti Cucufatis, quod ſui juris eſt, te invadente ſublatum, monachis violĕter expulſis. Idem etiam de cœnobio Sancti Laurentii factum adſtruxit. Quia igitur & vir talis eſt morum dignitate & Pontificali gratia ut ei diſcredere non poſſimus, & tu olim nobis aliter retuliſti; cauſſæ hujus judicium irretractabili ſententia terminandum Legato noſtro mandavimus, & te ei judicio volumus obedire, ut neque tu, neque ille ulteriùs ſuper hoc ſedem Apoſtolicam permittamini appellare. Præterea rogantes rogamus, quemadmodum de tua ſpeciali & familiari religione confidimus, ut Narbonenſem Antiſtitem ſicut proprium, & patrem ſpiritualem, reſpectu ejus cujus vice fungitur, reverearis & diligas.

EPISTOLA * XI.

* Aliàs XXIII apud Labbeũ.

Ad Raynerium S. R. E. Presbyterum & Legatum in Hiſpania.

Urbanus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo atque dulciſſimo fratri Raynerio, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero atque Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

63. POſtquã à nobis, frater chariſſime, diſceſſiſti, fratres chariſſimi noſtri * Narbonenſis & Barcinonenſis Antiſtites pervenerunt ad nos juſtitiã ſedis Apoſtolicæ ſuper ſuis querimoniis flagitantes, in * Abbatem Beati Pontii. Barcinonẽſis querebatur dicens, ſe poſt ſuſceptum Epiſcopatûs officium ſub manu propria quiete cœnobium Sancti Cucufatis anno integro, ut ſpeciale ſuæ Eccleſiæ beneficium, poſſediſſe, Abbatemque inibi per ſe ele?tum, conſentiente & laudante Legato Romanæ Eccleſiæ Richardo, regulariter fuiſſe, quem poſtea Tomerienſis Abbas unà cum monachis, renitente Epiſcopo, violenter monaſterio exturbavit. Porrò quàm diverſa his te adhuc nobiſcum poſito Beati Pontii Abbas retulerit, tua fraternitas recognoſcit.

* Idem qui ſuprà. * Frotardum.

64. Tuæ ergo prudẽtiæ intererit, cui hujuſmodi negotia in partibus illis diſcutienda & definienda commiſimus, cauſſam hanc diligenter inquirere, & ita Domino donante agere, ne locum juſtitia perdat, neve favore cujuslibet aut zelo in partem alteram ſupplanteris. Memor eſto conſilii quod à nobis tibi datum eſt abeunti, & conſilio religioſorum virorum communicato ſic diſponenda diſpone,

Digitized by Google

pona, ot Romana æquitas oulli ſit oblocutioni obnoxia; ſed io omnibus judicium tuum veritatem exſequeos diſcretioois, Apoſtolicæ ſemitam non relinquant. Sanè his te ſuſpectum aſſe noveris quia in domo adverſarii commoraris. Et ſolent pleromque officia à rigore animos commutare. Præcipimus argo dilectioni tuæ, oe Abbatis aut ullius hominis cauſsâ omittas quin hanc cauſſam ſententia irretractabili omoino decidas, nec eorum aliquem ſuper hoc ulteriùs Apoſtolicam ſedem appellare permittas. De Eccleſia quoqua Beati Sylveſtri quam Salmodienſes mooachi Beato Rufo abſtuliſſe dicuntur, juſtum omnino & irretractabile determinato judicium. *Cætera videntur deſiderari.*

EPISTOLA XII.

Ad L. Cardinalem presbyterum.

Multa mandat ad res Hiſpanicas ſpectantia.

INCERTO ANNO.

Ex Labbeo in Append. Tom. X pag. 1519.

65. QUantum de religione tua confidentes, qoa fide, qua charitate, in partes illas reduximus, ipſe tu, frater dilectiſſime, recognoſcis. Age ergo pro ſpe quam de tua providentia gerimus, & negotia quæque poteris, Domino adjuvante, canonicè diffinire procora, & ea maximè pro quibus miſſus es: videlicet quæ inter Narbonenſem Antiſtitem & Tomerienſem Abbatem jactantur. Veniens ſiquidem ad nos cum Barchinonenſe fratre noſtro venerabili Epiſcopo reverendiſſimos frater noſter Narbonenſis Archiepiſcopus, quem jam dudom vita & religione ſpectatum habemus, plurima adverſa contra Tomerienſem Abbatem conqoeſtus eſt; ſcilicet, quòd Eccleſias ſuæ diœceſis, ſæcularibus potaſtatibus fultus, invadat; quòd excommunicatos ab eo ſine omni ajus abſolutiooe recipiat; quòd in Jaccenſi ſede ſine ſui licentia fecerit Epiſcopum conſecrari; qoodque audito horrendum eſt, mortuum quendam ſub anathemate, ab ejus monachis extomulatom, & inter monaſterium tumulatum aſſeruit. Inter cætera, præjudicium ſibi factum de Tarraconenſium Epiſcoporum ſubtractione per Romanam Ecclaſiam ſuppliciter intimavit, circa * eos Narbonenſis Metropolis per aooos quadriogentos ſioe alterius reclamatione priùs ſederit.

** V. cùm eos, ac deinde poſſederit.*

66. Noſtra igitur vice in partibos illis ſungens, Tarraconenſibus Epiſcopis noſtra aoctoritate præcipito, ut interim Narboneoſi tanquam proprio Metropolitano obediant, donec parante Domino, Tarraconanſis raſtauretor Eccleſia. Toletano autem, ſicut Primati, raverentiam exhibeant, donec Narbonenſis Archiepiſcopus ſe-aorum Primatem fuiſſe certa poſſit auctoritate monſtrare. Novit ſiquidem toa fraternitas, primatem à nobis Toletanum ſic ioſtitutum, ut ſalva ſiot Metropolitanorum privilegia cæterorum. Abbatem quoque, ut ſanctæ opinionis virum, admoneas, præcipiens, ne ulteriùs quæ Epiſcopalis juris ſunt, ſine Epiſcopi conceſſiona recipiat, & da injuriis Narbonenſi Archiepiſcopo illatis competenti emendatione ſatisfaciat: de cętero ut proprium, & ſanctæ conſecrationis revereatur Antiſtitem, & pacē cum eo fraternæ charitatis inviolabiliter retinere procuret. Tu autem in omnibus Romanæ auctoritatis memorem te exhibe, ut oolla da te poſſit ſuſpicio remanere.

67. Quia verò Narbonenſis Archiepiſcopos privilegia de Primato Eccleſiā ſuam haboiſſe memoravit, quæ à ſuo prædeceſſore translata, ſa tamen ſperat, parante Domioo, reperturom; tu cauſſam diligenter inquire, inqoiſitam ad nos referre procura. Quòd ſi privilegiorum auctoritas nequiverit reperiri; tu cum Principibus terræ da reſtauratione Tarraconenſis Eccleſiæ ſtude. Interim tamen Tarraconenſes Epiſcopos ei, tanqoam Metropolitano proprio, obedire præcipito. Elenenſis quoque Epiſcopi cauſſam diligenter inquirito, & inter Narbonenſem Archiepiſcopum & ipſum juſto omnia judicio diffinito. Idem quoqoe te de Craſſenſi cœnobio ioter Narboneuſem Archiepiſcopum & monachos ejuſdem cœuobii exercere præcipimus.

EPISTOLA XIII.

Ad L. Cardinalem presbyterum.

INCERTO ANNO.

Ex Odorico Raynaldo in Annal. ad ann. MCCXXXIX. & Labbeo tomo X. pag. 459.

68. VEnieos ad nos cū Barchinonēſi fratre noſtro venerabili Epiſcopo reverendiſſimos frater noſter Narbonenſis Archiepiſcopus, qoē jam dudum vita & religione ſpectatum habemus, &c. inter cætera præjudiciū ſibi factum de Tarraconenſiom Epiſcoporum ſubjectiooa per Romanam Eccleſiam ſuppliciter intimavit, cum eos Narbonenſis Metropolis per annos

qua-

Digitized by Google

dringentos ſine alterius reclamatione poſſederit. Noſtra igitur vice in illis partibus ſungens, Tarraconenſibus Epiſcopis noſtra auctoritate præcipito, nt interim Narbonenſi tanquam proprio Metropolitano obediant, donec præſtante Domino Tarraçonenſis reſtauretur Ecclesia. Toletano autem ſicut Primati reverentiam exhibeant, donec Narbonenſis Archiepiſcopus ſe eorum Primatem fuiſſe, certa poſſit auctoritate monſtrare. Novit ſiquidem tua fraternitas Primatem à nobis Toletanum ſic inſtitutum, ut ſalva ſint Metropolitanorum privilegia cæterorum, &c.

E P I S T O L A

Raymundi Gallæciæ, & Henrici Portugalliæ Comitum, Hugoni Abbati Cluniacenſi.

Mittunt exemplar fœderis amicitiæ inter ſe initæ, & pactorum de partienda ſucceſſione ſoceri ſui Alphonſi Caſtellæ & Legionis Regis.

ANNO CHRISTI MXCIII.

DOmino, atque reverentiſſimo Cluniacenſi Abbati Hugoni, omniſque Beati Petri Congregationi, Raymundus Comes, ejuſque filius, & Henricus Comes ejus familiaris, cum dilectione ſalutem in Chriſto. Sciatis, chariſſime pater, quòd poſtqoam veſtrũ vidimus legatum, pro Dei omnipoteotis atque beati Petri Apoſtoli timore, veſtræque dignitatis reverentia, quod nobis mandâſtis io manu domini Dalmatii Geret fecimus.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Pignus integræ dilectionis, quo conjuncti ſunt in amore Raymundus Comes, Comeſque Henricus, & hoc juramento.

Ego quidem Heoricus abſque ulla divortii falſitate, tibi Comiti Raymundo membrorum tuorum ſanitatem, tuæqoe vitæ integram dilectionem, tuique carceris invitam mihi occurſionem juro: juro etiam quòd poſt obitum Regis Ildephonſi tibi omoi modo contra omnem hominem atque mulierem hanc totam terram Regis Ildephonſi defeodere fideliter, ut domino ſiogulari, atque acquirere præparatus occurram. Juro etiam ſi theſaurum Toleti priùs te habuero, duas partes tibi dabo, & tertiam mihi retinebo. Amen.

Et ego Comes Raymundus tibi Comiti Henrico tuorum membrorum ſanitatem, tuæque vitæ integram dilectionem, tuique carceris invitam mihi occurſionem juro. Juro etiam quòd poſt mortem Regis Ildephonſi me tibi daturum Toletum, terramqoe totam ſubjacentem ei, totamque terram quam obtines modò à me conceſſam, habeas tali pacto, nt ſis inde meus homo, & de me eam habeas domino; & poſtquam illas tibi dedero, dimittas mihi omnes terras de Leon & de Caſtella; & ſi aliqnis mihi vel tibi obſiſtere voluerit, & injuriam nobis fecerit, goerram ſimol in eom, vel unuſqniſque per ſe ineamus, uſquequò terram illam mihi vel tibi pacificè dimittat, & poſtea tibi eam præbeam. Juro etiam ſi theſaurum Toleti priùs te habuero, tertiam partem tibi dabo, & duas remaoentes mihi ſervabo.

Fiducia, quam Comes Raymundus fecit in manum domini Dalmatii Geret.

Si ego Comes Raymuodus non poſſum tibi Comiti Henrico dare Toletum, ut promiſi, dabo tibi Gallæciam, tali pacto ut tu adjuves mihi acqoirere totam terram de Leon & de Caſtella: & poſtquam inde dominos pacificè fuero, dabo tibi Gallæciam, nt poſtquam eam tibi dedero, dimittas mihi terras de Leon & de Caſtella. Igitur Deo jubente, ſic quoque ſaocta Dei Ecclesia piis orationibus interveniat. Amen.

BERNARDI ABBATIS RIVI-PULLENSIS

Expoſtulatio in Concilio Nemauſenſi adverſus Berengarium Archiepiſcopum Tarraconenſem, qui ſpretis ſedis Apoſtolicæ privilegiis, Eccleſias ejus monaſterii à divino officio interdixerat. Urbani II. Papæ privilegium in gratiam ejuſdem monaſterii.

ANNO MXCVI. ET MXCVII.

ANNO MXCVI. menſe Julio Urbanus II. Pontifex Romanus Concilium celebravit apud Nemauſenſem urbem in prima Narbonenſi, cui ex Epiſcopis Hiſpanis interfuère Berengarius Tarraconenſis, Bernardus Gerundenſis, & Artaldus Helenēſis. Interfuerunt etiam Petrus Abbas Cuxanenſis, Benedictus Balneolenſis, Bernardus Rivi-pollenſis, & Willelmus Raymundi palatii Barcinonenſis Dapifer. In eo conventu Bernardus Abbas Rivi-pollenſis conqueſtus eſt de Berengario Tarraconenſi Archiepiſcopo, qui inſuper habitis privilegiis ab Apoſtolica Sede conceſſis eidem monaſterio, ejus Eccleſias à divino officio interdixerat. Negavit Berengarius factum id fuiſſe cum conſcientia ſua, & pollicitus eſt ſe emendaturum. Ea ergo injuria facta fuerat à clero Auſonenſi, inſcio Archiepiſcopo. Mox Berengarius palam & publicè confirmavit privilegia Romanorum Pontificum, promiſitque ſe ea in perpetuum fideliter obſervaturum, *ſicut mei anteceſſores* (inquit) *ea meliùs noſcuntur obſervâſſe*. Quæ verba referenda non ſunt ad Archiepiſcopos Tarraconenſes, qui nulli fuerant poſt conditum monaſterium Rivi-pullenſe, ſed ad Epiſcopos Auſonenſes, quibus Berengarius ſucceſſerat, & quorum etiamnum ſucceſſor dici poterat, quia, ut ſuprà dictum eſt, Urbanus II. Eccleſiam Auſonenſem univerat Tarraconenſi, quum Berengarium illinc transferret ad Metropolim Tarraconenſem.

Anno igitur ſequenti MXCVII. XVII. Kal. Auguſti, Urbanus II. dum eſſet in monaſterio S. Ægidii haud procul Nemauſo, confirmavit privilegia ab Agapeto II. & Sergio IV. conceſſa monaſterio Rivi-pullenſi, tum etiam Eccleſias & cæteras poſſeſſiones, quæ uſque ad eam diem ad idem cœnobium pertinebant. Decrevit præterea ne cui Epiſcopo liceret clauſtrũ ipſum & illic Domino ſervientes, aut cappellas ad idē monaſterium pertinentes excommunicare & interdicere ſine Romani Pontificis vel Legati ejus audientia. Diplomatis Urbani II. ex archivo monaſterii Rivi-pullenſis ab Illuſtriſs. Petro de Marca exſcripti, tenor eſt.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Bernardo Abbati venerabilis monaſterii S. Mariæ, quod Rivi-pollenſe dicitur, in Comitatu Auſonenſi inter duo flumina conſtitutum, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

APoſtolicæ ſedis auctoritate debitoque compellimur pro univerſarum Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti auxiliante Domino providere. Eapropter petitionibus tuis, fili in Chriſto chariſſime Bernarde, non immeritò annuendum eſſe cenſuimus ut Rivi-pollenſe monaſterium, cui Deo auctore præſides, ad prædeceſſorum noſtrorum Sergii & Agapiti exemplar Apoſtolicæ Sedis privilegio muniremus. Per præſentis igitur decreti paginam, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque hodie idem cœnobium juſtè poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium, juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus nominibus annotanda. Eccleſiam Sancti Petri eidem monaſterio adjacentem cum cæteris ei ſubjectis Eccleſiis. In caſtro Cervariæ Eccleſiam Sancti Martini, capellam Sancti Nicolai, cellam Sancti Petri, cum Eccleſia caſtri de Monte-Palatii. Cellam Sancti Quintini. Monaſterium Sanctæ Mariæ quod dicitur Gualterii, Sancti Andreæ inter Pontonos, Sanctæ Mariæ de Panizariis, Sanctæ Mariæ de Monte-Serrato, Eccleſiam Sancti Stephani de Granollariis, Sancti Stephani de Ripa, cum alodiis Bernardi Vice-comitis, quæ cœnobio delegavit. Mercati verò, quod penès idem monaſterium fieri conſuevit, teloneum & omnem juſtitiam tibi tuiſque ſucceſſoribus confirmamus. Caſtrum quoque Menslei cum terminis & pertinentiis ſuis. Caſtrum de Torſa cum Eccleſiis & dominicaturis, & portibus maris, piſcationibus, & omnibus ſibi pertinentibus. Piſcationes aquarum de Tezer à Ripa-mala uſque ad Spatam, & de flumine Freverii à ponte Corba uſque Tezer. Omnem etiam dominicaturam,

quam

quam Bernardus Biſſuldunenſis Beatæ Mariæ tradidit, tam in Rivi-pollenſi valle, quàm in aliis locis. Quicquid præterea poſſeſſionum, villarum, ſive Eccleſiarum, cum decimis, primitiis, vel oblationibus ſuis, per anteceſſorum noſtrorum privilegia in quibuslibet regionibus poſſidetis. Quicquid authenticis Pontificum ſcriptis, vel Principum, vel quorumcumque fidelium juſtè, & legaliter, vel in præſenti habetis, vel in futurum Domino largiente habituri eſtis, ſæpefato Beatæ Mariæ monaſterio confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, aut ejus ſubditos præter Abbatis & fratrum voluntatem, ſæculari judicio vel poteſtate conſtringere, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem, & Beati Benedicti regulam elegerint. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive Baſilicarum, ordinationes clericorum ipſius loci veſtri, ſeu monachorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à quocumque volueritis Catholico accipietis Epiſcopo. Ad hæc adjicimus, ut Epiſcoporum quilibet clauſtrum ipſum, & illic Domino ſervientes temerario auſu excommunicare, ſed neque capellas, quæ circa ambitum monaſterii ſitæ ſunt, ſine Romani Pontificis, vel Legati ejus audientia, interdicere, vel excommunicare non debeat, neque cæteris ad vos pertinentibus locis ſine certis cauſſis præjudicium canonicæ ultionis inferre. Sepulturam ſanè ejuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepelliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Miſſas quoque publicas præter Abbatis & fratrum voluntatem, in eodem monaſterio ab Epiſcopo celebrari vel ſtationes fieri prohibemus, ne fortè in ſervorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus. Si quis igitur in craſtinum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice-comes, udex, aut eccleſiaſtica quælibet, ſæcularifve perſona, hujus decreti paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum in monaſterio Sancti Ægidii, per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis XVII. Kal. Auguſti, indictione IV. Incarnationis Dominicæ, anno MXCVII. Pontificatûs autem domini Urbani Secundi Papæ nono.

CONCILIUM GERUNDENSE

Præſide Bernardo ſedis Toletanæ Primate, ac Legato Apoſtolico.

ANNO CHRISTI MXCVII.

ANNO MXCVII. Idibus Decembris congregatum eſt Concilium in civitate Gerundenſi *ad corroborandam Eccleſiaſticæ libertatis dignitatem*. Ei conventui præfuit Bernardus ſedis Toletanæ Primas, & ſedis Apoſtolicæ Legatus. Interfuerunt verò Berengarius Archiepiſcopus Tarraconenſis, Pontius Rotenſis, Fulco Barcinonenſis, & Bernardus Gerundenſis. In ea Synodo Legatus admiſit querelam canonicorum Barcinonenſium adverſus Epiſcopum Gerundenſem, eiſque adjudicavit Eccleſias de Colle Sabatelli, de Senata, & de Vulpejeres, quas Epiſcopus pervaſerat, & hæreditario jure ſuas eſſe aſſerebat. Tum excommunicationi ſubjecit eos qui Eccleſiam de Linaris, quæ ad Barcinonenſem canonicã pertinebat, diriperent, & Bernardum Raymundi, qui Epiſcopalem fevum de Gajano ſine ulla ratione rapiebat. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſp.* ad hunc annum.

EPISTOLA XIV. URBANI II. PAPÆ

Ad Petrum Oſcenſem Epiſcopum ejuſque ſucceſſores,

Oſcenſem Eccleſiam caput Jaccenſis Eccleſiæ conſtituit.

Nunc primùm edita ex MS. Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ.

ANNO CHRISTI MXCVIII.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Petro Oſcenſi Epiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.

MIſerationibus Domini multiplices à nobis gratiarum habentur actiones, quia poſt multa annorum curricula noſtris potiſſimùm temporibus Chriſtiani populi præſſuras relevare, fidem exaltare dignatus eſt. Noſtris ſiquidem diebus in Aſia Turcos, in Europa Mauros Chriſtianorum viribus debellavit, & urbes quondam famoſas religionis ſuæ cultui gratià propenſiore reſtituit: inter quas Oſcam quoque Pontificalis cathedræ urbem Sarracenorum tyrannide liberatam, chariſſimi filii noſtri Petri Aragonenſis Regis inſtantià Catholicæ ſuæ Eccleſiæ reformavit. Æquum igitur fore perpendimus, ut & nos omnipotentis Dei benignitatem ipſo præſtante libaralitate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ proſequamur, & cui multiplici miſeratione ipſe fidei ſuæ reddidit libertatem, & nos quoque reſtituamus Epiſcopalis Cathedræ dignitatem.

Præſentis ergo decreti auctoritate ſtatuimus, ut eadem Oſcitana Eccleſia, totius parochiæ, quæ nunc Jaccenſi Eccleſię ſubdita eſt, & ipſius Jaccenſis Eccleſiæ, caput deinceps temporibus perpetuis habeatur. Locus autem Epiſcopalis Cathedræ in majori illa Mezcita ſervetur, quam Sancii Regis dono Saracenorum temporibus canonici Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazareni poſſederant, ſed Petrus ejus filius Rex tuæ fraternitati capta civitate conceſſit, cujus etiam dona cætera veſtræ Eccleſiæ collata, nos præſentis decreti auctoritate firmamus, & univerſa prædia ſive poſſeſſiones aut redditus vectigalium, ſeu tributorum, quæ bo: mem: Ranimirus Rex præſentis Regis Petri in Domino chariſſimi filii avus cum filio ſuo Sanctio Jaccenſi Eccleſiæ per regalis excellentiæ ſcripta conceſſit. Nos largiente Domino, ſupradictæ Oſcitanæ Eccleſiæ illibata in perpetuum permanere cenſemus, ſicut etiam idem Rex Petrus in oblationis ſuæ literis optâſſe ac ſtatuiſſe cognoſcitur, exceptis nimirum his, quæ præfatus ejus filius Sancius Rex, unà cum filio ſuo Petro ſæpè ſuperiùs nominato, conſentientibus prædeceſſoribus tuis Sanctio & Garſia, te quoque id ipſum confirmante de illa Ranimiri parentis ſui conſtitutione mutavit. Item tam tibi, quàm ſucceſſoribus tuis, & Eccleſiæ veſtræ in perpetuum ſtabilimus quicquid ab egregio Rege Sanctio oblatum cognoſcitur, his exceptis quæ de ipſius chirographo præfatus Rex Sanctii filius, conſentientibus Eccleſiæ tuæ clericis, & eximio Præpoſito canoniæ D. N. Jeſu Nazareni, teque idipſum confirmante mutavit.

Venientes enim ad nos Sedis tuæ archidiaconus Lupus, & idem eximius Ecclaſiæ D. N. Jeſu Nazareni Præpoſitus in noſtra audientia collaudaverunt, & mutuo conſenſu confirmari petierunt diffinitionem illam, quæ inter te & filium noſtrum Petrum Aragonenſem, ſeu Pampilonenſem Regem acta eſt apud caſtrum Calaſanz, de rebus ac redditibus Eccleſiæ tuæ & Canoniæ D. N. Jeſu Nazareni. Dilectio ſiquidem tua quartam decimarum partem de toto Monte Arsgone, & quicquid præter animarum curam, & Eccleſiarum, ſeu clericorum conſecrationem ad ſe Epiſcopali jure pertinebat, intercedente ſupradicto Rege illius canoniæ clericis tradidit, & ſcripti cautione firmavit. Illi verò medietatem decimarum, quam de Oſcitana civitate per manum ejuſdem Regis accipere conſueverant, tuæ, tuorumque ſucceſſorum ditioni reſtituerunt. De laboribus autem domui Regis Decimarum medietas tibi & Epiſcopalis cathedræ clericis, altera autem medietas canonicis D. N. Jeſu Chriſti mutua charitate convenit. Cætera verò omnia ſecundùm Sancii bo: me: Regis, & ſupradicti ejus filii chirographum communi concordia ſtatuiſtis, & à nobis eadem ſtabiliri per ſupradictos nuncios poſtulaſtis.

Ad hæc adjicientes ſtatuimus, ut parochiarum fines, qui adhuc Sarracenorum oppreſſionibus detinentur, ad Oſcitanam Eccleſiam antiquo jure pertinentes, in idipſum referantur, cùm eas omnipotentis Dei dignatio Chriſtianæ reſtituerit ditioni. Haſien * quoque canonicam noſtri juris, quam ſupradicti Ranimiri Regis filius, Petri verò Regis avunculus, Sancius Comes ſuo ſtudio ædificatam ſanctæ Romanę Eccleſię obtulit, nos tam tibi quàm ſucceſſoribus tuis & Eccleſię veſtrę canonicis, Apoſtolicę Sedis decreta ſervantibus, & gratiam obtinentibus, regendam ſeu diſponendam ſecundùm fundatoris votum committimus. Eo videlicet tenore, ut & regularem illic diſcipli-

* Eccleſiam.

Digitized by Google

ſciplinam ſervari attentiùs faciatis, & ex loco ipſo cenſum annuum Lateranenſi palatio auri unciam dimidiam perſolvatis. Præter hoc univerſa decimarum ſeu primitiarum debita, tam ex ipſa civitate Oſca, quàm ex cæteris finibus, quos ad eam Epiſcopali jure pertinere conſtiterit, tam tibi quàm tuis ſucceſſoribus canonicè ordinatis, ſeu Cathedræ ipſius clericis confirmamus præter illam reddituum partem, quàm ſupradicti Regis Petri precibus fraternitas tua Jeſu Nazareni canonicis benigniore liberalitate conceſſit. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate agnoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris N. Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Dat. Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis V. idus Maji Indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno MXCVIII. Pontificatûs autem Domini Urbani II. Papæ anno XI.

EPISTOLA XV. URBANI II. PAPÆ

Ad Odonem Urgellenſem Epiſcopum.

Confirmat privilegia & jura Urgellenſis Eccleſiæ.

ANNO CHRISTI MXCIX.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Odoni Urgellenſi Epiſcopo ejuſq. ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.

Ex chartulario Eccleſ. Urgell. apud Marcam Hiſp.

JUſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licèt indigni, juſtitiæ cuſtodes atque præcones in excelſa Apoſtolorum principum Petri & Paulli ſpecula poſiti, Domino diſponente videmur exiſtere. Tuis igitur, frater in Chriſto chariſſime Oddo, juſtis petitionibus annuentes, ſanctam Urgellenſem Eccleſiam, cui auctore Deo præſides, Apoſtolicæ ſedis auctoritate munimus. Statuimus enim ut univerſa quæ juſtè ad eandem Eccleſiam ſive parochiali ſive proprietario jure pertinere noſcuntur, tibi tuiſque ſucceſſoribus libera ſemper & illibata ſerventur, ſcilicet Cerdanienſis pagus, Libianenſis, Bergitanenſis, Paliarenſis, Ribacurcenſis, Geſtabienſis, Cardoſenſis, Anabienſis, Tirbienſis, & locum Sanctæ Deo-datæ cum finibus ſuis, caſtrum de Giſona cum omnibus terminis ſuis, caſtrum de Lanera cum finibus ſuis, caſtrum Celſona & Eccleſia Beatæ Mariæ Celſonæ cum omnibus ſibi pertinentibus, caſtrum Aguda de Vallearia cum finibus ſuis, caſtrum Cluſa cum finibus ſuis, caſtrum Figerola & Fontaned cum omnibus eorum pertinentiis, caſtrum Perarva, caſtrum Sallent, & villa Montaniocel & de Cubilar cum finibus earum, caſtrum Corneliana cum terminis ſuis, & villa Tuſſen cum finibus ſuis, caſtrum Turris, & villa Biſcaran, & villa Archavel cum earum pertinentiis, & vallem Andorra cum omnibus finibus ſuis, caſtrum Rivi-Matrici, caſtrum Colomers, caſtrum Sarred, caſtrum Arnall, caſtrum Archalis, cum omnibus eorum pertinentiis, & villa Saort, & villa Lagnanes, & villa Aqua-tepida, Calbiciniano, & Feners, & Submonte, & Alaſs, Leton, Clopedera, Ges, Sardinæ, ambæ Nocolonæ, ambo Boxedera, villam Sancti Stephani, & villa ipſius ſedis Urgellenſis, cum omnibus earum pertinentiis. In Auſonenſi parochia caſtrum de Turrizella, caſtelleto ſubtus Menreſa, ſalvo parochiali jure Auſonenſis Epiſcopi. Confirmamus etiam tibi tuiſque ſucceſſoribus tertiam partem telonei ſive mercati in omnibus locis ad veſtrum Epiſcopium pertinentibus, primitias quoque ac decimas ſecundùm canonicas ſanctiones diſtribuendas. Quicquid præterea in præſentiarum veſtra Eccleſia juſtè poſſidet, ſive in futurum juſtè atque canonicè poterit adipiſci, tibi tuiſque ſucceſſoribus firmum ſemper integrumque permaneat. Ad hæc adjicientes ſtatuimus ut parochiæ veſtræ clerici nullius ſæcularis poteſtatis diſtrictionibus addicantur, ſed juxta ſanctorum Canonum inſtituta Epiſcopali ſemper ſint ſubditi diſciplinæ.

Si quis ſanè in craſtinum Archiepiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Marchio, Comes, Vice-comes, judex aut Eccleſiaſtica qualibet ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſtè ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

inveniant. Scriptum per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriniarius Conſtantini filius in menſe & Indictione ſubſcripta. Datum Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanę Eccleſiæ diaconi Cardinalis VIII. Idus Aprilis Indictione VI. anno Dominicæ Incarnationis MXCIX. pontificatûs autem Domni Urbani II. Papæ XI.

NOTA STEPHANI BALUZII.

PLura obſervanda ſunt in his Urbani literis. Primùm enim ait ſe in excelſa Apoſtolorum principum Petri & Paulli ſpecula poſitum eſſe, tamquam ſi agnoſceret ſe ſucceſſorem S. Paulli æquè ac S. Petri eſſe. Deinde confirmans Eccleſiæ Urgellenſis Turricellam & Caſtelletum ſubtus Minoriſſam, quæ pertinent ad diœceſim Auſonenſem, id valere ait *ſalvo parochiali jure Auſonenſis Epiſcopi*. Tertiò confirmat tertiam partem telonei ſive mercati. quòd reſpicit vetera privilegia à Regibus Francorum, & Principibus Marcæ Hiſpanicæ conceſſa Eccleſiis & monaſteriis iſtarum regionum. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſp.* ad hunc annum.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Giſſonam.

Pro dedicatione Eccleſiæ Giſſonenſis.

ANNO CHRISTI MXCIX.

ANno MXCIX. XVII. Kal. Octobris dedicata eſt Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis apud Giſſonam ab Otthone Epiſcopo Urgellenſi, ad cujus diœceſim pertinet locus iſte, Fulcone Barcinonenſi, & Pontio Rotenſi. Interfuerunt ei cæremonię Comites Ermengandus Urgellenſis & Artallus Palliarenſis, & maxima pars canonicorum Urgellenſium, tum etiam Primates regionis. Decreverunt autem Epiſcopi ſub anathemata, *ut inter ſpatium cœmiterii nullus audeat inquietare vel ſacraria* (idest cœmeterium) *infringere, vel aliquam violentiam facere*. Magnates verò plura dona eidem Eccleſiæ, ut tum ſolebant, fecerunt in eodem die dedicationis, dotem videlicet ejus conſtituentes. Eidem chartæ poſtea ſubſcripſerunt Ollegarius Archiepiſcopus Tarraconenſis, Petrus, Bernardus, & Bernardus Rogerii, Epiſcopi Urgellenſes. Acta ejuſdem conſecrationis ex archivo Eccleſiæ Urgellenſis extracta hîc ſubjicimus,

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MXCIX. Indictione VI. epactâ XXVI. concurrente IV. ciclo ſolari V. decennovenali XVII. Kalend. Octobris dedicata eſt Eccleſia in honore Beatæ Mariæ Virginis apud Giſſonam à glorioſo Pontifice Ottho Urgellenſi, qui ſecum habuit duos Epiſcopos, Fulconem Barchinonenſem, Pontium Rotenſem. Hi venerandi Præſules, ſanctęque Trinitatis cultores ſub ejuſdem deificæ Trinitatis figura & nomine, ut præfixum eſt, præſcriptam Eccleſiam in honore beatę ſemperque Virginis Dei & hominis matris ſacrârunt, adſtante utriuſque ſexûs populorum non minima multitudine, cum nobiliſſimis Principibus Ermengaudo Urgellenſi & Artallo Paliarenſi, & cum maxima parte ex collegio canonicorum ſedis. De nobilioribus citra regionis Urgelli & montibus omnes penè adfuerunt, & quidam illorum de ſuis poſſeſſionibus Eccleſiæ cultoribus profuturis perpetim obtulerunt, ſcilicet Raymundus Bernardi Fluviani, Guillelmus Bernardi de Tapioles, Bernardus Eralli, Poncia de Grada, & ſuos filios, Arnaldus Guilaberti de Salent. Mironus Jampecti de Sancti Martini, Radulphus Guiſlamar de Alantorn, Guilla de Sanahugia cum filiis ſuis, Bernardus Ecardi cum matre ſua, Mironus Arnalli de Concabella, aliorumque multorum tam nobilium & cæterorum, quorum nomina recenſere nobis longiſſimum eſt. Prędicti ergo Pontifices cum aſſenſu & laudamento ſupraſcriptorum virorum, præfatam Eccleſiam in alodio & caſtro Sanctę Mariæ ſedis Urgelli dedicaverũt, & cœmiterium ſexaginta paſſuum ei conſtituerunt. Terminos quoque parochię prænotatę Eccleſię iſtos conſtituerunt, & voluerunt eſſe. Ab Oriente primus in terminos de Taltavel, ſive de Bechfret, & de Sancto Guillelmo. Secundus autem ab auſtrali parte in terminos de Llor, ſive de Tarroga, ſive in Sadao. Ab Occidente inter terminos de Concabella, ſive in Eſpallarges. A ſeptentrionali autem parte in terminos Florejachs, ſive in terminos Sanauge. Igitur nos ſupradicti Pontifices conſtituimus atque confirmamus Eccleſiæ prænotatę omnes ſuas decimas, & primitias, & univerſas oblationes, & defunctiones, & cœmiterios, qui exient, vel exire debent infra prędictos terminos, ſcilicet de Giſſona, de Villamur, de Fluvia, de Belveder, de Turrefracta de Forradinico, de Tapioles, de Rubiol, de Guarda, ſi

Digitized by Google

veniunt, de Valitalada, de Chaſtel Radulſ, de Majabechs, de Goſchonnſa, de Claret, de Morana, de Nidal, de Sanctn Martinn, de Grada, de Ratera, de Vilagraſa, hæc & omnia quæ in antea Deo largiente acquirere potuerit, itaut omnia .... ex his aliqnid poſſet anferre, neque in prnprium jns valeat revocare. Et divina fulti anctoritate prçcipimus, & ſub vinculo excnmmunicatinnis & anathematis obligamus, ut intra ſpatium prædicti cœmiterii nullus audeat inquietare, vel ſacraria inſringere, vel aliquam violentiam facere. Sed & cuncta quæ habet, vel ea quę ſubtus in hac dote à fidelibus Dei data ſunt ei, in pace poſſideat, vel Eccleſias, qnas hodie damus ei & cnnfirmamus, quæ ſunt extra terminos de Giſſoua, ipſam videlicet de Todela, & de Sanctn Guillermn, & de Renyennſa, & ipſas quę ſunt aut erunt infra quadram de Giſſona, & uſque ad caſtellum Aſinis, ſcilicet Eccleſiam de Tnrroga & de Sadao cum ſuis ſuffraganeis, Eccleſiam de Concabella, & de Guannalor, & de Pelagallo, & de Spajarges, & de Mnntroi, & de Belveder, & de Cunil, & de rivo d'Ovelles, & de Figeroſa, & de Lucann, & de Altet, & de Clareſ-vallis, & de Agilela, & de Spigol, & de Barrhene, & de Yvars, & ipſas quę deinceps ulteriiis dante Domino, ut dictum eſt, infra prędictum ſpatium factæ fuerint. Et inſuper donamus nns ipſam decaniam de Balagario uſque ad caſtrum de Puigalt; qnod aſceudit de rivo Meritario, & vadit in latus uſque ad Epiſcnpatum Auſnnenſem.

Donaria verò quæ timentes Deum ei dederunt in hac dote hæc ſunt. Raymundus Bernardi decimum de omni dnminico ſun quod habet in Fluvia, & una pecia de terra. Geraldus Guitardi, & uxnr ejus Pnucia, & filii enrum, ſcilicet Berengarius Geralli & Raymundus Geralli, & Bernardus Geralli, & Guillelmus Geralli, & Sancia, & totum ſuum decimum de omni eorum dominico quod habent, & in antea habuerint in Grada, & in Ratera, & in eorum terminis, & in nmuibus ſuis propriis hominibus, quos habent, & inantea ipſi, aut poſteritas illorum habuerint, iu prędictis caſtris. Mir presbyter de Sancto Martino cum matre ſua alia pecia de terra. Mir Ramnn de Fluvia, alia pecia de terra. Bernardus Bliger cnm filln ſuo Petro ſuum decimum de Crada, & de Vilamur, & de Fluvia. Ramon Arual, & Mir Arnal ſuum decimum de Rubiol. Bernardus Guillelmi ſuum decimum de Rubinl. Arnal Sipfre ſuum decimum de Prenyennſa. Guillelmus Aſalio ſunm decimnm de Fluvia, Guillelmus Ramnn & Pere Ramnn ſuum decimum de Prenyennſa. Ramon Ajamvig cum muliere ſua Caſaplena ſunm decimum de Fluvia, Pere Gilabert pecia una de terra, Bernard Guifre, & Guillelm. Guiſre de reb. cum muliere ſua Eicnlina ſuum decimum de Turreſracta. Guittat Ollemar de Agramnnt hominem nnum. Guilla de Cern cum filiis Raymundus & Poncius de Cern unn homine iu Pareds altes, nomine Amaldus Sendred & mulier ejus Eg, cum omnia quę habent vel habere debent in quadra de'Arnal Traſver qui jam fuit ab integrum ſine ulla retiuentia. Guillelmns de Flnvia ſuum decimum. Berenguer Guillermus de Belvedir cum patre ſuo ſuum decimnm de Belvedir. Guillermus Bernardus cum matre ſua Ermeſende Torroga ſuum decimnm de omni ſuo dominicn de Belvedir. Ramnn Berengarius .... ſuum decimum de omni ſun dnminico de Sancto Guillermo, & de omni nutrimento de dnmo ſua. Oniſen de Malades pecia una de tetra. Bernard. de Ecart cum matre ſua hnmine unn, & pecia una de terra. Gombal de Giſcafrepecia una de terra. Pere Guitart pecia una de terra. Guillermus Adalbert cum fratre ſuo pecia una de terra. Bertrandus Od cum muliere ſua ſuum decimum de Grada. Guillermus Bernard. de Tapinles pecia una de terra. Pere Oliba de Rubiol pecia una de terra. Mir Arnal de Concabella condamiua una. Geraldellus Ollomar ſuum decimum de Fluvia. Arnal Guilabert de Salent & mulier ſua ¦ſuum decimum de Grada ad lumen Sanctæ Mariæ. Ramon Gnſpert, & ſua mulier ſuum decimum de Talarn. Arnal Gnitard..... ſuum ,decimum de Jorat mico. Ugo Ademar pecia una de terra. Bernad Ramon de Talteul ſuum decimum de Prenyenoſa. Guillelmus Adalbertus de Guarda, ſi veniunt cum muliere ſna & filio ſun Petrn pecia una de terra, quæ eſt à Fluvia. Arnal Bernad. de Mnntelus, & mulier ejus Lnbaca ſuum decimum de Montroy, & de Ceſtero. Bernad. Eueg. de Palaol pecia una de terra juxta terminnm de Guarda ſi veniunt. Guillermus Goſpert de Rubinl & Bereugarins Beruad de Talteul cum ſua matre una perna in Rubiol, quæ fuit Bernad Onoſre. P. Gilabert ſuum decimnm de Prenyennſa.

Nos igitur ſupradicti Pnntifices ex parte Dei nmuipntentis, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolnrum Principnm, & auctoritate etiam aliorum Sanctorum Apoſtolorum, omuiumque ſimul Sanctnrum, mnnemus & prohibemus nmni populo Chriſtiann, ne de his quæ hîc inſerta ſunt votn fidelium Eccleſiæ Giſſonæ oblata aliqnid auferre, diminuere, vel tollere nnu præſumat, vel quæ hactenus poſſidet, vel quę juſtè inantea dante Domino acquiſierit. Si quis, quod non credimus, maligno ſpiritu inflatus contra noſtram hanc conceſſionem voluerit contraire, hunc ex parte Dei nmnipoteutis & ſupradictnrum Sanctorum vetamus & excnmmuuicamus, & anathematizamus uſque ad dignam ſatisfactinnem deveniat. Obedientibus autem & noſtræ Eccleſiæ Giſſonæ beueficientibus, ſit ſalus & pax, & peccatorum remiſſio, & ſuperuæ hęreditatis acquiſitio. Amen. Odo gratiâ Dei Epiſcopus Urgellenſis, qni hæc firmo. Poncius Rotenſis Epiſcopus, qui hæc firmn. S. Berengarii Bernardi Archidiaconi. S. Petri Mironis Archidiaconi. S. Berengarii Raymundi Archidiaconi. S. Mirnuis Raymundi Sacriſtæ. S. Petri Poncii. S. Baronis Barnuis. S. Poncii

Ber-

Bernardi. S. Ermengaudi gratiâ Dei Comitis Urgellenſis. S. Artalli Palerieoſis. S. Raymundi Bernardi. S. Guillelmi Bernardi de Tapioles. S. Bernardi Eralli. S. Geralli Guitardi. S. Ponciæ uxoris ejus. S. Berengarii Geralli. S. Raymundi Geralli. S. Sanciæ, filiorum Geralli Gitardi, & Ponciæ. S. Arnalli Gltardi de Salemun. S. Radulphi Guislamar. S. Guillelmi de Sanaugia cum filiis ſuis. S. Bernardi Ecard. S. Mironis Arnalli de Concabella. S. Raymundi Berengarii de Sancto Guillermo. S. Arnalli Bernardi de Montelus. S. Lobaca, S. Raymundi Arnalli. S. Mironis Arnalli fratris ejus. S. Berengarii Guillelmi de Belveder. S. Raymundi Ajantig. S. Caſaplena. S. Guillelmi Petri de Sadaone. S. Dalmatii Guitardi de Luca. S. Geralli Ollemar. S. Arnalli de Sanavia.

Ollegarius Tarraconeoſis Archiepiſcopus.
Petrus Dei gratiâ Urgellenſis Epiſcopus.
S. Bernardi Urgellenſis Epiſcopi.
Bernardos S. Rogerii Epiſcopi.
Petrus ſacerdos rogatus ſcripſi & ſubſcripſi, die & anno quo ſuprà.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Villam-Bertrandum in diœceſi Urgellenſi.

Pro dedicatione Eccleſiæ B. Mariæ ejuſdem loci.

ANNO CHRISTI MC.

ANno MC. III. Idus Novembris dedicata eſt Eccleſia B. Mariæ Villæ-Bertrandi in territorio Petra-latenſi à Bernardo Epiſcopo Gerundenſi, in cujus diœceſi ſita erat, Berengario Barcinonenſi, & Petro Carcaſſonenſi. Conſtituerunt autem Epiſcopi, inter cætera, ot in ea Eccleſia eſſet baptiſterium omnium ad eam confluentium generaliter certis temporibus; ideſt in Paſchate & Pentecoſte, ut vetus mos fuit. Conſtituerunt præterea ut clerici ejuſdem Eccleſiæ canonicè vivereot ſecundom regulam B. Auguſtini, interdicta eis proprietate rerum. Tum commoni conſenſu & acclamatione atque electione totius cleri & populi ejdem Eccleſiæ Abbas datus eſt Petrus Rigaldi ejuſdem antea Prælatus, qui eam ædificaverat & dotaverat. Subſcripſerunt his decretis Epiſcopi & clerici præſentes, Raymondus Abbas S. Felicis & Archilevita Gernodenſis, Radulphus Epiſcopus & Eccleſiæ Romanæ clericus, Boſo S. R. E. Cardinalis tituli S. Anaſtaſiæ, & Richardus Archiepiſcopus Narbonenſis. Verùm nonnulli eorum referendi ſunt ad poſteriora tempora. Acta hojos dedicationis exhibere viſum eſt, ab Illuſtriſ. Petro de Marca ex archivo Villæ-Bertrandi exſcripta, quæ hujuſmodi ſunt.

ANno Dominicæ Incarnationis centeſimo poſt milleſimum, Erâ centeſimâ XXXVIII. poſt milleſimam, Indictione VIII. quadrageſimo etiam ſecundo, anno regni Philippi Regis Francorum, ſcilicet III. Idus Novembris, divina, ut creditur, diſpoſitione factus conventus Epiſcoporum, & Abbatum, ac clericorum, nec non Principum terræ, & reliquorum fidelium Deum timentium, & innumeri volgi diverſæ ætatis & ordinis in territorio Petra-latẽſi, in loco antiquitus nominato Villa-Bertrandi, ob dedicationem ejuſdem Baſilicæ in honore Dei genitricis fuodatæ.

Bernardos Sanctæ Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Berengarius ſanctæ Barchinonenſis Eccleſiæ Antiſtes, & Petrus ſanctæ Carcaſſonenſis Eccleſiæ Præſul, omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, cujuſcumque ætatis & ordinis, hæreditatem & gaudium regni cœleſtis. Nolumus latere veſtram fraternitatem, dilectiſſimi fratres & filii, quoniam convenientes ad dedicationem Eccleſiæ Beatiſſimę Dei genitricis Mariæ in loco Villæ-Bertrandi, interveotu dilectiſſimi filii noſtri Rigaldi, ejuſdem loci Prælati, ſive miniſtri, cujus cora & labore idem locus auxilio omnipotentis Dei à fundamentis in hunc evaſit valorem in quo cernitor haberi, ipſius venerabilis Eccleſiæ decorem & ſtatum, ut in melius proficeret, qua valuimus inſtantia peregimus. Nam & ſacris pignoribus venerabilium Sanctorum illam cum divina gratia munivimus & decoravimus, & per invocationem nominis Jeſu Chriſti congruis benedictionibus eam ad ſocietatem cœleſtis Regis ſuſtulimus; qoatenus diligentibos amor & Dei auxilium, & ódientibus maneat terror atque judicium. Hanc quoque conſtitutionis noſtræ dotem prædictę Eccleſiæ promulgavimus & promulgando firmavimus, & eam noſtra auctoritate, ut inviolabilis maneat, inſignire curavimus, ſtatuentes ſub divini judicii obteſtatione & anathematis interdictione, ut nollus audeat hoc ullo modo violare, quod ooſtra auctoriras ad ſtabilimentum hujos ſancti loci voluir confirmare. Concedimus etiam prelibatæ Eccleſiæ Pontificali auctoritate decimas & primitias ſuę parochiæ, ſicut antiquitus eam conſtat haboiſſe, vel adhuc ſcripturis vel auctoritatibus, vel alicujus veritatis indicio poterit comprobari, & quicquid cum decimis vel primitiis acquiſivit, vel in futuro acquirere valeat, & oblationes fidelium tam vivorom quàm morientium. Conſtituimus etiam baptiſterium omnium

omnium ad eam confluentium generaliter in eadem Eccleſia certis temporibus fieri, & ſepulturas omnium fidelium defunctorum, & quæque in nobiliſſima Eccleſia debent geri, in eadem noſtra auctoritate procul dubio fiant. Conſtituentes etiam decernimus, ut clerici in eadem Eccleſia manentes canonicè ſecundùm regulam Beati Auguſtini vivere ſtudeant, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Nihil eorum quæ eadem Eccleſia acquiſivit, vel in futuro acquiſierit, aliquis clericorum ſuæ proprietati uſurpet, vel juri ſuo applicare ſtudeat, tanquam major videri appetens, ſed communiter ab omnibus poſſideatur, diſpenſandum ſingulis prout cuique opus erit. Ejuſdem Eccleſiæ Prælatus omni tempore de eodem eligatur grege communi conſenſu totius cleri ibi manentis. Quòd ſi aliquam diſſenſionem de eadẽ electione contigerit oboriri, ille cæteris præponatur, quem major & utilior pars ejuſdem gregis ſaniori conſilio elegerit. Præfata quoque venerabilis Eccleſia nulli ſit unquam ſubjecta Regum, vel Comitum, vel alicui terrenorum Principum, nec cujuslibet ordinis viro; nec ullo unquam tempore alii ſubjiciatur Eccleſiæ, niſi tantùm Gerundenſi Eccleſię, in cujus Epiſcopatu habetur, & illi non aliter ſit ſubdita, niſi ſicut regalia cœnobia, & nobiliſſimæ Eccleſiæ ejuſdem Epiſcopatus ei ſubdũtur; ſed ſemper maneat ſolida & quieta, habens plenam & integram libertatem ſui ipſius, & omnium ſuarum rerum. Iterum namque conſtituimus, ut nemo unquam Regum, Pontificum, vel Comitum, ſive Principum, nec aliqua cujuslibet ordinis vel dignitatis perſona, in eadem Eccleſia vel in omni ſpatio quod in circuitu ejuſdem Eccleſiæ habetur, ſcilicet quantum alodium ejuſdem Eccleſię ex omnibus partibus tenere videtur, vel adhuc annuente Domino extendetur, caſtrum, vel fortitudinem, vel aliquod municipium ædificare præſumat; ſed omnia reverentiâ & ſanctitate ejuſdem Dei genitricis Mariæ cuſtodiantur, defendantur, atque protegantur: nullique homini ab aliquo viventium infra ſpatium crucibus determinatum, aliqua læſio vel violentia ingeratur, vel aliquid quod poſſit eſſe ad injuriam vel dedecus ejuſdem loci perpetretur; neque ædificentur aliquę domus, vel ulla fiant habitacula à prælibata Eccleſia uſque ad centum Eccleſiaſticos paſſus ex omnibus partibus in circuitu, niſi illę quę ſunt neceſſariæ officinis & habitationibus ejuſdem loci. In eodem quoque loco, vel in omnibus ſpatiis à crucibus determinato, ab ullo viventium placita non celebrentur, & mercatus, vel fira, ſive nundinæ non teneantur, neque conſtituantur, vel aliqua publica coadunatio ibi non fiat, niſi voluntate & juſſu Pręlati ejuſdem loci. Prælatus ibi, ſicut ſuperiùs inſertum eſt, ſecundum Deum conſtituatur, qui ſubjectos fratres in omnem veritatis tramitem inducat, & eos verbo & exemplo ad bene vivendum erudiat, qui prædictas Eccleſias & ornamenta ejuſdem ſanctiſſimi loci non devaſtet, neque diſſipet ad detrimentum ejuſdem Eccleſię, ſed potiùs conſervet, & juxta ſui poſſibilitatem meliorando ſalvet & ædificet. In omnibus autem prędiis, vel Eccleſiaſticis fundis ejuſdem Eccleſię, quæ hodie habet, vel in poſterum juſtè acquirere poterit, nullus unquam Regum vel Principum, vel aliquis terrenorum, dominationem non habeat, vel exactionem ſive violentiam non inferat, niſi tantùm Prælatus ejuſdem ſanctiſſimi loci, & clerici ibi beatæ Dei genitrici famulantes. His ita diſpoſitis atque decretis, congruum viſum eſt nobis & Abbatibus, & clericis, nec ne Principibus terræ, & reliquis fidelibus Deum timentibus, qui ad conſecrationem jam dictæ Baſilicę in nomine Domini congregati fuerunt, ut congregationi prælibati loci Abbas ſecundùm Deum præponeretur, eo quòd & poſſibilitas loci, & opportunitas temporis, & unanimitas fratrum id inſtanter depoſceret. Quapropter communi conſenſu & acclamatione, atque electione totius cleri ibi manentis, & circumſtantis populi favente multitudine, canonica auctoritate de illorum grege, ut ſuperiùs ſancitum eſt, eligimus atque inthronizamus quendam fratrem in prælibati loci Abbatem, domnum ſcilicet Petrum, bonis moribus præditum, omni bonitate conſpicuum, & quantum ad humanum intuitum, hoc regimine digniſſimum, qui in ejuſdem loci ædificatione & conſtructione ab ipſis fundamentis indeſinenter inſudavit, & prædiorum emolumento, prout meliùs potuit ditavit, & Eccleſiaſticis inſignibus laudabiliter decoravit, atque quod in primęvo juventutis flore probabiliter incepit, in virili ætatis robore probabiliùs Deo favente complebit. Ad finem hujus dotis & conſtitutionis noſtrę denunciamus, & omnes qui Chriſtiana profeſſione cenſentur obteſtamur ſub divini obteſtatione judicii; inſuper auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli, omniũque ſucceſſorum ſuorum, noſtra Pontificali poteſtate interdicimus, & interdicendo excommunicamus, immo inſolubilibus anathematis vinculis innodamus, ut nemo viventium audeat emere vel vendere jam dictum ſanctiſſimum locum, vel aliter Prælatum ibi prępónere, niſi ut ſuperiùs ſcriptum eſt, vel aliquam præmiſſarum conſtitutionum ſcienter frangere, ſitque à corpore omnium Eccleſiarum Dei ſequeſtratus, & à conſortio totius Chriſtianitatis ejectus, donec ad dignam ſatisfactionem veniens canonicè reſtituat quòd malè conſtiterit eum feciſſe. Si quis harum conſtitutionum obſervator vel adjutor exſtiterit, benedictionibus Dei repleatur, & gratiam ejuſdem glorioſiſſimę Dei genitricis Mariæ conſequatur. Si quis verò infractor ſeu violator ſcienter fuerit, ſacrilegii & invaſionis compoſitionem emendare non differat, & inſuper anathemati, donec reſipiſcat, ſubjaceat, & poſtmodum hæc generalis conſtitutio dotis vel noſtri decreti Pontificalis, plenum obtineat robur, & æternum conſequatur vigorem omne per ævum. Bernardus gratiâ Dei Gerundenſis Epiſcopus, qui hanc præſentem

ſentem dotem firmavit, ſalvâ canonicâ reverentiâ ſanctæ Gerundenſis Eccleſiæ. Berengarius Barchinonenſis Epiſcopus. Benedictus Abba. Petrus Carcaſſonenſis Epiſcopus. Petrus Eccleſiæ Sancti Martini Prælatus, agens vicem Archilevitæ. Petrus B. Arnaldus clericus. Arnaldus Levita. Raymundus Barchinonenſis Eccleſiæ ſervus. Arnallus ſcriptis favet archipresbyter iſtis. Raymundus Mironi ſacriſta. Petrus VV. Bernardus presbyter Eccleſiæ Carcaſſonenſis. Remundus Guillelmi ſacriſta. Petrus Guillelmi hic crucis impoſuit ſignum Levita. Joannes Raymundus Sancti Felicis Abbas, & Gerundenſis archilevita laudans confirmo.

Ego Radulphus ſervus ſervorum Dei Epiſcopus, & Eccleſiæ Romanæ clericus, confirmo & laudo vice Beati Petri & domini Papæ.

Ego Boſo Sanctæ Anaſtaſiæ Cardinalis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, licèt indignus, ſervus & Legatus, conſignando confirmo.

Ricardus ſanctæ Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, quod canonicè factum eſt, firmo.

Berengarius Dei gratiâ Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Berengarius presbyter, qui hanc inſtitutionis dotem ſcripſit & ſubſcripſit die & anno quo ſuprà.

* Aliàs IV. apud Labbeū.

PASCHALIS II. PAPÆ EPISTOLA * I.

Ad Bernardum Archiepiſcopum Toletanum.

Primatum Eccleſiæ Toletanæ confirmat.

ANNO CHRISTI MCI.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo fratri Bernardo Archiepiſcopo Toletano, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

1. Actorum ſynodalium decreta ſcrutantibus liquet, quantæ Toletanæ Eccleſiæ dignitatis fuerit ex antiquo, quantæque per eam in Eccleſiaſticis negotiis utilitates accreverint. Unde & nos ejuſdem urbis ſtatum, quantum noſtræ eſt facultatis, * in Eccleſiaſticis dignitatibus gloriâ ſtabilire, Domino adjuvante, optamus. Igitur tum pro benignitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ debita, tum pro digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum etiam pro reverendiſſimi filii noſtri præſtantiſſimi Regis Ildephonſi poſtulationibus, cujus nimirum virtute & prudentia Toletana * Eccleſia Maurorum & Moabitarum jugo erepta eſt, te chariſſime frater, juxta conſtitutum prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Urbani Papæ ſecundi, in totis Hiſpaniarum regnis Primatem fore præſentis privilegii auctoritate ſancimus, ſicut ejuſdem urbis conſtat antiquitus exſtitiſſe Pontifices. Pallio ſanè in Miſſarum ſolummodo celebrationibus uti debebis, præcipuarum, quæ ſubſcriptæ ſunt, feſtivitatum temporibus: tribus videlicet diebus in Nativitate Domini, in Epiphania, Hypapante, Cœna Domini, Sabbatho ſancto, tribus diebus in Paſcha, in Aſcenſione, Pentecoſte, tribus ſolemnitatibus Sanctæ Mariæ, Sancti quoque Michaëlis, & Sancti Joannis Baptiſtæ, in omnibus natalitiis Apoſtolorum, & eorum martyrum, quorum pignora in veſtra Eccleſia requieſcunt: Sancti quoque Martini & Ildephonſi Confeſſorum, & omnium commemoratione Sanctorum: in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, & clericorum: in annuo conſecrationis tuæ die, natali etiam Sancti Iſidori, & Leandri. Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient: & ad te, ſi quid inter eos graviori quæſtione dignum exortum fuerit, referent: ſalva tamen Romanæ Eccleſiæ auctoritate, & Metropolitanorum privilegiis ſingulorum.

* Al. In Eccleſiaſtica dignitatis gloriam ſtabilire.

* Al. civitas.

2. Toletanam ergo Eccleſiam jure perpetuo tibi tuiſque, ſi divina præſtiterit gratia, ſucceſſoribus canonicis, tenore hujus privilegii confirmamus, unà cum omnibus Eccleſiis, & diœceſibus, quas proprio jure noſcitur antiquitus poſſediſſe: præcipientes de iis quæ Sarracenorum ad præſens ſubjacent ditioni, ut cùm eas Domino placuerit poteſtati reſtituere populi Chriſtiani, ad debitam Eccleſiæ veſtræ obedientiam referantur. Illarum autem civitatum diœceſes, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios perdiderunt, veſtræ ditioni eo tenore ſubjicimus, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi ut proprio debeant ſubjacere. Si verò Metropolis quælibet in ſtatum fuerit priſtinum reſtituta, ſuo quoque diœceſis Metropolitano reſtituatur. Neque tamen ideo minus tua debet ſtudere fraternitas, quatenus unicuique Metropolis ſuæ reſtituatur gloria dignitatis. Hæc, & cætera omnia quæ ad antiquam Toletanæ ſedis Apoſtolicæ conceſſione probari poterunt, nos tibi tuiſque ſucceſſoribus perpetuò poſſidenda contradimus atque firmamus.

3. Te, reverende frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honore Pontificii ſemper exhibeas, Chriſtianis ac Sarracenis ſine offenſione ſemper eſſe procurans, & ad Fidem infideles convertere, Domino largiente verbis ſtudeas & exemplis: ſic ex tui pallii dignitate, & Primatus prærogativa præcellas in oculis hominum, ut interiùs virtutum excellentiâ polleas coram

ram

ram ſupernæ oculis majeſtatis. Si qua igitur in craſtinum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis ſciens paginam, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisve ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen, amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii & ſcriniarii ſacri Palatii.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcribo.

Datum Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſię diaconi Cardinalis, ſecundo nonas Martii, Indictione octava, Incarnationis Dominicę anno MCI. Pontificatûs autem Domini Paſchalis Papæ ſecundi anno ſecundo.

EPISTOLA * II.

* Alias X. apud Labbeũ.

Ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum.

De reformandis moribus iſtius Eccleſiæ deformibus, qui per bella in eam irrepſerant.

ANNO CHRISTI MCIII. VEL MCIV.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili Didaco Compoſtellano Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

4. Eccleſia, quam regendam, diſponente Domino, ſuſcepiſti, jamdiu, etiam cùm paſtorem habere videretur, paſtoris ſolatiis caret. Iccircò ſtrenuitati tuæ vigilantiùs inſiſtendum eſt, ut in ea ritè omnia juxta normam ſedis Apoſtolicæ diſponantur, Cardinales in Eccleſia tua presbyteros ſeu diaconos tales conſtitue, qui dignè valeant commiſſa ſibi Eccleſiaſtici regiminis onera ſuſtinere. Porrò quæ presbyterorum interſunt, presbyteris; quæ diaconorum, diaconibus committantur: ut in aliena diſpendia nullus obrepat. Si qui ſanè ante Romanæ legis ſuſceptionem ſecundum communem patriæ conſuetudinem conjugia contraxerunt, natos ex eis filios neque à ſæculari neque à dignitate Eccleſiaſtica repellimus. Illud omnino incongruum eſt, quòd per regionem veſtram monachos cum ſanctimonialibus habitare audimus; ad quod reſecandum experientia tua immineat: ut & qui in præſentiarum ſimul ſunt, diviſis longè habitaculis ſeparentur, prout arbitrio & religioſorum virorum conſilio melius viſum fuerit: neque in poſterum conſuetudo hujuſmodi præſumatur. Datum Laterani, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo * tertio, noſtri Pontificatus * quarto.

* quarto: * quinto.

EPISTOLA * III.

* Alias XI. apud Labbeũ.

Ad Didacum Compoſtellanum Epiſcopum.

Monet ut Urraca Regina, filia Regis Caſtellæ, ſub pœna privationis regni ab inceſtu, quem contraxit ineundo matrimonium cum Alphonſo Aragoniæ Rege ſibi in tertio gradu conſanguinitatis conjuncto, deſiſtat.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Didaco Compoſtellano Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

5. Ad hoc te omnipotens Deus populo ſuo præeſſe conſtituit, ut eorum peccata corrigas, & Domini annuncies voluntates. *Et infra*: Stude igitur ſecundum datam tibi divinitus facultatem tantum inceſti facinus, quod à Regis filia perpetratum eſt, debita ultione corrigere; ut vel à tanta præſumptione deſiſtat, vel Eccleſiæ conſortio, & ſæculari poteſtate privetur. *cætera deſiderantur*.

NOTA SEVERINI BINII.

Apud Ioann. Marian lib. 10. cap. 8.

HÆc tantùm ex Paſchalis Papæ literis deſcripta invenimus: cæterùm cùm non paruiſſent Apoſtolicis juſſis, Deum vindicem ſunt experti. Urraca ſiquidem morte ſubitanea, per medium cum crepuiſſet, extincta eſt, & Alphonſus in Sarracenico bello peremptus, prout uterque Rodericus affirmat.

** Ex Primatu Toletano Caſtejoni. & Labbeo Tom. X. pag. 680.*

EPISTOLA * IV.

Ad Bernardum Toletanum Primatem, Apoſtolicæ ſedis vicarium.

De electione Burgenſis Epiſcopi.

ANNO INCERTO.

6. POſtquam literis veſtris noſtras reſcripſeramus, de conſentiendo P. Eccleſiæ Burgenſis electo, licentiam largientes, alias à clero & populo Burgenſi literas inopinatò accepimus, quibus idem Paſchalis archidiaconus tuo quidem conſilio, ſed Rege neſciente, & populo ignorante, ſignificabatur electus. Sed poſt illam illius electionem, populo exſpectante, univerſo clero conſentiente, Rege quoque volente, ipſius Regis germanus aſſerebatur ad Pontificatum Burgenſis Eccleſiæ deſtinatus. Sanè in iis diſſenſionum varietatibus, noſtrum eſt, & Canonum juſtitiam conſervare, & ſaluti Eccleſiæ providere. Unde ſolicitudini tuæ præſentia ſcripta dirigimus, præcipientes ut comprovincialibus Epiſcopis convocatis, loco & tempore opportuno utramque partem ad veſtram jubeatis præſentiam convenire: ubi omni perſonarum acceptione, omni dolo, & animoſitatis pravitate ſepoſita, præcipimus earundem electionum cauſſam omnino canonicè diffiniri.

Datum Laterani IV. Idus Aprilis.

** Aliàs LXVI. apud Labbeum.*

EPISTOLA * V.

AD EUNDEM.

Segobienſem civitatem ipſius perſonæ permittit, Monaſterium S. Servandi donat.

7. FRaternitatis tuæ petitionem clementer admiſimus. Volumus enim ut commiſſâ tibi Apoſtolicæ ſedis legatione honorificè perfruaris. Segobienſem civitatem, niſi proprium deſideret civitas ipſa Epiſcopum, perſonæ tuæ pro gravioris paupertatis neceſſitate permittimus. Monaſterium Sancti Servandi, quod noſtri juris eſt, à prædeceſſoribus noſtris Maſſilienſi quondam monaſterio novimus fuiſſe commiſſum. Cæterùm quia propter Sarracenorum feritatem monachos de loco ipſo diſceſſiſſe cognovimus; nos monaſterium ipſum ſolicitudini tuæ reſtaurandum diſponendumque committimus. Quod ſi per omnipotentis Dei miſericordiam reſtaurari contingit, debitum Lateranenſi palatio cenſum annis ſingulis perſolvetis.

Datum Laterani XVI. Kalend. Aprilis.

CON-

CONCILIUM FUSSELENSE

Celebratum prope Palentiam apud oppidum *Huſillos* dictum.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCIV.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

8. CONcilium hoc Fuſſelenſe, celebratum apud S. Mariam de *Huſillos* prope Palentiam urbem, refertur à Sandovalio fol. 161. in annum Chriſti MCXXXV. Adfuit in eo, ut ipſe ait, Alphonſus VII. ſe Imperatorem appellans dominantem apud Toletum, Legionem, Gallæciam, Caſtellam, & Naxaram; ſimiliterque Richardus vicarius Eccleſiæ Romanæ ac Legatus, Bernardus Archiepiſcopus Toletanus, Petrus Archiepiſcopus Aquenſis; Epiſcopi verò, Gomeſanus Burgenſis, Gonſalvus Dumienſis, Adericus Tudenſis, Arias Ovetenſis, Oſmundus Aſturicenſis, Raymundus Palentinus, Petrus Legionenſis, Petrus electus Compoſtellanus, Martinus Colimbrienſis, Sigefredus electus Naxarenſis, Petrus electus Aurienſis: Abbates, Fortunius Silenſis, Vincentius Arlancenſis, Didacus Sahaguntinus, Joannes electus Onienſis, & Petrus electus Caradignenſis, cum pluribus proceribus regni. In ea Synodo potiſſimùm diſceptatio fuit finium regundorum, ſive de terminis dividentibus Oxomenſem Epiſcopatum ab Occenſi ſeu Burgenſi. Deinde quædam circa officium divinum tractata ſunt. Deniqùe cautum fuit exſtirpandæ incontinentiæ clericorum, quorum multi tanquam uxorati vivebant; ſed irrito penè conatu, cùm id vitium altas radices egiſſet, donec annis ſequentibus eliminatum fuit.

9. Hæc ferè Sandovalius loco allegato. Sed enim ut concedam in ſententiam graviſſimi Præſulis, & in exquirendis atque illuſtrandis veteribus Hiſpaniæ monumentis diligentiſſimi, plura prohibent, nî fallor, decretoria. Imprimis enim, multis annis ante milleſimum centeſimum triceſimum quintum, in quo Sandovalius collocat id Concilium, jam obierat Bernardus Archiepiſcopus Toletanus. Nam ſexennio antè, ideſt anno Chriſti MCXXIX. Raymundus Archiepiſcopus Toletanus, ejuſdem Bernardi ſucceſſor, interfuerat Concilio Palentino: ut ſuo loco vidimus. Quomodo ergo Bernardus pluribus retrò annis vita functus, potuit intereſſe Concilio Fuſſelēſi anno MCXXXV.? Deinde cùm illud celebraretur, vicarius, ſive Legatus ſedis Apoſtolicæ in Hiſpania erat Guido Cardinalis, non autem Richardus, qui longè antea præceſſerat, temporibus Urbani II. & Paſchalis II. quorum prior humana poſuit anno MXCIX. poſterior anno MCXVIII. Concilium ergo Fuſſelēſe, cui Richardus præfuit, longè ante annum MCXXXV. coactū fuit. Denique id ipſū conſtat ex vita B. Geraldi Archiepiſcopi Bracarenſis, ſcripta à Bernaldo ipſius diſcipulo, ejuſdem Eccleſiæ archidiacono, & nuperrimè in lucem edita ex MS. bibliothecæ Colbertinæ à Stephano Baluzio lib. tertio *Miſcellaneorum*, pag. 179. & ſeqq. Nimirum ex §. 2. illius conſtat, Bernardum Archiepiſcopum Toletanum tempore Urbani II. Româ redeuntem adduxiſſe ſecum Geraldum ex Aquitania Toletum, & in ea Eccleſia ipſum Præcentorem ſeu ducem chori (vulgò *Chantre*) conſtituiſſe. Deinde ex §. 3. habemus, vacante Eccleſia Bracarenſi (quæ eo uſque deſolata fuerat) Geraldum unanimi Bracarenſium conſenſu electum fuiſſe ipſorum Archiepiſcopum, & conſecratum à Bernardo apud S. Facundum. Ulteriùs ex §. 6. patet, Geraldum Romam petiiſſe ad Paſchalem II. (qui anno MXCIX. electus fuit Pontifex in locum Urbani II. paullò antea defuncti) & ab eo pallium impetrâſſe: ac deinde Concilio Palentino, cujus præſes erat Richardus Cardinalis, exhibuiſſe privilegium Eccleſiæ ſuæ Româ allatum. Verba præcipua ejus §. exſcribo: *Ut autem beatus Geraldus ſedi Bracarenſi propriam dignitatem reſtitueret, Romam petiit, & à domino Papa Paſchali honorificè ſuſceptus, pallium, & privilegium, & auctoritatem Eccleſiæ ſuæ inde aportavit. In Concilio enim Palentino QUOD VENERABILIS RICHARDUS CARDINALIS ROMÆ CELEBRAVIT, Epiſcopis, & Abbatibus, & optimis clericis Hiſpaniæ circumſedentibus, Romanum privilegium in auribus omnium recitatum eſt: & juxta tenorem ipſius privilegii Bracaræ Metropolis ſuffraganei Pontifices venerabili Geraldo Brachareuſi Metropolitano, juſtitia dictante, & Cardinali præcipiente, obedientiam & reverentiam promiſerunt, &c.*

10. Hinc plura apertè colliguntur. I. Concilium id longè ante annum MCXXXV. immo & ante annum MCXXIX. celebratum fuiſſe: quoniam Bernardus Toletanus, qui interfuit, jam antè obierat, & in ejus locum ſucceſſerat Raymundus, qui alteri Concilio antiquiori Palentino anni MCXXIX. præfuit. II. Synodum Fuſſelenſem coactam fuiſſe tempore Paſchalis II. quo vivente Richardus erat vicarius Apoſtolicæ ſedis in Hiſpania à tampore Urbani II. ut ex Epiſtolis utriuſque ejus Romani Pontificis

ſuprà

ſuprà indicatis conſtat. Deinda Paſchalis ipſe Geraldo pallium & privilegium dedit, quod in Concilio Fuſſelenſi lectum & receptum fuit: ac cartè paullò poſt conceſſum illud. Neque enim moras pateretur in eo exſequendo Geraldus vir ſanctiſſimus, & Eccleſiæ ſuæ amantiſſimus, ob cujus honorem Romam contenderat. Fuit itaqoe celebratum Foſſelenſe Concilium tẽpore Paſchali II. ac proinde ab anno MXCIX. uſqua ad MCXVIII. nam toto eo ſpatio XVIII. annorom Paſchalis Pontifex fuit. Denique ex eadem vita conſtat, Geraldum diu, aut ſaltem aliquot annis, fuiſſe Bracarenſem Archiepiſcopum, ante Mauricium, qui tunc erat Epiſcopos Collimbrienſis (ita habetur ibidam §.16.) & poſt ſancti viri obitum electus fuit Archipræſul Bracarenſis. Hic anno MCXVIII. jam dimiſerat Eccleſiam ſuam, ſeque intruderat aut intrudi conſenſerat in thronom Romani Pontificatus: ut conſtat ex Epiſtola I. Gelaſii Papæ (aliàs II.) ad Bernardum Toletanom ſcripta, & à nobis infrà indicanda ad eundem annum MCXVIII. & Bernardo ipſi honorem Primatûs deferre noluerat. Immo & ante Gelaſii Pontificatum jam Paſchalis II. expertus fuerat rebellem Mauricium Archiepiſcopum Bracarenſem: ideoque præceperat Bernardo Toletano ut in ejus locum ſufficeret alium Bracaræ Præſolem. Patet igitur Mauricium tempore Paſchalis II. atque adeò ante annũ Chriſti MCXVIII. fuiſſe Archiepiſcopum Bracarenſem, ac proinde multis retrò annis, & ſub eodem Paſchali Pontifice, B. Geraldom in hoc Concilio Foſſelenſi exhibuiſſe privilegium ſuæ Eccleſiæ conceſſum. Itaqua licèt non poſſimus deſignare certum ejus Synodi tempus, videtur celebrata fuiſſe non longè ab anno MCIV. regnante adhoc in Hiſpania Alphonſo VI. qoi obiit anno MCIX. non autem Alphonſo VII. ut ex hiſtoria Toletana refert Sandovalios.

11. Neqoe obſtat quòd Alphonſus ille, qui Concilio interfuit, jam tunc denominaretur Imperator: qoæ appellatio videtur propria Alphonſi VII. in Hiſpania. Huic enim difficultati facilè occurritor: quoniam Alphonſus VI. poſtquam expugnavit magnam Caſtellę & Toletani regni partem, interdum legitur decoratus Imperatoris titulo: & Alphonſus VII. ejus nepos antequam ſolenni rito coronaretur Legione anno MCXXIX. jam appellabatur Hiſpaniæ Imperator, quorum utrumque in veteribus monumentis eorum temporom legitur. Quid, quòd longè ante utrumqoe Alphonſum, Rex Aragonom & Caſtellæ Comes Don Sancius Imperatoris titulo decorabator, & ante illum Bermudus dictos fuit *Imperator Galliciæ*? De quo videſis politiſſimam hiſtoriam Regum Aragoniæ editam à viro clariſſimo Petro Abarca, in eodem Sancio Majore cap. I. Itaque Fuſſelenſis Synodus regnante Alphonſo VI. ac proinde ante annum MCIX. celebrata omnino videtur.

CONCILIUM CARRIONENSE

Præſide Bernardo Archiepiſcopo Toletano & S. R. E. Legato. Celebratum in fine anni MCX. vel ineunte anno ſequenti MCXI.

12. IN hoc Concilio cauſſa ventilata fuit adverſus Gondiſalvom Mindonienſem Epiſcopum, tom ob alia, tum quòd duos archipresbyteratus cum dimidio contra jus ſanctæ Eccleſiæ Compoſtellanæ violenter retineret; & iccircò vocatus ad Synodum, venire recuſaverit, ut patet ex literis Bernardi ad eondem poſt celebratum Concilium directis, in hunc modum.

13. BErnardos Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, & S. R. E. Legatos, chariſſimo ſuo domino G. Mindonienſi Epiſcopo ſalutem. Quòd ad Carrionenſe Conciliom fraternitas tua ſe præſentare nequiverit, per nuncios toos ægrimoniæ tuæ neceſſitatem cognovimus. In quo quidem Concilio, inter cæteras quæ adverſus te ortæ ſunt querimonias, Eccleſia S. Jacobi in aoribus noſtris gravem ſuper te querelam peregit, quòd duos videlicet archipresbyteratus & dimidium, quos joris pręfati Apoſtoli quondam fuiſſe conſtat, violenter uſurpas. Quocirca tibi libenter per obedientiam præcipimus, ut quicqoid præfata Eccleſia legitimis ſcriptis habuiſſe perhibetur, ſicut in privilegio Romano continetur, omni alia ambage poſtpoſita, reddere non recuſes; ne fortè Romani privilegii tranſgreſſor, anathematis gladio feriaris. Poſtremò his præfatæ Eccleſiæ reſtitutis, venerabilem fratrem & Coëpiſcopom Didacom interpellabimus, quatenus vel ea vel alia fraternitati tuæ in deſcendendo noſtro interventu ad tempos tibi conferat. Vale. Datum Legione II. Nonas Februarii, Erâ MCXI.

Ubi Era pro anno epochæ communis accipi debet: aliter enim, ſi pro Era Hiſpanica ſumas, non modò Bernardi electionem in Archiepiſcopum, ſed etiam Toletum expugnatam, duodecim profectò annis antevartet. CARD. DE AGUIRRE.

CON-

CONCILIUM LEGIONENSE

Indictum à Bernardo Archiepiſcopo Toletano circa annum Chriſti MCXIV.

Ex Munione Adephonſiade in Hiſtoria Compoſtellana MS.

De Concilio apud Legionem celebrando.

14. NOn poſt multum temporis Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & S. R. Sedis Legatus, Didaco Compoſtellano Pontifici has ſubſequentes literas direxit, ut ad Concilium, quod Legione, XV. Kal. Novembris celebraturus erat, veniret.

15. BERNARDUS Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, & S. R. Sedis Legatus, dilecto fratri & Coëpiſcopo D. Didaco Compoſtellano ſempiternam beatitudinem. Noverit dilectio veſtra, me cum Rege & Regina de communi pace locutum fuiſſe. Sed quoniam inter eos nullam concordiam, Rege renuente, facere potuimus, Concilium Legione XV. Kal. Novembris celebrare decrevimus: cui dilectionem veſtram intereſſe volumus atque præcipimus. Valdè enim in eo nobis neceſſarius eris, nec ulla occaſione optamus, ut præſentiam veſtram prædictæ Synodo ſubtrahatis. Valete.

Abbates verò atque Præpoſitos veſtræ diœceſis vobiſcum adducere mandamus.

CONCILIUM PALENTINUM

Præſide Bernardo Archiepiſcopo Toletano celebratum anno Chriſti MCXIV.

Ex Hiſtoria Compoſtellana Ms. Munionis Adephonſiadæ, & Codice CLV. Garſiæ Loaiſæ pariter Ms.

De Concilio celebrando in Palentia.

16. BERNARDUS Toletanus Archiepiſcopus, & S. R. E. Legatus Burgos venit, quem B. Jacobi Epiſcopus adiit, & ejus reverendam paternitatem obſecravit, ut de ſtatu Eccleſiæ, quæ funditus evertebatur, & de pacis reformatione tractaret. Tunc venerabiliſſimus pater illi acquieſcens, advocavit Epiſcopos qui intererant, ſcilicet Aurienſem, Ovetenſem, Mindonienſem; cum quibus Archiepiſcopus & S. Jacobi Epiſcopus diutiùs colloquentes, Eccleſiæ jura penitùs violata, Hiſpaniam Arragonenſi tyrannide undique devaſtatam atque deſolatam, unà doluerunt. Sed quoniam ingruenti diſcordiæ tumultu, hæc pleniùs ſtabilire impræſentiarum, tempus non exigebat, tum quia complures Hiſpaniarum Pontifices deerant; placuit eis tantæ rei diffinitionem producere, & in futuro generaliter Concilium celebrare, atque omnes Hiſpaniarum Pontifices, Abbates, Duces, Principes, Comites, cæteriſque Primates, VIII. diebus ante venturam feſtivitatem omnium Sanctorum, in PALENTIAM urbem poſſent convenire, & cauſſam Regis & Reginæ ſubtiliùs indagare, diœceſes, villas, manſiones, agros, vineas, quæ in hoc diſcordiæ tempore amiſerat, ſedibus & monaſteriis reddere. Quæ res Reginæ, omnibuſque Hiſpaniæ Principibus ſupra modum placuit.

De Concilio Palentiæ celebrato, & de reditu Compoſtellæ Epiſcopi.

17. ANNO MCXIV. Dominicæ Incarnationis, BERNARDUS Toletanus Archiepiſcopus, & S. R. E. Legatus, ſynodale collegium VIII. Kal. Novembris Palentiæ celebravit, & de Hiſpaniarum oppreſſionibus atque anguſtiis, & de Eccleſiarum ſubverſionibus atque calamitatibus, pleniùs pertractavit. Gallęciæ quidem Pontifices interfuerunt: ſed Eccleſię B. Jacobi Epiſcopus, cujus conſilio atque ſuggeſtione prædictus Archiepiſcopus Concilium celebrare diſpoſuerat, urgente diſcordię tumultu, prædicto Concilio intereſſe non potuit, difficillima cauſſa obſiſtente detentus. Ipſe namque prçterito æſtatis tempore coadunato undique exercitu, ad debellandam Aragonenſem campaniam adierat. Quòd ſi iterum partes illas adire pręſumeret, oportebat, aut militum cohortes ad ſe protegendum & munien-

niendum illuc ſecum ducere, quod temporum qualitas, aſſiduiſque laboris exercitiis fieri prohibebat: aut proditorum flagitioſa rabies, quod relatu abuſivum eſt, in Chriſtum Domini mittere manum, nihilominus vereretur. Porrò pernicioſa manus bellorum temporibus, prædæ divitiarumque cupiditate incitata, in omne nefas ruere non perhorreſcit. Prædictus tamen Epiſcopus ad Generalem Synodum iter aggrediens, Triam-caſtellam pervenit. Verùm enim verò Comes R. necnon Comes M. compluresque Gallecię optimates, illum adeuntes, quatenus ab incerto labore deſiſteret, hortantur & deprecantur dicentes: *Scimus equidem, venerabiliſſime pater, ſi campaniæ partes abſque armatæ manus clypeo adire præſumpſeris, & te à truculenta hoſtium violentia graviter inquietari, aut, ut verius profiteamur, cuilibet prædoni captione dehonorari, & Gallaciam multiplici diſcordiæ impugnationē opprimi; nos quoque te abſente in ſalutis noſtræ diſpendia ruere, haud ambiguum eſt. Tua intereſt, curam & ſolicitudinem noſtrûm, totiuſq; Gallaciæ gerere. Eapropter hortamur & conſulimus, ut ab incepto reſipiſcas, & quod potiſſimum eſt, tibi nobiſq; omnibus provideas. Quòd ſi nobis obſiſtere volueris, antequam ab aliis, quod in certiſſimis eſt, dedecoreris aut capiaris, ne tantum quid temerariè aggrediaris, à nobis captus teneberis. Melius eſt enim tibi diſceſsûs licentiam à nobis inhiberi, quàm improvido favore ad tantum præcipitium tibi aſſenſum adhiberi.* Igitur Epiſcopus his atque aliis acquieſcens, duos de clericis ſuis ad prędictum Concilium direxit, qui illius abſentiam datis literis referrent.

DE CONCILIO PALENTIÆ.

18. IN prędicto Palentię Concilio BERNARDUS Toletanus Archiepiſcopus, & S.R.E. Legatus, unà cum pleriſque Hiſpaniarum Epiſcopis, & Abbatibus, pro modo & tẽpore, juſtitię examinationem ſalubriùs ediſcendo, rapinas, incendia, cędes, cęteraſque Hiſpanię calamitates de die in diem crebriùs ingruere doluit. Communicatis autem omnium conſiliis, ineffabilem Dei miſericordiam omnes humillima devotione, quatenus tot tantiſque malis remedio maturiùs impendere dignaretur, expoſtulavêre. Demum Eccleſiarum ſubverſiones, divina & humana audaciùs temerata ingemiſcentes, conſulere, relevare, tantiſque calamitatibus, Deo opitulante, finem imponere ſolicitè curârunt.

19. Lucenſis quoque Eccleſię, de cujus inquietatione ſermo in publicum ventilatus eſt, paternę conſolationis auxilium non diſtulere. Illa namque jamdudum tutore privata, & penè Paſtore viduata, maximis procellis, ut puta bellorum tempore, impellebatur. Petrus quippe ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, totus ſupernæ beatitudini inhians, & ab hujuſmodi cura immunis, tanti culminis ſolicitudinem ferre recuſabat. Lucenſis Eccleſię honorem protegere, animarum curam gerere, multis diverſiſque negotiis inſudare, ſicut neceſſarium erat, nequibat: præterea illum ægrimonia vexabat, nec ampliùs ad id officii ſatis eſſe poterat. Ea propter prædicta Eccleſia patrocinio viduata, procellarũ impulſu valdè inquietabatur, & maximè Comitis R. dominio ſubjugata, opprimebatur. Quapropter generali Collegio ſancitum eſt, quandoquidem prædictus Lucenſis Eccleſie Epiſcopus regiminis curam ferre penitùs renuebat, quoniam Pontificis miniſterium implere nullatenus poterat, ne Eccleſia fundotenus exſtirparetur, alium qui & Eccleſiam à morſibus hiantium protegeret, & curam animarum gereret canonicè in Epiſcopum promoveri. Igitur Lucenſis Eccleſiæ clerici Archiepiſcopum adeuntes, quatenus matris ſuæ deſolationi conſulens, eorum petitioni condeſcendat, miſericorditer expoſcunt. Ipſe verò præfatus ſummæ religionis vir, ut tanto labori deſiſteret, aliuſque qui quod ipſe nullo modo implere poterat, & Eccleſiam protegeret, & Paſtoris officium teneret, in Epiſcopum eligeretur, ſummopere precibus impetrare laboravit. A ſupradictis itaque Lucenſis Eccleſiæ, cæteriſque venerabilibus perſonis, Petrus Reginæ Urracæ cappellanus deſignatur Præſul, & ſummo affectu expoſcitur. Deinde ad Lucenſem urbem ad Epiſcopatum promovendus mittitur. Ipſe equidem Archiepiſcopus ſuper illius electione atque conſecratione, Didaco Compoſtellano Archiepiſcopo, Alphonſo Tudenſi, Didaco Aurienſi, Munioni Mindonienſi has literas direxit.

Epiſtola Bernardi Archiepiſcopi Toletani ad Epiſcopos Gallaciæ, de conſecratione Lucenſis electi.

20. BERNARDUS Dei gratiâ Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & S.R.E. Legatus, dilectis in Chriſto fratribus atque Coëpiſcopis, D. Didaco Compoſtellano, D. Munioni Mindonienſi, D. Alphonſo Tudenſi, D. Didaco Aurienſi, cœleſtis regni aditum. Veſtræ fraternitati notum fieri volumus, Lucenſis Eccleſiæ clerum, & populum Dominicum, Petrum cappellanum Reginæ, ſicut accepimus, ſibi in Paſtorem elegiſſe. Sed utrùm electio canonica fuerit, quia ignoramus, vobis charitativè præcipimus, atque præcipiendo rogamus, quatenus rem diligentiùs perquiratis. Quòd ſi electionem canonicam inveneritis, quia Bracarenſis, quamdiu S. R. E. inobediens (ſicut nôſtis) atque rebellis exſtiterit, ab Epiſcopali ſuſpenſus officio, neminem conſecrare poteſt, aut cum domino Compoſtellano vice noſtra fungente benedicere ſtudete, aut nobiſcum veſtris literis ipſum procul dubio conſecrandum dirigite. Mauricio, dum in hac malitia perſeveraverit, nullus Epiſcopus, nullus Bracarenſis provinciæ

ciæ Abbas, ſed nec clericus, nec laïcus (ut dignum eſt) obedientiam exhibeat. Valete.

De conſecratione Lucenſis electi, qualiter facta ſit.

21. VIſis autem literis his, de ejus electione promptiſſimâ indagine conſulitur, & quoniam canonicè fuerat facta, conſecratio non differtur. Fungente igitur Didaco B. Jacobi Epiſcopo vice Archiepiſcopi, Lucenſis Eccleſiæ electus in Eccleſia B. Jacobi, VII. Kal. Maji, præſentibus Didaco Aurienſi & Munio Mindonienſi, Epiſcopis, in Epiſcopum conſecratur, & Lucenſi Eccleſiæ Paſtor deſtinatur.

De excommunicatione Mauricii Bracarenſis Archiepiſcopi.

22. POſt hæc in eodem generali collegio ſupradictus Archiepiſcopus Toletanus, monſtratis literis D. Papæ pro excommunicatione Mauricii Bracarenſis, adverſus Sedem Apoſtolicam rebellis, decreto firmatum fuit, ut ad Didacum Compoſtellanum ejus dirigeretur executio, prout factum eſt, & ideo illum his literis compellavit.

23. Bernardus Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, & S. R. E. Legatus, dilecto in Chriſto fratri & Coëpiſcopo D. Didaco Compoſtellano, ſupernis civibus feliciter copulari. Magno mentis affectu, multo animi deſiderio, veſtram, ſi fieri poſſet, optarem videre amicitiam, de communi utilitate hujus regni maximè perturbati, vobiſcum loquuturus. Sed quoniam tanta eſt perturbatio, quòd mutuo viſu præſentialiter fraudamur, jungat charitas & Epiſtola quos ſeparat corporis abſentia. Noverit igitur dilectio veſtra Mauricium Bracarenſem, quoniam de invaſione Legionenſis Eccleſiæ ſatisfacere noluit, & exinde à nobis ab utroque officio ſuſpenſus, Epiſcopale & ſacerdotale officium imprudenter celebrare præſumpſit, ſubjectas à Domino Papa accepiſſe literas.

Inter querelas alias, quæ de te ad ſedem Apoſtolicam delatæ ſunt, Legionenſis Eccleſiæ invaſio & contritio nos graviùs contriſtavit. Super quâ ex noſtris literis monitus, & à vicario noſtro Bernardo Toletano ad Concilium evocatus, & venire & ſatisfacere contempſiſti. Ad hæc pro hujus nequitia & inobedientia, per eum, tam à ſacerdotali, quàm ab Epiſcopali officio interdictus, eadem officia celebrare pertinaciter præſumpſiſti. Nos igitur, auctore Deo, tantum nequitiæ & ſuperbiæ facinus ulciſcentes, & eadem tibi officia, & Bracarenſis Eccleſiæ obedientiam interdicimus, donec reſipiſcens obedias, & pleniùs ſatisfacias. Dat. Laterani XIV. Kal. Maji, Indictione VII.

Precamur igitur amicitiam veſtram, quatenus omnibus ſuffraganeis Bracarenſis Eccleſiæ Epiſcopis has oſtendatis literas, & ne prædicto Mauricio, ſecundùm juſſionem domini Papæ, obedientiam exhibeant, admoneatis. Has quoque literas Portugallenſium Infantiſſæ, noſtri gratiâ, pro noſtro amore deſtinate. Valete.

De Concilio Palentiæ annuente D. Papa celebrato.

24. ACceperat D. Bernardus Toletanus Archiepiſcopus literas à D. Papa pro indicẽdo Concilio, ut illo malis ingruentibus, quæ Hiſpania experiebatur, patrum conſilio mederetur, quas pro actorum in generali collegio confirmatione demonſtrans, illas in publicum legendas direxit, quarum hęc ſeries dignoſcitur.

25. *Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Bernardo Primati, & cæteris Epiſcopis & Principibus Hiſpaniæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Regionum veſtrarum calamitates, Eccleſiarum ſubverſiones, cædes, rapinas, incendia dolemus apud vos plura fieri, quàm à nobis valeant enarrari. Quamobrem prudentiam veſtram literis præſentibus commonemus, ut tantorum malorum remedia communicatis conſiliis requiratis. Nos quidem, opitulante Deo, quantò maturiùs potuerimus, Apoſtolicæ ſedis Legatum ad vos mittere deliberavimus. Interim provida nobis divinitus facultate paci publicæ providere curetis in congregatione Pontificum, & quid in ea canonicè actum, ſuum in poſterum Apoſtolicæ auctoritate ſortiatur effectum. Illos ſanè proceres, ſive milites, qui honores, obedientias, villas, & cætera bona Eccleſiaſtica invaſerunt, & occupant, niſi ab eadem invaſione deſiſtant, ab Eccleſiæ conſortio removemus. Univerſarum etiam partium incentores, per quos bella apud vos, & flagitia cætera perpetrantur, niſi ab hac malignitate deſiſtant, excommunicationi ſubjicimus. Pax noſtra & ſalus noſtra Dominus, pacem veſtram & ſalutem veſtram miſericorditer operetur. Dat. Laterani XVIII. Kal. Maji.

De fine Concilii Palentiæ, & literis Toletani ad Compoſtellanum Epiſcopum.

26. POſtquam de rebus plurimis actum fuit in Concilio Palentiæ, Eccleſiæ favorem, & regni quietem cernentibus, diſſoluta Patrum & procerum congregatio eſt, & Toletanus, ut Compoſtellani amicitiam inſinuaret, vocatis clericis, illos benignè amplexatus, has literas Cõpoſtellano directas tradidit.

27. Bernardus Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, & Dei gratiâ S. R. E. Legatus, Didaco Compoſtellanenſis Eccleſiæ Pontifici ſalutem & benedictionem. Legatos quos nobis miſiſtis vidimus dicentes, quòd Concilio quod Palentiæ præcipuè veſtro conſilio celebravimus, intereſſe nequiſtis, inevitabili neceſſitate detentus. Verùm quia ſolatium, & auxilium, & conſilium veſtrum nobis ſubtraxiſtis, ut verum vobis fateamur, moleſtè tulimus. Sed propter priſtinam amicitiam, quæ inter me & vos diu exiſtit, & interventu veſtrorum clericorum, patimur ac vobis indulgemus.

SYNODUS COMPOSTELLANA

Sub D. Didaco Gelmirez ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo.

ANNO CHRISTI MCXIV.

Primùm à nobis edita ex MS. Mondexarenſi, quod olim fuit penes Cardinalem Quirogam, & deſumptum eſt ex Hiſtoria Compoſtellana MS. Munionis Adephonſiadæ: ac præterea collata cum MS. Toletano.

Incipiunt decreta D. Didaci Compoſtellani Epiſcopi ad protegendos pauperes.

a In MS. Tol. ju dicium fortè judicio.

1. DIvina diſponente clementia, ego Didacus ſedis Eccleſiæ Beati Jacobi Apoſtoli Epiſcopus, cum ejuſdem ſedis canonicorum a judicum, cæterorumque nobilium virorum conſilio, prædeceſſorum ſtatuta relegendo, ad protegendum populum, ad exhibendam juſtitiæ normam in toto honore Beati Jacobi, excepta Compoſtellana urbe, omnibuſque burgis, quo advenæ, aliique plures confluentes ſtatuta nullatenus obſervare valerent; hujuſmodi decreta conſtituo, & conſtituendo confirmo.

I.

De Eccleſiis.

b. In MS. Tol. Accipite.

2. A Capite b igitur exordium ſumentes, præcipimus, ne quis Eccleſiæ terminos irrumpat aut violenter ingrediatur. Si quis verò intra Eccleſiæ terminos quippiam capere aut ſibi præſigillare exigente juſtitia voluerit; Pontificis vicarium, aut licentiam ſibi dari priùs expoſtulet.

II.

De domibus nobilium & ignobilium. Et de pignoribus, & de perpetratis calumniis.

3. IN domibus nobilium, ſeu ubicumque eorum uxores aut filii inermes fuerint, vicariis, & quibuſcumque aliis pignorandi licentiam reſecamus. In cæterorum quoque domibus id ipſum obſervari præcipimus, excepto ſi fuerit, aut homicidii, aut violentæ mulierum violationis, quod vulgò raptum dicitur, aut quadrageſimalis tributi cauſſa exſtiterit. Quòd ſi extra domos ruſticanas armenta, cæterave hujuſmodi, quæ c perpetrata calumnia capiantur, inventa minimè fuerint; vicarius admotis vicinis & legitimis teſtibus domum præſigillet, vel inde pignus abſtrahat. Quicquid ut prædictum eſt pignoratum fuerit, quouſque octo dies compleantur, integrum conſervetur, & vicinis reſervandum commendetur, & uſque ad præfinitum terminum illæſum, & ab omni uſu liberum maneat. Si fuerint omnia animalia exercendi operis ſtudio adhibenda, totius laboris expertia ſerventur. Tandem ſi calumniæ perpetrator præfinito tempore ad examinandam juſtitiam venire neglexerit, niſi neceſſariâ detentus cauſâ fuerit, juſtitiæ examinatores pro calumniæ quantitate pignoris partem retineant, cætera dominis ſuis referantur. Si quis injuſtè, vel abſque domini ſui petita licentia, quempiam pignorare præſumpſerit, duplum reſtituat, & ſexaginta ſolidos Pontifici perſolvat. Veruntamen quiſquis priùs requiſitâ juſtitiâ coram idoneis teſtibus cum vicario pignoraverit, duplum minimè reſtituat.

c. MS. Tol. pro perpet.

III.

De judicibus.

4. HÆreditatum, & Eccleſiarum cauſſæ, nonniſi ab optimatibus, & Apoſtolicæ ſedis judicibus, definiantur. Calumniæ fidejuſſoriæ judicia more anteceſſorum noſtrorum poſthabitis in honore Beati Jacobi aliis judicibus, Apoſtolicæ ſedis judicibus referantur.

IV.

De calumniis pauperum.

5. PAuperes & imbecilles miſericorditer calumnias compleant, ut beneficiis ſuis penitùs non priventur.

V.

De proditoribus, & latronibus.

6. PRoditores & latrones nemo protegere, nemo defendere præſumat. Sanè eorum protectores, damna vel calumnias, quæ illi ſuſtinere meruerant, ſuſtineant.

VI.

De furibus.

7. FUr poſtquam tertiò furti reus convictus comprehenſus [a] fuerit, principibus terræ atque juſtitiæ examinatoribus tradatur. Qui dictante juſtitia pro meritis ultionem in eum exerceant, ſibique dati gladii cauſſam animadvertant. Noverint enim, quia qui percutit malos, in eo quòd mali ſunt, miniſter Dei eſt: & alibi, punire malos non eſt effuſio ſanguinis. a. MS. Tol. ὁ. pretheoſuſve.

VII.

De characteribus.

8. CHaracteres coram totius Eccleſiæ conventu ſive publico Concilio fieri jnbemus: aliter factos valere inhibemus.

VIII.

De foſſataria & luctuoſa.

9. HIs qui ſervilis conditionis jugum ſuſtinent, vel qui quadrageſimalia tributa perſolvunt, redditus ſolitos, qui foſſataria & luctuoſa nuncupantur, relaxamus, ſi patrum parentumve ſuorum hæreditates incolunt.

IX.

De die Dominica.

10. IN Dominica die ruricolas ad civitatem negotiatum ire prohibemus.

X.

De placitis & cæteris ſcripturis.

11. PLacita, & cætera hujuſmodi ſcripta, ab authenticis clericis, ſive à judicibus, vel ab archidiacono, ſive ab ipſius loci archipresbytero fiant; ſin autem, caſſa habeantur.

XI.

De cauſſis pauperum.

12. SI quis potentum judicii cauſſam tractare adverſus pauperem vel definire habuerit, ſimilem perſonam introducat, quæ pro [e] ſe cauſſam ſuam definiat: ne fortè cujuſpiam majeſtate pauperis juſtitia ſuffocetur. e. MS. Tol. per ſe.

XII.

De Quadrageſima.

13. DIebus Quadrageſimæ characteres fieri, calumniarum cauſſas definire, judicia exercere, foſſatariam dari, niſi magna expeditionis neceſſitas ingruerit, noſtris qnidem, non extraneis, qui pro dominorum ſuorum velle tractabuntur, excepta furti, rauſi, homicidii Quadrageſimalis tributi cauſſa, [f] removimus. f. MS. Tol. removemus.

XIII.

Ut calumniarum cauſſæ in Kalendis diſcutiantur.

14. DIe Kalendarum archipresbyteri, presbyteri, milites, ruſtici, in [*] Kalendarum anteceſſorum more conveniant. Tunc ſi quid querelæ vel injuriæ obortum fuerit, ab archipresbytero, cæteriſque [g] diſcretis viris veraciter perquiratur, & emendetur. Quod ſi diffinire nequiverit, ſequenti die ſuper illius negotii cauſſa vera indagine facta, Pontifici, atque Apoſtolicæ ſedis Primatibus referatur, & determinetur. *f. in Kalendis. g. MS. Tol. dilectis.

XIV.

De cauſſis agendis in ſexta feria.

15. UNiuſcujuſque hebdomadæ ſextâ feriâ, Pontificalis palatii januis reſeratis quicquid querelæ, quicquid injuriæ fuerit, in præſentia Pontificis, judicum, & canonicorum intimetur & definiatur.

XV.

De lupis exagitandis.

16. IN unoquoque ſabbatho, excepto Paſchæ, & Pentecoſtes, presbyteri, milites, ruſtici, cujuſque negotii immunes, lupos exagitantes perſequantur: & eis præcipitia, quod vulgus *fogios* vocat, præparent. Quæque etiam Eccleſia ſeptem [h] ferreas cannas perſolvat. Ad hoc negotium quiſquis ire diſtulerit; ſi ſit ſacerdos, niſi [i] infirmorum viſitatione detineatur, vel miles, quinque ſolidos; ruſticus verò ovem, vel ſolidum perſolvat. h. MS. Tol. ſogeos: i. MS. Tol. infirmorum viſit. detineatur.

XVI.

De vicariis.

17. MIlites & quicunque principatu præeminent, villicationibus ſuis tales vicarios ſtatuant, qui, ſi quid contra decretorum juſtitiam egerint, calumniarum cauſſas unde compleant habeant; ſin autem, eorum domini perpetrati damni & [k] juſtitiæ calumnias ſuſtineant. k. MS. Tol. injuſtitiæ.

XVII.

De latronibus.

18. QUicumque latronem comprehenderit, eum villico terræ tradat; & quæcumque villicus ab eo abſtraxerit, horum tertiam partem habeat: ſic & de proditoribus.

XVIII.

Nequis res mortuorum [l] inquietet.

l. MS. Tol. diripiat aut inquietet.

m In MS. Tol. deeſt XL

n. MS. Tol. ſinitis avitiis aut.

19. QUoties quis naturæ jura perſolverit, illius hæreditates cæteraque beneficia, uſque ad XL. [m] dies integra nullaque inquietatione labefacta, qualiter ille dimiſerit, conſiſtant. Finitis [n] autẽ XL. diebus, poſſeſſionibus cæteriſque beneficiis ſub eodem jure, ſub quo qui mortis ſpiculo ceciderit, qualiterve dimiſerit exiſtentibus, ſi qua jurgia, aut ſi qua calumniarum ſchiſmata ſuper his fuerint, ab Apoſtolicæ ſedis judicibus, cæteriſque diſertis viris diffiniantur: cæterùm ne quis hæredipeta, ne quis ſycophanta uſurpativè accedat, juſtitiæ argumentis pleniùs indagetur.

XIX.

Ne in Dominica Sajones licentiam habeant pignorandi.

20. AB hora nona ſabbathi uſque in feriam ſecundam horâ primâ, nullus ſajo habeat licentiam pignorandi, niſi homicidas, latrones, ſcilicet violatores virginum per vim, rauſatores, & proditores. Et ſi aliquis de extranea patria juſtitiam poſtulaverit, infra ſupradictum tempus juſtitiam ſumat.

XX.

Ne conventus alternantium fiat in Eccleſia.

21. SAjonum concilium, vel militum conventus, in Eccleſia ſive terminis ejus fieri prohibemus.

XXI.

Ne clerici fiant laïcorum villici, vel pædagogi.

22. CLerici neque laïcorum villici efficiantur, neque filiorum eorum nutritores, neque à laïca perſona dehoneſtentur, vel eorum bona capiant. Qui aliter egerit, canonicam inſtitutionem componat, & excommunicatus à conventu fidelium ſequeſtretur.

XXII.

De rebus captivorum.

22. BOna eorum qui capiuntur à Mauris, uſque ad annum plenum intemerata & integra conſerventur: ut ſi fortè fortuito captum potuerint redimere, redimant; ſin autem, completo anno, juxta arbitrium propinquorum, eorum bona diſtribuantur.

XXIII.

De mercatoribus & peregrinis.

24. MErcatores romarii, & peregrini non pignorentur: & qui aliter egerit, duplet quæ tulerit, & ſit excommunicatus: ſolidos ſexaginta perſolvat domino illius honoris.

XXIV.

De clericis.

25. CLerici foſſatariam non dent. Abbates & clericos venientes ad Synodum, vel votum, vel tertias afferentes, pignorari vetamus.

XXV.

De menſuris.

o. MS. Tol. Eccleſiis.

p. MS. Tol. ſolidos ſolvat.

26. OMnes alias [o] tls, niſi ad menſuram illius petræ, quæ ſtat in campo Compoſtellæ, tam in hac civitate, quàm extrà, vendere vel emere prohibemus. Et qui aliter egerit, excommunicatus, ſexaginta [p] ſolvat, donec reſipiſcat.

CONCILIUM OVETENSE

Habitum Era MCLIII. anno Chriſti MCXV.

Ex MSS. Eccleſiæ Toletanæ.

1. *Sciant omnes homines præſentes & futuri, quòd Deo jubente hæc conſtitutio ſubſcripta, quæ per totam Hiſpaniam habetur, habuit initium in Ovetenſi Eccleſia tempore Pelagii Ovetenſis Epiſcopi, & ſubſcriptis omnibus hominibus.*

2. OMnium ſanctæ Crucis filiorum, præſentium & futurorum, memoriæ tradere ſtuduimus, latronum, ſacrilegorum, & diverſi generis maleficorum, in Aſturiarum partibus nimiam & exſecrabilem malitiam olim prævaluiſſe pleriſque temporibus. Ad quam deſtruendam, & quæ ſanctæ Eccleſiæ profutura erant, ædificanda, Erâ MCLIII. apud Ovetum in Eccleſia S. Salvatoris congregatis principibus, & plebe totius prædictæ regionis, in die ſancto Pentecoſtes, Spiritu ſancto adminiſtrante, Præſuleque Pelagio prædicante & monente, hęc inter cætera placita omnibus in commune primùm ſe obtulit ſententia.

I. Sta-

I.

3\. STatuimus (inquiunt) & decernimus, & ſuper ſacrum textum Euangelii jure juran- do firmamus, ut veſtrûm nullus deinceps domitos vel indomitos pro aliqua cauſſa pignoret boves, nec auferat alicui extraneo, vel ſuo ſervo, vel mandatitio. Quod ſi fecerit, ſit maledictus & excommunicatus, & pro ſcelere perpetrato judici terræ & Epiſcopo XV. annis pœniteat: quinque ex his in exſilio, & quinque ſicut præceperit ei Epiſcopus ſuus: cæteros quinque foris Eccleſiam in ſua terra redimat.

II.

4\. SImili modo etiam firmamus, ut nullatenus furtum faciamus, nec facientibus conſen- tiamus; & ſi latronem capere poterimus, pro modo furti plenam juſtitiam faciamus; & qui pro eo exoraverit; ut ſic emendetur, ſecundùm modum culpæ anathema ſit.

III.

5\. SEcundum etiam decreta Canonum, ut ſuperiùs ſanximus, quòd aliquem pro aliqua calumnia à dextris Eccleſiæ infrà LXX. paſſus per vim non extrahamus, niſi ſervum naturaliter probatum, aut latronem publicum, aut proditorem de proditione convictum, aut publicè excommunicatum, aut monachum vel monacham refugas, aut violatorem Eccleſiæ, cui procul dubio Eccleſia nullo modo debet refugium. Qui verò arreptus à diabolo aliquid aliud per vim extraxerit ab Eccleſia ejoſque porticibus uſque ad XII. paſſus, in quadruplum reddat, & ſecundùm Canones ita pœniteat, ut in monaſterio ſit monachus ſub regula Beati Benedicti, aut ſit eremita omnibus diebus vitæ ſuæ, aut ſe ſervum ſubjiciat ſervituti Eccleſiæ quam læſit, aut ſummam peregrinationem arripiat omnibus diebus vitæ ſuæ.

6\. Regina autem domina Urraca, cum omnibus filiis & filiabus ſuis, hanc præſcriptam conſtitutionem confirmavit, & juravit eam, & fecit jurare & confirmare eam omnibus hominibus habitantibus in omni regno ejus, tam Eccleſiaſtici ordinis quàm ſæcularis. Sorores itaque jam dictæ Reginæ, dona Geloira Infanta, cum omnibus filiis & filiabus ſuis, & cum omnibus hominibus ſibi ſubditis, atque Infanta dona Taraſia, cum omnibus filiis & filiabus ſibi ſubditis, juraverunt & confirmaverunt, ſicut ſuprà taxatum eſt.

7\. Nos igitur omnes ſubſcripti hoc ſcriptum & hanc promiſſionem ſub ſacramento confirmamus & roboramus, tam pro nobis, quàm pro omni progenie noſtra futura, ut ſit promiſſio hæc ſtabilis & firma uſque in finem mundi per omnia ſæcula. Suarius Comes, Gundiſalvus Pelagii, Adephonſus Veremundi, Petrus Adephonſi, Didacus Fernandi, Guodiſalvus Anſuris, Pelagius Froila ex Aſturiis Oveti, Petrus Ruderici, Suarius Ordonii, Petrus Didaci, Petrus Guterri, Garçia Suarii, Gundiſalvus Gil, Petrus Garçiæ, Rudericus Garſiæ, Chriſtophorus Joannis, Garçia Petri, Munio Petri, Fernãdus Petri, Didacus Petri, Pelagius Garçiæ, Pelagius Acenarii, Munio Garſiæ, Vermudus Velæ, Marinus Guterri, Martinus Petri, Didacus Petri, Ovecus Petri, Martinus Martini, Petrus Muñedi, Gũdiſalvus Petri, Ordonius Petri, Petrus Garſiæ, Albarus Garſiæ, Fernãdus Garçię, Ordonius Garçiæ, Ectavida Pelagii, Petrus Joannis, Ferdinandus Martini, Petrus Fernandi, Rudericus Petri, Fernandus Anaji, Didacus Guterri, Didacus Martinus Anaji, Pelagius Oveci, Martinus Pelagii, Albarus Petri, Pelagius Martini, Rudericus Martini, Fernandus Martini, Pelagius Munionis, Alvitus Pelagii, Froila Munionis, Garçia Vermundi, Petrus Ectæ, Ordonius Pelagii, Pelagius Guiſtarii, Didacus Petri, Gundiſalvus Petri, Joannes Petri, Martinus Petri, Martinus Magas, Gundiſalvus Didaci, Petrus Sanctii, Petrus Pelagii de Buila, Petrus Pelagii de Mazaneda.

Ex terra Tinegiæ.

8\. MEnendus Enalſi, Froila Enalſi, Gundiſalvus Menende, Ectavida Suarii, Menendus Ruderici, Petrus Ruderici, Pelagius Ruderici, Menendus Roderici, Pelagius Petri, Suarius Albiti, Remundus Albiti, Froila Veremundi, Joannes Fernandi, Petrus Manelli, Petrus Oveci, Rudericus Fernandi, Rudericus Pelagii, Antonius Roderici, Petrus Garçiæ, Rudericus Garçiæ, Pelagius Munionis, Petrus Flaini, Fernandus Flaini, Martinus Adephonſi, Adephonſus Fructini, Petrus Didaci, Petrus Menendi, Pelagius Menendi, Guilienus Pelagii, Petrus Guilieni, Pelagius Guilieni, Didacus Guilieni, Rodericus Guilieni, Rodericus Petri, Alvarus Petri.

Ex territorio Laguero.

9\. JOannes Petri, Pelagius Petri, Pelagius Citi, Petrus Pelagii, Petrus Guterri, Sanctius Guterri, Petrus Munionis, Pelagius Mentira, Sanctius Petri, Albarus Pelagius, Petrus Pelagii, Sanctius Eulalii.

Ex territorio Maliani.

10\. PElagius Ruderici, Pelagius Joannis, Albarus Garſiæ, Pelagius Ordonii, Garçia Telli, Munio Telli, Ordonius Didaci, Sanctius Ordonii, Adephonſus Munionis, Petrus Ade-

Adephonſi, Suarius Diahali, Furtunius Pelagii, Didacus Petri, Pelagius Petri, Munio Ectæ, Petrus Martini, Didacus Gundiſalvi, Didacus Ovecci, Rudericus Ovecci, Didacus Fortuni, Sanctius Fortuni.

Ex territorio Colunga, Cangas, & Aguilare.

11. GArcia Sanctii, Petrus Sanctii, Martinus Sanctii, Suarius Sanctii, Gundiſalvus Sanctii, Petrus Sanctii, Didacus Sanctii, Rudericus Didaci, Vela Sanctii, Petrus Ectæ, Pelagius Ectæ, Fernandus Citi, Pelagius Didaci, Vermundus Didaci, Didacus Didaci, Rudericus Munionis.

Ex territorio Flaviinienſi.

12. PEtrus Pelagii Rubens, Ordonius Martini, Petrus Pelagii, Ordonius Petri, Joannes Petri, Munio Petri, Didacus Petri, Martinus Petri, Pelagius Michaëlis, Petrus Michaëlis, Joannes Michaëlis.

Ex territoriis Lena, Alier, & Orna.

13. PEtrus Pelagii Bureza, Petrus Alcandara, Pelagius Citi, Vela Pelagii, Gundiſalvus Veremundi, Gundiſalvus Beremundi, Gundiſalvus Munni, Ecta Pelagii, Armentaris Joannis, Petrus Barbadam, Petrus Petri, Pelagius Citi, Martinus Pelagii, Fernandus Pelagii, Martinus Ectæ.

Ex territoriis Arbolio, Gordone, & Alva.

14. PElagius Munionis, Fernandus Guterri, Gundiſalvus Alvari, Rudericus Alvari, Joannes Citi, Alvarus Citi, Fernandus Citi, Petrus Juliani.

Ex territoriis Platiani, Vadaria, Luna, & Omania.

15. VEremundus Petri, Fernandus Petri, Rudericus Petri, Joannes Petri, Petrus Garceſe, Veremundus Munionis, Eulalius Didaci, Pelagius Didaci, Munio Pelagii, Flainus Flaſilæ, Joannes Fernandi, Eulalius Fernandi, Pelagius Froilæ, Menellus Faſilæ, Petrus Pinioni, Petrus Aznarii, Munio Aznarii, Garcia Aznarii, Pelagius Froini, Garcia Sanctii.

Ex territoriis Legionis, & Aſtoricæ.

16. COmes Froila Didaci, Ramirus Froilæ, Didacus Froilæ, Rudericus Martini, Petrus Martini, Oſareus Martini, Petrus Didaci, Rudericus Didaci, Martinus Didaci, Petrus Didaci, Rudericus Veremundi, Didacus Alviti, Gundiſalvus Alviti, Nunius Nubezani, Iſidorus Nubezani, Petrus Anaji, Fernandus Munionis, Joannes Petri, Erus Guterri, Nebuſanus Gudeſtei, Guterrius Eri, Martinus Nebuzani, Fernandus Telli, Adephonſus Telli, Tellus Telli, Iſidorus Fernandi.

Ex campis Zamoræ, & campi Tauri.

17. COmes Gometius Pelaji, Comes Fernandus Fernandi, Rudericus Fernandi, Petrus Pelaji, Didacus Munionis.

Ex territoriis Gallaciæ.

18. COmes Pelaji, Petrus Petri, Fernandus Petri, Garcia Petri, Rudericus Petri, Comes Munio Pelaji, Comes Adephonſus Nuñi, Sanctius Nuñi, Menendus Nuñi, Comes Rudericus Velez, Comes Guterrius Veremundi, Odarius Orelonii, Joannes Ranimiri, Arias Petri, Fernandus Joannis, Petrus Gudeſtei, Petrus Joannis, Suarius Nebuzani, Rudericus Suarii.

Ex territoriis Caſtellæ.

19. COmes Petrus Gundiſalvus, Comes Rudericus Gometii, Comes Bertranus, Comes Ermegotus, Comes Lobdidacii, Petrus Lopi, Lob Lopi, Xemenus Lopi, Petrus Guterri, Gundiſalvus Guterri, Petrus Garciæ, Petrus Patellæ.

Ex

Ex territorio Sanctæ Julianæ, Camargo, Tranſmiera, Egunna, cum cæteris terris.

20. COmes Rudericus Gundiſalvi, Petrus Ruderici, Guterrius Ruderici, Petrus Gundiſalvi, Rudericus Gundiſalvi, Adephonſus Fanni, Petrus Gundiſalvi, Gundiſalvus Gundiſalvi, Rudericus Munionis, Sanctius Velæ, Veremundus Velæ, Martinus Velæ.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatus confirmo.
Didacus Jacobenſis Archiepiſcopus confirmo.
Pelagius Bracarenſis Archiepiſcopus confirmo.
Nunius Mundunienſis Epiſcopus confirmo.
Didacus Aurienſis Epiſcopus confirmo.
Pelagius Aſtoricenſis Epiſcopus confirmo.
Gundiſalvus Columbrienſis Epiſcopus confirmo.
Didacus Legionenſis Epiſcopus confirmo.
Petrus Palentinæ Sedis Epiſcopus confirmo.
Petrus Segobienſis Epiſcopus confirmo.
Bernardus Segontiæ Epiſcopus confirmo.
Paſchalis Burgenſis Epiſcopus confirmo.
Sanctius Abelenſis Epiſcopus confirmo.
Munius Salmanticenſis Epiſcopus confirmo.
Bernardus Zamorenſis Epiſcopus confirmo.

21. Conſtitutio hæc non hominis, ſed omnipotentis Dei vox fuit, qui per univerſum mundum eam ſeminavit, & audita placuit omnibus hominibus ſub cœlo habitantibus, tam Chriſtianis, quàm paganis, vel Judæis.

Maledictio.

22. SI quis itaque hanc ſanctam & juſtam noſtram promiſſionem, & ſub ſacramento ſanctam confirmationem, tam nos, quàm ex omni noſtra futura progenie, violaverit, & per dignam ſatisfactionem, ſicut ſuperiùs dictum eſt, ſe non emendaverit; ſit ab omnipotenti Deo maledictus, & excommunicatus, & ab omni conſortio fidelium & ſanctorum in hoc ſęculo & in futuro ſit ſeparatus, & cum diabolo & angelis ejus patiatur pœnas in inferno damnatus.

Benedictio.

23. OMnis homo qui hanc præſcriptam conſtitutionem audierit, ſervaverit, firmaverit, & cuſtodierit eam, ſit cuſtoditus & benedictus à Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Sub Era * *MCLXII.*

* Error irrepſit in hunc numerum.

24. ADephonſus Rex, Raymundi Conſulis & Urracę Reginę filius, poſtquam præſcriptam conſtitutionem audivit, & in regno Hiſpanię poſt mortem matris ſuę regnare cœpiſſet, confirmavit, & juravit eam, & fecit eam confirmare, & jurare, & ſtabilire omnibus hominibus habitantibus in omni regno ejus, ut ſervetur & cuſtodiatur, uſque mundus iſte finiatur.

Sub Era * *MCLVIII.*

* Numerus hic eodem vitio laborat.

25. SImiliter Infante domino Adephonſo Portugalenſi, cum omnibus hominibus nobilibus & ignobilibus habitantibus in omni honore illius, poſtquam præſcriptam conſtitutionem audierunt, & confirmaverunt, & ſtabilierunt eam pro ſe, & pro omni progenie eorum, ut ſervetur uſque in finem ſęculi hujus.

In diebus illis.

26. ADephonſus Rex Aragonenſis, ſimiliter cum fratre ſuo Ramiro monacho, cum omnibus hominibus nobilibus & ignobilibus habitantibus in omni regno eorum, præſcriptam conſtitutionem juraverunt, & confirmaverunt, & ſtabilierunt eam pro ſe, & pro omni progenie eorum, ſicut ſuprà tractatum eſt.

Male-

Digitized by Google

Maledictio.

27. SI quis tamen (quod fieri minimè credimus) Rex, Comes, Vice-comes, Majorinus, Sajo, tam Eccleſiaſticus homo quàm ſęcularis, hanc ſcriptam conſtitutionem frangere tentaverit, quiſquis ille fuerit qui talia commiſerit, fracta manu, pede, & cervice, evulſis oculis, leprâ percuſſus, frangat eum Deus in conſpectu omnium inimicorum ſuorum, ſit maledictus & excommunicatus uſque in ſeptimam generationem, in conſpectu Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & inſuper cum Dathan & Abiron, & cum Juda Domini proditore, cum Simone Mago, & Nerone, pares pœnas ſuſtineat in ęterna damnatione. Amen.

Benedictio.

28. QUicumque hanc conſtitutionem omnibus modis prout potuerit, ſervaverit, & cuſtodierit eam, ſervet eum Deus in hoc ſæculo, & in die judicii, & cum Sanctis ſuis det ei vitam ęternam in regno ſuo, & ſit benedictus ab omnipotenti Deo, qui cum Filio Domino noſtro Jeſu Chriſto, unà cum Spiritu ſancto perenniter vivit & regnat Deus per omnia ſęcula ſęculorum.

Laus Deo.

29. NUnc autem pro tantis bonis à Deo collatis benedicamus & collaudemus Dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per infinita ſęcula ſęculorum. Amen.

NOTÆ IN HOC CONCILIUM.

30. AD cap. III. *Secũdũ Canones ita pœniteat, ut in monaſterio ſit monachus, &c.*] Altiùs derivari poteſt iſtius pœnitẽtiæ origo. Nam in Eccleſiis Hiſpanicis & Narbonenſibus publica pœnitentia erat monachatus profeſſioni ſimillima, ut alibi oſtendimus: ideo de hac re pluribus differere ſuperſedemus. Itaque facillimus fuit tranſitus ab eo pœnitentiæ genere ad profeſſionis monachalis injunctionem. Viam quoque ſtraverunt ad ejuſmodi pœnitentiam ea quæ cuilibet pœnitentiæ publicæ anterioribus ſæculis adnectebantur, matrimonii, militiæ, forenſium actionum, aliorumque ejuſmodi interdictio, de quibus multis diſſeruimus libri 5. capitibus 18. 21. & ſequentibus. Illuc quoque poſteriores Epiſcopos inducere potuit mos antiquior, criminum reos in monaſteria relegandi, ut in iis ad pœnitentiam reapſe agendam cogerentur. Qui mentem igitur oculoſque ſuos à præſenti Eccleſiæ diſciplina tantiſper averterit, & in primitiva ſæcula conjecerit, non adeò demirabitur auſos poſteriorum ſæculorum Epiſcopos in peccatorum pœnitentiam injungere ſæcularis vitæ abdicationem, & monachatûs profeſſionem. Deinde tantæ erant pœnitentiæ ærumnæ, tam diuturnæ corporis afflictiones, ut monachiſmi profeſſio multò eſſet pœnitentiâ illorum temporum tolerabilior, ut ſuprà ex Pœnitentiali Romano adnotatum eſt.

31. Hinc facilè gravium criminum reis perſuadebant antiqui Patres in pœnitentiæ actionem ſæculo valedicere, & qui eos ſecuti ſunt, ulteriùs progreſſi id in pœnitentiam injunxerunt. Prati ſpiritualis cap. 78. hiſtoria refertur de quodam adoleſcente qui ſanctam quãdam virginem recèns defunctam in tumulo exſpoliare, & ornamentis exuere tentaverat. Virginem autem tantiſper redivivam manum ipſius apprehendiſſe, & multis verbis tam immanem impietatem increpâſſe, nec priùs manum dimiſiſſe quàm promiſiſſet ſe in criminis pœnitentiam ſæculo renunciaturum, & monachum profeſſurum: quod dimiſſus ſtatim prçſtitit. Multi antiquitus commemorantur virorũ ſanctorum conſilio eremum petiiſſe, aut vitam cœnobiticam elegiſſe, ut peccatorum pœnitentiam agerent: monachorum enim eſt, ut ait Sanctus Hieronymus ad Heliodorum, flere, & peccata plangere: ſed hoc ante tempus notatum non lego in pœnitentiam imperatum. Hinc etiam orta videtur conſuetudo poſterior iſta, & à multis uſurpata, monachalem habitum in extremis induendi, ut quam viventes pœnitentiam amplecti detrectaverunt, morientes ſaltem honorent. Hoc fecerunt magna cum humilitate & animi devotione Ludovicus Craſſus Francorum Rex, Blancha Sancti Ludovici mater, & ante hos Burchardus Meleduni & Corbolii Comes, ut referunt hiſtorię noſtræ, multique privati eorum pietatem imitati ſunt, atque etiam nunc imitantur.

32. Altiùs adhuc videtur hujus conſuetudinis origo duci poſſe, ex alia ſcilicet conſuetudine, cujus mentionem facit auctor dogmatum Eccleſiaſticorum apud Sanctum Auguſtinum cap. 53. Capitalium criminum ſive publica, ſive ſecreta fuiſſent, hoc enim tunc non attendebatur, mos erat eo tempore pœnitentiam agere publicam. Cùm hoc dixiſſet Gennadius, interrogatione tacitæ occurrit quæ proponi poterat, an capitalia illa crimina ſolvi non poſſent ſecreta

ſecreta pœnitentia. Reſpondet id fieri poſſe, at cum his conditionibns, *ſed & ſecreta ſatisfactione ſolvi mortalia crimina non negamus; ſed mutato priùs ſæculari habitu, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem, & jugi, immo perpetuo luctu, &c.* Itaque eo tempore, multis ſaltem in locis, peccatoribns pœnitentiam publicam agere detrectantibus monachatûs profeſſio aliquando conſulebatur, ſed non imperabatur, cùm, ut demonſtratnm eſt, ad pœnitentiam publicam cogi non poſſent. Prima igitur iſtius pœnæ pœnitentialis origo videtur, eâ veterum ſententiâ, monachiſmi profeſſionem pœnitentiæ publicæ virtute & merito eſſe æquandam; & monachiſmum conſequenter, ut altera pœnitentia publica, ſive ut alter baptiſmus, omnia delere peccata. Eandem ſententiam verbaque Gennadii referunt in præfationibns ſuis collectio Metenſis, & Halitgarins: ſed nono ſeculo auctores iſti ſcribebant. Ejnſdem ſententiæ de æquatione monachiſmi cum pœnitentia publica, argnmenta habes ſuprà hoc capite, ex capitularibus & Pœnitentiali Romano.

33. Noli autem æquationem monachiſmi cnm pœnitentia publica intelligere ſine conjuncta pœnitentia privata canonicè acta. Hoc enim expoſtulant qnæcumque de hac æquatione protulimus teſtimonia. Nonnullos commemorat S. Damianns cap. 6. Opuſculi *De perfectione monachorum* ita arroganter ſentientes. Sed in eos acerrimè invehitur. Occaſio talis. Quidam monachus ab eo petit ut audiat eum confitentem. Confeſſione audita inquirit, *Pro his peccatis quantum iam pœnitentiæ peregiſſet? reſpondit, domino quidem Abbati ſe cuncta fuiſſe confeſſum; ſed eum præter communem monaſterii obſervantiam nullam ſibi pœnitentiam indidiſſe; quia perhibuit ſolam converſionem pro omnium peccatorum ſuorum abſolutione plenè ſufficere.* Quid ad hæc Damianus? *Fateor, res mihi valdè diſplicuit; deſpexi, horrui, & hominem deceptum eſſe clamavi.* Hæc Damianus in fine capitis de eo quod expertus didicerat. Sed quid initio dixerat, audiamus: *Nonnulli rectores fratrum plus tribuentes monaſticæ regulæ quàm expediat, quibuslibet à ſæculo venientibus, etiamſi graviter lapſi ſint, aliam pœnitentiam non imponunt, niſi tantùm communem monaſterii ordinem ſervare præcipiunt.* Quid de hac ſententia judicat Damianus? *Quod profectò quàm ſit inconſideratum, quàm inhumanum, quàm penitùs indiſcretum, quiſquis ſapit, intelligit.* Hæc multis perſequitur vir ſanctus, & objectionibus occnrrit. Eadem erat S. Gregorii ſententia cùm Epiſt. XIII. lib. 10. adhortatur Paſſivnm Epiſcopum ut Opportunum quendam, ſi nnlla obſtant crimina, ſubdiaconum ordinet. *Si quæ verò gravia obviant, multò magis admonendus eſt ut ſæculum relinquat, ut hæc perfectiùs defleat.* Quamobrem ſeculum criminum reus relinquit? ut crimina perfectiùs defleat. Si Apoſtolus, inquit Damianus, *inter tam magnifica virtutum opera non confidit adhuc in Apoſtolatu, quid nos infelices & miſeri tantùm præſumimus de noſtra deſidiæ monachatu? &c. Quid prodeſt à peccatorum perpetratione deſiſtere, niſi & hæc ipſa quæ perpetrata ſunt, ſtudeat quis diſtrictæ pœnitentiæ ſatisfactione delere?* MORINUS *De Pœnit.* lib. 7. cap. 15. nnm. 11. & ſeqq.

34. *Aut ſummam peregrinationem arripiat omnibus diebus vitæ ſuæ.*] Aliud genns pœnitentiæ, qnod mntationem illam ſtatus & capitis imminutionem nō ita complectitur abſolutè, peregrinatio eſt pœnitenti ob crimen impoſita. Jnbebatnr enim domo recedere, patriamque parenteſque deſerere, & miſerè corpns affligens & macerans, in terra aliena & peregrina vagari, nnllibique certas ſedes figere. Hoc ſanè pœnitentiæ genus nuſquam apud auctores Eccleſiaſticos ante ſeptingenteſimum annnm legi commemoratum. Illius mentionem facit Beda Pœnitentialis cap. 7. *Si clericus homicidium fecerit, & proximum ſuum occiderit, decem annos pœniteat: exſul ſeptem pœniteat, ſi odii meditatio fuit.* Et cap. 8. de clerico qui ſine voto monachi fornicatus filinm genuit, *pœniteat quatuor vel quinque annos: alii dicunt, ſeptem exſul fiat.* Pœnitentiale Romanum titulo 1. cap. 14. *Qui voluntariè patrem ſuum, aut matrem, vel filium aut filiam de ſancto lavacro, ſeu fratrem, ſive ſororem in Chriſto, aut dominum ſuum, vel dominam ſeu uxorem ſuam occiderit, quinque annis extra metas ipſius terræ exſul fiat: tunc demum quindecim annis pœniteat.* Et tit. 3. cap. 24. ex Pœnitentiali Theodori ſic refert: *Si quis fornicatus fuerit ut ſodomitæ fecerunt; ſi Epiſcopus, viginti quinque annos pœniteat, quinque ex his in pane & aqua; & omni officio deponatur, peregrinando finiat dies vitæ ſuæ.* Idemque conjungit presbyterorum, diaconorum, & monachorum pœnitentias de eodem crimine, ut & Burch. lib. 17. cap. 56. tit. verò 8. cap. 4. hanc pœnitentiam indicit ſacerdoti qui cum filia ſua ſpiritali rem habuit: *Ab omni officio deponatur, & peregrinando quindecim annis pœniteat, poſtea verò ad monaſterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſerviat.* Poſterior pœna, de qua ſuprà, priori conjungitnr. Eundem Canonem repetit Gratian, 30. qn. 1. cap. 9. Alexander II. hanc pœnam disjunctivè in pœnitentiam impoſuit: *aut faciat carcerem jejunans quotidie in pane & aqua, aut eat exſul, & jejunet tribus diebus in pane & aqua, &c.* Apnd Ivon. p. 10. cap. 16. idem Pontifex ibid. cap. 30. eandem pœnam in pœnitentiam impoſitam relaxat, non iſtius pœnæ improbatione, *ſed miſericordiâ* (inqnit) *ſuper eos moti, exſilium eis Apoſtolica auctoritate remiſimus.*

35. Mnlti tamen iiſdem temporibus, & meo jndicio non immeritò, improbârunt hoc pœnitentiæ genus, qnos inter Rabanus Maurus Pœnitentialis cap. 11. *Parricidium quàm ſit deteſtabile crimen, in judicio facto inter Cain & Abel fratrem ſuum Dominus ipſe oſtendit, cùm ad Cain parricidam ait: maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua: fructus ejus vagus & profugus eris ſuper terram. In quo etiam poſuit ſignum, hoc eſt, ut tremens & gemens profugus ſemper viveret, nec*

auderet jam uſpiam ſedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi diſcurrunt per diverſa loca, & variis vitiis & gulæ illecebris deſerviunt, melius mihi videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentiâ diſtrictâ ſemetipſos caſtigent, ſi fortè à Domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Fusè retulimos Rabani verba, eo quòd rationem reddere videantur, qoâ illorum ſæculorum Patres commoti, peregrinationis pœnam parricidis imponebant. Imitabantur ſcilicet Dei vindictam in Cain parricidam. Ex verbis enim Canonom & antiquorum Patrum paſſim colligere eſt, pœnarum pœnitentialium, qoas infligebant, rationes ab exemplis & præceptis Scripturæ derivâſſe. Quicquid ſit, vides illorum temporum morem, cujus abuſus meritò notat Rabanus.

36. Caroli Magni Capitolaria lib. 1. cap. 79. eondem abuſum notant. *Nec iſti nudi cum ferro ſinantur vagari, qui dicunt ſe datâ ſibi pœnitentiâ ire vagantes: melius videtur ut ſi aliquid inconſuetum & capitale crimen commiſerint, in uno loco permaneant laborantes, & ſcientes, & pœnitentiam agentes, ſecundùm quod ſibi canonicè impoſitum ſit.* Canonem Concilii Moguntini hanc peregrinationem improbantem ſuprà cap. 10. ex Reginonis collectione retulimus. Labente tempore mutata eſt illa peregrinatio antea indefinita in ſanctam & religioſam, cujus exemplom celebre ſoprà relatum eſt cap. 11. Cardinale Damiano & Anſelmo Lucenſi Legatis Leonis IX. in pœnitentiam imponentibus Archiepiſcopo & clero Mediolanenſi ad loca ſancta peregrinationem. Tantique tandem facta eſt ejuſmodi peregrinatio, ot integræ longæque pœnitentiæ vicem ſubiret, hoc ſic definiente Urbano II. in Concilio Claromontano cap. a. *Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris vel pecuniæ adoptione, ad liberandam Eccleſiam Dei Hieruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia ei reputabitur.* IDEM ibidem.

EPISTOLA PASCHALIS II. PAPÆ

Ad Berengarium Epiſcopum Gerundenſem.

ANNO CHRISTI MCXV.

Gerundenſis Eccleſiæ privilegia & jura confirmat. Deinde edicit ne cui canonico ejuſdem Eccleſiæ fas ſit retinere præbendas aut poſſeſſiones ejus, poſtquam ad Epiſcopatum, Abbatiam, vel alias præpoſituras aliarom Eccleſiarum promotus fuerit.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Berengario Gerundenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Ex Baluzio in Append. Marca Hiſp.

37. SIcut injuſta poſcentibus nullus tribuendus eſt effectus, ſic legitima deſiderantiom non eſt differenda petitio. Tuis itaque, frater in Chriſto chariſſime Berengari, precibus annuentes, ad perpetuam ſanctæ Gerundenſis Eccleſiæ pacẽ ac ſtabilitatem præſentis decreti auctoritate ſancimus, ut univerſi parochiæ tuæ fines, ſicut à tuis anteceſſoribus uſqoe hodie poſſeſſi ſunt, ita omnino integri, tam tibi quàm tuis ſucceſſoribos, in perpetuum conſerventur. qui videlicet fines à meridie Barchinonenſis, ab Oriente Auſonenſis, ab Aquilone Urgellenſis & Helenenſis parochiæ limites tangunt, ab Occidente in mare pertingunt. Confirmamos etiam eidem Gerundenſi Eccleſiæ univerſa quæ ad eam in præſenti indictione VIII. videntur legitimè pertinere, & quæcumque in futurum juſtè atque canonicè poterit adipiſci. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam perturbare temerè, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel tamerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, tam tuis, quàm clericorum & pauperum oſibus profutura.

38. Illud autem omnino interdicimos, ne liceat ejuſdem Eccleſiæ clericis præbendas aut poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ retinere, & ſuis oſibus vendicare, poſtquam eos ad Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel alias præpoſituras aliarum Eccleſiarum tranſire contigerit. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis aotem eidem loco joſta ſervantibos ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ judicem prẹmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Data Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii XI. Kal. Febroarii, Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXV. Pontificatûs autem domni Paſchalis II. Papæ anno XVI.

EPI-

EPISTOLA * I. GELASII PAPÆ II.

* Eodem ordine eſt apud Labbeum.

Ad Gallos. Contra Mauricium Epiſcopum Bracarenſem.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

Mandat ut ſe contra Mauricium Bracarenſem Epiſcopum, ab Henrico Imperatore in ſedem intruſum Pſeudo-papam, arment.

Gelaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, clericis, Principibus, & cæteris per Galliam fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. Quia vos Romanæ Eccleſiæ membra eſtis, quæ in ea nuper acta ſunt dilectioni veſtræ ſignificare curemus. Siquidem poſt electionem noſtram dominus Imperator furtivè & inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit: pacem poſtea & minis & terroribus poſtulavit: dicens quæ poſſet ſe facturum, niſi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus. Ad quæ nos iſta reſpondimus: De controverſia quæ inter Eccleſiam & regnum eſt, vel conventioni, vel juſtitiæ libenter acquieſcimus, loco & tempore competenti, videlicet Mediolani, vel Cremonæ, in proxima Beati Lucæ feſtivitate, fratrum noſtrorum judicio, qui à Deo ſunt judices conſtituti in Eccleſia, & ſine quibus hæc cauſſa tractari non poteſt. Et quoniam dominus Imperator à nobis ſecuritatem quærit, nos verbo & ſcripto eam promittimus, niſi ipſe eam interim impediat. Aliàs enim ſecuritatem facere, nec honeſtas Eccleſiæ, nec conſuetudo eſt. Ille ſtatim, die videlicet poſt electionem noſtram quadrageſimo quarto, Mauricium Bracarenſem Epiſcopum, anno præterito à domino prædeceſſore noſtro Paſchali Papa in Concilio Beneventi excommunicatum, in matris Eccleſiæ * gremium ingeſſit. Qui etiam cùm per noſtras olim manus pallium accepiſſet, eidem Domino noſtro, & Catholicis ſucceſſoribus, quorum primus ego ſum, fidelitatem juravit.

* *Al.* invaſionem.

2. In hoc autem tanto facinore nullum de Romanis * dominus Imperator, Deo gratias, ſocium habuit: ſed Guibertini ſoli, Romanus de Sancto Marcello, Cencius, qui dicebatur de Sancto Chryſogono, Teuto *, qui multo per Daciam debacchatus eſt tempore, tam infamem gloriam celebrârunt. Veſtræ igitur experientiæ, literarum præſentium perceptione mandamus, ut ſuper his per Dei gratiam communi deliberatione tractantes, ad matris Eccleſiæ ultionem, communibus præſtante Deo auxiliis, ſicut oportere cognoſcitis, accingamini. Datum Cajetæ, decimo ſeptimo Kalendas Februarii.

* *Al.* Romano clero.
Ad hanc vocem Binius ſcholion, hoc aſtiper Romanos intelliga Catholicos, per Guibertinos, ſchiſmaticos.
* *Al.* & Burdo.

EPISTOLA * II.

* Eodem ordine apud Labbeum.

Ad Bernardum Toletanum Epiſcopum Hiſpaniæ Primatem.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

De Mauricio in ſedem intruſo.

Gelaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Bernardo Archiepiſcopo Toletano & Hiſpaniarum Primati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

3. Non latere credimus fraternitatem tuam, qualiter frater quondam Mauricius Bracarenſis Epiſcopus ſe jamdiu habuerit, qualiter Eccleſiam ſuam dimiſerit, & quomodo Regi excommunicato adhæſerit, & contra ſtatuta canonica in cubile Romanæ Eccleſiæ ſe ingeſſerit. Nec eum miramur debitam tibi obedientiam & antiquum Primatûs honorem Eccleſiæ tuæ penitùs denegâſſe, qui Romanam Eccleſiam, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra, non ſolùm negare, ſed deſtruere quodammodo conatur, &c. Monemus

itaque atque præcipimus, ut juxta mandatum prædeceſſoris noſtri, ad electionem in Bracarenſi Eccleſia faciendam ſolicitudine charitatis debitæ operam & opem præbeas cum effectu. Ipſum verò Maoricium excommunicatum & perjurum, & matris Eccleſiæ conſtupratorem publicum, cæteris Hiſpaniarum Prælatis, &c. Data Cajetę, &c.

NOTA.

MAuricium hunc, cognomento Burdinum, ut tueatur & vindicet à nota graviſſima quam ſcriptores communiter ei inurunt, omnes nervos ingenii & eruditionis contendit cl. vir. Stephanus Baluzius in ſuis Miſcellaneis tomo III. fine. Sed enim à paucis, credo, impetrabit aſſenſum: cùm tam multa adverſus ipſum tot monumentis antiquis vulgata ſint; adhuc permiſſo quòd nonnullorum ex iis fides nutet.

* Aliàs V. apud Labbeû.

EPISTOLA * III.

Ad exercitum Chriſtianorum civitatem Cæſar-auguſtanam obſidentium.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

Omnibus ad eum aliquid conferentibus indulgentiam largitur.

Gelaſius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, exercitui Chriſtianorum civitatem Cæſar-auguſtanam obſidenti, & omnibus Catholicæ fidei cultoribus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

4. LIteras devotionis veſtræ inſpeximus: competitioni, quam pro Cæſar-auguſtano electo ad ſedem Apoſtolicam duxiſtis, favorem libenter accommodavimus. Eumdem ergo electum, noſtris, tanquam Beati Petri manibus, largiente Domino, conſecratum remittentes ad vos, benedictionem vobis Apoſtolicæ veritatis impendimus, æquam omnipotentis Dei miſericordiam implorantes, ut per ſanctorum preces & merita opus ſuum ad honorem ſuum, & Eccleſiæ ſuę dilatationem vos faciat operari. Et quoniam & vos ipſos, & veſtra extremis objicere periculis decreviſtis; ſi quis veſtrûm acceptâ de peccatis ſuis pœnitentiâ in expeditione hac mortuus fuerit, nos eum Sanctorum meritis, & totius Eccleſiæ Catholicę precibus, à ſuorum vinculis peccatorum abſolvimus. Cæterùm qui pro eodem Domini ſervitio vel laborant, vel laboraverint, & qui præfatę urbis Eccleſię à Sarracenis & Moabitis dirutę, unde reficiatur, & clericis ibi Deo famulantibus, unde paſcantur, aliquid donant, vel donaverint; ſecundùm laborum ſuorum & beneficiorum ſuorum Eccleſię impenſorum quantitatem, ad Epiſcoporum arbitrium in quorum parochiis degunt, pœnitentiarum ſuarum remiſſionem & indulgentiam conſequantur. Data Aleſti, quarto Idus Decembris.

NOTÆ IN HANC EPISTOLAM.

5. SEcundum laborum & beneficiorum ſuorum Eccleſiæ impenſorum quantitatem, ad Epiſcoporum arbitrium &c. remiſſionem & indulgentiam conſequantur.] Partialis indulgentia à Pontifice datur, ſed quantitas ab Epiſcopo aſſignanda. Non abs re ſanè, cùm paria non ſint omnium ſcelera & merita, ſanitas & infirmitas. Hanc Epiſtolam in Synodo recognoverunt Epiſcopi, & eorum unuſquiſque eandem abſolutionem poſt Pontificem fecerunt, & confirmârunt his verbis: *Ego Bernardus Toletanæ Eccleſiæ Archipræſul hanc abſolutionem facio & confirmo.* Sic & cæteri. Poſtea ad eleemoſynas colligendas eam ſic ſubſignatam, cum Epiſtola in diverſas provincias per archidiaconum miſerunt. Omnium hujus generis indulgentiarum hæc forſan eſt antiquiſſima. MORINUS lib. 10. *De Pœnit.* cap. 23.

His acceptis, idem Petrus ordinatus Epiſcopus Cæſar-auguſtanus, ſuis additis literis, ejuſmodi indulgentiarum diploma per univerſum Chriſtianum Orbem promulgandum ſtuduit, ita ſcribens. BINIUS.

EPISTOLA ENCYCLICA

Epiſcoporum Hiſpaniæ ad omnes orthodoxos, juxta præſcriptum Gelaſii II. Papæ, in gratiam eorum qui auxilium ſive eleemoſynam contulerint Eccleſiæ Cæſar-auguſtanæ, paullò antea Sarracenis ereptæ.

Univerſis mundi Eccleſiæ fidelibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris, omnibus Catholicæ fidei cultoribus, Petrus, licèt indignus, Cæſar-auguſtanus Epiſcopus, ſalutem & benedictionem.

6. Divina ſavente clementia, veſtriſque precibus, & fortium virorum audaciâ, Cæſar-auguſtanam urbem Chriſtianis manibus ſubjogari, ac Beatæ & glorioſæ Virginis Mariæ Eccleſiam, quæ diu (proh dolor!) ſubjacoit Sarracenorum ditioni, liberari ſatis audiviſtis: quam beato & antiquo nomine ſanctitatis ac dignitatis pollere noviſtis. Adhuc tamen prioris captivitatis mœrore confectam, omnibus peoè egere ſapiatis: tum quia non habent unde dirutæ Eccleſię præfatę parietes & ornamenta reſtitui valeant; tum quia clerici ibidem divino famulatui die nocteque vacantes, unde vivant non obtinent. Veſtram itaque deprecamur clementiam, quòd ſi corporali præſentia illam viſitare nequitis, ſaltem eleemoſynarom veſtrarum oblatione clementer viſitetis, illud Pſalmographi recolentes: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Pſal. 40. Illis verò, qui præfatę Eccleſiæ neceſſariorum ſolatio deſtitutæ, atque ſuæ paupertatis gemitibus coodoloerint, & uoū denarium, vel quot valeant, ad ejos reſtaurationem miſerint, oos eis divinâ clemeotiâ, ac domini Gelaſii Papę auctoritate freti (exemplar literarum crucis, quas in noſtra Eccleſia ſignatas habemus, in ſuprà ſcripta pagina ſcriptum inveoietis) atque domini Bernardi Archipræſulis Toletani, & ſanctæ Romaoæ Eccleſiæ Legati, ad omnium Epiſcoporum Hiſpanię :::: pœniteotiæ remittimus. Alii equidem juxta beneficiorum ſuorum quantitatem, & operum ſuorum meritum, delictorum ſuorum conſequantur remiſſiooem.

7. Qui honc noſtrum archidiaconum nomioe Miorandum, & ſocios ſuos, præſentium literarum latores, benignè ſuſceperint, vel eis cooſuluerint, à Domino vitam conſequantur æternam. Valete.

Ita Petrus Epiſcopus Cæſar-aoguſtanus: qui, ut audiſti, unà cum his & literas Apoſtolicas miſit, haſque omnes ſubſcriptione munitas, tum Bernardi Archiepiſcopi Toletani, tum aliorum Hiſpanię Epiſcoporum in huoc modum.

Ego Bernardus Toletanę Eccleſię Archipræſul hanc abſolutionem facio & confirmo.

Ego Suboſcitanus Epiſcopos hanc abſolutiooem facio & confirmo.

Ego Sanctius Calagurritanus Epiſcopus hanc abſolutionem facio & confirmo.

Ego Guido Laſcurrenſis Epiſcopus hanc abſolutionem facio & confirmo.

Subſcriptus quoque his reperitur Apoſtolicæ ſedis Legatus, qui tunc morabatur in Hiſpania, hoc itidem modo.

Ego Boſo ſacrę Romanæ Eccleſię Cardinalis hanc abſolutionem facio & confirmo.

NOTA BINII.

8. Hactenus venerandæ antiquitatis monimenta, Hierooymi Blancæ induſtriâ in lucem prodita in Commentariis rerum Aragonenſium ex Cæſar-auguſtano tabolario, qoibus indulgentiarum promulgandarum priſtinus mos reſeratur, pariterque antiquus cultus religioſiſſimæ Eccleſię beatiſſimę Virginis, de Pilari nuncupatę, quæ hactenus non ſolùm Hiſpaoorum populorom, ſed externorum etiam viſitatione frequentatur, univerſo Chriſtiano Orbi illuſtri fama notiſſima.

Digitized by Google

CONCILIUM TOLOSANUM

Celebratum pro ſacra in Hiſpaniam expeditione adverſus Sarracenos.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

9. *Hujus Concilii ſupereſt memoria in Chronico Malleacenſi, ad annum MCXVIII. tribus verbis.* Toloſæ (*inquit*) fuit Concilium, in quo confirmata eſt via de Hiſpania. *Hoc ſcilicet anno ſuſceptam eſſe ſacram expeditionem à Chriſtianis in Hiſpaniam proficiſcentibus adverſus Sarracenos & Moabitas, diſcimus tum ex Epiſtola Gelaſii Papæ, ſcripta exercitui Chriſtianorum civitatem Cæſaraugustanam obſidenti; tum ex hoc ipſo Malleacenſi Chronico, in quo poſt pauca ſubjicitur:* VIII. Idus Decembr. fuit bellum in Hiſpania inter Ildephonſum & Reges plures, & Aucaetas, & contra innumerabiles Moabitas. *Et mox:* Rex Maroach fuit unus, Rex Granada unus, Rex Tamit frater alius, qui fugit: & omnes alii victi, & capti, & occiſi ſunt in bello. III. Id. Decembr. ſubacta eſt Cæſar-auguſta, & poſt eam reddiderunt ſe alię civitates octo, & plurima caſtella.

* Aliàs VI. apud Labbeū.

CALLISTI II. PAPÆ EPISTOLA * I.

Ad Pelagium Bracarenſem Epiſcopum.

De privilegiis ejuſdem Eccleſiæ.

10. BRacarenſem Metropolim inſignem quondam fuiſſe, atque inter Hiſpaniarum regna multis & dignitatis & gloriæ titulis claruiſſe, tam antiquę nobilitatis indicia, quàm & veterum ſcripturarum teſtimonia manifeſtant. Verùm quia conſiſtentis in ea populi peccata corrigere divinę diſpoſitioni complacuit; irruentibus Mauris ſeu Moabitis, & Metropolis dignitas imminota, & parochiarum termini ſunt confuſi. Sanè poſt longa temporom interſtitia, divina rurſus miſeratio Metropolim reſtituere, atque parochias ex parte maxima dignata eſt ab infidelium tyrannide liberare. Unde dominus prędeceſſor noſter ſanctæ memoriæ Paſchalis Papa priſtinam ei dignitatem redintegrans, ſua quæque membra ei per Apoſtolicę ſedis privilegium counivit. Ejus itaque nos veſtigia ſubſequentes, chariſſime frater & Coëpiſcope Pelagi, Bracarenſi Eccleſie, cui Deo auctore præſides, integram ipſam orbem Bracaram cum cauto illo integro, quod Comes Henricus & uxor ejus Theraſia eidem Eccleſię contulerunt, & cum terminis Bracarenſis Epiſcopatus, ſicut in deſcriptione prędicti domini continetur, præſentis privilegii paginâ confirmamus: & eidem Bracarenſi Metropoli Gallæciam provinciam, & in ea Epiſcopalium Cathedrarum urbes redintegramus; item Aſturicam, Lucum, Tudam, Mindunium, Auriam, Portugale, Colimbriam, & Epiſcopalis nominis nunc oppida Niſeum, Lamecum, Egitaniam, Britoniam, cum parochiis ſuis.

* Aliàs XXXIII. apud Labbeum.

EPISTOLA *II.

Ad Bernardum Toletanum Primatem.

Circa jura Primatus Toletani.

ANNO CHRISTI MCXXII.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Bernardo Toletano Primati, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

11. POſtquam ſupernæ miſerationis dignatio inſignem quondam inter Hiſpaniarum urbes magni nominis civitatem Toletanam, ſtudio & labore glorioſæ memoriæ Regis Ildephonſi de Sarracenorum tyrannide liberaverunt; domini prędeceſſoris noſtri ſanctæ recordationis Urbanus & Paſchalis Eccleſiæ Romanæ Pontifices, ejuſdem civitatis Eccleſiam

cleſiam priſtinæ ſtuduerunt reſtituere dignitati. Unde, reverendiſſime frater & Coëpiſcope Bernarde, pallium tibi, Pontificalis videlicet officii plenitudinem, conferentes, in totis Hiſpaniarum regnis Primatem te privilegiorum ſuorum ſanctionibus ſtatuerunt: ſicut prędeceſſores tuos, prædictę urbis Pontifices, conſtat antiquitus exſtitiſſe. Quorum nimirum patrum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes, tam tuis, quàm & reverendiſſimi nepotis noſtri Ildephonſi Regis precibus, duximus annuendum: ut auctore Domino, eundem tibi tuiſque ſucceſſoribus honorem, & per vos Toletanę Eccleſię confirmamus.

12. Apoſtolica igitur auctoritate ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum regna Primatûs obtineas dignitatem. Verùm perſonam tuam in manu noſtra propenſiori gratiâ retinentes, cenſemus, ut ſolius Romani Pontificis judicio ejus cauſſa, ſi qua fuerit, decidatur. Te itaque univerſi Hiſpaniarum Præſules Primatem reſpicient; & ad te, ſi quid inter eos quæſtione dignum exortum fuerit, referent: ſalva tamen in omnibus Romanæ Eccleſiæ auctoritate, & ſalvis Metropolitanorum privilegiis ſingulorum. Sanè Toletanam Eccleſiam præſentis privilegii ſtabilitate munimus, Complutenſem ei parochiam cum terminis ſuis, necnon & Eccleſias omnes, atque diœceſes, quas jure proprio antiquitus poſſediſſe cognoſcitur, confirmantes. Epiſcopales præterea Sedes Ovetum, Legionem, Palentiam, eidem Toletanæ Eccleſiæ, tanquam Metropoli, ſobditas eſſe decernimus. Reliquas verò, quæ antiquis ei temporibus ſubjacebant, cùm Dominus omnipotens Chriſtianorum reſtituerit poteſtati, ſuæ dignatione miſericordiæ, ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate ſancimus.

13. Porrò illarum diœceſes civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropólitanos proprios amiſerunt, eo tenore vêſtræ ſobjicimus ditioni, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi, ut proprio, debeant ſubjacere: ſalvo tenore privilegii, quod à nobis Compoſtellanæ Eccleſiæ Pontifici eſt collatum. Si quæ autem Metropoles in ſtatum fuerint proprium reſtitutæ, ſuæ quæque diœceſis Metropolitano reſtituatur: ut ſub proprii paſtoris regimine ſuper divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens, &c.

Datum Mantiæ per manus Chryſogoni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, III. Nonas Novembris, Indictione XV. Incarnationis Dominicæ anno MCXXII, Pontificatûs autem domini Calliſti II. Papæ anno III.

EPISTOLA * III.

* Ità XXXIII. apud Labbeū.

Ad eundem.

ANNO CHRISTI MCXXII.

Ejuſdem argumenti.

14. PRO bonitate tua, & antiqua Toletanæ Eccleſiæ nobilitate, dominus prædeceſſor noſter ſanctæ memoriæ Paſchalis Papa, & perſonam tuam, & eandem commiſſam tibi Eccleſiam ſpiritualiter honoravit, unde ſuum te vicarium in partibus Hiſpaniarum conſtituit, & Sedis Apoſtolicæ legationem tibi honorificè commendavit. Et nos circa te, benignitatem, & gratiam attendentes, pari te dilectione amplectimur, & honorificentiâ honoramus, eandem tibi legationem totam, cooperante Domino, tribuentes: exceptis nimirum Bracarenſi & Emeritana Metropoli. Ad ejuſdem quoque patris noſtri exemplar, omnes tibi Eccleſias cum poſſeſſionibus & reditibus ſuis concedimus; & confirmamus, quas ipſe idem dominus & pater noſter cognoſcitur conceſſiſſe: ſalvo tamen in omnibus jure & dominio Romanæ Eccleſiæ, necnon cenſu annis ei ſingulis perſolvendo. Tui enim de cætero eſt, frater Bernarde, ita ſupradictam matrem tuam Eccleſiam Romanam diligere, ita, licèt in remotioribus partibus, venerari, ut ejus ſemper gratiâ & magnificentiâ dignior habearis. Datum Mantiæ III. Nonas Novembris.

* Alias XXXIV. apud Labbeum.

EPISTOLA * IV.

Ad Ovetenſem & Legionenſem Epiſcopos.

ANNO CHRISTI MCXXII.

Ut Toletano Primati ſubjaceant.

15. PRædeceſſor noſter ſanctę memorię Urbanus Papa antiquam Toletanæ Eccleſiæ nobilitatem cognoſcens, ejuſque paupertati compatiens, Ovetenſem & Legionenſem Eccleſias Archiepiſcopo Toletano conceſſit, & ſcripti ſui auctoritate firmavit. Ad cujus exemplar nos prædictæ Eccleſiæ decernimus auxiliante Domino providere. Monemus itaque fraternitatem veſtram, atque præcipimus, ut Toletano Archiepiſcopo atque Primati tanquam Metropolitano proprio reverentiam & obedientiam impendatis. Datum Mantiæ III. Nonas Novembris.

* Aliàs XXXV. apud Labbeū.

EPISTOLA * V.

Ad Epiſcopos, Abbates, & cæteros in Hiſpania.

ANNO CHRISTI MCXII.

Ut Bernardo Toletano Primati tanquam Apoſtolico Legato pareant.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Præpoſitis, necnon & cæteris, tam clericis quàm laicis, per Hiſpanias conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

16. NOtitiam veſtram latere non credimus, quòd domini prædeceſſores noſtri ſanctæ recordationis Urbanus, & Paſchalis, Eccleſię Romanæ Pontifices, venerabilem fratrem noſtrum Bernardum Toletanum Primatem affectione præcipua dilexerunt, & tanquam ſpecialem filium honorârunt. Etenim ei ſuas vices in veſtris partibus committentes, Legatum eum Sedis Apoſtolicę ſtatuerunt. Et nos ergo eandem ei dilectionem, & eandem gratiam exhibentes, noſtras ei vices, noſtramque ſimiliter legationem duximus committendam. Rogamus igitur univerſitatem veſtram, monemus, atque precipimus, ut ei ſicut Legato noſtro humiliter obedire, & ſynodales cum eo ad vocationem ejus celebrare conventus, cùm Eccleſiaſticę utilitatis cauſſa exegerit, procuretis: quę parante Domino corrigenda corrigere, & confirmanda communibus auxiliis confirmare. Datum Mantiæ III. Nonas Novembris.

* Ex Diego lib. 2. *De Comitibus Barcinonenſibus* cap. 103.

EPISTOLA * VI.

Ad Oldegarium Archiepiſcopum Tarraconenſem.

ANNO CHRISTI MCXXIII.

Vices ſuas illi committit ad fidelium defenſionem & Eccleſiarum reparationem.

Calliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis, Regibus, Comitibus, Principibus, cæteriſque Dei fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

17. PAſtoralis officii nobis à Deo commiſſi ſolicitudo depoſcit, ut omni vigilantia & circumſpectione gregem Dominicum & cuſtodiamus & paſcamus. Hiſpaniarum ſiquidem Eccleſia quot calamitatibus, quot filiorum Dei mortibus per paganorum oppreſſionem aſſiduè conteratur, neminem veſtrûm latere credimus. Ea propter dile-

dilectionem veſtram tanquam Deo (cujus legatione fungimur) exhortante per nos, admonemus, & tanquam chariſſimos filios precibus, quibus poſſumus, incitamus, quatenus ad fratrum defenſionem, & Eccleſiarum liberationem, inſudare nullatenus deſiſtatis. Omnibus enim in hac expeditione conſtanter militantibus, eandem peccatorum remiſſionem, quam Orientalis Eccleſiæ defenſoribus fecimus, Apoſtolica auctoritate, & conceſſa nobis divinitus poteſtate, benignè concedimus. Illis autem qui ſignum crucis ſuis veſtibus hac de cauſſa impoſuerunt, ſi ab hoc Paſchate uſque ad aliud votum ſuum perſolvere non ſatagerint, à gremio deinceps ſanctæ Eccleſiæ, donec ſatisfaciant, ſummovemus.

18. Verùm quia exercitum veſtrum per nos, ut deſideraremus, viſitare nequimus, chariſſimum fratrem noſtrum Oldegarium Tarraconenſem Archiepiſcopum, ad ipſum ex latere noſtro delegare curavimus, noſtras ei vices in hoc ſpecialiter committentes, ut ipſius conſilio & diſpoſitione corrigenda corrigantur, & confirmanda cooperante Domino confirmentur. Si quæ verò dubia in exercitu eodem emerſerint, ipſius experientiâ terminentur. Ipſum itaque dilectioni veſtræ attentiùs commendamus: rogantes, ut illam in vobis inveniat charitatem, quæ nos ad eum vobis committendum compellit. Omnipotens Dominus beatorum ſuorum Apoſtolorum Petri & Paulli meritis, ſua nos miſeratione cuſtodiat, & ad glorioſam de inimicis Chriſtianorum victoriam, & felicem conſummationem pervenire concedat. Dat. Laterani quarto nonas Aprilis.

CONCILII LATERANENSIS I. GENERALIS,

Sub eodem Calliſto II. Papa congregati

ANNO CHRISTI MCXXIII.

CANON UNDECIMUS.

De iis qui Hieroſolymitanum, vel Hiſpanicum iter ſuſcipiunt.

19. EIs qui Hieroſolymam proficiſcuntur, & ad Chriſtianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam, efficaciter auxilium præbuerint, ſuorum peccatorum remiſſionem concedimus, & domos & familias atque omnia bona eorum in Beati Petri & Romanę Eccleſiæ protectione, ſicut à domino noſtro Papa Urbano ſtatutum fuit, ſuſcipimus. Quicumque ergo ea diſtrahere vel auferre, quamdiu in via illa morantur, præſumpſerint, excommunicationis ultione plectantur. Eos autem, qui pro Hieroſolymitano vel Hiſpano * itinere cruces ſibi in veſtibus poſuiſſe noſcuntur, & * eas dimiſiſſe, cruces iteratò aſſumere, viam * ab inſtanti Paſcha uſque ad ſequens proximum Paſcha perficere, Apoſtolica auctoritate præcipimus. Alioquin ex tunc eos ab Eccleſiæ introitu ſequeſtramus; in omnibus terris eorum divina officia, præter infantium baptiſma, & morientium pœnitentias, interdicimus.

* *Al.* Hiſpanico.
* *Al.* viam.
* *Al.* & via. Vide Conc. Later. Gen ſub Innoc. II. c. 10.

NOTA STEPHANI BALUZII.

20. HIſpanicum illud iter, cujus meminit hic Canon, non erat ſimplex peregrinatio religionis ergô; ſed ad exemplum Urbani II. qui belli ſacri in Oriente gerundi auctor fuit, ſucceſſores ejus bellum quoque ſacrum in Hiſpania fieri adverſus Sarracenos decreverunt: eandemque peccatorum indulgentiam euntibus ea de cauſſa in Hiſpaniam conceſſerunt, quæ Orientalis Eccleſiæ defenſoribus conceſſa fuerat in Concilio Claromontano. Nam in archivo Eccleſiæ Barchinonenſis habetur Epiſtola Calliſti II. ad univerſos Chriſtifideles (data fortaſſis ex iſto Lateranenſi Concilio, cùm data ſit Laterani IV. nonas Aprilis) quâ pugnantibus in Hiſpania adversùm Sarracenos eandem peccatorum remiſſionem concedit, quæ Orientalis Eccleſiæ defenſoribus concedi ſolet. At in Concilio Claromontano ſub Innocentio II. Papa celebrato, quod nondum editum eſt, mandatur incendiariis, quę peſtis tunc in Occidente graſſabatur, ut Hieroſolymam vel in Hiſpaniam pergant, illic anno integro belligeraturi. Præterea exſtat in archivo regio Barchinonenſi Epiſtola Hadriani IV. quâ Raymundum Comitem Barchinonenſem, totamque terram ejus, ſub Beati Petri, ac ſua protectione ſuſcipit, quamdiu pugnaverit contra Sarracenos. At in Concilio habito apud Montem-peſſulanum in prima Narbonenſi, anno MCXCV. cui præfuit magiſter Michaël ſedis Apoſtolicæ Legatus, ab uſurarum ſolutione ita liberantur illi qui in Hiſpaniam pergunt, ut etiam fideijuſſores eorum cogi non poſſint ad earum ſolutionem.

DE DISSIDIO TOLETANI ET COMPOSTELLANI ARCHIEPISCOPORUM

Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXIV. Pontificatus autem domini Calliſti Papæ anno VI.

Ex compendio hiſtoriæ Compoſtellanæ MS. auctore Munione Adephonſiade, fol. 70.

21. EO tempore qoo ſupramemorati Legati pro hoc privilegio inſigillando & confirmando Romam profecti ſunt, maxima diſſenſio inter dominum Compoſtellanum & dominum Toletanom exorta erat. Toletanus enim totius Hiſpaniæ legationem diutinè obtinoerat; ſed dominus Papa Calliſtus ipſius legationis partem, Toletano ſobtractam, domino Compoſtellano ob B. Jacobi reverentiam, & ob fidelem obedientiam qoam Romanæ Eccleſiæ aſſidoè exhibuerat, tunc temporis contulerat, & vices ſuas in duabus proviociis, Bracarenſi videlicet & Emeritaoa, exſequendas, ipſi Compoſtellano commiſerat. Unde Toletanos non modicâ irâ accenſus, & vehementi mœrore affectus, ita graves inimicitias in Compoſtellanum exercebat, ut & ipſios legationem quibuſcumque modis poterat impugoando cooturbaret, & Emeritaoam dignitatem à domino Papa illi jam conceſſam, violenter atque impudenter uſurparet. Salamanticenſem namque Epiſcopum, cujus ordinatio & conſecratio ad dominum Compoſtellaoum canonica ioſtitutione pertinebat, quia ipſius ſuffraganeus erat, abſque conſilio & voluntate comprovincialium, & contra ſanctorum Patrum inſtituta, atque ſacrorum Canonom decreta, conſecravit & ordinavit. Epiſcopos qooque, & Abbates, & perſonas Eccleſiaſticas domino Compoſtellano, nt Legato & Metropolitano obedire volentes, neglectâ juſtitiæ regolâ, & inconſiderata ambitione interdicebat. Bracarenſi etiam & Colombrieoſi literas ſuas direxit, in quibos utromqne ne domioo Compoſtellano aliqoo modo obedirent, omnimodo prohibebat. Ipſi etiam Compoſtellano, nę abſqne ſuo conſilio Conciliū celebraret, per hojuſmodi literas mandavit & interdixit.

Literæ Toletani ad Compoſtellanum, de interdictione Concilii.

22. B. Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, & S. R. E. Legatus, dilecto in Chriſto fratri, & Coëpiſcopo Compoſtellano, dnmno D. ſalotem. Veſtræ dilectionis literas nobis delegatas vidimus, in quibus vos, mediante Quadrageſima, Compoſtellę Concilium celebrare diſpoſuiſſe, & conſecratum Salamantinum ſcilicet Epiſcopum advocâſſe, nobis innotuiſtis. Miramur inde admodùm ſuper veſtræ calliditatis ſenſu tam præſumptuosè vos agere, præſertim cùm vos ignarum non credimos, literas domini Papæ Calliſti Archiepiſcopis per Hiſpanias conſtitutis, atque Epiſcopis, Abbatibus, & Præpoſitis, clericali etiam ordine, atque laïcali generaliter deſtinatis, vidiſſe; in quibus nec veſtri, nec alterius perſonam excepit, ut mihi tamqoam Romanæ ſedis Legato, & Romani Pontificis vicario, obedientiam & reverentiam exhiberent, & vocati ad Synodum, ot qoę emendanda eſſent, noſtri conſilio emendarentur, ooanimiter accederent. Contra hujoſmodi inſtitutionis auctoritatem hactenns nullum à domioo Papa decretum huic auctoritati contrarium recepimus. Videtur etiam nobis, vos contra ſanctorom Patrom definitiones, & venerandarum legom ſaoctiones egiſſe, & ſacrorum Canonum præcepta violenter quaſsâre: quia quod veſtrum non eſt, nec etiam ad vos pertinet in noſtræ legationis catalogo, non juſſus, non rogatos, prę ſumitis uſurpare.

23. Unde ex parte B. Petri Apoſtolorum Principis vobis interdicimus, ut abſque noſtri conſilio, noſtraque juſſione præcedente, Generalem Synodum nullo modo celebrare præſumatis. Epiſcopis deniqoe & Abbatibos Bracarenſis Eccleſiæ ditioni ſubditis noſtræ ſocietatis participare volentibus, ne veſtræ interſint Synodo, omnimoditer prohibemus. Quia veſtris in ſcriptis, vos & Eccleſiam veſtram nos gravâſſe & injuriâſſe de Salmantini Epiſcopi conſecratione nobis imponitis, noſtra conſcientia, ut in aliqoo vobis iojuriam feciſſemus, nequaquam accuſat. Quod enim fecimus, Romanorum Pontificum auctoritate, domioi ſcilicet Urbani & Paſchalis, necnō & Gelaſii, & domini Calliſti, qui totios Orbis Chriſtianitati modò præſidet, egimus. Qui inter cætera, privilegio ſuo nobis miſſo & dato inſeruit, ſic affirmaos: *Illarum etiam civitatum diœceſes, quæ Sarracenis invadentibus,*

dentibus, Metropolitanos proprios perdiderunt, veſtræ ditioni eo tenore ſubjicimus, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi, ut proprio ſubjaceant, & obediant. Hac verò auctoritate fulti, dictum Epiſcopum, quia noſtræ poteſtatis erat, nullam vobis, nec Eccleſiæ veſtræ injuriam facientes, ad Pontificis honorem ſublimavimus. Conſtat nimirum vos multò majorem nobis injuriam intuliſſe, qui dum noſtrum vos fingebatis amicum, noſtræ Eccleſiæ dignitatem & honorem totis viribus clam & furtivè imminuere, & ſubripere ſi poſſet, memet auferre operam dediſtis.

24. Unde ſuper etiam Abulenſem Epiſcopum, juri Eccleſiæ noſtræ deditum, contra fas, & contra legem conſecrâſtis, cujus electionem ſortilegam, non canonicè à clericis, immo ab ineruditiſſimis laïcis actam refutavimus, & canonicè quaſſavimus. Omnibus etiam patet, quantam in hoc ſuſtinuerimus injuriam. Proinde veſtræ ſuggerimus, & ſuggerendo præcipimus, ſtrenuitati, ut de his omnibus ſatisfacturus nobis, Dominicâ primâ poſt octavas Paſchæ Legionem veniatis, & pro Primatu obedientiam, quam ſacri Canones Metropolitanis Primatibus ſuis exhibere præcipiunt, nobis exhibeatis. Si autem ſtatutò die ad nos venire contempſeritis, proculdubio ſciatis, nos canonicam in vos extorquere ſententiam velle.

25. His literis ampulloſis, & arrogantia atque garrulitate plenis, dominus Compoſtellanus à tramite veritatis non devians, juſtitiæ & rationis regulam ſolicitè obſervans, hujuſmodi literis humilibus & rationabilibus, more probi & ſapientis viri, reſpondit.

Literæ Compoſtellani ad Toletanum, de reſponſione interdictionis, & aliorum ſibi ab illo objectorum.

26. FRatri in Chriſto dilecto domino Bernardo Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopo, & S. R. E. Legato, Didacus divino nutu Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, & ejuſdem S. R. E. Legatus, quæ agenda ſunt ſubtiliùs inſpicere, & inſpecta ſolicitiùs & firmiùs obſervare. Literis veſtræ prudentiæ diligenter inſpectis, quanto inconſtantiæ atque levitatis vento veſtri ſenſus maturitas agitetur, evidentiſſimè deprehendimus. Camerarius ſiquidem veſter dominus P. Cluniacenſis monachus, quaſdam nobis literas, quas adhuc habemus, nuper detulit, in quibus continebatur, quòd quicquid ex veſtra parte nobis promitteret & adſtrueret, pro certo haberemus. Ipſe autem inter cætera, quæ coram domina Regina, & coram domino Munione Vallibrienſi Epiſcopo, ex veſtra parte nobis nunciavit & promiſit, duo præcipuè ipſis præſentibus affirmavit: vos de Salamantini Epiſcopi conſecratione minus canonica, juſtè & canonicè nobis velle ſatisfacere, & ipſum Salamantinum, ad faciendam nobis debitam profeſſionem, vel dictante & delegante, venturum eſſe. Cujus legationis dulcedine, & etiam domini B. nepotis veſtri, qui cum cappellano domini Papæ in noſtram curiam venerat, precibus, ſed maximè veſtri amore perſuaſi, inducias ipſi conſecrato de facta interdictione uſque ad feſtum S. Stephani conceſſimus. Nunc autem alias, longè ab illis literis diverſas, & omnino contrarias, à veſtro nuncio ſuſcepimus, in quibus manifeſtè apparet, vos non ſolùm malè actorum nondum pœnitere; verùm etiam malè acta importunè velle defendere. Quod quantum ſit veſtræ perſonæ & dictu & factu abſurdum, & regulæ juſtitiæ omnino contrarium, etiam minus eruditis clariùs luce manifeſtū eſt.

27. Unde ſuper veſtra prudentia, quæ & noſtram legationem ſumpto domini Papæ edicto, turbare totis niſibus contendit, & noſtræ dignitatis jura uſurpare non deſinit, non irrationabiliter demiramur, cùm vos non ſolùm de collata nobis Archiepiſcopatus dignitate, verùm etiam de noſtræ legationis confirmatione, per domini Papę literas dudum nobis delegatas, ſæpè numero certi facti ſitis. Miramur etiam qua fronte de Avilenſis Epiſcopi conſecratione, cujus nos redarguitis, mutire audeatis; cùm & ipſe noſtræ Eccleſiæ ſuffraganeus ſit, & ipſius electio à novem Epiſcopis, & duobus Archiepiſcopis, nécnon à Romano Cardinale Bernardo, qui Eccleſiæ Romanæ Legatus ad vos venerat, canonicè diſcuſſa, canonica inventa ſit, & ab omnibus canonicè approbata. His præmiſſis, pauca vobis de interdictione noſtri Concilii, non ampulloſè neque irrationabiliter, reſpondemus.

28. Cùm Romanorum Pontificum domini Urbani, domini Paſchalis, domini Calliſti privilegiis & auctoritatibus nos & Eccleſiam noſtram ab omnium Prælatorum ditionibus, ſolius domini Papæ ditione excepta, abſolutos & omnino liberos eſſe conſtet; nos neque ut Primati, neque ut Legato, neque ut Archiepiſcopo vobis obedituros eſſe procul dubio noveritis. Adhuc veſtræ memoriæ ſuggerimus, quòd ad colloquium inter nos & vos, domina Regina mediatrice, apud Legionem determinato tempore conſtitutum eramus ituri, & pacem atque priſtinam amicitiam ſapientum conſilio vobiſcum reformaturi. Sed auditis literarum veſtrarum ampullis & falſis impoſturis, nec veſtrum colloquium adire, nec vobiſcum ullam amicitiam reformare ſtatuimus, niſi priùs de Salamantini Epiſcopi conſecratione, & de cæteris injuriis quæ patentes ſunt nobis, ſatisfacere ſtudueritis. Harum autem nugarum & impoſturarum culpam non vobis, qui tantæ perſpicuitatis antehac eſſe ſolebatis; ſed veſtris conſiliariis veſtram gravitatem ad illicita per ambitionem impellentibus, meritò imponimus. Poſtremò veſtræ diſcretioni ſuggerimus, & beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli auctoritate, necnon ex parte domini Calliſti Papæ ſuggerendo præcipimus, ne noſtram legationem, aut noſtri Archiepiſcopatus dignitatem conturbare aut uſurpare ampliùs præſumatis.

OLDEGARII ARCHIEP. TARRACONENSIS

EPISTOLA

Ad Raymundum Epiſcopum Auſonenſem ſuffraganeum ſuum.

Reſpondet conſultationi circa puerum ludentem, qui alium impedivit, ita ut caput ejus frangeretur &c. an irregularis habendus ſit.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCXXIV.

Ollegarius Dei gratiâ Tarraconenſis Archiepiſcopus, venerabili fratri Raymundo Auſonenſi Epiſcopo ſalutem.

Ex Baluzio tom. 2. *Miſcell.*

29. DE juvene illo ſuper quo me conſuluiſtis ut vobis conſulerem, qui puer puerum, ludens ludentem impedivit ad caſum quòd caput frangeretur, hoc nobis reſpondendum videtur. Quoniam ille vulneratus poſtmodum, ut fertis, convaluit, & poſt dies non multos in langoorem recidens, defunctus eſt, rem quidem dubiam certâ determinare ſententiâ minimè poſſumus. Ambiguum namque videtur, utrum ex occaſione vulneris, aut ex incuria, aut ex alio aliquo, ut aſſolet, accidenti recidivus, eum languor oppreſſerit. Verùm quoniam Beati Auguſtini, & aliorum Doctorum conſilia nos edocent talia incerta in meliorem ſemper partem interpretari debere; de confidentia Dei, cujus miſericordia melior eſt ſuper vitas, præſumentes, hunc bonæ indolis juvenem laudamus in Eccleſia Dei ad minores gradus poſſe provehi. Si verò laudabilis vita & honeſta morum converſatio cum ætate proficiens, ipſum canonico tempore acceptabilem commendaverit, ſacros nihilominus gradus mediante Dei gratia ſortiri poterit.

Ollegarius Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Raymundus Dei gratiâ Auſonenſis Epiſcopus.

CONCILIUM PALENTINUM

Celebratum Era MCLXVII. ideſt anno Chriſti MCXXIX.

Ex lib. 3. *Hiſtoriæ Compoſtellanæ* Munionis Adephonſiadis, ſcriptoris ejuſdem temporis.

A nobis primò editum ex MS. Mondexarenſi.

30. ADephonſus Hiſpaniarũ Rex, venerandæ memoriæ Adephonſi Regis nepos, & illuſtris Reginæ dominę Urracæ, & egregii Comitis Raymondi filius, totam ferè Hiſpaniam poſt mortem ſui avi & ſuæ matris conturbatam eſſe videns, Concilium in Palentina civitate primâ hebdomadâ Quadrageſimæ, Erâ MCLXVII. celebrare diſpoſuit, & omnes Hiſpaniæ Epiſcopos, Abbates, Comites, & Principes, & terrarum poteſtates ad id Concilium invitavit, ut juxta eorum conſilium & arbitrium urticas ſcelerum, quæ poſt mortem ſui avi præfati Regis, & poſt obitum ſuæ matris prędictæ Reginę, in Hiſpania exortæ fuerant, falce juſtitię exſtirparet, & prava in directa converteret.

DECRETA PONTIFICUM.

31. QUia in Eccleſia Dei & in pauperibus Chriſti multa mala fieri videmus, & regnum Imperatoris noſtri domini Adephonſi, filii Comitis Raymundi & Reginæ dominæ Urracæ, à quibuſdam pravis hominibus diſtrahi & minui & diverſis modis corrumpi

rumpi dolemus; iccircò ego Raymundus Toletanæ ſedis Archiepiſcopus & Primas, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatus, unà cum Pontificibus, quorum inferiùs nomina ſcripta eſſe videntur, & Imperatore noſtro Adephonſo præſente atque favente, firmam unitatis ſtabilitatem inter nos facere ſalubre duximus: quâ ſiquidem indiſſolubili vinculo charitatis ſtatuimos, ut deinceps & virtute concordiæ uniti, & circa ſalutem fidelium præduce juſtitia laboremus, & ſupradicti Imperatoris noſtri ejuſque regni provida circumſpectione auctore Deo vigilemus.

I.

32. Pro ſtatu igitur ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & totius regni ſalute Concilium celebrantes Palentiæ, inter cætera, hæc ſequentia unanimiter ſtatuimus, ut nullus proditorem publicum, & latronem, raptòrem, perjurum, & excommunicatum, ſecum habeat, vel apud ſe retineat.

II.

33. Præcipimus etiam, ut nemo Eccleſiam infra octoginta quatuor paſſus jure hæreditario poſſideat; utque oblationes excommunicatorum & decimæ non ſuſcipiantur.

III.

34. Principes terrarum ſine juſto judicio non exſpolient populum, qui ſub eis eſt.

IV.

35. Eccleſiæ non dentur laïcis pro præſtimonio vel villicatione.

V.

36. Concubinæ clericorum manifeſtè ejiciantur.

VI.

37. Eccleſiæ, & hæreditates, & familiæ, quæ fuerunt ſedium & monaſteriorum, ubicumque fuerint, eis reſtituantur.

VII.

38. Monachi vagi ad propria monaſteria reduci compellantur, nec Epiſcopi eos retineant ſine licentia ſuorum Abbatum.

VIII.

39. Nullus excommunicatos alterius recipiat.

IX.

40. Adulteros & inceſtuoſos omnino ſeparari jubemus.

X.

41. Ut clerici per manus laïcorum Eccleſias nec ſuſcipiant nec recipiant, neque vicarii Epiſcoporum conſentiant.

XI.

42. Ut Epiſcopi diſſidentes ad concordiam pro debito ſui officii compellant.

XII.

43. Clericos, monachos, viatores, mercatores, peregrinos, ſola limina petentes, & mulieres, ſiquis invaſerit, monaſterio, vel exſilio depotetur.

XIII.

44. Portaticum nemo ſuſcipiat, niſi in illis locis, in quibus accipi ſolebat temporibus Regis domini Adephonſi; & eodem modo boves nemo rapiat, vel pignoret, vel furetur; ſed ſtent in pace in toto noſtro regno.

XIV.

45. Regi omnes ſine dolo & pravo ingenio ſeu conſilio fideliter obediant. Quod qui non fecerit, excommunicetur.

XV.

46. Eccleſiaſticis nemo expeditionem, ſeu armorum geſtationem, vel aliquid quod contra Canones ſit, exigere præſumat.

XVI.

47. Laïci tertias Eccleſiarum, ſeu quaſcumque oblationes, nulla occaſione poſſideant; ſed in diſpoſitione Epiſcoporum cuncta quæ Eccleſiarum fuerint habeantur.

XVII.

48. Qui falſam monetam fecerint excommunicentur, & à Rege effoſionem * Eccleſiaſticorum patiantur. * Oculorum.

XVIII.

49. Celebrato Concilio, & *Te Deum laudamus*, juxta ſynodalem morem cantato; Compoſtellanus conſilio fratrum à Rege petiit quatenus ea quæ ad ſuum & ſuorum ſucceſſorum jus in Emeritana civitate pertinebant, ad Dei & Beati Jacobi honorem ſibi conferret: Rex ejus petitioni juſtæ annuit, & hoc privilegium fieri fecit.

De acquiſitione civitatis Emeritenſis, adhuc ſub Sarracenorum dominio conſtitutæ.

50. Quia ex deliberatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, præduce ſupernæ diſpoſitionis diſpenſatorio ordine, patruus meus beatæ recordationis Papa Calliſtus meritis & reverentiâ beatiſſimi Jacobi Apoſtoli dignitatem Archiepiſcopatûs Emeritenſis Ec-

Eccleſiæ

cleſiæ in Compoſtellanam Eccleſiam habendam perpetuò tranſmutavit; iccircò ego Adephonſus Dei gratiâ Hiſpaniæ Imperator, unà cum conjuge mea Regina domina Berengaria, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Principum terræ conſilio, qui Palentino Concilio interfuerunt, ad Dei & beatiſſimi Jacobi Apoſtoli patroni noſtri honorem & debitam ſublimationem, ſalubre duxi hanc feriem teſtamenti facere de civitate Emeritana nunc temporis à Sarracenis poſſeſſa, quam Dei opitulante potentia in proximo nos credimus habituros, devicta & expulsa Sarracenorum infideli ſpurcitia. In qua ſiquidem ſerie omnia præfatę civitatis, quæ ad regale jus pertinent, vobis domino Didaco, Dei gratiâ Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopo, & veſtræ Eccleſię veſtriſque ſucceſſoribus, cum omnibus ſuis antiquis terminis & debitis caſtris, cæteriſque appenditiis, jure hæreditario poſſidenda perenniter pro remedio animæ meæ, avorum parentumque meorum, & devota mente confirmo, & ſicut avi & proavi mei, magnificis donis, videlicet caſtris & aliis diverſis penſionibus, Sancti Jacobi Eccleſiam amplificare & augmentare ad ſalutem animarum ſuarum ſummopere ſtuduerunt; ita confidens de Dei miſericordia prædictum locum Apoſtoli ſublimare & exaltare, eos imitando, cupio & promitto. Si quis verò contra hoc factum meum venire tentaverit; à ſacratiſſimi corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti participatione alienus exiſtat, & cum Juda ſui Domini & magiſtri proditore conſortium habeat. Omnibus autem hoc obſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternę pacis inveniant. Facta ſerie teſtamenti Erâ MCLXVII. quinto Idus Aprilis.

Ego Adephonſus præfatus Imperator, unà cum conjuge mea, quod fieri mandavi, proprio robore confirmo.

EPISTOLA DOMNI OLDEGARII

TARRACONENSIS ARCHIEPISCOPI

Ad Innocentium II. Papam.

Conſulit eum circa conſecrationem Epiſcopi Barbaſtrenſis à canonicis electi.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCXXXI.

Nunc primùm edita ex MS. Eccleſiæ Rotenſis.

Beatiſſimo domino & Petri Apoſtolicæ ſedis divina vocatione Pontifici Innocentio, Oldegarius indignus Tarraconenſis Metropolis diſpenſator, debitam in omnibus obedientiæ ſubjectionem.

51. MUltarum tribulationum oppreſſionibus, & corporis infirmitate gravati, ad pietatis veſtræ ſignum, tamquam ad ſingulare, poſt Domini, noſtrę ſpei præſidium, more ſolito confugimus, ut auctoritatis veſtræ conſiliis illuminemur, & auxiliis roboremur.

52. Ut autem de pluribus pauca reddam, noverit prudentia veſtra, quòd Barbaſtrenſes canonici communi voto cleri & populi elegerunt quendam religioſum Tomerienſis monaſterii monachum * ſibi in Epiſcopum. Ipſa enim Eccleſia per abſentiam paſtoris diuturnam multis tribulationibus afflicta, ad tantam pervenit paupertatem, tum per poſſeſſionum amiſſionem, tum etiam per canonicorum captionem, ut vix poſſit filiorum neceſſitatibus ſufficere. Obtulerunt autem nobis & ſuffraganeis Epiſcopis, qui ad hoc convenerant, electum ſuum, quatenus ei opitulante Dei gratiâ * imponeremus. Denique cùm jam in Eccleſia ad hoc conveniſſemus, accepimus per legatum Oſcenſis Epiſcopi literas ſine bulla veſtra, in quibus continebatur, quòd Eccleſiis Barbaſtrenſibus divinum officium ſanctitas veſtra interdixerit. Hoc quippe comperto, judicavimus differre quod cœperamus, donec à majeſtate veſtra quid ſuper hoc nobis agendum eſſet, conſilium acciperemus.

* *Petrus erat nomen ejus.*

* *Fortè, manus imp.*

53. Certum quidem eſt apud nos, &, ut credo, apud curiam veſtram, quòd per præcepta regalia Eccleſia Barbaſtrenſis Rotenſis Epiſcopatus dignitatem accepit, quod Romani Pontifices per privilegia ſua juſtum eſſe judicantes, confirmârunt. Dum verò his auctoritatibus fultus domnus Raymundus Epiſcopus in pace ipſam haberet Eccleſiam Barbaſtrenſem, ubi conſecratus fuit, Rex Aragonenſis, qui ſemper ipſi inimicabatur (nolebat enim eum ſequi ſuper Chriſtianos) miſ-

ſo

ſo Stephano Oſcenſi Epiſcopo cum manu militari, ipſum Epiſcopum, eum manutenentem cornu altaris, ignominioſè fecit expelli ab Eccleſia & civitate, ob hoc quòd excommunicationes à Pontificibus Romanis in eundem Stephanum promulgatæ ſint, Romanæ curiæ non ignotum credimus.

54. Tandem pio Raymundo Rotenſi Epiſcopo defuncto, & Oſcenſi Stephano interfecto, ipſe Rex ut audierit quòd multa Deus per eundem Rotenſem Epiſcopum Raymundum operaretur miracula, convocatis Epiſcopis & religioſis viris, confeſſus eſt malum quod egerat, & ait coram omnibus: Ego pro peccato meo illum virum religioſum ſine judicio & ratione expuli de Sede ſua Barbaſtrenſi; nunc autem Dei judicium timens, Petro Rotenſi Epiſcopo Sedem Barbaſtrenſem reſtituo, & ſecundum patris & fratris mei bonæ memoriæ Regum inſtituta, & Apoſtolicæ ſedis privilegia, ipſi & ſucceſſoribus ejus auctoritate regia confirmo.

55. Hæc quæ de Barbaſtrenſi ſede in veritate novimus, prudentiæ veſtræ breviter intimavimus. Cæterùm veſtræ diſcretionis intereſſe debet, qualiter ipſius Eccleſiæ Barbaſtrenſis miſeriæ ſubveniatur, & de conſecrando ibi Epiſcopo quid nos agere oporteat. Oldegarius.

ALPHONSI VII. HISPANIÆ REGIS

Præceptum, in quo Abbatia SS. Facundi & Primitivi Cluniaco ſubjicitur.

ANNO CHRISTI MCXXXII.

56. AD hoc divina providentia Imperatores & Reges terreni regni apicem conſcendere permittit, ut ſervorum Dei de ſua abundantia ſuppleant inopiam, & ſic per miſericordiam quam impenderint, æternam poſt temporalem mereantur percipere coronam. Hoc enim modo & nobis conſulitur & ipſis, dum in altero noſtra largitate eorum revelatur inopia, in altero ipſorum devota oratione æterna nobis paratur corona. Iccircò ego Aldephonſus Hiſpaniæ Imperator, comperta cœnobii Cluniacenſis tam celebri, tam probata, tam ſancta religione, divino mox timore compunctus & amore, ſocietatem fratrum ibidem Deo & ſancto Petro militantium humiliter peto, & dono Deo & Eccleſiæ præfatæ beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli Cluniaci, & Petro Abbati, omnique Conventui Abbatiam ſancti Facundi & Primitivi, quæ ſita eſt in Legionenſi Epiſcopatu ſupra flumeo quod dicitur Ceia, cum univerſis honoribus ſuis quos poſſidet, vel quos eſt poſſeſſura in æternum, pro animæ meæ & patris mei Raymundi Comitis, matriſque meæ Urrachæ Reginæ, & avi mei Regis Aldephonſi, & omnium parentum meorum redemptione, per conſilium & prudentiam domni Stephani Abbatis ſupradicti monaſterii, & Hugonis Camerarii.

57. Tali autem pacto donum iſtud facio, ut Abbas Cluniacenſis, quicunque ille ſit, de Congregatione ſua quem voluerit Abbatem in præfato monaſterio ordinet, qui ſub ejus Eccleſiæ Cluniacenſis obedientia permaneat, & in unoquoque anno quatuor marcas argenti Cluniaco pro cenſu reddat.

58. Si quis autem ex hæredibus meis, aut alius aliquis, contra hanc donationem noſtram venire tentaverit, & præſenti chartæ obviare; cum his qui Dominum tradiderunt & crucifixerunt in inferno perpetualiter ardeat, & totius hereditatis meæ mea imprecatione & Dei manu vindicante exſors fiat.

59. Factum eſt autem hoc teſtamentum Erâ milleſimâ centeſimâ ſeptuageſimâ. Anno ab Incarnatione Domini MCXXXII. Epactâ XII. Indictione X. VII. Idus Septembris. Ut autem inviolabilis tam à me quàm ab omnibus ſucceſſoribus meis in perpetuum hæc mea teneatur donatio, hanc chartam fieri præcepi, quam regia manu & auctoritate ſubter firmavi & corroboravi, atque firmandam æquè Principibus meis & fidelibus mandavi. Et hoc donum in manu domini Stephani ejuſdem monaſterii Abbatis, & Hugonis Cluniacenſis Camerarii peregi.

Raymundus Archiepiſcopus in Toleta confirmavi.
Didacus Archiepiſcopus in Compoſtella confirmavi.
Aries Epiſcopus in Legione confirmavi.
Petrus Epiſcopus in Palentia confirmavi.
Robertus Aſturicenſis Epiſcopus confirmavi.
Infaota Sanctia germana Regis, confirmavi.
Rodrigus Gunzalves Comes in Toleta confirmavit.
Petrus Comes in Monte-forti confirmavit.
Rodrigus Gomiz Comes confirmavit.
Rodrigus Comes in Legione confirmavit.
Belaſco Moniet confirmavit.
Goter Pelagius confirmavit.
Petrus Pelagius confirmavit.
Goter Fernandus confirmavit.

Anaja

Anaja Rodrigo confirmavit.

Ego Rex Aldephunſus cum Uxore mea Regina Berengaria & Sanctia mea germana dono Abbatiam Sancti Façundi & Primitivi, cum ſuis honoribus, Deo & Sancto Petro Cluniaci, & hanc chartam fieri juſſi, quam propria confirmavi & corroboravi manu.

INNOCENTII II. PAPÆ EPISTOLA
Ad Petrum Abbatem Cluniacenſem.

SS. Facundi & Primitivi cœnobium illi reformandum conceditur.

ANNO CHRISTI MCXXXIII.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacenſi Abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

60. IGNEM venit Dominus mittere in terram, & vult ut ardeat. Quia ergo gratuito Dei beneficio ſacrum Cluniacenſe collegium ſuæ viſitationis gratia illuſtravit, ignem in eo charitatis accendit, & diſcreta religionis humilitate perfudit; æquiſſimi juris eſt, ut quod gratis accipit, fratribus indigentibus devotè impendat, lapſos relevet, tepidos excitet, & piæ religionis radios, & bene Deo placentis converſationis odorem, diverſas mundi illuſtrando provincias, longè lateque transfundat: & ſic amur & gloria divini cultus, quæ copioſè, Deo gratias, vigent in vite, per veſtram adminiſtrationem Deo grata & fœcunda ubertate multiplicentur in propagine. Monaſterium ergo SS. Martyrum Facundi & Primitivi, quod in Hiſpaniarum partibus ſitum eſt, & ad jus B. Petri conſtat ſpecialiter pertinere, quia à religionis nitore, & temporalium rerum opulentia, quibus priſtinis temporibus effloruerat, unde valdè dolemus, peccatis exigentibus excidit; nos, quorum præcipuè intereſt in antiquum revocare, Illuſtris filii noſtri Aldephonſi Hiſpaniarum Regis vota clementiùs admittentes, veſtris poſtulationibus impertimur aſſenſum. Igitur locum ipſum cum ſuis omnibus pertinentiis, tibi, dilecte in Domino fili Petre abbas, tuiſque ſucceſſoribus, ſalvo nimirum B. Petri cenſu annuo, & S.R.E. in omnibus debitâ juſtitiâ & reverentiâ, ad reformationem religionis, & rerum temporalium incrementum, ex Apoſtolicæ ſedis benignitate committimus. Veſtra itaque, chariſſimi filii, intereſt, ut ope, & conſilio, veſtraque inſtantiâ, religio in eodem monaſterio reformetur, & tam in interioribus quàm in exterioribus locus ipſe ad ſtatum & dignitatem priſtinam auxiliante Domino reducatur.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Guillelmus Præneſtinus Epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Urbanus Presbyt. Card. tit. S. Clementis, ſubſcripſi.

Ego Anſelmus Presbyt. Card. ſubſcripſi.

Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Joannis & Paulli, ſubſcripſi.

Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Via-lata, ſubſcripſi.

Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum, ſubſcripſi.

Datum Bononiæ per manum Aymerici S.R.E. Diac. Card. & Cancellarii, Id. Decembris, Indictione X. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatûs domini Innocentii Papæ II. anno III.

CONCILIUM LEGIONENSE,
SIVE COMITIA,
Celebrata Era MCLXXIII. anno Chriſti MCXXXV. die ipſo ſancti Spiritus.

Ex Hiſtoria Adephonſi VII. Imperatoris, Latinè ſcripta, ac exſtante in Bibliotheca MS. Eccleſiæ Toletanæ.

61. AD ſtatutum diem venit Rex, & cum eo uxor ſua Regina domina Berengaria, & ſoror ſua Infantiſſa domina Sanctia, & cum eis Rex Garſia Pampilonenſium: & ſicut Rex præcepit, omnes conjuncti ſunt in Legione. Venit autem & maxima turba monachorum & clericorum, nec non & plebs innumerabilis, ad videndum, ſive ad audiendum, vel ad loquendum verbum divinum.

62. In prima die Concilii omnes majores & minores congregati ſunt in Eccleſia Sanctæ Mariæ cum Rege, & tractaverunt ibi quæ ſuggeſſit clementia Jeſu Chriſti Domini noſtri, & quod ad ſalutem animarum omnium fidelium ſunt convenientia.

63. Secunda verò die, quâ Adventus ſancti Spiritus ad Apoſtolos celebratur, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & Abbates, & omnes nobiles & ignobiles, & omnis plebs, juncti ſunt iterum in Eccleſia Beatę Mariæ, & cùm Rege Garſia, & cum ſorore Regis, divino conſilio accepto, ut vocarent Regem Imperatorem, pro eo quòd Rex Garſias, & Rex Saſadola Sarracenorum, & Comes Raymundus Barchinonenſium, & Comes Adephonſus Toloſanus, & multi Comites & Duces Gaſconiæ & Franciæ in omnibus eſſent obedientes ei: & induto Rege cappâ optimâ, miro opere contexta, impoſuerunt ſuper caput Regis coronam ex auro mundo & lapidibus pretioſis, & miſſo ſceptro in manibus ejus, Rege Garſia tenente eum ad brachium dexterum, & Arriano Epiſcopo Legionenſe ad ſiniſtrum, unà cum Epiſcopis & Abbatibus deduxerunt eũ ante altare Sanctę Mariæ, cantantes: *Te Deum laudamus*, uſque ad finem, & dicentes: Vivat Adephonſus Imperator. Et dicta benedictione ſuper eum celebraverunt Miſſam more feſtivo. Deinde reverſi ſunt unuſquiſque in tentoriis ſuis. Juſſit autem fieri magnum convivium in palatiis regalibus. Sed & Comites & Principes & Duces miniſtrabant menſis regalibus. Juſſit autem dari Imperator magna ſtipendia Epiſcopis & Abbatibus, & omnibus facere magnas eleemoſynas pauperibus indumentorum & ciborum.

I.

64. Tertia vero die iterum Imperator & omnes (ſicut ſoliti erant) in palatiis regalibus tractaverunt ea, quæ pertinent ad ſalutem regni totius Hiſpaniæ: deditque Imperator mores & leges univerſo regno ſuo, ſicut fuerant in diebus avi ſui Regis domini Adephonſi: juſſitque reſtituere univerſis Eccleſiis omnes hæreditates & familias, quas perdiderant ſine judicio & juſtitia, præcepitque villas & terras, quæ fuerant deſtructæ in tempore bellorum, populari, & plantare vineas, & omnia arbuſta.

II.

65. Secundò, juſſit omnibus ſtrictè judicibus vitia eradicare in illis omnibus qui contra juſtitiam & decreta Regum & Principum & poteſtatum & judicum invenirent. At illi alios in lignis ſuſpendentes, alios truncatis manibus aut pedibus relinquentes, non divitibus vel generoſis pluſquam pauperibus parcentes; ſed omnem ſtatutum modum culpæ decernentes, juſtè judicaverunt.

III.

66. Tertiò, præterea juſſit nullo modo ſufferre maleficos, ſicut Dominus præcepit Moyſi: *Ne patiaris maleficos*. & in conſpectu omnium capti ſunt aliqui operarii iniquitatis, & ſuſpenſi ſunt in patibulis.

IV.

67. Quartò, Juſſit Alcaïdis Toletanis, & omnibus habitatoribus totius extremi, facere exercitus aſſiduè, & dare Sarracenis infidelibus bellum per ſingulos annos, & non parcere civitatibus & oppidis eorum, ſed totum evindicare Domino & legi Chriſtianæ.

68. His peractis, ſoluto Concilio, abiere unuſquiſque in ſua cum gaudio, cantantes, & benedicentes Imperatorem, & dicentes: Benedictus tu, & benedictum regnum patrum tuorum. Et benedictus Dominus excelſus qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt: quia viſitavit nos, & fecit nobiſcum miſericordiam, quam promiſit ſperantibus in ſe.

CONCILIUM BURGENSE

Celebratum Era MCLXXIV. anno Chriſti MCXXXVI. regnante in Hiſpania Alphonſo VII. tempore Innocentii II. Papæ.

69. Præſedit in hoc Concilio Guido Cardinalis, & S. R. E. Legatus in Hiſpania, aſſidentibus multis Epiſcopis. In eo plura circa ordinem divini officii ſtatuta fuerunt, & deliberata ad conciliandos animos Regum Navarræ Aragoniæque, invicem prœliantium; ac præterea Regis Hiſpaniæ Alphonſi. Porrò hic prædicti Concilii mentionem facit in privilegio eodem anno Burgis conceſſo die ſecunda Octobris in gratiam Eccleſiæ Aſtoricenſis: cui, ſimul cum uxore ſua Berenguela Regina, confirmat donationem quorundam oppidorum, factam ab ipſius matre D. Urraca Regina: & addit, eum eſſe ſecundum annum, *quo coronam Imperii primitus in Legione ſuſcepit*. Subſcribunt Sancia ſoror ejuſdem Imperatoris, Didacus Archiepiſcopus Compoſtellanus, Petrus Epiſcopus Legionenſis, Petrus Palentinus, Petrus Segovienſis, & Berengarius Salmanticenſis: ac præterea multi ex proceribus regni. Acta verò ipſa ejuſdem Concilii exſpectabamus à clariſſimo viro D. Joanne Luca Cor-

Corteſio, regio conſiliario in ſupremo juſtitiæ Senatu; ſed ille impeditus gravioribus curis, non videtur cogitâſſe de iis mittendis. Unde & hujus Concilii, & aliorum quamplurium monumentorum, quæ in Synopſi edenda promiſimus, perquirendorum, nobis abſeotibus de cætero ablata eſt facultas. Vide interea Sandovalium in Alphouſo VII. fol. 161.

CONCILIUM VALLIS-OLETANUM

Celebratum hortatu Alphonſi VII. Era MCLXXV. ideſt, anno Chriſti MCXXXVII.

70. Concilium *Vallis-oletanum*.] Hoc Concilium celebratum fuit hortatu Alphonſi VII. anno Domini MCXXXVII. Pręſide Guidone S.R.E. Cardinale & Legato. Illius meotio habetur in privilegio ejuſdem Alphonſi conceſſo in gratiam monaſterii Vallis-paradiſi inter Zamoram & Salmanticam, die quarta Octobris, Erâ MCLXXV. ideſt, anno ipſo MCXXXVII. in quo præſertim legontur duo ad noſtrom ſcopum ſpectantia, aliis prætermiſſis. Primum eſt, eo tempore celebratum fuiſſe Concilium Vallis-oleti à Guidone Legato. Secundum, Guidonem ipſum interfuiſſe colloquio inter Imperatorem Alphonſom & Regem Portugalliæ. Nimirum cùm inter eos Principes non levia bellorum præludia excitata fuiſſent, Guido ſtuduit utrumque invicem conciliare. Et hoc ipſum videtur fuiſſe circa quod deliberandum, atque omnibus modis tentandum, Legatus Vallis-oleti Concilium celebrandum curavit. Nam in eum finem potiſſimùm Româ miſſus fuerat. Hæc ſolùm veſtigia illius Concilii invenire licuit apod laodatum Sandovalium fol. 163. Privilegium autem edidit Yepius in appendice tomi VII. quòd ejuſmodi eſt.

71. Cum præſentis ſæcoli vita nimis brevis ſit & tranſitoria, debet unuſquiſque dum vivit, quantum boni poterit agere, ut com electis Dei valeat poſt mortem in æternum regnare. Hujus rei gratiâ, ego Alphonſus Imperator Hiſpaniæ, unà cum uxore mea donna Berengaria, grato animo & voluntate ſpontanea, pro Dei amore, & remedio peccatorum meorum, & ut vita noſtra & ſucceſſorum noſtrorum cum Dei adjutorio & matris ſuæ Virginis Mariæ, valeat melius proſperari, & devotione quam habeo erga Martinum Cidis, quem inveni hominem joſtum & ſanctum, & gratia & devotione quam habeo erga confratres ſuos, & monachos ordinis Ciſtercienſis, qui cum eo ſunt in conventu, in Alvergaria nova de Peleis, circa Eccleſiã Sancti Michaëlis Archangeli, quos inveni facientes vitam ſanctam & honeſtam, dono & concedo prædicto Martino Cidis, & confratribus ſuis & monachis ordinis Ciſtercienſis, qui cum eo ſunt in dicta Alvergaria in conveoto, nunc & in poſterum, duas villas meas, quæ ſunt deſertę & depopulatæ, quę ſunt in termino de Zamora, & vocantur Cobo, & Cubeto, & dono & concedo prædictas villas Martino Cidis, & confratribus & monachis ſupradictis, & ſucceſſoribus ſuis jure hæreditario in perpetuum, cum omnibus ſois terminis, ſicut antiquitus habuerunt terminos, & determioatæ fuerant pręd ictæ villæ: & dono, & concedo illas villas cum aliis omnibus rebus quæ infra eoſdem terminos continentur, ſcilicet terris, vineis, montibus, aquis, paſcuis, herbis, pratis, nemoribus, exitibus & regreſſibus, & cum omnibus ſuis pertinentiis, & calumniis illorum hominum qui in eiſdem villis morsti fuerint, ſicut imperialis poteſtas habere poteſt: & mando pręd icto Martino Cidis, & monachis, quòd faciant ibi in prædicta Alvergaria unum monaſterium ordinis Ciſtercienſis ad honorem Virginis Mariæ, quod monaſterium habeat jore hæreditario in perpetuum pręd ictas villas cum ſuis terminis, ut dictum eſt, & prout ſunt determinate, & do terminum prædictæ Alvergarię prædicto monaſterio, & concedo jure hęreditario in perpetuum. Per caput latronom, videlicet Cubum & Cubetum, ſicut vadit ad terminum de Cuelgamures, & revertitur per fontem prædicti Martini Cidis, & inferiùs per fontem illius Martini Cidis, ad primos fontes de Valcabado, & cum Valcabado toto, quomodo vadit inferiùs ad viam quæ venit de prædicta Alvergaria ad Peleas: & mando judici de Zamora, quòd ponat ibi inter montem & viam unum lapidem magnum bene affixatum pro termino, & pro capto in perpetoum doraturum, & deinde per viam quę vadit verſus Ledeſmam oſque ad terminum de Mayalde.

72. Et dono & concedo tibi terram totam infra prædictos terminos, cum omnibus nemoribus, & cum herbis, paſcuis, pratis, pro animalibus ſuis nutriendis, & cum aquis, & cum omnibus ſuis pertinentiis: & nullus ſit auſus ſcindere mootes ſuos infra prædictos terminos, nec cum animabus ſuis comedere ſine voluntate prædictorum fratrum, qoi in prædicta Alvergaria & monaſterio habitaverint, & habitatores prædictarum villarum ſint vaſſalli pręd ictorum monachorum, & habeant quolibet anno duos Alcaldes poſitos per ipſos monachos. Et latrones & homines qui merentur mortem, interficiantur in Zamora, & habeant ſcriptorem qui ſcribat cauſſas. Et ſi habitatores prædictarum villarum voluerint vendere hæreditates ſuas, invitent antè prædictos monachos illius monaſterii,

Digitized by Google

ſterii, & ſi voluerint emere, juſto pretio emant, & ſi extraneus emerit ſaciat forum, & ſit vaſſallus monaſterii, & prædictum monaſterium habeat duodecim excuſatos homines in Zamora, & in termino ſuo, quos ipſi monachi elegeriut, & habeant eos in perpetnum, & ſint excuſati de Martiniega, & de foſſado, & de foſſadera, & de omnibus ſervitiis & exactionibns regalibus (exceptâ monetâ forerâ) & ipſi excuſati perſolvant omnia tributa ipſi monaſterio, & quartam, & pro aliis operibus, & in quam mãdo prænominatas villas, & dono cum ſuis terminis, & prænominatum terminum cum ſuis diviſionibus, & duodecim excuſatos prædicto monaſterio, & Alvergatiæ, & monachis, tam præſentibus quàm ſuturis, qui ibi duxerint vitam regularem, jure hæreditario iu perpetuum.

73. Si quis autem de meo genere vel extraneo hoc meum factum, & meam donationem in poſterum diſruperit, à Deo ſit maledictus, & iu inſerno cum Jnda proditore, & Datan & Abiron ſine fine damnetur, niſi reſipuerit, inſuper pro temerario auſu pectet parti regiæ quingentos denarios de auro, & de illis ſit medietas pro operibus monaſterii. Facta charta donationis Zamoræ quarto nonas Octobris, tempore quo Gnido Romanę Eccleſiæ Cardiualis Concilium iu Valle-Oleti celebravit, & ad colloquium Regis Portugallię cum Imperatore venit, Erâ MCLXXV. prædicto Imperatore Alphonſo imperante Legione, Saragociæ, Navarræ, Caſtellę, Galliciæ. Ego Alphonſus Imperator hanc chartam juſſi fieri, confirmo, & manu mea roboro. Signnm † Imperatoris. Martinus Muñoz Majordomus Imperatoris, confirm. Hujus rei ſunt confirmatores & teſtes, Petrus Compoſtellanns Archiepiſcopus confirm. Petrus Palentinus Epiſcopus çonfir. Bernardus Zamorenſis Epiſcopus confirm. Martinus * Arienſis Epiſcopus confirmavit. Rodeticus Velez Comes confirmavit. Ramirus Florez Comes confirmavit, &c.

PRIVILEGIUM RAYMUNDI

COMITIS BARCINONENSIS,

Quo pollicetur ſe deinceps invaſurum non eſſe bona Epiſcopi Barcinonenſis.

ANNO CHRISTI MCXXXVII.

Privilegium quod Raymundus Comes Barchinonæ & Marchio dedit, promiſit, & vovit Deo & Epiſcopo Barchinonenſi, ſe non emparare aliquod ſui Epiſcopatus in morte vel vita.

74. AD æterni Regis honorem, necnon ad ſanctæ Crucis ſanctæque Eulaliæ ſedis ntilitatem. Ego Raymundus Dei gratiâ Barchinonenſis Comes & Marchio, æquo animo, ſincero affectu dono, voveo, offero omnipoteuti Salvatori noſtto Deo, atque Arnallo Barchinonenſis ſedis electo, & omni ejnſdem Eccleſiæ canonicorum venerabili cœtui, quòd ab hodierna die in antea bona Epiſcopi ejuſdem ſedis, aut res quæ poſſeſſioni ejus pertinere videantur, ſive in vita, ſive poſt mortem, nullius perſonę conſilio imparem, nec imparari faciam, neque auferam, neque auſerri faciam, nec alicujns occaſionis ingenio defraudem, vel defraudari faciam. Sed deinceps ea ſub tuitione mea recipio; ut ſemper omnia ſub defenſionis meæ auxilio tueautnr, & potenter regantur. Adjicio iterum, quòd Arnallo Barchinonenſis Eccleſiæ electo adjntor ſum & deſenſor ad omnem ſui Epiſcopatus honorem habendnm, teneudum, & poſſidendnm, & quòd omnia ſupraſcripta fideliter impleam; exceptis tantummodo caſtellis iu quorum cauſſis ſive ſtabilimentis ſoerim neceſſarius. Hoc autem devotionis meæ propoſitum nullus ſucceſſorum meorum tranſgredi vel violare præſumat; ſed omnis progenies mea hæc in perpetuum fideliter impleat. Quod eſt actum II. Kal. Julii, anno Dominicæ Incarnationis CXXXVII. poſt milleſimnm, Regiſque Francotum Jnniotis primo.

Apud Baluzium lib. 8. cap. 18. De concord. ex chartulario Eccl. Barcinonenſis.

NOTA STEPHANI BALUZII.

75. PEſſimam illam conſuetudiuem, quâ receptum ubique iu Occidente erat, ut bona morientium Epiſcoporum diriperentur à laïcis, coërcitam eſſe ab Urbano II. & ab Innocentio II. rectè annotat Illuſtriſſimus Archiepiſcopus (Petrus de Marca) & Urbani quidem decretum in Synodo Claramontana factum, à nobis editum eſt ſuprà in additione ad cap. 31. lib. 6. ex veteri Codice MS. monaſterii Anianenſis. Poſt Urbanum, & ante Innocentii tempora, Calliſtus II. idem ſtatuit anno MCXIX. in Concilio Toloſano; ut teſtatur Bernardus Guidonis Epiſcopus Lodovenſis his verbis à Catello relatis in lib. 5. me-

moriarum hiſtoriæ Occitanicæ pag. 877. *Primitiæ quoque & decimæ, oblationes, & bona cætera deficientis Epiſcopi & clericorum fuerunt principibus & quibuſcumque laïcis ſub pœna ſacrilegii interdicta.*

76. Poſt habita illa Concilia, Raymnndus Comes Barcinonenſis ſcripto pollicitus eſt anno milleſimo centeſimo triceſimo ſeptimo, biennio ante Concilinm Lateranenſe Innocentii, ſe deinceps invaſurum non eſſe bona Epiſcopi Barcinonenſis, qnod poſtea porrectum eſt anno MCL. ad omnes cathedrales Eccleſias provinciæ Tarraconenſis, laudabili exemplo. Illud enim paullò pòſt ſequuta eſt religioſiſſima fœmina Ermengardis Vice-comitiſſa Narbonenſis; quæ ſimilem ſponſionem Petro Narbonenſi Archiepiſcopo fecit anno MCLV. confirmatam dein ab Hadriano IV. ſummo Pontifice.

INNOCENTII II. PAPÆ EPISTOLA

Ad Archiepiſcopum Narbonenſem & Epiſcopum Helenenſem.

Prohibet ne bona morientium Epiſcoporum diripiantur à laicis.

ANNO CHRISTI MCXL.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Narbonenſi & Epiſcopo Elnenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Vide ſuprà ad ann. MCXXXVII. pag. 147. & infra ad ann. MCL.

77. AD aures noſtras Eccleſiæ Gallicanæ querela perferente pervenit, quòd nonnulli regni Francorum barones, ballivi, prępoſiti, ac eorum & aliorum nobilium ejuſdem regni officiales, eandem Eccleſiam contra libertatem ipſius graviter comprimentes, aliquando per ſe, aliqnando ad mandatum dominorum ſeu majorum ſuorum, & interdum motu proprio, res & bona Eccleſiarum, hominum earundem, & Eccleſiaſticarum perſonarum capiunt, & interdum capi faciunt per eos qui ſuas contra ipſas Eccleſias vel perſonaa exerunt actiones, ut per adverſarios graviùs infeſtentur, & capta, ut ſic ab ipſis aliquid extorqueant, detinent pro ſuę arbitrjo volontatis. Eorum autem aliqui jus talia faciendi ſibi ex eo vendicare nituntur, quòd cum Eccleſię vel perſonæ Eccleſiaſticę ſub eorum cuſtodia ſive advocatione conſiſtant, ex freqnenti exercitio hujuſmodi captionis ſe fore in poſſeſſione juriſdictionis hujuſmodi exercendæ per ipſos in Eccleſias vel perſonas Eccleſiaſticas, homines, & res ipſarum, licèt peccandi diuturnitas non jus eis, ſed damnationem afferat, & in ſubverſionem privilegii ordinis clericorum, talis actus frequentia in conſuetudinem convaleſcere nequeat, aſſeverant. Habebat inſuper Eccleſiæ pręfatæ querela, quòd vacantibus interdum Eccleſiis ſeu monaſteriis regni prædicti, ſi ſuper proviſione ipſornm duratura diſcordia oriatur, iidem Barones, & alii Barones, prætextu gnardię ſen advocationis ad bunornm temporalium eorundem cuſtodiam diſſipatores & conſumptores deputant, non cuſtodes, in enormem Eccleſiarum & monaſteriornm ſæpiùs læſionem.

78. Feruntur etiam qnidam eſſe ballivi, prępoſiti, & officiales eorum, qui multò cariùs ſolito ſua emunt officia, ſpem damnabilis lucri ponentes in ſervitiis ſeu exactionibus, quę ab Eccleſiis, hominibus earum, & perſonis Eccleſiaſticis extorquent quodammodo violenter, dum ratione gnardiæ ſeu advocationis hujuſmodi, eorom nomine, à quibus hujuſmodi emunt officia, Eccleſiaſtica bona capiunt, vel capi mandant aliquando eo tempore, agriculturę videlicet, meſſium, ac vindemiarum, qno eiſdem majora damna noſcuntur; etſi vexationem ſuam ab ipſis redimant, imminere. Super quibus pręfata Eccleſia Apoſtolicum petiit remedium adhiberi. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus pręfatos Barones, ballivos, præpoſitos, officiales, & alios Narbonenſis provinciæ, quotiens opus fuerit, nt ab hujuſmodi Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum gravaminibus conquieſcant, attentè monere, ac efficaciter inducere ſtndeatis: & ſi ad monita fuerint pertinaces, ipſos ſuper iis per excommunicationem in perſonas & interdictum in terras eornm, appellatione remota, veritate per vos, vel per alios cognita compeſcatis. Non obſtante ſi eiſdem à ſede Apoſtolica ſit indultum qnòd excommunicari neqneant, vel eorum terræ Eccleſiaſtico ſubjici interdicto abſque ſpeciali ſedis ejuſdem mandato plenam vel expreſſam, ſeu de verbo ad verbum faciente de indulto hujuſmodi mentionem, ſive conſtitotione de duabus dietis edita in Concilio Generali, aut ſtatuto Concilii Lugdunenſis de aliquibns per generalem clauſulam, *Quidam alii*, nltra tres vel quatuor auctoritate literarum noſtrarum in jndicium non trahendis. Nam cùm privilegia mereantur amittere abuſores eiſdem, Eccleſiaſticæ immunitatis everſoribus, quominns diſciplinalis diſciplinæ meritos patiantur aculeos,

aculeos, nulla volumus privilegia, vel indulgentias, ſeu conſtitutionis beneficia ſuffragari. Quòd ſi non ambo iis exſequendis potueritis, vel nolueritis intereſſe, alter veſtrûm, non exſpectato reliquo, ea nihilominus exſequatur. Datum Peruſii VIII. Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno decimo.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Gerundam.

Pro conſtituenda nova militia adverſus Sarracenos, ad defendendam Occidentalem Eccleſiam.

ANNO CHRISTI MCXLIII.

79. ANno MCXLIII. V. Kalendas Decembris actus eſt inſignis & celebris conventus apud Gerundam, in quo à Raymundo Comite Barcinonenſi & dominatore regni Aragonenſis conſtituta eſt nova militia ad defendendam Occidentalem Eccleſiam quæ erat in Hiſpaniis, adverſum Mauros & Sarracenos; ita tamen ut ea ſemper eſſet in ſubjectione & obedientia militiæ Templi Hieroſolymitani, ad cujus formam iſta conſtituebatur. Propterea ad honorem Dei, & ad ſalutem animæ patris ſui, *qui fuit miles ac frater jam dictæ militiæ, in cujus regula & habitu glorioſè vitam finivit*, Roberto magiſtro militiæ Templi & ſucceſſoribus ejus tradidit caſtrum Montiſ-gaudii ab iis perpetuò poſſidendum, tum etiam caſtrum Chalomeram & Barbaranum, & alia quædam quæ in inſtrumento ea de re confecto memorantur. Acta hæc coram Guidone S. R. E. Cardinale diacono & Legato, Bernardo Epiſcopo Cæſarauguſtano, Dodone Oſcēſi, Raymundo Auſonenſi, Guillelmo electo Rotenſi, Gregorio electo Tarraconenſi, Berengario Epiſcopo Gerundenſi, Petro Abbate Rivi-pullenſi, Berengario Abbate S. Felicis Guixalenſis, Petro Epiſcopo Barcinonenſi, Fortunio Abbate Montiſ-Aragonum, Arnaldo. Mironis Comite Palliarenſi, Bernardo Comite Convenarum, Petro Comite Bigorritano, Guillelmo Raymundo Dapifero palatii Barcinonenſis, Gauſerando de Pinos, & pluribus aliis. Acta ipſa eruta ab Illuſtriſs. Petro de Marca ex archivo regio Barcinonenſi, ita ſe habent.

80. DIvinæ inſpirationis gratia & ratio pietatis monet filios Eccleſiæ ſūma intentione providere ſaluti animarum, & libertati Catholicæ Eccleſię. Eapropter ego Raymundus Berengarii Comes Barchinonenſis, & gratiâ Dei regni dominator Aragonenſis, virtute Spiritûs ſancti commotus, & cœleſtis militiæ potentiâ ad defendendam Occidentalem Eccleſiam, quæ eſt in Hiſpaniis, ad deprimendam, & debellandam, & expellendam gentem Maurorum, ad exaltandam Sanctę Trinitatis fidem & religionem, ad exemplū militiæ templi Salomonis in Hieruſalem, quæ Orientalem defendit Eccleſiam, in ſubjectione & obedientia illius, ſecundum regulam, & ejuſdem militiæ inſtituta, beatæ obedientiæ militiam conſtituere decrevi. Quod jam diu ſummo, & bonæ mentis deſiderio deſideraveram, & ad hoc venerabilem Robertum magnæ excellentię magiſtrum Hieroſolymitanę militiæ, & cæterorum fratrum conventum per literas & internuncios meos ſæpè & diligenter invitaveram.

81. Huic autem deſiderio meo ac petitioni præfatus Robertus magiſter, & omnium fratrum conventus in capitulo fratrum militiæ in Hieruſalem Dei gratiâ acquieverunt & unanimiter conſenſerunt, & per literas ac fratres ejuſdem templi bonæ voluntatis eorum decretum atque conſilium de conſtitutione Chriſti militiæ in Hiſpaniis adverſus Mauros miſericorditer renunciaverunt. Iccircò ad exaltandam Chriſti Eccleſiam, ad exercendum officium militię in regione Hiſpaniæ contra Sarracenos, in remiſſionem peccatorum meorum, ad honorem Dei, qui honorat honorantes ſe, ad ſalutem animæ patris mei, qui fuit miles ac frater ſanctæ jam dictę militiæ, in cujus regula & habitu glorioſè vitam finivit, tibi Roberto pręfatæ militię venerande magiſter, & ſucceſſoribus ac fratribus tuis omnibus dono atque concedo, & in manu veſtra per hanc pręſentem ſcripturam potentialiter trado caſtrum totum quod dicitur Monçon, Mons-gaudii, ut per alodium proprium ea teneatis & habeatis, ac jure perpetuo poſſideatis vos & omnes veſtri ſucceſſores per ſæcula cuncta cum omnibus territoriis & pertinentiis & terminis eorum vel infrà exiſtentibus, & cum omnibus uſaticis ac conſuetudinibus ſuis, cum omnibus leudis & paſſaticis, cum omnibus cultis vel incultis, cum planis & montanis, cum pratis & paſcuis, & omnibus ad prędicta caſtra pertinentibus, omnia in omnibus, ſicut melius & utilius ad honorem Dei, ac ſupradictę militiæ voluntatem intelligi valeat; ſine aliquo retentu, quem aliqua perſona ibi non habeat. Eo quoque modo dono vobis caſtrū quod dicitur Chalomera & Barbaranū, cum territoriis ac pertinentiis & terminis eorum, & cum omnibus ad jam dicta caſtra pertinētibus, ſine ullo retētu alicujus perſonæ, & honorē Lup

Sancii

Sancii de Belchit, ſicut ex hoc cũ prædicto Lup Sancio convenire poteritis, & caſtrom totum quod dicitur Remolius cum omnibus ſibi pertinentibus, quando divina clementia illud tradiderit in meam poteſtatem, & totum quod habere debeo in caſtro Corbins, cùm Deus mihi illud dignatus fuerit reddere. Prædicto etiam modo addo vobis omne decimum totius terræ meæ, videlicet omnium reddituum & cenſuum meorum, tam de expletis, quàm de omnibus conſuetudinibus rectis, & de juſtitiis, de quibus decimum accipere volueritis, & mille ſolidos in Hoſca, & mille ſolidos in Cæſar-auguſta quotannis.

82. In omnibus verò cavalcatis vel expeditionibus Hiſpaniæ, de veſtris ſcilicet hominibus quintas vobis in perpetuum dimitto & dono. Si fortè aliquid de honore meo dare, vel vendere, vel impignorare contigerit; decimum veſtrum ſalvum & liberum vobis remaneat. De omnibus ſiquidem, quę Deo juvante juſtè conquirere potero, decimum quietè & liberè vobis concedo, & de conquiſitione terræ Sarracenorum quintam partem vobis concedo, & decimum totum ex his quæ parti meę pertineant. Quòd ſi caſtellum aut ſortitodinem contra Mauros ædificare aut conſtruere volueritis, opem & conſilium meum per omnia vobis diligenter attribuam. Convenio iterum vobis, & dono in potentia cœleſti & fortitudine Chriſti, me ulteriùs pacem non facturum cum Mauris, niſi veſtro conſilio. Pręnominata ſiquidem omnia devoto animo ac ſpontanea voluntate cum omni integritate omnipotenti Deo & vobis prædictę militię Roberto magiſtro & fratribus, tam præſentibus quàm futoris, dono & concedo, & de meo jure in veſtrum ea trado poteſtatem atque dominium, Regi Deo gratias reddens, qui vos ad defenſionem Eccleſiæ ſoæ elegit, ac noſtris precibus annuere fecit.

83. Dono vobis iterum atqoe concedo, quòd de veſtra propria cauſſa per totam terram meam nulla leuda, nolla conſuetudo, nullum paſſaticum accipiatur.

84. Si quæ autem Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona pręſentem donationis ſcripturam in aliquo vel in toto dimovere tentaverit; & iram omnipotentis incurrat, & tamdiu excommunicationis vinculo innodetur, donec dignè de tanti reatus exceſſu ſatisfaciat. Quod eſt actum quinto Kalendas Decembris apud Gerundam, domino Guidone ſanctę Romanæ Eccleſię Cardinali Diacono & Legato celebrãte Conventum in præſentia omnium ſubſcriptorum teſtium, anno Dominicæ Incarnationis MCXLIII.

85. Notum antem ſit, quòd hęc præſens donatio facta fuit in manu domni Ebrardi magiſtri Galliæ, & in manu venerabilis Petri de Rovera magiſtri Provinciæ, & cujuſdam partis Hiſpaniæ, & in manu fratris Otonis Sauctii Ordonii, & fratris Hogonis de Lezuns, ac fratris Petri de Arzacho, & fratris Berengarii de Eguinnoles, ac fratris Arnaldi de Sorcia. Quod aotem de decimis ſuperiùs ſtatutum eſt, ita etiam firmamus, ſicut ſuperiùs legitur, ſalva in omnibus donatione quæ Eccleſiis facta eſt. S. Raymundi Comes. S. Bernardi Cæſar-auguſtani Epiſcopi. S. Dodonis Hoſcenſis Epiſcopi. S. Raymundi Dei gratiâ Auſonenſis Epiſcopi. S. Guillelmi Rotenſis electi. S. Guillelmi præpoſiti Rivi-pullenſis. S. Gregorii electi Tarraconenſis Archiepiſcopi. Berengarius Dei gratiâ Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Guillelmus Cæſar-auguſtanenſis ſacriſta. Petrus Rivi-pullenſis Abbas, ſalvo jore Sanctæ Mariæ. S. Renalli magiſtri Gerundenſis Eccleſiæ. Berengarios Sancti Felicis Abbas. S. Petri Barchinonenſis Epiſcopi. Petrus ſacriſta Barcinonenſis. S. Guillelmi ſacriſtæ Rotenſis. S. Arnalli Mironis Comitis Palliarenſis. S. Bernardi de Comingo Comitis. S. Petri Comitis Bigorræ. S. Guillelmi Raymundi Dapiferi. S. Gauzerandi de Pinòs. S. Bernardi de Bello-loco. S. Bertrandi de Bello-loco. S. Petri Bernardi de Bello-loco. S. Raymundi de Podio-alto. S. Guillelmi de Cervera. S. Raymondi de Torroya. S. Raymundi Berengarii de Ager. S. Bernardi Guillermi de Luciano. S. Guillelmi Raymundi de Villa de Mulls. S. Berengarii de Torroja. S. Abbatis Fortunii montis Aragonum. S. Pontii olerici Barcinonenſis, ſcriptoris Comitis Barchinonenſis, qui hoc ſcripſit.

86. Signum Ildephonſi Regis Aragonenſis, Comitis Barchinonæ & Roſſilionis, & Marchionis Provincię, qui totum prędictum donatum, quod pater meus dedit militiæ Templi, laudo & confirmo, & de his omnibus quæ in pręſentia habeo, vel in futurum Deo annuente acquirere potuero, dono & concedo militiæ Templi jam dictę, eodem modo quo pater meus Comes Barchinonenſis dedit, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt. Teſtes ſunt hujus donationis & confirmationis Petrus Cæſar-auguſtanus Epiſcopus, & Joannes Tyraſſonenſis Epiſcopus, & Berengarius Abbas montis Aragonum, & Petrus de Araguri, & Petrus de Caſtulaſol, & Blacus Romeus, Xemenus de Artuſella Major-domus, & Gonzalus Cappellanus, Alferizet Marchio de Hoſca, & Petrus Ortiz, & Exemenus Romeus, & Dodo de Alcalà, & ego Sancius de Petra-rubea, qui hoc ſcripſi pręcepto domini Regis apod Cæſar-auguſtam menſe Auguſti, Erâ milleſimâ ducenteſimâ. S. Raymundi Berengarii Comitis Provincię fratris domini Regis.

Digitized by Google

COELESTINI II. PAPÆ EPISTOLA * I.

* Aliàs III. apud Labbeũ. & ex Caſtejonis *Primat. Tolet.*

Ad Toletanum Archiepiſcopum.

Ut aliquot parochias reſtituat A. Epiſcopo.

ANNO CHRISTI MCXLIV.

87. Dilectus filius noſter G. diaconus Cardinalis, & Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſicut ab ipſo accepimus, fratri noſtro Aſturicenſi Epiſcopo varia præcepit, ut parochias de Tepolis & Caldellis venerabili fratri noſtro M. Aurienſi Epiſcopo abſque ulla conditione reſtituat. Ipſe verò non tantùm mandatum ipſius effectui minimè mancipavit; ſed in eiſdem Eccleſiis, ab eodem filio noſtro pro contempto & inobedientia interdictis, divina officia celebravit. Verùm quoniam ipſum viam univerſæ carnis ingreſſum eſſe accepimus; per præſentium tibi ſcripta mandamus, quòd eaſdem parochias, infra quadraginta dies poſtquam præſens ſcriptum ſuſceperis, juxta mandatum ejuſdem filii noſtri præfato Epiſcopo integrè reſtitui facias. Facta verò reſtitutione, cùm Aſturicenſis Eccleſia per Dei gratiam paſtorem Catholicum obtinuerit, ſi quam in eiſdem Eccleſiis ſe confidit habere juſtitiam, congruo loco & tempore in tua præſentia utriuſque partis cauſſa audiatur, & fine debito terminetur. Quòd ſi quis reſtitutionem ipſam temerè impedire tentaverit; interdictum, quod prædictus filius noſter Cardinalis in eiſdem Eccleſiis poſuit, firmiter facias obſervari. Datum Laterani IV. Kalendas Martii.

EPISTOLA * II.

* Apud Labbeum ex Biblioth. Cluniac.

Confirmatio S. Vincentii Salmanticenſis in Hiſpania.

ANNO CHRISTI MCXLIV.

Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro Cluniacenſi Abbati, ejuſque fratribus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

88. Cum ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, univerſis Catholicæ Eccleſiæ filiis debitores exiſtamus; vobis tamen, qui ſanctæ Romanę Eccleſiæ ſpecialiùs inhæretis, propenſiori nos convenit charitatis ſtudio imminere. Ideoque tanquam ſpecialibus B. Petri filiis paterna ſolicitudine providere volentes, Eccleſiam S. Vincentii de Salamantica, quam frater noſter Berengarius ejuſdem civitatis Epiſcopus, aſſenſu Prioris ejuſdem loci, & chariſſimi filii noſtri A. Regis Hiſpaniæ, canonicè vobis conceſſit, per præſentis vobis ſcripti paginam confirmamus. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit; omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus, indignationem ſe noverit incurſurum. Datum Laterani VI. Martii.

LUCII II. PAPÆ EPISTOLA * I.

* Aliàs III. apud Labbeũ. ex *Primatu Tolet.* Caſtejonis.

Ad Raymundum Archiepiſcopum Toletanum.

Confirmat Primatum Toletanæ Eccleſiæ.

ANNO CHRISTI MCXLIV.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Raymundo Toletano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

89. Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia ab ipſo Salvatore omnium Domino Jeſu Chriſto caput & cardo eſt Eccleſiarum omnium conſtituta. Non decet igitur à capite membra diſſidere, ſed eminenti rationi ſupernæ proviſioni capitis obedire. Moderatrix autem diſcretio capitis, ſingulorum membrorum officioſas actiones confœderans, unicui-

unicuique jus & ordinem à natura conſtitutum diſtinctè conſervat, & quibuſque nobilibus venuſtatis ſuæ dignitatem, ſine invidia, ſociali charitate cuſtodit. Hac igitur inducti ratione, honorem nobilis & famoſæ Toletanę Eccleſiæ, Apoſtolicę ſedis propriæ & ſpecialis filiæ, volumus conſervare: ideoque, venerabilis frater Raymunde, quem vera in Chriſto charitate diligimus, tuis rationabilibus poſtulationibus paternæ pietatis affectu duximus annuendum.

90. Per præſentis ergo privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum regna Primatûs obtineas dignitatem. Pallio itaque, à ſede Apoſtolica tuæ charitati conceſſo, in Miſſarum celebrationibus uti debebis tantùm in præcipuis feſtivitatibus, tribus videlicet diebus in Natali Domini, in Epiphania, * Hypopauton, Cœna Domini, Sabbatho ſancto, tribus diebus in Paſcha, in Aſcenſione, Pentecoſte, in ſolemnitatibus ſanctæ Mariæ, Sancti quoque Michaëlis, Sancti Joannis Baptiſtæ, in omnibus natalitiis Apoſtolorum, & eorum Martyrum, quorum pignora in veſtra Eccleſia requieſcunt, Sancti quoque Martini & Ildephonſi confeſſorum, & omnium commemoratione Sanctorum: in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, & clericorum, in annuo conſecrationis tuæ die & in natali, & Sancti Iſidori, & Leandri. Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient, & ad te, ſi quid inter eos exortum fuerit quæſtione dignum, referent. Salva tamen in omnibus Romanæ Eccleſiæ auctoritate. Verùm perſonam tuam propenſiori gratia retinentes, cenſemus, ut ſolius Romani Pontificis judicio ejus cauſſa, ſi qua fuerit, decidatur. Sanè Toletanam Eccleſiam præſentis privilegii ſtabilitate munimus, Complutenſem ei parochiam cum terminis ſuis, necnon & Eccleſias omnes quas jure proprio antiquitus poſſediſſe cognoſcitur, confirmantes. Epiſcopales præterea ſedes, quas in præſentiarum juſtè & quietè poſſides, eidem Toletanæ Eccleſiæ, tanquam Metropoli ſubditas eſſe decernimus. Reliquas verò, quæ antiquis ei temporibus ſubjacebant, cùm Dominus omnipotens Chriſtianorum reſtituerit poteſtati, ſuæ dignatione miſericordiæ, ad caput proprium referendas, decreti hujus auctoritate ſancimus. Porrò illarum diœceſes civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiſerunt, eo tenore veſtræ ſubjicimus ditioni, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi ut proprio debeant ſubjacere. Si quæ autem Metropoles in ſtatum fuerint proprium reſtitutæ, ſuo quoque diœceſis Metropolitano reſtituatur, ut ſub proprii regimine paſtoris ſuper divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica perſona aut ſæcularis hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, &c.

Datum Laterani per manus Baronis Cappellani & ſcriptoris, III. Idus Maji, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatûs verò domini Lucii Papæ II. anno I.

* Hypapante

EPISTOLA * II.

* Aliis IV. apud Labbeū, ex *Primatu Tolet.* Caſtejonis.

Ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Hiſpaniæ.

De eodem argumento.

ANNO CHRISTI MCXLIV.

91. Apoſtolicæ ſedis clementia ſingulis Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ſuam dignitatem & joſtitiam ſervare conſuevit. Unde nos, quorum præcipuè intereſt Eccleſiarum omnium curam gerere, venientem ad nos venerabilem fratrem noſtrum reverendiſſimum Toletanum Archiepiſcopum benignè recepimus, & inſpectis prædeceſſorum noſtrorum privilegiis, Primatûs dignitatem per univerſa Hiſpaniarum regna, juxta eorundem privilegiorum tenorem, ei confirmavimus. Ipſum itaque cum gratia Sedis Apoſtolicæ, & literarum noſtrarum perſecutione, ad ſedem propriam remittentes, univerſitati veſtræ mandando præcipimus, quatenus eidem tanquam Primati veſtro abſque ulla contradictione canonicam obedientiam & debitam reverentiam exhibere curetis. Dignum namque eſt, ut qui multis lætatur præeſſe ſubditis, nullatenus erubeſcat ſuis ſubeſſe Prælatis. Datum Laterani III. Idus Maji.

ALPHONSI

Digitized by Google

ALPHONSI REGIS PORTUGALLIÆ

Epiſtola ad Lucium II. Papam.

Quâ regnum ſuum Romanæ Eccleſiæ tributarium conſtituit.

ANNO CHRISTI MCXLIV.

92. LUcio Secundo A. Rex Portugalenſis. Claves regni cœlorum beato Petro à Domino noſtro Jeſu Chriſto conceſſas eſſe cognoſcens, ipſum patronum & advocatum apud Deum omnipotentem habere diſpoſui, ut & in vita præſenti opem illius & conſilium in meis opportunitatibus ſentiam, & ad præmia felicitatis æternæ ipſius ſuffragantibus meritis valeam pervenire. Quocirca ego Adephonſus Dei gratiâ Portugalenſis Rex, per manum Domini G. Diaconi Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati, domino & patri meo Papæ Innocentio hominium feci, & terram quoque meam Beato Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ offero ſub annuo cenſu quatuor unciarum auri, ea videlicet conditione & tenore, ut omnes qui terram meam poſt deceſſum meum tenuerint, eundem cenſum annuatim Beato Petro ſolvant, & ego, tanquam proprius miles Beati Petri & Romani Pontificis, tam in me ipſo, quàm in terra mea, vel in iis etiam quæ ad dignitatem & honorem meæ terræ, ac etiam defenſionem & ſolatium Apoſtolicę ſedis habeam, & nullam poteſtatem alicujus Eccleſiaſtici ſęcularisve dominii, niſi tantùm Apoſtolicæ ſedis, vel à latere ipſius miſſi, unquam in terra mea recipiam. Facta oblationis & fortitudinis charta, Idus Decembris Erâ MCLXXX. Ego ſupradictus Adephonſus Portugalenſis Rex hanc chartam fieri juſſi, & libenti animo coram idoneis teſtibus propria manu confirmo. Ego Joannes Bracarenſis Epiſcopus confirmo. Ego B. Colimbrienſis Epiſcopus confirmo. Et ego Petrus Portugalenſis Epiſcopus confirmo.

Ex ed. v. Stephano Baluzio lib. 2. Miſcell. pag. 220.

Vide Innoc. III. li. 13. epiſt. 99. 441. 448. 449. lib. 14. epiſt. 59. lib. 15. epiſt. 24.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

93. COrrigenda eſt notatio temporis hujus epiſtolæ. Nam Erâ MCLXXX. ideſt anno Chriſti MCXLII. immo & toto ſequenti, nondum aſcenderat Lucius ad ſummum Pontificatum, uſque ad menſem Martium anni MCXLIV. quo obiit Cœleſtinus II. quare cenſeo ſcriptam fuiſſe Idibus Decembris ejuſdem anni, & proinde legendum Erâ MCLXXXII. Circa rem ipſam verò vide Innocentium III. lib. 13. epiſt. 99. 441. 447. 448. lib. 14. epiſt. 59. & lib. 15. epiſt. 24.

LUCII II. PAPÆ RESPONSORIA.

ANNO CHRISTI MCXLV.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio A. illuſtri Portugalenſi Duci ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

94. DEvotionem tuam, dilecte in Domino fili, maximè congaudemus, quòd temetipſum de illis ovibus recognoſcens, quas Dominus noſter Jeſus Chriſtus beati Petri cuſtodię commendavit, cùm ad expugnationem paganorum intentus, multiſque negotiis ſęcularibus occupatus, Apoſtolorum limina viſitare non poſſes, per manum dilecti filii noſtri G. Diaconi Cardinalis, tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis Legati, prędeceſſori noſtro felicis recordationis Papę Innocentio hominium laudabili devotione feciſti, & terram tibi à Deo commiſſam beato Petro Apoſtolorum Principi obtuliſti, atque perſonam tuam & terram ipſam ipſius patrocinio humiliter commiſiſti. Poſtmodum verò tam per literas tuas, quàm per venerabilem fratrem noſtrum J. Bracarenſem Archiepiſcopum nobis etiam promiſiſti, ut tam tu, quàm hæredes tui de terra ipſa quatuor uncias auri annis ſingulis Romano Pontifici perſolvatis. Nos itaque, qui, licet indigni, beati Petri loco reſidere conſpicimur, tam te quàm filios tuos & ſucceſſores veſtros intra hæredes ipſius Apoſtolorũ Principis ipſo adjuvante ſuſcipimus, ut in ejus benedictione & protectione tam animarum quàm corporum maneatis, per quam ab hoſtium viſibilium & inviſibilium expugnatione defenſi, ad cœleſtia regna pervenire largiente Domino valeatis. Datum Laterani Kalendis Maji.

Ex eodem Baluzio loco citato.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

95. IN hoc reſcripto Lucius Papa Alphonſi Portugalliæ Regis obſequium erga ſanctam Romanam Eccleſiã jam antea factum tempore Innocentii II. grato animo admittit & confirmat: ipſumque ac filios & ſucceſſores ejus ſub tutela B. Petri recipit. Data epiſtola ponitor *Kalendis Maji*. Sed enim occurrit ſtatim parachroniſmus minimè notatus à Baluzio, qui utramqne hanc epiſtolam primus edidit. Nam ut ſcriberet Lucius Alphonſo (qui ad ipſum ſcripſerat Idibus Decembris anni MCXLIV. nt mox oſtenſom fuit) oportebat reſcriptum hoc fuiſſe datũm Kalendis Maji ſequentis anni MCXLV. At tunc jam mortem obierat Lucius II. qui eodem anno quinto Kalendas Martii ex hoc ſæculo migravit: ut conſtat ex Codice Vaticano, cujus verba exſcribit Baronios. Itaqne certum apparet, reſcriptom hoc datum fuiſſe, non Kalendis Maji, immo nec Martii, ſed alterius menſis præcedentis ejuſdem anni MCXLV.

CONCILIUM TARRACONENSE

Celebratum anno Domini MCXLVI. tempore Eugenii Papæ III.

1. ANno MCXLVI. poſt menſem Juninm celebratum eſt Concilium Tarraconæ in Eccleſia S. Theclæ à Bernardo ejuſdem urbis Metropolitano, cnm ſuffraganeis ejuſdem Metropoleos Epiſcopis & Abbatibus, ac cæteris viris religioſis. In eo autem inter cætera inſtitntum eſt ſymbolum, quod dicitur confratria, cujns ſe confratres ſtatuerunt Eogenius Papa III. & S.Bernardus Abbas Claræ-vallenſis. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

CONCILIUM PALENTINUM,

SEU POTIUS COMITIA;

Ab Alphonſo VII. celebrata apud Palentiam Era MCLXXXVI. ideſt anno Chriſti MCXLVIII.

2. ANno MCXLVIII. Concilium Palentiæ, ſeu potiùs Comitia, ab Alphonſo VII. cum Epiſcopis & proceribus regni celebrata. Imprimis convocati fuernnt ſacri Præſules ad legendum edictum Eugenii III. Papæ, præcipientis ut ſe conferrent ad celebrandum Rhemis in Gallia Concilinm Generale, & examinandum ibidem quatuor theſes exoticas Gilberti Porretani Epiſcopi. Illarum exemplar miſit Eugenios ad Regem Alphonſum, nt examinarentur ab Epiſcopis Hiſpaniæ, prolato de iis judicio, ut vel per ſeipſos, vel interventu gravium & doctorum hominum, illud Rhemis aperirent. Porrò aliquos ex iis miſſos fuiſſe ad eam Synodum, conſtat ex Epiſtola IV. Eugenii ad ipſum Regem, mox proferenda, in qua ei gratias propterea refert. Deinde plora alia ad bonum regni ſpectantia decreta foerunt in eo Concilio Palentino, cnjus mentio habetur in prlvilegiis eodem anno MCXLVIII. & ſequenti conceſſis monaſterio Carrezetenſi apud Vierzum prope Villam-francam: qnæ allegat Sandovalius in Alphonſo VII. fol. 196. CARD. DE AGUIRRE.

EUGENII III. PAPÆ EPIST. AD HISPANOS.

EPISTOLA * I.

* Aliàs LXXXI apud Labbeum.

Ad Raymundum Toletanum Archiepiſcopum.

Gratulatur quòd Bracarenſis Archiepiſcopus ejus Primatui ſe ſubjecerit; increpat quòd in ejus fines invaſerit, eumque duriùs habuerit.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCL.

3. TUnc Eccleſia Dei grata lætatur tranquillitate, ſi ſuum cuique jus & rationis ordo ſervatur. Ut ergo inter Eccleſiarum Prælatos vera pax & concordia illibata ſervetur; uouſquiſque ſuo jure debet eſſe contentus, & alterius terminos iuvadere non conetur. Placet itaque nobis, & gratum habemus, quòd verus frater noſter J. Bracarenſia Archiepiſcopus, ad te juxta mandatum uoſtrum, licèt ipſum prout accepimus, exaſperaveris, venit: & te Primatem ſuum humiliter recognovit, atque juſtis tuæ Eccleſiæ poſtulationibus in hoc ſatisfecit. Cæterùm ſicut ab eo debitum tibi honorem ac reverentiam deſideras exhiberi; ſic & rationis circumſpectione compelleris eum tamquam fratrem & Coëpiſcopum fraterna charitate tractare, diligere, & ſua ei jura iutegra couſervare. Miramur autem quòd, quemadmodnm ex ipſius conqueſtione noper accepimus, terminos provinciæ ſoæ contra jnſtitiam occupaveris, & in Eccleſia Zamorieuſi, quam infra terminos proviuciæ ſuæ conſtitutam multis argumentis & rationibus aſſecurat, violenta compoſitione concordiæ, quam iuter B. anteceſſorem tuum, & A. Aſturicenſem Epiſcopum iu præſentia Dominus dedit presbyteri Cardinalis pro tempore Apoſtolicæ ſedis Legati, factam aſtruit, coutra appellatiouem ad Apoſtolicam ſedem factam, Epiſcopum, qui eidem Eccleſiæ impræſentiarnm præeſt, illicitè ordinaveris.

4. Nos ergo, qui in ſede juſtitiæ, licèt immeriti, reſidere couſpicimur, omnibus Eccleſiis, & Eccleſiaſticis Prælatis ex debito ſuſcepti regiminis ſua jura conſervare volentes; per præſentem tibi ſenteutiam mandamus, quatenus proxima Dominicæ Reſurrectionis ſolennitate, per te, vel per ſufficientes reſponſales tuos, ad noſtram præſentiam venias, prædicto fratri noſtro ſuper his reſpondere ſufficienter paratus. Præterea quoniam eundem fratrem noſtrum in exigenda ab ipſo profeſſionis obedientia uimiùm exaſperâſſe tua fraternitas dicitur; nihilominus tibi mandamus, ut cum eo, ſuper hoc, ſacerdotali moderamine ita convenias, ne juſtam cootra te occaſionem habeat de cætero murmuraudi. Datum Fereot. VIII. Idus Junii.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

5. DAta dicitur hæc Epiſtola VIII. Idns Junii, & certè uon ultra annum MCL. in quo Raymuodus obiit. Quare poſt illam ſcriptæ fuerunt qnas ſubjungo ad Joannē ejus ſucceſſorem, quamvis ante illas collocētur iu editione Labbeana, ordine præpoſtero.

PRIVILEGIUM RAYMUNDI

COMITIS BARCHINONENSIS,

Quo promittit ſe deinceps invaſurum non eſſe bona Epiſcoporum provinciæ Tarraconenſis.

ANNO CHRISTI MCL.

6. *PRivilegium quo Raymundus Comes Barchinonenſis, & Princeps Aragonum, & Marchio in exercitu Almeriæ promiſit Deo, quòd in morte Epiſcoporum nil raperet vel acciperet de rebus defuncti.*

AD ootitiam omniū fidelium volumus pervenire, qualiter ego Raymuudus outu Dei Comes Barchinouenſis, Priuceps Aragonum, ac Marchio, dum olim eſſem io procinctu itineris Almeriæ, diviua mihi inſpirante clemen- tia

Apud Baluzii lib 8. cap 18. *De concord.* ex chartulario Eccl. Barcinonenſis. & ex archivo Epi-

ſcopi Gerundenſis. Vide ſuprà pag 147.

tia votum vovi Domino Deo, atque in manu domini B. Tarraconenſis Archiepiſcopi, aliorumque Epiſcoporum, videlicet, G. Barchinonenſis, B. Gerundenſis, P. Auſonenſis, qui tunc ibi aderant, donavi, quòd quandam nefariam couſuetudinem, quæ quondam exſtiterat in cathedralibus Eccleſiis noſtri regiminis, exſtirparem & abolerem. Erat enim conſuetudo ut decedentibus Epiſcopis bona Pontificalia quæ in palatlis & in caſtris & in dominicaturis ipſorum inveniebantur, à bajulis & vicariis patris mei & aliorum prædeceſſorum meorum diriperentur & diſtraherentur.

7. Quod quia agnovi alienum eſſe à divinis legibus & humanis, ſuprà dictam deteſtabilem conſuetudinem, ſicut tunc verbo delevi, ſic nunc præſenti ſcripto in perpetuum evacuo & derelinquo, ſicut meliùs ad utilitatem & dignitatem ipſarum ſedium intelligi poteſt; ita videlicet quòd neque ego, nec ullus de filiis vel ſucceſſoribus meis, nec aliquis vivens, per noſtram vocem in cathedralibus Eccleſiis, & in earum caſtris & dominicaturis hoc deinceps poſſit exigere, expetere, vel habere. Sed omnia quæcumque, tam in pane, quàm in vino, pecoribus & pecudibus, & omnibus domorum utenſilibus, omnibuſque ad jus ipſorum Epiſcopatuum pertinentibus, à decedentibus Epiſcopis fuerint congregata, cum omni integritate ſucceſſoribus Epiſcopis tradantur profutura. Hanc definitionem & evacuationem facio propter amorem Dei & remedium animæ meæ & parentum meorum, & ut omnipotens in hoc & in futuro ſeculo mihi indulgeat. Hoc decretum noſtræ definitionis & evacuationis ſi quis infringere tentaverit, niſi reſipuerit & ſatisfecerit, iram Dei omnipotentis incurrat. Quod eſt actum VIII. Idus Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis MCL. apud Gerundam, in anno regni Ludovici Junioris XIV.

* Aliàs LXXII apud Labbeū, ex Caſtejonis Primat. Tolet.

EUGENII III. PAPÆ EPISTOLA * II.

Ad Joannem Toletanum Archiepiſcopum.

Confirmat Primatum Toletanum.

ANNO CHRISTI MCLII.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Joanni Toletano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

8. POteſtatem ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra, Beato Petro ejuſque ſucceſſoribus, auctore Domino, principaliter traditam illis Eccleſia verbis agnoſcit, quibus Petrum eſt idem Dominus allocutus: *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Ipſi quoque & propriæ firmitas, & alienæ fidei confirmatio, ab eodem Deo paratur, quum ad eum dicitur: *Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Oportet ergo nos, qui, licèt indigni, B. Petri reſidemus in loco, prout divina nobis clementia ſcire & poſſe donaverit, prava corrigere, recta firmare, & in omni Eccleſia ſic ad æterni arbitrium judicis diſponenda diſponere, ut de vultu ejus judicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem.

Matth. 16.

Luc. 22.

Pſal. 16.

9. Tuis itaque, dilecte in Chriſto frater Joannes Archiepiſcope, juſtis poſtulationibus gratum impertimur aſſenſum, & prædeceſſorum noſtrorum Honorii & Lucii, Romanorum Pontificum felicis memoriæ, veſtigiis inhærentes, per præſentis privilegii paginam ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum regna Primatûs obtineas dignitatem. Pallio itaque à ſede Apoſtolica tuæ charitati conceſſo in Miſſarum celebrationibus, uti debebis tantùm in præcipuis feſtivitatibus: tribus videlicet diebus in natali Domini, in Epiphania, Hypapanton *, Cœna Domini, Sabbatho ſancto, tribus diebus in Paſcha, in Aſcenſione, Pentecoſte; in ſolennitatibus B. Mariæ, S. quoque Michaëlis, & S. Joannis Baptiſtæ, in omnibus natalitiis Apoſtolorum, & eorum Martyrum quorum pignora in veſtra Eccleſia requieſcunt; S. quoque Martini & Ildephonſi Confeſſorum, & omnium commemoratione Sanctorum; in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, & clericorum, in annuo conſecrationis tuæ die, & in natali etiam SS. Iſidori & Leandri.

* Hypapante.

10. Primatem te univerſi Præſules Hiſpaniarum reſpicient, & ad te, ſi quid inter eos quæſtione dignum exortum fuerit, referent: ſalva tamen in omnibus ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Sanè Toletanam Eccleſiam præſentis privilegii ſtabilitate munimus, Complutenſem ei parochiam cum terminis ſuis, necnon Eccleſias omnes, quas jure proprio antiquitus poſſediſſe cognoſcitur, confirmantes: Epiſcopales præterea ſedes, Oxomam, Segoviam, * Saguntum, Palentiam, eidem Toletanæ Eccleſiæ tanquam Metropoli ſubditas eſſe decernimus. Reliquas verò, quæ antiquis temporibus ei ſubjacebant, cùm Dominus omnipotens Chriſtianorum reſtituerit poteſtati, ſuæ dignatione miſericordiæ, ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate ſancimus. Porrò illarum

* Fortè, Segontiam.

rum

Digitized by Google

rum diœceſes civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiſerunt, eo tenore veſtræ ſubjicimus ditioni, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi ut proprio debeant ſubjacere. Si quæ autem Metropoles in ſtatum fuerint proprium reſtitutæ, ſuo quæque diœceſis Metropolitano reſtituatur; ut ſub proprii regimine paſtoris ſuper divini collatione beneficii glorietur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisſve perſona, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum per manus * S. R. E. ſcriptoris, Id. Februarii, Indict. I. Incarnationis Dominicæ anno MCLII. Pontificatûs verò domni Eugenii III. Papæ anno VIII.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

11. Data dicitur hæc Epiſtola Idibus Februarii, Indictione I anno Incarnationis Dominicæ MCLII. Pontificatûs anno VIII. ſed legendū cenſeo anno VII. nam Idibus Februarii anni MCLII. Eugenius nondum inchoaverat octavum Pontificatûs annum: utpote qui, juxta omnes, electus fuerat anno MCXLV. poſt ſepultum Lucium II. menſe Martio.

EPISTOLA * III.

* Aliàs LXXIII. apud Labbeum.

Ad Joannem Bracarenſem Archiepiſcopum.

Ut Toletanum Primatum agnoſcat.

INCERTO ANNO.

12. Prædeceſſor noſter felicis memoriæ Papa Lucius viva voce tibi præcepit, ut venerabili fratri noſtro R. Toletano Archiepiſcopo, tanquam Primati tuo, debitam obedientiam exhiberes: aut ſi quæ contra hoc munimenta haberes, vel privilegia, præterita Reſurrectione cum ipſis Apoſtolico te conſpectui præſentares, & ejuſdem Archiepiſcopi nunciis de ſua juſtitia reſponderes. Tu verò tanquam diffidens de juſtitia, nec veniſti, nec excuſationem rationabilem prætendiſti. Quia igitur in ſede juſtitiæ poſiti ſingulis Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis ſua jura illibata ſervare nos convenit; per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus eidem Archiepiſcopo, tanquam Primati tuo, canonicam obedientiam & debitam reverentiam exhibeas. Quod ſi infra tres menſes poſt harum acceptionem literarum adimplere contempſeris, ex tunc ab Epiſcopali officio te noveris eſſe ſuſpenſum.

Datum Viterbii VII. Idus Maji.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs LXXIV. apud Labbeum.

Ad Alphonſum Hiſpaniarum Regem.

Toletanum Primatum confirmat.

POST ANNUM CHRISTI MCXLVIII.

13. In paſtorum ſpecula, diſponente Domino, conſtituti, Catholicos Principes & Reges terrarum, maximè illos qui B. Petro ejuſque S. R. E. fideliter adhærere noſcuntur, paterna debemus affectione diligere, & ſuam eis juſtitiam ex injuncto nobis officio conſervare. Neque enim de te, reverendiſſime in Domino fili, nobis fuit quandoque voluntas, ut honorem vel dignitatem tuam, ſeu juſtitiam regni tibi à Domino commiſſi minuere in aliquo deberemus: præcipuè cùm tempore anteceſſorum noſtrorum & noſtro, te obedientem Apoſtolicæ ſedi fuiſſe noverimus & devotum. Quod utique attendentes, petitiones tuas pro expeditione contra infidelium tyrannidem facienda libenter admiſimus: & ad hoc ipſum faciendum in poſterum cum honore Domini paternę ſumus charitatis debito præparati. Dignum eſt igitur de cætero, ut à querimonia tua deſiſtas; in eo videlicet, quòd à Portugallenſium Duce nos aliquid recepiſſe, vel ei etiam conceſſiſſe, quorum neſcimus perſuaſionibus opinatus es, unde jura regni tui debent imminui, vel auferri, vel perpetuò injuria irrogari. Nos ſiquidem amorem & devotionem

nem avi tui recolendæ memoriæ Adelphonſi, celeberrimi tunc temporis in Hiſpaniarum partibus Regis, erga Romanam Eccleſiam, noſtris oculis proponentes, & pro victoria contra inimicos Chriſtianæ Fidei tibi à Domino Deo Sabaoth miſericorditer præſtita plurimùm exultantes in Domino; ſpiritnali tibi ſinceritate dilectionis aſtringimur; & ad providendum regiæ ſerenitati tuæ ac tuis hæredibus, in qnibns ſecundum Dominum poſſumus, propenſiùs animamur. Præterea nt Bracarenſis Epiſcopus & ejus ſuffraganei, Toletano Archiepiſcopo tanquam ſuo Primati obediant, ſanctè à prædeceſſoribus noſtris mandatum eſt: ita & nos per ſcripta noſtra mandavimus, & volumus obſervari: qui nimirnm pro eo quòd eidem Toletano in hoc non obſequitur, ſuſpenſionis tenetur ſententiâ innodatus. Tua itaque intereſt ſic in B. Petri obſeqnio & devotione perſiſtere, atque ad ſubjugandas barbaras nationes cum Domini auxilio laborare, ita & Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas venerari & diligere, ut in actionibus tuis ille, per quem Reges regnant, abundantiùs honoretur, & mater tua S. R. E. de tanto filio & de tam Catholico Principe ampliùs gaudeat & exultet.

14. Ad hęc nobilitati tuæ notũ fieri volnmus, quòd Caurienſem Epiſcopnm nobiſcnm duximns retinendum, tum quia in Eccleſia, quæ ſibi commiſſa eſt, gravi inopia, ſicut accepimus, premebatur, & officium ſuum ibi exercere utiliter non poterat; tum qnia confidimus quòd munificentia tua ſuis debeat neceſſitatibus honeſtiùs providere. Ad indicium autem bonæ voluntatis & gratiæ noſtræ circa te, roſam auream, quam in ſignum Paſſionis & Reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri, Dominicâ quâ cantatur *Lætare Hieruſalem*, ſingulis annis Romanus portare Pontifex conſuevit, ſerenitati tuæ per venerabilem fratrem noſtrum P. Segovienſem Epiſcopum providimus tranſmittendam: ut ejuſdem roſæ memoriâ incitatus, ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in corpore tno complere cum Domini auxilio ſatagas, & ipſius ſolatiante clementia debeas ad reſurrectionis gloriam pervenire. Quia verò Epiſcopos & Abbates regni tui ad vocationem noſtram, tanquam devotus & humilis filius, Remenſi intereſſe Concilio voluiſti; benevolentiæ tuæ gratias exhibentes, precum tuarum conſideratione devicti, eos qui non venerunt, à ſuſpenſionis ſententia relaxamus. Datum in territorio Lingonenſi V. Kal. Maji.

* Aliàs LXXV apud Labbeũ.

EPISTOLA * V.

Ad eundem.

INCERTO ANNO.

De eodem argumento.

15. Sicut ex inſpectione literarum tuarum, & verbis nuncii tui R. præſentium latoris perpendimus, exhibitiones honoris & gratiæ ſedis Apoſtolicæ, quas Eccleſiis & perſonis regni tui, nobilitatis & manſuetudinis tuæ precibus inclinâſti, frequenter contulimus, ad tuam notitiam minimè pervenerunt. Pro tuis ſiquidem precibus, Eccleſiam Compoſtellanam in deferenda Cruce ante Metropolitanum ſnum ſpeciali pręrogativa decoravimus: & Toletanæ Metropoli in recuperanda juſtitia, quam ſuper Bracarenſi Archiepiſcopo habere dicitur, non defuimns: immo, ſicut tota Hiſpana novit Eccleſia, pro cauſſa ipſa eundem Bracarenſem per longum tempus ab officio Epiſcopali ſuſpendimus. Noviſſimè verò, cùm ad noſtram præſentiam in Longobardiæ partibus deveniſſet, abſolntionem à nobis nullatenus potuit impetrare: donec in noſtro & fratrum noſtrorum conſpectu viva voce promiſit, quòd infra conſtitutum à nobis terminum Toletanæ Eccleſię ſubjectione debita humiliter obediret: quod ſi non faceret, in eadem ſuſpenſionis ſententia, quouſque id faciat, remaneret. Cæterùm ſi poſtquam à nobis diſceſſit, juxta mandatnm noſtrum Toletanę obedivit Eccleſiæ, vel ſi fortè in ſua rebellione perdurat, per Archiepiſcopnm ipſius Eccleſiæ, cui ſolicitudo & cura ejuſdem Metropolis incumbere noſcitur, nobis debuit nunciari. Si ergo ipſe circa honorem & dignitatem Eccleſiæ ſibi commiſſæ negligens & minus ſolicitus ſilere diſpoſnit; nos qni in ſedis Apoſtolicæ ſpecula, diſponente Domino, judicis locum, licèt indigni, tenemus, propter ejus inſolentiam præcones vel curſores effici non debemus. Sed recolentes perſonæ tuę conſuetam dulcedinem & devotionis affectum, quæ avus tnus illuſtris memoriæ A. Hiſpanię Rex, & tu ipſe erga communem matrem tuam ſanctam Romanam Eccleſiam temporibus prędeceſſorum noſtrorum & noſtro humiliter oſtendiſti; preces tuas etiam nunc libenter admittimus. Præfato itaque Bracarenſi juxta petitionis tuæ deſiderium Apoſtolicas literas miſimns: quem nimirum, niſi uſque ad proximam Dominicam in Ramis Palmarum Toletano Primati obedire curaverit, denuò ab officio Epiſcopali ſuſpendimus, donec adimpleat qnod ei ſæpè mandavimus.

Data Laterani XIV. Idus Januarii.

NOTA

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

16. HÆc Epiſtola data dicitur XIV. Idus Januarii. Sed id corrigendum planè: cùm à nonis Januarii uſque ad Idus ſummùm octo dies numerentur. Legendum itaque videtur IV. Kalendas Januarii, ſicut in Epiſtola mox ſequenti, eodem die ſcripta, & circa idem negotium. Mirum autem id non occorriſſe diligentiſſimis & exactiſſimis alioqui in Chronologia viris Labbeo & Coſſartio, qui omnium primi has Epiſtolas collegerunt Tomo X. Conciliorum.

EPISTOLA * VI.

* Aliàs LXXVI. apud Labbeum.

Ad Bracarenſem Archiepiſcopum.

EODEM ANNO.

Eum ſuſpendit ab Epiſcopali officio, niſi Toletano Archiepiſcopo exhibeat obedientiam.

17. QUanta ſit obedientiæ virtus, Chriſti diſcipulus non ignorat; & totius ferè ſacri eloquii paginæ proteſtantur. Cùm enim ipſa condimentum aliarum virtutum eſſe dicatur, manifeſtiùs claret, quia *quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & velut ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere*. Super fraternitate tua itaque vix mirari ſufficimus, pariterque dolemus, quoniam ſedis Apoſtolicæ præceptis obedire contemnis, & mandatum de exhibenda obedientia Toletano Primati, quod tibi viva voce nuper fecimus, ſicut iterata querimonia ipſius Eccleſiæ indicat, nimis properè à corde tuo elapſum eſt, & tanquam aſpis ſurda clauſis auribus perſtitiſſe videris. Sed nemini debet indignum videri ſuis ſubeſſe majoribus, qui ſe meminit aliis eſſe Prælatum. Atque utinam ea quæ ad virtutis gloriam ſpectare noſcuntur, apud tuam fraternitatem valeant reperiri. Quamvis igitur tantæ prevaricationis contemptus ſeveriori eſſet prægravandus vindicta; Apoſtolica tamen utentes manſuetudine, per præſentium tibi ſcripta mandantes præcipimus, quatenus antefato Archiepiſcopo, uſque ad proximam Dominicam in Ramis Palmarum, obedientiam debitam ſatagas humiliter exhibere: quin ex tunc, donec adimpleas quod tibi ſæpè mandavimus, denuò te ab officio Epiſcopali ſuſpendimus. 1. Reg. 15.

Datum Laterani IV. Kal. Januarii.

EPISTOLA * VII.

* Aliàs LXXVII. apud Labbeum.

Ad Bernardum Tarraconenſem Archiepiſcopum.

INCERTO ANNO.

Ut Toletanum Primatum agnoſcat.

18. QUiſquis voluntatem gerit, ut ſibi alii ſubjiciantur, dedignari non debet ut ipſe quoque aliis ſit ſubjectus. Indignum ſiquidem & reprehenſibile nimis eſt, ut ab hominibus cõtemnatur, quod ab ipſis angelicis ſpiritibus novimus obſervari. Legimus etenim & credimus archangelos angelis præeſſe, & veluti ſubditis divina jubere obſequia. Quapropter ſuper honeſtate ac religione tua vix mirari ſufficimus, quòd nec Toletano Archiepiſcopo, ſicut per Apoſtolicam tibi ſententiam mandavimus, obedientiam, quam à tua fraternitate ſibi deberi expoſtulat, exhibuiſti; neque ſtatuto tibi termino, per te, vel per tuos reſponſales, ſufficienter ei vel ejus nunciis reſpondere paratus, ad præſentiam noſtram veniſti. Per iterata iterum ſententia * tibi mandamus, & mandando præcipimus, quatenus aut venerabili fratri * Scripta.
noſtro * Ildephonſo Toletano Archiepiſcopo, tamquam Primati tuo, obedientiam ſine moleſtia & contradictione exhibeas, aut proximâ Quadrageſimæ primâ Dominicâ, qua cantatur *Invocavit me*, ſuper hoc ſufficienter reſpondere paratus, noſtro te conſpectui repræſentes. Quòd ſi nec obedientiam ei detuleris, nec eo termino ſibi reſponſurus, ad noſtram præſentiam veneris; ex tunc tibi uſum pallii penitùs interdicimus. Datum Romæ apud S. Petrum III. Kal. Julii. * Ioanni, *qui tunc erat Archiepiſcopus Toletanus*.

EPI-

* Aliàs LXXVIII. apud Labbeū.

EPISTOLA * VIII.

Ad Joannem Toletanum Archiepiſcopum.

EODEM ANNO.

Significat ipſi, quid ad Bernardum Tarraconenſem ſcripſerit.

19. PErſonam tuam vera in Domino charitate diligimus, & commiſſę tibi Eccleſiæ Toletanæ honorem, in quantum ratio & honeſtas permittit, integrè cuſtodiri volumus & ſervari. Inde eſt, quòd venerabili fratri noſtro Bernardo Tarraconenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, per iterata ſcripta mandando præcipimus, quatenus abſque moleſtia & contradictione obedientiam tibi exhibeat, vel proximâ Dominicâ Quadrageſimæ, qua cantatur, *Invocavit me*, ſuper hoc tibi reſpondere ſufficienter paratus, noſtro ſe conſpectui repræſentet. Quòd ſi neutrum adimplere curaverit, ex tunc ſibi uſum pallii omnino interdiximus. Præterea venerabili fratri noſtro Ildephonſo Bracarenſi Archiepiſcopo, viva voce in prę̨ſentia nunciorum tuorum prę̨cipimus, ut tibi tamquam ſuo Primati, & ſucceſſoribus tuis obedientiam debitam & reverentiam deſerat.

Datum Romæ apud S. Petrum III. Kal. Julii.

* Aliàs LXXIX. apud Labbeum.

EPISTOLA * IX.

Ad Bernardum Archiepiſcopum Tarraconenſem.

Rurſus præcipit, ut Toletano Archiepiſcopo pareat.

INCERTO ANNO.

20. DIvinę majeſtatis clementiam, & ſuperni cognitoris ſinceritatem, qui judex eſt conſtitutus, offendit, ſi pro cujuslibet gloria, vel perſonarum acceptione, ſive humilitate, juſtitiam deſerat. Æqua enim ſunt libramina juſtitiæ. Et nos in eminenti ſedis Apoſtolicę ſpecula, diſponente Domino, conſtituti, Chriſti legatione ſungentes, majoribus & minoribus, ſapientibus & inſipientibus, in ſuo jure debitores exiſtimus. Memores ſiquidem ſumus, quòd jam ſecundò per Apoſtolicam tibi ſententiam mandavimus, ut Toletano Archiepiſcopo tamquam Primati tuo humilitate debita obedires, vel ſi aliquam contrahente * juſtitiam habere confideres, in Paſcha proximè prę̨terito, per te vel per ſufficientes reſponſales tuos, prædicto fratri noſtro Toletano Archiepiſcopo, vel ejus nunciis, in noſtra prę̨ſentia ſuper iis reſponderes. Tu verò neutrum ex iis, unde plurimum admiramur, uſque modò effectui mancipare curâſti. Quia igitur à ſua querimonia Eccleſia Toletana non deſiſtit, & nos in ſua ei juſtitia deeſſe non poſſumus, nec debemus; per iterata tibi ſcripta mandamus, & mandando præcipimus, quatenus venerabilem fratrem noſtrum * Ildephonſum ipſius Eccleſiæ Archiepiſcopum, Primatem tuum dilatione ſepoſita recognoſcas, & debitam ei obedientiam deferas, vel proximâ Dominicæ Reſurrectionis ſolennitate, ſufficientes reſponſales tuos ad præſentiam noſtram, remota occaſione tranſmittas. Quod ſi neglexeris, ex tunc prædictam Eccleſiam ſua defraudari juſtitia, parante Domino, minimè patiemur.

Datum Romæ apud S. Petrum V. Idus Februarii.

* contra hunc.

* Ioannem legendum, qui tunc erat Archiepiſcopus Toletanus.

EPISTOLA * X.

* Aliis LXXX. apud Labbeum.

Ad Hiſpaniarum Epiſcopos:

Ut Toletano Archiepiſcopo tanquam Primati obediant.

EODEM ANNO.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Epiſcopis & Archiepiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

21. APoſtolicæ ſedis clementia ſingulis Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis ſuam ſervare dignitatem & juſtitiam conſuevit. Unde nos, quorum præcipuè intereſt Eccleſiarum omnium curam gerere, venientem ad nos venerabilem fratrem noſtrum Ildephonſum Toletanum Archiepiſcopum benignè recepimus: & inſpectis prædeceſſorum noſtrorum privilegiis, Primatûs dignitatem per univerſa Hiſpaniarum regna, juxta eorundem privilegiorum tenorem, ei confirmavimus. Ipſum itaque cum gratia ſedis Apoſtolicæ & literarum noſtrarum proſecutione ad ſedem propriam remittentes, univerſitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus eidem tanquam Primati veſtro abſque ulla contradictione canonicam obedientiam & debitam reverentiam exhibere curetis. Dignum namque eſt, ut qui multis lætatur præeſſe ſubditis, nullatenus ſuis erubeſcat ſubeſſe Prælatis. Datum Romæ apud S. Petrum, Idibus Februarii.

EPISTOLA * XI.

* Aliis LXXXII. apud Labbeum.

Ad Tarraconenſem Archiepiſcopum Apoſtolicæ ſedis Legatum.

Ut Toletanum Primatum agnoſcat.

INCERTO ANNO.

22. QUaliter obedientia vel reverentia ſit præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubjectis ipſe non ambigis. In qua re valdè utile ac laudabile eſt, ſi id quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda ſervaverit. Nôſti ſiquidem, quòd venerabilis frater noſter Rodericus Toletanus Archiepiſcopus à tua fraternitate jure Primatûs debitam ſibi reverentiam poſtulet exhiberi: quam prædeceſſores tuos ſuis deceſſoribus exhibuiſſe, multis argumentorum experimentis munitus, conſtanter affirmat. Sed quia ejus poſtulationibus nondum acquieſcere voluiſti, noviter per nuncios ſuos, pro eo quòd Eccleſia ſua in hoc, ſicut aſſerit, injuriam patitur, Apoſtolicæ ſedis clementiam humiliter requiſivit, & juſtitiam ſuper hoc ſibi fieri à nobis cum magna inſtantia poſtulavit.

23. Ceterùm nos, ſicut tua fraternitas meminiſſe poteſt, ſuper hac cauſſa Remis te ad rationem poſuimus: & ut prædicto fratri noſtro Toletano Archiepiſcopo, ſi cognoſceres quòd Eccleſia tua conſuevit illiùs Eccleſiæ obedire, debitam non denegares obedientiam, tibi mandavimus. Tu verò novitatis tuæ ignorantiam tunc nobis opponere voluiſti, & ad Eccleſiam tuam cum noſtra licentia redire te ſuper hoc certum habere conſilium promiſiſti. Et quoniam prædictus frater noſter Toletanus à ſua querimonia non deſiſtit, & nos qui in Sede juſtitiæ, licèt immeriti, reſidemus, ſuam ei denegare juſtitiam non poſſumus, nec debemus; per præſentia tibi ſcripta mandamus, quatenus aut eidem fratri noſtro debitam, quam à te requirit, obedientiam deferas, aut proximâ Dominicæ Reſurrectionis feſtivitate, per te ipſum, vel per ſufficientes reſponſales tuos, ad Apoſtolicæ ſedis præſentiam venias, ſuper hoc, memorato fratri noſtro Toletano Archiepiſcopo reſpondere auctoritate vel ratione ſufficienter paratus. Datum Ferentini III. Idus Maji.

* Aliàs LXXXIII. apud Labbeũ.

EPISTOLA * XII.

Ad clerum & populum Toletanum.

Ut Muz-arabes Toletano Archiepiſcopo pareant, & in cæremoniis ab eo non diſſentiant.

INCERTO ANNO.

24. INobedientiæ crimen quàm grave, quantaſque animadverſione plectendum; Creator omnium Dominus primi hominis inobedientiam puniendo monſtravit: & genus hominum in valle lacrymarum poſitum experitur. Significatum benè eſt, quòd quidam, qui Muz-arabes nuncupantur, venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Toletano obedientiam denegantes, Eccleſias de manu laïcorum recipiant: & in ſacramentis Miſſarum, & aliis divinis officiis, tonſura quoque clericali & veſtimentis, ſuam antiquam conſuetudinem ſubſequentes, ab Apoſtolica ſede diverſa ſentire præſumant. Quia igitur Apoſtolicæ ſedi tanta eſt à Domino collata poteſtas, ut quàm * pro ſanis dogmatibus, fidelium moribus, Dominico tempore * ſcripſit, hodie teneatur acceptum; & quam * illa repulit, hactenus ineſſicax habeatur; quantò magis quæ ob reverentiam Catholicæ Fidei in ſacramentis Miſſarum, & aliis divinis officiis inſtituiſſe dignoſcitur, omni debent honore præferri, & ab omnibus prorſus reverenter aſſumi? Univerſitati veſtræ per præſentia ſcripta mandamus, quatenus eos diſtrictiùs moneatis, ut in ſacramentis Miſſarum, & aliis divinis officiis, à Catholica Eccleſia diſſentire de cætero non præſumant, & memorato fratri noſtro obedientiam debitam exhibentes, ſi in ipſius provincia remanere voluerint, ejus monita & præcepta reverenter ſuſcipiant & obſervent.

* quod. * præſcripſit a * quod.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Salmanticam.

Præſente Alphonſo VII. Erâ MCXCII. anno Chriſti MCLIV.

1. ANno Domini MCLIV. IV. Nonas Januarii, cùm Alphonſus VII. Imperator unà cùm uxore Rica & filiis Sanctio ac Ferdinando Salmanticæ ageret, inter Epiſcopos Ovetenſem & Lucenſem acerrima atque implicatiſſima lis vertebat ſuper Epiſcopatuum juriſdictione ac terminis. Quam ut Alphonſus dirimeret, ac contentiones hinc inde agitatas penitùs diſſiparet, ipſaſque partes in concordiam redigeret, conventum Epiſcoporum celebrari juſſit: in quo Imperator, inito priùs cum eis conſilio, ita æqua lance utrique partium conſuluit, ut earum juribus fecerit ſatis. Inita eſt concordia 19. Kalendas Februarii. Subſcribunt Actis, Alphonſus Imperator, deinde Sanctius ejus filius Caſtellæ Rex, Joannes Archiepiſcopus Toletanus, Vincentius Epiſcopus Segobienſis, Ennecus Abelenſis, Navarus Salmanticenſis, Joannes Oxomenſis, Petrus * Segobienſis, Victor Burgenſis, plurimique regni Caſtellæ proceres ac principes viri. Subſcribunt etiam ex regno Legionenſi, Ferdinandus Alphonſi filius, Pelagius electus Epiſcopus Compoſtellanus, Martinus Epiſcopus Aurienſis, Pelagius Tudenſis, Joannes Lucenſis, Pelagius Mindonienſis, Petrus Aſtoricenſis, Joannes Legionenſis, Raymundus Palentinus, Stephanus Zamorenſis, aliique regni optimates. Scripturam ipſam vidit Sandovalius, ex quo iſta retulimus. Videtur autem error irrepſiſſe apud Sandovalium. Nam duo Epiſcopi Segobienſes memorantur. Legendum arbitror: *Petrus Seguntinus*, qui ſubſcribit anno ſequenti privilegio cuidam conceſſo ab eodem Alphonſo in favorem Eccleſiæ Burgenſis, apud eundem Sandovalium.

EPISTOLA

ANASTASII IV. PAPÆ * EPISTOLA I.

* Ex Odolrico Raynaldo in Annal. ad ann. MCC. XXXIX. num. 52. & ſeqq. & 92 Labbeo.

Ad Bracarenſem Archiepiſcopum.

Jubet ut Archiepiſcopo Toletano tanquam Primati obediat.

ANNO CHRISTI MCLIV.

2. Quanti criminis habeatur Apoſtolicæ ſedis contemptus, ex propheticis verbis oſtenditur, ubi ſcriptum eſt: *Peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.* Item Beatus Gregorius de inobedientibus & Apoſtolicæ ſedis mandatis dura cervice reſiſtentibus ait: *Sua ruina debet dolore proſterni quiſquis Apoſtolicis noluerit obedire mandatis; nec locum inter ſacerdotes habeat; ſed exſors à ſancto miniſterio fiat.* Quàm frequenter & quàm diſtrictè à prædeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ Papa Eugenio fueris monitus, ut Toletano Archiepiſcopo tanquam Primati tuo debitam reverentiam & obedientiam exhiberes, & qualiter ei obedieris, unde etiam priuſquam mandatis ipſius obtemperares, pro tua inobedientia & cervicoſitate ſecundò ſuſpenſionis ſententiam incurriſti, à tua memoria non debuit excidiſſe. Sed ſicut venerabilis fratris noſtri J. nunc Toletani Archiepiſcopi conqueſtione accepimus, poſtquam de obitu ejuſdem prædeceſſoris noſtri certus fuiſti, obedientiam quam R. prædeceſſori ejuſdem Archiepiſcopi exhibueras, ſibi deferre nullatenus voluiſti, non attendens, quòd unius morte Apoſtolicæ petræ ſoliditas nec frangitur, nec mutatur. Quocirca per præſentia tibi ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus ad prædictum fratrem noſtrum J. Toletanum Archiepiſcopum ſepoſita excuſatione accedas, & tanquam Primati obedientiam debitam ſibi exhibeas. Quod ſi infra triginta dies poſt harum acceptionem adimplere neglexeris, ex tunc à Pontificali officio te noveris eſſe ſuſpenſum. Datum Later. VI. Idus Aprilis.

3. Subjiciuntur aliæ ejuſdem Pontificis ad eundē Bracarenſem & Tarraconenſem Archiepiſcopos, quibus graviſſimè illos arguit, ſe à Toletani Archiepiſcopi Hiſpaniarum Primatis auctoritate ſubduxiſſe: tum ad Hyacinthum Diaconum Card. in Hiſpania Legatum de iis Archiepiſcopis, qui Toletano ut Primati parere detrectabant, ad officium revocandis.

EPISTOLA II.

Ad Hyacinthum Cardinalem & Legatum.

Ut Compoſtellano Archiepiſcopo jubeat, uti Primati Toletano obedientiam exhibeat.

ANNO CHRISTI MCLIV.

4. Quoniam fratri noſtro Compoſtellano mandavimus, ut vel ei tanquam Primati ſuo obediat, vel ſub tuo judicio ipſi exhibeat juſtitiæ complementum; nihilominus charitati tuæ mandamus, ut ſi idem frater noſter ambiguitatem noluerit ſobire judicii, utramque partem ante tuam præſentiam advoces, & rationibus utriuſque partis plenariè auditis & cognitis, quod æquitati & rationi congruat, inde cenſeas obſervandum. Aliàs enim eum ſicut Primati ſuo illi facias humiliter obedire.

Digitized by Google

CONCILIUM VALLIS-OLETANUM

GENERALE,

Præſide Hyacintho S. R. E. Cardinale, & Apoſtolicæ ſedis Legato, ſub Alphonſo VII. Era MCXCIII. anno Chriſti MCLV.

5. Die XXV. Januarii anni MCLV. Sanctia Regina, Alphonſi VII. Imperatoris ſoror, privilegium quoddam conceſſit monaſterio S. Petri de Exlonza prope Legionem urbem: in quo ait per illos dies Hyacinthom Cardinalem & Apoſtolicæ ſedis Legatum Concilium Generale celebràſſe Vallis-oleti, cujus nuſquam mentio exſtat. *Hæc ex Sandovalio qui privilegium ipſum legit, quem adi in* Vita Alphonſi VII. *pag.* 208.

HADRIANI IV. PAPÆ EPISTOLA I.

Ad Tarraconenſem & Narbonenſem Archiepiſcopos.

Sub protectione ſedis Apoſtolicæ ſuſcipit Raymundum Comitem Barcinonenſem, ditioneſque ejus.

ANNO CHRISTI MCLV.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Tarraconenſi Archiepiſcopo, & Narbonenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato, eorumque ſuffraganeis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo regio Barcinonenſi.

6. Dilectum filiom Raymondum illuſtrem Batcinonenſem Comitem à multis retrò temporibus devotum plurimùm ac fidelem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ exſtitiſſe, atque ad ejus obſeqoium ſolicitum ſemper exhibuiſſe ſe ac paratum, nos ipſi multis rerom experimentis agnovimus, & ad diſcretionis veſtræ notitiam credimus abſque dubio perveniſſe. Unde & nos in propoſito & voluntate habemus eum tanquam devotiſſimum & ſpecialem filium noſtrum ſincera charitate diligere, & ipſum ab iniquorum impugnationibus propenſiùs defenſantes in omni ſua juſtitia ſolicitè intendimus confovere. Venerabiles autem fratres noſtri Pampilonenſis & Cæſarauguſtanus Epiſcopi, nobis ex parte ſua proponere ſtuduerunt, quòd tregua & pax inter eom & Lupum Valentiæ Regem diſciſſa ſit & penitùs violata.

7. Sanè cùm ipſe Comes, ſicot inſtaoter aſſerit, ad edomandas barbaras gentes & efferas nationes, rabiem videlicet Sarracenorum, quorom peſtis eſt perniciosiſſima Chriſtianis, modis omnibus auctore Domino reprimere intendat, & viribiliter impognare; quidam tamen Chriſtianæ profeſſionis, qui eidem Comiti adverſantur, tum inimicitià, tum etiam peconiæ cupiditate ſeducti, ſimul cum Sarracenis, ſicut accepimos, eum intendunt offendere, atque inclytum ejus animum à tam laodabili propoſito retardare. Quod utique tantò magis nobis grave eſt ac moleſtom, quantò & perſonam ejus ſinceriori affectiooe diligimus, & factom tam impium, atque à religione Chriſtianę fidei alienum & peroicioſum adimplentes, poſteris prodire cognoſcimus in exemplom. Ut igitor qui hoc attentare præſumpſerit, rem ſacrilegam & profanam ſe doleat incepiſſe, fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta præcipiẽdo mãdamus, quatenus omnes Chriſtianos, qui præfatum Comitem, cujus perſonam & totam terram ſub beati Petri, ac noſtra protectione ſoſcepimos, ut ab iniqoorum incurſibus pro noſtrl officii debito defendamus, à ſuo propoſito præſumpſerint impedire, & vel cum Sarracenis, vel etiam ſine eis, ipſum, vel terram ejus, dum in hoc propoſito fuerit, tentaverint moleſtare, auctoritate noſtra noo differatis cenſurâ Eccleſiaſticâ coërcere, & omnes terras eorum uſque ad condignam ſatisfactionem ioterdicti ſeoteotiæ ſupponatis. Data Sutrii VIIII. Kal. Julii.

EPI-

EPISTOLA II.

Ad Bracarenſem Archiepiſcopum.

Ut Archiepiſcopo Toletano tamquam Primati obediat.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCLVI.

8. SI quanta ſit obedientiæ virtus debitâ vigilantiâ cogitares, & quantum ipſa utilitatis afferat, intenta curares ſolicitudine circumſpiceres, venerabili fratri noſtro J........ Toletano Archiepiſcopo ita ſtuderes debitam reverentiam exhibere, quòd tuæ devotionis ſinceritas, tam in conſpectu Dei, quàm in oculis hominum, commendabilis appareret. Cæterùm in hoc videris & humilitatis amiſiſſe conſtantiam, & à juſtitiæ tramite deviâſſe, quòd ei, neſcimus quo ſupercilio, negligis & deſpicis obedire. Ne igitur præſumptionis aut contumaciæ ulteriùs arguaris, mandamus, quatenus prædicto fratri noſtro Toletano Archiepiſcopo, cui in toto Hiſpaniarum regno confirmavimus Apoſtolica auctoritate Primatum, debitam reverentiam tanquam Primati tuo, & omnimodam ſubjectionem impendas. Alioqnin ſuſpenſionis ſententiam, quam dilectus filius noſter Hyacinthus Diaconus Cardinalis A. S. L. internoſcitur promulgâſſe, ratam & firmam habemus, & eam robur firmitatis perpetuæ ſtatuimus obtinere. Nos enim prædeceſſorum noſtrorum fel. mem. Eugenii & Anaſtaſii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ſententiam memorati filii noſtri Hyacinthi Cardinalis, niſi ad præfatum Archiepiſcopum cum omni humilitate acceſſeris, & ei de cætero curaveris obedire, ab omni Pontificali officio te jubemus eſſe ſuſpenſum, & omnes ſuffraganeos tuos ab obedientia perſonæ tuæ abſolvimus. Datum Beneventi XIV. Kal. Februarii.

EPISTOLA * III.

* Alias XXIII apud Labbeū.

Ad Ludovicum Francorum Regem.

INCERTO ANNO.

Ne ſacram expeditionem cum Anglorum Rege ſuſcipiat in Hiſpaniam inconſultis illius terræ Principibus.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

9. SAtis laudabiliter & fructuosè de Chriſtiano nomine propagando in terris, & æternæ beatitudinis præmio tibi cumulando in cœlis, tua videtur magnificentia cogitare: dum ad dilatandos terminos populi Chriſtiani, ad paganorum barbariem debellandam, & ad gentes apoſtatrices, & quæ Catholicę Fidei refugiunt, nec recipiunt veritatem, Chriſtianorum jugo & ditioni ſubdendas, ſimul cum chariſſimo filio noſtro Henrico illuſtri Anglorum Rege, in Hiſpaniam properare diſponis: & ſtudes aſſiduè, ut opus hoc felicem exitum ſortiatur, exercitum, & quæ ſunt itineri neceſſaria, congregare. Atque ad id convenientiùs exſequendum, matris tuę ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſilium exigis & favorem. Quod quidem propoſitum tantò magis gratum acceptumque tenemus, & ampliùs ſicut commendandum eſt commendamus, quantò de ſinceriori charitatis radice talem intentionem & votum tam laudabile proceſſiſſe credimus, ac de majori ardore Fidei & religiónis amore propoſitū & deſiderium tuum principium acceperunt.

10. Verùm cùm excellentia tua & conſilii maturitate ſit provida, & luce ſapientiæ illuſtrata, in ordine ipſius facti videtur plurimum eſſe feſtina: unde & multos attonitos reddidit, & ſuſpenſos: cùm omne bonum quod ſuo tempore & competenti ordine exercetur, æterno conditori placitum habeatur modis omnibus & acceptum. Aliter autem non poteſt gratum ejus exiſtere voluntati. Quod utique ut magis evidenter appareat, & ut ſit quod proponimus paullò ampliùs manifeſtum, aliquid exempli gratiâ duximus non inutiliter ſupponendū. Corpus ſiquidem Chriſti conficere, & in ara Dominica hoſtiam immolare, bonum, immo & ſalutiferum eſſe, nemo qui rectè ſapit, ignorat. Cæterùm ſi tempore ſuo & horis immolatum non fuerit conſtitutis, jam illud reſervatur ad pœnam quod exſpectabatur ad gloriam: & qui extra tempus immolat conſtitutum, inde

ſibi

ſibi damnationem dolebit infligi, unde, ſi conſtituto tempore immolâſſet, meritum ſibi gauderet & præmium augmentari.

11. Accedit ad hoc, quòd alienam terram intrare, nec providum videtur eſſe, nec tutum: niſi à Principibus & à populo terræ priùs conſilium requiratur. Tu verò, ſicut accepimus, inconſultâ Eccleſiâ, & Principibus terræ illius, accedere illuc & feſtinare diſponis: cùm hoc deberes nulla ratione tentare, niſi cognita per Principes terræ neceſſitate, & ab eis priùs eſſes exinde requiſitus. Unde quia nos honorem & incrementum tuum tota mentis intentione diligimus, & nihil tale te aggredi niſi rationabili cauſſa exigente vellemus; ſublimitati tuæ præſentibus literis ſuademus, ut priùs neceſſitatem terræ per Principes illius regni inſpicias & conſideres, & tam illius Eccleſiæ quàm Principum & populi voluntatem diligenter inquiras, & ab eis conſilium, ſicut decet, accipias. Quo facto, ſi & neceſſitatem terræ videris imminere, & Eccleſiæ conſilium fuerit, ipſi etiam terræ Principes tuæ ſublimitatis auxilium poſtulaverint, & conſilium dederint; juxta poſtulationem & conſultum eorum poteris poſtea in facto ipſo procedere, & laudabile votum tuum divino comitante præſidio adimplere. Aliter tamen timendum eſſet, ne iter tuum infructuoſum exiſteret, & ne ad deſideratum non poſſet exitum pervenire. Ipſi verò Principes & populus terræ in tanto apparatu tuo, ſi fortè neceſſitas non incumberet, gravarentur, & nos ipſi leves in hoc facto poſſemus multipliciter apparere.

12. Debet enim ſerenitatis tuæ celſitudo recolere, & ad memoriam revocare, qualiter alio tempore, cùm tam Conradus bonæ memoriæ quondam Rex Romanorum, quàm tu ipſe, inconſulto populo terræ, Hieroſolymitanum iter minus cautè aggreſſi eſtis, ſperatum fructum & optatum commodum non perceperitis: & quantum Eccleſiæ Dei & univerſo ferè populo Chriſtiano detrimentum exinde provenerit & jactura. Sanctę quoque Romanę Eccleſiæ, quia vobis ſuper hoc conſilium præſtiterat & favorem, in ipſo facto fuit non modicum derogatum: & omnes adverſus ipſam ex multa indignatione clamabant, dicentes eam auctricem tanti periculi extitiſſe.

13. Cùm igitur hæc omnia nobis ſolicitè cogitantibus occurrerent formidanda, nos admonitionem & exhortationem Apoſtolicam ad populum regni tui, ſecundum quod venerabilis frater noſter * ..... Ebroicenſis Epiſcopus nobis ex tua parte propoſuit, duximus differendam. Attendentes, quoniam quod differtur ad tempus, penitùs non aufertur. Sed tunc tandem exhortatorias & communicatorias literas in peccatorum remiſſionem, juxta deſiderium gloriæ tuæ, auctore Domino transmittemus, cùm de conſilio & poſtulatione tam Principum quàm populi terræ illius, ſicut ſuperiùs dictum eſt, volueris iter arripere, & conceptum in animo votum neceſſitatis tempore, cùm fortè modò aliqua neceſſitas non immineat, diſcretè ac laudabiliter diſpoſueris adimplere.

* Rotterus.

14. Literas autem, in quibus regnum tuum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, his qui regnum ipſum uſque ad reditum tuum præſumerent impugnare, iram & indignationem Apoſtolicam proponentes, ſecundum petitionem regiæ dignitatis ad præſens duximus concedendas. Nos enim, te etiam reticente, & à nobis nullatenus exigente, pro illius fervore dilectionis, quam erga tuam ſublimitatem habemus, quicquid honoris & exaltationis tibi & regno tuo exhibere poſſemus, prompto animo curaremus efficere, & operibus adimplere. Sanè diſcretio tua & noſtram diſſuaſionem, quam rationabiliter credimus nos feciſſe, provida deliberatione conſideret: atque alia, per quæ ad illud iter tam feſtinanter aſpiras, inſpiciat & attendat. Et illud tandem tibi conſilium ſuper negotio ipſo eligas, quod magis de judicio rationis cognoveris eligendum. De cætero, ea quæ memoratus frater noſter Epiſcopus ex noſtra parte regiæ propoſuerit dignitati, velut ſi ab ore noſtro procederent, abſque ulla hæſitatione ſuſcipias: & ipſius verbis, tanquam ſi contingeret nos ea proferre, fidem non dubites adhibere. Ipſe namque injunctam ſibi legationem ita prudenter fuit & ſolicitè exſequutus, quòd omne illud à nobis ſtudio ſuæ probitatis & diſcretionis obtinuit, quicquid per ſolicitam & providam vigilantiam deberet quilibet alius obtinere. Datum Laterani, XII. Kal. Martii.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA * IV.

* Aliàs XXX. apud Labbeū. Ex opere Caſtejonis de Primatu Tolet.

Ad Joannem Toletanum Archiepiſcopum.

De Primatu Eccleſiæ Toletanæ.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCLVI.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Joanni Toletano Archiepiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

15. Quantæ dignitatis & gloriæ Toletana Eccleſia fuit ex antiquo, & tam in Hiſpanis, quàm in Gallicis regionibus, quàm famoſa exſtiterit, quàm illuſtris, quot etiam per eam Eccleſiaſticis negotiis utilitates & incrementa pervenerint, omnibus qui ſynodalium decretorum inſtituta ſcrutantur, ſatis eſſe credimus manifeſtum. Sed ex quo, peccatis populi exigentibus, Toletana civitas, quæ inſignis quondam, & inter Hiſpaniarum urbes magni nominis habebatur, Sarracenorum violentiâ capta eſt, ita ibi Chriſtianæ religionis libertas ad nihilum eſt redacta, quòd per multa curricula temporum nulla illic perhibeatur paſtoralis officii dignitas viguiſſe. Poſtea verò, ſicut divinæ voluit miſeratio majeſtatis, ſtudio illuſtris & magnifici viri Regis Ildephonſi, & labore Chriſtiani populi, Sarracenis exploſis, Chriſtianorum juri præfata eſt civitas reſtituta. Quia verò dignum erat & conſentaneum modis omnibus rationi, ut poſtquam eadem civitas in amiſſam reſpirabat libertatem, ipſa, & Eccleſia in ſtatum reduceretur priſtinæ dignitatis; prædeceſſor noſter divæ * memoriæ Urbanus Papa, cujus temporibus à Sarracenorum manibus civitas eſt erepta, ut ibi ſedes eſſet Pontificalis inſtituit, & in prædicta Eccleſia, ſicut antiquitus fuerat, Præſulem ordinavit.

* Corr. beatæ.

16. Nos ergo, qui ei, licèt indigni, ſucceſſimus, jus ipſius Eccleſiæ in nullo minorare, ſed potiùs augmentare volentes, ejuſdem urbis ſtatum, quantum ad noſtras eſt facultates, in Eccleſiaſticæ dignitatis gloria ſtabilire, adjuvante Domino præoptamus. Confirmamus itaque tam tibi, quàm tuis ſucceſſoribus in perpetuum, & per vos Eccleſiæ Toletanæ, Complutenſem parochiam cum ſuis terminis, & cætera quæ hodie Toletana Eccleſia juſtè & canonicè poſſidet. Igitur tum pro digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum & pro reverendiſſimi filii noſtri præſtantiſſimi Regis Ildephonſi poſtulationibus, cujus nimirū virtute ac prudentia ſuffraganeæ ſedes in libertatem priſtinam redactæ ſunt; te, venerabilis frater, juxta prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Urbani II. Paſchalis, Calliſti, Eugenii, Romanorum Pontificum, inſtituta, in totis Hiſpaniarum regnis Primatem fore præſentis privilegii auctoritate ſancimus. Sicut ejuſdem urbis antiquitus conſtat exſtitiſſe Pontifices.

17. Pallio ſanè in Miſſarum ſolummodo celebrationibus uti debebis, præcipuè, quæ ſubſcriptæ ſunt, feſtivitatum temporibus: tribus diebus videlicet in Natale Domini, in Epiphania, Hypopanton *, Cœna Domini, Sabbatho ſancto, tribus diebus in Paſcha, in Aſcenſione, Pentecoſte, tribus ſolennitatibus Sanctæ Mariæ, Sancti quoque Michaëlis & Sancti Joannis Baptiſtæ, in omnibus natalitiis Apoſtolorum, & eorum Martyrum quorum reliquiæ in veſtra Eccleſia requieſcunt: Sancti quoque Martini, & Ildephonſi Confeſſorum, & omnium commemoratione Sanctorum, in conſecrationibus Eccleſiarum, Epiſcoporum, & clericorum, in annuo conſecrationis tuæ die, natali etiam Sancti Iſidori & Leandri.

* Hypapante.

18. Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient, & ad te, ſi quid inter eos quæſtione dignum exortum fuerit, referent: ſalva tamen Romanę Eccleſię auctoritate. Toletanam ergo Eccleſiam jure perpetuo tibi, tuiſque, ſi divina gratia pręſtiterit, ſucceſſoribus, canonico tenore hujus privilegii confirmamus, unà cū omnibus Eccleſiis & diœceſibus, quas proprio jure noſcitur antiquitus poſſediſſe: pręcipientes de iis, quę Sarracenorum ad pręſens ſubjacent ditioni, ut cùm eas Domino placuerit poteſtati populi reſtituere Chriſtiani, ad debitam Eccleſiæ veſtræ obedientiam referantur. Illarum etiam civitatum diœceſes, quę Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios perdiderunt, veſtrę ditioni eo tenore ſubjecimus, ut quoad ſine propriis exſtiterint Metropolitanis, tibi, ut proprio, debeant ſubjacere. Si verò Metropolis quęlibet in ſtatum fuerit priſtinum reſtituta, ſuo quæque diœceſis Metropolitano reſtituatur. Neque tamen ideo minus tua debet ſtudere fraternitas, quatenus unicuique Metropoli ſuę reſtituatur gloria dignitatis.

19. Hæc & cętera omnia quę ad antiquam Toletanę ſedis dignitatem atque nobilitatem probari poterunt pertinuiſſe, auctoritate & certa ſedis Apoſtolicę conceſſione, nos tibi tuiſque ſucceſſoribus perpetuò poſſidenda concedimus atque firmamus. Te venerabilis frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honore Pontificii ſemper exhibeas, Chriſtianis ac Sarracenis ſine offenſione ſemper eſſe procurans, & ad Fidem infideles convertere, Domino largiente,

verbis

verbis ſtudeas & exemplis: ſic exteriùs pallii dignitate, Primatus prerogativâ, precellens in oculis omnium hominum, ut interiùs virtutum excellentiâ polleas coram ſuperne oculis majeſtatis. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, &c.

Datum Beneventi per manus Rolandi ſancte Romane Eccleſie Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, XIV. Kalend. Martii, Indict. IV. Incarnat. Dominicæ ann. * MCLIV. Pontificatûs verò domini Hadriani Pape IV, anno II.

* Forté, MCLVI.

NOTA CARDINALIS DE AGUIRRE.

20. Data ponitur hec epiſtola apud Caſtejonem & Labbeum XIV. Kalend. Martii, Indictione IV. anno Dominice Incarnationis MCLIV. Pontificatûs Hadriani II. Sed corrigendum id eſt, & legendum MCLVI. Nam anno MCLIV. nondum erat Pontifex XIV. Kalend. Martii, immo nec moltis menſibus poſtea, uſque ad diem tertium Decembris, in quo electus fuit. Quin nec potuit ea epiſtola dari anno MCLV. cùm die XIV. Kal. Martii nondum eſſet inchoatus ſecundus annus Hadriani, uſque ad Decembrem ſequentem. Quare abſdubio tranſpoſite fuerunt litere numerales IV. in exemplari Caſtejonis, que deberent eſſe VI. ut proinde fuerit annus MCLVI.

* Aliàs XXXIX apud Labbeum.

EPISTOLA * V.

Ad Eundem.

De eodem argumento.

INCERTO ANNO.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Joanni Toletano Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

21. Cum pro negotiis commiſſe tibi Eccleſie imminentibus fraternitas tua noſtro ſe conſpectui preſentâſſet, à ſede Apoſtolica, que juſta petentiom vota ſemper conſuevit admittere, ſuppliciter poſtulavit, antecesſorum noſtrorum felicis memorie Paſchalis, Calliſti, Honorii, & Eugenii, privilegium ſibi & literas innovari: in quibus Hiſpaniarum Primatem * Toletane Eccleſie noſci indulgeri. Nos autem, quia te ſincera in Domino charitate diligimus, & perſonam tuam, quia inconcuſſa eſt columna Eccleſie & firmamentum, quibuſcumque modis convenit, propoſuimus honorare; poſtulationem tuam duximus admittendam, & deſiderium tuum effectu ſuo paſſi non fuimus defraudari.

* Forté, Primatum Eccleſiæ Tolet. noſcere indulgeri.

22. Unde communicato fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolice ſedis auctoritate ſtatuimus, ut veſtre propoſite petitionis indictum debeat privilegium ſimul cum literis innovari: & ſicut Eccleſia tua ex antiquo habuit in tota Hiſpaniarum regione Primatum, ſic tu, & Eccleſia Toletana, cui Domino auctore preeſſe dignoſceris, eundem Primatum debeas ſuper omnibus in perpetuum obtinere. Adjicientes, ut privilegium quod frater noſter Pelagius Compoſtellanus Archiepiſcopus, à predeceſſore noſtro bone memorie Anaſtaſio Papa (videlicet quod jure Primatûs non debeat tibi eſſe ſubjectos) dicitur impetrâſſe, nullas habeat vires in poſterum, nec aliquod tibi debeat prejudicium irrogare: ſed privilegium jam dicti anteceſſoris noſtri ſancte recordationis Eugenii Pape tibi ſuper conceſſione Primatûs indultum, illi modis omnibus prejudicare decernimus: preſertim cùm illud Anaſtaſii, neque de communi, neque de ſanioris partis fratrum conſilio fuiſſet elicitum. Decernimus itaque, ut ipſe Compoſtellanus Archiepiſcopus, ſive reliqui Hiſpaniarum Pontifices, tibi tanquam Primati ſuo, & ſucceſſoribus, obedientiam de cætero & ſubjectionem jure Primatûs impendant: & dignitas ipſa tibi tuiſque ſucceſſoribus ſemper firma permaneat, & perpetuis temporibus illibata. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc noſtre conceſſionis & confirmationis paginam auſu temerario infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus, ſe noverint incurſurum. Datum Beneventi V. Idus Februarii.

EPI-

EPISTOLA * VI.

* Alii, XXXII. apud Labbeum.

Ad eundem.

Ut in crimina Epiſcopi Pampilonenſis inquirat.

INCERTO ANNO.

23. AD hoc Apoſtolorum Principis in Cathedra, licèt non ſuffragantibus meritis, auctore Domino reſidemus, ut de ſingularum ſtatu Eccleſiarum debeamus eſſe ſoliciti, & earum paſtores, quoties à via veritatis exorbitant, ad ſtatum rectitudinis nos conveniat revocare. Hac itaque conſideratione inducti, fraternitati tuæ per Apoſtolicam ſententiam mandamus, quatenus Pampilonenſem Epiſcopum, de cujus vita indita * ſiniſtra noſtris auribus referuntur, congruo loco & tempore ante tuam præſentiam ſtudeas convocare: vel tu ipſe ad civitatem ejus, vel ad loca vicina, feſtinanter accedas: & tam Pampilonenſibus canonicis, quàm ſupra........ latore præſentium, & ipſo Epiſcopo in tua præſentia conſtitutis, crimina ſuper quibus ipſi canonici, & homicidium........ quo idem ſupraſecundum tenorem literarum prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ Eugenii, quas eidem Epiſcopo deſtinavit, eum impertierunt. Depoſitiones quoque teſtium, remoto appellationis obſtaculo, diligenter audias & cognoſcas: cognita verò literis tuis nobis ſtudeas indicare, & ipſorum depoſitiones teſtium ſub ſigillo tuo nobis tranſmittere: ut qualiter poſtea ſuper ipſo tibi ſit procedendum, per nos pleniùs inſtruaris. Quòd ſi ad vocationem tuam venire, & judicio ſtare contempſerit; eum tam à ſpiritualium, quàm temporalium adminiſtratione ſuſpendas. Datum Beneventi, XII. Kal. Martii.

* multa; — Depravatus textus.

EPISTOLA VII.

Ad Berengarium Archiepiſcopum Narbonenſem, Artaldum Epiſcopum Helenenſem, & Barones per Helenenſem Epiſcopatum conſtitutos.

Adverſus Gaufredum Comitem Ruſcinonenſem, qui legitima uxore dimiſſa, aliam ſuperinduxerat.

CIRCA ANNUM CHRISTI MCLVI.

Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Berengario Narbonenſi Archiepiſcopo & Apoſtolicæ ſedis Legato, & Artaldo Helenenſi Epiſcopo, & univerſis Baronibus per Helenenſem Epiſcopatum conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

24. QUæ à prædeceſſoribus noſtris rationabiliter ſunt ſtatuta, nullius temeritate volumus perturbari, ſed inconvulſa ea mandamus & illæſa ab omnibus obſervari. Prædeceſſor autem noſter felicis memoriæ Papa Eugenius, Comitem Ganfredum, & eam quam tenet adulteram, excommunicationis vinculo innodavit, pro eo videlicet, quòd legitima uxore dimiſſa, non eſt veritus adulteram ſibi matrimonio copulare. Et quia, ut nobis dicitur, pertinaciter adhuc in ſua iniquitate perdurat, eandem ſententiam ratam habentes, mandamus eam ab omnibus inviolabiliter obſervari: ſtatuentes ut eidem Comiti nunquam ſit liberum, legitima etiam uxore defuncta, eam ſibi matrimonio copulare, quam non eſt dubium manifeſto adulterio polluiſſe. Filios autem quos ex adultera in adulterio procreavit, qui ſpurii à jure cenſentur, decernimus perpetuò paterna hæreditate carere; nec eis liceat ullo tempore aliquid hæreditatis ipſius Comitis jure ſucceſſionis petere vel habere. Si verò ab eis hoc fuerit aliquando attentatum, excommunicationis vinculo ſe noverint innodandos.

Ex archivo regio Barcinonenſi apud Saluzium Tom. 2. *Miſcell.* pag. 224.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud caſtrum Morel in Aragonia.

Pro confirmatione privilegiorum monaſterii S. Ruffi Valentinenſis provinciæ Viennenſis in Gallia.

ANNO CHRISTI MCLVII.

25. ANno MCLVII, Idibus Martii Raymundus Berengarii Comes Barcinonenſis confirmavit donationes Eccleſiarum antea factas Eccleſiæ ſeu monaſterio Sancti Ruffi in Gallia: Eccleſiam ſcilicet Biſuldunenſem Sanctæ Mariæ, Eccleſiam Sancti Petri de Tarracia, & Eccleſiam Sancti Ruffi de Ilerda, quam ad fidem & cultum Domini noſtri Jeſu Chriſti idem Comes nuper reduxerat. Huic conceſſioni cum Comite ſubſcripſere Petronilla Regina ejus uxor, Bernardus Archiepiſcopus Tarraconenſis, Guillelmus Epiſcopus Ilerdenſis, Rodericus Epiſcopus Calagurritanus, Berengarius Epiſcopus Gerundenſis, Bernardus Epiſcopus Urgellenſis, Martinus Epiſcopus Turiaſſonenſis, & Guillelmus Epiſcopus Barcinonenſis. Ex primatibus palatii ſubſcripſere Petrus de Alcalà, Raymundus de Monellis, Bertrandus de Gerba ſive Jorba, Guillelmus Raymundi Dapiſer, & alii quidam. Acta ipſa exhibemus, primùm edita ab Illuſtriſſimo Petro de Marca ex archivo S. Petri de Terracia, quæ ita ſe habent.

26. CUm cunctos homines qui Chriſtiano cenſentur nomine, Eccleſiam Dei tanquam matrem deceat honorare, illos præcipuè, quibus regendi curam ab æterno Rege conſtat eſſe conceſſam, convenit ſacroſanctis Eccleſiis, ac cunctis venerabilibus locis pio ſtudio providere, & his quæ ſacroſanctis altaribus obſecundant, ne quando temporalium reperiuntur indigentia, à divino ſervitio ſeu contemplatione divina retrahantur, ad ſuſtentationem præſentis vitæ temporalia miniſtrare. Juſtum namque eſt, nos eis, teſtante Apoſtolo, noſtra carnalia gratis & cum omni famulatu offerre, qui nobis gratis & ſumma devotione ſpiritualia largiuntur. Quapropter ſolius pietatis ac religionis intuitu ego Raymundus Berengarii Dei gratiâ Barcinonenſium Comes, & Aragonenſium Princeps, ac Marchio, ob remedium & ſalutem animæ meæ & parentum meorum, concedo, laudo, confirmo Eccleſiæ Sancti Ruffi, cujus religio viget ſemper ac viguit inceſſanter, quicquid munificentiâ noſtrâ, vel parentum noſtrorum largitione, Epiſcoporum ſeu cujuſlibet Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſione vel gratia, fidelium oblatione, hactenus eſt adepta, ſive nunc ea quietè poſſideantur, ſive ab aliquo injuſto & violento poſſeſſore recipere poterit in futurum. Ex his autem quæ nunc quietè poſſidet, quædam propriis vocabulis duximus exprimenda. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Biſulduno, Eccleſiam Sancti Petri de Terracia, cum omnibus quæ ad eas pertinent vel pertinere debent. Cum majori verò alacritate id totum quod in territorio Ilerdenſis civitatis, quam ad Fidem & cultum Domini noſtri Jeſu Chriſti, eodem Jeſu bono præſtante, reduximus ad honorem omnipotentis Dei, eidem Eccleſiæ Sancti Ruffi nuper contulimus, præſentis ſcripti paginâ habendum, tenendum, poſſidendum, abſque ullius contradictione firmamus, & firmum atque illibatum omni tempore abſque ulla diminutione concedimus. Præterea quicquid in tota terra noſtra largitione cujuſcumque perſonæ, ſeu noſtra, in poſterum præfata Eccleſia Sancti Ruffi per ſe, vel per prædictas obedientias, juſtè ſeu rationabiliter, ſalvâ regionis conſuetudine, poterit adipiſci, nos id totum Deo auctore confirmamus, & præſenti ſcripto noſtræ manus ſubſcriptione roborato, eidem Eccleſiæ habendum, atque inviolabiliter poſſidendum modis omnibus collaudamus. Et ut evidenter ſine omni ambiguitate loquamur, nos præfatas obedientias, videlicet Sanctæ Mariæ de Biſulduno, & Sancti Petri de Tarracia, & Sancti Ruffi de Ilerda, dictæ Eccleſiæ Sancti Ruffi pro certo donamus; & ſi quid à prædeceſſoribus meis minus factum geſtumve eſt, nos omnino ſupplentes, & præfata omnia eidem Sancti Ruffi Eccleſiæ ex toto donantes, præſenti ſcripto noſtram propriam donationem corroboramus. Omnipotenti autem Deo placere, & miſericordiam conſequi cupientes, præfatam Eccleſiam Sancti Ruffi, ac ejus miniſtros in toto regno noſtro religionis intuitu honorari ac revereri mandamus, cupimus, & optamus. Si qua verò Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hæc, quæ nos prædictæ Eccleſiæ donamus vel habenda conceſſimus, auferre, ſubtrahere, vel inquietare præſumpſerit, nihil valeat; ſed iram omnipotentis Dei incurrat, & in extremo examine cum Juda traditore pœnas ſentiat in æternum. Præfatam verò domum venerabilem, & ejus dictas obedientias honorantes, & noſtram piam donationem ac confirmationem in omnibus collaudantes, & in nullo penitùs offendentes, ſequatur laus, & gratia, & benedictio à nobis & Chriſto noſtro Jeſu in perpetuum. Facta charta donationis & confirmationis in Aragone apud

caſtrum quod dicitur Morel. Idus Martil, anno ab Incarnatione Domini MCLVII. regniſque Ludovici Junioris XXII.

Signum Beruardi Tarraconenſis Archiepiſcopi.

Signum Guillelmi Ilerdenſis Epiſcopl.

Signum Roderici Calagurritani Epiſcopi.

Berengarius Gerundenſis Epiſcopus.

Petrus Dei gratiâ Cæſar-auguſtanus Epiſcopus.

Signum Bernardi Urgellenſis Epiſcopi.

Martiuus Tiraſſonenſis Epiſcopus manus ſuæ ſigno roboravit.

Siguum Guillelmi Barcinonenſis Epiſcopi.

Signum Raymundi Comitis.

Signum dominæ Reginæ Aragonenſis, & Comitiſſæ Barchinonenſis.

Signum Petri de Alcalà. S. March. S. Blaſch. S. Raymuudi de Monellis. S. Bertrandi de Gerba. S. Guillelmi Ramundi. S. Guillelmi de Montcada filii ejus. S. Ramundi de Podio-alto. S. Gnillelmi de Caſtellvel. S. Deuſde Tamarit. S. Hugouls de Cervilione. S. Poucii ſcribæ, qui chartam per mandatum Comitis ſcripſit.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud monaſterium Arulenſe.

Pro dedicatione ejuſdem Eccleſiæ.

ANNO CHRISTI MCLVII.

27. ANNO Domini MCLVII. factus eſt celebris & inſignis couventus Epiſcoporum & virorum nobilium ad dedicaudam novam Eccleſiam monaſterii Arulenſis, quam reædificaverant &reſtauraverant Udalgarius & Artaldus Epiſcopi Helenẽſes, Gosbertus Vice-comes de Caſtro-novo cum matre ſua Ermeſſendi, cum multis parochianis totius Heleuenſis Epiſcopatus, ſtudio & labore Raymondi Abbatis Arulenſis. Dedicata eſt ergo III. Idus Octobris à Berengsrio Archiepiſcopo Narbonenſi, & ſedis Apoſtolicæ Legato, Artaldo Epiſcopo Helenenſi, Berengario Gerundenſi, Petro Auſonenſi, & Guillelmo Barcinonenſi. Affuerunt autem etiam Abbates Guillelmus Sancti Felicis, Beruardus Saucti Tiberii, Oſtenſius Cuxaneuſis, Berengarius Canigonenſis, Berengarius S. Michaëlis Fluvianeuſis, Petrus Sancti Geneſii de Fontanis, Berengarius Sancti Petri Rodenſis. Adfuit etiam magnus numerus virorum Principnm cum Willelmo Vice-comite Caſtri-uovi. Acta ipſa exhibere viſum ex Petro de Marca, qui primus edidit ex archivo monaſterii Arulenſis, & ejuſmodi ſunt.

28. SIcut ex latere Adæ facta eſt Eva, ita ex latere Chriſti in cruce morientis ſabricata exivit mater Eccleſia, in qua undâ baptiſmatis abluuntur & cordis coutritione delentur delicta. Ad quam conſecrandam in honore Dei & ejus genitricis, anno Dominicæ Incaruationis MCLVII. Erâ MCXCV. Indictione V. illuſtrante Spiritu ſancto, ego Berengarius Dei diſpoſitione Narbonenſis Archiepiſcopus, atque Artallus Helenenſium Epiſcopus, & Berengarius Geruudenſium Epiſcopus, & Petrus Auſonenſium Epiſcopus, & Guillelmus Barchinonenſiū Epiſcopus, unauimes in villa quæ Arule nuncupatur, conveuimus, domuo Raymundo venerabili exiſtente ejuſdem loci Abbate, & aliis quamplurimis prudentiſſimis & ſapieutiſſimis viris opem & auxilium ad hoc tribueutibus, videlicet Bertrando cappellano, & Bernardo de Curtſavino, cum matre ſua Blanca, & Guillelmo de Caſtro-novo Vice-comite, cum matre ſua Maaut, & Bernardo de Pulchro-loco, cum uxore ſua Ahalgardi, & Calcia vetula cum uxore ſua Elbrardi, & filio ſuo Bertrando, & Petro de Corneliano, & Berengario de Cerſeto, & Petro de Reinerio. Quam videlicet prædictam Eccleſiam reædificaverunt & reſtauraveruut bonæ memoriæ Udalgarius Helenenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & præſens domuus gratiâ Dei Artallus Helenenſis Epiſcopus, ad cujus diœceſim prænominata pertinet Eccleſia, necnon & Gosbertus Vice-comes de Caſtro-novo, cum matre ſua Ermeſſendi, & cum multis parochianis totius Helenenſis Epiſcopatûs, inſtantia urgenti & labore domui reverentiſſimi prænominati Raymundi Arulenſis cœnobii Abbatis. Unde ego Berengarius prænominatus Romanæ Eccleſiæ Legatus, atqne Narbonenſis Archiepiſcopus, & omues prænominati Pontifices, hanc dotem noſtræ conſtitutionis prædictæ Eccleſiæ ſecimus, manibuſqne noſtris ſubſignare curavimus: ſtatuentes ſub divini judicii obteſtatioue, & auathematis interdictione, ut nullus aodeat hoc violare, quod noſtra auctoritas ad ſtabilimentum hujus domus Dei voluit confirmare. Igitur ſicut venerabilium Romauorum Pontificum, quę prædicto facta ſunt cœnobio, coutinent privilegia, & ſicut Regum Francorum demonſtrat auctoritas, & qnemadmodum dotes oſtenduut, quæ à noſtris auteceſſoribus ei firmatæ ſunt per retroacta tempora, ſic illi confirmamus, & perenniter omnia ſua ſtabilimus, videlicet cuncta, quæ quorumlibet fidelium dono votivè ac potentialiter uſque hodie juſtè acquiſivit, vel quolibet

libet modo uſque in ſæculi fioem caonicè acquiſierit. Concedimus etiam & confirmamus Abbatibus & monachis ipſius loci libertatem ſua placita diſtringendi & judicandi iu omoibus exceſſibus & malefactis, quæ facta fuerint infra terminos honoris prædicti cœnobii, ſiue licentia & blandimeuto ullius perſonæ, ita quod ulla perſona non audeat ibi dijudicare, vel aliquam exactionem, vel injuriam, aut damnum ſine licentia Abbatis vel monachorum iuferre, etiam in teloneo ipſius mercati. Quicumque verò adjutor & defenſor noſtræ couſtitutionis exſtiterit, ex parte Dei omnipotentis, & beatæ Virginis Mariæ, & noſtra, beuedicimus eum, & abſolvimus perenniter. Si quis autem ſuadente diabolo hoc infringere tentaveriot, auctoritate Dei omnipotentis, & Apoſtolorum Petri & Paulli, vinculo anathematis eum innodamus, donec canonicè prædictæ Eccleſiæ & ejus monachis ſatisfaciat. Iterum interdicimus omnibus clericis & laïcis, quod à Balneis uſqoe ad collum de Steva nullus audeat conventus congregare, neque aliquos cauſsâ negotii coadunare, niſi pro negotiis & utilitatibus prædicti cœnobii. Iterum concedimus & confirmamus huic Eccleſiæ libertatem auctoritate privilegii, ſcilicet Sergii Romanæ ſedis Pontificis, in quo coutinetur, ut quiſque pœnitens ibi veniens, pro facinoribos ſuis ſegregatus à limitibus Eccleſiæ, licentia ſit ei, quamdiu ibi ſteterit, eandem Eccleſiam ingredi, & divinum officium audire. Præcipimus etiam oos omnes prædicti Pontifices, & auctoritate Dei & ooſtra interdlclmus, ne infra immunitatis ſigna autiquitus huic venerabili locó collata & à nobis coofirmata, hoc eſt, à collo de Steva uſque ad crucem petræ erectæ, uſque ad ſummitatem de Pivas, aliquis homo aliquem ulla ratione vel cauſsâ perſequi. vel iuſidiari, vel vim ei inferre, vel in aliquo calumniari, vel injuriari, ſive dehooeſtare audeat vel præſumat: ſed hæc ſigua immunitatis ſint omnibus fugientibus inimicos ſuos firmiſſimum tutamen confugii & pacis, qoamdiu intra præfixa manſerint immunitatis ſigna. Si quis verò hujus noſtræ immunitatis auſu temerario violator vel iuterruptor exſtiterit, uiſi ſatisfaciens juxta legem pœnituerit, in primitus iram Dei omuipoteutis ejuſque genitricis, ac omniom Sanctorum incurrat, & deioceps auctoritate Dei & noſtra, & Apoſtolorum Petri & Paulli, vinculo anathematis ſubjaceat. In craſtinum aotem Narbonenſis prædictus Archiepiſcopus couſecrabit altare Sancti Joannis, Helenenſis Epiſcopua altare Sancti Petri Apoſtoli, Gerundenſis Epiſcopus altare Sancti Michaëlis, Auſoueuſis Epiſcopos altare Saucti Tiburtii, Barchinonenſis Epiſcopus altare Sancti Gabrielis; intromittentes multarum copiam reliquiarum. Factum eſt hoc decretum tertio Idus Octobris, regnante Ludovico Rege in Francia. Ego Berengarius Dei gratiâ Narbonenſis Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſubſcripſi. Artallus Heleuenſis Epiſcopus. Berengarius Dei gratiâ Geruodenſis Eccleſiæ Epiſcopus. S. Guillermi Barchioonenſis Epiſcopi. Petrus Auſonenſis Epiſcopus ſubſcripſi. S. Beroardi de Molleto Helenenſis Archidiaconi. S. Petri Sacriſtæ Saocti Paulli Narbouenſis. Ego Imbertus Sacriſta Sancti Paolli. S. Petri de Mataplana Helenenſis Sacriſtæ. S. Petri de Malleolis Præcentoris Helenēſis. S. Bertrandi cappellaui de Arulis. Raymundus Abbas de Arulis. Guillelmus Sancti Felicis Abbas. Guillelmus Gerundenſis ſedis præcentor. Ego Poncius Abbas, & Narbonenſis Archidiaconus. S. Bernardi Abbatis Sancti Tiberii. S. Oſtenſil Abbatis Sancti Michaëlis de Cuxano. Berengarius electus de Sancto Martino Canigonis. Berengarius Abbas Sancti Michaëlis Fluviani. S. Petri Abbatis Sancti Geneſii. S. Berengarii Abbatis Sancti Petri Rodenſis. Ego Rogerius Narbooenſis archidiaconos. S. Bernardi Helenenſis canonici. S. Guillelmi Vice-comitis de Caſtro-novo. S. Artalli de Millars. S. Bernardi de Curtſavino. Sigoum Guillelmi fratris ejus. S. Bernardi de Pulchro-loco. S. Calciæ vetulæ. S. Bertrandi filii ejos. S. Raymundi de Serra-longa. S. Petri de Corniliano. S. Berengarii de Cerſeto. S. Petri de Semerio. S. Guillelmi de Appiano. S. Ermeugaudi de Villa-raſa. S. Gausberti de Avalriuo. S. Guitardi Comitis confit. S. Bernardi de Paciano. S. Ermengardis Narbonenſis Vice-comitiſſæ. S. Ermengaudi de Locata. S. Bernardi Petri de Ripa. S. Berengarii de Gaſcio. S. Arnaldi de Mollet cappellani. S. Joannis cappellani de Curtſavino. S. Berengarii de Cucufag. S. Bernardi de Albaniano. Petrus Præcentor ſcripſit rogatus die & anno quo ſuprà.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLÆ ALEXANDRI PAPÆ III.

AD HISPANOS.

EPISTOLA I.

Ad Narbonenſem Archiepiſcopum & Helenenſem Epiſcopum.

Confirmat ſententiam interdicti auctoritate ſedis Apoſtolicæ latam adverſus Abbatem Canigonenſem, Abbati Craſſenſi protervè recuſantem exhibere obedientiam, quam anteceſſores ſui exhibere conſueverant.

ANNO CHRISTI MCLXI.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Narbonenſi Archiepiſcopo & Helenenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. RElatum eſt auribus noſtris, quòd cùm Abbas Canigonenſis Craſſenſi monaſterio nollet ſubeſſe, vel Abbati ejuſdem monaſterii obedientiam exhibere, quam ſui anteceſſores ejus anteceſſoribus exhibuerunt, in eum de mandato noſtro interdicti ſententiam protuliſtis. Unde quoniam ea, quæ de auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſtatuuntur, rata nos convenit & firma habere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatenus ſi res ita ſe habet, præſcriptam ſententiam, quam nos ratam & firmam habemus, ſicut à vobis rationabiliter lata eſt, occaſione & appellatione ceſſante faciatis firmiter & inviolabiliter obſervari: & ſi nec ſic prædictus Abbas reſipuerit, manus veſtras ſuper eum ampliùs aggravetis: quia nos ratum volumus & firmum haberi quod in ipſum duxeritis canonicè ſtatuendum. Si autem ambo his exſequendis intereſſe non poteritis, alter, adhibitis ſibi viris prudentibus, ea nihilominus exſequatur. Datum Anagniæ Kal. Martii. *Ex authentico Bibliothecæ Colbertinæ apud Marcam Hiſp.*

PRIVILEGIUM ERMENGAUDI

COMITIS URGELLENSIS,

Quo abdicat conſuetudinem, quam ab anteceſſoribus ſuis habebat, capiendi bona mobilia & immobilia Epiſcoporum Urgellenſium defunctorum.

ANNO CHRISTI MCLXII.

2. IN nomine omnipotentis Patris, & incarnati Verbi Filii ejus, & ab utroque procedentis Spiritus ſancti. Pateat cunctis, præſentibus atque futuris, qualiter ego Ermengaudus Dei diſpoſitione Comes Urgelli, pro remedio animæ meæ, omniumque parentum meorum, dimitto atque evacuo, & ſine aliquo retentu penitùs perſolvo Domino Deo, & almæ genitrici ejus Mariæ ſedis Urgelli horribilem illam & malè conſuetam rapinam, quam poſt deceſſum Epiſcoporum ſedis Urgelli injuſtè exercere conſueverant prædeceſſores mei in omni honore Epiſcopali: tali ſcilicet modò, quòd ego, nec aliquis Comes poſt me, non habeamus licentiam nec poteſtatem ex hac hora in anteà diripiendi ſive invadendi bona Urgellenſium Epiſcoporum, mobilia ſive immobilia, quandocumque vel ubicumque prædictæ ſedis Pontifices moriantur; ſed poſt obitum eorum ſalva & libera atque quieta remaneant

omnia

omnia ſua præfatæ Eccleſiæ almæ genitricis Dei Mariæ ſedis Urgelli, ſine aliqua inquietatione Urgellenſium Comitum vel hominum ſuorum.

3. Veruntamen quia poſt deceſſum Epiſcoporum, epiſcopalia caſtra, ſive villa prædictæ ſedis pro ſecuritate & defenſione honoris beatæ Mariæ uſque ad diem futuræ electionis in manu Urgellenſium Comitum permanere conſueverunt, nihil ibi Comes Urgellenſis, vel homines ſui accipiant, niſi ea tantùm quæ ad cuſtodienda prędicta caſtra bona fide ſina malo ingenio, ſecundùm providentiam canonicorum prædictæ ſedis ſufficienti modo neceſſaria fuerint. Prædicta autem caſtra, quæ in manu Comitis poſt obitum Epiſcoporum cuſtodienda permanere ſolita ſont, hæc ſunt: caſtrum Sevaugiæ, & caſtrum de Giſſona, & caſtrum de Torre-fracta, & villa ſedis, & caſtrum de Montſerrer.

4. Ex ipſa verò die, qua præfata caſtra in manu Comitis eſſe incipient, de reditibus & cenſibus, & ex plectis quę de ipſis caſtris exierint, pręnominata caſtra cuſtodiantur. Dono etiam ad operam Beatæ Mariæ centum morapetinos per unumquemque annum de ipſa mea patria de Hiſpania, quamdiu ipſa paria perdurabit. Si interim de ipſis clericis prædictæ ſedis quiſquam fortè obierit, res ipſius defuncti ſecuræ ſemper permaneant ſine direptione vel diminutione, quam ei Comes, vel homines ſui aliquo modo facere non præſumant. Inſuper & ob remiſſionem peccatorum meorum, meorumque parentum, omnia, quæ juris Beatæ Mariæ eſſe noſcuntur, eidem matri meæ Urgellenſi Eccleſiæ in perpetuum habenda concedo, laudo, atque confirmo. Si quis contra hanc chartam ad dirumpendum, non valeat vindicare quod requirit, ſe in quadruplum Eccleſię Beatę Mariæ componat, & poſtea ſcriptura pręſens firma & ſtabilis permaneat omni tempore. Acta charta ſecundo Idus Januarii, anno Dominicę Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo.

EPISTOLA II.

Ad Poncium Priorem Eccleſiæ S. Mariæ de Campo.

Eccleſiam canonicorum regularium S. Mariæ de Campo in pago Ruſcinonenſi ſuſcipit ſub protectione S. Petri & ſedis Apoſtolicæ, poſſeſſiones ejus confirmat, variiſque privilegiis ornat.

ANNO CHRISTI MCLXIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Pontio Priori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Campo, ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ex archivo prioratus S. Mariæ de Cãpo apud *Marcam Hiſp.*

5. EFfectum juſta poſtulantibus indulgere juris ratio exigit, & vigor poſtulat æquitatis, maximè cùm petentium voluntates & pietas adjuvat & veritas...... Quocirca, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clemẽter annuimus, & præfatã Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundùm Deum & Beati Auguſtini regulam in eadem Eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam de Paciano, cum decimis, primitiis, oblationibus, & alodiis ſuis, ſicut Udalgarius bonæ memoriæ quondam Elnenſis Epiſcopus eam Eccleſiæ veſtræ conceſſit, & Eccleſiam Sancti Stephani de Vineis, quæ conſiſtit in parochia Eccleſiæ de Paciano, cum alodiis & pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Martini de Laurone, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de villare Mileriis, ſicut præfatus Epiſcopus vobis eas conceſſit, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Villare, cum decimis, primitiis, alodiis, & oblationibus ſuis, ſicut bonæ memoriæ Petrus Bernardi Elnenſis Epiſcopus vobis juſtè conceſſit, excepto ſynodali cenſu quem Elnenſi Eccleſiæ reſervavit: quicquid etiam Ermengaudus & Petrus Bernardi bonæ memoriæ quondam Elnenſes Epiſcopi, pietatis intuitu eidem Eccleſiæ veſtræ rationabiliter contulerunt. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere.

6. Adjicimus etiam, ut nulli fratrum veſtrorum liceat poſt factam in eodem loco profeſſionem abſque Prioris ſui licentia de clauſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque communium litera-

rum

rum cantione nullus audeat retinere. Prohibemus autem ut parochianos Eccleſiæ veſtræ, ſalvâ canonicâ juſtitiâ Eccleſiæ veſtræ, in ſepultura recipere nemo præſumat. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſsorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris de veſtro vel aliorum collegio ſecundùm Dei timorem & Beati Auguſtini regulam præviderint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, niſi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat, ſalvâ canonicâ juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

7. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione atque ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Ad indicium autem hujuſmodi à ſede Apoſtolica perceptæ protectionis, duos ſolidos nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò, tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. † Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. † Ego Hubaldus presbyter Cardinalis, tit. Sanctæ Crucis in Hieruſalem. † Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. † Ego Hyacinthus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmedin. † Ego Joannes presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Anaſtaſię. † Ego Walterius Albanenſis Epiſcopus. † Ego Albertus presbyter Cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina. † Ego Guillelmus tit. Sancti Petri ad Vincula presbyter Cardinalis. † Ego Odo diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano. † Ego Boſo Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmæ & Damiani. † Ego Cynthius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani. Datum Senonis per manum Hermanni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii, XI. Kal. Februarii, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCLXIII. Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ III. anno quarto.

EPISTOLA III.

Ad Raymundum Abbatem monaſterii S. Martini Canigonenſis.

Confirmat privilegia monaſterii Canigonenſis.

ANNO CHRISTI MCLXIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Raymundo Abbati monaſterii S. Martini Canigonenſis ejuſque fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

8. Quoties illud à nobis petitur quod rationi & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus annuimus, & præfatum monaſterium Sancti Martini Canigonenſis, quod utique juris & proprietatis Beati Petri exiſtit, ad exemplar prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Sergii Papæ, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem monaſterio noſcitur inſtitutus, futuris temporibus inviolabiliter obſervetur. *Ex archivo monaſterii Canigonenſis apud Marcam Hiſp.*

9. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum quem Guifredus Comes bonæ memoriæ vobis dedit, in quo ipſum monaſterium ſitum eſt, cum decimis & primitiis eidem monaſterio conceſſis, Eccleſiam Sancti Saturnini de Verneto, cum decimis & primitiis, & omni libertate ſua, villam de Verneto cum terminis & pertinentiis

tiis

Digitized by Google

tiis ſuis, villam de Odelo,cum terminis & pertinentiis ſuis, & quicquid Goifredus Comes, vel alii Chriſti fideles in villa & parochia de Marchexanes præfato monaſterio contuleront. Eccleſiam Sancti Vincentii de Elz, cum decimis, primitiis, alodiis, & oblationibus ſuis, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sanctæ Mariæ de Marcevol, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sanctæ Eulaliæ de Arboſols, prędia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sanctæ Colnmbę de Triliano, prædia, poſſeſſiones,& alodia in parochia Sancti Stephani de Saorra, prædia, poſſeſſiones & alodia in parochia Sanctæ Eulaliæ de Foliano, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sancti Martini de Aſcaro, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sancti Jacobi de Anyer, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia de Bello-loco, prædia, poſſeſſiones, & alodia,in parochia Sancti Coſmæ de Sagdaniano, prædia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sancti Marcelli de Flucano, alodia quæ habetis in Celrano, Aureliano, & Guiſſano, cum omnibus pertinentiis ſuis, prædia quę habetis in villa de Eſna, & in parochia Sancti Stephani de Egued, in parochia Sanctæ Columbę de Avidaoo, in parochia Sancti Satornini de Targueſona, in parochia Sancti Vincentii de Villa-alta, in parochia de Edorres, in parochia Sancti Geneſii de Ezerr, in parochia Sanctę Leocadiæ de Darna Collecta, in parochia Sancti Juliani de Eſtanar, & in villa de Bajanda, in parochia Sancti Martini de Ix, in parochia Sancti Vincentii de Exaneda,in parochia Sancti Martini de Arao, in parochia Sancti Stephani de Euvils, Eccleſiam Sanctæ Fidei de Taltorta,com omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid juris habetis in parochia Sancti Petri de Alp, in parochia Sanctę Marię de Moſoll, in parochia Sancti Laurentii de Adas, & in parochia Sancti Saturnini de Fauſtiniano, decimas,& primitias, & Jura quę habetis in Eccleſia Sancti Martini de Caſa-fabra, & in ejus parochia, alodia,& poſſeſſiones in parochia Sancti Stephani de Illa, & in parochia de Pontiliano, Eccleſiam Sancti Romani, cum omnibus pertinentiis ſuis, prędia, poſſeſſiones, & alodia in parochia Sancti Martini de Caneto, & in villa Sancti Laurentii, in villa Sancti Felicis, & in parochia de Corbera, & in parochia Sanctę Eulalię de Millars, inſoper quicquid juris habetis in Comitatn Biſuldunenſi, Ceritanienſi, Confluentenſi, Roſſilionenſi.

10. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationea monachorum vel clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, benedictionem Abbatis, & cętera Eccleſiaſtica ſacramenta à diœceſano ſoſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam ſedis Apoſtolicę habuerit, & ea gratis & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque Catholicum malueritis adire Antiſtitem, qni nimirum noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommonicati vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat; ſalvâ matricis Eccleſię juſtitiâ, aliarumque Eccleſiarnm, à qoibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc ejnſdem loci Abbate, vel tuorom quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtotia ſeu violentia prępona-tur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & beati Benedicti regulam pręviderint eligendum.

11. Ad hęc, ſicut prędictus anteceſſor noſter Sergios Papa inſtitniſſe dignoſcitur, ita & nos duximus ſtatuendum, nt pręfatum monaſterium nulli niſi tantùm Romano Pontifici debeat eſſe ſubjectum. Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolica perceptę libertatis, onom morabatinnm nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat pręfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra cooſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſont uſibus omnimodis profutnra, ſalva in omnibus ſedis Apoſtolicę auctoritate. Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica ſęculariſve perſona, hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò, tertiòve commonita, niſi erratnm ſuom congrua ſatisfactione correxerit,poteſtatis,honoriſque ſoi dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate coguoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei ac Domini Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

12. Cunctis aotem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructnm bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem pręmia ęternę pacis inveniant. Amen,Amen. † Ego Alexander Catholicę Eccleſię Epiſcopus. † Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. † Ego Bernardos Portuenſis & Sanctę Ruffinę Epiſcopus. † Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus. † Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tituli Sanctę Crucis in Hieruſalem. † Ego Henricus presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Nerei & Achillei. † Ego Albertus presbyter Cardinalis,titnli Sancti Lanrentii in Lucina.† Ego Hyacinthus Diaconus Cardinalis Sanctę Marię In Coſmedin. † Ego Oddo Diaconos Cardinalis Saocti Nicolai in carcere Tulliano. † Ego Boſo Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmę & Damiani. Datum Turonis per manum Hermanni Sanctę Romanę Eccleſię ſubdiaconi & Notarii,IV. Idus Junii,Iodictione XI. Incarnationis Dominicę anno MCLXIII. Pontificatûs verò domini Alexandri Papę III. anno quarto.

EPISTOLA V.

Ad Berengarium Abbatem monaſterii Guixalenſis.

Confirmat privilegia monaſterii Guixalenſis.

ANNO CHRISTI MCLXIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Berengario Abbati Guixalenſis cœnobii ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

13. Pię poſtulatio voluntatis effectu debet proſeqnente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & ntilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Guixalenſe cœnobium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, prędeceſſoris noſtri felicis memorię Urbani Papę veſtigiis inhærentes, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quęcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in fururum conceſſione Pontificnm, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; iu quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sanctę Mariæ de Fanals, alodium quod vocatur de Villa-magno, alodium de Catiano ſive de Peruls, alodium de Locuſtari ı, cum manſo quod vocatur Prat, & omuibus pertinentibus ſuis, alodium de Panedes & de Spanedad, alodium de Rodegario, alodium vallis Aradi cum ipſa foxa quę fuit Richellis Comitiſſę, alodinm quod eſt parochia Sancti Martini de Romaniano, donationes quas Arnulphus Epiſcopus, Almaricus clericus, Gaufredus Vitalis, & Bernardus filius præfari Gaufredi in Eccleſiam veſtram contulerunt, cum vivolariis quæ tenuerunt per Sanctum Felicem, decimas & primitias vallis Aradi & villæ Mordanici, & de novis rupturis, quæ factæ ſunt in alodium Sancti Felicis, à die qua capta fuit Barchinon uſqne ad tempora iſta, ſicut ex conceſſione Rodegarii Epiſcopi & canonicorum Gerundenſis Eccleſiæ vobis datæ ſunt, domos & poſſeſſiones qnas habetis in civitate Barchinonæ & in ejus territorio, domos qnas habetis in civitate Gerundæ, alodia & poſſeſſiones de Quartiano, alodia & poſſeſſiones de Lodrich, decimas & primitias in villa Olivis, & in valle Aradi, decimas omnium piſcium qui capti fuerint à Conanglon uſque ad Sanctum Leontium, alodium de Fanals, decem & octo manſos cum eorum pertiuentiis, alodium quod fuit Suniarii Comitis, aliorumque hominum, alodium de Colonico, alodium quod fuit Bertrandi Arnalli, alodium de villare de Vern, alodium quod eſt infra eandem parochiam, alodinm de villa Romani, de valle Lubrica, & de Torrodella, de Palatio Frugelli, de Jofredi de Buada, de Foutanilies, de Aguels, de Lidrinid, de Pubal, de valle Durcheras, de valle de palatio Ravani. *Ex chartulario monaſterii Guixalenſis apud Marcam Hiſp.*

14. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatnr, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timurem, & Beati Benedicti regulam præviderint eligendnm. Decernimus ergo, ut nnlli omuino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſen quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro qnorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate & diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia.

15. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò, tertiove commonita, niſi præſumptiouem ſuam congrua ſatisfactioue correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domiui redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque iu extremo examine diſtrictæ ſnbjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibns ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

† Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† Ego Hubaldus presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem. † Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. † Ego Hyaciuthus diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmedin. † Ego Bernardus Portuenſis & Sanctæ Rnfiuæ Epiſcopus, † Ego Alberrus presbyter Cardinalis tituli

Sancti Laurentii in Lucina. ✝ Egn Ardicio Diacnnus Cardinalis Sancti Theodnri. Datum apud Dolenſe monaſterium per manum Hermanni ſanctæ Rnmanæ Eccleſiæ ſubdiaconi & notarii, VII. Kal. Julii, Indictinne XI. Incarnatinnis Dominicæ anno MCLXIII. Pnntificatûs verò dnmini Alexandri Papæ tettii anno quarto.

EPISTOLA VI.

Ad Archiepiſcopum Toletanum.

Ne jure Primatûs utatur in provincia Tarraconenſi.

ANNO CHRISTI MCLXIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Toletanenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo Eccleſiæ Tarraconenſis apud Marcam Hiſp.

16. FRaternitatis tuæ prudentiam credimus nnn latere, qunmodn Tarraconenſis Eccleſia, Archiepiſcopn ipſius de medio Domino vocante ſublato, paſtnris ſit nuper ſolatio deſtituta: quæ qunniam pntiùs eſt fovenda quàm in aliqun ad præſens turbanda; fratetnitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in tota Tarracnnenſi prnvincia nec in ordinandis Eccleſiis, nec in electionibus vacantium Eccleſiarum faciendis, auctoritatem tuam nullatenus interponas, nec etiam ibi aliqua primatiæ jura attentes aliquatenus exercere, donec cauſſa quæ inter Eccleſiam tuam & illam vertitur, ad noſtrum auditnrium deferatur, & auxiliante Domino fine congruo terminetut. Datum apud Dnlenſe mnnaſterium VII. Kal. Auguſti.

EPISTOLA VII.

Ad canonicos Pampilonenſes.

De Epiſcopo eligendo intra ſpatium duorum menſium.

ANNO CHRISTI MCLXIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis canonicis Pampilonenſibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo Eccleſiæ Tarraconenſis apud Marcam Hiſp.

17. SAcroſanctis Eccleſiis quantò ex defectu paſtnris gravinra ſnlent aliquando detrimenta & pericula generari, tantò hi, qui grata ex eis beneficia aſſiduè conſequuntur, ad ſuccurrendnm ipſis in paſtoris ſnlatio ſtudinſiùs debent ſatagere & totis affectibus labotare. Inde eſt quòd per iterata ſcripta univerſitati veſtræ præcipiendn mandamus, quatenus infra duns menſes poſt harum ſuſceptinnem, in aliquam perſnnam idnneam, hnneſtam, & literatam, pariter convenientes, eam vobis in paſtnrem & Epiſcopnm veſtrum unanimiter eligatis; electam verò Tarraconenſi Eccleſiæ, poſtquam fuerit ibi Archiepiſcnpus auxiliante Dnmino ſubſtitutus, ſicut mnris eſt, humiliter præſentare curetis, ita quòd eadem Eccleſia optatum ſe gaudeat in proximo ſolatium paſtoris recipere, & per ipſius prudentiam tam ſpiritualiter quàm temporaliter jucunditate ſuaviſſima reſpirare. Datum ut ſuprà.

EPISTOLA VIII.

Ad Guinardum Comitem Ruſcinonenſem.

Confirmat ejus hæreditatem, adverſus Gaufredum Comitem Ruſcinonenſem, qui adulteram pertinaciter retinebat, legitima uxore dimiſſa.

ANNO CHRISTI MCLXV.

Alexan-

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro G. Comiti de Roſſilione, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

18. Nobiles & illuſtres perſonæ qoantò ſe Beato Petro & nobis majori devotioue ſubjiciont, tantò eas Romana Eccleſia arctiori conſuevit charitate diligere, & in juſtitiis & honoribus ſois propenſiùs confovere. Eapropter tuæ devotionis obtentu, & dilecti filii uobilis viri Trencavel avunculi toi precibus iuclinati, terram quæ te hæreditario jure contingit, uulla tibi quæſtione, ab adultera vel ejus filio facta, tibi auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſeotis ſcripti patrocinio communimos: ſtatoentes, ut nulli unquam viro vel fœmiuæ liceat tibi paternam hæreditatem contra juſtitiam auferre vel illicitè perturbare. Si quis autem hoc temerè atteutare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Montem-peſſulanum XIV. Kalendas Septembris. *Ex Baluzio Tom. II. Miſcell. pag. 237.*

EPISTOLA IX.

Ad Narbonenſem, Barcinonenſem, Helenenſem, & Gerundenſem Epiſcopos.

De eadem re.

EODEM ANNO.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Pontio Narbonenſi & Hug. Tarraconenſi Archiepiſcopis, Helenenſi quoque & Gerundenſi Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

19. Suggeſtum nobis eſt, & certa quaſi relatione monſtratum, quòd pater nobilis viri G. Comitis de Roſſilioœ, legitima uxore dimiſſa, ſibi aliam per adulteriom copulavit. Unde tam ipſe quàm ejus adultera anathematis meruerunt vinculis iunodari; & ſicut credimus, anteceſſor noſter bonæ memoriæ Eugenius Papa prohibuit ne filii, qui ex adultera ſuſciperentur, iu paternam ſuccederent hæreditatem. Cæterùm quoniam ſecundùm legum ſtatuta filius eſt qoem legitimæ nuptię demooſtrant; nec filius, ſed ſpurius dicitur qui de adulterio naſcitur; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ne illi jure ſucceſſionis, vel adultera aliquid de ſupraſcripta hæreditate ratione douationis propter nuptias ſibi vindicent, diſtrictiùs prohibeatis, & hoc fieri nullatenus permittatis: & ſi quis eidem G. ſuper hoc injuriam vel moleſtiam ioferre præſumpſerit, cùm ad vos inde querela pervenerit, debitam de eo & pleuam juſtitiam faciatis. Datum apud Montem-peſſulauum XIV. Kal. Septembris. *Ex eodem Baluzio ibidem.*

EPISTOLA X.

Ad Abbatem & monachos Rivi-pollenſes.

Monaſterii Rivi-pollenſis jura & privilegia confirmat.

ANNO CHRISTI MCLXVII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & fratribus Rivi-pollenſis monaſterii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

20. Cum noſtræ ſolicitudinis ſit & officii, religioſorum locorum jura defendere; monaſterio veſtro tantò volumus propenſiori ſtudio iu ſuis juſtitiis providere, quantò majorem devotionem circa nos & Romanam Eccleſiam exhibetis. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus ex miniſterio ſuſcepti regimiois inclinati, monaſterium Sanctæ Mariæ de Metliano, cum omnibus Eccleſiis ſibi ſubditis, cum decimis & primitiis earum, cum caſtellis, almuniis, & cum aliis bonis & poſſeſſionibus ſuis, & Eccleſias alias & poſſeſſiones quæ inferiùs ſubſcribuntur, ſicut eas rationabiliter poſſidetis, vobis & monaſterio *Ex archivo monaſterii Rivi-pollenſis apud Marcam Miſſ.*

Digitized by Google

veſtro anctoritate Apoſtolica confirmamus, caſtellum videlicet de Cidamon, & almuniam quæ dicitur Alfandega, & caſtellum de Senan, & Eccleſiam Sanctę Cæciliæ de Mojon, cum omni parochia ſua, & decimis & primitiis ad eam pertinentibus, & villam de ſeptem caſis, & villam de Lenars, & villam de Iſovol, cum ſuis pertinentiis, & honorem de Olot, cum ſuis nemoribos & pertinentiis, & Eccleſiā Sanctæ Leocadiæ cum villa in qua eſt conſtitota, cum ſuis decimis & primitiis.

21. Præterea quęcumque à prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus conceſſa vobis ſunt, & eorum privilegiis confirmata, ſicot ea in præſentiarum tenetis, & alia quę legitimè poſſidetis, vobis & monaſterio veſtro nihilominos duximus confirmanda. Inſuper etiam omnes ſalvitates, quæ à multis retrò temporibos in villa quæ conjuncta eſt monaſterio veſtro, & in terminis ejus rationabiliter conſtitutæ ſunt, præcipimus perpetuò inviolabiliter obſervari: ſub interminatione anathematis prohibentes, ne qois ſalvitates & ſecuritates ipſas, quæ pro communi utilitate monaſterii & hominum conſtitotę ſunt, auſu temeritatis infringat. Si qois autem confirmationis & prohibitionis noſtrę contemptor exſtiterit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data Anagniæ VIII. Idus Julii.

EPISTOLA XI.

Ad Epiſcopum Auſonenſem ejuſque capitulum.

Monet, ut Eccleſiam de Granoylers, quam injuſtè detinebant, monaſterio Rivi-pullenſi reſtituant.

ANNO CHRISTI MCLXVII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis capitulo Auſonenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo monaſterii Rivi-pullenſis apud Marcam Hiſp.

22. AD aores noſtras ex conqoeſtione Abbatis & fratrum Rivi-pollenſis monaſterii noveritis perveniſſe, qoòd cùm Eccleſia de Granoylers ad eos pertineat, vos eam contra juſtitiam detinetis. Unde quia prædicto monaſterio in ſuo nolumus nec debemos jure deeſſe, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus prædicto Abbati & fratribus præſcriptam Eccleſiam ſine difficultate reddatis pacificè poſſidendam, aut ipſis exinde coram venerabili fratre noſtro Tarraconenſi Archiepiſcopo, juſtitiæ non differatis plenitudinem exhibere, quod ipſe inde ſtatuerit ſuſcepturi & inviolabiliter ſervaturi. Datom Anagniæ ſecundo Kalendas Julii.

EPISTOLA XII.

Ad Vicenſem Epiſcopum.

Eccleſiam S. Stephani vi occupatam ac detentam, monachis Rivi-pullenſibus, quorum juris erat, infra quadraginta dies reſtituere jubet.

ANNO CHRISTI MCLXVII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Vicenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex eodem archivo, apud Marcam Hiſp.

23. QUotiens Eccleſiarom Pręlati quicqoam efficiunt in qoo debitom officii ſui videntur excedere, aut quod juris eſt aliorum contra juſtitiam occupant, officio noſtræ ſolicitudinis imminet eos ab hujuſmodi præſumptione collata nobis auctoritate compeſcere, & jura ſua ſingulis conſervare. Sanè ex tranſmiſſa conqueſtione dilectorum filiorum noſtrorum Abbatis & fratrum Eccleſiæ Rivi-pollenſis accepimus, quòd Eccleſiam Sancti Stephani ad jus eorum ſpectantem eis injuſtè abſtuliſti, & per violentiam detines occupatam. Ideoque fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus prelibatis Abbati & fratribus pręſcriptam Eccleſiam infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptionem, contradictione & appellatione ceſſante reſtituas, vel in preſentia venerabilium fratrum noſtrorum Oſcenſis & Barchinonenſis Epiſcoporum, ſublato appellatioois remedio, juſtitiæ complementum exhibeas. Datum Anagnię XI. Kal. Auguſti.

EPI-

EPISTOLA XIII.

Ad Oſcenſem & Barchinonenſem Epiſcopos.

Jubet ut Epiſcopum Vicenſem moneant ac inducant ad reſtitutionem Eccleſiæ S. Stephani, quam vi occupaverat.

ANNO CHRISTI MCLXVII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Oſcenſi & Barchinonenſi Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

24. EX tranſmiſſa nubis conqueſtiune dilectorum filiorum noſtrurum Abbatis & fratrum Eccleſiæ Rivi-pullenſis accepimus, quòd venerabilis frater noſter Vicenſis Epiſcopus, Eccleſiam Sancti Stephani ad jus eorum ſpectantem, eis injuſtè abſtulit, & per viulentiam detinet occupatam. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtulica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Epiſcopum muneatis & inducatis, & ſi opus fuerit, ſublatu appellationis remedio diſtrictiùs compellatis, ut prælibatis Abbati & fratribus præſcriptam Eccleſiam infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptiunem, contradictiune & appellatione ceſſante, reſtituat, vel in præſentia veſtra, remota appellatione, juſtitiæ complemeotum exhibeat. Datum Anagniæ XI. Kal. Auguſti. *Ex eodem archivo, apud Marcam Hiſp.*

EPISTOLA XIV.

Ad Petrum Abbatem & monachos Valliſ-laureæ.

Pro eodem monaſterio.

ANNO CHRISTI MCLXVIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro Abbati, & fratribus Valliſ-laureæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

25. EX literis dilecti filii nuſtri Ciſtercienſis Abbatis, & nuncii veſtri relatiune didicimus, quòd cùm anguſtia & impurtunitas luci veſtri ad lucum alium vos compellerent migrare, venerabilis frater noſter Barciuonenſis Epiſcopus in fine ſui Epiſcupatus, fundum quendam vubis amore divinitatis indulſit, ubi tabernacula veſtra figere deberetis. Hoc cùm facere cœpiſſetis, venerabilis frater noſter Tarraconenſis Archiepiſcopus auctoritatem ſoam oppoſuit, eundem locum ad ſuam aſſerens diœceſim pertinere. Unde nus, quia cuntradictiu ejus à veſtru propoſito vos retinet, & in loco veſtro incummoditates plurimas ſuſtinere compellit, utrique illurum per ſcripta noſtra mandamus, quatenus uſque ad feſtum Aſſumptionis huic quæſtioni cuncordia vel judicio finem imponant, ut vos ſub ejus ubſtaculu non debeatis ulteriùs conceſſi beneficii utilitate fraudari. Si ergo negotium iſtud uſque in illum terminum non fuerit terminatum, ex tunc inhabitandi locum ſine præjudicio partium auctoritate nuſtra licentiam habeatis. Datum Beneveoti ſecuudo Idus Aprilis. *Ex archivo monaſterii ſæpe dictum eruct. apud Marcam Hiſp.*

EPISTOLA XV.

Ad eoſdem.

De eadem re.

ANNO CHRISTI MCLXVIII.

Alexan-

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & fratribus Vallis-laureæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex eodem archivo, apud Marcam Hiſp.

26. Quoniam ſuper jure parochiali loci, in quo monaſterium veſtrum incepiſtis, inter venerabiles fratres noſtros Tarraconenſem Archiepiſcopum Apoſtolicæ ſedis Legatum, & Barchinonenſem Epiſcopum quæſtio eſt exorta, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus neutri illorum jure parochiali obedientiam vel reverentiam exhibeatis, donec determinatum fuerit ad quem illorum præſcriptus locus debeat de jure ſpectare. Data Beneventi IV. Idus Septembris.

EPISTOLA XVI.

Ad omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, & cæteros Prælatos Hiſpaniæ.

Pro monaſterio Rivi-pullenſi.

ANNO CHRISTI MCLXVIII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo monaſterii Rivi-pullenſis apud Marcam Hiſp.

27. Diſcretionis veſtræ prudentiam non credimus ignorare, qualiter recolendæ memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter in Concilio Lateranenſi Generali decreto ſancivit, ut quicumque in clericum, monachum, vel converſum cujuſcumque Religionis violentas manus injiceret, excommunicationis ſententiæ ſubjaceret, ita quidem quòd nonniſi à Romano Pontifice, vel de mandato ipſius, abſolutionis poſſet beneficium promereri. Hac ſiquidem conſideratione inducti, & ex officii noſtri debito nihilominus inclinati, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus ſi quis parochianorum veſtrorum in aliquem monachum Rivi-pullenſem, clericum, ſive converſum ejuſdem loci, violentas manus injecerit, vos eum omni contradictione & appellatione remota excommunicatum publicè nuncietis, & ſicut excommunicatum præcipiatis eum ab omnibus evitari, donec injuriam paſſo congruè ſatisfecerit, & ad ſedem Apoſtolicam cum veſtris literis veniat ſatisfacturus. Quod autem de illis qui in monachum, clericum, vel converſum Rivi-pullenſem manus injecerint, ſuperiùs diximus, ſic intelligi volumus, ut omnes qui eos, perſonas eorum capiendo, vulnerando, aut res, quas ſecum habent, auferendo dehoneſtaverint, ſicut excommunicati ab omnibus evitentur, donec ablata reſtituant, injuriam paſſo congruè ſatisfaciant, & ad ſedem Apoſtolicam ſatisfacturi accedant.

28. Ad hoc, Rivi-pullenſis monaſterii fratres ſtudioſa nobis narratione monſtrârunt, quòd ipſi in montanis & locis aridis habitantes, victualia in monaſterio jam dicto nonniſi aliunde, non ſine gravi labore, illuc per multa terrarum ſpatia deferant. Unde frequenter contingit, quòd ſi beſtiæ illorum cibaria deferentes, ab aliquibus malefactoribus capiantur, ipſi tam famis quàm ſitis inediâ crucientur. Quocirca nos eorum indemnitati volentes utiliter providere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus univerſis parochianis veſtris ex parte Dei & noſtra, ſub interminatione anathematis diſtrictiùs inhibeatis, quòd beſtias tragini præſcripti monaſterii cum hominibus aut ſervitutibus ſuis nulla ratione invadant, nec aliquam eis injuriam vel moleſtiam audeant irrogare.

29. Prohibeatis etiam & publicè interdicatis, ut nullus aliquem ad forum ipſius venientem, aut ejus bona, ſive quemlibet infra ejuſdem monaſterii ambitum conſiſtentem, capere aut inquietare attentet, vel aliquam ſibi violentiam vel injuriam inferat. Si quis autem contra prohibitionem noſtram in hoc venire præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Paulli, ac noſtram ſe noverit incurſurum. Datum Beneventi VIII. Idus Decembris.

EPIST. BERENGARII DE TARRAGONA

Ad Ildephonſum Regem Aragonum.

De

De cæde Hugonis Cervellionii Archiepiſcopi Tarraconenſis.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

30. Regi Aragonum, Provinciæ Duci, Barchinonenſi Comiti, inclyto ſuo domino, Berengarius de Tarragona in omnibus ejus miles & ſubditus. Altitudinis veſtræ diſcretioni ſit apertum, domine, fratrem meum Robertum de Tarragona à vita præſente migràſſe. Et verum eſt, domine, quòd frater meus in infirmitate poſitus fecit me ante ſe venire: qui deprecans & admonens fecit me jurare ſuum jus pro poſſe meo omni modo manutenere. Ideo eſt, ô inclyte Rex & domine mi, quòd veſtram immenſam clementiam rogare non differo, quatenus Dei amore ac miſericordiâ, non pro guerra, nec pro alio, quia inde non eſt, nec debet eſſe, ſed tantùm veſtri honore, Willelmum de Tarragona nepotem noſtrum reſtituatis, & Tarragonam ei, ſi placet, reddatis. Nam pater ejus, ut vos ſcitis, fidelis miles veſtri fuit, & in ſervitio veſtro occiſus eſt; hac de cauſſa jam nõ eſt aliud. Motus pietate & miſericordia debetis eum reſtituere. Reſtituto Willelmo de Tarragona nepote meo in ſuo honore, ſi quis adverſarius noſter exierit accuſans Robertum fratrem meum de Archiepiſcopi morte in terra veſtra, ego ſum paratus coram curia, quæ mihi ſit communis, eum defendere pari meo ridentem nec confitentem verbo aut opere. Immo magis inde doluit, nec placuit.

* Ex archivo Archiepiſcopi Tarraconenſis apud Marcam Hiſp.

31. Verum eſt quòd frater meus Robertus ad obitum ſuum hujuſmodi fecit teſtamentum, quia omne jus quod habebat & habere debebat ipſe & anteceſſores ejus in Tarragona ſive in alio loco, totum dimiſit Guillelmo de Tarragona ſuo nepoti, ſub conditione tali quòd ſi ſine hærede deceſſerit, ſuæ ſorori maneat, & ſi ipſa ſine hærede deceſſiſſet, nepotibus ſuperſtitibus maneat ſuis. Item conſtat verum quòd frater meus id in fide mea dimiſit mihi. Si vos, inclyte Rex, jus ſuum nolueritis accipere, ſuum corpus propriũ, omneſque chartas & ſcripturas quas ipſe à vobis habuit, deferre in Romana Curia coram Papa, ibique rationem ſuam narrare & jura manutenere. Sed fides mea eſt, quoniam tanta ac tam ineffabilis eſt curia veſtra, domine, ac nobilitas, ut in toto Orbe nullus Rex præeſt vobis in nobilitate, in dignitate, in militia, & in juſtitia, omneſque prædeceſſores veſtri eodem modo fuère, & quamplures qui majorem me culpam habent, in curia veſtra juſtitiam invenerunt. Quod bonum eſt; nec erit opus, Deo propitio, aliam curiam, nec Romanam poſtulare, quamdiu in veſtra divinitate auxiliante juſtitiam invenio, quod abſit. Hinc inde enim vobiſmet decus & honor contingit, & laus ab omni populo, & gratia à Deo: vos verè ſcitis, domine Rex, quòd Willelmus de Tarragona frater meus, veſterque miles fidelis, in curia & ſervitio veſtro injuſtè interfectus eſt.

32. Alia parte ſciendum eſt qua ratione ego Berengarius interfeci Archiepiſcopum de Tarragona, ut ſequentia declarant. Quia ipſe Archiepiſcopus fuit Tamarit; ibique cum conteribuſteriis noſtris, qui inimicabantur fratri meo, fecit ſacramentum, & eos fecit jurare adverſus eum, & poſtea annulum quod in manu tenebat, cauſsâ fortioris pactionis ſuper textum Euangeliorum poſuit. Et ita hac nefaria conjuratione & invidia nepotis ſui mente propria per dictum & voluntatem Archiepiſcopi fratrem meum in Tortoſa civitate in veſtro ſervitio interfecerunt. Qui ſcilicet frater meus præcepto veſtro ibi venerat, nec alia ex cauſſa. Qua ratione factum pro veſtro debito reputaretur, ſi placeret.

33. Item verum eſt quòd Ginbant de Uluja & Willelmus Timor, ambo Archiepiſcopi nepotes, venerunt una die apud Archiepiſcopum quærentes ejus munera. Qui reſpondens ait: certè dabo vobis aliquid, quoniam Guillelmus de Tarragona, qui adverſus me eſt, & peregrinus apud me, & non eſt qui me vindicet ab eo? Nec iccircò vobis dabo aliquid, nec ulli alio meo conſanguineo. Ita his dictis & ſuaſionibus ſuis ambo nepotes ejus prædicti cœperunt Petrum de Figuerolas quendam ipſorum militem dicentes: non ceſſare citò currere uſque Vellalbin, & ſalutare Bernardum veterem de Caſtellet, qui notificaret Willelmo de Tarragona, quòd cuſtodiat ſe meliùs quàm potuerit, quoniam jam pro mortuo poteſt ſe reputare, quoniam hujuſmodi verba ac talia habuit nobiſcum Archiepiſcopus.

34. His omnibus actionibus ex ſe...... & ſedatis prædictis, ſi quis de Archiepiſcopi morte me voluerit accuſare, ut de illo habeo honorem aut poſſeſſionem unde dominus meus eſſet, niſi tantùm pro morte fratris ſimiliter præſtus ſum in omni curia quæ mihi communis ſit defendere pari modo & pignore. Item notum ſit vobis, domine Rex, quoniam quòd poſtulo, nulla neceſſitate urgente poſtulo æris aut honoris: quia Dei gratiâ nobiliſſimus Rex Majoricæ dominus meus, qui præeſt omnibus Sarracenorum Regibus, totum quod volo habeo, & jura mea exigere poſſum quod debuero. Notum ſit verè vobis, Rex & domine, & pro certo habeatis & in fide, quòd ego Berengarius de Tarragona veſter miles, donec veſtram chartam habeam & voluntatem ſuam, nullum adverſum contra vos peragerem; hoc retento, ſi Rex Majoricæ dominus meus vellet me mittere, reſiſtere nec debeo, nec pro verbo rupto reputaretis.

EPISTOLA XVII.

Ad ſuffraganeos Eccleſiæ Tarraconenſis.

Dolet de cæde Hugonis Archiepiſcopi Tarraconenſis. Illoſque admonet & hortatur, ut quamprimùm unà cum capitulo Eccleſiæ Tarraconenſis alium eligant.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Epiſcopis ſuffraganeis Tarraconenſis Eccleſiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo regio Barcinonenſi apud Marcam Hiſp.

35. AUdita morte bonæ memoriæ Hugonis quondam Archiepiſcopi veſtri, vehementi ſumus commotione turbati, & exinde tam vobis, quàm Eccleſiæ Tarraconenſi paterna mentis affectione compatimur, ſicut qui providentiam & regimen ejus Eccleſiæ Dei fructuoſam novimus & utilem exſtitiſſe. Quòd autem chariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Aragonenſis Rex iniquos & ſceleratos illos, qui præfatum Archiepiſcopum neci dederunt, de regno ſuo ejecerit, gratum nobis eſt & acceptum, & exinde regiam providentiam, prout commendanda eſt, in Domino commendamus. Unde quia mater illorum ſceleratorum filiis ſuis favorem dicitur & conſilium in tanto facinore præſtitiſſe, & fuiſſe tam atrox & immane flagitium machinata; ſi res ita ſe habet, eam ad diſtrictam religionem tranſire cogatis; aut ſi vobis in hoc fortè acquieſcere noluerit, apud eundem Regem certetis, quatenus & cum viro, filiis, & nepotibus, ſi quos habet, de regni ſui finibus expellatur.

36. Cæterùm quia de paſtoris abſentia, & animarum pericula & damna rerum temporalium non eſt dubium Eccleſiis provenire, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de conſtitutione Archiepiſcopi veſtri diligenter & ſtudioſè cum capitulo ſupradictæ Eccleſię tractetis, & ad eandem Eccleſiam convenientes unà cum eodem capitulo in perſonam idoneam, honeſtam, & literatam, & tanto officio congruam unanimiter & concorditer convenire curetis, & eam vobis in magiſtrum eligere, & ipſam in competenti termino Apoſtolico conſpectui præſentetis, ut de electione ipſa pleniùs certiorari poſſimus. Sceleratos autem illos publicè accenſis candelis excommunicatos denuncietis, & in locis provincię veſtre, ad quæ devenerint, quamdiu ibi præſentes fuerint, divina prohibeatis officia celebrari. Datum Tuſculani XIII. Kal. Julii.

EPISTOLA XVIII.

Ad Villelmum Archiepiſcopum Tarraconenſem & ſuffraganeos ejus.

Ut moneat Regem Aragonum, ne Robertum, qui in necem Hugonis Archiepiſcopi Tarraconenſis conſpiraverat, in regno ſuo habitare permittat. Quòd ſi acquieſcere noluerit, in regno ejus, omni occaſione & appellatione remota, divina, præter baptiſmum parvulorum, & pœnitentias morientium, prohibeat officia celebrari.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Willelmo Tarraconenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, & ſuffraganeis ejus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo regio Barcinonenſi apud Marcam Hiſp.

37. OFficio noſtro congruit ſcelera & enormitates ſceleratorum corrigere, & delinquentium culpas debita animadverſione punire, ne aliis de impunitate facinoris relinquatur audacia delinquendi. Sanè quàm graviter & enormiter deliquerint qui necem bonę memoriæ Hugonis quondam Tarraconenſis Archiepiſcopi machinati ſunt, fraternitatis veſtræ prudentiam non debet latere. Accepimus autem quòd Robertus in mortem prædi-

cti

ſti Archiepiſcopi inſtigante diabolo conſpiravit, & in eum qnod conceperat, virus iniquitatis effudit.

38. Quoniam igitur tam iniqnum & crudele facinus non poſſumns, nec debemus impunitum relinquere; fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſoripta præcipiendo mandamus & mandando prçcipimus, quatenus chariſſimum io Chriſto filium, illuſtrem Aragoneuſium Regem, ex parte noſtra & veſtra moneatis & inducere modis omnibus laboretis, ut prædictum Robertum in regno ſuo nulla ratione recipiat, nec ibi velit aliqua ratione retinere, nec ei exhibeat aliquam gratiam vel favorem. Si autem monitis veſtris acquieſcere fortè noluerit, in regno ejus, omni occaſione & appellatione remota, divina, præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium, prohibeatis officia celebrari, & in ipſum Regem omni timore & favore poſtpoſito excommunicationis ſententiam promulgetis, & ſeuteutiam ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem faciatis irrefragabiliter obſervari. Datum Anagniæ VII. Idus Junii.

NOTA STEPHANI BALUZII.

39. ANno MCLXXI. XV. Kal. Maji Hugo Cervellionius Archiepiſcopus Tarracoueuſis occiſus eſt à Berengario Principe Tarraconeuſi, ut ipſe fatetur in Epiſtola ſcripta ad Ildephonſum Regem Aragonum. Nam in epitaphio Archiepiſcopi, quod editum eſt à Didaco in catalogo Archiepiſcoporum Tarraconenſium, disertè ſcriptum eſt eum ſuiſſe interfectum à Roberto Principe Tarraconenſi, ejus Eccleſiæ vaſſallo. quod ab Alexandro qnoque Papa proditum eſt in variis Epiſtolis ab eo propterea ſcriptis. Verùm id omnlno negat Berengarius frater ejus in Epiſtola illa, quàm diximus; in qua teſtatur eum, cùm morti proximus eſſet, non ſolùm non ſuiſſe confeſſum hoc ſcelus, immo magis inde doluiſſe, neque ei placuiſſe factum illud.

40. At Surita & Mariana cædem hauc imputant Guillelmo Aquilonio Roberti filio. Utcumque ſe res habeat, cùm is rumor ad Alexandrum III. perveniſſet, diverſas ille propter hoc Epiſtolas ſcripſit, tum ad Epiſcopos ſuffraganeos Eccleſiæ Tarraconenſis, tum ad eum qui Hugoni ſucceſſit in cathedra illa, & ad Ildephonſum Regem Aragonum. Et prioribus quidem datis VII. Idus Junii, Archiepiſcopo Tarracouenſi & ſuffraganeis ejus iojunxit, uti Regem Ildephonſum monerent ue Robertum, qui necis iſtius auctor eſſe dicebatur, ſineret in regno ſuo commorari: & ſi is monitis eorum acquieſcore fortaſſis nollet, in regno ejus interdicerent celebrationem divinorum officiorum, præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium: in Regem verò ipſum promulgarent ſententiam excommunicationis: ac biduo pòſt in eundem modum ſcripſit ad ipſum Regem. Iſte ſanè, antequam minę illæ ad eum perveuiſſent, ratus haud dubiè eveniſſe opportuniſſimam occaſionem procul amãdandi gentem contumacem & ſibi adverſam; non ſolùm Robertum expnlit, ſed etiam Berengarium, matremq́ue eorum Agnetem, & filios, qui videntur ſeceſſiſſe in vicinum regnum Majoricarum.

41. Laudatus eſt ergo propterea ab Alexandro Papa, qui eodem tempore eum hortatus eſt, ne illos ullius unquam ſuggeſtione ſineret in reguum ſunm redire. Mortuus eſt autem interim Robertus. Pro vindicanda fratris fama, gravem ad Ildephonſum Regem Epiſtolam ſcripſit Berengarius, quę nunc quoque * exſtat. * Suprà edita pag. 383. In illa, ut antea dixi, ait negâſſe Robertum ſe cædis Archiepiſcopi auctorem fuiſſe, teſtamento porrò facto Willelmnm fratris filium inſtituiſſe hæredem ſuum, eiq́ue ſororem ejus nepoteſq́ue ſuos ſubſtituiſſe. Rogat Regem uti bona paterna reſtituat Willelmo. Commemorat fratrem ſuum Willelmum, iſtius Willelmi patrem, occiſum fuiſſe apud Tortoſam, quò miſſus fuerat à Rege. Poſtremò ſignificat ſe apud Regem Majoricarum eſſe in magna gratia; & ſi is eum juſſerit cum armata manu intrare in regnum Ildephonſi, neceſſitatem illi impoſitum iri obediendi præceptis ejus.

EPISTOLA XIX.

Ad Ildephonſum Regem Aragoniæ.

Monet eum & urget, nè Robertum in ſuo regno commorari permittat: quòd niſi fecerit, excommunicationis ſententiæ ſubjacebit.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Ildephonſo illuſtri Regi Aragonum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Digitized by Google

Ex eodem archivo apud Marcam Hiſp. 42. Cum ſcriptum ſit: *Honor Regis judicium diligit*; honori tuo plurimùm expedit & ſaluti juſtitiam diligere, & eam unicuique ſecundùm dignitatem à Deo tibi collatam ſervare; quia felix eſt gloria regnantis, cùm tuta eſt conditio ſubditorum. Sanè quàm graviter & enormiter deliquerint, qui necem bonæ memoriæ Hugonis quondam Tarraconenſis Archiepiſcopi machinati ſunt, regiæ celſitudinis prudentiam non debet latere. Accepimus autem quòd Robertus in mortem prædicti Archiepiſcopi inſtigante diabolo conſpiravit, & in eum quod conceperat, virus iniquitatis effudit.

43. Unde quia tam immane facinus graviſſima debet ultione puniri, ne aliis præſtetur audacia delinquendi, ſi ejus exceſſus remanſerit impunitus, regiam celſitudinem monemus attentiùs & mandamus, quatenus prædictum Robertum in regno tuo nulla ratione recipias, nec ibi velis aliquatenus retineri, ut ſic ſaltem ſuum corrigat & emendet exceſſum. Si autem monitis noſtris non duxeris acquieſcendum, venerabili fratri noſtro Tarraconenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, & ſuffraganeis ejus dedimus in mandatis ut regnum tuum interdicant, & in te etiam auctoritate noſtra ſententiam excommunicationis promulgent. Datum Anagniæ V. Idus Junii.

EPISTOLA XX.

Ad eundem Regem.

Gratias illi agit, quòd eundem Robertum, fratrem ejus Berengarium, matremq; eorum, expulerit è regno. Deinde hortatur, ut totam eorum progeniem in perpetuum excludat ab eodem regno, eorumque bona fiſco addicat.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Ildephonſo illuſtri Aragonum Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex eodem archivo regio apud Marcam Hiſp. 44. Suggeſto nobis quòd armis juſtitiæ præcinctus in Robertum & Berengarium, matrem quoque & hæredes ipſorum, atrocitatem facinoris & ſæviſſimum ſcelus, quod in morte piæ memoriæ Tarraconenſis Archiepiſcopi fuerat inſtigante diabolo perpetratum, atrociter vindicâſti, & eos à regno tuo regio edicto proſcribi feciſti, gratum gerimus & acceptum, & inde regiæ magnitudinis providentiam magnificentiùs in Domino laudibus commendamus. Et quia tam fuit eorum deteſtabile facinus, quòd perpetua inde meruerunt damnatione puniri, & toto vitæ ſuæ tempore ad expiationem tanti delicti in fletu deberent & pœnitentia eſſe; regiæ ſerenitatis induſtriam monemus, hortamur attentiùs, & mandamus, ut prædictos maleficos & eorum matrem à toto regno & terra tua cum ſua progenie in perpetuum excludens, eos nullius unquam ſuggeſtione deinceps in terra tua recipias, & Eccleſiæ Tarraconenſi medietatem poſſeſſionum, quæ ſunt Tarraconę, vel in territorio ejus, ſecundum tenorem conventionis quæ inter eam & Raymundum bonę memoriæ quondam patrem tuum facta eſt, liberè & ſine moleſtatione reſtituas, & in pace habere permittas; ita quòd eadem Eccleſia, quę de morte Archiepiſcopi ſui tantum deplorat damnum illatum, in ea ſe parte ſentiat alleviari, & tu non videaris contra patris tui pactum venire, aut eandem Eccleſiam jure ſuo defraudare. Quòd tibi eſſet admodùm periculoſum. Si autem præfatos proditores in terra tua aliqui tuæ ditionis receperint, eis bona ſua penitùs auferas, & timorem incutiens perſonarum, pœnam aliam addas. Cæterùm ſi ſurdis auribus, quod non credimus, monita noſtra pertranſieris, regnum tuum pręcipimus interdici. Et ſi nec ſic fuerit noſtris monitis paritum, perſonę quoque tuæ nequaquam parcemus. Datum Tuſculani VII. Kal. * Februarii. (* Iulii.)

EPISTOLA XXI.

Ad Tarraconenſem Archiepiſcopum, Apoſtolicæ ſedis Legatum.

Statuit, ut Eccleſiæ Dertuſenſis & Ilerdenſis, recèns à Maurorum ſervitute liberatæ, ſubſint Tarraconenſi tamquam Metropolitano.

ANNO CHRISTI MCLXXI.

Alexan-

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Tarraconenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

45. INducit nos & hortatur commiſſæ nobis dignitatis auctoritas, fratribus & Coëpiſcopis noſtris gratiæ noſtræ plenitudinem exhibere, & inſuper his quæ legitimè poſſident Apoſtolici favoris & patrocinii ſubſidium miniſtrare; ut tantò circa devotionem Beati Petri ac noſtram teneantur ferventiores exiſtere, quantò ſe ampliori prærogativa cognoverint confoveri. Inde eſt quòd nos tuis poſtulationibus benignè annuentes, honorem illum, quem Raymundus quondam Comes Barcinonenſis in Ilerda & Dertuſa tibi, quando captæ fuerint, conceſſit, ſicut ipſum pacificè habere dignoſceris, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ XVI. Kal. Julii.

Ex archivo Eccleſiæ Tarraconenſis apud Marcam Hiſp.

EPISTOLA XXII.

Ad Vibianum Abbatem, & monachos S. Mariæ de Monte-læto, ſive Hyracenſis, in Navarra.

Recipit monaſterium ſub protectione ſedis Apoſtolicæ, ejuſque privilegia ac jura confirmat.

ANNO CHRISTI MCLXXII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Vibiano Abbati Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Monte-læto, ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

46. IMmaculata Dei genitrix Virgo Maria, quæ merita Sanctorum ſua virtute tranſcendit, angelis purior, & eminentior cunctis, tantò devotiùs & ſpecialiùs debet ab univerſis fidelibus jugiter honorari, quantò ampliùs ab ipſo immortalitatis auctore ſuper omnes angelos meruit feliciter ſublimari. Nos verò qui ejus interceſſionis auxilio deſideramus apud altiſſimum adjuvari, Eccleſias illas, quæ in honore ipſius ſingularis Virginis ædificatę ſunt, quadam ſpeciali volumus prærogativa fovere, & ne indebitis agitentur moleſtiis, Apoſtolicæ tuitionis præſidio communire.

47. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri ac noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Yegui, cum univerſis pertinentiis ſuis. Hugar cum univerſis pertinentiis. Surbac cum univerſis pertinentiis, & San cum omnibus pertinent. Yrugium cum omnibus pertin. Ollonium cum omnibus pertinen. Urriatciriaga cum omnibus pertin. Villoriam cum omnibus pertin. Monaſteriolum Sancti Clementis cum omnibus pertin. Eccleſiam Sancti Juſti cum omnibus pertinen. Yhart cum omnibus pertinen. Honorem de Arcubus cum omnibus pertinen. Turres cum omnibus pertinen. Turrellas cum omnibus pertinen. Mendavia cum omnibus pertin. Sotogarria cum omnibus pertin. Althezam cum Eccleſia Sancti Salvatoris. Legardam cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctæ Eulaliæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Monariſgutiam cum omnibus pertinent. Oivartum cum omnibus pertinen. Taſaliam cum omnibus pertin. Olith cum omnibus pert. Harronia cum omnibus pertinen. Eccleſiam Sancti Æmiliani cum omnibus pertin. Luquing cum omnibus pertin. Loyen cum omnibus pertin. Subice cum omnibus pertin. Cirria cum omnibus pert. Rotas de Ponte Regina, Arbeſcaa cum omnibus pertin. Subjelcaa cum omnibus pertinen. Hiſquidiam cum omnibus pertinent. Eccleſiam Sancti Martini de Eſtella, Sanctum Martinum de Arria, Sanctum Emeterium, Sanctum Jacobum de Aloru, Eccleſiam de Melche, villam de Sabaal, Sanctum Joannem de Sada. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus & extremæ voluntati, cui ſe illic ſepeliri deliberaverit, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſunt, ut nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Eſt verò antiquiſſimum, & nobiliſſimum totius ejus regni, in quo præter obſervantiam Regulæ S. Benedicti, eſt publica Academia, olim Eminentiſſimi D. D. Ægidii de Albornoz S. R. E. Cardinalis, ſecundi ejus nominis, diuturna habitatione, ejuſdemque bibliotheca inſigni decoterat: in que & nos ſacram Theologiam octo circiter annis, juvenes adhuc, profeſſi fuimus. Extat apud Bollandianos vita S. Veremundi Abbatis ipſius Tomo I. SS. Martii die VIII. pagina 795. & ſeqq. cum aliquot illuſtribus monumentis ejuſdem monaſterii, quæ R. P. Godefridus Henſchenius nomine noſtro adidit anno MDCLXV.

48. Cùm autem generale interdictum terræ ſuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus ac ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel veſtrûm quilibet ſucceſſorum, nullus ibi quilibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, & Beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

49. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit; ſecundo, tertioque commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Teobaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis Sanctorum Joannis & Paulli, & Januariæ.
Ego Boſo Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ, tituli Sancti Paſtori s.
Ego Bernardus Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus.
Ego Guillermus Presbyter Cardinalis Sancti Petri ad Vincula.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis, tituli Sancti Laurentii in Damaſo.
Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori.
Ego Hugo Diaconus Cardinalis juxta templum Agrippæ.
Ego Petrus de Boſo Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Aquiro.
Ego Cynthius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.
Ego Vitellus Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi.

Datis Tuſculani, per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & Notarii, octavo Kalendas Julii, Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno MCLXXII. Pontificatûs verò domini Alexandri Papæ tertii anno tertiodecimo.

EPISTOLA XXIII.

Ad Raymundum Abbatem & monachos S. Stephani Balneolenſis.

Confirmat privilegia & jura monaſterii Balneolenſis.

ANNO CHRISTI MCLXXIV.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Raymundo Abbati monaſterii S. Stephani Balneolenſis, ejuſque fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Ex archivo monaſterii Balneolenſis apud *Marcam Hiſp.*

50. Religioſam vitam eligentibus Apóſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

51. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Parochiam ipſi monaſterio circumadjacentem de ipſa valle Balneoli, Eccleſias

Sanctæ

Sanctæ Mariæ, Sancti Benedicti, Sancti Petri de Agemal, Saucti Romani de Millauicis cum cimiterio ſuo, Sancti Chriſtophori, Sancti Jacobi cum decimis & primitiis ſuis, & cum medietate decimarum ſeu primitiarum de villa Figerollis & de Heremitanuis, Eccleſias Sanctæ Mariæ, Sancti Laurentii, cum cimiterio de Porcariis, Eccleſias Sancti Mauricii de Calvis, Sancti Cyricii, Sancti Juliani de Meritatz, Sancti Martini de Campo majori. In valle Miliarias, Eccleſias Sancti Petri, Sancti Andreæ de Ramilis, Sancti Vincentii de Felegoſo, Sancti Vincentii de Saliente, Sancti Juliani de Auguſtino, Sanctæ Mariæ de villa Azert, Saucti Martialis de Quarantella, cellam Sauctæ Marię de Rivo de Azar, cum decimis, oblationibus, & cæteris earum pertinentiis. In Comitatu Impuritanenſi, cellas Sanctę Crucis, Sancti Nicolai, cum cimiteriis & alodiis ſuis, & caſtrum Calepodium cum pertinentiis ſuis. In Comitatu Petra-latenſi, Eccleſias Sancti Martini, Saucti Silverii. Iu valle mala, cellam Sancti Joannis de Croſis, cellam Sancti Cypriani de Pinta, cum decimis, oblationibus, & cæteris earum pertiuentiis. In Comitatu Gerundenſi, Eccleſias Sanctę Mariæ de Feneſtris, Saucti Felicis de Buada, cum decimis, oblationibus, & cæteris earum pertinentiis. In Comitatu Barcinonenſi, monaſterium Sancti Martialis de moute Signi, in Tarilauo Eccleſiam Sancti Salvatoris. Mercatum quoque, ſicut penes veſtrum cœnobium fieri ſolet, teloneum, & omnem juſtitiam vobis veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus.

52. Ad hæc auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne aliquis præter veſtram, & Abbatis qui pro tempore fuerit voluntatem, converſos veſtros ſæculari audeat judicio vel poteſtate diſtringere. Obeunte verò te uunc ejuſdem loci Abbate, vel tnorum quolibet ſucceſſornm, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi qnem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes clericorum loci veſtri, ſeu monachorum, qni ad ſacros fuerint ordines promovendi, à qnocumque malueritis Catholico accipietis Epiſcopo, ſicut à nonnullis prædeceſſoribus noſtris monaſterio veſtro conceſſum eſt, & à veſtris comprovincialibus Epiſcopis obſervatum.

53. Ad hæc adjicimus, ut Epiſcoporum quilibet clauſtrum ipſum, & illic Domino ſervientes, ſine Romani Pontificis vel Legati ejus audientia interdicere vel excommunicare non debeat, neqne cæteris ad vos pertinentibus locis ſine certis cauſſis præjudicium canonicæ ultionis inſerre. Miſſas verò publicas præter Abbatis & fratrum voluntatem in eodem monaſterio per Epiſcopum celebrari, aut ſtationes fieri, vel ad agendas cauſſas populares conventus aggregari prohibemus; ne in ſervorum Dei receſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus. Sepnlturam qnoque ejuſdem loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, niſi excommunicati ſint vel interdicti, nullus obſiſtat, ſalvâ juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimns ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & in præſcriptis Eccleſiis diœceſanorum Epiſcoporum canonicâ juſtitiâ.

54. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit; ſecundò, tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Ameu, amen, amen.

55. Ego Alexander Catholicæ Eccleſię Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Bernardus Portuenſis & Sanctę Ruffinæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Joannes Sanctorum Joannis & Paulli Presbyter Cardinalis tituli Pammachii ſubſcripſi. Ego Joannes Presbyter Cardinalis titnli Sanctę Anaſtaſiæ ſubſcripſi. Ego Guillelmns Presbyter Cardinalis tituli Sancti Petri ad Vincula ſubſcripſi. Ego Boſo Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tituli Paſtoris ſubſcripſi. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli Sanctę Cæciliæ ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Cardinalis titnli Sanctæ Suſannæ ſubſcripſi, Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Saucti Theodori ſubſcripſi. Ego Cynthius Diaconus Cardinalis Sancti Hadriani ſubſcripſi. Ego Vitellus Diaconus Cardinalis Sauctorum Sergii & Bacchi ſubſcripſi. Ego Hugo Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi. Ego Laborans Sanctę Marię in Porticu Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Data Ferentini per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi & notarii, III. Idus Martii, Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno * MCLXXIV. Pontificatûs verò domini Alexandri Papæ III. anno XVI. * Forè MCLXXV.

EPI-

EPISTOLA XXIV.

Ad Magiſtrum Militiæ S. Jacobi in Hiſpania, ejuſque fratres.

Approbat illorum inſtitutum.

ANNO CHRISTI MCLXXV.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro Ferdinando, Magiſtro Militiæ Sancti Jacobi, ejuſque fratribus clericis & laicis, tam præſentibus quàm futuris, communem vitam profeſſis, in perpetuam rei memoriam.

56. BEnedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui Eccleſiam ſuam nova ſemper prole fœcundat; & ſicut pro patribus filios in ea facit exſurgere, ſic à generatione in generationem notitiam nominis ſui, & lucem fidei Chriſtianæ diffundit, ut ſicut ante ortum ſolis ſtellæ ſeſe ad occaſum in firmamento ſequuntur, ita in Eccleſiaſticis gradibus, generationes juſtorum, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & tenebras noſtras veri ſolis ſplendor illuminet, per tempora ſibi ſuccedant. Et ſicut multi ſæpè per caudam draconis dejiciuntur in terram, ita per adoptionem ſpiritus quotidianè fiat reparatio perditorum, & de profundo inferni ad quærenda multi cœleſtia erigantur: & ita corpora teneantur in terris, ut tamquam cives Sanctorum, & domeſtici Dei, cogitatione & deſiderio converſentur in cœlis.

57. Hoc ſanè temporibus noſtris, in partibus Hiſpaniarum, de divino factum munere gratulamur: ubi nobiles quidam viri peccatorum vinculis irretiti, & miſeratione illius qui vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt, ſupernâ gratiâ ſunt afflati & tacti ſuper multis tranſgreſſionibus ſuis, dolore cordis intrinſecus: & præteritorum agentes pœnitentiam peccatorum, non ſolùm poſſeſſiones terrenas, ſed & corpora ſua dare in extrema quæque pericula pro Domino decreverunt. Et ad exemplum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ait: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus, qui miſit me, Patris*; in habitu & converſatione religionis, ſub unius magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari. Eo utique moderamine propoſitum ſuum & ordinem temperantes, ut quia univerſa turba fidelium in conjugatos & continentes diſtinguitur, & Dominus Jeſus Chriſtus non ſolùm pro viris, ſed & pro fœminis quoque de fœmina naſci voluit, & cum hominibus converſari; habeantur in ipſo ordine, qui cœlibem ducant vitam, & conſilium Beati Paulli ſequantur, qui dicit: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Sint etiam qui juxta inſtitutionem Dominicam, ad procreandam ſobolem, & incontinentiæ præcipitium evitandum, conjugibus ſuis utantur, & unà cum eis ad incolatum ſupernæ patriæ de convalle lacrymarum & terrena tranſire peregrinatione nitantur, & lacrymis diluant, & operibus pietatis reatus. Quibus ſupra fundamentum ſuum, quod Chriſtus eſt, pro cura carnis, & affectibus liberorum, ligna, fœnum, ſtipulam ædificare contingit, cum aliis expeditiores & continentes ædificent aurum, argentum, & lapides prætioſos: & iſti tamen & illi militent uni Regi, & ſuper unum fundamentum cœleſtem unam ædificent manſionem, promiſſione Pſalmiſtæ in Domino roborati, qui minora quoque membra Eccleſiæ confortat, & dicit: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.*

(Margin: 1. Corinth. 7. — Pſalm. 138.)

58. In horum autem fidelium Chriſti collegio, tu dilecte in Domino fili, Petre Ferdinande, per voluntatem Dei magiſterium ſuper alios & providentiam ſuſcepiſti. Qui cum quibuſdam fratrum tuorum ad præſentiam noſtram accedens, cum humilitate qua decuit à ſede Apoſtolica requiſiſti, ut vos tamquam peculiares filios in defenſionem noſtram, & locum in quo caput ordinis factum fuerit, in jus & proprietatem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ recipere deberemus.

59. Unde nos devotionem veſtram & bonum in Domino deſiderium attendentes, de communi fratrum noſtrorum conſilio, in ſpeciales & proprios ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios recipimus: ordinem veſtrum auctoritate Apoſtolica confirmantes, præſentis ſcripti privilegio communimus.

60. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſtè & legitimè poſſidetis, aut in poſterum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis patrante Domino poteritis adipiſci, firma & vobis & veſtris ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. *Enumerat aliquas eorum poſſeſſiones.*

61. *Pergit*: Sancimus præterea ne occaſione antiquæ detentionis, ſive ſcripturæ, quiſquam vobis

vobis poſſit auferre quæ ultra memoriam hominum ſub Sarracenorum detenta ſunt poteſtate, & de munificentia Principum, ſeu veſtro ſtudio & labore, aut jam obtenta ſunt, aut in futurnm, auxiliante Domino, poteritis obtinere. Cùm enim unica ſit vobis intentio, & ſingularis cura ſemper emineat, pro defenſione Chriſtiani nominis decertare; non ſolùm res, ſed perſonas ipſas pro tuitione fratrum incunctanter exponere; plurimum poſſet hoc pium opus & laudabile ſtudium impediri, ſi labores & ſtipendia veſtra, quæ in communi proficiunt, præripiantur ab aliis; & otioſi ac deſides, atque in laboribus ſuis, non quæ Jeſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, requirentes, emolumenta illa perciperent, quæ pro tantis laboribus, vobis & pauperum Chriſti uſibus ſunt proviſa, dicente Apoſtolo: *Qui non laborat, non manducet.*

62. Inter ea ſanè quæ profeſſionis veſtræ in ordine ſtatutum eſt obſervari, primum eſt, ut ſub unius Magiſtri obedientia in omni humilitate atque concordia, ſine proprio vivere debeatis; illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem Chriſtianam Apoſtolorum prædicatione converſi, vendebant omnia & ponebant pretium ad pedes illorum, dividebaturque ſingulis, prout cuique opus erat, neque aliquis eorum qui poſſederat, ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia.

63. Ad ſuſcipiendam quoque prolem, quæ in timore Domini nutriretur, & infirmitatis humanæ remedium, juxta inſtitutionem Domini, & indulgentiam Apoſtoli, qui ait: *Bonum eſt homini* 1. Cor. 7. *mulierem non tangere: propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat, & ſimiliter mulier virum ſuum.* Qui continere nequiverit, conjugium ſortiatur, & ſervet inviolatam fidem uxori, & uxor viro, ne tori conjugalis continentia violetur. Si autem viri præmortui fuerint, & relictæ uxores quæ ordinem ſuſceperunt, nubere voluerint; denuncietur hoc Magiſtro ſive Commendatori, ut cum illius licentia, cui mulier ipſa vult, nubat, tantùm in Domino. Quod etiam de viris intelligitur obſervandum: una etenim utrique lege tenentur.

64. Statuimus quoque, ut nullus fratrum, ſive ſororum, poſt ſuſceptionem ordinis veſtri & promiſſam obedientiam, vel redire ad ſæculum, vel ad alium ordinem, ſine Magiſtri licentia, audeat ſe transferre: cùm ſint in ordine veſtro loca ſtatuta, ut quiſque diſtrictus valeat converſari. Diſcedentem verò nullus audeat retinere, vel ad ordinem ſuum per cenſuram Eccleſiaſticam, qui diſceſſerit, cogatur.

65. Ut autem in ordine veſtro cum majori omnia deliberatione tractentur; ſtatutum eſt inter vos, ut locus aliquis ordinetur, in quo per ſingulos annos in ſolennitate omnium Sanctorum generale capitulum teneatur, & ſit ibi clericorum conventus, & Prior, qui illorum & aliorum clericorum, qui de ordine veſtro fuerint, curam poſſit habere, ac fratrum, cùm neceſſe fuerit, provideat animabus. Sint autem tredecim in ordine fratres, qui Magiſtro, cùm opus fuerit, in conſilio & diſpoſitione domûs aſſiſtant, & eligendi Magiſtri curam habeant competentem. Prior ſiquidem clericorum, cùm Magiſter migraverit de hac luce, de domo & ordine ſolicitudinem gerat. Cui, ſicut Magiſtro ordinis, obedientes exiſtant, donec per providentiam tredecim prædictorum fratrum, Magiſtri electio celebretur. Is, cùm tranſitus Magiſtri fuerit auditus & cognitus, tredecim illos fratres ſine dilatione aliqua convocabit: & ſi quiſquam eorum, infirmitate vel alia cauſſa infra quinquaginta dies adeſſe nequiverit, cum aliorum conſilio qui præſentes fuerint, alium abſentis loco conſtituet, ut Magiſtri electio ex aliquorum abſentia minimè differatur. Illi verò tredecim fratres, ſi Magiſter, qui pro tempore fuerit, pernicioſus aut inutilis apparuerit, cum conſilio Prioris clericorum, & ſanioris partis capituli, majoribus domus corrigendi, aut etiam amovendi eum, habeant poteſtatem. Et ſi inter eum & capitulum emerſerint quæſtiones, debitum eis finem imponant: ne per aliena judicia, vel dilabatur ordo, vel temporalis ſubſtantia diſſipetur. In nullam autem ex hoc fratres illi ſuperbiam eleventur; ſed Magiſtro ſuo devoti & obedientes exiſtant. Et ſi quis eorum ex hac vita tranſierit, vel pro culpa, ſeu alia quacumque fuerit occaſione mutandus; Magiſter cum conſilio reliquorum majoris partis, alium loco ejus ſubſtituat. In capitulo autem, quod diximus annis ſingulis celebrandum, tredecim iſti fratres & Commendatores domorum, niſi evidens & magna eos neceſſitas detinuerit, ad ſtatutum locum incunctanter accurrant, & communiter tractent quę ad profectum ordinis, animarumque ſalutem, & ſuſtentationem corporum fuerint ſtatuenda. Ubi præcipuè ad defenſionem Chriſtianorum intendere moneantur, & diſtrictè præcipiantur, ut in Sarracenos, non mundanæ laudis amore, non deſiderio ſanguinis effundendi, non terrenarum rerum cupiditate, bellum tractent: ſed id tantùm in pugna ſua intendant, ut vel Chriſtianos ab eorum tueantur incurſu, vel ipſos ad culturam poſſint Chriſtianæ fidei provocare.

66. Eligantur & tunc viſitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter viſitent, & quæ ibi digna correctione invenerint, aut ipſi corrigant, aut ad generale capitulum ipſi deferant corrigenda.

67. Clerici præterea veſtri ordinis per villas & oppida ſimul maneant, & Priori qui ſuper eos fuerit ordinatus, obedientes exiſtant. Et filios fratrum, qui eis à Magiſtro fuerint commiſſi, inſtruant ſcientiâ literarum. Et fratribus tam in vita, quàm in morte, ſpiritualia ſubminiſtrent. Induentur autem ſuperpelliciis, & conventum & clauſtrum ſub Priore ſuo tenebunt, & humiliter facient quod ab ipſo illis ſecundum Deum fuerit imperatum. Ubi fratres quoque, de quibus Magiſtro viſum fuerit, converſentur, & non ſint otioſi, ſed vacent orationi, & aliis operibus pietatis. Clericis verò de laboribus, & aliis bonis à Deo præſtitis, decimæ reddantur à fratribus, unde libros

Digitized by Google

bros & congrua faciant Eccleſiarum oruamenta, & iu neceſſitatibus corporum couvenienter ſibi provideant. Et ſi aliquid ſuperfuerit, ſecundum providentiam Magiſtri, in uſus pauperum erogetur.

68. Ut autem concordia charitaſque inter vos ſervetur, & à peccato detractiouis & murmura-tiouis cuncti debeant abſtinere; qui Commendator iu quolibet loco fuerit conſtitutus, pro faculta-te domûs in ſanitate & ægritudine quodcumque opus fuerit, cum ea ſolicitudine ac beuevolentia ſumminiſtret, ut neque in ſubſtautia parcitatem, neque iu verbo amaritudinem gerere videatur.

Sit vobis præcipua cura hoſpitum & iudigentium, & neceſſaria illis pro facultate domûs li-beraliter conferantur.

69. Exhibeatur Prælatis Eccleſiarum honor & reverentia. Submiuiſtretur Chriſti fidelibus canonicis, monachis, templariis, hoſpitalariis, aliiſque in ſanctæ religionis obſervantia poſitis, conſilium & auxilium: quorumlibet & iudigentia, ſi facultas fuerit, ſublevetur: ut Deus in veſtris glorificetur operibus, & alii qui viderint, humilitatis & charitatis veſtræ provocentur odore.

70. Ad hæc adjiciendum decernimus, ut ſi locus aliquis, in quo Epiſcopus eſſe debeat, in veſtram venerit poteſtatem, ſit ibi Epiſcopus, qui cum Eccleſiis & clero ſuo, deſignatos ſibi re-ditus, & poſſeſſiones, & ſpiritualia jura percipiant. Reliqua verò cedant in uſus veſtros, & in ve-ſtra diſpoſitione, ſine cujuſquam coutradictione perſiſtant. Profectò in parochialibus Eccleſiis quas habetis, nolumus Epiſcopos ſuo jure fraudari. Si autem in locis deſertis, aut in ipſis terris Sarra-cenorum de novo Eccleſias couſtruxeritis; Eccleſiæ illæ plena gaudeant libertate, nec aliqua per Epiſcopos decimarum, aut alterius rei exactioue graventur. Liceatque vobis, per clericos veſtros idoneos, eaſdem Eccleſias cum ſuis plebibus gubernare, neque interdicto per Epiſcopos, vel ex-communicationi ſubdantur: ſed fas ſit vobis, tam in majori Eccleſia, quæ caput fuerit ordiuis, quàm iu illis aliis, excommunicatis & interdictis excluſis, divina ſemper officia celebrare.

71. Præterea, ne humanis vexationibus & calumniis à defenſione Chriſtianorum retrahi va-leatis, Apoſtolica auctoritate decernimus, ne perſonas veſtras, præter Legatum Apoſtolicæ ſedis à Latere Romani Pontificis deſtinatum, interdicere quiſquam, & excommunicare præſumat. Quod etiam de familiis & ſervientibus veſtris ſtatuimus, qui ſtipendia veſtra percipiuut, donec juſtitiam parati ſint exhibere. Niſi fortè talis fuerit culpa, ex qua ipſo facto Eccleſiaſticam ceuſuram in-currant.

72. Chriſma vetù & oleum ſauctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinatioues clericorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, à diœceſano ſuſcipietis Epiſco-po, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis debeat exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis An-tiſtitem adire, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat.

73. Liceat præterea vobis in locis veſtris, ubi quatuor fratres vel plures fuerint, oratoria con-ſtruere, in quibus fratres & familiæ veſtræ tantùm, & divinum audire officium, & Chriſtiauam poſſint habere ſepulturam. Ita enim volumus neceſſitati veſtræ conſulere, ut nou debeant ex hoc adjacentes Eccleſiæ injuriam ſuſtinere.

Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis janais, excluſis excom-municatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare.

74. Nihilominus præſenti decreto ſancimus, ut ſi quis in aliquem veſtrum, fratrem videlicet vel ſororem, violentas manus injecerit, excommunicationis ſententiâ ſit adſtrictus. Et illud idem pro tutela veſtra, tam in ſententia, quàm in pœna ſervetur, quod ſub felicis memoriæ Papa Iu-nocentio, prædeceſſore noſtro, de tuitione clericorum generali Concilio uoſcitur inſtitutum.

75. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, jura vel poſſeſſiones veſtras temerè perturba-re, aut boua veſtra auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate.

Ad indicium autem hujus à ſede Apoſtolica perceptæ liberalitatis, decem malachinos nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis.

76. Si qua igitur ſæcularis Eccleſiaſticave perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contravenire tentaverit; ſecundò, tertiove monita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione revocaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de per-petrata iniquitate cognoſcat, ac à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redem-ptoris Jeſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

77. Cunctis autem vobis veſtra jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inve-niant. Ameu.

Vias tuas Domine demonſtra mihi.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Gualterus Galvam Epiſcopus.
Ego Joannes presbyter Cardinalis SS. Joannis & Paulli tit. Pammachii.
Ego Joannes presbyt. Cardiualis tit. S. Laureutii in Lucina.

Ego

Ego Baſſo presbyt. Cardinalis S. Pudentianæ, tit. Paſtoris.
Ego Manfredus presbyt. Cardinalis tit. S. Cæciliæ.
Ego Petrus presbyt. Cardinalis tit. S. Sabinæ.
Ego Hyacinthus diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Corditio diac. Card. S. Theodori.
Ego Cynthius diac. Cardinalis S. Hadriani.
Ego Vitellus diacon. Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.
Ego Laborans diac. Cardinalis S. Mariæ in Porticu.
Ego Ramirus diac. Cardinalis S. Gregorii ad Velabrum.
Ego Vivianus diac. Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Datum Ferentini per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & notarii, tertio nonas Julii; Indictione octava, Incarnationis Dominicæ anno MCLXXV. Pontificatûs verò D. Alexandri Papæ III. anno ſextodecimo.

EPISTOLA XXV.

Ad Legionenſem Epiſcopum.

Ut clericus quidam, qui non ordinatus ſacerdos publicè celebrare præſumpſerat, nunquam ſacerdotium accipiat; & aliquot annis à diaconatu ſuſpenſus ſit, & pœnitentiam agat.

INCERTO ANNO.

78. EX literis tuæ fraternitatis nobis innotuit, quòd diaconus præſentium lator, volens ante tempus ordinari in presbyterum, aſſeruit ſe per ordinationem tuam gradum ſacerdotalem adeptum, & cùm ei manum nòn impoſuiſſes, Miſſarum celebrationem publicè uſurpavit. Poſtmodum verò, Domino inſpirante, rediit ad ſeipſum, & proprium cognoſcens exceſſum, in tanto ſibi periculo conſuli poſtulavit. Quia igitur ſuper hoc tua nos duxit fraternitas conſulendos, literis præſentibus reſpondemus, quòd ad ſacerdotis officium non poterit promoveri. A diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua proviſione maneat ſuſpenſus. De beneficio autem cum eo miſericorditer agatur, ne ſuſtentatione privatus, ad ſæculi negotia revertatur. Ut autem ſecuriùs ei poſſis hanc facere miſericordiam, de agenda pœnitentia circa eum diligentem curam non deſinas exhibere. Salubriùs autem ſibi abſque dubio providebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum. Ex append. Concil. Lateran. 3. apud Binium pag. 651.

EPISTOLA XXVI.

Ad Toletanum Archiepiſcopum.

Severè animadvertit in multos, qui interdicto & excommunicatione innodati, divina officia celebrare præſumpſerunt. Nimirum, ſi quadraginta, aut pauciores ſint, ut omnino ab officio ſacerdotali deponantur. Si autem multò plures fuerint, præcipui ex iis eâdem afficiantur pœnâ, alii minore; omnibus rationabili pœnitentia injuncta.

INCERTO ANNO.

79. LAtores præſentium cum literis tuis ad noſtram præſentiam accedentes, ſuum nobis exceſſum pleniùs intimaverunt; ſcilicet quòd tam ipſi quàm alii multi, poſtquam interdicti & excommunicati fuerant, divina præſumpſerunt officia celebrare. Quoniam verò cùm iis magnam multitudinem in hoc peccâſſe dicebat, nec nobis, quis eorum magis vel minus deliquerit, innoteſcere potuit; negotium ipſum diſcretionis tuę arbitrio duximus remittendum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus rei veritate diligẽtiùs inquiſita, ſi quadraginta ſolummodo, vel pauciores, in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in Ex append. Concil. Lateran. 3. apud Binium pag. 650.

perpetuum ab officio ſacerdotali deponas, Si verò multitudinem magnam in hoc peccâſſe cognoveris, eos quos magis cauſſam eſſe delicti conſtiterit, perpetua depoſitione condemnes, & alios qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus ſuſpendas, & omnibus pœnitentiam ſecundum diſcretionem tibi à Deo datam injungas.

EPISTOLA XXVII.

Ad Toletanum Archiepiſcopum.

Jubet, ut archidiaconum & clericum quendam, qui Bernardi cujuſdam Epiſcopi, jam vitâ functi, electioni ſimoniacè conſenſerant, ab altaris miniſterio deponat, &c.

INCERTO ANNO.

Ex appendice ad Concil. Lateran. III apud Binium pag. 576.

80. DE hoc quòd Rex & Principes ſui à Bernardo quondam * Certomenſi Epiſcopo pecuniam accepiſſe dicuntur, ut ejus electioni præſtarent aſſeoſum, & quòd idem Epiſcopus archidiacono * Sevien. beneficium certi reditus, & cuidam clerico ante electionem ſnam prioratum dicitur promiſiſſe, ut oterqoe eorum, archidiaconus videlicet & clericus, ejus electioni conſentirent; hoc tuæ paternitati duximus reſpondendum, qoòd ſi operis evidentia manifeſta æſtimatur, ita quòd notorium eſt, eundem archidiaconum & clericum ob illam cauſſam tam iniquam & deteſtabilem promiſſā rem accepiſſe: aut ſi exinde confeſſi fuerint in jure, vel legitimè poſſunt ab aliquibus convinci, ab altaris miniſterio ſunt perpetuò deponendi. Si verò id manifeſtum non eſt, nec inde coovicti vel confeſſi fuerint, & tamen poſtea laborant infamiâ, eis canonica purgatio debet iodici: in qua ſi defecerint, tanquam taoti ſceleris auctores ſont puniendi. Regem autem & Principes ſuos ſolicitè mooere debes, & diligenter inducere, ut ſi quæ receperint à prefato Epiſcopo, ut ejus electioni preſtarent aſſenſum, Eccleſiæ * Ceromeoſi ſine dimioutiooe reſtituaot, cùm ea ſine gravi ſalutis ſuæ periculo retinere non poſſint.

EPISTOLA XXVIII.

Ad Lucenſem Epiſcopum.

Ut excommunicati, & in mortis articulo ab excommunicationis ſententia relaxati, ſi eorum propinqui pro eis ſatisfecerint, Eccleſiaſticâ donentur ſepulturâ; ſin minus, illâ careant.

INCERTO ANNO.

Ex appendice ad Concil Lateran III. apud Binium pag. 676.

81. DE ſecunda verò quæſtione, hoc tuam diſcretionem tenere volumus, qoòd propinqui ejus, qoem pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum injectione in clericos, in violatione multarum Eccleſiarum, & inceſtu, vinculo excommunicationis adſtringis, monendi ſunt, ot pro eis ſatisfactionem exhibeant: quòd ſi fecerint, quia laborans in extremis, præſtito juramento, per presbyterum * tenuerit ab excommunicationis ſenteotia relaxari, io cœmeterio poterit ſepeliri. Si autem propioqui ſui tuis acquieſcere monitis contradixerint, qoia jam noo eſt purgatum peccatum, defuncto oeganda eſt Eccleſiaſtica ſepultura.

* meruerit

EPI-

EPISTOLA XXIX.

Ad Zamorenſem Epiſcopum.

Cùm vocatus ad Concilium ab Hyacintho Cardinale, Apoſtolicæ ſedis Legato, noluiſſet accedere: cumque propterea excommunicatus, adhuc ſe in Epiſcopum conſecrari fecerit; ideo præcipit ut ad ſedem Apoſtolicam per ſe vel per idoneos nuncios accedat, rationem redditurus.

INCERTO ANNO.

83. Cum parati eſſemus petitiones tuas, quas nobis per nuncium tuum porrexiſti, benignè ſuſcipere & efficaciter exaudire; dilectus frater noſter, Hyacinthus ſcilicet in Coſmedin Diaconus Cardinalis, olim Apoſtolicę ſedis Legatus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quòd cùm te ad Synodum ſuam vocâſſet, & ad ejus vocationem contempſiſſes accedere, in perſonam tuam excommunicationis ſententiam promulgavit: poſt cujus excommunicationem, qui vice noſtra fungebatur, te feciſti in Epiſcopum conſecrari. Cumque dilectus filius noſter Martinus canonicus B. Jacobi firmiter aſſeveraret, quòd in legatione Regis eſſes, & non potuiſſes ad vocationem prædicti Cardinalis accedere; Cardinalis è contrà aſſeruit, quòd non in legatione Regis, ſed in Salmantina Eccleſia te nuncius ſuus inveniſſet, tibique dixiſſet, quòd non in alia Eccleſia eſſes * quæſiturus. Ex appendice ad Concil. Lateran. III. apud Binium pag. 595.

84. Et cùm iterum ex parte tua fuiſſet propoſitum, quòd venerabilis N. archidiaconus Prædanus appellavit, tuam etiam appellationem interpoſuiſſes; Cardinalis adjecit, quòd appellatio illa te tueri in parte illa non potuit, quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos verò attendentes, quomodo te non decet contemnere, obtentu appellationis ad vocationem Cardinalis venire; fraternitatem tuam monemus, mandantes atque præcipientes, quatenus vel in propria perſona, vel per idoneos nuncios Apoſtolico conſpectui te præſentes, innocentiam & immunitatem tuam, ſi poteris, oſtenſurus.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Præſide Hyacintho S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, tempore Alexandri Papæ III.

85. Ex contextu toto Epiſtolæ præcedentis apertè conſtat celebratum fuiſſe Concilium quoddam apud Salmanticam, præſide Hyacintho S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicę ſedis Legato, ad quod Zamorenſis Epiſcopus accedere recuſavit: quapropter ab Alexandro III. Romam accerſitus eſt, apud ſedem Apoſtolicam rationem redditurus. Hujus Concilii apud neminem (quod ſciam) mentio exſtat.

LITERÆ CEREBRUNI

Archiepiſcopi Toletani.

Teſtatur corpus B. Prudentii Epiſcopi requieſcere in regio monaſterio S. Mariæ Naxarenſis. Deinde indulgentiam *quadraginta dierum de injuncta pænitentia* concedit viſitantibus illius Eccleſiam in feſto Aſſumptionis Deiparæ Virginis.

ANNO CHRISTI MCLXXV.

86. Cerebrunus Dei gratiâ Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, licèt indignus, & Hiſpaniarum Primas dictus. Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Charitati veſtræ notificamus, quòd ſicut præmium vitæ æternę peccando amittimus, ita eleemoſynas & oblationes religioſis locis ac per- Ex archivo Naxarenſi apud Yepium tomo VI. fol. 466.

ſionis offerendo, & Eccleſias Sanctorum viſitando, gloriam ſempiternam conſequimur. Tamen prophetico ore prolatum eſt, ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Et alibi per ſe veritas ait: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Hinc eſt, quòd fraternitatem veſtram attentiùs commonemus in Domino, atque in peccatorum veſtrorum remiſſionem vobis injungimus, quatenus de facultatibus à Deo vobis collatis, Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Naxara libenti animo largiamini, in qua, ſicut multorum relatione audivimus, omnipotens Deus, per interceſſionem beatiſſimæ matris ſuæ, & Beati Prudentii Epiſcopi & Confeſſoris, cujus corpus in præfata requieſcit Eccleſia, multa miracula quotidie operatur, quæ à Regibus & ſanctis viris ædificata, & honorata, religioni & ordini Cluniacenſium, multis retrò temporibus fuit donata; tamen ſicut ſcriptum eſt, propter hoc centuplum in futuro recipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Et quicumque devota mente in Aſſumptione ſanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, prędictam Eccleſiam cauſâ orationis viſitaverit, ſit ei in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum: & nos de auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli confidentes, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia condonamus. Erâ MCCXIII. II. Idus Maji.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Berengario ejus ſedis Archiepiſcopo, anno Domini MCLXXX.

In quo decretum eſt, ut deinceps annus Domini poneretur in publicis inſtrumentis.

87. ANno MCLXXX. Berengarius Archiepiſcopus Tarraconenſis Concilium celebravit apud Tarraconem cum Epiſcopis & clericis ſuæ provinciæ, in quo decretum fuit, ut deinceps annus Domini poneretur in publicis inſtrumentis. Nam antea vulgò ſolebant tempora notare per annos Regum Francorum. Quod disertè obſervatum eſt in veteri codice MS. monaſterii Rivi-pullenſis, in quo occaſione iſtius Concilii ita ſcriptum eſt: *Mutantur anni Francorum in feſto Sancti Joannis Baptiſtæ.* Grave nimirum videbatur populis alius Regis imperio ſubjectis apponere nomina Regum Francorum in publicis monumentis. Itaque paullatim ab iis abſtentum eſt, donec ad hanc publicam conſtitutionem veniretur. Et tamen adeò altas radices apud eas gentes egerat hic mos, ut etiam poſt hæc tempora fides publicorum inſtrumentorum niti videretur annotatione Regis Francorum tum imperitantis. Etenim Acta concordię initæ anno MCLXXXIV. inter Ildephonſum Regem Aragonum & Raymundum Comitem Toloſanum, habent in fronte adſcriptum nomen Philippi Francorum Regis hoc modo: *Anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIV. in menſe Februarii, regnante Philippo Francorum Rege. Pateat univerſis quòd ego Ildephonſus gratiâ Dei Rex Aragonenſis, &c.*

88. Non me latet quid adverſus hanc obſervationem reponi poſſit, nimirum hæc Acta non eſſe in his regionibus, in quas Imperium Ildephonſi erat, ſed in Provincia, aut in Aquitania, adeoque mirum non eſſe ſi nomen Philippi Regis Francorum illic appoſitum eſt. Duplex tamen eſſe poteſt ad iſta reſponſio. Primùm enim dici poteſt adnotatum in Actis illis non eſſe locum ubi ea concordia inita eſt, adeoque dubium adhuc eſſe an conſtituta ſit intra fines Galliæ, an verò in Marca Hiſpanica. Deinde, quamvis concederemus eam coiiſſe in media Gallia, nihilo tamen minus certum eſſet Regem Aragonum eâ prænotâſſe nomine Philippi Regis Francorum. Preterea cùm idem paullò antè redderet gratiam ſuam Vice-comitibus Biterrenſi & Nemauſenſi, conditiones pacis cum iis præſcripſit apud Biterras & Carcaſſonam, quæ haud dubiè pertinebant ad regnum Francorum, nulla Regis tum imperitantis facta mentione. Itaque quod in pace compoſita cum Comite Toloſano præpoſuit nomen Philippi, error fuit hominis, qui non meminiſſet quid decretum fuiſſet in Marca Hiſpanica, ut Regum noſtrorum in eam imperium paollatim aboleretur deſuetudine eos nominandi, quia etiam leges per deſuetudinem tacito omnium conſenſu abrogantur. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſp.*

ADDITIO EX D. MABILLONE.

89. HIſpani ſingularem calculum ab Era ſervaverunt: quæ annos Incarnationis antecedit annis octo & triginta, &c. Eandem Eræ computandæ rationem Rudericus Toletanus, aliique veteres Hiſpaoici ſcriptores, uti & publica monumenta, retinuere ad ſæculum

lum XII. Mutatio calculi Tarraconenſis in annos Chriſti primũ inducta eſt anno MCLXXX. ut lego in Indice MS. Rivi-pullenſium, quem Illuſtriſſimus Petrus de Marca quondam Acherio noſtro ſuppeditavit. *De feſto Sancti Joannis Baptiſtæ uſque ad diem S. Lucæ celebratum fuit Concilium apud Tarraconem B. Tarraconenſi Archiepiſcopo: cujus conſilio annus Domini inſtitutus eſt inſcribi in omnibus chartis per totum Archiepiſcopatum. Tunc verò currebat annus MCLXXX. Mutantur anni Francorum in feſto Sancti Joannis Baptiſtæ.* Ideſt (ſi rectè interpretor) mutatur ritus computandi per annos Regum Francorum, quem ritum apud Tarraconenſes ad id uſque tempus uſitatum fuiſſe, ex variis Actis intelligo. Poſtea Erâ Hiſpanicâ Hiſpani uti deſière ſub Joanne primo Caſtellæ & Legionis Rege anno Chriſti MCCCLXXXIV. teſtante Tarafa *De Regibus Hiſpaniæ*. In Aragonenſi autem regno anno MCCCLIX. in Luſitanico anno MCDXV. id factum legitur. MABILLON. *De re diplom.* lib. 2. cap. 23.

ACTA CONCORDIÆ

Initæ inter Auſcitanam & Cęſar-auguſtanam Eccleſias, occaſione Eccleſiæ Alagonenſis.

ANNO CHRISTI MCLXXXII.

90. Novit Dominus refugium, & in tempore iracundiæ inter .... factus eſt reconciliator. Notum ſit ergo omnibus hominibus, quòd Auſcitana Eccleſia frequenti & aſſidua querela Cæſar-auguſtanam pulſavit Eccleſiam ſuper Eccleſia de Alagon, quam ex donativo A. illuſtris Regis Aragonenſis, & confirmatione venerandæ memoriæ Papæ Innocentii, & ſucceſſorum ejus ſe canonicè debere habere fiducialiter aſſerebat. E contrario verò Cęſar-auguſtana Eccleſia, conſtanter aſſerebat, ſe prædictam poſſidere Eccleſiam ex donativo ejuſdem venerabilis & victorioſi Regis Aragonenſis A. & venerabilis Regis Ranimiri, & confirmatione ſanctiſſimi Papæ Eugenii, & ſucceſſorum ejus.

91. Demum plurimis hincinde habitis altercationibus, cùm prædicta controverſia debito calculo non poſſet terminari, arbitrio prudentum virorum ſopita eſt altercatio ſupradicta. Siquidem G. Auſcitanæ ſedis venerabilis Archiepiſcopus, & ejuſdem Eccleſiæ conventus, pari voto & concordi aſſenſu ſe ſuppoſuerunt arbitrio S. reverendi Oſcenſis Epiſcopi, & B. venerandi Olorenſis Epiſcopi, & magiſtri Richardi Tarrazonenſis Epiſcopi, & G. Cæſar-auguſtani archidiaconi, & G. Sancii Auſcienſis archidiaconi, & B. viri religioſi Generenſis monachi. Iſti autem viri religioſi prædicti pariter arbitrati ſunt, habito utriuſque partis aſſenſu, quòd facta permutatione in compenſatione Eccleſiæ de Alagon haberet Auſcitana Eccleſia à Cæſar-auguſtana Eccleſiã de Pedrola, & Eccleſiam de Azoec, cum omnibus decimis, terminis, & pertinentiis ſuis in perpetuum poſſidendis, cum omni jure parochiali, ſalvo jure diœceſano, videlicet quartâ & cœnâ, obedientiâ & correctione clericorum, curâ animarum, & vocatione ad Synodum, conſecratione Eccleſiarum, & confirmatione chriſmandorum, & jure archidiaconali: quæ ſibi retinuit in perpetuum Cæſar-auguſtanus Epiſcopus.

92. Ordinante verò divina gratia hæc amicabilis compoſitio unanimiter utrique placuit, & inſtrumentum præſentis tranſactionis alphabeto diviſum fieri mandavit, & à Metropolitano Tarraconenſi, & à Domino Papa confirmari rogavit. Ego G. Auſcitanus Archiepiſcopus voluntate & aſſenſu totius capituli Auſcitani renunçio per me & ſucceſſores meos univerſo juri, quod Auſcitana Eccleſia cujuſcumque donativo vel confirmatione habebat, vel habere videbatur in Eccleſia de Alag on, & in commutatione ſecundum arbitrium prædictum ſuſcipio Eccleſias de Pedrola & Azoec, cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, & hoc tranſactionis inſtrumentum ſigno meo confirmo. Et ego P. Cæſar-auguſtanus Epiſcopus, voluntate & aſſenſu Cæſar-auguſtani capituli propter hanc renunciationem & pacem inter noſtram & veſtram Eccleſiam ſectandam dono Auſcitanæ Eccleſiæ & vobis G. Archiepiſcopo & ſucceſſoribus veſtris & in perpetuum habendas, trado per me & ſucceſſores meos Eccleſias de Pedrola & Azoec, cum omnibus decimis, terminis, & pertinentiis ſuis, ſalvo, ut ſupradictum eſt, jure diœceſano & archidiaconali: & hoc tranſactionis inſtrumentum ſigno meo confirmo. *Ex Baluzio Tom. II. Miſcell. pag. 239.*

93. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini MCLXXXII. & Erâ MCCXX. in menſe Novembri, VII. Kal. Decembris, in Jacha, regnante Rege Ildephõſo in Aragonia, & in Barchinona, & in Provincia, & domino Berengario Archiepiſcopo in Tarracona, Epiſcopo S. in Oſcha, Epiſcopo P. in Cæſar-auguſta. Petrus Dei gratiâ Cæſar-auguſtanus Epiſcopus ſubſcripſi. Berengarius Dei gratiâ Tarraconenſis Archiepiſcopus. Ego Geraldus Auſcitanus Archiepiſcopus, hoc tranſactionis inſtrumentum ſigno meo confirmo, & propria manu corroboro. Ego G. Auſcitanus archidiaconus ſubſcribo, & hoc ſignum facio. Ego Petrus Prior &c. & hoc ſignum facio. Ego Stephanus Oſcenſis Epi-

Epiſcopus ſubſcribo, & hoc ſignum facio. Ego Bernardus Olorenſis Epiſcopus ſobſcribo, & hoc ſignum facio. &c. Ego Raymundus hanc chartam ſcripſi, & hoc ſignum facio.

URBANI III. PAPÆ EPISTOLA I.

Ad Archiepiſcopum Tarraconenſem & Epiſcopum Barcinonenſem.

Pro monaſterio ſanctarum Crucum.

ANNO CHRISTI MCLXXXV.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Tarraconenſi & Epiſcopo Barcinonenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo monaſterii ſanctarum Crucũ apud *Marcam Hiſp.*

94. Significârunt nobis dilecti filii noſtri Abbas & Conventus de ſanctis Crocibus, quòd cùm ipſorum monaſterium in confinio parochiarum veſtrarum ſit fundatum, quæſtione inter vos ſuborta, ad quem de jure debeat pertinere, quilibet veſtrûm ab Abbate obedientiam quæſtione pendente requirit. Quia igitur æquum non eſt quòd prædictus Abbas, donec concordiâ vel judicio fuerit terminatum, cui prædictum monaſterium competat, alicui veſtrum ullam jure parochiali debeat obedientiam exhibere; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus donec inter vos ſuper hoc judicatum fuerit vel amicabiliter compoſitum, ab exactione obedientiæ & aliis inquietationibus ipſius Abbatis penitùs deſiſtentes, monaſterium ipſum in nullo aggravare tentetis. Datum Veronæ V. Kal. Februarii.

EPISTOLA II.

Ad Martinum Abbatem & monachos S. Petri de Exlonza.

Confirmat jura ejuſdem monaſterii, & plures gratias ac privilegia concedit.

ANNO CHRISTI MCLXXXVI.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Martino Abbati S. Petri de Exlonza, ejuſq; fratribus, tam præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

95. Quoties à nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenter concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementiùs annuimus, & præfatum monaſteriũ, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

96. Propterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, villam Sanctæ Eulaliæ cum Eccleſia ſua: villam Bermuti, cum Eccleſia ſua, & Barrium, & Baldeſerreru, & villam Revolar, cum Eccleſia ſua, villam Alvellam, cum Eccleſia ſua. Has villas cum omnibus pertinentiis ſuis, & Prioratum Sanctæ Mariæ de Algadefe, cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus, & omnibus pertinentiis ſuis. Priorarum etiam Sancti Adriani, cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Joannis, cum poſſeſſionibus quas habetis in Legionenſi civitate, & poſſeſſiones quas habetis in Ruydellazo, & in Villabent, & in Valle Sancte

Sancte-Vaſſeo, & in valle de Fontecha, & aliis locis, ad prædictam Eccleſiam ſpectantes, cum omnibus pertinentiis ſuis. Poſſeſſiones, & jus quod habetis in villa & Eccleſia de Mellancos, & poſſeſſiones quas habetis in villa Retal, & in Prat Reond, & in Prat Cegat. Et in Vallejo, & in Caſtro, & in Macarieſes, & in Sopeña, & in Torre: poſſeſſiones, & jus quod habetis in villa, & Eccleſia de Viliela, & Eccleſiam Sancti Joannes de Villa-ſachario, & Eccleſiam S. Michaëlis in Manſela. Eccleſiam Sanctæ Mariæ In Majorica. Eccleſiam S. Mariæ in Villa-feſila, cum poſſeſſionibus quas in prædictis villis habetis, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Bartholomæi in Rebelinos, & poſſeſſiones, & jus alterius Eccleſiæ quas in eadem villa habetis: poſſeſſiones quas habetis in Val-Rodrigo, & in villa Quixada Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Villarabines, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Eccleſiam Sancti Romani, Eccleſiam Sancti Thomæ de Caſtro Ferrer, & poſſeſſiones quas in prædictis villis habetis cum omnibus pertinentiis ſuis, & Villarejo cum Eccleſia ſua, & poſſeſſiones quas habetis in Pieros, & in Sancto Vincentio, cum Eccleſia ſua: poſſeſſiones, & jus qnod habetis in villa & Eccleſia de Moral: poſſeſſiones quas habetis in villa Morchiel, & in Villa-moros, Eccleſiam de Morales, & Eccleſiam de Malburget, & Eccleſiam de Villa-mudereſu, Eccleſiam de Cañones, & Eccleſiam de Valdealiſo, Eccleſiam de Palaſeo, & Eccleſiam dela Debeſa, & poſſeſſiones quas in prædictis villis habetis, cum omnibus pertinentiis ſuis: poſſeſſionem & jus quod habetis in villa & Eccleſia de Cerezales: & poſſeſſiones quas habetis in Poiadiella, in VIlla-atent, & in Villa-ſañe, & in villa Varſula, & in Quintana, & in Vegas, & in Sancta Eulalia de Lugam, & in vaga de Boñar, & in villa quæ dicitur Barrio, qnæ eſt in Riaoio, & in Ria de Ponhlios, & in Larana, & in Caſo, cum Eccleſiis S. Salvatoris, & S. Mariæ de Velarda, Eccleſiam Sanctæ Eulaliæ de Peſquera, cum poſſeſſionibua quas in eadem villa habetis, Eccleſiam S. Joannia de Verbio, cum ſua villa, & cum poſſeſſionibus quas habetis in Lazana, & in aliis locis, ad prædictam Eccleſiam ſpectantibus, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam & poſſeſſiones quas habetis in Sancto Michaële de Ripa-maria.

97. Liceat quoque vobis clericos, vel laïcos è ſæculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſqoe contradictione aliqoa retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in eodam loco profeſſionem, fas ſit abſque Abbatis ſui licentia de eodem, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere, diſcedentem verò abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſupreſſa voce omnia officia celebrare. Sepolturam qooque Ipſios loci liberam etiam decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumentur. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes clericorum ſeu monachorùm, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea vobis gratis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Conſuetudines etiam antiquas, libertates, & immunitates eidem monaſterio rationabiliter conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, & futuris temporibus illibatas permaoere cenſemus. Inhibemus quoque ne quis in vos, vel Eccleſiam veſtram, niſi manifeſta & cauſſa rationabili, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare præſumat.

98. Obeunte verò te ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit, præſatum monaſterinm temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auſerre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi juſtitia.

99. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit; ſecundo, tertiovè commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, iramque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, qnatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Amen.

100. Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos. Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Soſannæ. Ego Laborans Presbyter Cardinalis Sanctæ Mariæ Tranſ-tyberim. Ego Pandulphus Presbyter Cardinalis tituli XII. Apoſtolorum. Ego Albinus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Crocis. Ego Melior Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Joannis & Paulli. Ego Adelardus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marcelli. Ego Hyacinthus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmedin. Ego Paullus Præneſtinus Epiſcopus. Ego

Theo-

Theobaldus Hoſtienſis & Velitrenſis Epiſcopus. Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marci. Ego Gratianus Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani. Ego Boſo Diaconus Cardinalis Sancti Angeli.Ego Octavianus SS.Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis. Ego Gofredus S.Mariæ in Via-lata Diaconus Cardinalis. Ego Rolandus S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis. Ego Petrus Sancti Nicolai in carcere Diaconus Cardinalis. Ego Radulphus Sancti Georgii Diaconus Cardinalis.

Datum Veronæ per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii 15. Kalend. Julii, Indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVI. Pontificatûs verò Domini Urbani Papæ III. anno primo.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Præſide Guillelmo Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato.

ANNO CIRCITER MCXC.

101. Circa annum MCXC. habitum eſt Concilium Salmanticæ, Præſide Cardinali Guillelmo, & adſidentibus Epiſcopis regnorum Legionis & Portugalliæ, nominatimque Vitali Præſule Salmanticenſi. In eo poſt accuratum examen, declaratum fuit irritum matrimonium contractum inter Alphonſum IX. & Thereſiam Reges Legionis.

COELESTINI III. EPISTOLA

Ad capitulum Narbonenſe.

Confirmat translationem Berengarii Epiſcopi Ilerdenſis ad Metropolim Narbonenſem.

ANNO CHRISTI MCXCI.

Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis capitulo Narbonenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Baluzio tom. 3. Miſcell. pag. 141.

102. Quòd Epiſcoporum mutationes utilitatis vel neceſſitatis cauſâ poſſint auctoritate Apoſtolica licitè fieri, tam Canonum ſtatuta quàm antiqua ſanctorum Patrum exempla manifeſtiùs proteſtantur. Etenim Beatus Petrus magiſter noſter & Princeps, de Antiochia Romam translatus eſt, ut ibi magis proficeret. Euſebius quoque Alexandriam, Felix Epheſum pro eadem cauſſa fuit hujus almæ ſedis auctoritate translatus. Hac itaque ratione conſiderationis, & aliarum plurium mutationum exemplis inducti, nimirum reſpicientes ad utilitatem Narbonenſis Eccleſiæ, & neceſſitatem temporis, quo in veſtris partibus hæreſum & ſectarum ſtudia diverſa guerrarumque conflictus ſolito ampliùs invaluiſſe dicuntur, inſpecta etiam idoneitate perſonæ in quam laudabiliter convenistis, licèt ab initio contradictores aliqui obſtitiſſent; ex communi tamen fratrum conſilio electionem quam de venerabili fratre noſtro Berengario Epiſcopo Ilerdenſi feciſtis, ratam habemus, & auctoritate Apoſtolica confirmantes, ipſum vobis concedimus in paſtorem.

103. Mandamus itaque vobis atque præcipimus, quatenus deinceps ei debitum honorem & obedientiam, tanquam ſpirituali patri veſtro, appellatione remota, tam hilariter quàm humiliter impendatis, & ita erga eum vos exhibere curetis, ut & ipſe, ſicut pater ſolicitus, de regimine veſtro debeat commendare, & vos tanquam devotos filios de obedientia eidem exhibita digna laudum prædicatio proſequatur. Credimus ſiquidem & ſperamus, quòd qui in Abbatia & Epiſcopatu ſe geſſit utiliter & honeſtè, in Archiepiſcopatu opitulante Domino ea poterit operari, quæ & in temporalibus Eccleſiæ veſtræ proficient, & in ſpiritualibus correctionem atque meliorationem divina cooperante virtute præſtabunt. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XI. Kalendas Auguſti, Pontificatûs noſtri anno primo.

EPI-

EPISTOLA II.

Ad canonicos Urgellenſes.

De facienda electione Epiſcopi.

ANNO CHRISTI MCXCIV.

Cæleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis canonicis Urgellenſibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo Eccleſiæ Vrgellenſis apud *Marcam Hiſp.*

104. PEr literas ..... quondam Epiſcopi veſtri, dilecti filii noſtri nobilis viri Comitis Urgellenſis, & veſtras accepimus, quòd ipſe Epiſcopus propter multam ſui debilitatem atque ſenectutem renunciavit Epiſcopatui, & intendit in ali quo religionis loco creatori ſuo reſiduum temporis dedicare. Nos igitur compatientes eidem, & Eccleſiæ veſtræ utilitati providere volentes, renunciationem ejus admittimus & ratam habemus, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus invocatâ Spiritus ſancti gratiâ talem perſonam vobis ſtudeatis juxta ſacros Canones præficere in paſtorem, per quam ſpiritualia & temporalia Eccleſiæ gratum ſuſcipiant incrementum. Quod ſi fortè, quod abſit, ſuperſeminante inimico homine zizania, concors & canonica electio inter vos non potuerit celebrari; noveritis nos venerabilibus fratribus noſtris Tarraconenſi Archiepiſcopo, & Epiſcopo Ilerdenſi præcipiendo mandare, ut ambo, vel alter eorum, nullius contradictione vel appellatione obſtante, vobis præficiant aliquam perſonam idoneam in paſtorem. Datum Laterani VI. Kalend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno quarto.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Gerundam.

In quo Petrus Aragonum Rex conſtitutionem edidit adverſus hæreticos.

ANNO CHRISTI MCXCVII.

105. INitio novi principatus Petrus Rex Aragonum, filius Ildephonſi, conſtitutionem edidit anno MCXCVII. apud Gerundam, quâ obtemperans ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Canonibus, qui hæreticos à conſortio Dei & ſanctæ Eccleſiæ, & catholicorum omnium excluſos ubique damnandos ac perſequendos cenſuerunt; Valdenſes videlicet, qui vulgariter dicebantur Sabatati, ſive pauperes de Lugduno, & alios omnes hæreticos, ab omni regno ditioneque ſua exire juſſit, miniſtris regiis præcipiens, ut eos exire compellerent intra Dominicam Paſſionis Domini, idque ſub pœna confiſcationis bonorum, & comburii corporum, additâ etiam pœnâ adverſus eoſdem miniſtros, ſi negligentes fuerint. Huic autem edicto, dum conſcriberetur, interfuêre Raymundus Archiepiſcopus Tarraconenſis, Gaufredus Epiſcopus Gerundenſis, Raymundus Barcinonenſis, Guillelmus Auſonenſis, & Guillelmus Helenenſis, Pontius Hugo Comes Emporitanus, Guillelmus de Cardona, Gaufridus de Rocabertino, Raymundus de Villamulorum, Raymundus Gaucerandi, & alii quidam. Decretum ipſum ex archivo Eccleſiæ Gerundenſis ab Illuſtriſs. Petro de Marca erutum, tale eſt.

106. PEtrus Rex Aragonum, & Comes Barcinonę, univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris Eccleſiarum Dei Prælatis atque rectoribus, Comitibus, Vice-comitibus, Vicariis, Merinis, Bajulis, militibus, burgenſibus, omnibuſque populis in regno & poteſtate noſtra conſtitutis, ſalutem & integram Chriſtianæ religionis obſervantiam. Quoniam Deus populo ſuo nos præeſſe voluit, dignum & juſtum eſt ut de ſalvatione & defenſione ejuſdem populi continuam pro viribus geramus ſolicitudinem. Quapropter præcedentium patrum noſtrorum in fide imitatores, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Canonibus obtemperantes, qui hæreticos à conſortio Dei & ſanctæ Eccleſiæ, & Catholicorum omnium excluſos ubique damnandos ac perſequendos cenſuerunt; Valdenſes videlicet, qui vulgariter dicuntur Sabatati, qui & alio nomine ſe vocant pauperes de Lugduno, & omnes alios hæreticos, quorum non eſt numerus, nec nomina ſunt nota, à ſancta Eccleſia anathematizatos, ab omni regno & pote-

poteſtativo noſtro, tanquam inimicos crucis Chriſti, Chriſtianæque Fidei violatores, & noſtros etiam, regnique noſtri publicos hoſtes, exire ac fugere diſtrictè & irremeabiliter præcipimus. Et ſub eadem diſtrictione Vicariis, Bajulis, & Merinis totius noſtræ terræ, ut ad exeundum eos compellant, uſque ad Dominicam Paſſionis Domini mandamus.

107. Et ſi poſt tempus præfixum aliqui in tota terra noſtra eos invenerint, duabus partibus rerum ſuarum confiſcatis, tertia ſit inventoris, corpora eorum ignibus crementur. Eidem mandato fortiter adjicientes, ut dicti Vicarii, Bajuli, Merini, caſtellanos & caſtrorum dominos, qui eos in caſtris ſuis & villis recipiunt, moneant ut de villis & caſtris ſuis, & de omni terra ſua infra triduum poſt admonitionem ſuam omni poſtpoſita occaſione ejiciant, & nullum prorſus ſubſidium eis conferant. Quòd ſi monitis eorum acquieſcere noluerint, omnes homines villarum ſeu Eccleſiarum, vel aliorum locorum religioſorum, in diœceſi illius Epiſcopi conſtituti, in cujus territorio idem caſtellanus ac dominus caſtri vel villæ fuerit, ex mandato & auctoritate noſtra regia ſequantur Vicarios, Bajulos, & Merinos noſtros illius Epiſcopatûs ſuper caſtra & villas eorum, & ſuper loca ubi inventi fuerint, & de damno quod caſtellanis, ſeu dominis caſtrorum vel villarum, aut receptoribus dictorum nefandorum dederint, nullatenus teneantur. Sed ſi ſequi eos noluerint ex quo eis denunciatum fuerit, ultra iram & indignationem noſtram, quam ſe noverint incurſuros, viginti aureos pro pœna ſinguli eorum, niſi juſtè & legitimè ſe excuſare potuerint, nobis præſtabunt,

108. Si quis igitur ab hac die & deinceps prædictos Valdenſes ſeu Sabatatos, alioſve hæreticos, cujuſcumque ſectæ, in domibus ſuis recipere, vel eorum funeſtam prædicationem aliquam audire, aut eis cibum, aut aliud aliquid beneficium largiri, vel eis credere, eoſve defendere, aut in aliquo aſſenſum præbere præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & noſtram ſe noverit incurſurum, boniſque ſuis abſque appellationis remedio confiſcandis, ſe tanquam reum criminis læſæ majeſtatis puniendum. Hoc autem noſtrum edictum, & perpetuam conſtitutionem per omnes civitates, caſtella, & villas regni noſtri, & dominationes, ac per omnes terras poteſtati ſeu juriſdictioni noſtrę ſubjectas, omnibus Dominicis diebus per omnes parochiales Eccleſias recitari jubemus, & ab Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum rectoribus atque vicariis, bajulis, juſtitiis, merinis, & omnibus populis inviolabiliter obſervari, & prædictam pœnam tranſgreſſoribus inferendam irrevocabiliter mandamus.

109. Sciendum etiam, quòd ſi qua perſona, nobilis aut ignobilis, aliquem vel aliquos prædictorum nefandorũ in aliqua parte regionum noſtrarum invenerit, quodcumque malum, dedecus, & gravamen, præter mortem, & membrorum detruncationem, intulerit, gratum & acceptum habebimus, & nullam inde pœnam pertimeſcat quoquo modo incurrere; ſed magis ac magis gratiam noſtram ſe noverit promereri, & poſt bonorum ſpoliationem, dedecus & gravamen quod eis irrogaverint, teneantur tradere corpora vicariis aut bajulis noſtris, ad juſtitiam, quam inde fieri mandavimus, exſequendam. Si verò, quod non credimus, vicarii, bajuli, merini, & totius terræ noſtræ homines vel populi, circa hoc regiæ dignitatis noſtræ mandatum negligentes vel defides exſtiterint, ſeu contemptores vel tranſgreſſores inventi fuerint, bonorum omnium confiſcatione procul dubio multabuntur, & eâdem pœnâ corporali, qua nefarii, plectentur.

110. Ad ultimum omnibus predictis vicariis, merinis, & bajulis noſtris, præſentibus & futuris, firmiter injungimus, ut poſt admonitionem, vel literarum receptionem illius Epiſcopi aut ejus Nuncii, in cujus diœceſi fuerint conſtituti, infra octo dies ad ejus accedant præſentiam, & tactis ſacroſanctis corporaliter Euangeliis, ea quæ ſuperiùs fieri mandavimus, jurent fideliter ſe in perpetuum obſervaturos. Quod ſi facere noluerint, præter iram & indignationem noſtram, pœnâ ducentorum aureorum feriantur. Data Gerundæ in præſentia Raymundi Tarraconenſis Archiepiſcopi, Gaufredi Gerundenſis Epiſcopi, Raymundi Barchinonenſis Epiſcopi, Guillelmi Auſonenſis Epiſcopi, & Guillelmi Elnenſis Epiſcopi, per manum Joannis Beaxnenſis domini Regis Notarii, & mandato ejus ſcripta anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo. Hujus edicti & perpetuæ conſtitutionis teſtes ſunt Pontius Hugo Comes Empuritanenſis, Guillelmus de Cardona, Gaufridus de Rocabertino, Raymundus de Villa-mulorum, Raymundus Gaucerandi, Bernardus de Portella, Guillelmus de Granata, Petrus Latronis, Eximinus de Luſia, Michaël de Luſia, Guillelmus de Cervaria, Petrus de Torricella, Arnaldus de Salis, Petrus Auſonenſis Sacriſta, Berengarius de Palaciolo Barcinonenſis Sacriſta, & Guillelmus Durfortis.

CON-

CONCILIUM SALMANTICENSE

Præſide Guillelmo S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, circa annum Domini MCXC.

III. Circa annum Domini MCXC. celebratum eſt Salmanticę Concilium, Præſide Goillelmo S. R. E. Cardioali, & Apoſtolicæ Sedis Legato, aſſidentibus Epiſcopis regnorum Legionis ac Portugalliæ, nominatimque Vitali Præſule Salmanticenſi. In eo poſt accuratum examen declaratum fuit irritum matrimonium contractom inter Alphonſum IX. & Thereſiam Reges Legionis.

EPISTOLÆ INNOCENTII PAPÆ III.

Ad Hiſpaniam ſpectantes, ab anno MCXCIX. uſque ad MCCXVI.

ADMONITIO AD LECTOREM.

1. HActenus omnes ferè viri docti & eruditi deſiderârunt pleraſque Epiſtolas Innocentii III. Pontificis ſanè graviſſimi & ſapientiſſimi: cujus vitam ſcripſit laudeſque vulgavit præſertim Anonymus quidam ipſi coætaneus, ac noſtro ſæculo Spondanus, Bzovius, & Odolricus Raynaldus, inſignes Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores, & continuatores Aonalium Baronii. Ex ſeptemdecim, ut minimum, libris Epiſtolarum, quas totidem annis Pontificatûs ſui ſcripſit Innocentius, duo priores editi fuerunt Romæ anno MDXLIII. operâ doctiſſimi Guillelmi Sirleti, poſtea ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis. Deinde recuſi fuerunt Coloniæ aono MDLXXV. apud Maternum Cholinum, ac Venetiis apud ſocietatem typographorum ejus ampliſſimæ urbis, anno MDLXXVIII.

2. Verò ſicuti hoc aureo eruditorum hominum ſæculo detegountur innumera ferè veterum ſcripta, quæ hactenus cum blattis & tineis rixabantor; ita & oonnulli alii eorundem librorum inventi ſunt: ac primùm qoidem à clariſs. viro Franciſco Boſqueto: qui Toloſæ Tectoſagum ex ſcriniis collegii Fuxenſis eruit libros earundem Epiſtolarum, eatenus ineditos, ac Notis illuſtratos publicæ luci dedit ibidem anno MDCXXXV. Idem poſtea promotus ad Epiſcopatom Monſ-pelienſem, invenit alios quatuor libros: qoos ſimul cum aliis paullò antea indicatis, edidit Pariſiis anno MDCLXXXII. cl. vir Stephanus Baluzius, ac præterea nonnulla alia hinc inde addidit & correxit: dignus ſanè in eo ampliſſima laude, niſi quòd Boſqueti Notas recudere noluit, utiles abſdubio futuras iis, qoibus Toloſana illa editio deeſt.

3. Itaque hactenus ſolos habemus libros Epiſtolarum Innocentii primom, ſecundum, decimum, undecimum, duodecimum, tertiom decimum, quartum decimum, quintom decimom, & decimum ſextom. Quare adhuc deſiderantur ſeptem interjecti ſecundo & decimo: itemque decimus ſeptimus, ac pars decimi octavi, ſpectantes ad poſtremum annum Pontificatûs Innocentii. Porrò ii novem libri adhoc inediti, creduntur exſtare in monumentis Bibliothecæ Vaticanæ, aliiſque locis: quos tandem aliquando prodituros ſperamus, ingenti Reipublicæ Chriſtianæ & literatorum hominum bono.

4. Moneo autem etoditum lectorem, me hoc loci non omnes Innocentii Epiſtolas ad Hiſpaoiam ſpectantes indicaturum. Neqoe enim mentio erit earum qoæ ſpectant ad annos MCXCIIX. MCXCIX. & MCC. à Martino Cholino editarum. Nec inſuper aliarum quas Severinus Binios edidit in ſua collectione Conciliorum. Nec denique earum omnium quæ exſtant in quinque libris Decretalium Conſtitutionum ejuſdem Innocentii, editis ſæculo præcedenti. Solùm itaque indicabo hoc loci eas, qoas cl. vir Franciſcus Boſquetus in lucem edidit, ac poſt eum D. Stephanus Baluzius. Vale.

EX LIBRO PRIMO EPISTOLARUM Innocentii III. juxta editionem Stephani Baluzii:

* Aliàs XXXI. apud Baluzium.

EPISTOLA * I.

Ad Tarraconenſem Archiepiſcopum, & Sacriſtam Vicenſem.

De confirmatione R. electi Sancti Benedicti de Bages, & irritatione intruſi per potentiam laicalem.

5. AD univerſalis Eccleſiæ ſolicitudinem, licèt inſufficientes, Domino diſponente vocati, de grege nobis commiſſo ſolicitam curam debemus gerere, & tanquam paſtores ſeduli, faciente Domino, providere, ne ovis morbo infecta incurabili, oves cæteras ſuo cogat contagio morbo ſimili laborare, Noſtris ſiquidem auribus ex multorum relatione, ac plurium literis innotuit Prælatorum, quòd bonæ memoriæ .... quondam Abbate Sancti Benedicti de Bages, de carnis ergaſtulo, ſicut Domino placuit, ad meliora vocato, conventûs ejuſdem monaſterii pars major & ſanior vota in dilectum filium R. nunc Abbatem ejuſdem monaſterii tranſtulerunt. Verùm ſuadente illo, cujus eſt proprium pacem turbare, duo ejuſdem loci monachi à cæterorum fratrum voluntate unanimi ſecedentes, accerſitis ſibi ſæcularibus viris, B. ipſius monaſterii monachum in Abbatem non ſunt veriti nominare: qui laïcali, & ipſorum potentiâ fretus, prædictum R. ad audientiam dilecti filii G. Sancti Angeli Diaconi Cardinalis, qui tunc in partibus illis legationis fungebatur officio, appellavit.

6. Et cùm idem Cardinalis, quæ utraque pars coram ipſo propoſuit, diligentiùs audiviſſet, & ſuper eiſdem inquiſiſſet diligentiùs veritatem, prædictam electionem ſæpè nominati R. ratam habuit, & eam auctoritate, quâ fungebatur, Apoſtolicâ confirmavit. Idem quoque Cardinalis tranquillitati ejuſdem monaſterii deſiderans providere, ac inter fratres materiam extinguere jurgiorum, pro pacis bono, Præpoſituram ejuſdem monaſterii ſupradicto intruſo contulit, & eam ab eodem Abbate ipſi, quoad viveret, concedi præcepit, & juramentum fecit impendi, ne ipſum ab eadem Præpoſitura ullo tampore ſine cauſſa rationabili amoveret. Dictus autem Præpoſitus, unde humiliari debuerat, in elationem erectus, obedientiam, quam Abbati ex præcepto Cardinalis debebat impendere, ipſi exhibere contempſit; immo domos, homines, & cætera bona ejuſdem monaſterii occupans, ea in uſus proprios & illicitos transfundere non veretur; à monaſtica etiam profeſſione, ac fratrum conſortio ſe reddens penitùs alienum; nullis quoque Beati Benedicti obtemperans inſtitutis, non ſe tantùm, verùm etiam totum monaſterium, diſſolutione ac enormitate ſuæ vitæ, gravi compellit infamiâ laborare.

7. Quia igitur timendum eſt, ne pars corrupta ſinceram contaminet, niſi falce fuerit Apoſtolica reſecata; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi prædicta veritate nituntur, prædictum Præpoſitum ab adminiſtratione Præpoſituræ remotum, ut Abbati ſuo exiſtat obediens, ſicut debet, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis. Nullis literis obſtantibus harum mentione non habita à Sede Apoſtolica impetratis. Datum Laterani VI. Nonas Martii.

* Aliàs LVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * II.

Ad Zamorenſem Epiſcopum.

De relaxatione ſententiæ, quam Legatus Eccleſiæ Romanæ in ipſum & Eccleſiam tulerat Zamorenſem.

8. PRæter debitum officii paſtoralis, quod nos omnibus conſtituit debitores, perſonam tuam tantò ampliùs diligimus, & ſinceriùs amplexamur, quantò ampliùs es præditus ſcientiâ literarum, & tam in canonico quàm civili jure peritus. Hoc ſiquidem attendentes, cùm ad ſedem Apoſtolicam, dum adhuc bonæ memoriæ Cœleſtinus Papa prædeceſſor noſter viveret, acceſſiſſes, ab excommunicationis ſententia, quam dilectus filius noſter G. Sancti Angeli Diaconus Cardinalis in te, dum in partibus Hiſpaniæ legationis fungeretur officio, tulerat, te & Eccleſiam Zamorenſem abſolvimus; & pœnam, ſi quam ex eo quòd celebraveras poſt interdicti & excommunicationis ſententiam, quam in te poſt appellationem interpoſitam eundem Cardinalem tuliſſe dicebas, merueras; tibi & Eccleſiæ tuæ de ſedis Apoſtolicæ benignitate remiſimus, & cum plenitudine gratiæ noſtræ te ad propria duximus remittendum. Datum Laterani VII. Kalend. Aprilis.

EPI-

EPISTOLA * III.

* Aliàs LX. apud Baluzium.

Ad Lucenſem Epiſcopum, Abbatem de Melon, & Petrum Joannem archidiaconum Aſtoricenſem.

Super cauſſæ cognitione, quæ inter Aurienſem Epiſcopum, & Abbatem Cellæ-novæ vertitur, quem dicebat ſibi lege diœceſana ſubjectum.

9. Cum dilecti filii F. Aurienſis Decanus, nuncius venerabilis fratris noſtri Aurienſis Epiſcopi, & magiſter Robertus monachus Cellæ-novæ, & Abbatis ſui nuncius, ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſent, nos eis dilectum filium P. Sanctæ Mariæ in Via-lata Diaconum Cardinalem conceſſimus auditorem: coram quo fuit ex Epiſcopi parte propoſitum, quòd cum idem Epiſcopus Abbatem ſibi lege diœceſana ſubjectum vocâſſet ad Synodum; ipſe non ſolùm non acceſſit ad ipſam, immo etiam Sancti Petri, & Sanctæ Columbæ Prioribus, & archipresbytero Cauci in Aurienſi diœceſi conſtitutis prohibuit, ne ad ipſius Epiſcopi Synodum accedere attentarent, licèt etiam vocarentur. Cumque dictus Epiſcopus, ut ſaltem humiliter Abbatem ad bonum obedientię revocaret, & vinceret in bono malum, ipſi mandâſſet ut eum ad ſtatutum terminum in monaſterio exſpectaret; licèt Epiſcopus illuc, juxta quod promiſerat, acceſſiſſet, Abbatem non reperit & portas monaſterii clauſas invenit, nec ad monachos ei aditus eſt conceſſus: propter quod Abbatem ſuſpendit, & monaſterium interdixit.

10. Verùm cùm nec propter hoc Abbas ipſe à ſuo contumaciæ propoſito reſiliret, nec latas in ſe ac monaſterium ſententias obſervaret, in eum excommunicationis ſententiam promulgavit, quam dictus Epiſcopi nuncius à nobis petiit confirmari. Cæterùm nuncius partis adverſæ petitionem ejus non eſſe admittendam propoſuit; quia licèt monaſterium ipſum infra metas Aurienſis diœceſis ſit conſtructum, liberum tamen ſemper exſtitit, & ab omni juriſdictione ac jugo Aurienſis Eccleſiæ à tempore ſuæ fundationis exemptum. Præterea, ſi Epiſcopus aliquam in eo (quod verum non erat) juriſdictionem haberet; quia tamen Abbas ab omni gravamine priùs ad ſedem Apoſtolicam appellârat, ſententiam in eum & monaſterium poſtmodum latam, nullam idem nuncius obtinere aſſeruit firmitatem. Conqueſtus eſt etiam idem nuncius ex parte capituli Cellæ-novæ, quòd dictus Epiſcopus Abbatem eorum adeò circumvenit, quòd contra immunitatem ipſius Eccleſiæ ipſis neſcientibus ei obedientiam repromiſit.

11. Nos igitur ſuper prædictis per memoratum Cardinalem inſtructi, quia cauſſa ipſa in noſtra non poterat præſentia terminari, utpote cùm nuncius monaſterii ſuper procuratione vel ratihabitione literas non haberet, eam veſtro duximus examini committendam; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſi vobis conſtiterit Abbatem ipſum ad ſedem Apoſtolicam ſuper hoc antequam Epiſcopus in eum ſuſpenſionis vel excommunicationis, & in monaſterium interdicti ſententias tulerit, legitimè appellâſſe, vel monaſterium eſſe à juriſdictione ipſius Aurienſis exemptum, eo non obſtante, quòd Abbas ab Epiſcopo (ſicut dicitur) circumventus, præter fratrum ſuorum aſſenſum, ei obedientiam repromiſit, cùm fraus & dolus ei patrocinari non debeant, ſententias illas judicetis appellatione remota penitùs non tenere: alioquin faciatis eas per cenſuram Eccleſiaſticam inviolabiliter uſque ad ſatisfactionem congruam obſervari.

12. Quòd ſi forſam Abbas ipſe in exemptionis probatione defecerit, nec legitima ſe poterit præſcriptione tueri; licèt probet ſe ante prædictas ſententias appellâſſe, nihilominus tamen monaſterium ipſum Aurienſi judicetis Eccleſiæ ſubjacere, in cujus diœceſi eſt fundatum. Similiter eo in appellationis probatione deficiente, ſi vobis de exemptione vel legitima præſcriptione conſtiterit; tam Abbatem, quàm monaſterium, ab ejuſdem Epiſcopi, & Eccleſiæ ipſius ſuper hoc impetitione penitùs abſolvatis, & faciatis quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari, in mandato Apoſtolico ſublato appellationis obſtaculo procedentes. Quòd ſi omnes, &c. Datum Laterani VII. Kalend. Aprilis.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs LXXI. apud Baluzium.

Zamorenſi Epiſcopo, Abbati Saltus Noval. & Priori Sancti Marci.

Ut reſtituta Legionenſi Eccleſiæ Archidiaconatus poſſeſſione, cauſſam jure finiant.

13. Cum ſicut audivimus, inter Legionen. & Lucen. Eccleſias, olim ſuper archidiaconatu de Tria-Caſtella in præſentia felicis recordationis Lucii Papæ III. prædeceſſoris noſtri præſentibus nunciis utriuſque partis, cauſſa diutiùs agitata fuiſſet; tandem Legionen. Eccleſiæ fuit adjudicata poſſeſſio, datis exſecutoribus, qui eam in poſſeſſionem illam corporaliter inducere non differrent. Cumque in poſſeſſionem prædicta Eccleſia fuiſſet inducta,

ducta, venerabilis frater noſter Lucenſis Epiſcopus, partem poſſeſſionis illius, fructuſque perceptos ſibi retinere præſumpſit, licèt ſententiæ fuiſſet inſertum, quòd facta reſtitutione plenaria, de cauſſa proprietatis Legionen. Eccleſia reſponderet. Nuper verò idem Lucen. Epiſcopus ad dilectum filium G. Sancti Angeli Diac. Card. tunc Apoſtolicæ ſedis Legatum, accedens, ad quoſdam ignotos, & remotos ab Eccleſia Legionen. judices literas impetravit: ad quorum citationem, cùm Legionen. noncii acceſſiſſent, latam per Eccleſiam ſententiam allegârunt, & nolentes niſi facta reſtitutione plenaria, reſpondere, ſedem Apoſtolicam appellârunt, ne contra præfatam ſententiam poſſet aliquid attentari. Duo verò ex ipſis judicibus nihilominus procedentes in cauſſa, poſſeſſionem archidiaconatûs adjudicare Lucen. Eccleſiæ temerè pręſompſerunt. Eccleſia verò Lucen. expulſis miniſtris Legionen. Eccleſiæ, ſuos miniſtros, & quoſdam milites in poſſeſſionem induxit, qui recipientes Eccleſias, & pro ſua voluntate bona deripientes earum, fructus ex illis injuſtè percipiunt, canonicos Legionen. ad poſſeſſionem nullatenus accedere permittentes.

14. Quia igitur quod per ſedem eſt Apoſtolicam definitum, nullius volumus temeritate quaſſari; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit præfatam Legionen. Eccleſiam auctoritate Apoſtolica fuiſſe in poſſeſſionem inductam, vos amotis detentoribus ejus, ipſam Eccleſiam Legionen. non obſtante temeritate judicum prędictorum, ab ipſo Card. delegatorum, per cenſuram Eccleſiaſticam in poſſeſſionem dicti archidiaconatus plenariam, ſicut in authentico inſtrumento dicti prædeceſſoris noſtri inſertum eſſe vobis conſtiterit, auctoritate Apoſtolica, ſublato appellationis obſtaculo, corporaliter reducentes, cauſſam poſtmodum audiatis, & appellatione remota, fine debito terminetis. Provideatis quoque ſolicitè, ne à prædicto prædeceſſore noſtro ſententiam quilibet temerè violare præſumat. Nullis literis obſtantibus, harum mentione non habita, &c. Quod ſi omnes, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XV. Kalendas Maji.

* Aliàs LXXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * V.

Zamorenſi Epiſcopo.

Ut ſine titulo ordinato clerico provideatur.

15. Cum ſecundùm Apoſtolum, qui altari ſervit, de altari vivere debeat, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede; patet à ſimili, ut clerici vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus obſequio deputantur, ut ipſa nominis ratio perſuadet. Cùm enim à *cleros*, quòd eſt ſors, vel hæreditas, clerici appellentur, quia in ſui ordinatione, vel aſſumuntur in hęreditatem Domini, vel aſſequuntur hęreditatem in ipſo, ut verè poſſint pſallere cum Propheta: *Dominus pars hæreditatis meæ*; dignum eſt, ut Eccleſię ſtipendiis ſuſtententur, in qua, & per quam divinis obſequiis aſcribuntur. Licèt autem prędeceſſoris noſtri ordinationes eorum, qui ſine certo titulo promoventur, in injuriam ordinantium irritas eſſe voluerint & inanes; nos tamen benigniùs agere cupientes, tamdiu per ordinatores, vel ſucceſſores ipſorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Eccleſiaſtica beneficia conſequantur; ne fortè clamores clericorum pauperum, quos in aures Domini Sabaoth credimus introire, indurata facie, negligere videamur.

16. Inde eſt quòd cùm dilectus filius Bernardus lator pręſentium, à G. bonę memoriæ prædeceſſore tuo, ſicut aſſerit, in officium fuerit ſubdiaconatûs nullo pręſentante promotus, nec ullum ſit Eccleſiaſticum Beneficium aſſecutus; fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eum cum dilectis filiis I. decano, N. magiſtro ſcholarum, & Hella canonicis Zamoren. quibus examinationem ipſius duximus committendam, idoneum eſſe repereris, & Eccleſiaſtico Beneficio non indignum, tamdiu ei vitæ neceſſaria congruè ſubminiſtres, donec per te in Zamoren. Eccleſia, vel in alia fuerit competens Beneficium aſſecutus; ſciturus pro certo, quòd ſi per examinationem illorum fuerit repertus idoneus, & tu ei juxta mandatum noſtrum neglexeris providere; cùm hoc nobis per eorum literas innotuerit, ad id exſequendum te per diſtrictionem Eccleſiaſticam compellemus. quia ſicut nolumus injuſta pręcipere, ſic cùm juſta præcipimus, volumus efficaciter exaudiri. Datum Laterani III. nonas Aprilis.

* Aliàs LXXVII. apud Baluzium.

EPISTOLA * VI.

Decano Aſtoricenſi.

Ut ſit decreſſorum ſuorum jure atque privilegiis contentus, nec gravet ſuum capitulum.

17. Dilecti filii capitulum Aſtoricen. nobis intimare curârunt, quòd cùm tu olim ad Apoſtolicam ſedem accedens, aſſereres dignitatem Decanatûs de novo fuiſſe in Aſtoricen. Eccleſia inſtitutam, & ideo in ambiguo remanebat quid ad tuum officium pertineret; reſcriptum ab eadem ſede ſuper hoc reportâſti, quòd in hac ambiguitate Aſtori-

cen.

cen. Eccleſia conſuetudinem ſuę Metropolis ſequeretur, ubi ex ſpeciali conſuetudine Decanus multis ſe gaudet privilegiis decoratum. Unde quia eadem Aſtoricen. Eccleſia dignitatem Decanatûs à longis retrò temporibus noſcitur habuiſſe; licèt qui eo fungebatur honore promoveretur aliquando, & deſtitueretur pro Epiſcopi & capituli voluntate, nec Decani, ſed Prioris nomine vocaretur, ſecundùm conſuetudinem ferè omnium Eccleſiarum Hiſpanię, quæ tunc temporis ibi vigebat; cùm etiam alius Decanus ibidem fuerit inſtitutus, Decanus re ac nomine appellatus, literas illas per falſi ſuggeſtionem, & ſuppreſſionem veri, aſſerunt impetratas; nec te debere per illas aliquod commodum reportare, ſed carere potiùs taliter impetratis.

18. Eapropter per Apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vera ſunt quę dicuntur, eo jure illaque poteſtate, quibus anteceſſores tuos uſos fuiſſe conſtiterit, maneas omnino contentus; nec ampliùs de cætero in præjudicium Epiſcopi vel capituli præſumas exigere; immo ſi quid fortè ampliùs recepiſti, penitùs id in pace dimittas. Quòd ſi fortè noſtro mandato acquieſcere nolueris, noveris nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo, & dilectis filiis Abbati de Carrazedo, & Decano Zamoren. injunxiſſe, ut te ad prędicta moneant & inducant, & ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, juſtitia mediante compellant. Datum Laterani VI. Kal. Aprilis.

EPISTOLA * VII.

* Aliàs XCII. apud Baluzium.

Dilecto filio fratri Raynerio.

De revocandis inceſtis nuptiis, & ſervando fœdere pacis.

19. Auctor novi & veteris teſtamenti Dominus Deus noſter, ut confunderet fortia, humilia frequenter elegit in veteri ſynagoga, in Patriarchas & Reges de poſt fœtantes aſſumens, & in nova Eccleſia gentium in Apoſtolos eligens piſcatores. Qui cùm Eccleſiam ſponſam ſuam prole multiplici fœcundârit, ponens filios ejus ſicut novellas olivarum in circuitu menſæ ſuæ; nos, quos ipſe, licèt immeritos, erexit de ſtercore, & de pulvere ſuſcitavit, & Petri voluit ſolium obtinere, quamvis majoris auctoritatis viros, utpote cui tamquam capita univerſa membra Eccleſiæ obſequuntur, in partes Hiſpaniarum ad pacem inter Principes reformandam, & diſſolvendas colligationes iniquitatis, deſtinare poſſemus, tibi tamen exemplo ejus, qui elegit humilia, hoc onus ſolicitudinis duximus injungendum; ut humiles humiliter foveas, & punias fortiùs contumaces.

20. Sanè ad audientiam noſtram pervenit, quòd chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Caſtellæ illuſtris, Regi Legionenſi, qui eum ſecundo gradu conſanguinitatis contingit, filiam ſuam, ſeptem illius, ne copulare dicamus, ſupponere inceſtuosè præſumpſit, ponens carnem brachium ſuum, ac credens per ipſum perſecutionem effugere imminentem; non attendens quòd maledictus homo qui ſpem ſuam ponit in homine, & quod non eſt conſilium contra Deum. Unde nos eorum utrique dedimus in mandatis, ut tam turpem contractum, abominabilem in conſpectu Domini, & judicio fidelium deteſtandum, omni dilatione & excuſatione poſtpoſitis revocent, & univerſas colligationes impietatis diſſolvant, quas inter ſe ſub hujus inceſtus ſpecie inierunt.

21. Accepimus etiam quòd Rex Navarrorum treugas cum dicto Rege Caſtellæ initas fregit, & caſtella fidelitatis per violentiam occupavit. Propter quod à dilecto filio noſtro G. S. Angeli Diacono Cardin. tunc Apoſtol. ſedis Legato, excommunicationis in perſonam ejus, & in terram interdicti promulgata fuit ſententia. Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtol. ſcripta mandamus, quatenus dictos Caſtellæ & Legionen. Reges ad revocandum contractum tam illicitum, juxta formam mandati noſtri, moneas diligentiùs & inducas; & ſi ſuper hoc (quod non credimus) fuerint contumaces, in perſonas eorum excommunicationis, & in terram interdicti ſententias non differas promulgare; facturus eas uſque ad ſatisfactionem congruam inviolabiliter obſervari. Super eo autem quòd de Rege Navarræ dictum eſt, inquiras diligentiùs veritatem; & ſi ſic inveneris, ut ſuperiùs eſt expreſſum, latam in eum & terram ejus ſententiam per totam Hiſpaniam publicari facias, nec eam niſi ſufficienti ſatisfactione recepta, relaxes. Quòd ſi forſan in eum, vel regnum ejus dicta non fuit ſententia promulgata; nihilominus tamen, ſi cum Sarracenis contra Chriſtianos, & præcipuè contra dictum Regem Caſtellæ, ſicut dicitur, conjuravit, anathematis eum ſeveritate percellas, & terram ejus uſque ad dignam ſatisfactionem ſubjicias interdicto.

22. Volumus etiam nihilominus & mandamus, ut ſi dicti Caſtellæ & Legionen. Reges ad mandatum noſtrum, & commonitionem tuam dictum contractum illicitum retractârint, eos, ut aliter inter ſe, & cum Rege Portugalliæ honeſtè conveniant, & cæteros Reges, ut inter ſe pacis ſtudeant fœdera reformare (ſuper quo te præcipuè volumus eſſe ſolicitum) per excommunicationis & interdicti ſententiam, appellatione remota, cogere non omittas. Sciturus nos univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis Hiſpaniarum dediſſe firmiter in mandatis, ut quicquid ſuper prædictis, quicquid etiam contra Sarracenos duxeris ſtatuendum, recipiant humiliter & obſervent. Nos enim ſententiam quam propter hoc in contumaces duxeris proferendam, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari.

23. Verùm

Digitized by Google

23. Verùm quoniam ſæpè dictus Cardin. in dictum Legionen. Regem, & Aſtoricen. Salamantin. Legionen. & Zamoren. Epiſcopos excommunicationis ſententiam promulgavit, & terram ipſius Regis ſuppoſuit interdicto; volumus nihilominus & mandamus, ut tam à dicto Rege, quàm Epiſcopis ipſis ſtandi mandatis Apoſtolicis ſufficienti cautione recepta, latam in eos excommunicationis & interdicti regni Legionen. ſententiam, appellatione poſtpoſita, noſtra fretus auctoritate relaxes, ſi cognoveris quòd ſuper illicita copula noſtris velit obedire mandatis. Quamvis enim dictos Epiſcopos punire graviter de rigore poſſemus, de manſuetudine tamen eos duximus tolerandos. Venerabilem autem fratrem noſtrum Zamoren. Epiſcopum volumus pro abſoluto haberi, utpote cui apud ſedem Apoſt. conſtituto, munus fecimus abſolutionis impendi. Datum Romæ apud S. Petrum, XVI. Kal. Maji, Pontificatûs noſtri anno primo.

* Aliàs XCIII. apud Baluziũ.

EPISTOLA * VIII.

Eidem fratri Raynerio.

De eodem ferè argumento.

24. Per alias literas tibi mandâſſe meminimus, ut ab illuſtri Rege Legionen. ſufficienti cautione recepta, quòd Apoſtol. mandatis obediat, ſi cognoveris quòd ſuper inceſtuoſa copula noſtro debeat parere mandato, munus ei abſolutionis impendas, & interdictum promulgatum in terram ipſius Apoſt. fretus auctoritate relaxes. Nos autem id ad majorem cautelam diſcretioni tuæ duximus committendum, ut tam in abſolutione ipſius, quàm in relaxatione interdicti, ſicut videris expedire, procedas. Datum Romæ apud S. Petrum XI. Kal. Maji, Pontificatûs noſtri anno primo.

* Aliàs XCIX. apud Baluziũ.

EPISTOLA * IX.

Illuſtri Regi Portugalliæ.

Vt centum bizantios, & quatuor uncias auri Romanæ Eccleſię debitas perſolvat.

25. Serenitatem regiam volumus non latere, nos in regeſtis bonæ memoriæ Lucii II. Rom. Pontificis repeiſſe, quòd recolendæ memoriæ Alphonſus pater tuus quatuor auri uncias annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales, ad quarum ſolutionem ſe & hæredes ſuos in poſterum obligavit. Cæterùm cùm idem pater tuus uſque ad tempora felicis memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri Ducis eſſet nomine appellatus, ab eodem meruit obtinere, ut tam ipſe, quàm ejus hæredes regio nomine vocarentur. Ut autem idem pater tuus ſacroſanctam Romanam Eccleſiam matrem ſuam honore debito præveniret, & ut devotionem, quam circa ipſam habebat, oſtenderet in effectu, centum bizantios annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales: quos poſt ſuſceptionem regii nominis, nec ipſe ſolvit, nec tu poſtmodum ſolvere curaviſti.

26. Cùmque id felicis recordationis Cœleſtino Papæ prædeceſſori noſtro relatum fuiſſet, Magiſtro Michaëli tunc Eccleſiæ Romanæ Notario, quem ad partes Hiſpaniæ deſtinaverat, per ſuas dedit literas in mandatis, ut te ad exſolvendum cenſum annuum monere diligentiùs & inducere procuraret; & ſi opus eſſet, auctoritate fretus Apoſtolica, compellere non differret. Tu autem eidem, prout tibi placuit, reſpondiſti, quòd dictus pater tuus præfato Alexandro anteceſſori noſtro pro annuali cenſu decem annorum mille aureos miſerat; & cùm nondum decem illi anni eſſent expleti, ipſos centum aureos iterum ſolvere minimè tenebaris, licèt illos eidem prædeceſſori noſtro non pro cenſu, ſed ex devotione, quam ad eum habebat, liberaliter donaviſſet. Rogamus igitur regiam ſerenitatem, monemus, conſulimus, & hortamur, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus prædictum cenſum dilecto filio fratri Raynerio perſolvere non poſtponas. Alioquin noveris nos eidem dediſſe firmiter in mandatis, ut te ad ſolutionem illius diligenter moneat, & inducat, & ſicut expedire viderit, appellatione remota compellat. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

* Aliàs CXIX. apud Baluziũ.

EPISTOLA * X.

Lamecenſi Epiſcopo, & G. monacho quondam Epiſc. Lamecen. & Priori de Eccleſiola.

Vt cauſſam inter Bracarenſẽ Archiepiſcopum, & canonicum S. Martini de Caſtro, de exemptione [illegible] decidant.

27. Cum veniſſet olim ad Apoſtolicam ſedem N. canonicus S. Martini de Caſtro, nobis expoſuit, quòd bonæ memoriæ quondam Bracaren. Archiepiſcopus de conſilio fratrum, & canonicorum ſuorum aſſenſu, Illuſtris quoque Portugal. Regis A. & uxoris ejus M. Reginæ precibus inclinatus, Eccleſiæ S. Martini de Caſtro privilegium exemptionis

nis indulſit, & eam ab omni jure Epiſcopali prorſus abſolvit. Propter quod poſſeſſionem quandam in villa de Molas, & duo caſalia in terra de Regaldos, ex quibus tantundem, vel eo ampliùs percipiebat Eccleſia, dictus Archiepiſcopus in recompenſationem accepit; ſicut in privilegio continetur, quod per ſedem Apoſtolicam fuit poſtmodum confirmatum; ita quòd eadem Eccleſia Eccleſiæ Romanæ certum cenſum annis ſingulis exhiberet. Verùm è contra venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Bracaren. aſſeruit, quòd eadem Eccleſia, cùm adhuc parochialis exiſteret, & poſtmodum cùm per primum quondam Bracarenſem Archiepiſcopum facta eſſet canonica regularis, jura Epiſcopalia Bracarenſi Eccleſiæ perſolvebat. Tandem verò canonici ejuſdem Eccleſiæ dicto Archiepiſcopo duo caſalia conferentes, relaxationem juris Epiſcopalis pro parte quadam impetrârunt ab eo. Sed diſſenſione poſtmodum ſuper hoc exorta, iidem canonici caſalibus prædictis receptis, jura Epiſcopalia memorato Archiepiſc. & ſucceſſori ejus diutiùs perſolverunt. Adjecit etiam idem Archiepiſcopus, quòd ipſe ab eadem Eccleſia, ſicut ab aliis monaſteriis Bracaren. diœceſis, jura parochialia, & procurationes annuas aliquamdiu recepiſſet: quæ cùm ſibi præſumpſiſſent poſtmodum denegare, poſt primam, ſecundam, & tertiam commonitionem, ſuſpenſionis in priorem, & in monaſterium interdicti ſententiam promulgavit, ac poſtmodum tam Priorem, quàm conventum, quia ſententiam ipſam ſervare nolebant, excommunicationi ſubjecit.

28. Cumque poſtmodum coram dilecto filio G. S. Angeli Diac. Cardinale, qui tunc in partibus illis Legationis officio fungebatur, quæſtio ſuper hoc fuiſſet agitata, & tandem venerabili fratri noſtro Priori ſanctæ Crucis ex ipſius delegatione commiſſa: pars adverſa, lite pendente ad Apoſtolicam ſedem accedens, veritate tacita confirmationem prædicti privilegii impetravit. Allegabat etiam idem Archiepiſcopus, ex privilegio taliter impetrato nullum debere ſibi præjudicium generari, & ſe ante omnia debere reſtitui, cùm eum jure conſueto Prior, & canonici, auctoritate propria ſpoliâſſent. Quia verò nobis ad plenum non conſtitit de præmiſſis, diſcretioni veſtræ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audiatis hinc inde propoſita, & quod juſtum fuerit inter eos, appellatione poſtpoſita ſtatuatis, & faciatis quod decreveritis auctoritate noſtra firmiter obſervari. Quòd ſi omnes, &c. duo veſtrûm &c. Datum Romæ apud S. Petrum.

EPISTOLA * XI.

* Aliàs CXXIV. apud Baluzium.

Ovetenſi Epiſcopo.

Vt ex collegio canonicorum, iterū fiat monaſterium.

29. Cum à nobis petitur, &c. *uſque ad verbum illud* effectum. Significâſti ſiquidem nobis, quòd cùm in Eccleſia S. Servandi inſtitutio Abbatis & monachorum ad te de jure pertineat, monaſterium ipſum converſum eſt in canonicam ſæcularem, & cuidam clerico in beneficium aſſignatum. quod tu, quantum in te fuerat, emendare intendens, monaſterium ipſum in priorem religionis ſtatum deſideras revocare. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater, tuis precibus annuentes, ut Eccleſiam ipſam ad debitum religionis ſtatum reducas, inſtituendi ibidem Abbatem & monachos, ſicut ad te pertinet, liberam tibi concedimus auctoritate Apoſtolica facultatem. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum VI. nonas Maji.

EPISTOLA * XII.

* Aliàs CXXV. apud Baluzium.

Fratri Raynerio Legato ſedis Apoſtolicæ apud Hiſpaniam.

Vt curet Ovetenſem Epiſcopum à Rege Legionenſi ejectum reſtitui.

30. Cum venerabilis frater noſter Ovetenſis Epiſcopus interdictum, quod in regnum Legionen. Apoſtolicæ ſedis auctoritate prolatum fuerat, & ipſe ſervaverit, & in ſua diœceſi fecerit obſervari, & propter hoc de regno Legionen. exilium coactus fuerit ſuſtinere; juſtum non eſſet aliquatenus vel honeſtum, ſi de receptione ipſius in abſolutione Regis & regni à te vel nullatenus vel nimis tepidè tractaretur. Ideòque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi juxta formam, quam tibi dedimus, Regem Legionen. duxeris abſolvendum, ex debito præſtitæ cautionis illi præcipias, antequam interdictum regni relaxes, ut nō impediat quominus dictus Epiſcopus ſuæ reſtituatur diœceſi, & tam de damnis illatis, quàm de fructibus inde perceptis, recompenſationem ei exhibeat competentem, & ei faciat ablata cum integritate reſtitui. Noveris autem, nos eidem Epiſcopo de ſpeciali gratia conceſſiſſe, ut cùm regni Legionen. relaxaveris interdictum, latam in ſuam diœceſim interdicti ſententiam, & hactenus obſervatam, per ſe vel nuncium ſuum auctoritate noſtra cum tuo conſilio valeat relaxare. Unde nihilominus volumus & mandamus, ut prædictum Epiſcopum non impedias quominus ſecundum prædictam formā per ſe vel nuncium ſuum diœceſim Ovetenſem abſolvat. Datum ut ſuprà.

* Aliàs CXXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XIII.

Tarraconenſi Archiepiſcopo.

Ne intra ſeptennium penitus vicatura beneficia conferantur, ſed reddituus conſerventur in uſus creditorum.

31. Imminet nobis ex ſuſceptæ adminiſtrationis officio, ut Eccleſiarum profectibus taliter inteodere debeamus, quòd ipſi in ſtatu debito perſiſtentes, ſalubribus proficere valeant inſtitutis. Sanè ad noſtram noveris audientiam perveniſſe, quòd Eccleſia tibi commiſſa propter beneficia tam menſionariis, quàm non menſionariis aſſignata, cùm ipſius redditus ad hoc ſufficere non valeant, jam ferè ad nihilum eſt redacta. Volentes igitur ejuſdem Eccleſiæ profectibus paterna ſolicitudine providere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vera ſunt quæ dicuntur de poſſeſſionibus ad menſam tuam pertinentibus, infra ſeptennium nulli beneficium de novo aſſignes, niſi neceſſitas, vel Eccleſiæ utilitas poſtulaverit, ut per hoc ſaltem reſpirare valeat ab onere debitorum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum V. Kalend. Maji.

* Aliàs CXXIX. apud Baluzium.

EPISTOLA * XIV.

Oxomenſi, Oſcenſi, & Dertuſenſi Epiſcopis.

Ut cauſſam Archiepiſcopi, & capituli Tarraconenſis contra monaſterium Rivipollenſis determinent.

32. Veniens olim ad Apoſtolicam ſedem Willelmus monachus Rivi-pollenſis, cauſſam quæ inter venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum & dilectos filios canonicos Tarraconen. ex una parte, & monaſterium Rivipollen. ex alia, ſuper villa & honore de Centum-cellis vertebatur, ad quoſdam obtinuit judices delegari. Verùm quoniam ipſe in falſitate Bullæ noſtræ fuit publicè deprehenſus, & ſuſpectus habetur; ne præter literas quas à nobis obtinuit, aliquas alias ſub falſa Bulla in Hiſpaniam deſtinârit; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus nullis literis ſuper hoc impetratis obſtantibus, & revocato quicquid earum auctoritate eſt attentatum, audiatis cauſſam, & eam fine debito terminetis, facientes quod ſtatueritis per cenſuram Eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari; audituri nihilominus cauſſam quæ inter Tarraconenſem Eccleſiam, & monaſterium Rivi-pollen. ſuper caſtro de Analech vertitur, & fine canonico deciſuri. Datum Romæ apud S. Petrum II. nonas Maji.

* Aliàs CCXI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XV.

Illuſtri Regi Navarræ.

Ut Regi Anglorum quædam caſtella reddat.

33. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Anglorum illuſtris, tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtravit, quòd quædam caſtella, videlicet caſtrum S. Joannis de Pedeportus, & de Rochabrun, quæ bonæ memoriæ pater tuus in dotem cum filia ſua liberaliter ipſi conceſſit, pro tua detines voluntate, & adhuc ea reddere contradicis. Unde regiam magnitudinem rogamus attentiùs & hortamur, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus caſtella illa ſine qualibet difficultate reſtituas conquerenti. Alioquin noveris nos venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Narbonen. ſcripſiſſe, ut te ad reſtitutionem eorum per cenſuram Eccleſiaſticam monitione præmiſſa, ceſſante appellatione, juſtitia mediante compellat. Datum ut ſuprà.

* Aliàs CCXIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XVI.

Bracarenſi Archiepiſcopo, & Abbati de Burio.

Ut cauſſam Eccleſiæ S. Chriſtinæ de Longos, & Hoſpitaliorum ratione decimarum audiant.

34. Ex conqueſtione dilecti filii P. Prælati Eccleſiæ S. Chriſtinæ de Longos, nobis innotuit, quòd cùm Menendus miles quaſdam poſſeſſiones ſuas infra parochiam ejuſdem Eccleſiæ, in quibus prædeceſſor ipſius P. vineas plantaverat, & domos conſtruxerat in expenſis Eccleſiæ ſupradictæ, cum aliis poſſeſſionibus ſuis domui Hoſpitalis cum ipſius prædeceſſoris aſſenſu in Eccleſia maximum præjudicium contuliſſet, hac tamen conditione retenta, ut domus, Hoſpitalis prænominatæ Eccleſiæ de omnibus poſſeſſionibus prælibatis deberet

bèret perſolvere decimas annuatim, Hoſpitalarii, quamvis decimas ipſas Eccleſiæ diu perſolverint ſine lite, nunc eas eidem auferunt violenter, fulti potentia laïcali. Quia igitur omnibus ad nos clamantibus tenemur juſtitiam exhibere; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus evocatis quos propter hoc noveritis evacandos, cauſſam inter eos audiatis, & appellatione remota, mediante juſtitia terminetis. Nullis literis veritati, & juſtitiæ, &c. Quòd ſi ambo, &c. tu frater Archiepiſcope, &c. Datum.

EPISTOLA * XVII.

* Aliàs CCXXII. apud Baluzium.

Abbati Alcobatienſi, F. Menendi, & P. Exod. monachis Alcobatiæ.

Vt fratres S. Crucis reverentiam, & Epiſcopalia jura Colimbrieſi Epiſcopo ſuo reddãt, & quòd matrix Eccleſia Cathedralis vocetur.

35. VEnerabili fratre noſtro Colimbrienſi Epiſcopo didicimus conquerente, quòd cùm fratres S. Crucis monaſterium de Arganil ſub protectione ſua nuper receperint, quòd ſuis prædeceſſoribus Epiſcopalia jura conſueverat ab antiquis temporibus exhibere. nunc quodam de canonicis ſuis ſine ſuo conſenſu ibi facto Priore, occaſione cujuſdam privilegii à bonæ memoriæ Clemente Papa prædeceſſore noſtro veritate tacita impetrati, eidem Epiſcopo debitam obedientiam denegat exhibere, inde ſumpta occaſione, quòd per matricem Eccleſiam, non Cathedralem intelligunt, ſed Romanam. Quia verò non eſt noſtræ intentionis, ut jura fratrum noſtrorum temporibus noſtris indebitè minuantur; cauſſam ipſam vobis duximus committendam, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſi aliud vobis non occurrerit propter quod dictus Prior non debeat diœceſano Epiſcopo reſpondere, eum ad præſtandam dicto Epiſcopo debitam reverentiam, ſicut prædeceſſores ſui prædeceſſoribus Epiſcopi præſtiterunt, appellatione remota per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis. Nos enim per matricem Eccleſiam, Cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obſtante privilegio in præjudicium Colimbrien. Eccleſiæ per ſubreptionem obtento. Quòd ſi omnes, &c. duo veſtrûm, &c. Datum Romæ, &c. III. Kalend. Junii.

EPISTOLA * XVIII.

* Aliàs CCXXIII. apud Baluziũ.

Epiſcopo & Priori Elborenſi.

Ejuſdem ferè argumenti.

36. INnotuit nobis, venerabili fratre noſtro Colimbrien. Epiſcopo conquerente, quòd cùm olim magna pars Colimbrienſis diœceſis ab inimicis crucis teneretur invaſa, bonæ memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter Lamecenſem & Aurienſem Eccleſias Colimbrienſi (ſicut ex privilegio ejus apparet) conceſſit tamdiu detinendas, donec amiſſam partem diœceſis rehaberet. Cùm autem A. quondam Rex Portugalliæ diœceſim illam liberaſſet à manibus paganorum, quandam partem ipſius dilectis filiis fratribus militiæ Templi, quandam verò monaſterio S. Crucis motu proprio aſſignavit, & in prædictis Eccleſiis Epiſcopos obtinuit ordinari. Ne igitur dicta Colimbrien. Eccleſia ſe doleat ſuo jure privatam, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis illis, qui propter hoc fuerint evocandi, audiatis quæ hinc inde duxerint proponenda; & quod canonicum fuerit ſuper his appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis firmiter obſervari. Non obſtante privilegio vel reſcripto in præjudicium Colimbrien. Eccleſiæ per ſubreptionem obtento. Nullis literis veritati & juſtitiæ, &c. Quòd ſi ambo, &c. tu frater Epiſcope, &c. Datum II. Idus Maji.

EPISTOLA * XIX.

* Aliàs CCXXIV. apud Baluzium.

Decano Ulixbonenſi, Priori & P. Frodiz monacho de Alcobatia.

Privilegium in grave detrimentum alterius impetratum, revocatur.

37. INnotuit nobis venerabile fratre noſtro Colimbrien. Epiſcopo intimante, quòd cùm M. quondam canonicus S. Crucis in Epiſcopum fuiſſet Colimbrien. aſſumptus, privilegium quoddam de conſilio quorundam canonicorum Eccleſiæ Colimbrien. monaſterio S. Crucis indulſit, in non modicum Eccleſiæ ejuſdem præjudicium & gravamen. Quia verò nobis non conſtat de præmiſſis; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, inquiratis de præmiſſis diligentiùs veritatem; & ſi privilegium ipſum in grave

diſpendium Colimbrienſis Eccleſiæ videritis redundare, quod illicitè factum eſt, auctoritate Apoſtolica, appellatione remota, legitimè revocetis, non obſtante privilegio in præjudicium Colimbrien. Eccleſiæ per ſubreptionem ab Apoſtolica ſede obtento. Datum Romæ, &c. III. nonas Junii.

* Aliàs CCXXV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XX.

Abbatibus de Sazeta, & de Manzenera, & P. Frod. monacho de Alcobatia.

Ut Eccleſia Colimbrienſis ſuo jure & privilegiis nõ ſpolietur.

38. QUerelam venerabilis fratris noſtri Colimbrienſis Epiſcopi ad nos delatam accepimus, quòd cum chariſſimus in Chriſto filius A. illuſtris Rex Portugalliæ partem territorii Colimbrienſis, & vicinorum caſtrorum, in loco qui Alathea vocatur, & in ſua proponitur diœceſi conſtitutus, jam dudum hominibus dederit incolendum, qui ei de regalibus reſponderent; fratres monaſterii S. Crucis in locis illis quaſdam denuò Eccleſias conſtruxerunt, & conſtruunt, ex quibus Epiſcopalia jura percipiunt, & reddere contradicunt; cùm in ſuis privilegiis habeatur, quòd in illis tantùm villis, quas de novo ædificant, Epiſcopalia jura valeant obtinere. Nolentes itaque prædictos fratres aliis injurioſos exiſtere, cauſſam ipſam vobis duximus committendam; per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus partibus convocatis, audiatis quæ proponentur hinc inde, & quod canonicum videritis, ſuper his appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis firmiter obſervari. non obſtante privilegio in præjudicium Colimbrienſis Eccleſiæ per ſubreptionem obtento. Quòd ſi omnes, &c. duo veſtrûm, &c. Datum Romæ, &c. VI. Kalend. Junii.

* Aliàs CCXXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXI.

Abbatibus de Alcobatia, & de Seiza, & Priori de Alcobatia.

Ejuſdem argumenti cum præcedenti.

39. EXpoſuit nobis venerabilis frater noſter Colimbrienſis Epiſcopus in noſtra præſentia conſtitutus, quòd Portugallen. Eccleſiæ flumen Dorii, quod Portugallen. diœceſim à Colimbrien. ſeparat, & ab antiquo fuerat certus terminus utriuſque, tranſgreſſa, magnam partem Colimbrien. diœceſis occupavit contra compoſitionem à bonæ memoriæ Boſone quondam Cardinale, tunc Apoſtolicæ ſedis Legato, apud Burgum in Concilio factam, & per ſedem Apoſtolicam poſtmodum confirmatam. Volentes igitur Colimbrienſi Eccleſiæ in ſuo jure adeſſe; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus venerabilem fratrem noſtrum Portugallen. Epiſcopum ad reſtituendam illam partem diœceſis, quam præter juſtitiam detinet occupatam, cum fructibus inde perceptis, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, ſicut juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita compellatis. Nullis literis veritati & juſtitiæ, &c. Quòd ſi omnes &c. duo veſtrûm, &c. Datum Idibus Maji.

* Aliàs CCXXVII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXII.

Abbatibus de Sazeta, & de Manzenera, & F. Menendi monacho de Alcobatia.

Ejuſdem argumenti.

40. INſinuavit nobis venerabilis frater noſter Colimbrien. Epiſcopus, quòd cùm illuſtris Rex Portugalliæ fratribus Sanctæ Crucis apud Caſtrum de Leirena in una tantùm Eccleſia jus conceſſerit patronatûs, inconſulto diœceſano Epiſcopo in eodem loco conſtruere alias motu proprio præſumpſerunt, quas & per cappellanos conductitios regunt, & in nullo volunt pro ipſis diœceſano Epiſcopo reſpondere. Eaſdem etiam Eccleſias privilegiis ſuis fecerunt inſcribi, cùm ab Epiſcopali jure nunquam fuerint de conſenſu Epiſcopi liberatæ. Unde totum jus Epiſcopale in oppido nominato ſibi præſumunt temerè vendicare. Quia igitur nobis conſtare non potuit de præmiſſis; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis, &c. quod juſtum videritis ſuper his appellatione poſtpoſita ſtatuatis, &c. non obſtante privilegio in præjudicium Colimbrienſis Eccleſiæ per ſubreptionem obtento. Quòd ſi omnes, &c. duo veſtrûm, &c. Datum, &c. VI. Kal. Junii.

EPI-

EPISTOLA * XXIII.

* Aliàs CCXXXIX. apud Baluzium.

Burgenſi & Palentino Epiſcopis.

Qui ſpoliatus eſt, non poteſt aliis ſolvere, antequam reſtituatur.

41. OLim vobis dediſſe meminimus in mandatis noſtris, ut venerabilem fratrem noſtrum Ovetenſem Epiſcopum ad debitam reſtitutionem partis Zamorenſis diœceſis, quam tenebat, cum perceptis fructibus cogeretis, ſi dilectum filium fratrem Raynerium, priuſquam ſuper hoc mandatum Apoſtolicum adimpleret, viam ingredi contingeret omnis carnis. Verùm quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non priùs Epiſcopum ipſum ad reſtitutionem fructuum compellatis, quàm ipſe fuerit taliter reſtitutus, ut reſtituere poſſit quod percepit de proventibus alienis. Non autem per hoc priores literas revocamus; ſed eis in ſua firmitate manentibus, coactionem ipſius Epiſcopi ad reſtitutionem fructuum taliter perceptorum differri volumus, donec id valeat adimplere. Datum Romæ, &c. V. Kal. Junii.

EPISTOLA * XXIV.

* Aliàs CCXLIX apud Baluzium.

Fratri Raynerio.

Ut Portugalliæ & Caſtellæ Reges percuſſum & jurejurando confirmatum fœdus ſervare cogat.

42. REferente dilecto filio Magiſtro Scholarum Bracaren. Eccleſiæ nuncio & clerico chariſſimi in Chriſto filii noſtri S. illuſtris Regis Portugalenſis, noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm inter ipſum, & illuſtrem Regem Caſtellæ pacis fœdera intervenerint, & utrinque fuerint juramentis ab ipſis Regibus, & eorum vaſſallis corporaliter præſtitis confirmata, nunc quidem homines peſtilentes, qui glориantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, inter eoſdem Reges pro dilectione odium ſeminantes, ad rixas & contentiones eos inducere nequiter elaborant. Quia verò nemini licet juramenta, quæ honeſtatem continent, violare; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatos Reges, & eorum homines, ut pacem ad invicem habeant & obſervent, ſicut inter eos apparet per inſtrumentum publicum conveniſſe, ſolicitè moneas, & inducas, & ſi opus fuerit, per excommunicationis, & interdicti ſententias ad id eos appellatione remota compellere ſtudeas, ſicut videris expedire. Si quid autem contra formam pacis utrinque inveneris attentatum, per tuam ſolicitudinem appellatione remota facias emendari. Datum &c. ut ſuprà, Pontificatûs noſtri anno primo.

EPISTOLA * XXV.

* Aliàs CCLIII. apud Baluzium.

Epiſcopo, & Archidiacono Zamorenſi, & Didaco Priori de Morerola.

Ut cauſſam capituli Legionenſis contra monaſterium S. Facundi cognoſcat.

43. EX parte Legionenſis Eccleſiæ fuit in auditorio noſtro propoſitum, quòd cùm olim inter ipſam & monaſterium Sancti Facundi ſuper Eccleſiis de Burgo & Cauto quæſtio verteretur, Abbas ipſius monaſterii lite pendente ad Apoſtolicam ſedem accedens, à bonæ memoriæ Cœleſtino PP. prædeceſſore noſtro privilegium impetravit; in quo, veritate tacita, prædictas ſibi fecit Eccleſias, & multas alias confirmari. Sed privilegio ipſi, magna pars fratrum noſtrorum, nec ſubſcribere, nec conſenſum ſuum voluit adhibere. Volentes igitur eidem Eccleſiæ in ſua juſtitia non deeſſe; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tam ſuper privilegio ipſo, quàm ſuper memoratis Eccleſiis, & aliis quæſtionibus, audiatis quæ fuerint hinc inde propoſita, & appellatione remota, uſque ad definitivæ ſententiæ calculum procedentes, geſta omnia redacta in ſcriptis, & ſigillis veſtris impreſſa, ad ſedem Apoſtolicam deſtinetis; ſtatuentes partibus terminum competentem, quo recepturæ ſententiam, noſtro ſe conſpectui repræſentent. Si qua verò partium ſuper principali vel incidenti duxerit appellandum; vos nihilominus, quantum de jure poteritis, ſervato tamen mandati noſtri tenore, in ipſius inquiſitione negotii procedatis. Quòd ſi omnes &c. tu frater Epiſcope, &c. Datum Romæ &c. II. Nonas Junii, &c.

EPI-

Digitized by Google

* Aliàs CCLIV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXVI.

Alphonſo Aurienſi Epiſcopo.

Statutum aliquod novum confirmatur.

44. Quæ ad ampliandum cultum divini nominis à Prælatis Eccleſiarum providè ſtatuuntur, firma debent & inconcuſſa ſervari, & ad obtinendum robur perpetuæ firmitatis Apoſtolico præſidio communiri. Significâſti ſiquidem nobis, quòd ut in Eccleſia tua ſolenniùs Domino ſerviretur, de conſilio capituli tui ſex Præbendarum proventus provida deliberatione conferre duodecim portionariis ſtatuiſti, qui debeant in eadem Eccleſia ad ſupplendum aliorum defectum continuè reſidere. Ea propter, venerabilis in Chriſto frater, tuis precibus annuentes, inſtitutionem ipſam, ſicut providè facta eſt, & recepta, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Idus Junii &c.

* Aliàs CCIXII apud Baluzium.

EPISTOLA * XXVII.

Epiſcopo & canonicis Hoſcenſibus.

Ut falſarius quidam puniatur.

45. Mille nocendi modos, & doloſitates multiplices ſuorum mentibus ſpiritus perditionis inſpirat, immo etiam eos potiùs dejicere nititur, quos majori viderit religioni aſtrictos. Non autem de ipſius nobis eſt fraudibus conquerendum, qui à ſuæ creationis primordio mala ſemper meditatus eſt in corde ſuo, propoſitis juſtis invidit, & iniquis cogitationibus aſpiravit; ſed de eo potiùs condolemus, cùm in eos prævalet qui religionis tenentur formam & habitum obſervare. Sanè cùm nuper in urbe quidam in falſitate Bullæ noſtræ deprehenſi fuiſſent, & falſariorum fraude detecta, tutum non eſſet aliquibus per eos ſui cordis malitiam exercere, G. quondam ſacriſta Hoſcen. apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus, ad quemdam notariorum noſtrorum acceſſit, & ſe ſacriſtæ renunciâſſe officio in manibus noſtris, & eam denuò à nobis recepiſſe confingens, literas ſibi ſuper hoc fieri poſtulavit. Cùm autem notarius ipſe, utpote qui pro novitate ſua minus inſtructus, fraudes talium minus noverat evitare, literas notatas ſecundum arbitrium poſtulantis, & redactas in groſſam literarum in noſtra præſentia relegiſſet; nos, utpote quibus nihil ſuper hoc propoſitum fuerat, literas illas falſas eſſe cognovimus, & per ſubreptionem obtentas. Cùm autem dictum G. conſtitutum in præſentia noſtra, qualiter res proceſſerat, curaſſemus de benignitate ſedis Apoſtolicæ convenire; quia ſe in infirmitate poſitum per quemdam ſocium ſuum ad nos tranſmiſſum, ſacriſtiæ renunciâſſe aſſeruit, eum perpetuò decernimus eſſe privatum; ei ſuper hoc, qui pro ſe confeſſus eſt ſacriſtiam ſibi fuiſſe auctoritate Apoſtolica reſtitutam, fidem nullatenus adhibentes, cùm id certo certiùs noverimus eſſe falſum. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus eo ab officio ſacriſtiæ amoto, alium inſtituatis in ipſa, qui religionis propoſitum melius velit & noverit obſervare. Datum, &c. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

* Aliàs CCLXXXV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXVIII.

Epiſcopo Segobienſi.

Abſentium, vel etiam temerè repugnantium ſententiis neglectis, prævaleat majoris & ſanioris ſuffragia reliquorum.

46. Cùm à nobis petitur, &c. *uſque* effectum. Sanè, ſicut nobis intimare curâſti, cùm in Eccleſia tua vis aliquem canonicum, ſeu portionarium ordinare, licèt multorum habeas in ipſa ordinatione conſenſum, pauci tamen quandoque non tam de ratione, quàm propria voluntate ipſam ordinationem impediunt, & te in ipſa procedere non permittunt. Nolentes igitur ut inſtitutiones Eccleſiaſticæ tali occaſione temerè valeant impediri, fraternitati tuæ auctoritate præſentium indulgemus, ut niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit & oſtenſum, ordinandi canonicos, ſeu portionarios, appellatione remota, liberam habeas facultatem, ſemperque prævaleat, & ſuum conſequatur effectum, quod cum majoris & ſanioris parte capituli per te fuerit inſtitutum. Quòd ſi aliqui fortè ſe duxerint abſentandos, dum volueris in hujuſmodi ordinatione procedere, & accedere vocati noluerint, eorum appellatione, ſeu contradictione nequaquam obſtante, noſtra fretus auctoritate procedas. Nulli ergo, &c. Datum, &c. IV. Idus Junii.

EPI-

EPISTOLA * XXIX.

* Aliàs CCCXXIII. apud Baluziū.

Hoſcenſi & Tiraſſonenſi Epiſcopis.

De diacono, cujus amici Abbatem trucidarant.

47. PEtrus diaconus, & monachus S. Joannis de Pinna, ſua nobis inſinuatione monſtravit, quòd cùm in ſæculari adhuc habitu conſtitutum, in Eccleſia de Rigulo quodꝺam beneficium obtinentem, Abbas ipſius Eccleſiæ illum eodem beneficio ſpoliaſſet, cognati & amici ejus Abbati ſæpiùs ſupplicârunt, ut beneficium ſibi reſtitueret memoratum. Quo nolente ipſorum precibus acquieſcere, irati plurimum & commoti, nocte quadam in domo diaconi convenerunt, & cœnâ factâ dixerunt, quòd vindictam volebant ſumere de Abbate. Inhibiti autem expreſsè ab eodem diacono, ne Abbatem occiderent, vel aliquid ei facerent, unde ordinis ſui diſcrimen incurreret & animæ detrimentum, in eum nihilominus irruerunt, & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto. Unde poſt dies aliquot ſpiritum exhalavit. Ab illo autem tempore uſque hodie prædictus diaconus de eo quod contigerat triſtis effectus, ab adminiſtratione ceſſavit; & nondum expleto biennio, habitum induit monachalem. Unde à nobis ſuppliciter petiit edoceri, utrum poſſet in officio diaconi miniſtrare; & ſi hoc ei liceret, an poſſet ad majorem ordinem promoveri.

48. Licèt autem (ſi præmiſſis veritas ſuffragatur) præfatus diaconus ſuper Abbatis interitu non videatur eſſe culpabilis; quia tamen bonarum mentium eſt, ibi culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt, quòd ab adminiſtratione officii ſe propria voluntate ſuſpendit, vel habitum induit regularem, ſibi non ad peccatum adſcribimus, ſed ad meritum reputamus. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præmiſſa noveritis veritate ſubnixa, ſæpedictum diaconum, non ſolùm in diaconatûs officio miniſtrare, ſed etiam ad ordinem presbyteratûs aſcendere, ſi aliud canonicum non obſtiterit impedimentum, liberam concedatis auctoritate Apoſtolica facultatem; præſertim ſi ſuper hoc non fuerit reſperſus infamiâ, cùm ei non debeat imputari quod contra prohibitionem ejus expreſſam, eo cauſſam vel occaſionem non dante, auſu ſacrilego proponitur à conſanguineis attentatum, divina Scriptura teſtante, quòd anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filii: quamvis hoc ipſum veriùs ad æternam, quàm ad temporalem referatur vindictam. Datum Reat. II. Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

EPISTOLA * XXX.

* Aliàs CCCXXVII. apud Baluziū.

Alphonſo Epiſcopo, & capitulo Aurienſi.

Confirmatur illorum ſtatutum de numero canonicorū

49. POſtulatum fuit à nobis ex parte veſtra, quòd deliberatione provida unanimiter ſtatuiſtis ad conſervandam indemnitatem Eccleſiæ, & repellendam quorumdam potentum improbitatem, qui Eccleſiam veſtram ſæpiùs prægravabant, ne plures triginta ſex canonicis liceret In veſtra Eccleſia ordinari, auctoritas ſedis Apoſtolicæ confirmaret. Nos ergo veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, præmiſſum canonicorum numerum, ſicut à vobis providè noſcitur inſtitutus, ratum habentes, ſalva in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate, præſenti pagina confirmamus; niſi fortè in tantum excreverint Eccleſiæ facultates, quòd ex eis commodè valeat pluribus canonicis provideri. Nulli ergo, &c. Datum Romæ &c.

EPISTOLA * XXXI.

* Aliàs CCCXXIX apud Baluziū.

Calaritan. Archiepiſcopo, Epiſcopo Soran. & electo Turritano.

Eis committitur cauſſa Archiepiſcopi Arborenſis contra capitulum ſuum.

50. CUm pro controverſiis, quæ inter venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum ex una parte, & dilectos filios canonicos Arboren. verterentur ex altera, ipſe Archiepiſcopus, & Petrus de Staura presbyter ex parte capituli ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, dictus P. presbyter Archiepiſcopum paratum eſſe ſe dixit in multis & gravibus accuſare: quem ſuper homicidio, perjurio, excommunicatione, incendiis, incantationibus, lardatione hominis cum lardo & cera, & quod à nepote ſuo Sarracenis de Sicilia vendi conceſſit Eccleſiæ ſuæ mancipium Chriſtianum, & aliis enormitatibus & capitulis volebat impetere adverſus

eum

Digitized by Google

eum tempore congruo proponendis. Verùm ipſe Archiepiſcopus propoſuit ex adverſo, quòd cùm bonis Eccleſiæ ſuæ per nobilem virum Willel. Marchionem judicem Calaritan. & complices ejus eſſet minus rationabiliter deſtitutus, non tenebatur æmulis reſpondere, qui cum prædicto Marchione ſpoliationem ſuam fuerant machinati, niſi eſſet antea reſtitutus: quos etiam ab accuſatione ſua dicebat aliis rationibus repellendos. Unde autem prædictos Marchionem & canonicos adverſus ſe commotos diceret exſtitiſſe, ſequentia vos verba poterunt edocere. Cùm enim idem Marchio auctoritate quondam Apoſtolicæ ſedis excommunicationis vinculo innodatus, nobilem virum A. Arboren. judicem, & filium ejus parvulum cepiſſet, & nequiter carcerali feciſſet cuſtodiæ mancipari, eorum terrâ, quam ab Eccleſia Rom. tenebant, per violentiam occupatâ, ipſe Archiepiſcopus, qui natione Januen. erat, iram ipſius Marchionis, & qui ſecum erant metuens Piſanorum, ad partes alias declinavit: in cujus abſentia Marchio & fautores ejus Arboren. Eccleſiam ſpoliârunt in parte, & ſuffraganei ſui & clerici dicto Marchioni, tunc excommunicatione notato, Arboren. terræ ſceptrum ſolenniter conceſſerunt.

51. Verùm cùm tempore procedente idem Archiepiſcopus ad Eccleſiam ſuam reverſus, præfatos clericos de eo quod (ut ſibi videbatur) in contemptum ſedis Apoſtolicæ fecerant, redargueret, nec vellet ſine mandato Apoſtolicæ ſedis præfatum Marchionem habere patronum; timentes (ut credebatur) clerici ne coram ipſo Archiepiſcopo de ſua poſſent incontinentia conveniri, contra eum cum dicto Marchione ſeditionem fecerunt: quem nihilominus in populo diffamantes, per duos de ſociis ſuis ad ſedem Apoſtolicam appellârunt: ſed duobus menſibus pòſt elapſis, pœnitentiâ ducti ab eo veniam poſtulantes; remiſſis utrinque injuriis, in ipſius gratiam redierunt. Cùm autem poſtmodum venerabilis frater noſter Piſan. Archiepiſcopus, Legatus Sardiniæ, illuc veniſſet, præfatus P. Stanra clericus Arborenſ. procurator à capitulo conſtitutus ſuper præmiſſis conviciis dictum Archiepiſcopum ad ſedem Apoſtolicam appellavit. Sed in præſentia dicti Archiepiſcopi Piſani partibus conſtitutis, cùm canonici Arboren. ibidem vellent ſuum Archiepiſcopum convenire, ne provocationis beneficio reſponderet eis ſe tuentem, renunciantes appellationi, quam fecerant, quòd nollent habere Paſtorem, niſi Piſanum Archiepiſcopum, reſponderunt.

52. Cùm autem coactus ab eodem Archiepiſcopo, ut adverſariis reſponderet, & ſecuritatem ſibi à Marchione dari, ac ſuis peteret, & etiam advocatum, & id obtinere non poſſet, ad commune appellationis remedium convolavit. Poſtea verò Piſani facientes in eum impetum, quem petierat advocatum, ipſum occidere voluerunt. Compulſus tandem à ſæpedicto Piſano Archiepiſcopo, appellatione ſalva, quam fecerant, excludendo P. memoratum tanquam minus idoneum, reſpondit quòd eum non poſſet ullatenus accuſare, & hoc incontinenti conſtare poterat, ut dicebat. Et quoniam jam dicti Marchionis, & ſuorum inſtinctu falſos contra ſe teſtes timuit introduci, & memoratus Piſanus Archiepiſcopus laïcos teſtes bonæ opinionis & famæ contra P. adverſarium ſuum admittere recuſabat, denuò propter præmiſſa gravamina coram majori parte Sardiniæ Prælatorum, Sedem Apoſtolicam appellavit; & cùm Apoſtolos ab antefato Archiepiſcopo poſtulâſſet, & ut compelleret Marchionem, ne impediret eum quominus poſſet de rebus Archiepiſcopatus ſibi ſumere neceſſaria, nihil horum potuit obtinere; quinimmo poſtea fuit per Marchionem ipſum equis propriis ſpoliatus, qui etiam inhibuiſſe dicitur, ut nullus eum in navi ſua reciperet ad Romanam Eccleſiam accedentem: & hoſpitalarium quendam, qui habebat veſtes ipſius Archiepiſcopi commendatas ad tempus, fecit in cuſtodia detineri; apponens etiam iniquitatem iniquitati, per judicem Turritan. eum capi fecit, & arcto carceri mancipari, longo tempore compedibus ferreis religatum. Teſtes etiam partis adverſæ poſt receſſum ſuum dictus Piſanus Archiepiſcopus adverſus eum proponitur recepiſſe.

53. Poſtea verò (ſicut Domino placuit) liberatus, de rebus Archiepiſcopatus, quas occupaverat Marchio ſæpedictus, nihil potuit per Arboren. archipresbyterum, & per ſuum canonicum obtinere: quin potiùs duo de clericis ſuis, poſt appellationem ad nos interpoſitam, ſeptem panes cereos, quos ad domum templi mittebat, ſibi per violentiam abſtulerunt. Quia verò neutra partium, fidem nobis facere poterat de præmiſſis, cauſſam ipſam de voluntate ipſorum vobis duximus committendam: per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ſi rem ita noveritis ſe habere; cùm laïcis ſuper Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis non ſit attributa poteſtas, quicquid à ſæpedicto Marchione & fautoribus ejus in præjudicium prænominati Arboren. Archiepiſcopi, vel Eccleſiæ noveritis attentatum, denunciantes penitùs non tenere ad faciendam ſibi reſtitutionem plenariam præfatum Marchionem, & complices ſuos, omni contradictione & appellatione ceſſantibus, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis; & non obſtante quòd ſæpedictus Piſanus Archiepiſcopus, poſt appellationem ad nos interpoſitam, & iter arreptum ad ſedem Apoſtolicam veniendi, lite non conteſtata, præſertim in criminali, contra eum teſtes recepit, ſicut ex inſinuatione literarum ejus liquidò intelleximus, ſuper omnibus quæ adverſum ſe partes duxerint proponenda; & ſi bona Eccleſiæ ipſius Archiepiſcopi tempore diminuta ſunt, vel etiam augmentata, vocatis ad vos qui fuerint evocandi, ſine perſonarum acceptione, ſolum Deum habentes præ oculis, ſervato juris ordine, inquiratis pleniſſimè veritatem, & uſque ad definitivam ſententiam, remoto appellationis obſtaculo, procedentes, geſta omnia ſub ſigillorum veſtrorum teſtimonio nobis tranſmittatis; certum terminum partibus aſſignantes, ad quem recepturæ ſententiam, noſtro ſe conſpectui repræſentent. Teſtes appellatione remota cogantur, Proviſuri, ne hujus occaſione

diſcor-

Digitized by Google

diſcordiæ, bona Arboren. Eccleſiæ ab alterutra parte per dilapidationis vitium diſtrahantur. Nullis literis obſtantibus præter aſſenſum partium, &c. Datum Reat. III. Idus Auguſti.

EPISTOLA * XXXII.

* Aliàs CCCXXXII. apud Baluziũ.

Decano Ulixbonenſi de Alcobatia, & Sanctæ Mariæ de Carcadi Prioribus.

Committitur eis cauſſa Epiſcopi Colimbrienſis, & monaſterii ſanctæ Crucis.

54. EX inſinuatione venerabilis fratris noſtri Colimbrienſis Epiſcopi, noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm indulgentia, quæ conceſſa dicitur canonicis ſanctæ Crucis à bonæ memoriæ Mich. prædeceſſore ſuo, Colimbrien. canonicorum ſubſcriptiones contineat, nunquam tamen in ea dicti canonici ſubſcripſerunt, cujus tenor talis eſſe proponitur: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.* Ego M. Dei gratiâ Colimbrienſis Epiſcopus ſciens, ut ait B. Gregorius, valdè neceſſarium & honeſtum eſſe Deo ſervientium quieti proſpicere, atque de eorum perpetua ſecuritate tractare; & attendens nihilominus Colimbrienſe monaſterium ſanctæ Crucis à ſacroſancta Romana Eccleſia, quæ caput eſt & mater omnium Eccleſiarum, per Dei gratiam integram libertatem habere; laudo & confirmo, & cum aſſenſu meorum canonicorum ſpontanea voluntate confirmamus libertatem, vobis ſcilicet, & domino I. ejuſdem monaſterii Priori, & cæteris fratribus, tam præſentibus quàm futuris in eodem monaſterio regularem vitam profeſſis in perpetuum; quatenus & conſervantes in Dei ſervitio gratia ipſius ſuffragante mente libera perſeverent, & ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulam, ibidem cooperante Domino noſcitur inſtitutus, perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur.

55. Confirmamus igitur, & firmiter ſtatuimus, ut idem monaſterium cum ſuis parochiis, & parochianis, & confratribus, ab omni Epiſcopali jure & exactione omnino ſit liberum. Quaſcumque etiam poſſeſſiones, & quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum poſſidet, & poſſidebit, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, præſtante Domino poterit adipiſci, vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & per vos prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Crucis præſenti pagina confirmamus: in quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis. Omnes, videlicet, Eccleſias in caſtro Leirene, & in terminis ejus, ſicut continetur in teſtamento Regis. Eccleſias Sancti Romani, & Sanctæ Mariæ de Sena: Eccleſiam Sancti Joannis de Alcoba: Eccleſiam de Mira, & Eccleſiam de Talaverio: Eccleſiam de Laurizal. Omnes illas Eccleſias, quas in veſtris populationibus noviter ædificaveritis. Quicquid etiam aliud illuſtris Rex Portugalenſis vobis dedit. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de redditibus hæreditatum veſtrarum, ſive villarum, nec ego, nec aliquis Epiſcoporum, qui in hac ſede poſt me ſeſſuri ſunt, à vobis decimas exigere præſumat.

56. Si quis ad Eccleſiam veſtram converti voluerit, & ibidem habitum religionis aſſumere, nullus audeat prohibere. Sepulturam quoque ejuſdem loci liberam eſſe concedimus; ut videlicet quicumque clericus, ſive laïcus, ſe illic ſepeliri deliberaverit, ejus devotioni & extremæ voluntati nullus obſiſtat, niſi fortè antea pro aliqua rationabili cauſſa fuerit excommunicatus; ita tamen ut de ſuis bonis Eccleſiæ ſuæ partem faciat. Chriſma quoque, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes clericorum, gratis & abſque ulla pravitate nos vobis ſemper exhibeamus; nec habeat ibi Epiſcopus quamlibet poteſtatem imperandi, vel prohibendi, vel aliquam ordinationem, quamvis leviſſimam, faciendi, niſi fuerit rogatus; quatenus canonici ſemper maneant in majorum ſuorum perfecta libertate. Et ſi qua fortè cauſſa inter hoc monaſterium & noſtram ſedem evenerit, & pacificè inter ſe non potuerit terminari, apud religioſos viros, Deum timentes, ſine voluntaria dilatione finiatur. Hanc ergo hujus ſcripturæ paginam omni in futurum tempore ab omnibus ſucceſſoribus noſtris firmam ſtatuimus illibatamque ſervari; ut remotis cunctis vexationibus, divinum opus cum ſumma animi devotione perficiant, & in orationibus, & beneficiis, ejuſdem monaſterii partem ſemper habeamus. Et ut Epiſcopi, & Priores hujus ſedis ſpecialiter in Martyrologio veſtro conſcribantur, & pro omnibus canonicis in unoquoque anno communis commemoratio fiat.

57. Si qua amodò Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, ſciens hujus decreti paginam, contra eam temerè venire, ſeu in aliquo diſturbare vel minuere tentaverit; ſecundò, tertiovè commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, ream ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, &c. *uſque ad verbum*, Amen. Facta charta libertatis hujus menſe Martio, Erâ MCC. regnante, & confirmante Ildephonſo Portugalenſi Rege. Ego M. Colimbrienſis Epiſcopus confirmo. Ego P. Salva, ſedis ſanctæ Mariæ Prior confirmo. Ego Dominicus presbyter & archidiaconus, confirmo. Ego M. presbyter & Cantor confirmo. Ego Petrus Joannis presbyter confirmo. Ego M. presbyter & Sacriſta confirmo. Ego Cyprianus presbyter confirmo. Ego Telus presbyter confirmo. Ego Cyprianus presbyter confirmo. Ego Go. presbyter confirmo. Ego Chriſtophorus presbyter confirmo. Ego Petrus presbyter & archidiaconus confirmo. Ego Telo

Pelagii presbyter confirmo. Ego Joannes presbyter & capellanus confirmo. Ego Gn. Presbyter confirmo. Ego Magiſter Laurentius presbyter confirmo. Ego Suarius presbyter confirmo. Ego P. Salvatoris presbyter confirmo. Ego P. Joannis diaconus confirmo. Ego M. presbyter confirmo. Ego Sua Petri presbyter confirmo. Ego Dominicus presbyter confirmo. Quia verò nobis non conſtitit de præmiſſis, cauſſam ipſam vobis duximus committendam; per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus vocatis ad præſentiam veſtram quos propter hoc videritis evocandos, ſuper præmiſſis inquiratis pleniùs veritatem, & uſque ad definitivam ſententiam, remoto appellationis obſtaculo, procedentes, geſta omnia nobis ſigillorum veſtrorum munimine roborata mittatis, certum terminum partibus aſſignantes, ad quem recepturæ ſententiam noſtro ſe conſpectui repræſentent. Teſtes cogantur. Quòd ſi omnes, &c. duo veſtrûm &c. Datum Reat. II. Idus Auguſti.

* Aliàs CCCXCV. apud Baluziū.

EPISTOLA * XXXIII.

Fratri Raynerio.

Oritur facultas reformandi Eccleſias, per quas tranſitū fecerit.

58. GRatus tui nominis odor, & ſuavis tuæ famæ dulcedo, per quam tuæ religionis honeſtas dignis undique laudum præconiis exaltatur, tam ex literis, quàm ex relatione plurium ad nos uſque pervenit, ex quo tantò ampliori gratulatione animi jucundamur, ac ſpiritus noſter in Domino recreatur, qui ſuorum miniſtrorum dirigit actus in bonum, quantò tam ex communi fama, quàm ex confidentia, quam de tua gerimus puritate, cognoſcimus evidentiùs, atque ſcimus, quòd per opera quæ laudabiliter operaris, ipſo duce qui eſt lucerna pedum tuorum, & ipſe Deus glorificatur in terris, & gloria nobis, & Eccleſiæ Romanæ non modicus honor accreſcunt. Nos igitur exemplo illius, qui negotiatorem ſuum fidelem inveniens, ei multò majora commiſit, ſperantes quòd pater omnium bonorum ſemper in melius tuas dirigat actiones, ut Eccleſias quas in locis, per quæ tranſitum feceris, invenies à ſuo ſtatu dilapſas, poſſis ad ſtatum congruum revocare, ſtatuendo in eis quæ ſecundum Deum videris ſtatuenda, & corrigendo juxta canonicas ſanctiones quæ corrigenda fuerint, liberam tibi concedimus auctoritate Apoſtolica facultatem. Volumus autem, ut ea propter quæ ſpecialiter te direximus, principaliter exſequaris. Nulli ergo, &c. Datum Laterani III. Kal. Novembris.

* Aliàs CCIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXXIV.

Archipresbytero & clericis Burgenſis Eccleſiæ.

Ut Parmenſi Epiſcopo rurſus obediant, tanquam abſoluto, & reconciliato.

59. CUm civitas Parmenſis, & cives ejus, excommunicationi ſubjecti fuiſſent propter violentam invaſionem & deprædationem dilecti filii P. ſanctæ Mariæ in Via lata diaconi Cardinalis, & Eccleſia veſtra à juriſdictione venerabilis fratris noſtri Parmenſis Epiſcopi propter hoc fuiſſet exempta, donec ſatisfacerent competenter, ipſi Parmenſes memorato Cardinali ſeſe obligârunt ſuper reſtituenda medietate pecuniæ, quæ ipſi Cardinali fuit ablata: cujus jam parte ſoluta, ſe partem reliquam ſoluturos præſtita cautione juratoria promiſerunt; & idem Cardinalis excommunicationis & interdicti ſententias relaxavit, pœnam remittens, quæ ſuper exemptione Eccleſiæ veſtræ Parmen. Eccleſiæ fuerat irrogata. Nos igitur quod à prædicto Cardinali ſuper hoc factum eſt, ratum habentes, vobis per præſentia ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus præfato Parmenſi Epiſcopo de cætero conſuetam & debitam obedientiam impendatis. Datum Laterani II. Idus Novembris.

* Aliàs CDXLI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXXV.

Sancio illuſtri Regi Portugalenſi.

Recipitur ipſe, & regnū, & omnia bona ſua ſub protectione ſedis Apoſtolicæ.

60. IN eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente Domino conſtituti, ſic nos convenit ad univerſos & ſingulos aciem noſtræ conſiderationis extendere, ut propinqui, & longè poſiti non remaneant Apoſtolicæ benignitatis expertes, qui ab ea protegi cum devotione requirunt. Cùm enim Romana Eccleſia te quadam dilectionis prærogativa inter alios mundi Principes amplexetur, & tu & prædeceſſores tui ei ſemper fideles extiteritis & devoti, petitionibus tuis, quoties offeruntur nobis, quantum cum Deo poſſumus, tantò libentiùs favorem Apoſtolicum impertimur, quantò & perſonam tuam, & regnum tibi commiſſum, utpote quod eſt Romanæ Eccleſiæ cenſuale, ſinceriori charitate diligimus. Ea propter, chariſſime in Chriſto fili,

tuis

tuis juſtis precibus grato concurrentes aſſenſu, perſonam tuam, & regnum Portugalenſe cum omnibus quæ impræſeotiarum rationabiliter poſſides, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteris adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Decernimns ergo, ut nulli omnino, &c. Datum nt ſuprà.

EPISTOLA * XXXVI.

* Aliàs CCXLVIII. apud Baluzių.

Regi Portugalliæ.

61. IN eo ſumus propoſito conſtitnti, ut perſonam tuam intet alios mnndi Principes prærogativâ gratiæ & dilectionis velimos, quaotum cum Deo poſſumus, honorare, ad qnæ nimirum illud, nec immeritò, ſpecialiter nos inducit, quòd regnum tibi commiſſum ab inclytæ recordationis progenitoribus tuis Eccleſiæ Romanæ conſtitutum eſt cenſuale. Unde per dilectos filios Joannem Ovezi, & Egeas Petri, fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani, pro annoo cenſu quatuor nnciarnm auri, qnas magnitndo regia recognovit ratione temporis à Lateran. Concilio jam elapſi, quingentos & quatuor morabatinos ad ſuggeſtionem dilecti filii fratris Raynerii, Nuncii noſtri, nobis regia ſerenitas deſtinavit. quòd debita proſequimur gratiarum actione. Quia verò de mille anreis à dicto patre tuo bonæ memoriæ Alexandro prædeceſſori noſto donatis, & de centum cenſualibus annuatim ſolvendis, es neſcire profeſſus veritatem, ſed omnia diſcutienda noſtro examini reſervabas; nos volentes omnem ambiguitatem à tuo pectore penitùs amovere, reſcriptnm inclytæ memoriæ Alphonſi patris tui, ſicut in regiſtro ejuſdem prædeceſſoris noſtri, cui donatio facta fuit, de verbo ad verbum invenimus, celſitudini tuæ præſentibus incluſum literis fideliter deſtinamos. Quocirca nobilitatem regiam rogamus attentiùs & monemus, quatenus parentnm inhærens veſtigiis, nt ſicnt es ſucceſſor io regno, ita & voti ſucceſſor exiſtas, quæ pro ſalute ſua pariter & ſoorum Chriſti vicario conceſſeront, liberaliter & ſine difficultate qualibet perſolvas. ex qno præter æternæ remunerationis præmium, temporaliter quoque tibi & regno tuo per Apoſtolicæ ſedis protectionem & gratiam multa provenire poterunt incrementa. Neque contrarinm poſſes ſine offenſa Creatoris efficere: qui etſi de aliarnm Eccleſiarum injuriis graviter offeodatur, tantò graviùs adverſus eos, qui Apoſtolicæ ſedis jura illicitè detinent commovetur, qnantò fortiùs peccare videntur qui ejus quæ caput eſt omniom & magiſtra. non ſine præſumptione ſacrilega jura invadete non formidant. Datum Laterani V. Idus Decembris.

Vt promiſſum Romanæ Eccleſiæ cenſum perſolvat.

EPISTOLA * XXXVII.

* Aliàs CCXLIX. apud Baluzių.

Fratri Raynerio.

62. SIcut nobis per tnas literas intimâſti, chariſſimos in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Portugalliæ nnper uobis pro annno cenſu qnatuor nnciarum auri, quas coram te recognovit, quiogentos morabatinos ſratri A. magiſtro Hieroſolymitani Hoſpitalis in Hiſpania noſto oomine aſſignavit, qnos idem Hoſpitalarius nobis ooper ſine diminntione tranſmiſit. Snper aliis verò, de quibus idem Rex ſe neſcire profeſſus eſt veritatem, & quæ noſtro examini diſcutienda commiſit, per reſcriptum donationis bonæ recordationis Alexandro Papæ prædeceſſori noſtro factæ ab inclytæ memoriæ Alphonſo patre ipſios Regis, quod ipſi noſtris incluſum literis deſtinamus, eum reddimus certiorem. Tu autem eundem diligentiùs moneas & inducas, ut ſicot in regno, ita & in voto patri ſnccedens, oblatum vicario Jeſu Chriſti ſine qualibet diminutione perſolvat, quod non poſſet ſine grandi ſacrilegio retinere. Datum nt ſuprà.

Vt Regẽ Portugalliæ ad perſolvendum Romanæ Eccleſiæ annuum cenſum adhortetur.

EPISTOLA * XXXVIII.

* Aliàs CCLII. apud Baluzium.

Urgellenſi Epiſcopo:

63. SIcut venerabiles fratres noſtri Tarraconenſis Archiepiſcopus, & ſuffraganei ejus, ſuis nobis literis intimàrunt, inter mnltas tribnlationes & anguſtias quæ invenerunt nos nimis temporibus tuis. & propter inſufficientiam tuam, Eccleſiam Urgellenſem, nec poſſent facili propter multitodinem enarrari; culpæ tuæ imputari illud & poterat, & debebat, quòd cùm Epiſcopatum ipſum (ut fama teſtatur) minus canonicè fueris aſſecutus, quod malè cœperas, deteriori exitu concluſiſti; cùm difficile ſit ut bono peragantur exitu, quæ ſunt malo inchoata principio. Verùm cùm tempote procedente, mala publicarentur in terra, nec im-

Renunciationem Epiſcopatus approbat.

minentibus periculis opponere te auderes, ut tanquam murum te ipſum pro domo Iſraël ponens, aſcenderes ex adverſo, & in die Domini, ſicut athleta Chriſti, fortiter dimicares, inſalutatis fratribus clanculò receſſiſti; ut ex ipſis operibus mercenarium, qui videns lupum venientem dimittit oves & fugit, te oſtenderes, non paſtorem; & ingreſſus monaſterium de Aſpirano, ab Apoſtolica ſede licentiâ non petitâ, cui ſoli Epiſcoporum depoſitio, ceſſio, & translatio reſervatur, Urgellen. canonicis per literas indicâſti, quòd propter inſufficientiam, & occultam tui corporis ægritudinem non poſſes ulteriùs miniſtrare: quibus de rebus tuis condito teſtamento, & facta renunciatione in ſcriptis, eligendi Pontificem, & providendi Eccleſiæ ſuę facultatem liberam tribuiſti.

64. Poſt hæc autem ad ſuggeſtionem & inſtantiam quorundam militum, & etiam clericorum, te ad Epiſcopatum denuò proprio motu reverſo, cùm in parte ipſius diœceſis tanquam Epiſcopus miniſtrares, Aragones & Brabanzones cum vicinis militibus in manu forti ad Urgellen. Eccleſiam hoſtiliter accedentes, eam bonis omnibus ſpoliârunt, pannos ſericos, ornamenta omnia, calices, & cruces argenteas aſportantes, & parochianis ducentis, & ampliùs, clericis & canonicis de gremio ipſius violenter eductis, & etiam captivatis, Eccleſiam ipſam homicidiis, adulteriis, & aliis variis immunditiis feritate diabolica polluerunt: quibus omnibus propter inutilitatem tuam te opponere minimè potuiſti. Porrò videns his malis prævenientibus quòd Eccleſia eadem denuò ad extremam inanitionem penitùs deveniſſet, & ſentiens te ad ipſius Eccleſiæ regimen inutilem & inſufficientem exiſtere, iteratò renuncians, renunciationem ipſam bonæ memoriæ Cœleſtino Papæ prædeceſſori noſtro, & Tarraconenſi Eccleſiæ per literas indicâſti, & quantum in te fuit, canonicis Urgellen. eligendi ſibi paſtorem tribuiſti denuò facultatem.

65. Unde pro iis & aliis multis præfati Epiſcopi nobis per ſuas literas ſupplicârunt, ut ceſſionem tuam ratam habentes, ſicut etiam tu ipſe à nobis per literas proprias poſtulâſti, canonicis ſæpedictis liberam daremus licentiam eligendi. Cùm itaque ſecundum Apoſtolum inſtantia noſtra quotidiana ſit omnium Eccleſiarum ſolicitudo continua, nos & neceſſitatibus Urgellen. Eccleſiæ inclinati, quæ per te non poſſet de lacu miſeriæ liberari, & tam ejus, quàm præmiſſorum Archiepiſcopi & Epiſcoporum petitione devicti, renunciationem tuam urgente neceſſitate ſuſcepimus, & te à Pontificali onere pariter & honore, quæ ſecundum traditionem canonicam, non ſunt ab invicem regulariter ſeparanda, ſicut tu minus providè facere ſatagebas, qui rejectâ oneris ſarcinâ, honorem tibi retinere volebas, auctoritate præſentium de conſilio fratrum noſtrorum decernimus abſolutum, ut in Eccleſia de Aſpirano Deo valeas (ſicut à nobis ex parte tua petitum) amodò deſervire, facultatem tibi liberam concedentes. Nulli ergo omnino, &c. Datum Laterani.

* Alibi CCLIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXXIX.

Capitulo Urgellenſi.

Ut novum Eccleſiæ ſuæ Epiſcopum præficiant.

66. SIcut venerabilis frater noſter Tarraconenſis, &c. *ferè in eundem modum ut ſuprà, uſque ad verbum*, concedentes. Nolentes igitur, ut Eccleſia veſtra, in medio nationis perverſæ poſita, pro defectu Prælati maneat ulteriùs deſolata, & gregi Dominico diu deſit cura paſtoris, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus convenientes in unum, & Spiritus ſancti gratiâ invocatâ, talem vobis perſonam in Epiſcopum & paſtorem animarum veſtrarum canonicè præficere ſtudeatis, qui clero & populo ſibi commiſſo, & præeſſe noverit, & prodeſſe. Datum ut ſuprà.

* Alibi CCLIV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XL.

Archiepiſcopo Tarraconenſi.

Ut curet per canonicos Urgellenſes dignum aliquem virum eligi in Epiſcopum.

67. SIcut ex tenore tuarum literarum & ſuffraganeorum tuorum nobis innotuit, inter multa, &c. *ferè in eundem modum ut ſuprà, uſque ad verbum*, prodeſſe. Volentes igitur ut ipſi Urgellen. Eccleſiæ, Metropolitico tibi jure ſubjectæ, per ſolicitudinem & vigilantiam tuam ſalubriùs conſulatur, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus capitulum ejus ad concordem electionem & canonicam faciendam, noſtra tuaque auctoritate ſtudioſiùs moneas & inducas; ne, quod abſit, ſi eligentium ſe vota diviſerint in diverſa, Eccleſiæ afflictæ dudum major addatur afflictio, & ſic contritione multiplici conteratur. Datum ut ſuprà.

EPI-

EPISTOLA * XLI.

* Aliàs DXXXIV. apud Baluzium.

Petro Colimbrienſi Epiſcopo.

68. SAcroſancta Romana Eccleſia, &c. *uſque ad verbum*, inclinati; perſonam tuam & Colimbrienſem Eccleſiam, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, cum omnibus bonis, &c. *uſque ad verbum*, ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſias de Covilian, & de terminis ejus, ad exemplar bonæ memoriæ C. Papæ prædeceſſoris noſtri, & omnes poſſeſſiones laïcales, quas tam prædeceſſor tuus, quàm tu, in prædictis villis & ejus terminis acquiſiſtis, ſicut ea juſtè poſſidetis & quietè, tibi, & per te præfatæ Colimbrienſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani VII. Idus Januarii.

Ea quæ deceſſores juſte hactenus poſſederant, ipſi confirmat.

EPISTOLA * XLII.

* Aliàs DLIV apud Baluzium.

Colimbrienſi, & aliis Epiſcopis in regno Portugalliæ conſtitutis.

69. CUm in partibus veſtris, peccatis exigentibus, ſæpiùs contingat diverſa loca interdicto ſupponi; quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari; cùm illi qui ab Eccleſia Romana decorari privilegio meruerunt, videlicet ut cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, interdicto particulari ſe aſſerant non arctari, aſſerentes illud interdictum generale dumtaxat, quando regnum, vel ſaltem provincia tota ſubjicitur interdicto. propter quòd & juſtitia ſæpiùs deperit, & Prælatorum ſententię contemnuntur, cùm in aliis interdictis provinciis divina celebrent, & ſuſpenſis organis aliorum, ipſi pulſatis campanis, & apertis januis, quoslibet paſſim recipiant ad divina. Ne autem diverſa interpretatio diſcordię cauſſam inter vos ulteriùs, & odii fomitem valeant miniſtrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodò in dubium revocetur; ſignificatione vobis præſentium intimamus, quòd cùm in privilegiis de regno, vel provincia, nihil expreſsè dicatur, nomine terræ non ſolùm regnum vel provinciam intelligi volumus, verùm etiam villam & caſtrum; ut & in iis locum habeat quod de generali dicitur interdicto; videlicet, ut cùm villa vel caſtrum generali ſubjicitur interdicto; preſcripta privilegii forma debeat obſervari. Datum Laterani VII. Idus Februarii.

Differentiam inter edictum generale & particulare declarat.

EPISTOLA * XLIII.

* Aliàs DLVI. apud Baluzium.

Illuſtri Regi Navarræ.

70. AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quòd cùm Caſtellæ & Aragoniæ Reges illuſtres anno præterito regnum tuum cum ſuis exercitibus introiſſent, de illo capiendo, & dividendo ad invicem tractaverunt. Cumque ibidem duobus caſtris per violentiam occupatis, tam Eccleſias, quàm privatorum terras multipliciter afflixiſſent, quòd deteriora in poſterum facerent, minabantur, ſi ſuum poſſent propoſitum adimplere. Unde totus populus metuens vehementer, quò ſe verteret neſciebat, vel qualiter imminentem poſſet effugere tempeſtatem. Interim autem dictus Rex Aragoniæ ſuos ad te nuncios deſtinavit, de componendis treugis tecum pariter tractaturus, ſecretò per eoſdem requirens, ut ſororem tuam ſibi traderes in uxorem. Tu verò attendens, quòd vel ſic ſaltem eorum poſſes inſtantiam evitare, tam de treugis, quàm de contrahendo matrimonio reſpondiſti, quòd ſuam perficeres voluntatem, priùs tamen quàm de regno tuo exirent, nihil horum duceres ad effectum. Poſt hæc autem ad Reges ipſos dicti nuncii redeuntes, reſponſum quod eis dederas, retulerunt. Pręfatus autem Rex Caſtellæ metuens, ne ſi à regno exirent, ab his quæ promiſeras reſilires, reſpondit ſe à terra tua nullatenus egreſſuros, niſi priùs jurares quæ nunciis promiſeras te firmiter ſervaturum. Cumque hoc tibi per eoſdem nuncios intimâſſent, tu conſiderans, quòd in necem & exheredationem tuam, ſi fieri poſſet, præfati Reges intendere ſatagebant, jurâſti coactus pariter & invitus, quod à te fuerat de treugis & matrimonio poſtulatum, quamvis ſoror tua præfato Regi Aragoniæ conſanguinitatis

Quod extortum, & inhoneſtum juramentum non ſit ſervandū

gradu

gradu tertio conjungatur. Nos igitur attendentes, quòd juramentum non ut eſſet iniquitatis vinculum fuerit inſtitutum, & quòd in malis promiſſis fides ſit penitùs reſcindenda, ſerenitati tuæ diſtrictiùs inhibemus; ne ſi vera ſunt quæ præmiſimus, occaſione juramenti præmiſſi, quod perjurium eſt veriùs nominandum, procedas ad inceſtuoſam conjunctionem complendam. Datum Laterani III. Idus Februarii.

* Alias DLXXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XLIV.

Petro Colimbrienſi Epiſcopo.

Ut omnes jura Epiſcopalia ſuo Epiſcopo perſolvant.

71. FRatrum & Coëpiſcoporum noſtrorum juſtitiæ conſulere volumus, & eorum gravaminibus præcavere, ne ſi noſtro fuerint ſubſidio deſtituti, gravem ſentiant læſionem, Sanè ſignificâſti nobis in noſtra præſentia conſtitutus, quòd quidam in tua diœceſi commorantes, eo quòd in canonicorum ſanctæ Crucis, vel aliorum privilegiatorum ſunt fraternitate recepti, jura tibi Epiſcopalia non perſolvunt. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater, tuis precibus annuentes, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut quamdiu confratres hujuſmodi moram fecerint in domibus ſuis in habitu ſæculari, & ab Eccleſiis tuis Eccleſiaſtica receperint ſacramenta, ſicut priùs, tibi jura Epiſcopalia ſolvere teneantur. Nulli ergo, &c. Datum Laterani XIII. Kal. Martii.

EX LIBRO SECUNDO EPISTOLARUM

Innocentii III.

* Alias XXVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * I.

Illuſtri Regi Aragonum.

De vera moneta & pondere præcipit.

72. QUantò perſonam tuam inter alios Principes Chriſtianos ſinceriori charitate diligimus, tantò ſerenitati regiæ diligentiori ſolicitudine volumus præcavere, ne quid ei, quod abſit, immineat, quod vel in periculum animæ, aut in detrimentum terræ valeat redundare. Ex tenore ſiquidem literarum tuarum, & plurium Prælatorum, necnon & aliorum multorum in tuo regno conſiſtentium, nobis innotuit, quòd cùm adverſus inimicos Chriſtianitatis, qui præ magnitudine ſuæ potentiæ terram Hiſpaniæ tunc temporis occupabant, in auxilium chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caſtellæ Regis illuſtris cum armatorum multitudine feſtinares, quidam conſiliarii tui, quin immo potiùs deceptores, tuum animum induxerunt, ut jurares, irrequiſito aſſenſu populi, uſque ad certum tempus patris tui conſervare monetam, quæ tamen circa mortem ipſius fuerat legitimo pondere defraudata.

73. Quoniam autem eadem moneta eſt adeò diminuta, & minoris valoris effecta, quòd grave propter hoc in populo ſcandalum generatur; tu quod egeras, indiſcretè cupiens revocare, ac neceſſitati populi ſatisfacere, ab obſervatione juramenti prædicti, ex quo tibi & regno tuo metuis grave periculum imminere, poſtulâſti ſuppliciter à nobis abſolvi. Super quo diligens indagator veritate comperta, potuiſſet facilè intueri, quòd non tam erat abſolutio neceſſaria, quàm interpretatio requirenda. Quoniam quum juramentum feciſti, monetam aut falſam, aut legitimam eſſe credebas. Si falſam (quod de Regis ſerenitate non credimus) juramentum fuiſſet illicitum, & nullatenus obſervandum, & pro eo tibi eſſet pœnitentia injungenda, cùm juramentum ut eſſet iniquitatis vinculum non fuerit inſtitutum. Si verò ipſam legitimam eſſe credebas, juramentum licitum fuit, & uſquequaque ſervandum. Et ut irreprehenſibiliter obſervetur, conſulimus & mandamus, ut reprobatâ monetâ, quæ à legitimo pondere fuerat diminuta, alia ſub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, ſecundum eum ſtatum, quem tempore patris tui habuit meliorem: ita quòd & antiqua moneta, quæ ab illo ſtatu falſata non fuerat, cum ea pariter expendatur, per quod & diſpendium vitari poterit, & juramentum ſervari. Verumtamen ſi fortè monetam ipſam in præſtatione juramenti credebas à legitimo pondere diminutam, & tua ſuper hoc conſcientia te remordet, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Cæſar-auguſtanenſi, cui ſuper hoc ſcribimus, tuum humiliter confitere reatum, & ſatisfactionem, quam indixerit tibi pro illicito juramento, devotè ſuſcipias, & ſtudeas adimplere. Datum Laterani Nonis Aprilis.

Digitized by Google

EPISTOLA * II.

* Aliàs LIII. apud Baluzi.

Magiſtro, & fratribus Ordinis de Calatrava, tam præſentibus quàm futuris, ſecundùm Ordinem Ciſtercienſium Fratrum viventibus.

74. QUoties à nobis petitnr, &c. *uſque ad verbum*, annuimus. & felicis recordationis Alexandri & Gregorii prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontificũ veſtigiis inhærentes, præfatum locum Calatrava, & locũ de Salva-terra, in qno ad ſerviendnm Deo divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti paginâ commnnimns. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut inſtitutio, qnam Abbas & fratres Ciſtercienſes vobis in eodem loco morantibus, non nt familiaribus, ſed ut veris fratribus feciſſe dicuntnr, perpetuis temporibns ibidem inviolabilitet obſervetur; videlicet ut militaribus armis accincti, contra Sarracenos pro tuirione Chriſtiani populi fideliter dimicetis. Præterea, ea quæ de victu & veſtitu veſtro præfati Abbas, & fratres Ciſtercienſes, & nniverſum capitulum ejuſdem Ordinis, à vobis regulariter obſervanda ſanxernnt, vobis nihilominus confirmamus; videlicet, nt lineis in femoralibns tantùm vobis liceat uti. Veſtes qnoque moderatas, honeſtas, & commodas, ſecundum conſilium Morimunden Abbatis, & Magiſtri veſtri, cum ſcapulari pro habitu religionis habebitis. Veſtiti & cincti dormietis: & in oratorio, dormitorio, refectorio, & in coquina ſilentium jugiter tenebitis. Cavebitis autem, ne in qualicumque veſte, aut ſuperfluitatis argui, aut curioſitatis notari poſſitis. Tribus verò in hebdomada diebus, ideſt, feriâ tertiâ, qnintâ, & die Dominica, cum præcipuis ſolennitatibus, vobis carnibus veſci licebit. Uno tantùm ferculo, & unius generis, quantum ad carnes pertinet, contenti eritis, & ad menſam ubique ſilentinm tenebitis. Ab exaltatione quoque ſanctæ Crucis uſque ad Paſcha, tribus diebus, ſcilicet ſecundâ feriâ, quartâ, & ſextâ, præter Natale Domini, Epiphaniam, Hypapanti, & feſtivitates omnium Sanctorum, & Apoſtolorum, omnes qui præſentes domi fuerint, in ſeptimana qualibet jejunabunt. Qui autem in caſtris militiæ fuerint, pro Magiſtri arbitrio jejunia obſervabunt. Recipiuntur ſub protectione ſedis Apoſtolicæ.

75. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, &c. *uſque ad verbum*, vocabulis exprimenda. Calatrava cum portaricis ſuis, & quintis, & omnibus pertinentiis ſuis. Caſtellum de Caracui cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtellum Dolarcus cum pertinentiis ſuis. Caſtellum de Malagon, cum portaticis, & aliis pertinentiis ſuis. Caſtellum de Bene-vento cum omnibus pertinentiis fuis. Caſtellum de Suffera cum pertinentiis ſuis. Caſtellum de Gualdaferza cum pertinentiis ſuis. Domnm de Nombroca cum pertinentiis ſuis. Domos de Toleta cum tendis, molendinis, vineis, terris, & hortis. Eccleſiam Sancti Romani ultra Tagum cum pertinentiis ſuis. Domos de Talaveira cum vineis, olivetis, hortis, molendinis, canalibus, & puteis, & cum aldeis, & aliis pertinentiis ſuis. Domos de Salamancella cum pertinentiis ſuis. Domos de Macheda cum vineis, hortis, terris, & aliis pertinentiis ſuis. Mendeno cum ſuis pertinentiis. Sotello cum ſuis pertinentiis. Caſtellum de Affecha cum ſuis pertinentiis. Caſa-ſola cum ſuis pertinentiis. Alfondega cnm ſuis pertinentiis. Figarola cum ſuis pertinentiis. Caſtellum de Cyrol cum ſuis pertinentiis. Caſtellum de Sorita cum portaticis, quintis, aldeis, & aliis pertinentiis ſuis. Caſtellum de Almogera cnm portaticis, quintis, aldeis, & aliis perrinentiis ſuis. Belaga cum perrinentiis ſuis. Al monacir cum ſuis pertinentiis. Pengia cum ſuis pertinentiis. Onnon cum pertinentiis ſuis. Caſas de Collado, de Verniges, & Ova cum pertinentiis ſuis. Medietatem de Moracella cum pertinentiis ſuis. Caſtellum de Cogoſludo cum aldeis, & pertinentiis ſuis. Hæreditatem de Mollin, cum domibus ſuis, & cum aldea de Merla, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Soria. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Villareſ-pardos, cum omnibus domibus, aldeis, vineis, & earum pertinentiis. Caſtellum de Alcobella cum ſuis pertinentiis. Berezoſa cum Baldalbin, Eccleſiis, & pertinentiis ſuis Caſtellum-rubeum cum omnibus pertinentiis ſuis. Villam de Valvert cum pertinentiis ſuis. Burgell in Navarra cum Eccleſia, & aliis pertinentiis ſuis. Formella cnm pertinentiis ſuis. Hoſpitale de Bellora, cum Eccleſia & pertinentiis ſuis. Domum de Tormoſella, cum hæreditatibus & pertinentiis ſuis. Quintanella de Borona cum pertinentiis ſuis. Hæreditatem de Alvellos cum domibus & ſuis pertinentiis. Villas de Perros, & Canones in campo de Monnio cum ſuis pertinentiis. Terradellos ibidem cum ſuis pertinentiis. Fontodra juxta Amaya cum pertinentiis ſuis. Palatia in ripa de Piſorga cum ſuis pertinentiis. Medietatem de Avarcha cum Eccleſia ipſius loci, & pertinentiis ſuis. Famuſcu in rivo de Aſagera cum pertinentiis ſnis. Vallorabona in Epiſcopatu Palentino cum pertinentiis ſuis. Sanctam Mariam Domino Echa ſuper rivum de Piſorga, & villam Ramira in Alcordutella, & hæreditates in termino de Courel cum pertinentiis ſuis. Padellam cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, & pertinentiis ſuis. Ravanal cum Eccleſia juxta caſtrum Vert. & Val. in ripa de Stola, & navam cum pertinentiis ſuis.

Caſo

Caſo cum pertinentiis ſuis in Aſturus, cum Eccleſia, & pertinentiis ſuis. Villeſter juxta Bamba, Pallos in ripa de Doira, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Zamora cum pertinentiis ſuis. Pinos in Gallicia, & Congeli in Gallicia juxta Allariz, domum de Allariz, domos de Troncoſo, & Minium cum vineis, terris, & pertinentiis ſuis. Domum de Bene-vento ſuper Orvegnn cum pertinentiis ſuis. Vannexandines in terra de Aſtorga cum domibus & pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Majorica cum domibus & pertinentiis ſuis. Elpererii inter civitatem Rodrogo & Tronchoſo cum omnibus poſſeſſionibus & pertinentiis ſuis. Domos de Segobia cum tendis, vineis, & aliis pertinentiis ſuis. Erigerum cum omnibus pertinentiis ſuis. In Portugal, in civitate quæ dicitur Eſtora, duos alcazarel, vetus & novum, cum omni hæreditate regia, & aliis pertinentiis ſuis. Caſtellum de Guluce cum pertinentiis ſuis. Domos de Scaren cum hæreditate regia de Ortalogon, & pertinentiis ſuis. Caſtellum de Alcancthet, Alpedriz, Benameſi, Jurumenia, Alboſeira, Malſora, & Caſas de Ulixbona, cum vineis, & aliis pertinentiis ſuis. Cazaraboton, Sanctum Vincentium, Bolvaidi, Oriz. In Aragona caſtellum de Alcañiz, cum villa ſua, aldeis, & aliis pertinentiis ſuis. Medietatem de Maëlla cum olivetis, & pertinentiis ſuis. Pomer cum pertinentiis ſuis. Salvam-terram, caſtellum de Domniſronda, Sanctum Sylveſtrum, medietatem de Veilozeil, Contai, & Enforlopes. Caſtrum lege Ferraira, Cameles, & Ort, cum pertinentiis ſuis. Quintanella de Redofreſnos, Sanctum Felicem, & Los-barros cum pertinentiis ſuis, & Sanctum Nicolaum de Lamina, & Sequela, com pertinentiis ſuis. Sanè laborum, &c. Liceat quoque vobis clericos, &c. Prohibemus inſuper, ut nulli, &c. Cùm autem generale, &c.

76. Liceat etiam vobis in locis veſtris ſine manifeſto diſpendio vicinarum Eccleſiarum oratoria conſtruere, in quibus fratres, & familiæ veſtræ divinum audire officium, & Chriſtianam habere valeant ſepulturam. Clerici quoque Ordinis veſtri clericum Priorem habeant, cui profeſſionem faciant, reverentiam ac ſubjectionem impendant. Nihilominus verò præſenti decreto ſancimus, ut ſi quis in aliquem fratrum veſtrorum temerarias manus injecerit, niſi rationabilis cauſſa obſiſtat, excommunicationis ſententiâ ſit aſtrictus, & illud pro tutela veſtra, tam in ſententia, quàm in pœna, ſervetur, quod ſub Innocentio Papa de clericorum tuitione noſcitur inſtitutum. Regulares & antiquas conſuetudines Ordinis veſtri à prædeceſſoribus veſtris, & à vobis hactenus obſervatas, aliqua levitate mutari, ſeu etiam poſſeſſiones domorum veſtrarum alienari, niſi de Magiſtri providentia fiat cum conſenſu capitoli, vel majoris & ſanioris partis, auctoritate Apoſtolica prohibemus fieri.

77. Prohibemus Inſuper, ut infra fines parochiarum veſtrarum, quas à Sarracenis acquiſiſtis, vel in poſterom acquiretis, capellas, vel oratoria, ſeu Eccleſias, nullus audeat ſine aſſenſu veſtro conſtruere, ſi vos pro neceſſitate populi duxeritis conſtruendas; in quibus cùm conſtructæ ſuerint, liceat vobis clericos eligere, & Epiſcopo præſentare, quibus, ſi idonei ſuerint, Epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Præterea, novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſve Eccleſiaſticis ſæcularibuſve perſonis, vobis omnino fieri prohibemus. Chriſma verò, &c. Inhibemus adhuc, ne interdictos, &c. Ad hæc, libertates, &c. Decernimus ergo, &c. Salva in omnibus ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. Datum Laterani per manum Rainaldi domini Papæ notarii, cancellarii vicem agentis. IV. Kal. Maji, Indict. II. Incarnat. verò Domini anno MCXCIX. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ III. anno II.

* Aliàs LXIV. apud Baluzium.

EPISTOLA * III.

Oxomenſi Epiſcopo.

Confirmantur ſtatuta facta per eum in Eccleſia ſua.

78. ORdinem religionis plantare, ac fovere plantatum, ex officii noſtri debito provocamur; & ſic religioſis locis Apoſtolicum nos convenit præbere patrocinium, & ſavorem, quòd ſub regimine ac gubernatione noſtra aſſiduis proficere valeant incrementis. Intelleximus ſiquidem per ſcriptum authenticum ſigillo tuo, & venerabilis fratris noſtri Toletani Archiepiſcopi communitum, quòd tu de communi conſenſu totius capituli Oxomenſis, auctoritate præfati Archiepiſcopi, conſenſu etiam & conſilio chariſſimi in Chriſto filii noſtri A. Regis illuſtris Caſtellæ, deliberatione provida ſtatuiſti, ut ſecundùm præceptum felicis recordationis Alexandri & Lucii Rom. Pont. in Oxomenſi Eccleſia ſint de cætero canonici regulares, nec aliquis in portionarium, vel ſæcularem canonicum recipiatur deinceps in eadem. Quædam etiam alia capitula ſtatuiſti, quæ in eodem ſcripto perſpeximus contineri. Volentes igitur quod à te videtur pia deliberatione ſtatutum, debita firmitate gaudere; conſtitutiones ipſas (quas poſſemus reſtitutiones potiùs nominare, cùm à longis retrò temporibus hoc ipſum de Oxomenſi Eccleſia fuerit, ſicut aſſeris, à Romanis Pontificibus ordinatum) ſicut ipſæ à te rationabiliter factæ ſunt, & à tuo receptæ capitulo, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Nulli ergo, &c. Datum Laterani V. Idus Maji.

EPI-

EPISTOLA * IV.

* Aliàs LXV. apud Baluziũ.

Oxomenſi Epiſcopo.

79. TUa nos duxit fraternitas conſulendos, ſi de clericis publicè concubinas habentibus, qui quando conveniuntur à te, ſe eſſe concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accuſator, credendum ſit teſtimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoſcuntur. Nos igitur conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi crimen eorum ita publicum eſt, ut meritò debeat appellari notorium, in eo caſu, nec accuſator, nec teſtis eſt neceſſarius, cùm hujuſmodi crimen nulla poſſit tergiverſatione celari. Si verò publicum eſt, non ex evidentia, ſed ex fama; in eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt, cùm non ſit teſtimoniis, ſed teſtibus judicandum. Sed ſi de clericis illis talis habeatur ſuſpicio, ut ex ea ſcandalum in populo generetur; licèt contra ipſos non apparuerit accuſator, tu tamen eis canonicam potes Indicere purgationem: quam ſi præſtare noluerint, vel defecerint in præſtanda, eos poteris canonica animadverſione punire. Datum Laterani V. Idus Maji.

Concubinarii publici punìantur: clancularìis indicatur purgatio

EPISTOLA * V.

* Aliàs LXVII. apud Baluzium.

Hiſpano decano Toletano.

80. SAcroſancta Romana Eccleſia, &c. *uſque ad verbum*, ſuſcipimus. Specialiter autem decanatum Toletanæ Eccleſiæ, ſicut illum juſtè poſſides & quietè, devotioni tuæ, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus, ſtatuentes ut ſi te in aliquo gravari præſenſeris, liberè tibi liceat ſedem Apoſtolicam appellare. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani XVI. Kal. Junii.

Recipitur ſub protectione B. Petri, & ſedis Apoſtolicæ.

EPISTOLA * VI.

* Aliàs LXVIII. apud Baluzium.

Hiſpano archidiacono de Colera.

81. CUm à nobis petitur, &c. *uſque ad verbum*, aſſenſu. Archidiaconatum de Colera, quem in Segobienſi Eccleſia dilectus filius G. Sancti Angeli diaconus Cardinalis, dum in partibus Hiſpaniæ legationis fungeretur officio, cum omni jure, ac pertinentiis ſuis tuæ tibi contulit intuitu probitatis, ſicut illum juſtè poſſides & quietè, & in ejuſdem Cardinalis authentico continetur, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVI. Kal. Junii.

Confirmatur ſibi dictus archidiaconatus

EPISTOLA * VII.

* Aliàs LXX. apud Baluziũ.

Epiſcopo Abulenſi.

82. EX parte dilectorum filiorum capituli Abulenſis fuit in audientia noſtra querimonia recitata, quòd cùm homines tuæ diœceſis in caſtris, & in ipſa civitate morantes, de tribus partibus frugum totius agriculturę ſuæ, molendinorum etiam, & hortorum; & rutticolæ de quarta parte parochialibus Eccleſiis, à quibus Eccleſiaſtica percipiunt ſacramenta, decimas ſolvere teneantur; licèt miniſtri Eccleſiarum ipſarum ferè nullos habeant reditus præter decimas, unde valeant ſuſtentari; domini prædictorum hortorum & molendinorum ipſa tradunt Sarracenis in grave detrimentum Eccleſiarum, & præjudicium excolenda, qui nolunt Eccleſiis, ſicut olim Chriſtiani ſolebant, freti potentia & favore illorum, à quibus illis excolenda traduntur, decimas exhibere. Volentes igitur ipſis Eccleſiis, & earum miniſtris ſuper hoc, prout convenit providere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus niſi Sarraceni illi ad commonitionẽ tuam cum ea integritate, qua Chriſtiani ſolebant, prædictas decimas Eccleſiis voluerint exhibere, eis facias communionem à Chriſtianis ſuper mercimoniis rerum venalium, & aliis penitùs denegari; Chriſtianos illos, qui talibus contra formam mandati Apoſtolici communicare præſumpſerint, à ſua præſumptione per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcens. Datum Laterani XII. Kal. Junii.

Ut Sarraceni ſolvant decimas Eccleſiæ parochiali.

* Aliàs LXXV. apud Baluzium.

EPISTOLA * VIII.

Compoſtellano Archiepiſcopo, & univerſis Epiſcopis in regno Legionenſi conſtitutis.

Ut per excommunicationis, & interdicti ſententiam, Rex legionis, & Regis Caſtellæ filia in gradu prohibito copulati, ſeparentur.

83. ETſi neceſſe ſit, ut ſcandala veniant, væ tamen eſt homini illi, per qnem ſcandalum venit. Quot enim turbationes & ſcandala diebus noſtris orbi ſupervenerint univerſo, hodie plus experimut in facto, quàm ſcriptum reperiamus in libro. Neceſſe eſt autem, ut veniant ſcandala; non ſolùm ſcilicet inevitabile, ſed & utile: quoniam in quo deficit malus, proficit bonus, & aurnm in fornace probatur. Inter cætera verò in quibus ſcandalizatur hodie populus Chriſtiann s, præcipuum eſt perſecutio paganorum: quæ tam in Oriente, quàm in Occidente, peccatis exigentibus, invaluit ultra modum: contra quam utrobique ſimile quodammodo putaverunt remedium invenire; ſed quia Deum ante ſuum non propoſuere conſpectum, quod inventum eſt in remedium, in periculum eſt converſum. Sanè in Otiente una fuit duobus inceſtuosè conjuncta: in Occidente verò unns ſibi duas præſumpſit jungere per inceſtum. Et inceſtui quidem in Oriente commiſſo, non ſolùm conſeoſus, ſed & auctoritas clericorum ibi conſiſtentium interceſſit. Sed in deteſtabili copula in Occidente contracta, licèt non abſque quorundam Eccleſiaſticorum virorum aſſenſu fuerit forſitan attentata; auctoritas tamen Eccleſiaſtica nullatenus intervenit. Volens autem Deus majus peccatum vindicare celeriùs, & à ſimilibus alios deterrere; tam Conradum quondam Marchionem, qui Reginæ Hieroſolymitanæ priùs adhæſerat per inceſtum gladio, quàm Henricum quondam Campaniæ Comitem, qni ei & in culpa quodammodo, & pœna ſucceſſit præcipitio, utrumque verò morte imprævisa peremit. Nondum autem in hujus iniquitatis auctores in Occidente ſuam exercuit ultionem. Sed quantò longanimius ſuſtinet, tantò forſan ſeveriùs vindicabit.

84. Licèt autem Apoſtolica ſedes quod ſuper hoc ſuerat in Oriente commiſſum, propter malitiam temporis, & perſecutionem urgentem diſſimulare ſit viſa; ad vindicandum tamen quod in Occidente ſuerat attentatum, rigore canonicæ diſtrictionis eſt uſa. Nam cùm ad bonæ memoriæ Cœleſtini Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perveniſſet, quòd Rex Legionenſis filiam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Portugalliæ Regis illuſtris inceſtuosè ſibi præſumpſerat copulare, tam Regem ipſum Portugalliæ, quàm inceſtuosè conjunctos, excommunicationis ſententiâ innodavit, & Legionen, ac Portugalliæ regna ſententiæ ſuppoſuit interdicti. Unde quod illegitimè factum ſuerat, eſt penitùs revocatum. Verùm dictus Rex Legionenſis ad deteriora manum extendens, ſicut is, de quo dicit Scriptura: *Væ homini illi, qui poſt ſe trahit peccatum quaſi longam veſtem, & impius, cùm venerit in profundum vitiorum, contemnit*; filiam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis illuſtris Caſtellæ, neptem videlicet propriam, impudenter ſibi contra interdictum Eccleſiæ copulare præſumpſit. Quòd cùm ad noſtram notitiam perveniſſet, dilectum filium fratrem Raynerium, virum ſcientia & religione pariter reverendum, Deo & hominibus obtentu ſcientiæ & honeſtatis acceptum, in Hiſpaniam duximus deſtinandum; ut juxta verbum propheticum diſſolveret colligationes impietatis, ſolveret faſciculos deprimentes: qui per Dei gratiam ab omni munere manus excuſſit; ita ut quod legitur, de ipſo poſſit verè referri: *Non fuit qui ditaverit Abraham*.

85. Ipſe igitur cùm in Hiſpaniam perveniſſet, dictum Regem Legionenſem ſemel & iterum ex parte noſtra commonuit diligenter, ut à tam deteſtabili & nefanda copula reſiliret, univerſis colligationibus diſſolutis, quæ fuerant pro ipſa copula conſummanda contractæ. Sed cùm apud Deum nihil prorſus monitis profeciſſet, certum ei diem aſſignavit & locum; & cùm ipſum, etiam ultra terminum, exſpectâſſet, in eum ſe contumaciter abſentantem, juxta formam mandati noſtri, excommunicationis ſententiam promulgavit, & regnum Legionenſe interdicto generali concluſit. In memoratum verò Regem Caſtellæ, vel terram ſuam, in nullo proceſſit, cùm idem Rex ſe mandatis ejus exponetet, & quòd reciperet filiam ſuam, ſi ſibi redderetur, proponeret aſſertivè: quod utrum ex animo fecerit, ille pleniùs novit qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum. Nuper autem venerabiles fratres noſtri Toletanus Archiepiſcopus, & Epiſcopus Palentinus, ex parte ipſius Regis Caſtellæ, & ex parte Legionen. venerabilis fratet noſter Zamorenſis Epiſcopus, ad ſedem Apoſtolicam accedentes, poſtulabant, ut cum eodem Rege Legionen. & filia dicti Regis Caſtellæ deberemus ſuper tam inceſtuoſa copula diſpenſare. propter quod, niſi ſpecialis illa gratia, quàm ad devotionem dicti Regis Caſtellæ habemus, motum noſtri animi temperâſſet, in ipſos ita curaſſemus ſeveritatem Eccleſiaſticam exercere, quòd nulli de cætero temporibus noſtris ad nos repudiatas toties & damnatas petitiones afferrent; cùm ipſi etiam noverint quòd id ab eodem prædeceſſore noſtro ſæpiùs poſtulatum fuerit, & ab eo inhibitum, non indultum.

86. Tandem verò intelligentes Archiepiſcopus & Epiſcopi memorati, quòd non ſolùm indulgen-

Digitized by Google

dulgentiam ſuper hoc à nobis, ſed vix etiam poſſent à nobis audientiam impetrare; interdictum in terram dicti Regis Legionenſis prolatum tandem à nobis poſtulavere remitti; aſſerentes quòd ex eo triplex toti regno periculum, ab hæreticis, Sarracenis, & Chriſtianis etiam imminebat. Ab hæreticis: quia cùm per interdictum ipſum clauſa eſſent in partibus illis ora paſtorum, non poterant fideles per eos contra hæreticos inſtrui, & ad reſiſtendum eis aliquatenus informari. Unde cùm ex hoc, tum quia Rex Legionenſis, ab Eccleſia ſe aſſerens aggravatum, eis minimè reſiſtebat, invaleſcebant contra fideles hæretici, & in regno ipſo hæreſes variæ pullulabant. A Sarracenis: quoniam cùm per exhortationes & remiſſiones Eccleſiæ Hiſpaniarum, populus conſueviſſet ad expugnationem paganorum induci; ceſſante prædicatorum officio, populi etiam devotio tepeſcebat: quia cùm ſe cum Principe ſuo, quoad interdictum eidem videret pœnæ ſubjectum, à culpa, cui vel tacendo conſenſerat, fortè ſe non credebat immunem. propter quod minus circa debellationem Sarracenorum fervebat, ne decederet in peccato. A Catholicis: quia cùm clerici laïcis ſpiritualia miniſtrare non poſſent, laïci clericis temporalia ſubtrahebant, oblationes, primitias, & decimas detinentes. Unde cùm clerici ex his pro majori parte in partibus illis conſueverint ſuſtentari, eis ſubtractis, non ſolùm mendicare, ſed fodere & ſervire Judæis, in Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis opprobrium, cogebantur. Videbatur autem difficile petitioni eorum annuere, & ſententiam ex animo, ordine, & cauſſa latam canonicè ſine ſatisfactione congrua relaxare. Ex animo ſiquidem: quia ſicut Deus perhibet teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ad hoc nonniſi juſtitiæ, & honeſtatis obtentu proceſſimus; cùm ex contrario, potiùs contra nos oriri præſumptio potuiſſet, ſi tam deteſtabile facinus duxiſſemus in patientia tolerandum. Ex ordine: quia dictus frater R. poſt commonitiones & dilationes legitimas, tandem diſtrictione percuſſit Eccleſiaſtica contumacem. Ex cauſſa: exemplo divino, videlicet, & humano. Divino: quia cùm David in populi numeratione peccâſſet, Dominus in populum vaſa ſui furoris effudit. Unde idem David dixiſſe legitur, peccatum ſuum Domino confitendo: *Ego ſum qui peccavi, ego qui iniquè egi. Iſti, qui oves ſunt, quid fecerant? Auferatur, obſecro, facies tua, Domine, à populo tuo.* Humano, cùm jam dictus prædeceſſor noſter (ut non longè petantur exempla) in prædictos Portugalliæ & Legionen. Reges, & regna ipſorum prædictas ſententias curaverit promulgare. Eſſet inſuper res mali exempli: quia ſi forſan in alia regna ſimilem nos contingeret promulgare ſententiam, ſimilis à nobis gratia peteretur: quam ſi forſitan negaremus, apud nos eſſe videretur acceptio perſonarum. Ex hoc etiam de nobis poſſet apud aliquos oriri ſuſpicio, præſumentibus fortè quibuſdam, quòd ad id moveremur ex cauſſa latenti.

87. Licèt igitur ex cauſſis præmiſſis non videretur dicta petitio admittenda; quia tamen ubi eſt multitudo in cauſſa, detrahendum eſt aliquid ſeveritati, ut majoribus malis ſanandis charitas ſincera ſubveniat, in eo ad petitionem prædictorum Archiepiſcopi, & Epiſcoporum gratiam, de communi fratrum noſtrorum conſilio duximus faciendam, ex quo videbantur impedimenta expreſſa ſuperiùs provenire. Relaxavimus ergo non in totum, ſed in una parte ſolummodo, interdictum; nec perpetuò, ſed ad tempus, quamdiu ſcilicet nobis placuerit, & viderimus expedire; ut probemus interim ſpiritus, ſi ex Deo ſint, & an (ſicut iidem Archiepiſcopus & Epiſcopi aſſeverant) ſperata inde utilitas ſequeretur; ſic videlicet ut in regno ipſo divina celebrentur officia; ſed decedentium corpora ſepulturæ Eccleſiaſticæ non tradantur. in quo tamen clericis gratiam facimus ſpecialem; in eo videlicet, ut in cœmiterio Eccleſiaſtico, ceſſante ſolennitate ſolita, tumulentur. Quod licèt aliquibus poſſet abſonum fortè videri, ut officio reſtituto ſepultura Eccleſiaſtica denegetur; quia juxta canonicas ſanctiones, cui communicavimus vivo, communicare deberemus & mortuo; rectè tamen intelligentibus nihil ex hoc incongruitatis occurrit, cùm juxta Lateranenſis inſtituta Concilii decedentes ex torneamentis, etſi per pœnitentiam reconcilientur Eccleſiæ, Chriſtianâ tamen ſepulturâ priventur. Ut autem non remittere pœnam, ſed commutare potiùs videamur, dictum Regem Legionenſem, & memoratam filiam Regis Caſtellæ, ac omnes principales eorum conſiliarios & fautores, excommunicationis curavimus ſententiâ innodare; mandantes, ut ad quamcumque civitatem, oppidum, vel villam devenerint, nullus ibidem eis præſentibus divina præſumat officia celebrare.

88. Dicto autem Regi Caſtellæ, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Reginæ uxori ejus dabimus in mandatis, ut quòd ſtent mandatis noſtris juratoriam exhibeant cautionem, & vel exprimant in juramento, quòd ad diſſolvendam tam illegitimam copulam dent operam efficacem, vel id nos eis faciemus præſtito juramento mandari. Nec credimus quòd ſuper hoc ſe aliquatenus nobis exhibeant contumaces, cùm quòd ſtarent mandatis Eccleſiæ in manibus prædicti fratris R. (ſicut ex literis ejuſdem Regis apparet) firmiter promiſiſſent, & impendiſſent cauſſam ſufficientem ad copulam hujuſmodi conſummandam. Quòd ſi forſan (quod non credimus) mandatis noſtris noluerint obedire; ipſos & principales eorum conſiliarios & fautores excommunicari mandabimus, & quocumque devenerint, divina prohibebimus officia celebrari; ut ſic ſaltem ad mandatum Eccleſiæ revertantur, juxta quod legitur in Pſalmiſta: *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum, Domine.*

89. Quia verò caſtra quædam, quæ idem Rex Legionenſis dictæ filiæ Regis Caſtellæ in dotem tradidiſſe proponitur, ita ut ſi eam aliqua occaſione relinqueret, ipſa cederent in jus ejus, impedimentum præſtare videntur hujuſmodi copulæ diſſolvendæ, cùm caſtra ipſa non tam ob turpem

quàm ob nullam potiùs cauſſam ſiut data, utpote cùm inter eos matrimonium non exiſtat, & ideo nec dos, nec donatio propter dutem, ue ad commodum ei cedat quod debet ln pœuam ejus potiùs retorqoeri; caſtra ipſa reſtitui volumus, & ad id puellam ipſam per excommunicationis ſeutentiam coarctari: auctoritate Apoſtolica decernentes, ot ſi ex tam inceſtuoſa & damnata copula proles eſt, vel fuerit quæcumque ſuſcepta, ſpuria, & illegitima penitùs habeatur, qoæ ſecundom ſtatuta legitima iu bonis paternis nolla prorſus ratione ſuccedit. Quòd ſi nec ſic prædicti Rex Legionenſis, & filia Regis Caſtellæ à ſe invicem juxta maudatum Apoſtolicum diſcedere maturârint, in eos diſtrictionem curabimus graviſſimam exercere, quam ad cautelam præſentibus non duximns literis explicandam. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus factam vubis ab Apoſtolica ſede gratiam, gratiùs proſequentes, ſic utamini permiſſione noſtra in celebrandis officiis, ut decedantium corpora, niſi clerici fueriut, tumulare nullateuus præſumatis.

9●. Si quos autem poſt latam in regnom ipſum ſententiam interdicti ante ſuſceptionem præſentium, divina inveneritis officia celebrâſſe, ſinguli veſtrûm in ſua diœceſi talium præſumptionem aoctoritate freti Apoſtolica, ſublato appellationis obſtaculo, canonica diſtrictione percellant. Si verò aliquis veſtrûm, fratres Epiſcopi, in hoc deliquerit, excepto Salmanticenſi, cujus correctiouem ſedi Apoſtolicæ reſervamus, tu frater Archiepiſcope, auimadverſione ipſum canonica non differas caſtigare. Volumus autem nihilominus, & diſtrictè vobis præcipiendo mandamus, quateuus ad quamcumqoe civitatem, villam, oppidum, vel Eccleſiam dictus Rex Legioneuſis, & ſupradicta filia Regls Caſtellæ, vel priucipales fautores & conſiliarii eorum, fortè devenerint, divlna ibidem officia, quamdiu ipſi præſentes fueriut, uullateuos celebrentur. Si quis aotem contra hoc venire præſumpſerit, divina eis officia celebrando in civitatibus, villis, caſtellis, oppidis, aut Eccleſiis, vel ubicumque ipſi præſentes exſtiterint, vos temeritatem ipſorum, appellatione poſtpoſita, non differatis canonica diſtrictioue ferire. Datum Laterani ut ſuprà.

* Alias CIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * IX.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo.

Decernit Apl. Episcopatus Ulixbonenſem & Elborenſem eſſe ſubjectos Archiepiſcopo Compoſtellano.

91. IN cauſſa duorum Epiſcopatuum, videlicet Ulixbonenſis & Elborenſis, quæ iuter te ac venerabilem fratrem noſtrum Bracarenſem Archiepiſcopum vertebatur, cojus examinationem plenariam, ſolâ ſententiâ ſedi Apoſtolicæ reſervatâ, felicis recordationis Urbanos Papa prædeceſſor noſter Vice-domluo Brixienſi, & magiſtro I. Bergomeu. commiſit io Hiſpaniam deſtinatis, te coram ipſo Vice-domino, altero jam collega poſt citationem defuocto, contra dictum Archiepiſcopum ln iuitio propoſuiſſe cognovimus, qoòd Bracarenſis Archiepiſcopus poſt literas citationis receptas, poſt appellationem & inhibitionem à te interpoſitas, ue iu prædictis Epiſcopatibus aliquid in tuum præjudicium attentaret, electos illius temporis conſecravit. Unde te offenſum graviter querebaris. Ubi à te uihilomiuus fuit propoſitum contra ipſum, quòd ante invaſionem barbaricam Velixbona & Elbora civitates ad Emeriteu. Metropolim pertinebant; ſed ea poſtmodom captivata, & ipſe cum ea captivæ fueruut, donec diguitas ejus cum omui jure ſuo in Compoſtellanam Eccleſiam eſt translata. Dictæ quoque civitates Chriſtianorum cultui ſont faciente Domlno reſtitutæ: de qnibus uſque ad tempora jam dicti prædeceſſoris noſtri non fuit in dubium revocatum, qoin ad Compoſtellanam Eccleſiam; licèt Rex Portugalliæ ad ſuggeſtionem Bracarenſis Eccleſiæ jus Eccleſiæ Compoſtellanæ pluries moleſtârit: pro cujus prohibitione ſecundus Elborenſis electus in tantum diſtulit conſecrari, quòd abſque conſecrationa deceſſit: cujus ſucceſſor, & tertius Ulixbonenſis electus, præfato Rege vivente non fuerunt ab aliqoo conſecrati.

92. Hujus autem violentiam ſucceſſor filius ſuperavit, cogens Bracarenſem Archiepiſcopum, cogi volentem, ut jam dictos electos, quod pater nuuquam fecerat, conſecraret. Contra quod ex parte rua priùs fuerat ad ſedem Apoſtolicam appellatum: à qoa commiſſionem, de qua præmiſimus, imperrâtas; proponens coram dicto Vice-domino Brixienſi, te illos duos Epiſcopatus poſſidere, ac poſſediſſe, atque ad tuam ipſos Eccleſiam pertinere; petens nihilominus, ut Bracarenſis Archiepiſcopus tibi de illatis lnjuriis ſatisfaceret, & cohiberetur de cætero, ne in prædictis Epiſcopatibus te liberè uti juriſdictione Metropolitica impeditet, quos ad Eccleſiam tuam iudubitatè ſpectare, per Apoſtolicæ ſedis privilegia, Concilia quoque, diviſioues, & hiſtorias, & publicam famam, ſicut in cauſſa quatuor Epiſcopatuum feceras, oſtendere nitebaris; parte altera reſpondente, Bracarenſem Eccleſiam illos duos Epiſcopatus, & poſſidere tunc, & ab eo tempore poſſediſſe, qoo per gratiam Dei & virtutem A. Regis Portugalenſis duæ civitates prædictæ de manu paganorum fuerunt liberatæ, atqoe ad cultum Fidei Chriſtianæ per Bracarenſis Archiepiſcopi prædicatiouem reductæ, & jure ſuo ſic uſum Archiepiſcopum Bracarenſem aſſerebat tibi aliquatenus injuriam non feciſſe. Ex iis ergo circa injuriarum poſſeſſionis & proprietatis articulos intentionem tuam aſſerebas eſſe fundatam, & ad ſingulos articulos partem alteram reſpondiſſe; ad injurias quidem,

quidem & poſſeſſionem expreſsè, ad proprietatem verò latenter: cùm juxta canonicas ſanctiones quicumque ad ſuam cathedram pertinentia loca lucrari negligunt in Catholicam unitatem, ſi poſt tempus canonicum id moniti non effecerint, ad eum perveniant qui poterit ea ſua prædicatione lucrari.

93. Porrò Bracarenſis Archiepiſcopus reſpondebat, quòd cùm in præmiſſo judicio ſatisfactio tantùm injuriarum petita fuiſſet, & ut cohiberetur Archiepiſcopus Bracarenſis, ne impediret te uti juriſdictione Metropolitica in illis duobus Epiſcopatibus, ſicut ex forma libelli conjicitur manifeſtè, profectò nec proprietatem, nec poſſeſſionem ab eo jam petere poteras in præſenti judicio, præſertim cùm te diceres poſſeſſorem. Unde proprietatem vel poſſeſſionem ab eo petere non valebas, quæ nonniſi à poſſidentibus repetuntur: adjungens, quòd etſi ad proprietatem, vel poſſeſſionem aliquid pertinens à parte ſoa coram nobis fuerit allegatum, cùm jus ſuum fuerit proteſtata, non debebat in ejus diſpendium redundare. Interdictum quoque uti poſſidetis, quod in hoc caſu locum videbatur habere, cùm utraque partium ſe poſſidere diceret; tibi non competere proponebat; cùm te, ſicut dicebat, non probaveris poſſeſſorem, nec interdicto illo alius agere valeat, quàm poſſeſſor: in quo ille debet per ſententiam obtinere, qui nec vi, nec clam, nec precario ab altero poſſidet. Tu verò poſſeſſionem Eccleſiæ tuæ multipliciter oſtendere ſatagebas, tam per confeſſiones adverſæ partis, quàm per electorum, & Epiſcoporum recognitiones, & profeſſiones, & obedientiam eorundem, quàm etiam per exſecutiones Romanorum Pontificum: quæ ſingula tam inſtrumentis quàm teſtibus afferebat eſſe probata. Interrogatus enim in jure G. Bracarenſis Archiepiſcopus proximus anteceſſor iſtius, ſi credebat aliquem prædeceſſorum ſuorum hos Epiſcopatus aliquando poſſediſſe, reſpondit: Quidam dicunt ſic; quidam non, & ideo neſcio quibus credam. & addidit poſtea: Nec inde certus ſum, nec incertus. Quæ verba in id eum videbantur inducere, ut nullum prædeceſſorum ſuorum crederet poſſediſſe. Primus autem poſt liberationem Ulixbonen. Epiſcopus G. nomine, necnon & Alvarus ſucceſſor ipſius, profeſſionem fecerunt in ſcriptis, & etiam manualem Compoſtellano Archiepiſcopo, & ei ſicut Metropolitano ſuo reverentiam & obedientiam impenderunt.

94. Tertius quoque, qui ſupereſt, dum adhuc eſſet electus, idem cum tota ſua Eccleſia recognovit, veniens ut confirmationem electionis, & munus conſecrationis reciperet ab Archiepiſcopo memorato, niſi de medio ferè itineris per prohibitionem Regis ſui fuiſſet ad propria revocatus; ſicut per multos teſtes afferebas eſſe probatum. Exſecutiones quoque Romanorum Pontificum, videlicet Alexandri, Lucii, & Cœleſtini, qui poſſeſſionem quam te habere, licèt cum perturbatione credebas, declarare voluerunt, demonſtrant, quòd te in plenum juriſdictionis uſum inducere curaverunt, facultatem tibi liberam tribuentes ſuſpendendi, excommunicandi, & electionem caſſandi, præcipientes etiam ſententias à te latas inviolabiliter obſervari, ſicut in eorundem literis continetur. Pro juriſdictionis autem exſecutione liberè obtinenda in Elborenſi Epiſcopatu punitus eſt Bracarenſis Archiepiſcopus, in Epiſcopatibus Gallæciæ tibi per ſedem Apoſtolicā aſſignatis, ſicut in literis bonæ memoriæ Alexandri Papæ continere dicebas. Ex literis etiam Ulixbonenſis Epiſcopi, quas oſtendebas bullatas, oſtendere nitebaris, quòd Elborenſis Epiſcopus ſententiam à te latam in ipſum inceperat obſervare.

95. Bracarenſis autem Archiepiſcopus reſpondebat, profeſſiones prædictas non eſſe per teſtes approbatas, quandam ipſis teſtibus de ratione temporis impoſſibilitatem objiciens, afferens etiam quòd per profeſſiones hujuſmodi, clam ignorante Bracarenſi Archiepiſcopo factas, non potuit Eccleſia Bracarenſis ſua poſſeſſione privari; cùm & quædam earum factæ fuiſſe probētur quum Ulixbonenſis Epiſcopus exſulabat; poſſeſſionem ſuam multò pleniùs & efficaciùs ſatagens comprobare, cùm omnes Epiſcopi à liberatione civitatum illarum in illis duobus Epiſcopatibus per Bracarenſem Archiepiſcopum fuerint conſecrati, qui ei tamquam ſuo Metropolitano reverentiam & obedientiam impenderunt, venientes ad Concilia Bracaren. tanquam proprii ſuffraganei, & querelas ſoas coram eodem Archiepiſcopo proponentes, ſicut per multos teſtes afferebat, & tuæ partis quædam etiam inſtrumenta ſufficienter eſſe probatum. Literas autem bonæ memoriæ Cœleſtini Papæ prædeceſſoris noſtri ſuper eodem negotio pro te contra Bracarenſem Eccleſiam impetratas, in nullo ſibi poſſe præjudicare dicebat, cùm lite pendente fuerint impetratæ, quando non licet etiam ſupplicare. Tu verò præter præmiſſa fortiùs allegabas, quòd cùm G. Bracarenſis Archiepiſcopus, & M. canonicus, & clericus tuus olim eſſent in præſentia bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri pariter conſtituti, eodem M. clerico tuo firmiter proponente, quòd Bracarenſis Archiepiſcopus plures de ſuffraganeis tuis, & præcipuè Ulixbonen. & Elboren. Epiſcopos occupaverat, dictus Archiepiſcopus è contrà reſpondens aſſeruit, quòd præfatos Epiſcopos nullatenus detineret, nec ab eis obedientiam vel reverentiam aliquam exigeret, nec etiam quomodolibet impediret quominùs tibi & Eccleſiæ tuæ obediant, & ſubjectionem impendant.

96. Adjecit etiam, quòd cùm nobilis vir Dux Portugallenſis, civitatem Elborenſem cœpiſſet, ne in paganiſmum rediret, inſtantiâ ejus prædeceſſor ſuus ibidem Epiſcopum conſecravit; ſed tamen ab eo nullam obedientiam vel reverentiam requiſivit; immo ut Eccleſiæ Compoſtellanæ obediret, mandavit: qui nondum propter paupertatem, & quia nimirum remotus eſt, ad tuam acceſſit Eccleſiam. De aliis verò Epiſcopatibus, quos idem M. clericus tuus dicebat ad tuam Eccleſiam

ſiam pertinere, dixit quòd ad Eccleſiam ſuam ſpectant, & ſibi jure Metropolitico debent ſubeſſe, & ſuper hoc privilegia Romanorum Pontificum multa produxit. Cumque ab eodem nuncio tuo idem prædeceſſor noſter inſtantiùs requiſiſſet, ſi qua exinde privilegia Eccleſia tua haberet, & ipſe aſſeverâſſet ſe id omnino neſcire, ſtatuit ut Epiſcopi, quos Bracarenſis non recognovit, ad te pertinere, aſſereos ad Eccleſiam ſuam ipſos ſpectare, ei, & Eccleſiæ ſuæ quouſque hoc judicio definiretur, obedientiam & reverantiam impendant, & ipſe prædictos duos Epiſcopos liberè tibi & Eccleſiæ tuæ obedire permittat.

97. Licèt autem Bracarenſis Archiepiſcopus contra prædictas literas allegaret, quòd illa confeſſio ſibi præjodicare non poterat, cùm io jure facta non fuerit, eo qoòd præfatus M. non procurator, aut reſponſalis, ſed canonicus tantùm, & clericus in illis literis appellatur; quia tamen ſæpedictus Bracarenſis Archiepiſcopus illas literas impetravit, & eis pro ſe uſus eſt in judicio, magnumque de illis commodum acquiſivit, & tu quod per eundem M. canonicum, & clericum tuum ſuper hoc factum fult ratum habes, & approbas (unde jam ille non poteſt objicere, quòd nullus pro parte tua ibi fuerit procurator. nam & quod per falſum procuratorem agitur in judicio, valee utique, ſi poſtea per dominom approbatur, tum etiam præſumendum ſit pro facto Romani Pontificis. Unde conjicitur quòd coram Alexandro Papa, qui ſtatutum illud emiſit, lis fuerit conteſtata) nos atteodentes quòd forma petitionis, quam tu in hoc judicio porrexiſti, eadem eſt cum forma conſtitutioois, quam dictus prædeceſſor noſter Alexander Papa feciſſe probatur, cum forma quoque aſpectionis, quam Bracarenſis Archiepiſcopus coram eodem Alexandro feciſſe dignoſcitur, ſuper quo teſtes in hoc judicio producti fuerunt, & atteſtationes etiam publicatæ, necnon & ſuper ipſis atteſtationibus diſputatum; rationibus & allegationibus utriuſque partis diligenter auditis, & cognitis, atteſtationibus quoque ac inſtrumentis viſis & intellectis, habito fratrum noſtrorum conſilio, de communi deliberatione decernimos, & ſententialiter definimos, ut Bracarenſis Archiepiſcopus, vel Eccleſia Bracarenſis, nullatenus te, vel Eccleſiam Compoſtellanam impediat, quominus in prædictis duobus Epiſcopatibus plenè ac liberè juriſdictionem Metropoliticam valeas exercere. Nulli ergo, &c. definitionis &c. Datum Laterani VI. Nonas Julii.

* Aliàs CV. apud Baluzium

EPISTOLA * X.

Bracarenſi Archiepiſcopo.

Quòd ſententia lata pro Archiepiſcopo Compoſtellano non præjudicet Bracarenſi.

98. CUm ſimus in ſede juſtitiæ, diſponeote Domino conſtituti, qoæſtiones quæ perferuntur ad ſedem Apoſtolicam terminandæ, ſubtili nos oportet examinatione diſcutere, juſtoque judicio definire: quia ſicut ejus ſententia non poteſt ab alio retractari, ſic aliis formam triboit judicaodi. Sanè inter alias controverſias, quæ inter Compoſtellanam & Bracarenſem Eccleſias vertebantur, ſuper ſententia quoque lata pro Compoſtellana Metropoli ſuper Epiſcopatu Zamorenſi non levis fuit quæſtio ventilata: pro qua te ac venerabili fratre noſtro Compoſtellano Archiepiſcopo in noſtra præſentia conſtitutis, quòd idem Epiſcopatus ad tuam Eccleſiam pertineret, ſenteotiam ſuper eo latam pro Compoſtellana Eccleſia petendo penitùs infirmari, oſteodere nitebaris. Olim enim à paganis capta Valentia civitate, Valentinus Epiſcopos per terræ Principem impetravit, ut ad ſuſteotationem ſuam ab Aſtoricenſi Epiſcopo, Zamora, quæ pars erat Aſtoricenſis diœceſis, cum quibuſdam aliis locis & terminis ſibi daretur, ubi tanquam Epiſcopus Pontificalia cœpit officia exercere, obediendo Archiepiſcopo Toletano, cujos exſtiterat ſuffraganeos, & à quo ſoerat conſecratus.

99. Videns autem hoc Aſtoricenſis Epiſcopus, ad quem Zamoram cum locis prædictis pertinere dicebat, ad Deus-dedit presbyterum Cardinalem, tunc Apoſtolicæ ſedis Legatum, acceſſit, tam de Archiepiſcopo Toletano, quã de tunc Epiſcopo Zamorenſi proponens in ejus auditorio quęſtionem: per cojus ſolicitudinem taliter proponebas fuiſſe compoſitũ inter partes, qoòd dictus Epiſcopus honore Zamorenſis Eccleſiæ, dum viveret, uteretur, niſi de auctoritate Apoſtolicæ ſedis loco mutato tranſiret ad ſedem aliqoam, quæ vacaret. quod ſi contingeret, Zamorẽſis Eccleſia, & campus Tauri Aſtoricenſis Eccleſiæ modis omnibus redderentur. alioquin, eo defuncto, idem penitùs ſervaretur. Cùm autem in eodam loco multitudo populi excreviſſet, dictus Toletanus, & Princeps terrę, nepos bonæ mem. Calliſti Papæ prædeceſſoris oostri, qui tunc ſedi Apoſtolicæ præminebat, rogaverunt eum, ut ſæpedictum Epiſcopum in Zamorenſem Præſulem confirmaret: quorum precibus acquievit, dans eidem Epiſcopo in mandatis, ut interim nulli profeſſionem faceret, nec Eccleſiam ſibi commiſſam permitteret alii ſubjugari, donec inſtrueretur ab ipſo quid eum facere oporteret. Audiens autem hoc Archiepiſcopos Toletanus, ad Apoſtolicam ſedem, juxta tuam aſſertionem, acceſſit: ubi de obedientia ſibi à Zamorenſi Epiſcopo impendenda, literas, ut dicebas, Apoſtolicas impetravit: qui poſt obitom primi Epiſcopi etiam alium ibi Epiſcopum conſecravit.

100. Propter quod tunc Archiepiſcopus Bracarenſis ad felicis recordationis Eugenium Papam prædeceſſorem noſtrum accedens, multis argumentis & rationibus aſſeveravit Zamorenſem

Eccle-

Eccleſiam ad Bracarenſem Metropolim pertinere. Unde ab eodem citatus fuit Archiepiſcopns Toletanus, in cujus præſentia utraque partium conſtituta, eorum auditis rationibus, & pleniùs intellectis, de conſilio fratrum, prædictam Zamorenſem Eccleſiam perpetuò ſubjectam eſſe decrevit Eccleſiæ Bracarenſi, ſicut in authentico ſententiæ continetur; mandans Epiſcopo, clero, & populo Zamorenſi, ut Bracarenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, tanquam Metropolitano proprio, debitam obedientiam & reverentiam exhiberent. Cujus auctoritate ſententiæ à piæ recordationis eodem Eugenio, Adriano, & Alexandro Romanis Pontificibus confirmatæ, quòd à Bracarenſi Archiepiſcopo apprehenſa fuerit poſſeſſio corporalis, per depoſitiones teſtium, & reſcripta quædam oſtendere ſatagebas. Conſequenter verò Compoſtellanus Archiepiſcopus, qui à tempore Calliſti ſemper tacuerat, ut dicebas, ad eundem Alexandrum acceſſit, & veritate tacita cum inſtantia nimia commiſſionem ſatis inſolitam impetravit, ut Zamorenſem Epiſcopum ad exhibitionem juſtitiæ de ſubjectione Zamorenſis Eccleſiæ, quam ſibi vendicare volebat, pro debito cogeret officii paſtoralis.

101. Quamvis enim Bracarenſis Archiepiſcopus, tempore patris & prædeceſſoris ſui Eugenii Papæ per ſententiam ejus contra Toletan. obtinuerit ſubjectionem Eccleſiæ Zamorenſis; quia tamen poſſeſſionem non habuit, & res inter alios acta, aliis non præjudicat; in conſcientia ſua idem Alexander Papa de conſilio fratrum ſuorum invenit, quod Compoſtellaous Archiepiſcopus convenire poſſet Epiſcopum Zamorenſem, & Epiſcopus deberet ei ſecundùm juris ordinem reſpondere. Unde Tiraſſonenſi, Abulenſi, & Portugallenſi Epiſcopis, mandando præcepit, ut Epiſcopum Zamorenſem monere curarent, & ipſius auctoritate compellere, quòd de ſubjectione ſuæ Eccleſiæ Compoſtellano Archiepiſcopo ſub eorum examine, occaſione, & contradictione ceſſantibus, non differret juſtitiæ plenitudinem exhibere. Bracarenſi quoque auctoritate Apoſtolica nunciareot, ut ſi ſuæ voluntatis exiſteret, eundem Epiſcopum coram eis ab ipſius Compoſtellani, ſi quo modo de jure poſſet, ſtuderet impetitione tueri. Qui ſi à Zamorenſi non vocatus ad cauſſam duceret appellandum, propter hoc cognitionem & deciſionem ipſius cauſſæ inter Compoſtellanum & Zamorenſem prætermitti, vel differri nolebat. Si verò Portugallenſis exſequendis præmiſſis nollet, vel nequiret adeſſe; alii duo ea nihilominus adimplerent. Has ſiquidem literas commiſſorias de ſuggeſtione falſitatis, iniquitate formæ, ac inæqnalitate mandati, tu coram nobis arguere ſatagebas. Suggeſſerat enim Compoſtellanus Archiepiſcopus, quòd non habueras poſſeſſionem Eccleſiæ Zamorenſis, quod falſum fuiſſe, per atteſtationes oſtendere nitebaris.

102. Mandabatur etiam delegatis judicibus, nt ſi Bracarenſis à Zamorenſi non vocatus ad cauſſam duceret appellandum, deciſio cauſſæ nullatenus tardaretur, quod iniquum admodùm prima facie videbatur; cùm quorum intereſt, audiri ſoleant appellantes. Et ſi Portugallenſis, qui erat ſuffraganeus Bracarenſis, nollet cauſſæ, vel non poſſet adeſſe; alii duo procedere non differrent, quod in ſuffraganeo Compoſtellanæ Eccleſiæ non mandabatur aliquatenus obſervandum, ut ſcilicet in ejus abſentia reliqui duo poſſent aliquid definire. Contra proceſſum quoque delegatorum judicum allegabas, quòd cùm tres judices locum idoneum partibus communiter aſſignâſſent, duo ex ipſis, ſuffraganei ſcilicet Eccleſiæ Compoſtellanæ, aliuſque tanquam medius delegatus in abſentia tertii, qui erat ſuffraganeus Bracarenſis, mutato loco communi deliberatione proviſo, alium ferè inacceſſibilem, partibus aſſignârunt. Qui cùm eſſet in Sarracenorum faucibus conſtitutus, & per decem dietas diſtaret ab Eccleſia Bracarenſi, propter Regum diſcordias, & alia multa impedimenta, illuc ire non potuit; Archiepiſcopus Bracarenſis petens per duos de ſociis ſuis cum literis excuſationis ad eoſdem judices deſtinatos, nt loco mutato, alium aſſignarent partibus competentem. Quod cùm facere noluiſſent, iidem nuncii ſedem Apoſtolicam appellârunt, ſicut etiam idem Archiepiſcopns per ſuas literas appellabat. Sed ipſi judices appellatione contempta, in cauſſa nihilominus proceſſerunt, Zamorenſem Eccleſiam per iniquitatem, & colludium, ut dicebas, Compoſtellano Archiepiſcopo aſſignantes. Quorum ſententiam aſſerebas multipliciter irritandam, propter manifeſtam ſuſpicionem duorum judicum, qui ſine tertio pro loco idoneo inacceſſibilem elegerunt, nec receperunt excuſationes & appellationem Eccleſiæ Bracarenſis, tam arduum negotium in momento temporis decidentes, cùm etiam in cauſſis minimis dilationes variæ poſtulantibus non negentur.

103. Unde propter hæc & ſimilia, tam coram ipſo Vice-domino priùs propoſitam, quàm poſtmodum coram nobis, petebas præmiſſam ſententiam infirmari, & conſequenter quicquid ex ea, vel ob eam fuit poſtea ſubſecutum. Cæterùm præfatus Compoſtellanur Archiepiſcopus pro Eccleſia ſua factum aliter proponebat, Zamoram ab antiquo partem Epiſcopatus Salmantini aſſerens exſtitiſſe, cumque Salmantina civitas poſt paganorum perſecutionem reſtituta fuiſſet cultui Chriſtiano, diœceſis illa, ſicut nunc pertinet ad Epiſcopum Zamorenſem, fuit Salmantino Epiſcopo totaliter reſtituta. Cujus ſubjectionem, mediantibus Hieronymo, Geraldo, & Munione Salmantinis Epiſcopis, Compoſtellana Eccleſia facta Metropolis noſcitur habuiſſe. Quod, ſicut ipſe dicebat, multa documenta, fama publica, & recens memoria hominum proteſtantur. Proceſſu verò temporis in tantum excrevit in loco eodem hominum multitudo, quòd per ſtudium Regis proprius fuit ibi Epiſcopus inſtitutus, & ad inſtantiam regiam per Toletanum, tunc Legatum totius Hiſpaniæ, conſecratus: qui mandatum à Calliſto Papa recepit, ſicut eſt ſuperiùs prælibatum, quòd nulli profeſſionem faceret, donec ſuper hoc ſibi denuò ſcriberetur, in quo tamen tum

pro

pro debito conſecrationis impenſæ, tum propter legationis officium, Toletanus cœpit ſibi ſpeciale aliquid uſurpare, qui ſucceſſorem primi Epiſcopi ſimiliter conſecravit. Accidit autem quòd tempore illo, prout Compoſtellanus dicebat, in cauſſa Primatiæ condemnatus Bracarenſis Archiepiſcopo Toletano, compulſus fuit ab Eugenio Papa, debitam illi reverentiam recognoſcere.

104. Propter quod ei amicabiliter ſociatus, ſperare cœpit quòd Epiſcopatum Zamorenſem per ipſum poſſet avincere, ad cujus Metropolim non ſpectabat. Unde in ejuſdem Papæ præſentia propter cauſſam Zamorenſis Epiſcopatus dictis Archiepiſcopis conſtitutis, nihil fuit contra Bracarenſem à Toletano reſponſum, quod ipſius propoſitum impediret, ſicut ex tenore ſententiæ declaratur. In his autem omnibus defuerat Zamorenſis, qui de mandato Apoſtolicæ ſedis, ſecundum aſſertionem Compoſtellani Archiepiſcopi, pro libero ſe gerebat. Unde in ipſius præjudicium, ſicut neque adverſus Compoſtellanam Eccleſiam, indefenſam tunc temporis & abſentem, nulla ſententia, vel reſcriptum impetrari poterat cum effectu. Ex qua tamen ſententia non fuit poſſeſſio acquiſita. Cumque poſtea Bracarenſis reſiliret ab obedientia Toletani, & ipſe ſuſpenſus fuit, & ab ejus obedientia omnes ſuffraganei abſoluti. Unde per factum, vel mandatum ipſius, poſſeſſio ſpiritualis, & quæ ad ſacramenta ſpectabant, ſecundùm aſſertionem Compoſtellani Archiepiſcopi non potuit obtineri. Sed cùm ſucceſſor ipſius contra Zamorenſem Epiſcopum exſecutionem ſententiæ ſæpiùs poſtularet, reſponſum accepit, quòd niſi priùs acquieſceret ſententia de Primatia, hoc nullatenus impetraret. Unde uſque ad tempora bonæ memoriæ Alexandri Papæ remanſit negotium in ſuſpenſo. In cujus præſentia præſens Compoſtellanus, præſentem Zamorenſem compelli petiit, ut dicebat, ſibi de ſubjectione Zamorenſis Eccleſiæ reſpondere.

105. Verùm quia idem Alexander ſententiæ latæ ab Eugenio Papa præſentialiter interfuerat, nec contra factum ipſius venire volebat; rationibus tamen inductus, de fratrum conſilio plena tandem deliberatione ſtatuit, prout idem Compoſtellanus dicebat, ut quia res inter alios acta, aliis non præjudicat, non obſtante priori ſententia, Zamorenſis teneretur de ſubjectione ſua Compoſtellano Archiepiſcopo reſpondere. Sic ergo ſub certa forma, quæ ſuperiùs eſt expreſſa, fuit commiſſio impetrata. Cumque per literas ipſius Alexandri non fuiſſet in cauſſa proceſſum, ſucceſſor ejus Lucius commiſſionem innovavit eandem: cujus tenore judices denunciaverunt viva voce Archiepiſcopo Bracarenſi, & duo ex ipſis, Tiraſſonenſis ſcilicet & Salmantinus, diem & locum eidem per literas intimârunt, tertio reſcribente duobus, quòd non poterat intereſſe, quemadmodum Compoſtellanus Archiepiſcopus referebat. Convenientibus autem tam duobus prædictis judicibus, quàm partibus ad diem & locum, neque Bracarenſis comparuit, neque ejus aliqui reſponſalis. Et cùm Zamorenſis judicibus reſpondiſſet, quòd ipſum ad defenſionem ſui vocare nunquam voluerat, nec volebat; ipſi juxta formam commiſſionis procedentes in cauſſa, ſicut Compoſtellanus Archiepiſcopus proponebat, inſpectis rationibus partium, & pleniùs intellectis, quòd Eccleſia Zamorẽſis de cætero Compoſtellanæ tanquam ſuæ Metropoli eſſet ſubjecta, ſententialiter decreverunt. Cùm autem ab Urbano Lucii ſucceſſore latæ ſententiæ confirmatio peteretur, propter contradictionem Bracarenſis Archiepiſcopi non potuit obtineri; non quòd ſuper ipſo Epiſcopatu poſſeſſionem vel proprietatem ejus petendo Compoſtellanam Eccleſiam conveniret, ſed ſuper ſola ſententia confirmanda, vel infirmando in ea ſi quid exiſteret infirmandum, literas ad Brixienſem Vice-dominum, quem pro hac cauſſa, & aliis quæ inter Compoſtellanam & Bracarenſem Eccleſias vertebantur, deſtinaverat in Hiſpaniam, impetravit. Ipſe verò inter alia ſuper poſſeſſione Zamorenſis Epiſcopatus, & lata ſententia ſuper ipſo duabus vicibus multos teſtes productos ab Archiepiſcopo Bracarenſi recepit, qui de proprietate dixit, neminem eorum ſcire aliquid, ut credebat; verùm ſi quis inde aliquid diceret, juri ſuo renunciare nolebat, quamvis Compoſtellanus Archiepiſcopus teſtes prælatos non ſuper poſſeſſione Zamorenſis Epiſcopatus, ſed ſuper ſententia tantùm diceret admittendos; ſuper qua ſola commiſſio à parte altera impetrata, & in receptione ſuorum teſtium de Zamorenſis Epiſcopatus poſſeſſione non fuerat in forma juramenti expreſſum aliquid, ut dicebat.

106. Et quoniam dictus delegatus uſque ad ſententiam definitivam procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad ſedem Apoſtolicam deſtinavit, prætaxatam ſententiam tanquam canonicè latam confirmari à nobis Compoſtellanus Archiepiſcopus requirebat, non obſtante quòd contra commiſſionem de falſi ſuggeſtione, vel aliis fuerat intentatum, cùm nec ante ſententiam objectum fuerit, nec ſi veritas illa fuiſſet expreſſa, commiſſionem nullatenus impediſſet: nec Bracarenſis intererat appellare, cùm ſibi per ea non fieret præjudicium quæ inter alios agebantur; ſicut nec ultimam clauſulam literarum, quæ à forma communi & ſolita, non ſenſu, ſed verbis tantummodo diſcrepabat. Nos ergo rationibus & allegationibus, atteſtationibus quoque, ac inſtrumentis utriuſque partis diligenter auditis & intellectis, viſis & cognitis, poſt longam diſcuſſionem, & examinationem perfectam, de communi fratrum noſtrorum conſilio decernendo pronunciamus, & pronunciando decernimus, ſententiam illam in nullo prorſus obſiſtere tibi, vel Eccleſiæ Bracarenſi. Nulli ergo, &c. definitionis, &c. Datum Laterani III. nonas Julii.

EPI-

EPISTOLA * XI.

* Aliàs CVI. apud Baluziũ.

Martino Bracarenſi Archiepiſcopo.

Concordiam inter ipſum & Compoſtellanum Archiepiſcopum initam confirmat.

107. SÆpè contingit ex contentionibus litigantium, quòd in tantum ſe partes laboribus aggravant & expenſis, ut non ſolùm quæ vincitur, ſed quæ vincit, tandem pœniteat litigâſſe. Nos ergo, qui ſolicitudine paſtorali ſingulorum tenemur gravaminibus præcavere, ne præ multitudine ac magnitudine quæſtionum, quæ inter te ac venerabilem fratrem noſtrum Compoſtellanum Archiepiſcopum vertebantur, importabile vobis gravamen incumberet, ſuper quæſtione de uſu crucis aliquandiu ventilata vos ad concordiam duximus invitandos: qui noſtris acquieſcentes conſiliis, in hunc modum concorditer conveniſtis, ut uterque per provinciam alterius univerſam crucem ante ſe faciat ſine contradictione deferri. Volentes igitur, ut hæc forma concordiæ noſtro mediante ſtudio procurata inter vos & ſucceſſores veſtros inviolabiliter obſervetur, eam auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmamus, ſtatuentes ut nulli hominum &c. Datum Laterani II. nonas Julii.

EPISTOLA * XII.

* Aliàs CXVII. apud Baluzium.

Epiſcopo Tudenſi, decano Zamorenſi, & Priori Sancti Iſidori Legionenſis.

Committitur illis cognitio cauſſæ Epiſcopi Aurienſis, & Abbatis atque Monaſterii Cellæ-novæ.

108. COntroverſiarum quæ inter venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Aurienſem ex una parte, & Abbatem & conventum Cellæ-novæ ex altera vertebatur, ſuper libertate ac ſubjectione ipſius monaſterii, & ſententiis excommunicationis & ſuſpenſionis in Abbatem prolatis, & in monaſterium interdicti, venerabili fratri noſtro Lucenſi Epiſcopo, & dilectis filiis Abbati de Melon. & P. Joannis archidiacono Aſtoricenſi commiſiſſe recolimus, ſine debito terminandam. Qui, cùm eis de cauſſæ meritis conſtitiſſet, ad definitivam ſententiam proceſſerunt, adjudicantes ſubjectionem monaſterii Eccleſiæ Aurienſi, Abbatem verò & monaſterium ab Epiſcopi ſententiis abſolventes; quemadmodum ex ipſorum authentico nobis exhibito demonſtratur, quam idem Epiſcopus petebat auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmari.

109. Verùm ex parte dictorum Abbatis & monachorum fuit propoſitum ex adverſo, ipſam ſententiam nullius eſſe momenti, tanquam poſt appellationem prolatam, & à ſuſpectis judicibus, & ſuper articulo, de quo lis non fuit conteſtata. Contra eandem quoque alia quædam coram vobis expreſſiùs deſignanda, nihilominus eorundem nuncius apponebat. Quia verò nobis non conſtitit de præmiſſis, cauſſam ipſam diſcretioni veſtræ de aſſenſu partium duximus committendam; per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus de præfata ſententia cognoſcentes, ſi eam inveneritis rationabiliter fuiſſe prolatam, confirmantes ipſam, faciatis auctoritate noſtra, remoto appellationis obſtaculo, firmiter obſervari. Alioquin ex integro de cauſſa cognoſcentes, juxta formam prioris commiſſionis, quod canonicum fuerit ſtatuatis appellatione remota, cogentes partes per cenſuram Eccleſiaſticam, &c. Nullis literis obſtantibus præter aſſenſum partium, &c. Quòd ſi omnes, &c. duo, &c. Datum Laterani V. Idus Julii.

EPISTOLA * XIII.

* Aliàs CXXXIV. apud Baluziũ.

Bracarenſi Archiepiſcopo.

Ejuſdem argumenti.

110. QUaliter veteres, ſed non inveteratas, uſque ad noſtra tempora quæſtiones inter Compoſtellanam & tuam Eccleſias, tam prædeceſſorum noſtrorum, quàm noſtris etiam temporibus diutiùs agitatas, non ſine multa ſolicitudine ac labore nos & fratres noſtri exacta diligentia curaverimus terminare, tua fraternitas, quæ omnibus præſentialiter interfuit, non ignorat, & hoc ipſum ex reſcriptis Apoſtolicis rei proceſſum pleniùs continentibus liquidò declaratur. Volentes autem, ut Apoſtolicæ ſedis ſententiæ perpetuam obtineant firmitatem, & quòd lites extinctæ in recidivam contentionem ulteriùs non reſurgant, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſtatutis Apoſtolicæ ſedis obediens humiliter & devotè, quæ nobis ad perpetuam pacem prædictarum Eccleſiarum ſunt ſine perſonarum acceptione ſalubriter inſtituta, de cætero ſtudeas irrefragabiliter obſervare, venera-

biles fratres noſtros Ulixbonenſem, Elborenſem, & Lamecenſem Epiſcopos, & eorum Eccleſias, & dilectos filios clerum & populum per Egitanienſem diœceſim conſtitutos, Compoſtellano Archiepiſcopo, & ejus Eccleſiæ, ſicut à nobis eſt ordinatum, obedire ſine qualibet difficultate dimittens, quos tu & venerabilis frater noſter Colimbrienſis Epiſcopus in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia, ſicut bene noviſti, ab obedientiæ veſtræ vinculo abſolviſtis,& nos eoſdem à veſtræ obedientiæ debito auctoritate Apoſtolica reddidimus abſolutos.

111. Provideas igitur, ne per potentiam regiam, vel alia qualibet machinatione,impediantur Epiſcopi memorati, & prædicti clerus & populi obedientiam ſecundum ſententiam & præceptum noſtrum eidem Compoſtellano Archiepiſcopo, ut prædiximus, exhibere. Alioquin quod à ſanctæ recordationis Alexandro Papa prædeceſſore noſtro Compoſtellano Archiepiſcopo ab Epiſcopis Gallæciæ impendenda dignoſcitur olim fuiſſe ſtatutum, verendum eſt tibi, ne nos ipſi ratum habeamus & firmum, & faciamus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari, tantoque culpam inobedientiæ curabimus gravius caſtigare, quantò in contemptum Apoſtolicæ ſedis, & perſonæ noſtræ ſpecialiter, hujuſmodi rebellio amplius redundaret. Datum Laterani IV. Idus Julii.

* Aliàs CXXXV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XIV.

Ulixbonenſi, Elborenſi, & Lamecenſi Epiſcopis, & clero & populo Egitanienſi.

De eadem re.

112. ANtiquas controverſias, & difficiles inter Compoſtellanam & Bracarenſem Eccleſias, tam prædeceſſorum noſtrorum, quàm noſtris etiam temporibus agitatas, ſicut veſtra fraternitas non ignorat, non ſine labore multo nos & fratres noſtri exactâ diligentiâ, per auxilium divinæ gratiæ curavimus terminare, quemadmodum in reſcriptis Apoſtolicis proceſſum cauſſarum pleniùs continentibus, perpendere poteritis evidenter. Volentes autem, ut Apoſtolicæ ſedis, &c. *uſque ad verbum*, obſervare; venerabili fratri noſtro P. Compoſtellano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, tanquam Metropolitano veſtro, ſicut alii ſuffraganei ſui faciunt, obedientiam & reverentiam debitam impendentes. Alioquin ſententiam, quam idem Archiepiſcopus in vos rationabiliter tulerit, auctore Domino ratam & firmam habebimus,& faciemus inviolabiliter obſervari. Ut autem quæ præmiſimus liberiùs adimplere poſſitis, venerabiles fratres noſtri Bracarenſis Archiepiſcopus, & Epiſcopus Colimbrienſis,vos coram nobis & fratribus noſtris ab omni obedientiæ ſuæ vinculo abſolverunt. Nos etiam ab ipſorum obedientiæ debito auctoritate Apoſtolica vos reddimus abſolutos. Datum Laterani IV. Idus Julii.

* Aliàs CXXXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XV.

Lucenſi, Aſtoricenſi, Mindonienſi, Aurienſi, & Tudenſi Epiſcopis.

113. ANtiquas controverſias, &c. *uſque ad verbum*, reſurgant, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus apud venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Bracarenſem, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Portugalliæ Regem illuſtrem, partes veſtras efficaciter interponere procuretis, ut ſtatutis Apoſtolicæ ſedis, &c. *uſque ad verbum*, obſervare, venerabiles fratres noſtros Ulixbonenſem, Elborenſem, & Lamecenſem Epiſcopos, & eorum Eccleſias, &c. *ferè in eundem modum, ut ſuprà, uſque ad verbum*, dimittentes. Alioquin quod à ſanctæ recordationis Alexandro Papa, &c. *ferè ut ſuprà, uſque ad verbum*, redundaret. Et quoniam nuncius, ut accepimus, non facilè reperitur, qui literas Apoſtolicas, vel Compoſtellani Archiepiſcopi audeat ſuper his in regnum Portugalenſe deferre, ſub eadem diſtrictione vobis injungimus, ut literas noſtras, & ipſius Archiepiſcopi Compoſtellani, quibus ſuper hoc miſſæ fuerint, occaſione & excuſatione ceſſante, ſine dilatione qualibet, tamdiu fideliter tranſmittatis, cùm ab eodem Compoſtellano ſimul omnes,vel ſeorſum ſinguli fueritis requiſiti, donec idem Archiepiſcopus prædictorum quatuor Epiſcopatuum poſſeſſionem pacificam fuerit aſſecutus. Si verò, quod non credimus, præceptum noſtrum non fuerit adimpletum, volumus & mandamus, ut cùm fueritis per Compoſtellanam Eccleſiam requiſiti, veritatem ſuper his nobis ſignificare veſtris literis procuretis. Datum ut ſuprà.

EPI-

EPISTOLA * XVI.

* Aliàs CXXXVII. apud Baluzium.

Archiepiſcopo & capitulo Compoſtellano.

114. CUm dilectus filius A. civis Anagninus, tutor & curator nepotum ſuorum, filiorum quondam G. civis Anagnini, à te, frater Archiepiſcope, apud ſedem Apoſtolicam permanente, nonaginta marabutinorum uncias repeteret nomine pupillorum, dilecti filii concanonici veſtri ei pro bono pacis quadraginta malachinos per manus dilecti filii Mar. cappellani, & ſubdiaconi noſtri dederunt. Ipſe verò coram nobis omni juri renunciavit quod adverſus Compoſtellanam Eccleſiam pupillis competeret memoratis. Ne autem quod in præſentia noſtra factum eſt, ulteriùs in dubium revocetur; præſentes vobis literas in factæ reſignationis teſtimonium duximus concedendas. Datum Laterani II. Idus Julii.

EPISTOLA * XVII.

* Aliàs CXXXVIII. apud Baluzium.

Martino Bracarenſi Archiepiſcopo.

115. CUm à nobis petitur, &c. *uſque ad verbum*, effectum. Sanè ſignificâſti nobis in noſtra præſentia conſtitutus, quòd cùm chariſſimus in Chriſto filius noſter Portugalliæ Rex illuſtris, quaſdam poſſeſſiones dilectis filiis fratribus militiæ Templi conceſſerit, receptis ab eis in permutationem duobus caſtris, ſcilicet Mugatorio, & Petraſrojas, quæ iidem fratres habuerant in diœceſi Bracarenſi, Rex ipſe tertiam partem decimarum, quas dicti fratres priùs perceperant in Eccleſiis caſtrorum ipſorum, pietatis intuitu concedi fecit Eccleſiæ Bracarenſi. Nos igitur tuis precibus annuentes, decimas ipſas, ſicut legitimè conceſſæ ſunt Eccleſiæ Bracarenſi, & tu eas juſtè poſſides, & quæ tibi & per te ipſi Bracarenſi Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, &c. Datum Laterani III. Idus Julii.

Datas à Rege Bracarenſi Eccleſiæ decimas confirmat

EPISTOLA * XVIII.

* Aliàs CXXXIX. apud Baluzium.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

116. IN eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula diſponente Domino conſtituti, &c. *uſque ad verbum*, aſſenſu; ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Calliſti, Anaſtaſii, Alexandri, & Lucii Romanorum Pontificum, Compoſtellanam Beati Jacobi Eccleſiam, cujus in ea venerandiſſimum corpus eſt poſitum, Apoſtolicæ ſedis privilegio communimus, & ob ipſius à Deo electi Apoſtoli reverentiam Archiepiſcopalis cathedræ dignitatem, quam opulentiſſima quondam, & famoſi nominis Emeritana civitas, priuſquam peccatis exigentibus ab impia Sarracenorum tyrannide poſſideretur, habuiſſe dignoſcitur, præſentis ſcripti paginâ in perpetuum confirmamus: ſtatuentes, ut eadem Emeritana civitas, ſi ad poteſtatem Chriſtianorum, domino donante redierit, Epiſcopum habeat, qui Compoſtellano Archiepiſcopo, ſicut Metropolitano ſuo, debeat perpetuò ſubjacere. Omnem quoque Pontificalis officii plenitudinem, quam ipſius Emeritanæ Eccleſiæ Antiſtites antiquitus habuerunt, Compoſtellanenſis præſul Eccleſiæ integrè ſemper obtineat & quietè. Suffraganei verò Epiſcopi Emeritanenſis Metropolis, qui per Luſitaniam provinciam, vel modò ſedes proprias obtinent, vel in futurum per Domini miſericordiam obtinuerint, Salmantinus videlicet, Abulenſis, Caurienſis, Civitatenſis, Placentinenſis, Pacenſis, Oxonobenſis, & præterea Lamecenſis, & Egitanienſis, necnon Ulixbonenſis, & Elborenſis, ſicut in noſtris ſententiis continetur, Compoſtellano Archiepiſcopo, cujus conſecratio ad Romanam tantùm Ecclaſiam ſpectat, obedientiam & reverentiam tanquam proprio Metropolitano prorſus exhibeant.

Ut Eccleſia Compoſtellana poſthac Metropolitana habeatur.

117. Ipſe autem illos conſecrandi, ad ſua Concilia convocandi, cùm ipſis etiam Eccleſiaſtica negotia terminandi, & eorum Eccleſias diſponendi, auctoritate ſedis Apoſtolicæ liberam omnino habeat facultatem. Probibemus autem, ut nulli canonicorum ejuſdem Eccleſiæ S. Jacobi, qui ad aliarum Eccleſiarum prælationem aſſumpti ſunt, vel in poſterum aſſumentur, honorem, vel præbendam, ſeu canonicatum in ipſa Eccleſia liceat retinere; ſed alia idonea perſona in loco ipſius ſub-

ſubrogetur, quæ ipſi Eccleſiæ deſerviat, & ejuſdem beneficium ſortiatur. Illum etiam cenſom, qui *vota* dicitur, quem Hiſpanorum Catholici Reges ex ſingulis boum paribus à flomine Piſorga uſque ad mare Occidentale, & per totam Luſitaniam provinciam, atque etiam in Toleto, & Trans-ſerram annuatim perſolvendum pro ſalote totius terræ liberaliter ſtatuerunt, eidem Eccleſiæ confirmamus, & omnimodis interdicimus, ut nulli fas unquam ſit eum ipſi Eccleſiæ qualibet occaſione ſubtrahere. Obeuote verò te, &c. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, &c. *uſque ad verbum*, vocabulis.

118. Civitatem ipſam Compoſtellanam cum caſtro ſuo, cum Eccleſiis & monaſteriis infra eam, vel ejus territoriom conſtitutis, cum omni jure, tam diœceſaoo quàm regali, & cum terminis totius Epiſcopatus, videlicet cum Archipresbyteratibus de Morracio, & de inter ambos pontes, de montibus utriuſqoe, de Taberiolis, & de Ciria, de Pilonio, & de inſula Laonii, de ntroque coronato, de Dormian, & Superaddo, & Aranga, & monte Jaurino, quomodo dividitur, cum Parrega de Pruciis & de Biſauciis, cum tota interjacente diœceſi à caſtello S. Pelagii de Loco uſque Tranſaocos, monaſteria quoque omnia, & cooventuales ſeu alias Eccleſias iofra hos terminos conſtitutas, cum omni jure parochiali, & qoæ intra regalia B. Jacobi continentur, cum omni ſeu patronatûs ſeu alio jure, quod ad Reges pertineat, videlicet monaſterium Sancti Pelagii de Antealtaria, monaſterium Sancti Martini de Foris, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Sara, monaſterinm Sanctæ Mariæ de Canogio, monaſterium Sancti Petri de Foris, monaſterium Sancti Juſti de Luania, monaſterium de Superaddo, de Azivario, de Codeſeda, de Moſonzo, de Ciniis, de Monte-ſerro, de Borgondo, de Nogaria, de Solandres, de Calavario, de Siavia, de Rivo-malo, de Moriame, de Ozon, de Savarde, de portu Orii, de Nometi, de Civitio, de Briviis, de Mecis, de Dormian, de Calago, de Podio, de Lerze, de Armeotaria, de Harcos, & monaſterium S. Joannis de Cavea, Sancti Chriſtophori, Sancti Vereximi, Sancti Georgii, Sancti Thomæ de Pimario, & Sancti Jacobi de Ermello.

119. Præterea regalem cappellaniam, & cancellariam, quam bonæ memoriæ Alphooſus illuſtris Hiſpaniæ Rex Eccleſiæ veſtræ conceſſit, & ſcripti ſui paginâ roboravit, Caſtrum quoque quod vocatur Honeſtum, & Iriam, cum ſervis, & omnibus appenditiis ſuis. Caſtrum quod vocator Sancta Maria de Lanceata, cum Eccleſiis & omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum qood dicitur Citofacta, cum Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum quod dicitur Cathobadi, cum pertinentiis ſuis. Caſtrum Daravum cum villis & Eccleſiis & omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum quod dicitur Luparia, cum Eccleſiis, & pertinentiis ſuis. Territorium quod vocatus Amaea, cum omnibus poſſeſſionibus quas ibi habetis. Piſtomacios cum ſervis & poſſeſſionibus quas ibi haberis, Biſetium cum ſervis quos ibi habetis. Dubriam cum poſſeſſionibus qoas ibi habetis. Lanias cum pertinentiis ſuis. Lucroſam cum ſervis & pertinentiis ſuis. Montanos cum Eccleſiis & poſſeſſionibus quas ibi habetis. Coronatum cum poſſeſſionibus quas ibi habetis. Ventoſam cum inſula de Laonio. Montes quos quandoque Suarius Friolæ, à veſtra Eccleſia tenuit, cum altera medietate integros. Burgum de Ponte-veteri, cum pertinentiis ſuis. Taveiriolos cum Eccleſiis & poſſeſſionibus quas ibi habetis. Ripam Uliæ cum Eccleſiis & poſſeſſionibos quas ibi habetis. Deciam cum Eccleſiis & poſſeſſionibus regalibus & omnibus pertinentiis ſuis. Terram de Superaddo integram cum pertinentiis ſuis. In eadem Decia monaſterium S. Laurentii de Carbonario, qood Eccleſiæ Compoſtellanæ ſecundòm jus patronatûs adjudicatum eſt per ſententiam dilecti filii noſtri G. S. Angeli diaconi Cardinalis, tunc Apoſtolicæ ſedis Legati. Medietatem Burgl de Faro cum pedagio navium, & jure fiſci. Villas de Ceeja in Nemancos, & de Oca in Bregantin, de Leilojo in Seja, de Avegundo, Piaveladegio, Liure, & de Rujis in Endis, de Tooure in Pruciis, cum cunctis Eccleſiis, & pertinentiis ſois. Et Eccleſias alias, ſeu poſſeſſiones, quas jure proprietatis extra fines regalium veſtrorom per eundem Epiſcopatom habetis,

120. In Epiſcopatu qooque Mindonienſi Eccleſiam S. Laurentii de Arbore, cum caſtro qnod dicitur Villa de Maores, & villam Petri cum Eccleſia ſua, & Eccleſias de Rivo averſo, & Sanctæ Eulaliæ altæ, & de Radigoſa, & Sanctæ Mariæ de Turre, & Sancti Martini de Palatiis cum omnibus pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Lucenſi villas de Recelli, & de Ceſa. Io Epiſcopatu Aurienſi, villas de Amarante, de Jovin, & de Vite, & de Villari Regis, & medietatem Souti de Parata. In Epiſcopatu Tudenſi caſtrum quod dicitur de Molis, cum omnibus Eccleſiis intra ipſom contentis, & monaſterium de Cela, & villas de Lazorio, Baldranes, Lamala, & Nugaria. In Epiſcopato Bracarenſi villas de Cornelian, cum Eccleſiis ſuis, & Moaci, & Ganduſi, cum montibus, exitibus, & pertinentiis ſuis. In valle carceris, hoſpitale quod dicitur Anglorum, cum Eccleſia ſua, & aliam Eccleſiam, quæ ipſi ex eadem parte ſuperjacet, & villas de Tabladelo, & de Parata. In Epiſcopatu Aſtoricenſi villas de Cacavell, cum Eccleſia ſua, & de Carvallial. & Eccleſiam Sancti Jacobi de Requeixo, de Sanabria. In Epiſcopatu Legionenſi domos quæ fuerunt archidiaconi Thomæ. In ipſa civitate villam de Ledigos, cum Eccleſia ſua, & partem villæ de Furones, cum omni jure quòd habetis in Eccleſia. In ripa Eſtolæ villam Alexis, & villam Leandri, cum Eccleſiis ſuis; & joxta monaſterium S. Facundi villam Cerame. In Epiſcopatu Palentino, Eccleſiam Sancti Michaëlis de Vallooria, & villam dictam Savugelo de Raaces; cum pertioeotiis ſuis, & omni jure regali, ſicut Alphonſus illuſtris Caſtellanorom Rex Ec-

Eccleſiæ

eleſiæ B. Jacobi eam donâſſe dignoſcitur. In Epiſcopatu Ovetenſi, in villa Olerxida, omnes Eccleſias: & in Benevento Eccleſiam S. Mariæ de Ventoſa. In Aſturiis Eccleſias Sancti Joannis de Cerreda, & villam Armillom, cum hoſpitali quod eſt in ſtrata, cum montibus & omnibus pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Zamorenſi, villas & Eccleſias de Arquilinis, & de Arcos & Eccleſiam Sancti Jacobi de Zamora, villas de Palatiis, & de Spino, & de Aldeola, cum Eccleſiis ſuis. In Epiſcopatu Salmantino, villam de Munigno, Aſuar, cum Eccleſiis ſuis, & villam quæ dicitur Ecla, & villam Bilveſtre, cum jure regali, & Eccleſiam Sancti Martini de Ledeſma, & alias Eccleſias, vel poſſeſſiones, quas in prædictis Epiſcopatibus habetis. In Epiſcopatu Caurienſi, caſtrum quod dicitur Atalaja Pelagii, videlicet cum terminis ſuis, & Eccleſiam de Granata, quæ dicitur S. Jacobi, cum domibus & piſcariis & aliis poſſeſſionibus, quas ibi acquiſiſtis. Eccleſias quoque & poſſeſſiones, quas in Vaſconia, & in Italia, & in aliis partibus Orbis per diverſos Epiſcopatus habetis. Decernimus ergo, &c. Salva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur, &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiſcopi, Cancellarii vicem agentis, II. Idus Julii, Indictione ſecunda, Incarnat. Dominicæ anno MCXCIX. Pontificatûs verò domini Innocentii Papæ III. anno ſecundo.

EPISTOLA * XIX.

* Aliàs CXL. apud Baluzium.

Martino Bracarenſi Archiepiſcopo.

121\. CUm à nobis petitur, &c. *uſque ad verbum*, aſſenſu ſententiam à venerabili fratre noſtro Portugalenſi Epiſcopo, & dilecto filio I. Cantore Tuden. à venerabili fratre noſtro Tudenſi Epiſcopo delegato in cauſſa quæ inter te & Abbatem de Caſtro ſuper decimis Bracantiæ vertebatur, Apoſtolicæ ſedis auctoritate prolatam, ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani XVI. Kal. Auguſti.

Quod ſententiam Portugallenſis Epiſcopi in cauſſa decimarum confirmet.

EPISTOLA * XX.

* Aliàs DXLIII. apud Baluzium.

Archiepiſcopo, decano, & capitulo Compoſtellano.

122\. EA quæ concordiâ, vel judicio, &c. *uſque ad verbum*, aſſenſu; ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri concordiam, quæ inter vos, & W. Vice-comitem, & G. filium ejus Vercellen. cives, ſuper hoſpitali, & Eccleſia Sancti Jacobi de Caſſina, mediante venerabili fratre noſtro Taurinenſi Epiſcopo, & dilecto filio Hard. Mediolanenſis Eccleſiæ canonico, facta dignoſcitur, ſicut de beneplacito utriuſque partis ſtabilita eſt, & tuo, frater Archiepiſcope, ſubſequente aſſenſu firmata, & hinc inde ſuſcepta, & hactenus obſervata, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Statuentes, ut ſicut in authentico ſcripto ipſius tranſactionis habetur, poſt deceſſum prædicti G. & Jacobi fratris ejus, nullum jus, ſive fundationis, ſeu advocationis, aut cujuslibet alterius rei, quiſquam de cognitione eorum in prædicta Eccleſia vel hoſpitali valeat vendicare; ſed in poteſtate & regimine Compoſtellanæ Eccleſiæ, ſine injuria Vercellenſis Epiſcopi, remaneant abſolutè. Præterea refutationem quam ſuper jure fundationis & advocationis, vel alterius cujuſlibet rei, quod ſibi quocumque modo competere videbatur, in præfata Eccleſia, ſive hoſpitali, præfatus W. pro ſe & hæredibus ſuis per inſtrumentum publicum ſpontaneè fecit, ratam decernimus permanere. Nulli ergo &c. confirmationis, &c. Datum ut ſuprà.

Concordiam quandam confirmat

EPISTOLA * XXI.

* Aliàs CXLIV. apud Baluzium.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo.

123\. CUm olim eſſes in felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri præſentia conſtitutus cum Abbate de Ante-altaria, varias querelas contra eum priùs in præſentia quorundam Cardinalium, quibus cauſſa commiſſa fuerat audienda, & poſtmodum in ipſius auditorio proponebas; aſſerens quòd prædictum monaſterium quoad jus patronatûs tibi & Compoſtellanæ Eccleſiæ ſubtrahere voluiſſet, alium ejuſdem monaſterii nominando patronum. Sed & ipſe Abbas aliqua contra te ac fratres tuos ſe dicebat habere. Tandem, cùm ad compoſitionem per eundem prædeceſſorem noſtrum moniti fuiſſetis, elegit ipſe Abbas

Vt Abbas, & Monaſterium de Antealtaria, Compoſtellano Epiſcopo ſubjectum ſit.

potiùs

potiùs quæ ad pacem erant, quàm diſceptatione contendere, & coram eo publicè recognovit præſcriptum monaſterium Eccleſiæ Compoſtellanæ, diœceſano ſimul, & territorii jure ſubjectum; utpote quod non ſolùm in cœmiterio, verùm etiam in parietibus prædictæ Eccleſiæ noſcitur eſſe conſtructum, ut per Eccleſiam ad monaſterium tranſitus ſine aliquo interſtitio habeatur, & tu & fratres tui in proceſſionibus ad cœmiterium pertinentibus per clauſtrum monaſterii tranſeatis. Interrogatus autem Abbas reſpondit, in ſolo Eccleſiæ Compoſtellanenſis fundatum, eamque ſolam jus in eo patronatûs habere. Ne igitur quod eidem Alexandro de confeſſione Abbatis in judicio facta innotuit, ulteriùs in recidivæ contentionis ſcrupulum reducatur; idem monaſterium, ſicut Abbas recognovit, ad exemplar ejuſdem prædeceſſoris noſtri decernimus Eccleſiæ tuæ diœceſano, & territorii, ac patronatûs jure perpetuò ſubiacere; Ipſumque tibi, & Eccleſiæ tuæ, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nulli ergo, &c. conſtitutionis & confirmationis, &c. Datum Laterani VII. Idus Julii.

* Aliàs CXLV. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXII.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo.

Ut ruſticos Legionenſes vota perſolvere cogat.

124. CUm ſit regula juris, quâ dicitur, ut actor forum rei ſequatur; preces ex parte tua nobis ſuper hoc obtinendo porrectas, libenter admittimus, quòd tam canonicę, quàm legali conſonant æquitati; maximè cùm id quod petis, in favorem Beati Jacobi, & Compoſtellanæ Eccleſiæ debeat adimpleri. Innotuit ſiquidem nobis, quòd quidam laïci ruſtici de regno illuſtris Regis Legionenſis, ſuper votis Beato Jacobo perſolvendis nolunt in præſentia ipſius Regis, qui ordinarius judex eorum exiſtit, quando conveniuntur aliquatenus reſpondere. Unde petitioni tuæ gratum præſtando aſſenſum, ad exemplar felicis recordationis Cœleſtini Papę prædeceſſoris noſtri, fraternitati tuæ præſenti pagina indulgemus, ut tibi liceat ruſticos ipſos tanquam votorum debitores, ſub examine prædicti Regis, quandoquidem tibi aliàs eorundem votorum ſolutio debita denegatur, ſuper eiſdem votis, remoto cujuslibet appellationis vel contradictionis obſtaculo convenire. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani III. Idus Julii.

* Aliàs CXLVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXIII.

Toletano, & Bracarenſi Archiepiſcopis, & ſuffraganeis eorum Orienſi & Legionenſi Epiſcopis.

De eodem argumento.

125. QUerelam venerabilis fratris noſtri P. Archiepiſcopi Compoſtellani accepimus, quòd ejus Eccleſiæ ad mandatum etiam Apoſtolicum ſæpiùs iteratum vota B. Jacobi à parochianis veſtris non facitis, ſicut debentur exſolvi. Quoniam igitur ad ſervanda jura præſcriptæ Eccleſiæ, non decet vos exiſtere negligentes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus memorato Archiepiſcopo, & Eccleſiæ ſuę præſcripta vota à parochianis veſtris, ut debentur, ſolvi de cætero faciatis. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Zamorenſi & Salmantinenſi Epiſcopis datum noveritis in mandatis, ut parochianos veſtros ad vota illa ſolvenda, ſublato appellationis obſtaculo, Eccleſiaſtica diſtrictione compellant. Vos itaque ſententiam, quam iidem Epiſcopi, vel eorum alter, in eos propter hoc rationabiliter tulerint, uſque ad dignam ſatisfactionem denunciari faciatis, & inviolabiliter obſervetis. Datum Laterani II. Idus Julii.

* Aliàs CXLVII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXIV.

Magiſtris & fratribus ſpathariis, & religioſis per Hiſpanias conſtitutis.

Ut cenſum Eccleſiæ Compoſtellanæ debitum ſolvant.

126. AD audientiam Apoſtolatus noſtri tranſmiſſa conqueſtione Eccleſiæ Compoſtellanæ pervenit, quòd cùm per totam ferè Hiſpaniam auctoritate Principum, & Prælatorum, favore etiam cleri & populi Eccleſię B. Jacobi ob reverentiam ipſius Apoſtoli, cenſus quidam certus, qui *vota* dicitur, de ſingulis paribus boum antiquitus

fuerit

fuerit conſtitutus, plerique veſtrûm de terris veſtris, & hominum veſtrorum, eundem cenſum prędictę Eccleſię pro ſua tantùm voluntate ſolvere contradicunt. Verùm quia valdè periculoſum eſt quibuslibet aliena tenere, nedum viris religioſis, qui perfectionis amore propria dimiſerunt; per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus cenſum ipſum, ſecundum quod antiquitus ſtatutus eſt, eidem Eccleſię cum integritate ſolvatis. Cęterùm ſi, quod non credimus, mandatum Apoſtolicum in hac parte duxeritis contemnendum; noveritis nos venerabilibus fratribus noſtris Salmanticenſi & Zamorenſi Epiſcopis mandaviſſe, ut ad id per interdicti & excommunicationis ſententiam, ſublata appellationis difficultate, ſicut viſum fuerit, vos compellant. Datum Laterani VI. Idus Julii.

EPISTOLA * XXV.

* Aliàs CXLIX. apud Baluzium.

Bracarenſi Archiepiſcopo.

127. Controverſiam quatuor Epiſcopatuum, Colimbrienſis videlicet, Viſenſis, Egitanienſis, & Lamecenſis, inter Compoſtellanam & Bracarenſem Eccleſias diutiùs agitatam, non ſine multo labore nuper curavimus exactâ diligentiâ terminare; ſicut ex authentico ſententiæ liquidò declaratur. In qua re cauſſa quoque quinque Epiſcopatuum Gallæciæ, ſcilicet Tudenſis, Aurienſis, Mindonienſis, Lucenſis, & Aſtoricenſis, qui à bonæ memoriæ Alexandro Papa prædeceſſore noſtro, venerabili fratri noſtro P. Compoſtellano Archiepiſcopo pro illis fuerant aſſignati, terminata dignoſcitur, cùm principali quæſtione ſopita, & acceſſoria per conſequentiam ſit ſublata. Ut autem ſuper hoc nulla in poſterum dubietas oriatur, fraternitati tuæ auctoritate præſentium duximus concedendum, ut ſuper præfatis Epiſcopatibus Gallæciæ, indubitanter pertinentibus ad Metropolim Bracarenſem, propter ea, quæ hactenus geſta ſunt, non valeas de cætero conveniri. Præſentibus quoque literis duximus annotandum, quod prǽfatus Compoſtellanus Archiepiſcopus, Archiepiſcopatus ſui nomine præmiſſis Epiſcopatibus, Colimbrienſi ſcilicet, Viſenſi, Tudenſi, Aurienſi, Mindonienſi, Lucenſi, & Aſtoricenſi, Eccleſiis etiam Sancti Victoris, & Sancti Fructuoſi, cum omnibus pertinentiis ſuis, & medietati Bracarenſi renunciavit in perpetuum in præſentia noſtra, & fratrum noſtrorum, ſuper quibus fuerat à partibus litigatum. Datum Laterani XIII. Kal. Auguſti.

Ut concordiā inter Eccleſiā Compoſtellanam & Bracarenſem initam ſervet.

EPISTOLA * XXVI.

* Aliàs CL. apud Baluziū.

Portugallenſi & Lamecenſi Epiſcopis, & Abbati de Burio.

128. Intimante venerabili fratre noſtro Bracarenſi Archiepiſcopo, noſtris eſt auribus intimatum, quòd dilectus filius Prior Sancti Martini de Caſtro occaſione cujuſdam privilegii, quod pendente lite de novo, eodem Archiepiſcopo ignorante, à bonæ memoriæ Cœleſtino Papa prædeceſſore noſtro dicitur impetratum, obedientiam conſuetam, & reverentiam debitam denegat exhibere. Cùm igitur de jure naturali procedat, & hoc ipſum in Euangelio Dominus manifeſtet, quòd quæcumque volumus ut faciant nobis homines, & nos eadem eis facere debeamus; ſicut nobis ab aliis debitum honorem impendi, ſic fratribus & Coëpiſcopis noſtris à ſubditis deferri volentes; eidem Priori de communi fratrum noſtrorum conſilio per ſcripta noſtra præcipiendo mandamus, ut non obſtante hujuſmodi privilegio, neque commiſſione ad te, frater Epiſcope, & priùs Epiſcopum Lamecenſem, & dilectum filium Priorem Eccleſiolæ poſteà impetrata, præfato Archiepiſcopo & Eccleſiæ Bracarenſi de cætero ſine contradictione qualibet, ſicut alii Prælati ſuæ diœceſis faciunt, humiliter obedire procuret. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta pręcipiendo mandamus, quatenus ſi prędictus Prior mandato noſtro parere noluerit, vos eum ad id veritate cognita per cenſuram Eccleſiaſticam ſine appellationis obſtaculo compellatis. Quòd ſi omnes, &c. Datum ut ſuprà.

Ut Archiepiſcopo Bracarenſi, Priorem S. Martini de Caſtro obedire cogant.

* Aliàs CLII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XXVII.

Oxomenſi, Portugallenſi, & Placentinenſi Epiſcopis.

Ut cauſſam Compoſtellani & Bracarenſis Archiepiſcopi ſuper Eccleſia Zamorenſi cognoſcant.

129. CUm olim inter Toletanam & Bracarenſem Eccleſias*, ſuper Zamorenſi Epiſcopatu, quem tunc Toletanus Archiepiſcopus, ut dicitur, poſſidebat, quæſtio verteretur, felicis recordationis Eugenius Papa prędeceſſor noſter, nec Compoſtellanenſi Archiepiſcopo, nec Epiſcopo Zamorenſi citato, nec denunciatione aliqua, ſicut venerabilis frater noſter Compoſtellanenſis Archiepiſcopus aſſeverat, ſuper hoc facta eiſdem, ſententiam pro Bracarenſi Eccleſia promulgavit; ſcribens Epiſcopo, clero & populo Zamorenſi. ut ei, & Eccleſiæ Bracarenſi, tanquam ſuæ Metropoli, humiliter obedirent, ac poſtmodum poſſeſſionem ipſius, Bracarenſis Archiepiſcopus, ſicut nobis ex parte ſua fuit propoſitum, eſt adeptus, Poſtmodum verò idem Compoſtellanus Archiepiſcopus, primò à bonæ memoriæ Alexandro Papa, ac demum à Lucio prædeceſſoribus noſtris, ad delegatos judices contra Zamorenſem Epiſcopum, qui tunc ſe juxta ejuſdem Archiepiſcopi aſſertionem habebat pro libito, literas impetravit: qui pro eo definitivam ſententiam protulerunt: cujus inquiſitionem felicis recordationis Urbanus Papa prædeceſſor noſter commiſit ad petitionem venerabilis fratris noſtri Bracarenſis Archiepiſcopi faciendam. Nuper autem cùm idem Compoſtellanus, & idem Bracarenſis, Archiepiſcopi, propter hanc & alias cauſſas quas habebant ad invicem, ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, & ſuper his fuiſſet ab eis aliquandiu diſceptatum, de conſilio fratrum noſtrorum ſententiando decrevimus, ut illa ſententia in nullo prorſus obſiſteret Archiepiſcopo vel Eccleſiæ Bracarenſi.

130. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatenus ſive adverſus eundem Compoſtellanum, ſive adverſus venerabilem fratrem noſtrum Zamorenſem Epiſcopum, vel etiam adverſus utrumque, ſuper hoc agere voluerit Archiepiſcopus Bracarenſis, denunciatione tamen facta priùs à vobis Compoſtellano, ut ſi voluerit, Zamorenſem Epiſcopum tueatur, ſi Bracarenſis Zamorenſem maluerit convenire, vos ad locum congruum accedentes*, ad quem partes ſuos poſſint teſtes inducere, & de fama diligentiùs inquirentes, partibus convocatis, & ipſius cauſſę meritis per earum aſſertionem pleniùs intellectis, ad ſententiam appellatione poſtpoſita procedatis, facientes, &c, teſtes cogantur. Quòd ſi omnes, &c. tu frater Oxomen. &c. ita quòd ſi alterum veſtrûm fratres Portugallen. & Placentin. decedere fortè contigerit, liceat Metropolitano ſuo in locum decedentis quem voluerit ex ſuis ſuffraganeis ſubrogare. Datum ut ſuprà.

* Aliàs CLX X apud Baluzium.

EPISTOLA * XXVIII.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo.

Quòd Epiſcopi abſolvant eos qui manus in clericos injecerunt, niſi ſit enormis læſio.

131. AD noſtram noveris audientiam perveniſſe, quòd in diœceſi tua manus injicientes in clericos violentas, cùm à ſede Apoſtolica nimium ſint remoti, propter ætatem & infirmitatem illuc nonnumquam vix accedere valent, abſolutionis beneficium petituri. Ut autem excommunicatos hujuſmodi ad nos non valentes propter impedimenta quæ præmiſimus proficiſci, & mulieres clericos verberantes, abſolvere tibi liceat in diœceſi tua, fraternitati tuæ auctoritate præſentium indulgemus; niſi fortè ipſorum exceſſus ita gravis fuerit & enormis, quòd propter hoc cenſura ſit ſedis Apoſtolicæ requirenda. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c. Datum Laterani.

* Aliàs CLXX apud Baluzium.

EPISTOLA * XXIX.

Petro Archiepiſcopo, & capitulo Compoſtellano.

132. JUſtis petentium deſideriis, &c. *uſque ad verbum*, aſſenſu; ſententiam dilecti filii noſtri G. Sancti Angeli Cardinalis, tunc Apoſtolicæ ſedis Legati, prolatam ſuper votis B. Jacobi adverſus P. Abbatem & monaſterium Cellæ-novæ, ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitima appellatione ſuſpenſa, ratam habentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. Nulli ergo, &c. confirmationis, &c.

EPI-

EPISTOLA * XXX.

* Aliàs CXCVI apud Baluzium.

Bracarenſi Archiepiſcopo, & Priori Eccleſiolæ, & F. Menendi monacho de Alcobatia.

133. Referente venerabili fratre noſtro Colimbrienſi Epiſcopo, apud ſedem Apoſtolicam conſtituto, noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm quæſtio dudum inter Colimbrienſem Eccleſiam & Templarios agitata ſuper Eccleſiis de Palumbario, Rodina, & Ega, ex conqueſtione ipſius Colimbrienſis Eccleſiæ ad ſelicis record. Lucii Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perveniſſet; bonæ memoriæ C. Bracarenſi Archiepiſcopo, & F. Portugalenſi Epiſcopo eam commiſit fine canonico terminandam, ut ſi dicti Templarii ad eorum præſentiam non accederent, aut eorum judicio contemnerenr obedire, abſque appellationis diffugio in eoſdem ſeveritatem canonicam exercerent, Cùm autem judices ipſi partes tandem edicto peremptorio citaviſſent, Templatii obtentu appellationis in prima citatione ad ſedem Apoſtolicam interpoſitæ, licèt in commiſſoriis literis remedium eſſer appellationis ſublatum, ad diem peremptorium nec venerunt, nec pro ſe miſerunt aliquem reſponſalem: quos infra certum tempus coram ſe juri ſtare mandârunt, Alioquin jura Epiſcopalia in dictis Eccleſiis adjudicârunt Colimbrienſi Eccleſiæ judices antedicti; & niſi eorum ſententiæ pareretur, tam Eccleſias, quàm earum parochianos, ſuppoſuerunr Eccleſiaſtico interdicto, Chriſtianâ ſepulturâ etiam interdictâ. Conſequenter verò Templariorum nuncius à bonæ memoriæ Urbano Papa prædeceſſore noſtro ſub ea forma commiſſionis literas impetravit, ur ante ingreſſum cauſſæ à Templariis ſufficienti cautione recepta quòd ſuper his juri parerent, delegati ſolverent interdictum, & alrerutra pars duceret appellandum, uſque ad diffinitivam ſententiam procedentes, geſta omnia tranſmitterent ſigillorum ſuorum munimine roborata, & diem partibus aſſignarent, quo venirent ad ſedem Apoſtolicam ſententiam recepturæ. Ex quarum nimirum literarum tenore non fuit proceſſum: quoniam pars quæ reſcriptum impetraverat, illud judicibus non oſtendit. Unde in Eccleſiis memoratis interdictum poſtea non exſtitit relaxatum; quòd Templarii, ſicut dicitur, non ſervâront. Cumque proceſſu temporis dilectus filius noſter G. Sancti Angeli diaconus Cardinalis in Hiſpaniæ partibus legationis officio fungeretur, Epiſcopo & archidiacono Ulixbonen. ſuis dedit literis in mandatis, ut aut cauſſam eandem fine debito terminarent, vel ſententias à prioribus judicibus promulgatas vice ſua raras habentes, quæ continebantur in eis facerent à partibus firmiter obſervari. Sed reſponſalibus Eccleſiæ Colimbrienſis ad diem peremptorium venientibus, coram eis, & Templariis, ſicut prius fecerant, venire contemnentibus vel mittere reſponſalem, judices latas à prioribus ſententias confirmârunt, ne ſcilicet divina celebrarentur officia in Eccleſiis antedictis, neque ſepelirentur in eis corpora defunctorum, nec primitiæ, decimæ, vel mortuaria militiæ Templi fratribus ſolverentur; excommunicationi ſubdentes qui contra hoc facere attentarent. Sed dicti fratres in ſua contumacia nequiter permanentes, obſervare præfatas ſentenrias penitùs contradicunt. De venerabilibus quoque fratribus noſtri Lamecenſi, Ulixbonenſi, & Viſenſi Epiſcopis, Eccleſiæ Colimbrienſi afflictæ afflictionem addentibus, quorum primus Eccleſias ſupradictas, alter Eccleſiam Thomar in Colimbrienſi diœceſi conſtitutam, tertius verò Eccleſias de Larena præſumpſir, ſpreta prohibitione Colimbrienſis Eccleſiæ, conſecrare; memoratus Colimbrienſis Epiſcopus gravamen in auditorio noſtro propoſuit quæſtionem, obnixè depoſcens ut tam ipſorum quàm aliorum prædictorum exceſſus animadverſione vellemus canonica caſtigare, per quos ſæpedicta Colimbrienſis Eccleſia enormem ſuſtinuerat læſionem. Nos igitur ab ipſius clamoribus, qui apud nos, ſicut veſtra novir diſcretio, moram fecerat longiorem, auditum avertere non valentes, & de prolatis delegatorum ſententiis, quantum oatuit per authentica ſcripta, certiores effecti, ſed utrum obſervatæ fuerint ignorantes, quamvis jam dictus Colimbrienſis Epiſcopus eas conſtanter aſſereret conſervatas, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ſolum Deum habentes præ oculis, gratia quoque ac timore poſtpoſitis, inquirentes ſuper his quæ præmiſſa ſunt diligentiùs veritatem, ſi jam dictis delegatorum ſentenriis auctoritate poſtmodum Apoſtolica minimè relaxatis inveneritis paritum non fuiſſe, Templarios in legitimis expenſis veſtræ diſcretionis arbitrio moderandis, factis ob hanc cauſſam per Colimbrienſem Eccleſiam condemnetis; ad quarum præſtationem eos per excommunicationis ſententiam, appellatione remota, cogi volumus & mandamus; à quibus ſufficienti cautione recepra quòd coram vobis juri parebunt, interdicto ſoluto audiatis cauſſam, & eam, appellatione ceſſante, fine cannnico decidatis. Si verò nominati fratres præmiſſam præſtare noluerint cautionem; vos ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo, in poſſeſſionem earundem Eccleſiarum cauſſa rei ſervandæ Colimbrienſem mittatis Eccleſiam, & tueamini per diſtrictionem Eccleſiaſticam introductam. Sacerdotes quoque & alios clericos, quos in illis Eccleſiis interdictis inveneritis officia celebrâſſe divina, excommunicationis gladio percellatis, & tamdiu faciatis ſicut excommunicatos arctiùs evitari

Ut controverſiam Epiſcopi Colimbrienſis contra Templarios dijudicent.

tari, donec cum veſtrarom teſtimonio literarum noſtro ſe conſpectui præſentârint. Epiſcopos autem prædictos, ſi, joxta quod ſuperiùs eſt expreſſum, Eccleſias illas inveneritis temerè conſecráſſe, appellatione ceſſante à Pontificali officio ſuſpendatis. Sic autem in præmiſſis articulis juxta reſcripti noſtri continentiam, non obſtante reſcripto aliquo, veritate tacita per ſubreptionem lite pendente à ſede Apoſtolica impetrato, fideliter ac prudenter appellatione poſtpoſita procedatis, nec proceſſum cauſſæ impediat ſi ſuper hoc ſe dixerint certum nuncium ad noſtram præſentiam tranſmiſiſſe, quòd protractas diutiùs controverſias per veſtram gaudeamus ſolicitudinem terminatas. Teſtes &c. cogantur. Quòd ſi omnes &c. to, frater Archiepiſcope, cum eorum altero. Datum Laterani II. Idus Octobris,

EX LIBRO DECIMO EPISTOLARUM

Innocentii III.

* Aliàs LVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * I.

Zamorenſi, Sccobienſi, & Abulenſi Epiſcopis.

Vt ſi magiſter I. ſcholaſticus Eccleſiæ Palentin. contra Epiſcopum Palentin. calumnioſè crimina proponendo contra eum proceſſerit, ab officio ac beneficio ſuſpendatur.

134. Cum dilectus filius I. magiſter ſcholarum Eccleſiæ Palentinæ olim ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet, & nobis de venerabili fratre ..... Palentin. Epiſcopo ſuo exceſſus varios nonciâſſet, venerabili fratri noſtro ..... quondam Epiſcopo Legionen. nunc Archiepiſcopo Compoſtellan. & dilectis filiis ..... de Valle-bona, & ..... de Mataplana, Abbatibos diœceſis Palentin. examinationem commiſimus exceſſuum objectorum. Qui ſuper ſimonia doplici, dilapidatione, abſolutione incidentium in Canonem ſententiæ promulgatæ, quodque appellatiooibus ad nos interpoſitis deferre contemneret, nec non quòd in manibus ſuis nltra tempus in Concilio Lateranenſi conſtitutum, vacantem tenuerit dignitatem, & quòd furtim quoddam ſubtraxerit inſtrumentum, in qoo à jure canonicorum jura Epiſcopalia diſtinguuntur, & quibuſdam aliis, inquiſitâ per teſtes pleniùs veritate, inquiſitionem ipſam cum depoſitionibus teſtium nobis fideliter tranſmiſerunt.

135. Cùm autem proceſſum negotii, & dicta teſtium examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum eſſe ſofficienter aliquid de prædictis, eundem Epiſcopum de conſilio fratrum noſtrorum abſolvendum decrevimus ab objectis, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus memoratum magiſtrum ſcholarum, donec canonicè ſuam porgaverit innocentiam, ſcilicet qoòd non calumniandi animo ad hujuſmodi crimina proponenda proceſſerit; ab officio & beneficio ſuſpendatis, ut cæteri ſimili pœna perterriti, ad infamationem ſuorum facilem non proſiliant Prælatorum. Quòd ſi non omnes, duo veſtrûm, &c. Datum Laterani V. Idus Maji, anno decimo.

* Aliàs LXXV. apud Baluzium.

EPISTOLA * II.

Compoſtellano Archiepiſcopo.

Vt reconciliare poſſit altare S. Jacobi.

136. Propoſuiſti nobis in noſtra præſentia conſtitutus, qoòd venientibus ad Eccleſiam Beati Jacobi ex diverſis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab alteris per contentiones & rixas altaris de nocte cuſtodiam vendicare, homicidia contingunt interdum, & allquando vulnera inferuntur. Propter quod humiliter poſtulâſti, ut alio modo quàm per reconſecrationis beneficium dignaremur ipſi Eccleſiæ providere. Manente igitur Eccleſia & altari, fraternitati tuæ ioſinuatione præſentiom innoteſcat, qnòd ipſa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam. Datum Viterbii XII. Kal. Julii, anno decimo.

EPI-

EPISTOLA * III.

* Alias LXXVI. apud Baluzium.

Eidem.

137. Super eo quòd fraternitas tua nos conſulere voluit, ut quia tota ferè provincia Compoſtellana de novo eſt ad juriſdictionem Eccleſiæ tuæ converſa, qualiter tibi provinciam, vel partem provinciæ, viſitanti obſequi debeat & ſervire, nec non & in procurationibus providere, te inſtruere dignaremur; tibi taliter duximos reſpondendum, quia illud obſervare tenetur, quod in vicinis provinciis obſervatur. Datum Viterbii X. Kal. Julii, anno decimo. De procurationibus.

EPISTOLA * IV.

* Alias LXXVIII. apud Baluzium.

Archiepiſcopo & Epiſcopis per Hiſpaniam & Guaſconiam conſtitutis.

138. Occurrere debet Apoſtolica ſedes præſumptionibus malignorum, & eorum exceſſus paſtorali ſolicitudine cohibere. Sanè ad audientiam apoſtolatus noſtri pervenit, quòd quidam in Hiſpania & Guaſconia conſtituti, adulterina inſignia Beati Jacobi, quæ conchæ dicuntur, in animarum ſuarum periculum cudere non verentur. Volentes igitur præſumptiones hujuſmodi per veſtræ diſcretionis prudentiam cohibere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus auctoritate noſtra univerſis per veſtras provincias conſtitutis ſub excommunicationis pœna diſtrictiùs inhibere curetis, ne hujuſmodi adulterina inſignia, quod in ſuarum vergit periculum animarum, cudere aliqoa temeritate præſumant. Datum Viterbii XIII. Kal. Julii, anno decimo. De adulterinis inſignis S. Iacobi.

EPISTOLA * V.

* Alias CX. apud Baluzium.

Cæſar-auguſtano Epiſcopo.

139. Quid per *novalis* vocabulom intelligi debeat, à nobis toa fraternitas requiſivit. Licèt autem quidam dixerint quòd novale ſit terra præciſa quæ anno ceſſat, aliis aſſerentibus quòd ex ſylva quæ ex arboribus extirpatis ad cultum redigitur, quarum utraque interpretatio colligitur ex civilibus legibus; nos tamen inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd eam credimus anteceſſorum noſtrorum intentionem fuiſſe, cùm piis locis indulgentiam de novalibus conceſſerunt, ut novale intellexerint agrum de novo redactum ad cultum, de quo non exſtat memoria quòd aliquando cultus fuiſſet. Sed nec de quolibet tali credimus eiſdem indulgentiam fore conceſſam, niſi de illo dumtaxat, cujus decimas religioſus conventus poteſt abſque gravi detrimento parochialis Eccleſiæ retinere, cùm ſæpè ſit talis locus incultus, de quo parochialis Eccleſia magnos percipit decimarum ratione proventus. Datum Viterbii XI. Kal. Septembris, anno decimo. Declaratur quid per novalis vocabulum intelligatur.

EPISTOLA * VI.

* Alias CXLIV. apud Baluzium.

Archiepiſcopis & Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & univerſis clericis in regno Aragoniæ conſtitutis.

140. Olet annuere &c. *uſque*, impertiri. In literis ſiquidem char. in Chr. fil. n. Petri illuſtris Regis Aragonum ſic de verbo ad verbum peſpeximus contineri. Petrus Dei gratiâ Rex Aragonen. Comes Barchinonen. & dominus Montis-peſſulani, venerabilibus in Chriſto Tarraconen. Archiepiſcopo, & univerſis Epiſcopis, Abbatibus, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis, & eorum conventibus in regno & dominio noſtro conſtitutis, æternam in De libertate electionum Epiſcopalium

Domino ſalutem. Regi Regum, per quem Reges regnant, reverentiam debitam exhibentes, & ſponſæ ejus, ſanctæ videlicet Eccleſiæ, integram libertatem conſervare volentes, peſſimam conſuetudinem à nobis hactenus obſervatam, quâ electionē Prælatorum ſine noſtro conſilio & aſſenſu procedere non permittebamus, amore Dei & ſanctæ Eccleſiæ, & pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum relaxamus, vobiſque & univerſis ſucceſſoribus veſtris & conventibus in omni juriſdictione noſtra conſtitutis, liberam eligendi facultatem per nos & per omnes ſucceſſores noſtros, aſſenſu regio minimè requiſito, in perpetuum indulgemus; hoc ſolùm nobis & ſucceſſoribus noſtris reſervantes, ut liberè & canonicè electus in ſignum regiæ fidelitatis nobis & ſucceſſoribus noſtris debeat præſentari. Nos igitur devotionem regiam in Domino commendantes, & approbantes in hac parte ſtatutum ipſius, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Corneti III. Kal. Novembris, anno decimo.

* Aliàs CLVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * VII.

Civibus, & univerſo populo Dertuſenſi.

Hortatur eos ut Eccleſiam Dertuſenſem revereantur.

141. AD noſtram audientiam ven. f. n. G. Dertuſenſi Epiſcopo ſignificante pervenit, quòd cùm pro eo quòd decimas & primitias ad plenum ſolvere nolebatis, olim vos excommunicationis ſententiæ ſubjeciſſet, in contemptum excommunicationis ipſius in cœmiterio Eccleſiæ præſumpſiſtis ferè centum corpora decedentium ſepelire. Poſtmodum autem ſuper ipſis decimis & primitiis juſtitia mediante pro eodem Epiſcopo ſententiâ promulgatâ; promiſiſtis vos mandato Eccleſiæ pariturus interpoſito juramento. Verùm ab eodem Epiſcopo poſtmodum abſoluti, ſicut mandaverat, ſepulta corpora extumulare curâſtis, volentes contemptum priſtinum taliter expiare. Sed procedente tempore aliqui veſtrûm converſi retrorſum, & devotionem oſtenſam in odium deducentes; in ſuarum perniciem animarum, ad ſuggeſtionem fratrum hoſpitalis Hampoſtæ, apud eoſdem, Eccleſiæ memoratæ cœmiterio derelicto, præſumpſerunt cum interpoſitione fidei eligere ſepulturam; per hoc ipſi Eccleſiæ nitentes læſionem inferre.

142. Tandem quidam ex eis ad conſcientiam reducentes, & pœnitentiam volentes agere de commiſſo, ipſi Epiſcopo ſunt confeſſi hoc ab ipſis fuiſſe pro ſuæ damno Eccleſiæ attentatum; ſed alii pertinaciter in excogitata malitia perſeverant. Quia verò indignum eſſe videtur, ut Dertuſenſis Eccleſia mater veſtra, quæ animas veſtras ſpiritualibus reficit alimentis, vos non ſentiat filios, ſed privignos; univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus non obſtante hujuſmodi juramento, quod ex odio in damnum Dertuſenſis Eccleſiæ temerè præſtitiſtis, tam in vita quàm morte more ſolito eandem Eccleſiam honorantes, ad ſtatum priſtinum redeatis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV. Kal. Decembris, anno decimo.

EX LIBRO XI. EPISTOLARUM

Innocentii III.

* Aliàs IV. apud Baluzium.

EPISTOLA * I.

Illuſtri Regi Aragonum.

Ut ſororem ſuam Regi Siciliæ in uxorem mittat.

143. EX ſpeciali dilectionis affectu, quo perſonam tuam & regnum Aragonenſe diligimus, provocamur ut non ſolùm ad ea quæ tibi utilia ſunt, & illi tuam magnificentiam exhortemur, verùm etiam arguamus eandem, ſi circa ipſa ſolicitudinem non adhibet quam oportet, cùm tibi pater, ſimus in illo qui filium quem diligit, corrigit & caſtigat. Tua quidem regalis ſerenitas non ignorat, qualiter ſuper negotio matrimonii inter tuam ſororem & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Federicum illuſtrem Regem Siciliæ conſummandi, de quo jamdudum à ſua fuerat habitus genitrice tractatus, aliquando tecum fuerimus viva voce locuti, ac ſæpè per noſtras te literas exhortati. Sed licèt in ſuccurſum ipſius duas galêas noviter deſtinâris, de quo regalem prudentiam plurimùm in Domino commendamus, confirmationem tamen ejuſdem facti, ex parte præfati Regis non ſine ſtudio noſtræ ſolicitudinis acceptati, quantum à te dependet, pluſquam oportuerit, & decuerit, diſtuliſti. In quo profectò, cùm pridem illud

illud non modicum viſus fueris appetiſſe, moram ingerere non deberes; cùm præter id quòd ex tali dilatione prægrandis utilitatis compendium impeditur, de te poſſet inſultando referri: *Ecce homo qui cœpit, & non potuit conſummare.*

144. Cæterùm ut cum tuo pariter & pro tuo loquamur honore, quæ pigritia jam te detinet, quæ ſegnities perfectionem tibi negotii tam perutilis diſſuadet, ut paſſim opportunitatis hodiernæ rem craſtinet, & proceſſum copulæ tam felicis uſque futures? Porrò non eſt pro quo nuptiis tam magnificis ulteriùs tuam deceat ſuperſedere ſororem. Præcelſus enim eſt ſponſus ejus, & titulum Regis habens ex utero matris ſuæ. Non claudicat generis ſui nobilitas; ſed utroque pede firmiter ſubnixa procedens, deſcendentem à progenie in progeniem, ſui ſanguinis magnitudinem per virtutum amplificat majeſtatem; filius quidem & nepos Imperatorum, patris non ſolummodo, ſed & avi; de matre proditus eſt auguſta, quæ nimirum & ipſa Regina Siciliæ, Regis aliquando ſoror fuit. Regis amita, Regis nata, & præterea neptis ejus qui glorioſiùs opere Rex quàm nomine, de duobus diverſis & adverſis Auguſtis, ac Venetis, aliiſque gentibus una die refertur in diverſis mundi partibus mari & aridâ magnificè triumphâſſe. Horum quidem natalium tuæ germanæ ſponſus claritate conſpicuus (ſicut de ſibi paribus ſcriptum eſt: *Cæſaribus virtus contigit ante diem.*) De janua pubertatis paſſu velociori annos diſcretionis ingreditur, & ætatem anticipando virtutibus, feliciter regnandi primitias mirabiliter exorditur.

145. Denique regnum ſuum dives & nobile inter cætera regna mundi, umbilicus & portus eſt aliorum; de quo & per quod tanto tibi majora poterunt commoda provenire, quantò magis tuo regno contiguitate maris eſt proximum, & à nobis, utpote peculiare Beati Petri, ſpeciali prærogativa dilectum. Cùm igitur venerabilis frater noſter Mazarienſis Epiſcopus, vir utique providus ac fidelis, & penſatis ſingulis qualitatibus ad negotium hoc idoneus, ad ſuggeſtionem nunciorum tuorum ac tuam pro jam dicta tua ſorore tranſducenda mittatur, celſitudinem regiam monemus attentiùs & propenſiùs exhortamur, quatenus eam cum apparatu decenti & honorifico comitatu, quo & ipſa, prout convenit tantæ ſponſæ, circumornata procedat, & ſponſus ejus ſolatium opportunæ ſubventionis accipiat, mittere non poſtponas; expenſas, quas negotium tanti profectus & honoris expoſcit, aliquo modo non evitans, cùm Deo, ſicut confidimus, proſperante, tibi poſſint in decuplum reſtaurari. Datum Laterani.

EPISTOLA * II.

* Aliàs V apud Baluzium.

In eundem ferè modum illuſtri Reginæ Aragonum uſque in finem.

146. Quocirca ſerenitatem tuam monemus attentiùs & propenſiùs exhortamur, quatenus dictum Regem ad id prudenter & diligenter inducas, attendens quòd ſi perſonaliter accederes cum eadem, præter id quod affectu materno de tam felici generi filiæque lætareris amplexu, utiliter valdè poſſes & Regem & regnum per tuam prudentiam moderari. Datum Laterani.

EPISTOLA * III.

* Aliàs CXXXIV. apud Baluzium.

Illuſtri Regi Aragonum.

147. Ut chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Siciliæ Rex illuſtris, chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Conſtantiam ſororem tuam, quondam Reginam Hungariæ, ducat in conjugem, Apoſtolicum impertimur aſſenſum, & quod ſtatutum eſt & conceſſum de duobus dodariis, donationibus videlicet propter nuptias, approbamus; de tertio verò, quod eſt arbitrio noſtro commiſſum, hoc tuæ ſerenitati mandamus, quod mediâ viâ duximus incedendum; ita videlicet ut ſecundum tenorem conventionum, cæteris adimpletis, illud ſuper hoc exſpectetur implendum quod noſtra decreverit providentia, ipſi profectò negotio ſine majoris expreſſionis indicio profutura. Quocirca tuam regalem prudentiam fideliter exhortamur, ſolicitè commonentes, quatenus moras ulteriùs non innectens, ad conſummationem hujus negotii ſtudioſè procedas; quia longè majus quàm hactenus tibi oſtium eſt apertum. Datum Soræ VI. Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno XI.

De matrimonio Frederici Regis Siciliæ.

EPI-

* Aliàs CLXXVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * IV.

Tarraconenſi, Bracarenſi, & Compoſtellano Archiepiſcopis:

Non licere fratribus S. Ioannis Hieroſolim. tranſire ad Ciſtercienſes.

148. LIcet quibuſdam monachis & canonicis, necnon Hoſpitalariis & Templariis, à ſede Apoſtolica ſit indultum, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſſit ipſis invitis, arctioris etiam religionis obtentu, tranſire, ut unuſquiſque ſecundum Apoſtolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus; quia tamen ubi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, quia lex poſita non eſt juſto; ea ratione videtur hoc illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate vel levitate, in jacturam & in ruinam ſui Ordinis, ſub prætextu majoris religionis ad alium Ordinem tranſvolaret, ſicut frequenter à multis conſtat eſſe præſumptum; non quidem ut ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandam, quatenus non ficte ſed verè ad frugem melioris vitæ valeat tranſmigrare.

149. Talis ergo poſtquam à Prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulaverit, ex lege privata, quæ publicæ legi præjudicat, abſolutus liberè poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere, non obſtante proterva indiſcreti contradictione Prælati, qui privilegium meretur amittere cùm conceſſa ſibi abutitur poteſtate; cùm & Romanus Pontifex, qui ſupremam obtinet in Eccleſia poteſtatem, Archiepiſcopis & Epiſcopis cedendi licentiam, ex juſta cauſſa petentibus ſine difficultate concedat. Quocirca noverint univerſi, quibus hujuſmodi privilegium eſt conceſſum, ſe ad concedendum tranſeundi licentiam taliter poſtulantibus de jure teneri: quia ſicut ſubditus à Prælato cum humiliate ac puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, ſic profectò Prælatus ſubdito ſine difficultate ac pravitate debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire divinitùs inſpiratum.

150. Si verò probabiliter dubitetur, utrùm quis velit ad Ordinem arctiorem an laxiorem ex charitate an ex temeritate tranſire; ſuperioris eſt judicium requirendum, ne fortè angelus ſatanæ in lucis angelum ſe transformet; illâ ſemper regulâ inviolabiliter obſervatâ, ut nullus abſque licentia Romani Pontificis præſumat occaſione quacumque deſerere Præſulatum: quoniam ſicut majus bonum minori bono præponitur, ita communis utilitas ſpeciali utilitati præfertur; & in hoc caſu rectè præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, & labor quieti. Ad quod utique deſignandum unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus non de Rachele ſecundùm carnem natus eſt, ſed de Lia; nec legitur eum in domum ſuam Maria excepiſſe, ſed Martha: unde quamdiu poteſt Epiſcopus præeſſe pariter & prodeſſe, non debet cedendi poſtulare licentiam, aut etiam obtinere.

151. Sanè dilecti filii fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani in partibus Hiſpaniæ conſtituti, gravi nobis conqueſtione monſtrârunt quòd quidam fratres eorum, qui adminiſtrationem & magiſtratum habuerant in domibus Hoſpitalis, & alii ejuſdem Ordinis, cùm mandatum aliquod recipiunt à magiſtris, quod ſibi non placeat, aut durum etiam videatur, ſe ad Ordinem Ciſtercienſem transferunt, & ſic domus Hoſpitalis bonis ſuis multotiens ſpoliatur. Quia verò eorundem fratrum gravamen clauſis non poſſumus oculis pertranſire; dilectis filiis univerſis Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis in Hiſpania conſtitutis, noſtris literis dedimus in præceptis, ut quæ præmiſſa ſunt diligenti meditatione penſantes, procurent eadem firmiter obſervare, proviſuri attentiùs ut quod ſibi fieri nolunt, minimè faciant fratribus antedictis.

152. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti Abbates mandatum noſtrum neglexerint adimplere, vos memoratos fratres contra præmiſſorum tenorem non permittatis aliquatenus moleſtari; quin immo tam recedentes fratres, quàm *illos* qui eoſdem contra præmiſſam formam recipere fortè præſumpſerint, ut ab hujuſmodi præſumptione deſiſtant, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis. Quòd ſi non omnes &c. duo veſtrûm &c. Datum Laterani VI. Kal. Decembris, anno undecimo.

EX LIBRO XII. EPISTOLARUM

Innocentii III.

EPISTOLA * I.

* Aliàs XVIII. apud Baluzium.

Petro Compoſtellano Archiepiſcopo:

Conceditur ei ut pallio uti poſſit extra provinciam.

153. EX tuarum tenore literarum accepimus, quòd cùm fuerit in conceſſione pallii tibi dictum, ut ipſo infra tuam Eccleſiamutereris, & tibi tam de mandato regio, quàm etiam pro Eccleſiæ tuæ negotiis procurandis frequenter extra tuam provinciam commoranti verecundum ſit abſque pallio miniſtrare; cùm conſuetudo ſit, ſicut aſſeris, in Hiſpania generalis, quòd Archiepiſcopi extra ſuas provincias pallio indifferenter utantur, ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi à ſede Apoſtolica poſtulâſti. Licèt autem uſus hujuſmodi ſit abuſus, & conſuetudo talis dicenda ſit potiùs corruptela, & ii graviter offendere dignoſcantur, qui utuntur palliis extra ſuas provincias abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali; nos tamen in hac parte volentes fraternitati tuæ facere gratiam ſpecialem, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut ſi quando neceſſitate aliqua præpeditus, ad Eccleſiam tibi ſubjectam accedere fortè nequiveris pro conſecrandis ſuffraganeis tuis vel clericis ordinandis, & ad Eccleſiam alienam propter hoc te contigerit declinare, dummodo is, ad quem eadem Eccleſia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis caſibus liberam habeas facultatem. Datum Laterani IV. Non. Aprilis, anno duodecimo.

EPISTOLA * II.

* Aliàs XCIX. apud Baluzium.

Epiſcopo, & F. & V. Archidiaconis Salamantinis.

Confirmatur ſententia lata pro monaſterio Colimbrienſi.

154. INter dilectos filios Priorem & conventum monaſterii ſanctæ Crucis Colimbrienſis ex parte una, & M. & I. presbyteros, G. I. P. & M. diaconos, & P. I. & M. ac quoſdam alios clericos cappellæ monaſterii memorati ex altera, quos ad præſentationem eorundem Prioris & fratrum ad titulum ipſius monaſterii dicebatur venerabilis frater noſter Colimbrienſis Epiſcopus ordinâſſe, ſuper ordinatione ipſorum & reſtitutionis ſententia à dilecto filio magiſtro P. Priore Sanctæ Mariæ Montiſ-majoris, & conjudicibus ſuis auctoritate noſtra lata pro eis, extortâ materiâ quæſtionis, poſt altercationes multiplices & varias allegationes propoſitas coram venerabili fratre noſtro Epiſcopo & dilectis filiis decano & cantore Zamorenſibus, quibus ultimò commiſimus cauſſam ipſam, quaſdam ejuſdem Colimbrienſis Epiſcopi literas exhibuerunt duo ex clericis memoratis, videlicet P. Bartholomæi & I. Nunonis, in quibus continebatur expreſsè, quòd P. Colimbrienſis Epiſcopus ad titulum monaſterii Sanctæ Crucis & præſentationẽ Prioris & conventus ejuſdem promoverat quoſdam clericos, unum in presbyterum, & alios in diaconos & ſubdiaconos, & oſtiarios, quorum nomina in ſuis literis exprimebat, inter quæ videbantur præſcriptorum clericorum nomina contineri, quibus in ejus præſentia competens fuerat beneficium repromiſſum.

155. Cumque fuiſſet à Priore & fratribus allegatum, eaſdem literas nunquam de conſcientia Epiſcopi emanâſſe, ac ſuper hoc fuiſſet aliquaodiu litigatum; in hoc demum partes pariter convenerunt, abrenunciatis omnibus quæ geſta erant in cauſſa, ut ſi Colimbrienſis Epiſcopus tenorem recognoſceret literarum, ipſi judices juxta ſuum arbitrium facerent clericis ipſis, pro quibus prædicta ſententia lata fuerat, in monaſterio provideri; ſi verò non recognoſceret tenorem earum, ex toto abſolverent Priorem & conventum ab impetitionibus clericorum. Cùm autem judices certiorari per dictum Epiſcopum petiiſſent, licèt Epiſcopus nimis obſcurè primitus reſcripſiſſet; poſtmodum tamen nimis intricatè reſpondit hoc modo: *Recordamur quoſdam clericos Eccleſiæ Sanctæ Crucis ad titulum monaſterii, & præſentationem duorum vel trium canonicorum ejuſdem loci, promoviſſe ad ordines, ac eiſdem ſuper ordinatione ſua noſtras literas conceſſiſſe; ſed qui fuerint, & an literarum tenor de noſtra conſcientia emanaverit, non recolimus.*

156. Super hujuſmodi verò reſponſione conſcribi fecit idem Epiſcopus tria paria literarum; quarum unum ſæpedictorum clericorum parti, & aliud Prioris & fratrum nuncio aſſignavit, apud ſe ad cautelam tertio reſervato. Verùm cùm utraque pars traditas ſibi ab Epiſcopo literas judicibus præſentâſſet, pars Prioris & fratrum aſſeruit literas Colimbrienſis Epiſcopi clericis traditas

per

Digitized by Google

per eoſdem fuiſſe falſatas, cùm in eo loco, In quo ſcriptum fuerat: *utrum literarum tenor de noſtra conſcientia emanaverit, non recolimus*; loco negativæ particulæ affirmativa particula, videlicet *etiam*, literis, quibus utebantur clerici, poneretur.

157. Porrò cùm tam ſuper hoc articulo, quàm etiam ſuper alio, an videlicet ex iis quæ reſcripſit Epiſcopus, recognoviſſet continentiam literarum, fuiſſet utrinque diutiùs allegatum; judices de conſilio peritorum ſententiando dixerunt, Epiſcopum ſæpedictum literarum recognoviſſe tenorem, Priori & fratribus injungentes, ut prædictis duobus clericis providerent juxta formam in authentico eorundem expreſſam, pro cæteris ſententiam confirmationis quam tulerant ſuper prædicta reſtitutionis ſententia, ſed ad tempus ſe ſuſpendiſſe fatebantur eandem, in ſtatum priſtinum reducendo, & præcipiendo eam firmiter obſervari.

158. Quorum ſententiam magiſter I. monaſterii, Procurator nuper apud ſedem Apoſtolicam conſtitus coram dilecto filio noſtro Pelagio Sanctæ Luciæ ad ſepta ſolis diacono Cardinali, quem ipſi & prædicto Joanni Nunionis procuratori, clericorum ipſorum auditorem conceſſimus, petiit revocari; allegans eos contra conventionis ſeu compromiſſi tenorem ſententiam protuliſſe; quia cùm Colimbrienſis Epiſcopus ſcripſerit ſe non recolere an literarum tenor de ſua conſcientia emanâſſet; ergo an is tenor literarum fuerit, dubitavit; ergo tenorem ipſum minimè recognovit; & ideo mandare judices nequiverunt ſupradictis clericis provideri, utpote conditione in compromiſſo appoſita non exſtante. Propoſuit inſuper manifeſtè conſtare, literas, quas judicibus clerici ſupradicti obtulerant, fuiſſe falſatas; cùm literarum tenor, quas nuper nobis Colimbrienſis Epiſcopus ſuper eodem facto tranſmiſit literis, quibos pars monaſterii uſa fuerat, ſicut idem Epiſcopus aſſerit, omnino concordet, à quibus clericorum literas non eſt dubium diſcordâſſe.

159. Cæterùm procurator clericorum eaſdem literas fuiſſe falſatas prorſus inficians, proponebat alterius tenoris fuiſſe literas, quibus monaſterium uſum fuerat, quàm ſint illæ, quas ad nos Epiſcopus deſtinavit; adjiciens, quòd etſi ejuſdem tenoris forſitan exſtitiſſent, contra ſententiam tamen auctoritate Apoſtolica promulgatam, in præjudicium clericorum credendum non erat Epiſcopo in hac parte, cùm non juratus extra judicium teſtimonium dederit, & ſit in aſſertione propria ſingularis; & ideo ſibi ſoli credendum non erat, quantacunque fulgeat dignitate. Allegavit præterea compromiſſi verba non captioſè, ſed ſanè potiùs eſſe intelligenda, ut ſcilicet verba negativè concepta in affirmationem reſolvantur hoc modo: ſi Epiſcopus tenorem recognoſceret literarum, ſecundùm arbitrium judicum provideretur clericis memoratis; ſi verò non recognoſceret, ideſt, ſi recognoſceret non fuiſſe illam continentiam literarum, Prior & fratres ab impetitione abſolverentur ipſorum.

160. Et hæc interpretatio videbatur meritò admittenda, tom quia negantis factum per reum naturam nulla eſt probatio juxta legitimas ſanctiones, tum quia multi potuiſſent caſus occurrere, in quibus Epiſcopus non recognoviſſet continentiam literarum, ut ſi forſitan interim fuiſſet mortuus, vel mutus, ſeu mente captus effectus, aut in remotis partibus agens, vel etiam præſens & requiſitus nollet aliquatenus reſpondere, & ſic clerici debita fuiſſent proviſione fruſtrati, quod intentioni tam partis quàm judicum obviâſſet. Adjecit etiam, quòd illa verba: *Si Epiſcopus tenorem recognoſceret literarum*, non ad verborum ſeriem, ſed ad factum, de quo in literis agebatur, erant potiùs referenda. Unde cùm Epiſcopus dixerit ſe recolere quoſdam clericos cappellæ Sanctæ Crucis ad præſentationem quorundam fratrum ejuſdem loci ad titulum monaſterii ordinâſſe ac dediſſe literas ordinatis, oblatas ſibi literas ſuper quibus erat contentio, recognoſcens proprio ſigillo monitas, licèt dixerit ſe non recolere, an literarum tenor de ſua conſcientia emanâſſet, tenorem recognoviſſe intelligitur literarum, quas veras & authenticas reputabat, ſicut ſi aliquæ nobis literæ offerrentur noſtrâ Bullâ munitæ, quæ nec raſæ, nec cancellatæ, nec abolitæ viderentur in aliqua ſui parte, neque vitium appareret in filo, ſtylo, charta, vel bulla, nec inhoneſtum continerent aliquid vel iniquum, etſi non eſſemus memores ſic fuiſſe in facto proceſſum, quemadmodum literarum ſeries contineret; quia omnium habere memoriam divinum eſt potiùs quam humanum, proculdubio literas approbaremus eaſdem, & per conſequentiam earundem intelligeremur continentiam approbare. His igitur & aliis coram prædicto Cardinale propoſitis pleniùs intellectis, de fratrum noſtrorum conſilio ſententiam prædictorum judicum Zamorenſium approbantes, illam auctoritate Apoſtolica confirmamus. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eandem ſententiam faciatis appellatione remota inviolabiliter obſervari, contradictores, ſi quos inveneritis, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Quòd ſi non omnes &c. tu, frater Epiſcope, cum eorum altero &c. Datum Viterbii III. Non. Auguſti, anno duodecimo.

EPI-

EPISTOLA * III.

* Aliàs CXXV. apud Baluzium.

Illuſtri Regi Aragonum.

161. LIcèt ad promovendum quælibet opera pietatis debeat regalis celſitudo conſiſtere &c. *ut in alia, uſque*, transplantetur; regalem magnificentiam, &c. *uſque*, per vires & viros potentiæ tuæ ſubditos &c. *ut in alia, uſque*, verùm etiam piiſſimam ſacræ legis in eos facias exerceri cenſuram &c. *ut in alia, uſque*, in futuro. Illud autem te ab hujuſmodi non revocet pietate, quòd pro ſuſpecto paganorum incurſu ad exterminandum peſtilentes jam dictos tibi ſit opera minor danda; cùm etſi reputandi utrique ſint hoſtes, quantò ex his exonerare tibi curaveris unum latus, tantò aliud poſſis adverſus aliorum machinamenta firmare; illo inſuper ad tuam fortitudinem accedente, quòd in loco vicinorum hæreticorum Catholicos amodò vicinos habebis, & tales quorum obſequia domi militiæque gratioſiora tibi eſſe poterunt, quàm illorum. Datum ut ſuprà.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs CXXVIII. apud Baluzium

Epiſcopo Seguntino.

162. OLim nobis per tuas literas intimâſti, quòd cùm te præſente archipresbyter quidam Miſſam in ſua Eccleſia celebraret, & populi multitudo in chorum canonicorum, & uſque ad altare ſe ingereret importunè, tu diligenter monuiſti miniſtros ut turbam irruentem arcerent, quatenus ſic divina poſſent liberiùs officia celebrari. Quibus id efficere non valentibus, exiſtimans quòd ſuper hoc tibi majorem reverentiam exhiberent, populum arcere accepto baculo incepiſti, quoſdam impellens, quoſdam percutiens leviter, quoſdam terrens, ut ſic ſaltem opportunitas præberetur ſacris officiis peragendis. Alii ſiquidem ſecum percutiebant cum baculis populum repellendo, inter quos juvenis quidam in capite dicitur fuiſſe percuſſus, qui poſtea per menſem ſanus apparens, & indifferenter utens cibis & potibus univerſis, ad lapides ferendos, & calcem in diebus Maji, prout ſibi expediebat, locavit operas ſuas ad vineas fodiendas, intrans nihilominus balnea & tabernas.

Indicitur ei purgatio ſuper quodam facinore.

163. Poſt triceſimum verò diem ad ſuggeſtionem quorundam, te quidem inſcio & ignaro, quidam medicus imperitus & ſenex carnem capitis ejus, & teſtam ſecuit indiſcretè, licèt nullum percuſſionis ſignum in capite appareret, quem in ſectione illa quatuor ſupervenientes medici erraviſſe dixerunt, aſſerentes hujuſmodi ſectionem inducere cauſſam mortis. Juvenis autem quarta decima die poſt ſectionem eandem diem clauſit extremam; poſt cujus obitum in populo rumor inſonuit quòd ex percuſſione tua mortuus fuerat homo ille: quæ quidem infamia, ſicut firmiter per eaſdem literas intimâſti, à perſonis vilibus, æmulis, atque malevolis dignoſcitur initium habuiſſe. Unde humilitatis cauſâ licèt tua te conſcientia minimè reprehenderet, abſtinendum duxiſti à celebratione Miſſarum, donec ſuper hoc noſtræ reciperes beneplacitum voluntatis.

164. Nos autem dilecto filio Toletano electo noſtris dedimus literis in mandatis, ut inquireret ſuper hoc diligentiſſimè veritatem, & ſi ei de præmiſſis conſtaret, tibi daret licentiam cum timore Dei divina officia celebrandi; injungens etiam ut de cætero ſtudioſiùs vacares operibus pietatis, pro eo quidem quòd verbum Apoſtoli minùs providè obſervâſti dicentis: *Oportet Epiſcopum eſſe non percuſſorem*; cùm etſi non illum, alios tamen leviter percuſiſſe dicaris, ex quo rumor hujuſmodi eſt ſubortus; oblocutores inſuper & infamatores tuos, ut ab hujuſmodi præſumptione deſiſterent, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellere non differret. Præfatus verò electus, ſicut ex literis ejus accepimus, noſtris volens obedire mandatis, acceſſit ad Eccleſiam Seguntinam, & ab omnibus canonicis quos ibidem invenit, amicis & inimicis tuis, juramenta exigens, ab unoquoque ſuper prædicto facto rei veritatem diligentiſſimè inquiſivit; & quæ dixerat in ſcriptis redigens, licèt juriſperiti, & quidam Epiſcopi ei conſulerent ut tibi licentiam concederet celebrandi; quia tamen ei conſultiùs viſum fuit ut negotium ipſum ad nos inſtructum remitteret, dicta canonicorum & aliorum ſuo ſigillo ſignata nobis deſtinare curavit: cæterùm nobis inquiſitionem ipſam examinari cum diligentia facientibus, examinatores ipſius nobis fideliter retulerunt, quòd unus tantùm de viſu depoſuit, alii de auditu.

165. Duo verò chirurgici, & unus phyſicus, jurati dixerunt, quòd non ex percuſſione, ſed indiſcreta inciſione obierat juvenis memoratus. Nos igitur inter culpam & infamiam diſtinguentes, quia culpa probata non eſt, tuæ te conſcientiæ relinquimus quoad Deum, & ſuper infamia quoad homines ita tibi duximus providendum, ut clero & populo convocatis, chirurgicorum & phyſici teſtimonia publicentur, qui tuam videntur innocentiam expurgare; ut cùm infamia conquieverit,

rit, pontificale officium liberiùs exſequaris, dantes venerabili fratri noſtro Epiſcopo Segobienſi, & dilectis filiis Palentino electo & archidiacono Septempublicenſi,Segobienſis diœceſis,in mandatis, ut ſi quis ſuper hoc te præſumpſerit temerè moleſtare,ut ab hujuſmodi præſumptione deſiſtat monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcant, Datum Laterani VIII. Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

* Aliàs CXXXIX. apud Baluzium.

EPISTOLA * V.

Epiſcopo Segobienſi, & Palentino electo, & archidiacono Septempublicenſi Segobienſis diœceſis.

De eadem re.

166. OLim per literas ſuas ſignificavit nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus Seguntinus,quòd cùm eo præſente archipresbyter quidam Miſſam in ſua Eccleſia celebraret, & populi multitudo in chorum canonicorum, & uſque ad altare ſe ingereret importunè, ipſe miniſtros monuit diligenter, &c. *in eundem ferè modum ut in alia, uſque* ſubortus; oblocutores &c. *ferè in eundem modum uſque*, differret. Præfatus verò electus, ſicut ex literis ejus accepimus &c. *uſque*, publicentur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in eodem negotio juxta præſcriptam formam procedere procuretis. Si quis autem ſuper hoc eum temerè moleſtare præſumpſerit, ut ab hujuſmodi præſumptione deſiſtat, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcatis. Quòd ſi non omnes &c. tu, frater Epiſcope, cum eorum altero &c. Datum ut in alia.

* Aliàs CLXXVII. apud Baluzium.

EPISTOLA * VI.

Epiſcopo, & S. de Aunes archidiacono, Oſcenſibus, & decano Tiraſonenſi.

De electione Epiſcopi Pampilonenſis.

167. CUm olim tam contra illegitimum proceſſum electionis venerabilis fratris noſtri Pampilonenſis Epiſcopi, quàm etiam contra perſonam ipſius, qui de ſimoniaca pravitate, dilapidatione, lapſu carnis, & quibuſdam aliis exceſſibus culpabilis dicebatur, multa fuiſſent noſtris auribus intimata; venerabili fratri noſtro Aquenſi Epiſcopo, & dilectis filiis Abbati de Oliva Pampilonenſis diœceſis, & R. de Luco archidiacono Bajonenſi dedimus in præceptis, ut ad Pampilonenſem Eccleſiam accedentes, tam ſuper præmiſſis, quàm aliis proponendis,ſive contra Epiſcopum, ſive pro defenſione ipſius, inquirerent diligentiùs veritatem, & quæ invenirent fideliter redigentes in ſcriptis, ad nos ſub ſigillis propriis deſtinarent. Qui juxta mandatum noſtrum veritatem ſuper propoſitis inquirentes. depoſitiones ipſorum per quos inquiſitio facta fuit, ad noſtram tranſmiſerunt præſentiam conſignatas.

168. Nuper autem Hel. procuratore dicti Epiſcopi & S. Pampilonenſi canonico propter hoc apud ſedem Apoſtolicam conſtitutis, procurator ipſe duodecim ex teſtibus introductis, ſcilicet G. de Leotz, & ..... Roſcida vallis Priores, L. de Tafalia, & S. de Lioz archidiaconos, P. de Navaz cantorem, & A. de Ponte, P. de Leoz, P. de Andrequiam, I. Lupi, I. Martini, S. Petri & Garſiam canonicos Pampilonenſes propoſuit repellendos, utpote conſpiratores & criminoſos, ac inimicos Epiſcopi capitales, quod ſe tempore opportuno aſſeruit probaturum: adjungens Epiſcopum ipſum ſuper præmiſſis omnibus præmonitum non fuiſſe. Verùm parte altera reſpondente, quòd per teſtes alios, in quos procurator ipſe nihil objecerat, quæ contra Epiſcopum propoſita fuerant, probabantur, depoſitiones eaſdem publicari fecimus & inſpici diligenter.

169. Sed idem S. poſtmodum requiſitus à nobis, an illorum depoſitionibus, quibus nihil opponebatur, vellet eſſe contentus; reſpondit malle deciſionem negotii prorogari, quàm depoſitionibus illorum non uti, in quos prædicta objecerat procurator, per quas utique quæ fuerant objecta Epiſcopo, evidentiùs aſſerebat eſſe probata. Nos igitur de utriuſque partis aſſenſu idem negotium ſub hac forma vobis duximus committendum, atteſtationes eaſdem ſub Bulla noſtra vobis tranſmittentes incluſas, ut niſi prædicti duodecim teſtes ab Epiſcopo fuerint legitimè reprobati, vos depoſitionibus omnium, vel ſi aliqui forſitan reprobati fuerint, reſiduorum dictis diligenter inſpectis, ſi ea quæ objecta fuerunt Epiſcopo memorato, vel eorum aliquod quod ſufficiat ad condemnationem ipſius, probata legitimè fuerint, vos eundem ſublato appellationis obſtaculo à Pampilonenſi Eccleſia removere curetis, facientes eidem de perſona idonea per electionem canonicam provideri, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compellendo.

170. Quòd ſi nihil probatum fuerit, quod ſufficiat ad condemnationem Epiſcopi memorati,

vos

Digitized by Google

vos ab impetitione præfati canonici abſolvatis eundem. Quia verò nobis eſt aliquatenus de dilapidatione ſuſpectus; volumus & mandamus, ut circa temporalium adminiſtrationem, dilectos filios, majorem Priorem, R. archidiaconum de Longuida, & A. de Ponte, canonicum Pampilonenſem, coadjutores interim aſſignetis eidem, ſine quibus de bonis Epiſcopalibus diſponere nihil poſſit, & ipſi ſibi circa diſtractionem eorum nullum præſumant adhibere conſenſum. Quòd ſi alterutra partium maluerit per noſtram ſententiam negotium diffiniri; vos ipſum ſufficienter inſtructum ad noſtram præſentiam remittatis, præfigentes partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repræſentent, recepturæ à nobis dante Domino judicium æquitatis. Quòd ſi non omnes &c. tu ea, frater Epiſcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani III. Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

EX LIBRO XIII. EPISTOLARUM

Innocentii III.

EPISTOLA * I.

* Aliàs V. apud Baluzii.

Roderico Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

171. SAcroſancta Romana Eccleſia in Beato Petro Apoſtolorum Principe ab ipſo Salvatore omnium Domino Jeſu Chriſto caput eſt Eccleſiarum omnium conſtituta. Unde membra non decet à capite diſſidere, ſed eminenti rationi & ſupremæ proviſioni capitis obedire. Moderatrix autem diſcretio capitis ſingulorum membrorum officioſas actiones conſiderans, unicuique jus & ordinem à natura conſtitutum conſervat, & quibuſcumque nobilibus venuſtatis ſuæ dignitatem ſine invidia ſociali charitate cuſtodit. Hac igitur ratione prudenter inducti, jura nobilis & famoſæ Toletanæ Eccleſiæ, Apoſtolicæ ſedis propriæ ac ſpecialis filiæ, conſervare volentes, tuis, venerabilis frater Roderice, quem vera in Chriſto charitate diligimus, rationabilibus poſtulationibus paternæ pietatis affectu duximus annuendum. Ideoque per præſentem privilegii paginam, ad exemplar felicis recordationis Urbani, Gelaſii, Calliſti, Honorii, Eugenii, Adriani, Alexandri I. Alexandri II. Alexandri III. Urbani, & Cœleſtini prædeceſſorum noſtrorum, Primatûs dignitatem per Hiſpaniarum regna, tibi & Eccleſiæ Toletanæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, teque Primatem Præſules Hiſpaniarum reſpicient, & ad te referent ſi quid inter eos dignum exortum fuerit quæſtione. Salva tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Verùm perſonam tuam in manu noſtra propenſiori gratia retinentes, cenſemus ut ſolius Romani Pontificis judicio, ejus cauſſa, ſi qua fuerit, decidatur.

172. Sanè Toletanam Eccleſiam præſentis privilegii ſtabilitate munientes, Complutenſem parochiam, & Concham ei tanquam Metropoli ſubditas eſſe decernimus cum terminis ſuis: nec non & Eccleſias omnes quas jure proprio ab antiquo poſſediſſe cognoſcitur, confirmantes. Epiſcopales præterea ſedes, quas in præſentiarum juſtè & canonicè poſſides, ſcilicet Palentiam, Segobiam, Oxomam, Seguntiam. Reliquas verò quæ ab antiquis ei temporibus ſubjacebant, cùm Dominus omnipotens Chriſtianorum reſtituerit poteſtati ſuæ dignatione miſericordiæ, ad caput proprium referendas, decreti hujus auctoritate ſancimus. Porrò illarum diœceſes civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiſerunt, eo tenore veſtræ ſubjicimus ditioni, ut quamdiu ſine propriis Metropolitanis exſtiterint, tibi ut proprio debeant ſubjacere: ita quidem, ut in ſedibus Epiſcopalibus liberam auctoritate noſtra habeas poteſtatem Epiſcopos, in caſtellis verò & villis presbyteros inſtituere; & prout tibi Dominus adminiſtraverit, ordinare tam in his Epiſcopatibus, qui de antiquis Eccleſiæ tuæ terminis eſſe noſcuntur, quàm in illis, qui proprium non habuerint Metropolitanum. Si quæ autem Metropoles in ſtatum fuerint proprium reſtitutæ, ſuo quæque diœceſis Metropolitano reſtituatur, ut ſub proprii regimine paſtoris ſuper divini collatione beneficii glorietur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona prædicta Eccleſia Toletana impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sanctorum Juſti & Paſtoris, Abbatiam Sanctæ Leocadiæ, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Tocha, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Batres, Eccleſiam Sancti Vincentii de Monte. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Valle-Eccleſiarum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Valdelmech, Eccleſiam de Calatrava, caſtrum quoque Alcalà, caſtrum de

Brioga, caſtrum de Canales, caſtrum de Alfamim, cum pertinentiis eorum, Domum Reginæ in Toleto, cum hæreditate ſibi pertinente. Domum Sanciæ ſororis illuſtris memoriæ Regis Aldephonſi, cum hæreditate patris ſui Raymundi Comitis, quam ipſa conſenſu fratris ſui Eccleſiæ tuæ donavit, & ſcripto confirmavit. Caſtrum quoque Bencarentiæ, & Aldeam quæ vocatur Azucuch, cum pertinentiis ſuis, & Alcobrogam. Decimas quoque omnium regalium redditoum de Sancta Eulalia, de Maqueda, de Aſcalona. Statuimus etiam ut univerſi parochiæ tuæ fines, qui jam Deo auctore à Chriſticolis habitantur, vel qui in futurum à Sarracenorum poteſtate auxiliante Domino eripientur, omnino integri tam tibi quàm tuis ſucceſſoribus in perpetuum conſerventur. Nomina verò oppidorum, quæ in tua diœceſi à Dei fidelibus incoluntur, in præſenti pagina duximus annotanda. Talavera, Alfamin, Makeda, Sancta Eulalia, Hulmus, Canales, Majeritum, Alcalà, Wadalfajara, Fita, Pennafora, Belegna, Uzeda, Talamanca, Butracum, Calatalifa, Aſcalona, Zuriţa, Calatrava, Almoguera, & Alcolea. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutora, ſalva ſedi Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Mariæ in Coſmedin diaconi Cardinalis, ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cancellarii, IV. nonas Martii, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo IX. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ III. anno tertiodecimo.

* Alias IX. apud Baluzium.

EPISTOLA * II.

Capitulo Toletano.

Ut procuratorem ſui ſubdiaconi mittant in poſſeſſionem canonicatus.

173. EXaminata fides, & probata devotio, quâ ſe nobis dilectus filius Andreas de Gabiniano ſubdiaconus & cappellanus noſter earum exhibuit hactenus, & jugiter exhibere non deſinit, nos inducit ut ad ſua commoda promovenda tantò ſibi ſpecialius aſtringamus, quantò manifeſtiùs hoc exigere ſua merita dignoſcuntur. Hinc eſt quòd cùm placuerit dudum venerabili fratri noſtro Roderico Archiepiſcopo, dilecto filio Hiſpano decano, & concanonicis veſtris, qui cum ipſo erant apud ſedem Apoſtolicam conſtituti, ipſum ad preces noſtras in fratrem & canonicum recipere coram nobis; nos id tantò gratum habuimus, & habemus, quantò ſubdiaconus ipſe pro ſuę merito bonitatis nobis & fratribus noſtris charus & acceptus exiſtit. Cùm igitur ex hoc non minùs Eccleſiæ in perſona, quàm perſonæ in Eccleſia credamus eſſe proviſum; univerſitatem veſtram rogamus attentiùs & monemus, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus quod per ipſos liberaliter factum eſt, hilari proſequentes favore, dictum ſubdiaconum per procoratorem ſuum in corporalem poſſeſſionem conceſſi ſibi canonicatus inducere procuretis; & cùm ad locum reſidentium ſit receptus, veſtiarium & alia quæ percipiunt reſidentes, per eundem procuratorem ſibi cum integritate debita conferatis; juramento quòd feciſſe dicimini non obſtante, cùm illud mandato noſtro nec debeat, nec poſſit obſtare. Taliter autem preces & præceptum noſtrum ſuper hoc ſtudeatis implere, quòd & idem ſubdiaconus, qui vobis & Eccleſiæ veſtræ in multis eſſe poterit fructuoſus, ad dilectionem veſtram ferventiùs poſſit aſtringi, & nos devotionem veſtram exinde valeamus non immeritò commendare. Datum Laterani Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

EPISTOLA * III.

Hiſpano Eccleſiæ Toletanæ decano.

Super eodem.

174. PLacuit venerabili fratri noſtro Roderico Archiepiſcopo, ac tibi, fili decane, & canonicis Toletanis, qui cum ipſo erant apud ſedem Apoſtolicam conſtituti, dilectum filium Andream de Gabiniano ſubdiaconum & cappellanum noſtrum ad preces noſtras in fratrem & canonicum recipere coram nobis. Quod nos tantò gratum &c. *ut in alia, uſque*, proviſum; dilectos filios Toletanum capitulum per ſcripta noſtra rogavimus attentiùs & monuimus,

nihil-

nihilominus eis præcipiendo mandantes, ut quod per dictos Archiepiſcopum & canonicos liberaliter &c. *uſque*, ſibi canonicatus inducant &c. *uſque*, debita conferre procurent; juramento quod feciſſe dicuntur nequaquam obſtante &c. *uſque*, obſtare. Cùm igitur ſubdiaconus antedictus de tua ſinceritate confidens, vices ſuas ſuper his tibi duxerit committendas, devotionem tuam rogamus attentiùs & monemus, quatenus ea taliter ſtudeas procurare, quòd & ſibi utile & nobis eſſe poſſit acceptum. Datum ut in alia per totum.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs LVII apud Baluzium.

Epiſcopo & magiſtro Flo. archidiacono Zamorenſi, & Abbati de Morerola diœceſis Zamorenſis.

175. GRave gerimus & indignum, quòd cùm venerabilis frater noſter Portugalenſis Epiſcopus poſt diutinas perſecutionis anguſtias, quas à chariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Rege Portugalenſi, & ejus noſcitur ſuſtinuiſſe miniſtris, evaſis demum fugę præſidio cuſtodiis violentis, boniſque ſuis, non ſolùm Eccleſiaſticis, verùm etiam patrimonialibus derelictis, compulſus ſit pariter cum decano ſuo & aliis, licèt paucis, tribulationis propriæ participibus, pro commiſſæ ſibi Eccleſiæ libertate, ad ſedem Apoſtolicam confugere quaſi nudus, canonici Portugalenſis Eccleſiæ, quos ejus, utpote boni patris, oppreſſionibus compati decuiſſet, non ſolùm filialis compaſſionis dicuntur ei ſubtraxiſſe ſolatium, quin immo tantò nocentiores aliis, quantò pejus familiaris ſolet lædere inimicus, ſæviendi adverſus ipſum temeritate ſua prębuiſſe videntur axtraneis incentivum, dum tam ipſi quàm Eccleſiæ memoratę portionarii excommunicationi ſubjecti, divina non erubuerunt officia celebrare, contempto temerè interdicto primo vel ſecundo per eundem Epiſcopum promulgato, ſuper quo non relaxando ad ſedem fuerat Apoſtolicam appellatum, & perjurio nihilominus vilipenſo quòd iidem canonici dignoſcuntur circa præſens negotium incurriſſe.

Committit inquiſitionem ſuper exceſſibus canonicorum Portugalenſium.

176. Nolentes igitur tantam præſumptionis audaciam relinquere incorrectam, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quòd inquiſita & cognita veritate, ſi rem inveneritis ita eſſe, canonicos & portionarios memoratos, ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo, Beneficiis Eccleſiaſticis & officiis ſpolietis; niſi forſan ad interventum & conſilium præfati Epiſcopi temperandum duxeritis hujus canonicę diſciplinæ rigorem. Volumus inſuper & præcipimus, ut circa omnia quæ præmiſſa ſunt, tam ſuper principali, quàm ſuper incidenti appellatione poſtpoſita procedatis. Quòd ſi non omnes &c. tu ea, frater Epiſcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani III. Idus Maji, anno tertiodecimo.

EPISTOLA * V.

* Aliàs LVIII. apud Baluzium.

Burgenſi Epiſcopo.

177. ORta inter te & monaſterium Onienſe ſuper ſtatu ipſius monaſterii quæſtione, cùm venerabilis frater noſter Segobienſis Epiſcopus, & dilectus filius Palentinus electus, eam de noſtro examinâſſent mandato, ipſamque ſufficienter inſtructam ad noſtrum remiſiſſent examen; nos tandem inſtromentis, atteſtationibus, confeſſionibus, & allegationibus diligenter auditis & perſpicaciter intellectis, de communi fratrum noſtrorum conſilio te ac L. monacho procuratore prædicti monaſterii conſenſum præbentibus, ita duximus providendum, ut Burgenſis Epiſcopus ſingulis annis ſemel ad idem monaſterium cauſâ viſitationis accedat; ubi devotè receptus, & per diem unum honeſtè de bonis ipſius monaſterii procuratus, capitulum intret, & habito ad Abbatem & fratres exhortationis ſermone, de ſtatu ejuſdem diligenter inquirat, ac ſuper his, quæ in eo reformanda vel ordinanda cognoverit, Abbas Epiſcopi ſalubre conſilium ſtudeat adimplere; ſi verò infra octo dies illud exſequi non curaverit, totius negotii veritatem idem Epiſcopus Romano Pontifici per literas ſuas ſtudeat fideliter intimare.

De libertate monaſterii Onienſis.

178. Ipſe tamen nec in Abbatem, nec in conventum excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam, hac vel alia occaſione, inconſulto Romano Pontifice, ferre præſumat; ſed mandatum ipſius Romani Pontificis exſpectetur, ut in eodem negotio juxta quod ipſe mandaverit procedatur. Et ſi Abbas fuerit inventus culpabilis ſuper eo quòd Epiſcopi conſilium non admiſerit, ſatisfaciat ei de moderatis expenſis, quas propter hoc eum feciſſe conſtiterit, nuncium ad ſedem Apoſtolicam deſtinando. Cùm autem poſt conſecrationem ſuam prima vice Burgenſis Epiſcopus ad monaſterium ipſum acceſſerit, recipiatur ab Abbate ac monachis cum proceſſione ſolenni, & ſi voluerit, celebret ibi Miſſam. Quotiens etiam invitatus acceſſerit pro exhibendis Eccleſia-

Digitized by Google

cleſiaſticis ſacramentis, procuretur ab eis; ita quòd nunquam numerum perſonarum & evectionem excedat in Lateranenſi Concilio diffinitum.

179. Omnia ſiquidem Ecleſiaſtica ſacramenta, quotiens indiguerint, ab eodem & non ab alio Epiſcopo exigant & recipiant; dummodo gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis voluerit exhibere. Alioquin liceat illis quemcumque maluerint Catholicum adire Pontificem, qui ea ſibi Apoſtolica fretus auctoritate concedat. Onienſis autem electus à Burgenſi Epiſcopo benedictionem reverenter expoſcat; quam ipſe illi gratanter impendat, difficultatem aut moram nullatenus ingerendo; niſi forſan ex publica fama, vel manifeſta cauſſa, ſeu denunciatione canonica rationabile quid obſiſtat. Et tunc etiam Romanus Pontifex conſulatur, & ipſius beneplacitum exſpectetur. Ita quòd ſi conſtiterit Epiſcopum fuiſſe culpabilem ſuper eo quòd benedictionem impendere noluiſſet electo, juſtas ei refundat expenſas, quas feciſſe probabitur ſedem Apoſtolicam conſulendo.

180. Cùm autem ab eo fuerit benedictus, reverentiam ei ſuper his tantummodo quæ præſcripta ſunt, repromittat, profeſſione hujuſmodi ſuper altare in ſcriptis oblata. In cæteris autem præfatum monaſterium plena gaudeat libertate. Ne igitur quod à nobis pro parte tam Burgenſis Eccleſiæ, quàm monaſterii Onienſis, ſalubriter eſt proviſum, occaſione qualibet in poſterum poſſit infringi, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut contra præſcriptam formam nulla ſummorum Pontificum privilegia, vel ſæcularium Principum ſcripta, nulla denique munimenta vel argumenta valeant prævalere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ proviſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani X. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

* Aliàs LIX. apud Baluzium.

EPISTOLA * VI.

Zamorenſi & Legionenſi Epiſcopo.

De eadem re.

181. Suſcitatâ ſuper diverſis articulis inter venerabilem fratrem noſtrum Burgenſem Epiſcopum & Onienſe monaſterium quæſtione, cùm venerabilis frater noſter Segobienſis Epiſcopus & dilectus filius T. Palentinus electus, quibus auctoritate noſtra dicta fuit cauſſa commiſſa, eam ſufficienter inſtructam ad noſtram præſentiam remiſiſſent; nos eidem Epiſcopo & L. monacho monaſterii procuratori, qui propter hoc ad ſedem Apoſtolicam venerant, audientiam conceſſimus liberam & benignam. Qui cùm cœpiſſent principaliter litigare ſuper ſtatu monaſterii memorati, quòd ad ſe de jure communi ſpectare dictus Epiſcopus proponebat, utpote in ſua diœceſi conſtitutum, cujus juris uſum Burgenſem Eccleſiam longis retroactis temporibus habuiſſe firmabat; & ex parte monaſterii diceretur, illud per Principes ſæculares & Romanos Pontifices ab antiquo libertate donatum, & ipſum longiſſimo tempore uſum fuiſſe plenaria libertate; nos auditis utrinque propoſitis, de voluntate partium demum ex providentia inter eas duximus componĕdum; prout in aliis noſtris literis ſuper hoc confectis plenius continetur.

182. Poſtmodum verò partibus ſuper ſubjectione ac libertate membrorum ejuſdem loci; monaſteriorum videlicet, cappellarum, cellarum, & prioratuum perſequentibus quæſtionem; quatuor ſibi dictus Epiſcopatus in præfatis locis ad ſe de jure communi ſpectantibus, ut dicebat, cujus juris uſum habuerat ab antiquo, ſpecialiter vendicabat, eorundem locorum clericos aſſerendo teneri ad Epiſcoporum, archidiaconorum, & archipresbyterorum Burgenſium accedere Synodos, excommunicationis vel interdicti ſervare ſententias promulgatas ab eis, procurationes annuas exhibere, ac ſingulos aureos ſolvere Burgenſi Epiſcopo noviter ſubſtituto; ad intentionem propriam roborandam ſuper primis tribus articulis jus commune, ſecundùm quòd dictos clericos, ſicut & alios ſuæ diœceſis ad prædicta teneri dicebat, ac juris ipſius uſum liberum ab antiquo, & ſuper quarto antiquam & approbatam conſuetudinem allegando.

183. De quibus omnibus per depoſitiones teſtium fidem factam eſſe dicebat. Verùm pars altera propoſuit ex adverſo ſupradicti monaſterii membra, ſicut & ipſum cœnobium, ab antiquo fuiſſe ſæcularium Principum & Romanorum Pontificum Urbani II. Paſchalis II. Eugenii III. & Alexandri III. privilegiis libertate donata, & longis retroactis temporibus hujuſmodi fuiſſe libertate gaviſa; ſicut per ipſa privilegia exhibita coram nobis, ac inſtrumentum Victoris quondam Burgenſis Epiſcopi, & ſuorum depoſitiones teſtium manifeſtè conſtare dicebat. Nos igitur auditis & intellectis quæ utraque pars propoſuit coram nobis ſuper quatuor præmiſſis capitulis, monaſterium Onienſe de conſilio fratrum noſtrorum juſtitia condemnavimus exigente. Sententiâ verò latâ procurator præfatus ad probandam præſcriptionem, tam ſuper quatuor articulis prænotatis, quàm etiam ſuper quibuſdam decimis poſt tranſactionem acquiſitis à monaſterio, Eccleſiis & colonis ipſius ex Epiſcopi parte petitis, quarum controverſiam volebamus ſententiæ calculo terminare, & in qua fuerat coram judicibus ſupradictis concluſum, reſtitutionem in integrum nomine monaſterii poſtulavit.

184. Et

Digitized by Google

184. Et cùm ſuper hoc coram nobis fuiſſet aliquandiu litigatum, nos deliberatione præhabita, reſtitutionem in integrum ad præſcriptionem probandam, tam ſuper quatuor articulis prænotatis, quàm etiam ſuper controverſia decimarum, eidem procuratori nomine monaſterii duximus indolgendam; tibi, frater Zamorenſis, & dilectis filiis magiſtris Mauricio archidiacono Toletano, & Michaëli canonico Segobienſi dantes noſtris literis in mundatis, ut recipiatis teſtes, quos pars monaſterii ad probandam præſcriptionem legitimam ſuper quatuor articulis ſæpè dictis, & ſuper capitulo decimarum, vel etiam Epiſcopus ad interruptionem probandam duxerit producendos; & ſi de partium voluntate proceſſerit, cauſſam ipſam appellatione remota fine debito terminetis; alioquin remittatis eandem ad nos ſufficienter inſtructam, præfigentes partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repræſentent, ſententiam dante Domino recepturæ.

185. Ne verò per excogitatam malitiam, ſicut ex quibuſdam præſumptionibus pluribus videbatur, effectum ſententiæ in damnum Epiſcopi contingeret impediri, neve monaſterium per exſecutionem ſententiæ propter ipſas ſuſpiciones incurreret detrimentum, nos æquitate penſata ita duximus providendum, ut ante omnia ſupradicta ſententia à nobis prolata per vos exſecutioni mandetur. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententiam ipſam ſublato appellationis obſtaculo exſecutioni mandantes, faciatis eandem inviolabiliter obſervari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcentes. Quòd ſi non ambo his exſequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nihilominus exſequatur. Datum Laterani VIII. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

EPISTOLA * VII.

* Alias LX. apud Baluzii.

Zamorenſi Epiſcopo, & magiſtris Mauricio archidiacono Toletano, & Michaeli canonico Segobienſi.

186. Suſcitata ſuper diverſis articulis &c. *in eumdem modum ut in alia per totum, uſque*, duximus indolgendam. Quocirca præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus recipiatis teſtes, quos pars monaſterii ad probandam præſcriptionem legitimam &c. *ut in alia, uſque*, à nobis prolata, ſublato appellationis obſtaculo exſecutioni mandetur, cujus exſecutionem tibi, frater Zamorenſis, & venerabili fratri noſtro Legionenſi Epiſcopo duximus committendam. Volumus nihilominus & mandamus, ut ab Epiſcopo recipiatis idoneam cautionem, quòd ſi monaſterium in cauſſa ipſa per ſententiam prævaluerit, univerſa quæ medio tempore ipſius ſententiæ occaſione percepit, monaſterio reſtituat memorato. Quòd ſi non omnes &c. duo veſtrûm ea &c. Datum ut in alia per totum. De eadem re.

EPISTOLA * VIII.

* Alias LXI. apud Baluzii.

Eiſdem.

187. Cum in cauſſa, quæ inter Burgenſem Eccleſiam, & clericos Sanctæ Mariæ de caſtro Soris, ſuper quibuſdam Eccleſiis, & rebus aliis vertitur, ad dilectum filium Abbatem de Retorta, & Priorem de Comitiis, fuerint à ſede Apoſtolica literæ impetratæ; ipſi reputantes venerabilem fratrem noſtrum Burgenſem Epiſcopum contumacem, in rerum petitarum poſſeſſionem, cauſâ rei ſervandæ partem induxerunt adverſam. Verùm cùm ſuper eorundem proceſſu, quem memoratus Epiſcopus, utpote poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam attentatum, revocari petebat, inter ipſum, & ..... partis adverſæ procuratorem fuiſſet in noſtra præſentia diutiùs litigatum; taliter fuit demum à nobis de ipſorum voluntate proviſum, ut tam ſuper dictarum rerum omnium poſſeſſione, quàm etiam fructibus, quos nunc poſſunt dicti clerici reſtituere, præfato Epiſcopo reſtitutis, de reſtituendis aliis, quàm citò ſe facultas obtulerit, idoneam exponant dicti clerici cautionem; ad quod eos, ſi neceſse fuerit, per vos volumus & mandamus, appellatione remota, Eccleſiaſticâ cenſurâ compelli.

188. Poſtmodum autem Epiſcopus petiit coram nobis, ut clericos ejuſdem Eccleſiæ, qui poſt interdicti ab eodem Epiſcopo, & excommunicationis ſententias à Palentino electo, & ſuis conjudicibus delegatis à nobis propter eorum contumaciam rationabiliter promulgatas divina præſumpſerant officia celebrare, præfatis ſententiis vilipenſis, pœnâ dignaremur canonicâ caſtigare, ac quorundam eorum corpora faceremus de cœmiterio Eccleſiaſtico exhumari, quæ interim fecerant tumulare. Procurator verò prædictus, tam ſuper libertate liberè ſibi eligendi Prælatum, quàm etiam ſuper tertiis ipſius Eccleſiæ, medietate domorum, molendinorum, vinearum, terrarum, & hortorum ad ipſam Eccleſiam in eodem caſtro ſpectantium, & Eccleſiarum ac terrarum ejuſdem

ejuſdem caſtri, & circumadjacentium eremitarum, item Sancti Nicolai, Sancti Dominici, Sanctæ Cæciliæ, Sancti Jacobi, Sancti Stephani, Sancti Joannis, Sancti Michaëlis, & Sanctæ Eulaliæ Eccleſiarum & eremitarum circumadjacentium eis, rurſum Sancti Michaëlis de Tavanera, Sancti Stephani de Caſtriello, Sanctæ Mariæ de Villafilos, Sancti Martini, & Sancti Andreæ Eccleſiarum, cum adjacentibus ei eremitoriis univerſis, terrarum quoque, ac vinearum, & molendinorum medietatis, & de Arnelas, & de Palacios, & de Titero Eccleſiarum, necnon & de Pontefitero, & de Fenejoſa, & Villæ-viridis, & de Alcobella, & Sancti Cypriani Eccleſiarum, ac eremitarum omnium circumadjacentium eis, procurationum quoque & obedientiarum, & interdictorum de Valbonella, de Fonte Leſiua, & de Valvinchera, & de valvas Eccleſiarum, & medietatis de ſolaribus, hortis, terris, vineis, molendinis Eccleſiarum de villa Serigo, & circumadjacentium eremitarum, de Villimara, & de Villaquiran Eccleſiarum, terrarum, & vinearum Eccleſiæ de Valdemoro, cum adjacentibus eis eremitoriis univerſis, de Quintanella quoque & de Fontan, de Caſtellanos & de villa Ajos Eccleſiarum, medietatis inſuper de ſolaribus, terris, hortis, vineis, & molendinis Eccleſiæ de Fanos, & de Feneſtroſa, cum eremitorio, & de Pedroſa, cum circumadjacentibus eremitoriis Sanctæ Eugeniæ & Sancti Joannis de Piſuerga Eccleſiarum, ac inſtituendi Prælatos & archipresbyteros in eiſdem, & hæreditatis cujuſdam apud Ormaza reſtitutionem humiliter poſtulavit.

189. Petiit quoque ut quaſdam res mobiles, ſcilicet thuribulum & ſcyphum argentea, mulam & mulum, centum oves, & tria juga boum cum apparatibus ſuis, duodecim porcos, & ſex modios panis, dolium vini, gallinarum quoque & anſerum, ac valentiam annonarum, quæ prædictus Burgenſis Epiſcopus per tres menſes in quindecim equitaturis expendit, tapeta duo, linteamina tria, & totidem pulvinaria, mantas tres, culcitram unam, mantilia quatuor, ſogam carralem de corio, ferrum caldararum, acetrum, tres aczados, totidem aczadas, quatuor ciſtas ſcutellis plenas, quatuor fulcra, & auricularia tria, coopertorium unum, necnon & lectum de corio, cuppam de villa Ajos ad villam de Silos tunc temporis deportatam, duas cuppas alias de civitate Burgenſi ablatas, & aliam venditam in Levis, ſcamna tria, carrum ferratum, quibus omnibus pars ſua ſpoliata fuerat, ei reſtitui mandaremus.

190. Adjecit inſuper, quòd dictus Burgenſis Epiſcopus claves Sacriſtæ abſtulit violenter, codicemque privilegiorum ablatum non reddidit, donec ea quæ contra ipſum & ſuam Eccleſiam in eo continebantur abraſit; quædam nihilominus detinens quæ delegati à nobis judices ſub excommunicationis pœna reſtitui præceperunt. Quæ omnia ſibi procurator prædictus cum fructibus perceptis ex eis reſtitui poſtulabat, & ſuper his ſatisfactionem ſibi congruam exhiberi. Lite igitur coram nobis ſuper præmiſſis legitimè conteſtata, quia ſuper utrinque propoſitis nobis non potuit fieri plena fides, cauſſam ipſam de ipſorum Epiſcopi & procuratoris aſſenſu vobis duximus committendam; per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus abſolutis clericis ejuſdem Eccleſiæ ad cautelam, audiatis cauſſam, & eandem, ſi de partium voluntate proceſſerit, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

191. Alioquin ipſam ſufficienter inſtructam ad noſtram præſentiam remittatis, præfigentes partibus terminum competentem, quo ſe noſtro conſpectui repræſentent, juſtam auctore Domino ſententiam recepturæ. Teſtes autem qui ab utraque parte fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione remota cogatis veritati teſtimonium perhibere. Nullis literis obſtantibus præter aſſenſum partium à ſede Apoſtolica impetratis. Quòd ſi non omnes his exſequendi &c. duo veſtrûm ea nihilominus exſequantur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Kal. Maji, anno tertiodecimo.

* Alias LXI. apud Baluz. [illegible]

EPISTOLA * IX.

Eiſdem.

De cauſſa monaſterii de Ortega.

192. BUrgenſi capitulo dudum ad nos ſuam querimoniam deſtinante, quòd monaſterium Sancti Joannis de Ortega ad Burgenſem Eccleſiam pertinebat, cui G. Martini ſacerdos & quidam alii debitam recuſabant obedientiam exhibere, violenter ipſum monaſterium detinentes; nos bonæ memoriæ Epiſcopo, & dilectis filiis archidiacono & theſaurario Palentinis commiſimus cauſſam ipſam. Coram quibus P. Joannis Burgenſis Eccleſiæ procurator, contra Petrum Bartholomæi, Petrum Joannis, Dominicum Martini, Joannem & Gundiſalvum, ſingulariter videlicet contra quemlibet, ſuam exeruit quæſtionem; & poſſeſſorium judicium intentando, propoſuit ab eiſdem violentiam Burgenſi Eccleſiæ fuiſſe illatam, reſtitutionem portionis unius canonici petens à quolibet prædictorum; poſtulans nihilominus ut expellerentur à monaſterio memorato, utpote violenter intruſi, & propter inobedientiæ vitium pœnâ canonicâ punirentur.

193. E contrà prædicti canonici prorſus inficiantes ſe aliquam Burgenſi Eccleſiæ violentiam intu-

intuliſſe, aut extitiſſe inobedientes eidem aliquatenus vel rebelles, dixerunt quòd cùm eſſent canonici regulares, nihil penitùs poſſidere poterant, vel agere, ſeu etiam reſpondere, abſque ſui Prioris licentia & mandato. Adjecerunt inſuper, quòd cùm diviſæ non eſſent in præfata Sancti Joannis Eccleſia portiones, ipſi, cùm nihil certum penitùs poſſiderent, etiamſi eſſent clerici ſæculares, ad reſtituendam aliquam portionem non poterant condemnari, nec à præfata Eccleſia ſupradicta occaſione depelli. Judices verò utrinſque partis atteſtationibus & allegationibus diligenter inſpectis, in tribus primis capitulis, ſuper quibus fuerat poſſeſſorium intentatum, antefatos quinque canonicos abſolverunt, condemnantes eoſdem ad canonicam obedientiam Burgenſi Epiſcopo exhibendam.

194. A qua ſententia cùm Burgenſis Epiſcopus appellâſſet, nos venerabili fratri noſtro Oſcenſi Epiſcopo, & dilectis filiis Tiraſonenſi decano & præpoſito Jaccenſi, dedimus in mandatis, ut in appellationis cauſſa legitimè procedentes, eandem ſententiam ſicut juſtum eſſet, confirmare vel infirmare curarent. Qui utriuſque partis confeſſionibus & rationibus intellectis, & advertens ſupradictas petitiones ex parte Burgenſis Eccleſiæ contra præfatos clericos, nimis ineptè ac irrationabiliter fuiſſe conceptas, antedictam ſententiam confirmârunt, verba in eadem expreſſa tenori ſuæ ſententiæ annectentes: qui ſententiâ in ſcriptis redactâ, & in ejuſdem ſerie annis Incarnationis Dominicæ annotatis, hujuſmodi clauſulam ſubjecerunt: *Præterea de illata Burgenſi Eccleſiæ violentia, & interdicto à prædictis quinque clericis non ſervato, ac expenſis à procuratore clericorum de Ortega petitis, reſervamus nobis licentiam cognoſcendi.*

195. Cùm autem nuper venerabilis frater noſter Burgenſis Epiſcopus, & ſupradictorum clericorum procurator, in noſtra præſentia ſuper præmiſſis aliquamdiu litigâſſent, nos utrinque propoſitis intellectis, ſententiam ultimorum judicum in eo duximus ſententialiter confirmandam, in quo ſupradictorum judicum dignoſcuntur ſententiam confirmâſſe. In eo verò quòd jam lata ſententia ſibi licentiam cognoſcendi ſuper quibuſdam articulis reſervârunt, dictum eorum decrevimus irritum & inane. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſupradictam ſententiam auctoritate Apoſtolica confirmatam, faciatis per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota inviolabiliter obſervari.

196. Quia verò ſuper libera adminiſtratione monaſterii memorati, & rebus ejuſdem, quibus Burgenſem Eccleſiam dicebat Epiſcopus ſpoliatam, & ſuper fructibus & rebus aliis, quas canonici ab eodem Epiſcopo repetebant, lis coram nobis fuit ſolenniter conteſtata; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recipiatis teſtes, quos utraque pars duxerit producendos, & cauſſam ipſam, ſi de partium voluntate proceſſerit, ſublato appellationis obſtaculo, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Alioquin eandem ad nos remittatis ſufficienter inſtructam, præfigentes partibus terminum competentem, quo noſtro ſe conſpectui repræſentent, ſententiam dante Domino recepturæ. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Nullis literis obſtantibus præter aſſenſum partium à ſede Apoſtolica impetratis. Quòd ſi non omnes his exſequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IV. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

EPISTOLA * X.

* Aliàs LXIX. apud Baluzium.

Fratribus monaſterii Onienſis.

197. His nos convenit robur Apoſtolicum impertiri, quæ ſemel in contentionem deducta, judicio ſunt vel concordia terminata; ne ſopitæ querimoniæ reviviſcant, & relabantur iterum in recidivæ ſcrupulum quæſtionis. Sanè cùm olim inter Eccleſiam veſtram, & bonæ memoriæ Victorem Burgenſem Epiſcopum ſuper tertiis decimarum quæſtio ſuborta fuiſſet, tandem inter eos hujuſmodi compoſitio interceſſit, quòd videlicet memoratus Epiſcopus de ſuorum canonicorum aſſenſu conceſſit & confirmavit Joanni tunc Onienſi Abbati, ejuſque Catholicis ſucceſſoribus in perpetuum, tertias decimarum in omnibus Eccleſiis ſuis, quas idem Abbas eo tempore poſſidebat, nec non decimas, quas uſque tunc in villis de Arenis, Sant, Tamajo, Terminon, Ventretea, Solas, & Pelluegas recipere conſueverat Epiſcopus memoratus. Præfatus verò Abbas, cum capituli ſui conſenſu, prænominato Epiſcopo & ſucceſſoribus ejus villam Ribillam cum omnibus pertinentiis ſuis conceſſit perpetuò poſſidendam. Confirmatur concordia facta inter Epiſcopum Burgenſem & monaſterium Onienſe.

198. Cùm autem nuper venerabilis frater noſter Gar. Burgenſis Epiſcopus, & Lupus procurator veſter, inter alias quæſtiones utrinque propoſitas coram nobis, cœpiſſent ſuper præfatis decimarum tertiis litigare, tandem compoſitionem præfatam memoratus Epiſcopus recognovit, eandem ſe velle ſervare proponens. Nos igitur veſtris precibus inclinati, compoſitionem jam dictam, ſicut piè ac providè facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, ad exemplar bonæ memoriæ

Digitized by Google

moriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentia ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani nonis Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

* Aliàs LXX. apud Baluzium.

EPISTOLA * XI.

Epiſcopo Zamorenſi, & Mauricio archidiacono Toletano, & magiſtro Michaeli canonico Segobienſi.

De recipiendis teſtibus ſuper præſcriptione.

199. Cum Lupus procurator monaſterii Onienſis propoſuiſſet inter alia coram nobis ad illud in ſuis Eccleſiis ratione cujuſdam tranſactionis, inter ipſum & bonæ memoriæ Victorem Burgenſem Epiſcopum olim initæ, parochiale jus integrè pertinere; ac venerabilis frater noſter Burgenſis Epiſcopus, ſucceſſor ipſius, in eiſdem quædam ſibi jura parochialia vendicaret; nos eandem cauſſam ſententiæ curavimus calculo terminare, prout in aliis literis ad vos directis pleniùs continetur. Sed cùm latâ ſententiâ, procurator ipſe ad probandum præſcriptionem ſuper quibuſdam articulis fuiſſet à nobis per beneficium in integrum reſtitutionis admiſſus, cœpit nobis humiliter ſupplicare, ut per integrum reſtitutionis auxilium, eum ad probandum admittere dignaremur: quod Burgenſis Eccleſia ratum habuit, & conſenſit ut Onienſe monaſterium in omnibus Eccleſiis, quas tunc temporis poſſidebat, jus parochiale in integrum obtineret, ſicut per quandam tranſactionem aſſerebat ſibi fuiſſe conceſſum.

200. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus recipiatis teſtes, quos utralibet pars ſuper prædicto ratihabitionis conſenſu duxerit producendos; & depoſitiones eorum ſuper jamdicto recipientes articulo, quas per vos nulli penitùs volumus revelari, penes vos reſervetis fideliter conſignatas, donec negotio ſuper cæteris ventilato, de Ipſius proceſſu per vos redditi fuerimus certiores, & per noſtræ reſponſionis oraculum, qualiter in ipſo procedendum ſit, declaretur; cùm non hoc ipſo quòd teſtes ſuper dicto capitulo taliter recipi volumus, ad cautelam intendamus adhuc in integrum reſtitutionis auxilium monaſterio indulgere. Volumus etiam & mandamus, quòd ſi cauſſam eandem ad noſtrum remiſeritis examen inſtructam, atteſtationes hujuſmodi ſimul ad nos cum aliis remittatis. Quòd ſi non omnes &c. duo veſtrûm &c. Datum Laterani nonis Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

* Aliàs LXXVII apud Baluzium.

EPISTOLA * XII.

Durando de Oſca, & Villelmo de S. Antonino, eorumque fratribus in fide Catholica permanentibus.

De negotio durandi de Oſca & ſociorum.

201. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, auctoritate præſentium inhibemus, ut nullus vobis qualibet violentia vel ſurreptionis aſtutiâ in præpoſitum præferatur, niſi quem vos cum conſilio diœceſani Epiſcopi, virum quidem idoneum, in Fide recta, ſana doctrina, & honeſta converſatione probatum, duxeritis eligendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei &c, *uſque*, incurſurum, Datum Laterani III. Idus Maji, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo.

* Aliàs LXXVIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * XIII.

Archiepiſcopo & ſuffraganeis Tarraconenſis Eccleſiæ.

De eadem re.

202. Cum inæſtimabile pretium ſanguinis Jeſu Chriſti teneamur in animabus redemptis ex injuncto nobis apoſtolatûs officio cuſtodire, non ſolùm veraciter pœnitentibus clementer impendere veniam nos oportet, verùm etiam pertinaciter delinquentes, inſtanter ad pœnitentiam provocare; ne ſi vel his paternam conſuetudinem, vel

Digitized by Google

vel illis ſolicitudinem ſubtraxerimus paſtoralem, tot videamur ejuſdem pretii redemptioni ſubtrahere, quot in ſalvatione ipſius, noſtrâ potuiſſemus vigilantiâ conſervare. Quapropter venientes dudum ad Apoſtolicam ſedem dilectos filios Durandum de Oſca & Guillelmum de Sancto Antonino, & Joannem de Narbona, & Ermengaudum, & Bernardum Biterrenſes, & Raymundum de Sancto Paullo, & Ebrinum, ac ſocios eorum, paterna benignitate ſuſcepimus, & ea, quæ nobis tam pro ſe, quàm pro fratribus ſuis exponere curaverunt, pleno concepimus intellectu.

203. Ex his ergo, quæ nobis de articulis Fidei, & ſacramentis Eccleſiæ diligenter examinati dixerunt, cognovimus eos Fidem ſapere orthodoxam, & Catholicam aſtruere veritatem. Ad majorem tamen expreſſionem, appoſitis Euangeliis, & ſcripto confeſſionis eorum impoſito ſuper illa, recepimus ab eis hujuſmodi juramentum: Ego (*inquit*) Durandus de Oſca &c. *ut ſuprà lib. XI. Epiſt. CXCVI.* Scriptum autem confeſſionis eorum eſt tale: Pateat omnibus fidelibus &c. *ut ſuprà, paucis mutatis, quæ illic adnotata ſunt in margine, uſque*, Eccleſiæ debitas perſolvendo. Nos igitur habito fratrum noſtrorum conſilio, per Apoſtolica vobis ſcripta mandavimus, ut recepto à cæteris fratribus ſimili juramento, reconciliaretis eos Eccleſiaſticæ unitati, & denunciaretis eos verè Catholicos, ac rectè fideles, in præſcriptis & aliis, ipſos ſecundum Deum ab omni ſcandalo & infamia ſervantes immunes, & in literis teſtimonialibus, & aliis adminiculis ipſos propter Deum miſericorditer juvaretis.

204. Quia verò, ſicut accepimus, occaſionis prætextu, quòd mandatum hujuſmodi communiter ſuſcepiſtis, ad reconciliationem illorum, qui ſub præſcripta forma reconciliari Eccleſiæ poſcerunt, nondum à vobis fuit proceſſum, uno ſe per alium excuſante; qua de cauſſa multi qui humiliter petierunt intrare, hactenus remanſiſſe foras Eccleſiam aſſeruntur; nolentes, ſicut etiam nec velle debemus, ut qui trahi gratiâ divinâ creduntur, per duritiam veſtram ab infinita Dei miſericordia repellantur; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quatenus ſi non omnes his exſequendis potueritis intereſſe, tu, frater Archiepiſcope, cum quolibet aliorum conſtitutos in Tarraconenſi provincia hujuſmodi pœnitentes juxta præſcriptam formam appellatione remota reconciliare procures; circa præfatum Durandum de Oſca & Willelmum de Sancto Antonino, ac eorum ſocios ſecundùm præmiſſum mandatum nihilominus procedendo, eis autem in fide recta & ſana doctrina manentibus, exhortandi licentiam tribuentes competentibus horis & locis. Datum Laterani IV. Idus Maji, anno tertiodecimo.

EPISTOLA * XIV.

* Aliàs CLVII. apud Baluzium.

Epiſcopo & cantori Zamorenſi, & Abbati de Morerola diœceſis Zamorenſis.

Confirmatur electio cantoris.

205. Dilecto filio noſtro Petro, tituli Sancti Marcelli presbytero Cardinale bonæ memoriæ, A. Theſaurario Salamantino, Paſchaſii & Dominico Garſiæ clericorum procuratoribus apud ſedem Apoſtolicam conſtitutis, auditore conceſſo, idem theſaurarius propoſuit coram eo quòd cùm in Salamantina Eccleſia, in qua Cãtoris electio ad Epiſcopum & capitulum pertinet communiter, cantoria vacante dictum capitulum ſæpiùs Epiſcopum monuiſſet, ut ad celebrandam Cantoris electionem cum eo pariter conveniret, eodem Epiſcopo infra ſemeſtre tempus id facere negligente, capitolum oti cupiens jure ſuo, in Eccleſiæ memoratæ capitulo, ſicut eſt moris, ſupradictum Paſchaſium ejuſdem loci canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejuſdem electionis præjudicium fieret appellando, quam ſupradictus theſaurarius auctoritate petiit Apoſtolica confirmari, ac electionem quam venerabilis frater noſter Compoſtellanus Archiepiſcopus poſt appellationem hujuſmodi de G. clerico multis criminibus irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis aſtricto, fecerat, tamquam minùs canonicè celebratam caſſari.

206. Dictus verò Dominicus propoſuit ex adverſo, quòd emenſo ſex menſium ſpatio, infra quod ad Epiſcopum & capitulum Cantoris electio pertinebat, decanus, & quidam canonici Salamantini, Epiſcopo, archidiacono, & nonnullis canonicis, qui præſentes in civitate aderant, inconſultis, non conſueta hora, vel in capitulo juxta morem, ſed in Eccleſia potiùs, quibuſdam laïcis advocatis, ſtultè & inordinatè nimis eligere præſumpſerunt: & cùm iam dicti Archiepiſcopi, qui eoſdem propter hoc evocaverat, adire præſentiam noluiſſent, ipſe intelligens eligendi auctoritatem ad ſe juxta Lateranenſis ſtatutum Concilii devolutam, ſupradictum G. in Cantorem elegit, & eundem fecit de cantoria coporaliter inveſtiri. Poſtmodum autem decanus & ſui complices, nobis, de his mentione non habita, ſuggerendo quòd Epiſcopus, qui monitus ſæpiùs infra ſex menſes eligere noluerat in Eccleſiæ detrimentum, Cantore, qui ab eodem decano cum majori parte capituli inſtitutus fuerat, ſpoliato, alium inſtituerat in Cantorem, ad decanum, archidiaconum, & archipresbyterum, Abulenſes noſtras literas impetrârunt: quarum auctoritate cùm ſupradictus G. ab eiſdem fuiſſet judicibus evocatus, eiſdem inhibuit ne per dictas literas procederent contra eum,

cùm in eis de ſua electione facta per Archiepiſcopum nulla mentio haberetur, & cùm propter hoc, tum etiam quia prima citatione ad loca remota peremptoriè citatus exſtiterat, tum etiam quia judices quoſdam ex electoribus dicti Paſchaſii conſanguinitatis lineâ contingebant, ad ſedem Apoſtolicam appellavit.

207. Sed judices nihilominus ad Salamantinam accedentes Eccleſiã, ſæpedictum P. in cantoriæ poſſeſſionem cauſsâ rei ſervandæ contra juſtitiam induxerunt. Cùm igitur ſuper his & aliis coram eodem Cardinale procuratores ipſi aliquandiu litigâſſent, & ipſe nobis fideliter retuliſſet quæ propoſita fuerant coram eo; quia nobis conſtitit à ſupradicto decano & ejus ſequacibus poſt elapſum ſex menſium ſpatium infra quod Epiſcopo & capitulo memoratis prout communiter ſpectabat ad eos, procedere ad Cantoris electionem neglexerant, electionem ſupradicti P. minus canonicè celebratam, eandem decrevimus irritam & inanem, & appellationem ab eodem decano & ſuis fautoribus interpoſitam, factum Archiepiſcopi, ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta, nequiviſſe aliquatenus impedire. Quia verò contra perſonam ipſius G. quædam objecta fuerunt de quibus nobis non potuit fieri plena fides, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, niſi jam dicto G. aliquid canonicum obviet, electionem de ipſo factam ſublato appellationis obſtaculo confirmetis, facientes ipſum ejuſdem cantoriæ pacifica poſſeſſione gaudere; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcentes. Quòd ſi non omnes &c. tu ea, frater Epiſcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani V. Kal. Novembris, anno tertiodecimo.

* Aliàs CLXXIX. apud Baluzif.

EPISTOLA * XV.

Compoſtellano Archiepiſcopo.

De reducendis monialibus in monaſterium de Lorbano.

208. Cauſſam quæ vertebatur inter Abbatem & monachos de Lorbano ac illuſtrem Reginam Taraſiam, poſt multas commiſſiones tibi duximus delegandam; qui diligenter in illa procedens, eam nobis remiſiſti ſufficienter inſtructam. Nos igitur utriuſque partis atteſtationibus & allegationibus intellectis, ita duximus ſententialiter providendum, ut quia conſtitit nobis præfatos Abbatem & monachos per vim & metum fuiſſe coactos monaſterium de Lorbano deſerere diſponendum prædictæ Reginæ, quæ, ſicut conata fuerat ab initio, ſic demum quaſdam in illud monachas introduxit, quas tanquam propriam familiam ibi continet & gubernat; illis honeſtè remotis ab ipſo, iidem Abbas & monachi reducantur in illud & reſtituantur ad plenum, ita quòd ejus bona dilapidare non poſſint, debitis tamen ab ipſa Regina ſolutis quæ propter juſtas & moderatas expenſas neceſſariò contraxerunt. Cùm autem plenam fuerint reſtitutionem adepti, quia probatum eſt evidenter prædictum monaſterium per eoſdem Abbatem & monachos multis & magnis criminibus irretitos in ſpiritualibus & temporalibus eſſe collapſum, ipſi de illo protinus excludantur, & per monaſteria quæ bene ſint ordinata ſinguli collocentur; ut & locus inquinatus ab ipſis ab eorum ſpurcitiis emundetur, & ipſi in locis aliis dignam agant pœnitentiam pro peccatis; quatenus, hac adhibita providentia, nec libertas Eccleſiaſtica per ſæcularem inſolentiam ancilletur, nec enormes exceſſus remaneant incorrecti.

209. Monaſterio denique ſic vacante, ſi ſæpedicta Regina fervore religionis accenſa voluerit illud, à debitis liberando, tam in officinis quàm aliis neceſſariis taliter præparare, quòd conventus quadraginta monialium poſſit in eo ſecundùm ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis congruè ſuſtentari: moniales prædictæ de noſtra licentia redocantur in illud, & ſecundum inſtitutiones prædicti Ordinis diſponantur. Alioquin per honeſtos monachos nigri Ordinis de diverſis monaſteriis aſſumendos idem monaſterium reformetur. Volentes igitur ut hæc quæ providè ſunt ſtatuta per ſolicitudinem tuam fideliter impleantur, fraternitati tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ea ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis obſtaculo facias adimpleri; contradictores, ſi forſitan apparuerint, ſive mulieres fuerint, ſive viri, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Quòd ſi prædicti Abbas & monachi ſecundum præſcriptam formam redire noluerint, tu in cæteris mandatum Apoſtolicum proſequaris. Datum Laterani XVII. Kal. Decembris, anno tertiodecimo.

EPISTOLA * XVI.

* Aliàs CLXXXIII. apud Baluziū.

Archiepiſcopis & Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis.

210. SIgnificavit nobis dilectus filius Fernandus primogenitus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Aldephonſi illuſtris Regis Caſtellæ, quòd ipſe militiæ ſuæ primitias omnipotenti Deo deſiderans dedicare, ad exterminandum inimicos nominis Chriſtiani de finibus hęreditatis ipſius, quam impiè occupârunt, intentionis ſtudium toto conamine ſatagit impertiri; ſuppliciter poſtulans & devotè requirens, ut ei ad hoc opus fideliter conſummandum & nos ipſi Apoſtolicum impendamus ſuffragium, & ab aliis faciamus opportunum ſubſidium exhiberi. Nos igitur pium ejus propoſitum in Domino commendantes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Reges & Principes veſtros, qui non ſunt cum illis ad treugas obſervandas aſtricti, ad opus ſimile peragendum ſedulis exhortationibus inducatis; monentes ex parte Dei & noſtra ſubditos veſtros, & in remiſſionem eis omnium peccaminum injungentes, quatenus tam præfato primogenito Regis Caſtellæ, quàm aliis Regibus & Principibus veſtris, ad hoc opus ſalubriter intendentibus neceſſarium impendant auxilium in rebus pariter & perſonis; ut per hæc & alia bona quæ fecerint, cœleſtis regni gloriam conſequi mereantur. Pari quoque remiſſione gaudere concedimus peregrinos, qui propria devotione undecumque proceſſerint ad idem opus fideliter exſequendum. Taliter autem ſtudeatis exſequi quod mandamus, ut ſolicitudo veſtra clareat in effectu, noſque devotionem veſtram valeamus meritò commendare. Datum Laterani IV. Idus Decembris, anno tertiodecimo.

De ſubſidio præſtando Regibus adverſus Saracenos

EPISTOLA * XVII.

* Aliàs CLXXXVII. apud Baluziū.

Palentino & Burgenſi Epiſcopis, & Abbati de Morimundo Ciſtercienſis ordinis.

211. NOva quædam nuper, de quibus miramur non modicum, noſtris ſunt auribus intimata, quòd Abbatiſſæ videlicet in Burgenſi & Palentinenſi diœceſibus conſtitutæ, moniales proprias benedicunt, ipſarumque confeſſiones criminalium audiunt, & legentes Euangelium præſumunt publicè prædicare. Cùm igitur id abſonum ſit pariter & abſurdum, nec à nobis aliquatenus ſuſtinendum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ne id de cætero fiat, auctoritate curetis Apoſtolica firmiter inhibere: quia licèt beatiſſima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus claves regni cœlorum commiſit. Datum Laterani III. Idus Decembris, anno tertiodecimo.

De benedictione monialium, & prædicatione vetita Abbatiſſis

EX LIBRO XIV. EPISTOLARUM

Innocentii III.

EPISTOLA * I.

* Aliàs III. apud Baluziū.

Archiepiſcopo Toletano, & Tiraſonenſi, Colimbrienſi, & Zamorenſi Epiſcopis.

212. SIgnificavit nobis dilectus filius F. primogenitus &c. *ut ſuprà, Epiſtolâ XVI. uſque*, exhortationibus inducere minimè poſtponatis, monentes ex parte Dei & noſtra ſubditos veſtros, in remiſſionem eis omnium peccaminum injungendo, ut tam præfato primogenito Regis Caſtellæ &c. *uſque*, exſequendum. Cæterùm ne ipſius F. laudabile propoſitum ab aliquo poſſit temerè impediri, præſentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus ſi fortè aliquis regnum Hiſpaniæ, cum quo prædictus Rex Caſtellæ treugam

De ſubſidio præſtando Regibus adverſus Saracenos.

vel

vel pacem firmavit, tempore quo idem Rex vel filius ejus Sarracenos impugnant, ipſum præſumpſerit violare, vos eum per cenſuram Eccleſiaſticam ſoblato appellationis obſtaculo compeſcatis. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

In hunc etiam ferè modum ſcriptum eſt pro chariſſimo in Chriſto filio Petro illuſtri Rege Aragonum quibuſdam Prælatis Hiſpaniæ.

* Aliàs IV. apud Baluzii.

EPISTOLA * II.

Aldephonſo illuſtri Regi Caſtellæ.

Super eodem.

213. Cum perſonam tuam inter Chriſtianiſſimos Reges & Catholicos Principes ſpecialis dilectionis prærogativâ in Domino amplexemur, preces ac petitiones tuas, in quibus poſſumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus quæ ſerenitati regiæ novimus placere. Sanè venientem ad Apoſtolicam ſedem dilectum filium Palentinum electum, nuucium tuum, virum utique providum & honeſtum, benignè recepimus, & petitiones quas nobis ex parte tua porrexit, libenti animo curavimus promovere. Super eo aotem quòd ex parte tua Legatum requiſivit à nobis ad partes Hiſpaniæ deſtinandum, ad præſens propter tempora impacata nequivimus regiæ ſatisfacere voluntati; ſed opportunitate accepta, petitioni regiæ dante Domino ſatisfiet.

214. Nos verò ne laudabile tuum & F. filii tui propoſitum valeat ab aliquibus aliquatenus impediri, venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Toletano, & Zamorenſi, Tiraſonenſi, & Colimbrienſi Epiſcopis noſtris damus literis in mandatis, ut ſi quis Regum Hiſpaniæ, cum quo treugam vel pacem firmâſti, tempore quo tu vel filius tuus Sarracenos impugnatis, ipſam præſumpſerit violare, ipſi eom per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis impedimento, compeſcant. Monemus igitor ſerenitatem regiam attentiùs & hortamur, quatenus in devotione noſtra & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris tuæ firmiter perſeveres: quia nos in his quæ à nobis ſecundùm Deum duxeris poſtulanda, regiæ ſerenitati aſſenſum Apoſtolicum libenti animo impendemus. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

* Aliàs V. apud Baluzii.

EPISTOLA * III.

F primogenito chariſſimi in Chriſto filii noſtri A. illuſtris Regis Caſtellæ.

Super eodem.

215. Cum perſonam tuam inter Chriſtianiſſimos Principes ſpeciali prærogativa in Domino amplexemur, preces ac petitiones tuas, in quibus poſſumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimos quæ devotioni tuæ novimus complacere. Sanè venientem ad Apoſtolicam ſedem &c. *ut in alia, uſque*, promovere. Nos verò ne laudabile tuum & patris tui propoſitum valeat ab aliquibus aliquatenus impediri &c. *uſque*, Hiſpaniæ, cum quo idem pater tuus treugam vel pacem firmavit, tempore quo ipſe vel tu Sarracenos impugnatis &c. *uſque*, compeſcant. Monemus igitur diſcretionem tuam &c. *ut in alia, uſque*, poſtulanda, tibi aſſenſum apoſtolicum libenti animo impendemus. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

* Aliàs VIII. apud Baluzii.

EPISTOLA * IV.

Illuſtri Regi Portugallenſi.

Redarguitur de quibuſdam exceſſibus.

216. Si te diligenter attenderes, ut deberes, quòd cùm ejus ſponſam offendis, qui te ad regni ſolium ſublimavit, ſponſi etiam indignationem incurris, Eccleſias, quarum ſponſus eſt Chriſtus, vel miniſtros earum nullatenos aggravares, ne dom eas ancillare niteris & redigere ſub tributo, ob ingratitudinis vitiom Dominus in ſervitutem redigat regnum tuum, & in poteſtatem antiqui te tribuat exactoris; quia non oppreſſor eſſe debes, ſed defenſor potiùs earundem; utpote qui ad malefactorum vindictam, laudem verò bonorum ſuſcepiſti gladium bajulandum. Verùm, ſicut ex literis venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Colimbrienſis accepimus, tu hæc prout convenit non attendens, nec ſaluti tuæ conſulens & honori, omiſsâ reverentiâ redemptoris, te de rebus Eccleſiaſticis plos debito intromittens, Eccleſias & Eccleſiaſtica

ſtica Beneficia confers quibuſvis perſonis & aufers, deſtituendo illos qui ſunt canonicè pet dictum Epiſcopum in Eccleſiis ſuæ diœceſis inſtituti, ac per proprios homines proventus earum faciens occupari, balliſtarios, canes, aves, & equos tuos, in illis, quarum nulli vel pauci ſunt reditus, introducis, ut ipſis provideatur de proventibus earundem.

217. Præterea clericos capi faciens & publicæ cuſtodiæ mancipari, eos coram te & tuis judicibus ſæcularibus litigare compellis, atque ipſos in exercitum tecum trahis, eiſdem injurias & opprobria multa inferens & gravamen, &, quod ſine dolore non dicimus, pro diro reputans ñonnunquam augurio cùm tibi vides religioſum aliqoem vel clericum occurrentem. Cæterùm in animæ tuæ periculum detinens phitoniſſam, excommunicatos defendis & uſurarios atque Eccleſiæ inimicos, continentes viduas invitas, hominibus tuis tradens, & liberos nihilomins deputans perpetuæ ſervituti, perſonas inſuper Eccleſiaſticas à regno exire prohibes & intrare; & ſi fortè illarum aliqua licentiam tenet exeundi, ne ad Apoſtolicam ſedem accedat priùs præſtat corporaliter juramentum, & ſi ſecus attentet agere, capitur, ſpoliatur, & publicæ cuſtodiæ mancipatur. Quæ omnia dictus Epiſcopos perſonalitar eſt expertus. Cùm enim ſuper his non immeritò fueris redargutus ab eo, & monitus diligenter ut dimitteres phitoniſſam, quam quotidie conſulebas, ita quòd licèt vocatus ob hoc ad te accedere noluiſſet, tu quæreos malignandi occaſiooem in eum, dari tibi in quadam villula Eccleſiæ ſuæ ab eo procurationem indebitam petiiſti: quàm cùm præſtare renuerit, ſicuti nec debebat, tam ſuam quàm canonicorum ejuſdem loci domus dirui faciens, atque equitaturas eis proprias auferens, Eccleſiam, quam jam pro magna parte ſpoliaveras, eis quæ rem anferant feciſti boois omnibus ſpoliari.

218. Quare idem ſuam diœceſim ſententiæ ſuppoſuit interdicti, & ne Bracarenſis electus ipſam præſumerat relaxare, vocem ad nos appellationis emiſit. Quod cùm ad tuam notitiam perveniſſet, more ſolito quoslibet hujuſmodi ſententiam obſervantes, & nolentes etiam celebrare, mandâſti rebus omnibus ſpoliari, illos tuos reputans inimicos & etiam proditores, qui quemlibet illorum recipere attentarent. Poſtmodum verò præfatus electus ipſum, miſſis ei ſuis & tuis literis, de conductu apud Bracaram evocavit, promittens quòd ibidem ipſi & Eccleſiæ ſatisfaceres competenter. Qui cùm ad ejus præſentiam acceſſiſſet, & dictus quæſiviſſet electus ab eo quare protuliſſet ſententiam ſupradictam, idem innovans appellationem emiſſam, ei cauſſas prædictas pro quibus hoc fecerat explicavit. Die verò ſequenti electus à te cautione recepta, mandavit eidem ut dictam ſententiam relaxaret. quod idem efficere noluit, præſertim cùm nulla eſſet ſatisfactio de tot & tantis injuriis ſubſecuta, nec tu etiam ab inceptis quieſceres; licèt ipſam poſtmodum, pro eo quòd clericos ad mandatum electi, qui eam relaxare volebat, celebrare nolentes coram propriis parentibus & amicis, ut aſſerebatur eidem, exoculari mandaveras, & crudelitates alias exerceri, ne punirentur inſontes, ad tantum evitandum periculum relaxârit, in his & aliis damna plurima ſuſtinens & gravamen: & ut adderes afflictionem afflicto, eundem pro gravaminibus ipſis volentem ad ſedem Apoſtolicam properare, feciſti ſub publica cuſtodia detineri.

219. Hæc autem de tua regali magnificentia non facilè crederemus, niſi nuper quaſdam nobis literas iodiſcretione plenas & præſumptione non vacuas direxiſſes; quibus inter cætera, quæ non ſunt digna relatu, hæc nobis ſcribere præſumpſiſti, quòd cuilibet de te ſiniſtra ſuggerenti autem libenter apponere cooſuevimos, & coram omnibus contra te non erubeſcimus in verba prorumpere inhoneſta. quòd noſtam non illuſtrat provideotiam, ſed obfuſcat; quia ſancti ſucceſſores Petri non conſueverunt inferre convicia, ſed ea exemplo Chriſti cum patientia ſuſtinere. Sanè nullus Principum, quantumlibet magnus, niſi forſan hæreticus aut tyrannus, tam irreverenter & arroganter nobis aut prædeceſſoribus noſtris ſcribere attentavit, propter ejus reverentiam & honorem cujus repræſentamus in Apoſtolatu perſonam.

220. Sed & illud quod in eiſdem literis ſubſcripſiſti, non ſapit Catholicam puritatem, ſed hæreticam videtur perfidiam exhalare; quòd videlicet nullatenus io eis qui religionem ſimulant, & maximè in Prælatis & clericis, meliùs poteſt frangi vel commioui ſimulacrum luxus atque ſuperbiæ, quàm ſi eis nimia ſuperabondantia temporalium, quam à te habent & patre tuo, in regni tui ac ſucceſſorum tuorum maximum præjudicium, ſubtrahantur, & filiis tuis ac regni defeoſoribus in multis patientibus indigentiam aſſignetur. Nobis autem pro minimo eſt, ut à te vel ab humano die, ſicut dicit Apoſtolus, judicemur, quoniam qui nos judicat Dominus eſt, nec agere deſiſtemus quod idem Apoſtolus ait: *Argue, increpa, obſecra, in omni patientia & doctrina*. Quare arguentes & increpantes more pii patris, qui filium quem diligit corripit, obſecramus te, fili chariſſime, per miſericordiam Jeſu Chriſti, qoatenus illâ menſurâ contentus quam Deus tibi donavit, ad Eccleſiaſtica jura non extendas aliquatenus manus tuas, ſicut nec nos ad regalia jura manus noſtras extendimus, relinquens nobis judicium clericorum, ſicut & nos laïcorum judicium tibi relinquimus: quia ſecundùm Apoſtolum ſervus ſuo domino ſtat aut cadit, ne ſi alienum tibi officium uſurpaveris, exemplo Oziæ Regis divinam ſentias ultiooem.

221. Quoniam igitur exceſſus hujuſmodi multipliciter apud homines obnubilant famam tuam & conſcientiam maculant apud Deum, ſerenitatem tuam rogamus attentiùs & monemus, ſalubriter conſulentes, quatenus habens reſpectum ad illum cui nuda ſunt quælibet & aperta, qui etiam nec falli poterit nec corrumpi, prædictom Epiſcopum propriæ reſtituens libertati, ablata eidem reſtituas univerſa, & de damnis, injuriis, & gravaminibus ſibi & Eccleſiæ irrogatis,

ſatiſ-

ſatisfaciens competenter, ab eiſdem & ſimilibus ſic deſiſtas, ut majeſtatem divinam, quam propter hoc graviter offendis, valeas complacare, ac cùm defeceris, in tabernacula recipiaris æterna. Alioquin, quantumcumque te in Domino diligamus, & honori tuo deferre velimus, quia magis eſt Regi Deo quàm Regi humini deferendum, noveris quòd in jure ſuo non deerimus Epiſcopo memorato, qui ſumus omnibus in juſtitia debitores. Datum Laterani VII. Kal. Martii, anno quartodecimo.

* Aliàs IX. apud Baluzium.

EPISTOLA * V.

Compoſtellano Archiepiſcopo.

Super eodem.

222. VEhementer nos comedit zelus domus Dei, ad cujus ſumus, licèt immeriti, cuſtodiam deputati, quum ab illis affligitur qui eam deberent potiùs confovere, ac gravatur ab eis per quos deberet ab aliis defenſari: quibus paterno compatientes affectu, non minus urimur pro eiſdem, quàm pro domo Domini quam affligunt. Sanè, ſicut ex literis venerabilis fratris noſtri Epiſcupi Colimbrienſis accepimus, chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Portugallenſis illuſtris hoc prout convenit non attendens, nec ſaluti ſoæ conſulens & honori, omiſsâ reverentiâ Redemptoris, ſe in rebus Eccleſiaſticis plùs debito intromittens, Eccleſias & Eccleſiaſtica beneficia confert quibus vult perſonis & auſert, deſtituendo illos qui ſunt canonicè per dictum Epiſcopum in Eccleſiis ſuæ diœceſis inſtitoti &c. *in eundem ferè modum, ut in alia, uſque*, detineri. Quapropter dilectum filium M. cappellanum ſuum, qui cum ipſo in hujuſmodi tribulationibus ſpecialiùs permanebat, de nocte latenter mutato habitu quaſi nudum ad ſedem Apoſtolicam deſtinavit. Cùm autem dictus Epiſcopus appellationem interpoſitam per procoratorem idoneom memoratum cappellanum ſuum fuerit proſecutus, dictus Rex non curavit idoneum mittere reſponſalem, licèt quidam ſimplex nuncius ipſius P. dictus Abbas nobis ex parte ſua literas minus providas præſentârit.

223. Quia verò quantò prædictum Regem ampliori charitate diligimus, tantò majori dolore turbamur quotiens nobis ea de ipſius actibus referuntur quæ famam ejus obnubilant apud homines, & conſcientiam maculant apud Deum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus eundem Regem moneas attentiòs & efficaciter inducere non poſtponas, ut memoratum Epiſcopom propriæ reſtituat libertati, ablata eidem reſtituens univerſa, & de damnis, Injuriis, & gravaminibus ſupradictis ſibi & Eccleſiæ irrogatis ſatisfaciens competenter: ab eiſdem & ſimilibus de cætero ſic deſiſtat, quòd offenſam divinæ maieſtatis evitet, quam propter hoc creditur incurriſſe, & apud homines ejus opinio, quæ per prædicta maculata fuerat, relevetur. Alioquin, quantumcumque ipſios velimus honori deferre, quia tamen homini contra Deum deferre nolumus aliqua ratione, omni gratia, timore, ac amore poſtpoſitis, ipſum ad hoc per illam quam magis videris expedire cenſuram, & per pœnam in compromiſſo ſtatutam, quâ ſe, ſicut ex literis Bracarenſis electi nuper accepimus, voluntariè obligavit, ſublato cujuslibet contradictionis & appellationis obſtaculo compellere non poſtponas. Datum ut in alia per totum.

* Aliàs X. apud Baluzium.

EPISTOLA * VI.

Eidem.

De negotio Epiſcopi Colimbrienſis cum Egitanienſi.

224. LIcèt venerabilis frater noſter Colimbrienſis Epiſcopus, pro eo quòd inter ipſum & Egitanienſem Epiſcopom ſuffraganeum tuum ſuper limitatione Epiſcopatuum ſuorum & quibuſdam aliis quæſtio ventilatur, te in cauſſa ſua poſſit judicem recuſare; nos tamen de diſcretione tua ac prudentia plenè confiſi, cauſſam ſuam, quam habet contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Portugallenſem illuſtrem, tibi de certa ſcientia duximus committendam. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus habens præ oculis ſolum Deom, taliter in negotio ipſo procedas, quòd & idem Epiſcopus ſuam & Eccleſiæ ſuæ juſtitiam proſequatur, & nos devotionem tuam poſſimus exinde meritò commendare. Cæterùm quia, ſicut accepimus, Cancellarius ejoſdem Regis literas noſtras vel delegatorum noſtrorum, quæ mittuntur eidem, ob favorem ipſius aut interpretatur aliter quàm ſe habeant, aut omnino ſubticet quod neſcit regiis auribus diſplicere; volumus & mandamus, quatenus literas quas ſuper eodem negotio ipſi Regi dirigimus, per tuum clericum ei præſentari facias, & legi etiam continentiam earundem, ipſum cancellarium monens auctoritate noſtra pariter & inducens, ut ſi divinam non vult & noſtram indignationem incurrere, ab opere tam iniquo de cætero conquieſcat. Datum ut alia.

EPI-

EPISTOLA * VII.

* Aliàs LVII. apud Baluzium.

Toletano Archiepiſcopo.

Excuſat ſe quod non poſſit de primatia judicare.

225. QUod petitiones quas obtuliſti nobis per M. clericum tuum ſuper negotio primatiæ nondum admiſimus, non ex duritia, ſed ex providentia noveris proceſſiſſe; cùm & in his & in aliis opportuno tempore te velimus, quantum cum Deo poſſumus, exaudire. Sed cùm ex Sarracenorum incurſu grave nunc timeatur Hiſpaniæ diſpendium imminere, non oportet occaſione hujuſmodi primatiæ aliud in Hiſpania modò ſcandalum ſuſcitari; præſertim cùm tibi jos tuum minimè negligenti providentiam ipſam nolimus eſſe damnoſam. Ejus igitur exemplo qui ait: *Cùm accepero tempus, ego juſtitiam judicabo*; cùm opportunum tempus advenerit, tibi judicium & juſtitiam faciemus. Datum Laterani Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

EPISTOLA * VIII.

* Aliàs LVIII apud Baluzium.

Illuſtri Regi Portugalliæ.

Cõfirmat ejus teſtamentum.

226. IS qui tangit montes & fumigant, cor tuum tetigiſſe videtur ad pœnitentiam ſalutarem, dum corporali ægritudine te affligens, ad ſanandas ſpirituales ægritudines te induxit, quatenus recogitando annos tuos, in amaritudine animæ tuæ pro exceſſibus tuis, quibus creatorem tuum multipliciter offendiſti, offerres ei ſacrificium veſpertinum. Unde licèt infirmus corpore, animo tamen ſanus, legitimum condidiſti, ſicut accepimus, teſtamentum, in quo, pro tuorum remedio peccatorum, piis locis & viris religioſis,necnon infirmis & indigentibus,multa legâſti, de filiis & filiabus, nepotibus & neptibus tuis, necnon & aliis quibuſdam perſonis, ac etiam ipſo regno, provida deliberatione diſponens. Quæ omnia ſuppliciter poſtulâſti per ſedem Apoſtolicam confirmari, ſicut in ſcriptis authenticis continentur expreſſa.

227. Nos autem ipſius ſeriem teſtamenti coram nobis perlegi fecimus diligenter, & intelleximus omnia ritè diſpoſita, illis dumtaxat exceptis quæ de quibuſdam monaſteriis diſponere præſumpſiſti, niſi forſan de jure intellexeris patronatûs, cùm juxta canonicas ſanctiones nulla ſit laïcis de rebus Eccleſiaſticis attributa facultas diſponendi. Quare tuis ſupplicationibus inclinati, teſtamentum ipſum in cæteris omnibus approbantes, illud juxta finale tuæ diſpoſitionis arbitrium ſtatuimus & præcipimus inviolabiliter obſervandum. Nulli ergo &c. approbationis, conſtitutionis, & præceptionis &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani VI. Kalend. Junii, anno quartodecimo.

EPISTOLA * IX.

* Aliàs LIX. apud Baluziũ.

Sancio illuſtri Regi Portugalenſi.

Super eodem & aliis.

228. EX tenore literarum tuarum accepimus evidenter, quòd cùm Apoſtolica ſedes inclytę recordationis Adelphonſum progenitorem tuum nomine regio ac regalibus inſigniis decorârit, & ipſum ac ſucceſſores ſuos adoptans in beati Petri filios ſpeciales, eos & regnum Portugalenſe ſpecialibus privilegiis ſuaque protectione curaverit communire, tu in regno Domino diſponente ſuccedens eidem, ad clementiam ejus recurris ſub confidentia ſpeciali, non hæſitans ullo modo te ab ipſa in juſtis petitionibus exaudiri. Inde eſt quòd volens animæ tuæ ſaluti & regni tibi commiſſi tranquillitati conſulere, necnon in poſterum tuo generi providere, ne inteſtatus decederes, de rebus tuis mobilibus & immobilibus teſtamentum, Epiſcoporum & baronum terræ tuæ conſilio, ac aſſenſu etiam primogeniti filii tui, qui tibi debet in regno ſuccedere, condidiſti, poſtulans illud per ſedem Apoſtolicam confirmari, ne ipſum cujuſquam temeritas violare præſumat. Et quoniam ex humana fragilitate pro violenta clericorum & religioſorum virorum captione in Canonem ſæpiùs incidiſti ſententiæ promulgatæ, in gravi adeò ægritudine conſtitutus, quòd de proprii corporis ſalute deſperas, à venerabili fratre noſtro Bracarenſi electo abſolutionem humiliter poſtulâſti; qui tibi eandem impendit juxta formam Eccleſiæ conſuetam.

229. Verùm quia nullatenus dubitas quin quod in exceſſibus hujuſmodi & aliis quampluribus, quæ inſtigante humani generis inimico te commiſiſſe vehementiſſimè doles, divinam gra-

 viſſimè

viſſimè offenderis majeſtatem, nobis humiliter ſupplicâſti ut pœnitentiam tibi à præfato electo injunctam & abſolutionem impenſam ratam dignaremur habere, teque abſolvere à debito quo teneris pro exceſſibus memoratis Apoſtolicam ſedem adire. Nos igitur exiſtimantes præfatum electum, utpote virum providum & honeſtum, circa te in prædictis providè proceſſiſſe, ac maturitatem debitam obſervâſſe, proceſſum ejus ratum habentes, ſerenitati tuæ duximus injungendum, ut injunctam tibi ab eo pœnitentiam ſalutarem humiliter exſequaris. Et quoniam ſaluti tuæ credimus expedire ut ea quæ pro tuorum peccatorum remedio in teſtamento legâſti, te vivente facias erogari, excellentiæ tuæ conſulimus bona fide, ut id adimpleri facias cùm præſens vita vegetat tuos artus, non exſpectans ut poſt mortem tuam ea alii exſequantur quæ potes facere per te ipſum. Datum Laterani VII. Kalen. Junii, anno quartodecimo.

* Aliàs LX. apud Baluziū.

EPISTOLA * X.

Compoſtellano Archiepiſcopo, & Bracarenſi electo, & Zamorenſi Epiſcopo.

Vt faciant obſervati teſtamentum Regis.

230. IS qui tangit montes & fumigant, cor chariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Portugalliæ tetigiſſe videtur ad pœnitentiam ſalutarem; dum ipſum affligens ægritudine corporali, eundem ad ſanandas ægritudines ſpirituales induxit; quatenus &c. *in eundem ferè modum ut in prima, uſque*, illis dumtaxat exceptis quæ de quibuſdam monaſteriis ordinare præſumpſit, niſi forſan de jure intellexerit patronatûs, cùm juxta canonicas ſanctiones &c. *in eundem ferè modum ut in eadem, uſque*, inviolabiliter obſervandum. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus teſtamentum ipſius faciatis auctoritate noſtra firmiter obſervari, contradictores, ſi qui fuerint, per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo compeſcendo. Quòd ſi non omnes &c. ſinguli veſtrûm ea nihilominus exſequantur. Datum Laterani VI. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

* Aliàs CXV apud Baluzium.

EPISTOLA * XI.

Nobili mulieri M. filiæ Sancii quondam Regis Portugalenſis.

Recipitur ſub protectione ſedis Apoſtolicæ.

231. OLim ad petitionem inclytę memoriæ Sancii patris tui Regis Portugalenſis, teſtamentum quod fecerat in mortis articulo conſtitutus duximus confirmandum. Verùm quia dubitas ne ſuper his quæ tibi eodem teſtamento legavit, ab aliquibus tibi moleſtia inferatur, nobis humiliter ſupplicâſti, ut eadem tibi auctoritate dignaremur Apoſtolica confirmare. Nos igitur tuis precibus inclinati, perſonam tuam cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteris adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus; & tam Baucias, Tujas, & Aoruca cum pertinentiis ſuis (quæ jam dictus pater & mater tua cum omnibus filiis & filiabus ſuis tibi donavit) quàm hæreditates quas tibi nobilis mulier V. Egee nomine, quæ te nutrivit & adoptavit in filiam, hæreditario tibi jure conceſſit, ſicut juſtè ac pacificè poſſides, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ protectionis & confirmationis &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani III. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno XIV.

* Aliàs CXVI. apud Baluzium.

EPISTOLA * XII.

Archiepiſcopo Compoſtellano, & Ulixbonenſi, & Egitanienſi Epiſcopis.

Super eodem.

232. OLim ad petitionem inclytæ memoriæ Sancii Regis Portugalenſis, teſtamentum quod fecerat in mortis articulo conſtitutus duximus confirmandum. Verùm quia nobilis mulier M. filia Regis ipſius dubitat ne ſuper his quæ ſibi eodem teſtamento legavit, ab aliquibus ei moleſtia inferatur, nobis humiliter ſupplicavit, ut eadem ſibi con-

confirmare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſius precibus inclinati, perſonam ſuam cum omnibus bonis &c. *ut in confirmatione in eundem ferè modum, uſque*, ſicut ea juſtè ac pacificè poſſidet, eidem curavimus auctoritate Apoſtolica confirmare. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi quis prædictam nobilem ſuper bonis prædictis præſumpſerit temerè moleſtare, vos illum à præſumptione ſua per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo ratione prævia compeſcatis. Quòd ſi non omnes his exſequendis, &c. duo veſtrûm ea nihilominus exſequantur. Datum Laterani Nonis Octobris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

EPISTOLA * XIII.

* Aliàs CXVII. apud Baluzium.

Nobilibus mulieribus Taraſiæ Reginæ & S. filiabus S. quondam Regis Portugalenſis.

233. OLim ad petitionem inclytę memoriæ Sancii patris veſtri Regis Portugalenſis, teſtamentum quod fecerat in mortis articulo conſtitutus duximus confirmandum. Verùm quia dubitatis ne ſuper his quæ vobis eodem teſtamento legavit, ab aliquibus vobis moleſtia inferatur, nobis humiliter ſupplicâſtis, ut eadem vobis confirmare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur veſtris precibus inclinati, perſonas veſtras cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & caſtrum Montiſmajoris, & villam Hiſguerra, quod tibi Reginæ Taraſiæ, & caſtrum de Alanquer, quod tibi S. cum pertinentiis eorundem dictus pater cum omnibus filiis & filiabus ſuis donavit, ſicut ea juſtè ac pacificè poſſidetis, devotioni veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ protectionis & confirmationis &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani III. Nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo. Super eodem.

EPISTOLA * XIV.

* Aliàs CXVIII. apud Baluzium.

Compoſtellano Archiepiſcopo, & Zamorenſi & Aſtoricenſi Epiſcopis.

234. OLim ad petitionem inclytæ memoriæ Sancii Regis Portugalenſis, teſtamentum quod fecerat in mortis articulo conſtitutus duximus confirmandum. Verùm quia nobiles mulieres Taraſia Regina & S. filiæ Regis ipſius dubitant ne ſuper his quæ ſibi dictus Rex eodem teſtamento legavit, ab aliquibus eis moleſtia inferatur, nobis humiliter ſupplicârunt, ut eadem eis confirmare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſarum precibus inclinati, perſonas ſuas cum omnibus bonis &c. *ut in confirmatione, in eundem ferè modum, uſque*, ſicut ea juſtè ac pacificè poſſident, ipſis curavimus auctoritate Apoſtolica confirmare. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi quis prædictas nobiles ſuper bonis prædictis præſumpſerit temerè moleſtare, vos illum à præſumptione ſua per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo ratione prævia compeſcatis. Quòd ſi non omnes &c. nihilominus exſequantur. Datum Laterani Non. Octob. Pontificatus noſtri anno quartodecimo. De eodem.

EPISTOLA * XV.

* Aliàs CXIX apud Baluzium.

Priori & conventui Sancti Vincentii Ulixbonenſis.

235. CUm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum &c. *uſque*, effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, &c. *uſque*, aſſenſu, compoſitionem quam dilecti filii F. Prior & P. cantor Alcobatiæ, judices à ſede Apoſtolica delegati ſuper libertate, exemptione, ac aliis rebus monaſterii veſtri inter vos & venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Ulixbonenſem, fecerunt, ſicut ſine pravitate providè facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, & in eorum authentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani Non. Octob. Pontificatus noſtri anno quartodecimo. Confirmatur compoſitio facta cum Epiſcopo Ulixbonenſi.

* Aliàs CXX. apud Baluzium.

EPISTOLA * XVI.

Abbati, ſuperiori, & ſacriſtæ Alcobatiæ Ulixbonenſis diœceſis.

Super eod em.

236. DIlecti filii Prior & conventus monaſterii Sancti Vincentii Ulixbonenſis à nobis humiliter poſtulârunt, ut compoſitionem quam dilecti filii F. Prior & P. Cantor Alcobatiæ, judices à ſede Apoſtolica delegati ſuper libertate, exemptione, ac rebus aliis ejuſdem monaſterii inter ipſus & venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Ulixbonenſem, fecerunt, prout in eorum authentico continetur, Apoſtolico dignaremur munimine roborare. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus compoſitionem ipſam, ſicut ſine pravitate providè facta eſt, & ab utraque parte ſpontè recepta, faciatis per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis obſtaculo inviolabiliter obſervari. Quòd ſi non omnes &c, *uſque*, exſequantur. Datum Laterani Non. Octob. Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

* Aliàs CXXII apud Baluzium.

EPISTOLA * XVII.

Cæſar-auguſtano & Tyraſonenſi Epiſcopis, & R. Lain archidiacono Jaccenſi, Oſcenſis diœceſis.

De electione Epiſcopi Pampilonenſis.

237. NE vinea Domini Sabaoth redigatur in ſolitudinem ex neglectu, & uvas non valens producere, tribulos germinet atque ſpinas, oportet nos in eam mittere operarios, cùm ipſam perſonaliter excolere non valeamus, qui exſtirpatis nocivis & amputatis ſuperfluis, ac propaginibus ſubrogatis, ad fructus producendum optatos habilem eam reddant. Sanè ex literis Pampilonenſis conventus noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm venerabilis frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii de Aoejes archidiaconus Oſcenſis & decanus Tyraſonenſis, judices delegati à nobis, Joannem quondam eorum Epiſcopum à Pampilonenſi Eccleſia removiſſent, ac ſub pœna excommunicationis injunxiſſent eiſdem, ut electionem de perſona idonea celebrarent, ipſique chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Navarræ mandatum hujuſmodi oſtendiſſent, idem id non ſuſtinens patienter, ad ſedem Apoſtolicam appellavit, & inhibuit eis ne aliquatenus eligerent ſine ipſo, graves minas intentans tam illis qui eligerent, quàm ei qui electionem reciperet de ſe factam. Propter quod ipſi ultra terminum ad eligendum *ſibi* præfixum eligere differentes, excommunicationis ſententiam incurrerunt.

238. Poſtmodum verò redeuntes ad cor, & Deum homini præferentes, abſolutionis beneficium impetrârunt, juratoriâ juxta formam Eccleſiæ præſtita cautione; ex qua ſumpta occaſione Rex idem totum ferè conventum, præter ſeptem qui favebant eidem, & divina officia celebrârant, excommunicationis ſententiâ parvipenſâ, à regno ſuo prorſus ejecit, perſonatus eorum, beneficia, ac quælibet bona Eccleſiæ, quæ ad diſpoſitionem pertinebant illorum, pro ſuæ occupans arbitrio voluntatis. Præterea idem Epiſcopus, defuncto bonæ memoriæ P. Eximinii menſe ipſorum, archidiacono, archidiaconatum illius, fretus Regis potentiâ, eiſdem contradicentibus occupavit, ipſum M. Petri poſt interpoſitam ad nos appellationem aſſignans; licèt de antiqua & approbata conſuetudine Pampilonenſis Eccleſiæ aſſignatio archidiaconatus ejuſdem ſimul ad Epiſcopum & capitulum pertineret. Propter quod non modicum ſcandalum eſt exortum; quia, ſicut fama publica proteſtatur, dictus M. pro collatione archidiaconatus illius quatuor millia præfato Epiſcopo præſtitit obolorum, & conventus nihil de ſua menſa recepit à tempore quo dictus archidiaconus fuit collatus eidem.

239. Unde non immeritò metuunt quòd bona menſæ ad nihilum redigi debeant, ſi dictus M. non removeatur ab illo. Ipſe namque eleemoſynæ ac infirmariæ bona deſtruxit diſſolutè vivendo, & archidiaconatum Sanctæ Gemmæ, cui tunc temporis præſidebat, ignorante capitulo, pro magna pecuniæ quantitate pignori cuidam militi obligavit, quem jam per octo annos detinuit, & adhuc detinet idem miles. Idem quoque Epiſcopus ad alienationes illicitas manus extendens, caſtra de Huarch & Montejardin, quæ inter bona Pampilonenſis Eccleſiæ pretioſiſſima reputantur, irrequiſito capitulo prædicto Regi conceſſit, qui ea detinet violenter in enorme ipſius Eccleſiæ detrimentum. In cujus præjudicium præfatus Epiſcopus, antè latam in eum remotionis ſententiam, multa de bonis ejus illicitè alienare præſumpſit, non ſolum capituli, verùm etiam illorum irrequiſito aſſenſu, quos ei coadjutores duximus deputandos. Porrò præfatus M. quia idem conventus mandato prædictorum judicum paruerunt, in eorum Eccleſia ſæculares clericos introduxit,

Digitized by Google

duxit, qui ſpretâ ſententiâ judicum eorundem, in ipſa cum excommunicatis præfatis divina non metuunt celebrare.

240. Cùm igitur ſæpedicta Eccleſia ſit adeò, ſicut aſſeritur, deſolata, quòd niſi ei per noſtræ ſollicitudinis ſtudium ſuccurratur, vix adigere valeat ut reſurgat, & excommunicatorum illorum malitia faciente quaſi redacta in ſolitudinem, ſpinas & tribulos jam cœperit germinare; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quatenus ad præfatam Eccleſiam perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, ac ſuper ſtatu ipſius inquiſita pleniùs & cognita veritate, auctoritate noſtra, gratia, odio, & mundano timore poſtpoſitis, ex ea evellatis nociva, & plantetis utilia; ac revocatis ejectis, ;detis capitulo eligendi ſibi Pontificem liberam facultatem, injungentes eiſdem, ut vobis præſentibus electionem de perſona idonea canonicè ſatagant celebrare: ea verò quæ de bonis ipſius Eccleſiæ tam ab ipſo Epiſcopo quàm ab aliis alienata inveneritis illicitè vel diſtracta, ad jus & proprietatem ipſius legitimè revocantes, & illa quæ ſunt per violentiam occupata cum fructibus perceptis ex eis, ſicut juſtum fuerit, capitolo reſtitui facientes, ſuper menſæ archidiaconatu prædicto quod canonicum fuerit ſtatuatis, in his omnibus appellatione poſtpoſita proceſſuri contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Nullis literis veritati & juſtitiæ præjodicantibus à ſede Apoſtolica impetratis. Quòd ſi non omnes &c. duo veſtrûm &c. Datum Laterani Non. Novemb. Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

EPISTOLA * XVIII.

* Aliàs CLIV. apud Baluzium.

Illuſtri Regi Caſtellæ.

241. Cum perſonam tuam inter Catholicos Reges ſpeciali diligamus in Domino charitate, io his quæ ſecundum Deum requiris à nobis favorem tibi Apoſtolicum libenti animo impertimur. De inſortuniis ergo quæ nuper ſerenitati regiæ acciderunt, paterno tibi condolemus affectu. Et ut favorem Apoſtolicum excellentiæ regię ſentias non deeſſe, juxta petitionem tuam, & inſtantiam dilecti filii Segobienſis electi, nuncii tui, qui circa promotionem ejuſdem negotii exſtitit ſolicitus & attentus, Archiepiſcopis & Epiſcopis per regnum Franciæ ac provinciam conſtitutis, noſtris damus literis in mandatis, ut ſubditos ſuos ſedulis exhortationibus moneant & inducant, in remiſſionem omnium peccatorum ex parte Dei & noſtra verè pœnitentibus injongentes, ut cum Sarracenis in octavis Pentecoſtes proximo affuturis campeſtre bellum indixeris, in hoc tibi neceſſitatis articulo ſuccurrentes, neceſſarium impendant auxilium in rebus pariter & perſonis; ut per hæc & alia quæ fecerint, cœleſtis regni gloriam conſequantur. Pari quoque remiſſione gaudere concedimus peregrinos qui propria devotione undecumque proceſſerint ad idem opus fideliter exſequendum. Monemus igitur ſerenitatem regiam & hortamur, quatenus totam ſpem tuam ponens in Domino Deo tuo, te humilis coram ipſo, qui gratiam ſuam dat humilibus, & reddit retributionem ſuperbis; quia potens eſt ut te faciat de inimicis crucis Chriſti magnificè triumphare. Cæterùm quia nunc ferè totus mundus turbatus eſt & poſitus in maligno, conſulimus & monemus, ut ſi competentes treugas inveneris, ipſas recipias, donec opportunius tempus adveniat quo ipſos valeas ſecuriùs expugnare. Datum Laterani II. Nonas Februarii, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Conſolatur eũ in tribulatione ſua, & dat indulgentias.

EX LIBRO XV. EPISTOLARUM

Innocentii III.

EPISTOLA * I.

* Aliàs XV. apud Baluzium.

Toletano & Compoſtellano Archiepiſcopis.

242. Quanta nunc neceſſitas terræ Hiſpaniarum immineat, eò pleniùs prudentia veſtra novit, quò ipſam viciniùs experitur. Eapropter fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus & diſtrictè præcipimus, quatenus Reges Hiſpaniarum moneatis prudenter & efficaciter inducatis, ut pacem aut treugam ſervent adinvicem illibatam, præſertim hac imminenti Sarracenorum guerra durante; ad quod eos per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, ſi neceſſe fuerit, compelli volumus & mandamus; quin etiam mutuum auxilium ſibi præſtent adverſus crucis Dominicæ inimicos, qui non

De bello adverſus Sarracenos.

ſolùm

ſolùm ad deſtructionem Hiſpaniarum aſpirant, verùm etiam in aliis fidelium Chriſti terris comminantur ſuam ſævitiam exercere ac nomen, quod abſit, ſi poſſint, opprimere Chriſtianum; auctoritate noſtra tam ipſis Regibus quàm aliis Chriſtianis omnibus ſub pœna excommunicationis & interdicti firmiter inhibentes, ne ſe præſumant jungere Sarracenis, vel contra Chriſtianos illis conſilium vel auxilium impertiri.

243. Quòd ſi fortè Rex Legionenſis, de quo ſpecialiter dicitur, ſive alius cum Sarracenis offendere præſumpſerit Chriſtianos, denuncietis ſublato appellationis obſtaculo perſonam ipſius excommunicationis vinculo innodatam, & interdicto ſuppoſitam terram ejus; hominibus ſuis, ne in hoc ſequantur eundem, ſub interminatione anathematis inhibentes; denunciaturi nihilominus Reges alios & quoslibet Chriſtianos ac terras eorum eiſdem ſententiis ſubjacere, ſi forſitan ipſi præfatum Regem offendere attentârint, homines eorundem ab ipſorum ſequela prohibitione conſimili retrahendo. Præterea ex parte noſtra injungatis eiſdem, ut ſi aliquas habent ad invicem quæſtiones, propter inſtantem neceſſitatem illas ad tempus perſequi differant, & tempore opportuno, cùm potentes exiſtant, ad præſentiam noſtram tam pracuratores quàm teſtes, & alia quæ ad cauſſam fuerint neceſſaria deſtinantes, ſuam coram nobis juſtitiam proſequantur, cùm per alios ortæ inter eos, quamquam multotiens ſit tentatum, terminari nequeant quæſtiones, & nos ipſis Deo auctore curabimus juſtitiæ plenitudinem exhibere. Sic autem præceptum Apoſtolicum circumſpectè perſequamini ac diſtrictè, ut ſolicitudo & diligentia veſtra clareant in effectu, & reprehendi meritò non poſſitis de negligentia vel contemptu, ſed de ſtudio & obedientia potiùs commendari. Datum Laterani Non. April. Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

* Aliàs LXXXII. apud Baluzium.

EPISTOLA * II.

Helenenſi Epiſcopo.

De negotio Durandi de Oſca, & ſociorum.

244. Dilectus filius Durandus de Oſca in noſtra præſentia conſtitutus, & D. de Najaco, & Guillelmus Sancti Antonini, & alii pauperes Catholici, ſuis nobis literis intimârunt, quòd ad exhortationem eorum nonnulli tuæ diœceſis de ſuis exceſſibus pœnitentiam agere cupientes, poſt confeſſionem peccatorum ſuorum, pro poſſe ſuo propoſuerunt reſtituere quicquid poſſident minus juſtè, necnon malè quælibet acquiſita, non habendo proprium, ſed omnia in communi, & nemini malum de cætero inferentes, caſtitatem ſeu virginitatem obſervare promittunt, à mendacio & juramento illicito abſtinendo, tunicis quoque albis vel griſeis uti proponunt, ſub diſciplina & viſitatione Catholicorum pauperum permanſuri, in fulchris autem, niſi eos ad id infirmitas coëgerit, non cubabunt; & à feſto Sanctorum omnium uſque ad nativitatem Dominicam jejunantes, in qualibet ſexta feria, niſi fortè natalem Domini aut Epiphaniam, ſeu aliud feſtum habens vigiliam evenire contingat, à piſcibus abſtinebunt; ſecundâ verò, quartâ feriâ, & Sabbatho, niſi Natalis Domini intervenerit, carnibus non veſcentur, nec in Quadrageſima ante Paſcha comedent piſces, Dominicis diebus exceptis; octo diebus ante Pentecoſten vacabunt jejuniis, & alia jejunia obſervabunt à ſancta Romana Eccleſia inſtituta; ſingulis quoque diebus Dominicis exhortationis verbum convenient audituri, & ſepties orantes in die, quindecies *Pater noſter.* &, *Credo in Deum.* ac, *Miſerere mei Deus*, qui literati fuerint decantabunt; & clerici, prout eis convenit, canonicas horas Domino Deo ſolvent.

245. Et quoniam ſex opera pietatis proficiunt ad ſalutem, propoſuerunt pro Deo pauperibus deſervire; quorum quidam in hæreditate propria vult domum conſtruere, in qua ex parte una viris, & ex alia mulieribus religioſis manſio competens habeatur, & juxta illam ſit nihilominus xenodochium, in quo reficiantur feſſi, & pauperes recreentur, juventur infirmi, & nutriantur infantes à matribus derelicti, & mulieres pauperes laborantes in partu, donec abire valeant, ſuſtententur in eo, ac juxta poſſibilitatem domus ipſius adveniente hyeme præbeantur pauperibus indumenta; pannos quoque ad quinquaginta lectos de ſuis juſtis rebus miniſtrabit ibidem, & Eccleſiam, ubi fratres domus ipſius poſſint audire divina, in honore Dei genitricis Mariæ juxta domum ipſam conſtrui faciet, quæ in ſignum ſubjectionis Apoſtolicæ ſedi reddet unum biſantium annuatim. Unde nobis humiliter ſupplicârunt, ut exſequendi prædicta licentiam eis concedere dignaremur.

246. Nos igitur attendentes quòd hæc omnia ſunt in ſe bona, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, cùm loci diœceſanus exiſtas, cognita pleniùs veritate, ſi ea emanare cognoveris de fonte Catholicæ puritatis, ipſis aſſenſum ſuper his auctoritate noſtra præbeas & favorem; proviſo prudenter, ut quod de verbo exhortationis ſingulis diebus Dominicis audiendo prædicitur, taliter & à talibus fiat, quòd derogari non poſſit Fidei orthodoxę ſeu canonicæ diſciplinæ; adhibita nihilominus prudenti cautela inter viros & mulieres, de quibus mentio eſt præmiſſa, ut utrorumque ad alteros acceſſus haberi nequeat illicitus vel ſuſpectus. Illudque diligenter obſerva, quòd memorati viri dicuntur ſub diſciplina & viſitatione Catholicorum pauperum permanſuri,

manſuri, ut hujuſmodi diſciplina & viſitatio ſanæ doctrinæ conveniant & Eccleſiaſticæ honeſtati. Datum Laterani VII. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

EPISTOLA * III.

* Aliàs XCII. apud Baluzium.

Illuſtri Regi Aragonenſi.

247. UT illi complaceas in cujus miſeratione regni gubernacula ſuſcepiſti, te convenit confovere humiles & devotos, & exceſſus corrigere delinquentium. Inde eſt quòd ſerenitatem tuam rogamus atque monemus, quatenus pauperes Catholicos & hoſpites eorundem in orthodoxa Fide ac pia operatione manentes non permittas à quoquam temerè opprimi, vel à juſtitiariis tuis injuſtè gravari. Datum Laterani V. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno decimoquinto. De eodem.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs CIV. apud Baluziũ.

Mariæ illuſtri Reginæ Aragonenſi, & hominibus Montiſ-peſſulani.

248. GRavem dilecti filii nobilis viri Willelmi de Monte-peſſulano fratris tui, filia Regina, recepimus queſtionem, quòd poſſeſſionem villæ Montiſ-peſſulani, ac alterius terræ jure ad ipſum hæreditario pertinentis, quam ipſe pridem pacificè noſcitur habuiſſe, contra juſtitiam detinetis & reſtituere denegatis eidem. Cùm igitur terræ ipſius juriſdictio ad nos ſpectare noſcatur, volentes prædicto Willelmo in ſuo jure adeſſe, qui ſumus omnibus in juſtitia debitores; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vel dictam poſſeſſionem reſtituatis eidem, vel uſque ad feſtivitatem omnium Sanctorum proximo venturam per reſponſales idoneos noſtro vos conſpectui præſentetis, exhibituri & recepturi juſtitiæ complementum. Alioquin ex tunc in ipſo negotio, quantum de jure poterimus, auctore Domino procedemus. Datum Laterani VIII. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno quintodecimo. De dominio Montiſ-peſſulani.

EPISTOLA * V.

* Aliàs CXLV. apud Baluzium.

Aſtoricenſi Epiſcopo, & Palentinenſi electo.

249. CUm deciſæ in noſtra præſentia quæſtiones pati non valeant recidivam, quæ interdum graviùs litigantes affligit, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus venerabili fratri noſtro Legionenſi Epiſcopo, & dilecto filio Abbati Sancti Facundi Legionenſis dicto, quorum cauſſam ſuper burgo & cauto Eccleſiis interdicto, & rebus aliis venerabilibus fratribus noſtris Ovetenſi & Burgenſi Epiſcopis & conjudicibus eorum duximus committendam, peremptorium terminum præfigatis, quo per ſe vel procuratores idoneos noſtro ſe conſpectui repræſentent, cauſſam eandem in noſtra præſentia tractaturi. Quòd ſi forſan lis jam conteſtata exſtitit coram ipſis, vos eoſdem auctoritate noſtra diligenter monere curetis, ut in cauſſa juxta primi mandati noſtri tenorem uſque ad diffinitivam ſententiam ratione prævia procedentes, ipſam ad nos ſufficienter inſtructam remittant, præfigentes partibus terminum quo compareant coram nobis juſtam auctore Domino ſententiam recepturæ. Datum Signiæ II. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno decimoquinto. Ut partibus aſſignent terminum competentem.

* Poſt Epiſt. CLXXXI. apud Baluzium

SUPPLICATIO * GENERALIS AD DEUM

Romæ indicta ab Innocentio III. Papa feria IV. poſt Octavam Pentecoſtes,

ANNO DOMINI MCCXII.

Præſcribitur omnibus, viris & fœminis, cujuſcumque ſtatus & conditionis, ea die ſtrictius jejunium, nudipedium, & proceſſio publica ac ſolemnis per urbem, pro pace Eccleſiæ & populi Chriſtiani: ſpeciatim verò pro exercitu Hiſpano paullò poſtea decertaturo adverſus Sarracenos.

250. IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Quartâ feriâ infra Octavam Pentecoſtes fiat generalis proceſſio virorum ac molierum pro pace univerſalis Eccleſiæ, ac populi Chriſtiani. Specialiter autem ut Deus propitius ſit illis in bello, quod inter ipſos & Sarracenos dicitur in Hiſpania committendum, ne det hæreditatem ſoam in opprobriom, ut dominentur eis nationes; & ad hanc proceſſionem omnes omnino moneantur venire, nec ab ea ſe quiſquam excuſet, præter illos qui habent inimicitias capitales.

251. Sommo itaque manè conveniant mulieres apud ſanctam Mariam Majorem; clerici verò apud Baſilicam duodecim Apoſtolorum, & laïci apud Sanctam Anaſtaſiam, & poſt collectas, pulſatis ſimol iſtarom Eccleſiarum campanis, procedant omnes in campum Lateranenſē hoc ordine: mulieres omnes & ſolas præcedat crux Dominica ſanctæ Mariæ Majoris; & in prima parte proceſſionis ſint ſanctimoniales, in ultima verò reliquæ mulieres, quæ ſine auro & gemmis & ſericis indumentis procedant, orando cum devotione ac humilitate, in fletu & gemitu, nudis pedibus omnes quæ poſſunt, & per Merulan. & ante Sanctum Bartholomæum veniant in campum Lateran. & collocent ſe ante Felloniam in ſilentio permanentes. Clericos autem crux fraternitatis præcedat, & in prima proceſſionis parte ſint monachi & canonici regolares; in ultima verò rectores & cæteri clerici procedentes prædicto modo, & per viam Majorem, & arcum Baſilii veniant ante palatium Epiſcopi Albanen. & ibi directè in medio campi ſe collocent. Laïcos autem præcedat crux Dominica Sancti Petri, & poſt illam ſequantur primi Hoſpitalis, & poſtremi cæteri laïci, ſicut præſcriptum eſt incedentes, & per Sanctos Joannem & Paullum, & ante Sanctum Nicolaum de Formis in campum veniant, & collocent ſe ab altera parte.

252. Interim verò Romanus Pontifex cū Epiſcopis & Cardinalibus, & capellanis ingrediatur Baſilicam, quæ dicitur Sancta Sanctorum, & inde reverenter aſſumpto ligno vivificæ crucis proceſſionaliter veniant ante palatium Epiſcopi Albanen. & ſedens in ſcalis exhortatorium faciat ſermonem ad populum univerſum. Quo finito, mulieres ſicut proceſſionaliter venerant, ita procedant ad Baſilicam Sanctæ Crucis, & ibi præſto ſit presbyter Card. qui celebret eis Miſſam dicendo illam orationem: *Omnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates*, &c. Et ſic ipſe molieres io pace ad propria revertantur. Romanus autem Pontifex cum Epiſcopis, & Cardinalibus, & capellanis per palatium deſcendat in Lateranen. Baſilicam. Clerici verò per porticum, & laïci per Burgum ingrediantur in illam, & celebrata venerabiliter Miſſa, ipſe cum omnibus nudis pedibos procedat ad Sanctam Crucem, ita qoòd eum præcedant clerici, & laïci ſobſequantur, & ſancta oratione unuſquiſque revertatur ad ſua.

253. Jejunetur autem ab omnibus, ita ut nemo præter infirmos comedat piſces, aut quodcumque pulmentum: ſed qui poſſunt pane ſint & aquâ contenti: qui verò non poſſunt, bibant vinum benè lymphatum, & modicè ſumptom, & veſcantur herbis & fructibus, aut etiam leguminibus, omneſque aperiant manus & viſcera indigentibus, ut per orationem, jejunium, & eleemoſynam miſericordia conditoris reddatur populo Chriſtiano pacata.

* Aliàs CLXXXII. apud Baluzium.

EPISTOLA ALPHONSI VIII. (aliàs IX.)

Regis Caſtellæ, ad dominum Papam.

De bello Sarracenico in Hiſpania.

254. SAnctiſſimo patri ac domino I. Dei gratiâ ſummo Pontifici, Aldephonſus eâdem Rex Caſtellæ & Toleti, cum oſcolo manuum atque pedum, ſalutem. A ſanctitate veſtra credimus non excidiſſe propoſitum impugnandi Sarracenæ gentis perfidiam, vobis per noſtros nuncios devotè & humiliter intimâſſe, in omnibus tanquam patris & domini veſtrum ſubſidium expetentes, quod ſicut à patre pio nos recognoſcimus benignè & piè pariter impetrâſſe.

255. Quo-

255. Quocirca cum literis veſtris nuncios noſtros, quos ad hoc exſequendum idoneos reputavimus, ad partes Franciæ non diſtulimus deſtinare, addentes etiam ut omnibus militibus venientibus ad bellum, & omnibus ſervientibus, proot decebat, expenſas victui neceſſarias largiremur, quibus poſſent commodè ſuſtentari. Unde fuit quòd audita remiſſione peccatorum, quam vos venientibus indulſiſtis, venit magna multitudo militum de tranſmontanis partibus, necnon & Archiepiſcopi Narbonenſis, & Burdegalen. & Epiſcopos Nanneten. Fuerant qui venerunt uſque ad duo millia militum cum ſuis armigeris, & uſque ad decē millia ſerviētium iu equis, & uſque ad quinquaginta millia ſervientiū ſine equis, quibus omnibus non oportoit in victualibus providere.

256. Venerunt etiam illuſtres amici noſtri, & conſanguinei, Rex Aragonum, & Rex Navarræ cum potentatu ſuo, in Fidei Catholicæ auxilium & juvamen, quibus nobiſcum aliquanto tempore apud Toletum ſacientibus moram, exſpectabamus quippe homines uoſtros qui venturi erant ad bellum, omnia neceſſaria, prout per nuncios noſtros promiſimus, non deſecimus miniſtrare: licèt expenſæ eſſent propter ſui multitudinem nobis & regno noſtro ferè importabiles & oneroſæ. Non enim ſolùm in iis qoæ promiſeramus, verùm etiam in pecuniis ſpecialiter, & in deſtrariis, quibus ferè omnes, tam milites, quàm ſervientes, pariter indigebant, nos oportuit providere: ſed Dominus, qui multiplicat incrementa frugum juſtitiæ, miniſtravit nobis abundè ſecundum ſuæ gratiæ largitatem, & dedit omnia poſſe perficere perfectè pariter & abundè.

257. Congregata itaque noſtra & ſuorum multitudine, viam Domini cœpimus proficiſci, & venientes ad turrim quandam, quæ Magalon nuucupatur, ſatis munitam, ultramontani antequam nos pervenerunt, per uuum diem, & illam cum Dei auxilio impugnantes, in continenti cœperunt. Licèt aotem nos eis in omnibus neceſſariis largiſſimè provideremus, ipſi tameu attendentes laborem terræ, quæ deſerta erat, & aliquantulum calida, voluerunt à cœpto propoſito retroire, & ad propria remeare. Taodem ad magnam inſtantiam noſtram & Regis Aragonum proceſſerunt uſque ad Calatravam, quæ non diſtabat à prædicto caſtro niſi per duas leugas, eamque uos ex parte noſtra, & Rex Aragonū ex ſua, & ipſi ex ſua in Dei uomine cœpimus expugnare. Sarraceni autem, qui intus erant, attendentes ſe Dei exercitui non poſſe reſiſtere, diſpoſuerunt villam nobis tradere, ita quòd perſonæ eorum ſalvæ diſcederent, veruntamen ſine rebus: cumque nos iſtud nolla ratione vellemus acceptare, Rex Aragonum & tranſmontani habentes ſuper hoc conſilium, viderunt villam eſſe muuitam muris, & antemuralibus, profundis ſoſſatis, & excelſis turribus, & quòd non poſſet capi niſi ſuffoderentur muri, & ſic ruerent, quod cederet in grave damnum fratribus Salvaterræ, qoorum ſuerat, & uon poſſet ſi neceſſitas incumberet, retineri.

258. Unde apud nos inſtiterunt firmiſſimè, ut villa ſalva & integra, cum armis & magna copia victualium, quæ ibi erant, quibus ſatis indigebat exercitus, uobis redderetur, & perſonæ Sarracenorum vacuæ & inermes recedere permitterentur. Nos autem atteudentes eorom in hoc firmam voluntatem, votis eorum annuimus, ita quòd medietas omnium eorum quæ intus habebantur, cederet in partem Regis Aragonum, & alia medietas in partem ultramontanorum, & nec nobis, nec noſtris aliquid voluimus retinere. Ipſi autem propoſitum repatriandi apud ſe retinentes, licèt Dominus Deus nobis exhiberet gratiam & honorem, & nos vellemus omnibus eis ſufficientiſſimè neceſſaria miniſtrare; deſiderio patriæ coacti omnes pariter ſigno Crucis relicto cum Archiepiſcopo Burdegalen. & Epiſcopo Nanneten. licèt certitudinem de bello Sarracenorum haberemus, ad propria redierunt, exceptis admodum paucis, qui remanſeront cum Archiepiſcopo Narbonen. & Tibaldo de Blazon. qui naturalis noſter erat, com ſuis & quibuſdam aliis militibus, qui erant de Pictavia, & ii omnes qui remanſerunt, vix erant inter milites & ſervientes centum quinquaginta; de peditibus autem eorum nullus remanſit.

259. Cumque Rex Aragonum apud Calatravam moram ſaceret exſpectando quoſdam milites ſuos, & Regem Navarræ, qui nondum ad nos pervenerat; nos cum noſtris proceſſimus, & pervenimus ad quoddam caſtrum eorum, quòd Alarcos dicitur. Illud caſtrum licèt bene munitum eſſet, cœpimus, & alia tria caſtra, quorum unum dicitur Caracovia, aliud Benaventum, & aliud Petra-bona. Inde procedeutes pervenimus ad Salvam-terram, ibique perveneront ad nos Rex Aragonum, qui de ſuis hominibus non duxit in exercitum niſi tantùm milites generoſos, & Rex Navarræ, qui ſimiliter vix ſuit in exercitu de ſuis pluſquam ducentis militibus comitatus; & quia Rex Sarracenorum in vicino erat nobis, Salvam-terram noluimus expugnare; ſed procedentes contra Sarraceuornm multitudinem, pervenimus ad quędam montaua, in quibus non erat tranſitus aliquis, uiſi in certis locis.

260. Cumque nos eſſemus ad pedem illius montis ex parte uoſtra, Sarraceni venientes ex parte alia obtinuerunt ſummitatem montis, volentes nobis tranſitum impedire. Sed milites noſtri aſcendentes viriliter, quia adhuc pauci Sarraceni ad locom illum pervenerant, eos cum Dei auxilio viriliter expulerunt, & caſtrum quoddam munitum, quod propter tranſitum impediendum Sarracenorum Rex conſtruxerat, cœperunt, quod Ferrat dicitur; quo occupato exercitus Domini ſecurè potuit ad cacumina montis aſcendere, ubi multum laboravit propter defectum aquarum, & loci ariditatem. Sarraceni aotem videntes quòd tranſitum illum occupare non poſſent, alium tranſitum, qui erat in deſcenſo montis arctiſſimum & invium occupârunt. Talis quippe erat, quòd mille homines poſſent defendere omnibos hominibus qui ſub cœlo ſunt, & juxta tranſitum illum ex altera parte erat totus Sarraceuorum exercitus, & ſua tentoria jam fixa. Cumque

nos ibi facere moram ob defectum aquæ non poſſemus, nec procedere propter tranſitûs difficultatem, quidam ex noſtris conſuluerunt, quòd iterum ad pedem montis deſcenderemus, & alium tranſitum ad duas vel tres dietas quæreremus.

261. Nos autem attendentes Fidei periculum, & perſonæ noſtræ dedecus, noluimus huic parere conſilio, eligentes potiùs in difficultate tranſitûs mori pro Fide, quàm faciliorem tranſitum quærendo qualitercumque in Fidei negotio retroire. Cumque jam quidem propoſitum firmaſſemus ad indicium cujuſdam ruſtici, quem Deus nobis ex inſperato miſit, in eodem loco alium tranſitum ſatis facilem magnates noſtri, qui primos ictus in bello habituri erant, invenerunt, & in quodam loco exercitui eorum vicino, licèt aridus eſſet & ſiccus, Sarracenis hunc tranſitum ignorantibus tentoria poſuerunt; quòd cùm Sarracenorum exercitus attendiſſet, proceſſit ut manſionem illam impediret: noſtri autem, licèt pauci eſſent, ſe viriliter defenderunt.) Nos autem, & Rex Aragonum, & Rex Navarræ, armati cum militibus noſtris in loco primæ manſionis, quæ erat in ſummitate montis, exſpectavimus, donec totus exercitus Domini pervenit ſecurè ad locum ubi anteriores noſtri caſtrametati ſunt; & ita, dante Domino, factum eſt, quòd licèt via eſſet invia & inaquoſa, lapidoſa & nemoroſa; nihil de noſtris amiſimus. Hoc autem factum eſt die ſabbathi XVII. Kal. menſis Auguſti.

262. Circa ſerotinam verò horam Sarraceni attendentes quòd omnia tentoria noſtra tutè fixeramus, diſpoſitis aciebus ſuis venerunt ante loca caſtrorum, & ibidem quædam præludia belli in modum torneamenti cum noſtris exercuerunt. Attendentes autem ipſi, quòd nos illa die nollemus habere bellum, ad caſtra ſua reverſi ſunt. Sequenti autem die Dominica ſummo mane venit Sarracenus cum infinita multitudine diſpoſitis aciebus ſuis. Nos autem volentes conſiderare multitudinem gentis ſuæ, & diſpoſitionem & ſtatum, & qualiter in omnibus ſe haberent; habito prudentum virorum conſilio, & in iis exercitatorum, exſpectavimus uſque ad ſequentem diem lunæ. Ipſis autem ſic exiſtentibus, poſuimus milites noſtros cum peditibus, ut extremos agminis noſtri non poſſent in aliquo moleſtare; quod quidem divinâ operante gratiâ ſic evenit.

263. Sequenti die, ſcilicet ſecundâ feriâ, omnes in Dei nomine armati proceſſimus, diſpoſitis aciebus, cum eis pro Fide Catholica pugnaturi, ipſi autem promontoria quædam obtinuerunt valdè ardua, & ad aſcendendum difficilia propter nemora quæ inter nos & ipſos erant, & propter alveos torrentium profundiſſimos: quæ omnia nobis erant magno impedimento, ipſis verò maximo expedimento. Veruntamen ille à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia fecit mirabiliter, & direxit manus ſui exercitus contra inimicus ſuos, & anteriores noſtri, necnon & medii, multas acies eorum, quæ in minoribus promontoriis exiſtebant, in virtute crucis Dominicæ proſtraverunt. Cùm autem perveniſſent ad extremam aciem eorum infinitæ ſiquidem multitudinis, in qua Rex Carthaginis erat, ibidem difficillimos conflictus militum, peditum, & ſagittariorum invenerunt, quos ſub maximo periculo, & vix, immo etiã jam non poterant tolerare: nos autem attendentes bellum illud eis omnino importabile, impetu equorũ proceſſimus ſigno crucis Dominicę præeunte, & vexillo noſtro in quo erat imago B. Virginis, & filii ſui in ſignis noſtris ſuperpoſita.

264. Cumque nos jam pro Fide Chriſti mori conſtanter eligeremus, attendentes crucis Chriſti, & imaginis ſuæ Matris ignominiam, quas lapidibus & ſagittis irruere impetebant, in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis diviſimus; & licèt ipſi eſſent conſtantes in bello, & firmi ſuper domino ſuo, dominus illorum infinitam multitudinem Crucis ſuæ gladio trucidavit; & ſic Rex Sarracenorum cum paucis in fugam converſus fuit. Sui autem impetus noſtros interim ſuſtinebant, ſed ſtatim poſt maximam ſtragem ſuorum, reliqui in fugam converſi ſunt. Nos autem inſequentes eos uſque ad noctem, plures tamen inſequendo interfecimus, quàm in bello: & ſic bellum Domini à ſolo Domino, & per ſolum Dominum eſt feliciter conſummatum. Deo autem honor & gloria, qui Cruci ſuæ dedit victoriam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

265. Fuerunt autem milites Sarraceni, ut poſtea vera relatione didicimus à quibuſdam domeſticis Regis Sarracenorum, quos captivos cœpimus, CLXXXV. millia, peditum verò non erat numerus. Occubuerant autem in bello ex parte ſua centum millia armatorum & ampliùs, ſecundum æſtimationem Sarracenorum, quos poſtea cœpimus. De exercitu autem Domini, quod non ſine grandi gratiarum actione recitandum eſt, & quod incredibile eſt, niſi quia miraculum eſt, vix XXV. Chriſtiani, aut XXX. de toto noſtro exercitu occubuerunt. O quanta lætitia! ô quot gratiarum actiones! niſi de hoc dolendum ſit, quòd tam pauci Martyres de tanto exercitu ad Chriſtum martyrio pervenerunt.

266. Ut autem magna eorum multitudo credatur, cùm exercitus noſter in caſtris eorum poſt bellum per biduum fecerit moram, ad omnia incendia, quæ neceſſaria erant in coquendis cibis, & pane, & aliis, non compoſuerunt aliqua ligna, niſi de ſagittis & lanceis eorum, quæ remanſerant, & vix potuerunt comburere medietatem. Cumque dicti exercitus propter longam moram factam in locis eremis & incultis deficeret in victoalibus & aliis, ibidem tantam invenerunt tam ciborum quàm armorum, necnon etiam dextrariorum, & aliorum jumentorum copiam, quòd accipientes ad ſuam unuſquiſque de iis omnibus voluntatem, plus ibi dimiſerunt ex magna abundantia quàm cœperunt.

267. Tertio autem die procedentes venimus ad quædam caſtra eorum, ſcilicet Bilche, Baños, Toloſa, quæ in continenti cœpimus. Tandem pervenimus ad duas civitates, quarum altera dicitur

tur

tur Biacia, altera Ubeda; quibus non erant majores citra mare, præter Cordubam & Hiſpalim, quarum alteram, ſcilicet Biaciam, deſtructam invenimus: in alterâ verò, ſcilicet Ubedam, quia ſitu loci, & artificio fortiſſima erat, confugerat multitudo hominum infinita ex omnibus villis adjacentibus. Cùm enim villa illa nunquam ab Inperatore, vel ab aliquo Regum Hiſpaniæ expugnata ſciretur vel ſubjugata, in eadem poſſe ſalvari ſua corpora credebant.

268. Sed & hanc in brevi divinâ gratiâ faciente cœpimus, & funditus deſtruximus, quia non poſſemus habere tantam multitudinem gentium, quæ ad illas populandas ſufficere poſſent, & bene perierunt ibi LX. millia Sarracenorum; quorum quoſdam interfecimus, quoſdam captivos duximus ad ſervitium Chriſtianorum & monaſteriorum, quæ ſunt in Marchia reparanda. Hæc igitur, ſanctiſſime Pater, vobis ſcribēda decrevimus pro auxilio toti Chriſtianitati impenſo, gratias quas poſſumus exhibentes, & humiliter ſupplicantes, ut vos, quem Dominus ad ſummi ſacerdotii gradum elegit, ei cum ſacrificio laudis pro ſalute populi immoletis vitulos labiorum.

EPISTOLA * VI.

* Aliàs CLXXXIII. apud Baluzium

Illuſtri Regi Caſtellæ.

Reſpondet Epiſtolæ ſuperiori.

269. Protector in ſe ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil firmum, multiplicans miſericordiam ſuam ſuper te, ac populum Chriſtianum, & effundens iram ſuam in gentes quæ Dominum non noverunt, & in regna quæ non invocaverunt ſanctiſſimum nomen ejus, juxta quod dudum fuerat Spiritu ſancto prædictum, irriſit gentes quæ temerè fremuerunt contra eum, & ſubſannavit populos inania meditatos, humiliando arrogantiam fortium, & infidelium ſuperbiam quieſcere faciendo, qui ſperantes in equis, quia multi ſunt, & equitibus quia prævalidi nimis, ſuper ſanctum Iſraël non fuere confiſi, & Dominum exquirere contempſerunt: quinimmo Deo vivo & vero auſi ſunt exprobrare, exaltantes contra eum tumidè vocem ſuam, & ſuorum levantes altitudinem oculorum.

270. Benedictus autem Deus, qui poſuit in eorum naribus circulum, & in labiis ſuis frænum, dans eis ſecundum opera eorundem, & ipſis retribuens ſecundum ſuorum nequitiam ſtudiorum, ut cognoſcat Moab quoniam major eſt ejus indignatio & ſuperbia, quàm fortitudo & virtus, & ſperent in Domino cuncti qui diligunt nomen ejus, videntes quòd in ſua ſperantes miſericordia non relinquit, ſed prope eſt omnibus ipſum in veritate vocantibus; dans lapſis fortitudinem, & robur multiplicans, ut jam non dubitent verum eſſe quod legitur, quoniam qui ſperant in Domino habebunt fortitudinem, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient: quia Dominus virtutem populo ſuo dabit.

271. Nos autem per tuæ ſerenitatis literas pleniùs intellecto, qualiter is qui docet manus ſuorum ad prœlium, & digitos eorum ad bellum, inſtauratis veteris Teſtamenti miraculis, in tanto & tam horribili prœlio ſalvum fecit populum humilem, & humiliavit oculos ſuperborum, exultavimus Domino adjutori noſtro, & ei quantum ſua donavit gratia jubilantes gaviſi ſumus gaudio magno valdè. Convocantes ergo urbis clerum & populum univerſum, ei qui facit mirabilia magna ſolus, & ſi non quantas debuimus, quantas tamen potuimus unà cum illis gratiarum exſolvimus actiones, ipſas tuæ celſitudinis literas legi coram univerſa multitudine facientes, & ore proprio exponentes eaſdem, in quo poſt divinæ virtutis magnalia, quantum magnificentiæ tuæ præconia extulerimus, ab aliis potiùs quàm à nobis regali excellentiæ volumus intimari.

272. De cætero, fili chariſſime, prudentiam tuam monemus, rogamus, & exhortamur in Domino, quatenus datam tibi & populo Chriſtiano victoriam Domino exercituum reverenter adſcribas, ore ſimul & corde humiliter confitendo, quòd non manus tua excelſa, ſed Dominus fecit hæc omnia, juxta quod in lege divina præcipitur: *Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, & potentia manus meæ fecit mihi virtutem hanc magnam*. Sed memoraberis Domini Dei tui, quia ipſe tibi dat facere fortitudinem & virtutem. Iſta enim victoria proculdubio non humani operis exſtitit, ſed divini, & gladius Dei, non hominis, immo veriùs Dei hominis inimicos crucis Dominicæ devoravit. Quis enim dedit eos in direptionem & prædam, ut unus mille, & duo decem millia effugarent, niſi Deus qui ſubdidit illos, & tradidit ſuam ſuper eos indignationem effundens, pro eo quòd peccaverunt eidem, & in ejus noluerunt ſemitis ambulare. Non igitur tibi veniat pes ſuperbiæ, quia ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Sed affer Domino gloriam & honorem, dicens humiliter cum Propheta: *Zelus Domini exercituum fecit iſtud*. ut aliis exultantibus in curribus, & in equis, tu exultes & glorieris in nomine Domini Dei tui, & conſiderans vindictam impiorum factam à Domino, laves manus tuas in ſanguine peccatorum.

273. De nobis autem pro certo cognoſcas, quòd perſonam tuam ſemper de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta dileximus, & jugiter in tua creſcimus charitate, in cunctis negotiis tuis tuæ ſerenitati adeſſe quantum cum Deo & honeſtate poterimus proponentes. Tu ergo ea ſemper agere ſtudeas, quæ Apoſtolicum promereantur favorem, & per quæ gloriam temporalis regni tranſitoriam & caducam, in æterni regni beatitudinem, quæ nunquam deficiet, valeas commutare.

mutare. Quòd utinam ore prophetante dixerimus, & eventum rei tetigerimus immobili veritate. Datum Laterani VII. Kal. Novemb. Pont. noſtri anno quintodecimo.

* Aliàs CCXIII. apud Baluzium.

EPISTOLA * VII.

Nobili viro Simoni Comiti Montis-fortis.

Vt reſtituat ablata vaſſallis Regis Aragonum.

274. EX parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri P. illuſtris Regis Aragonum per nuncios ejus fuit propoſitum coram nobis, quòd tu convertens in Catholicos manus tuas, quibus ſuffeciſſe debuerat in homines hæreticę pravitatis extendi, per croce-ſignatorum exercitum ad effuſionem juſti ſanguinis, & innocentum injuriam provocatum, terras vaſſallorum Regis ipſius, videlicet Comitis Fuxenſis, Comitis Convenarum, & Gaſtonis Bearnenſis, in ejus grave præjudicium occupâſti, licèt in eis nec hæretici aliqui habitarent, nec habitatores earum ſuper hæreticæ peſtis errore infamia conſperſiſſet.

275. Aſſerebant præterea nuncii Regis præfati, quòd cùm ab hominibus terrarum illarum fidelitatis exegeris juramenta, & terras patiaris inhabitare prædictas, eos eſſe Catholicos tacitè confiteris, ut hæreticorum abneges te fautorem, vel hæreticos te fovere quodammodo reſpondes, ſi legitimè occupâſſe terram illorum alleges. Formabant nihilominus ex eo querimoniam ſpecialem, quòd dum Rex ſervitio Jeſu Chriſti contra Sarracenos inſiſteret, & effuſioni ſuum, & ſuorum ſanguinem exponeret pro reverentia Fidei Chriſtianæ, tu bone vaſſallorum ejuſdem in propria uſurpabas, eoque fortiùs ad depreſſionem inſtabas illorum, quò minus Rex poterat eis opem ſuæ protectionis impendere, vires ſuas expendens contra Sarracenæ gentis perfidiam in auxilium populi Chriſtiani.

276. Et cùm adhuc Rex idem partes ſuas contra Sarracenos intendat armare, ut adverſus eos Deo duce tantò efficaciùs poſſit inſurgere, quantò majori quoad alios quiete gaudebit, in pace ſibi reſtitui per ſedem Apoſtolicam, quæ vaſſallorum ejus extiterant poſtulabat. Nolentes igitur ipſum ſuo jure fraudari, nec jam dictum ejus propoſitum impediri, nobilitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Regi, & vaſſallis ejus terras reſtituas ſupradictas, ne ad tuum ſpecialem, non generalem Catholicæ Fidei laborâſſe profectum, per retentionem illicitam videaris. Datum Laterani XVI. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

* Aliàs CCXIV. apud Baluzium.

EPISTOLA * VIII.

Eidem.

Vt Regi Aragonum faciat homagium de civitate Carcaſſonenſi.

277. CUm ad mandatum ſedis Apoſtolicæ chariſſimus in Chriſto filius noſter P. illuſtris Rex Aragonum in feudum tibi conceſſerit Carcaſſonem, quam ab eo Vice-comes tenuerat Biterrenſis, poſtulabat, ut ea ſibi faceres, quæ dictus Vice-comes ſuiſque prædeceſſoribus facere conſueverat, & debebat. Quia verò intentionis noſtræ non extitit, quòd ei de jure ſuo per talem feudatarium aliquid deperiret, nec te ſubtrahere debes illius oneribus, in cujus quoad feudum ipſum ſucceſſiſti commodum & honorem; cùm poſſeſſionum onera mutari de levi non conſueverint mutationibus poſſeſſorum, quia res cum onere ſuo tranſit; per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ea dicto Regi facere non recuſes, ad quæ memoratus Vice-comes tenebatur eidem; quoniam quantumcumque te in Domino diligamus, ſic tibi nec volumus nec debemus adeſſe, ut ipſi Regi deeſſe in ſua juſtitia videamur. Datum Laterani XVIII. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno quintodecimo.

* Aliàs CCXXI apud Baluzium.

EPISTOLA * IX.

Mariæ illuſtri Reginæ Aragonum.

Controverſiã ſuper divortio componere, & conjuges in gratiam reducere niſitur.

278. NOvit ille qui eſt teſtis in Deo fidelis, cui omne cor patet, & nullum latet ſecretum, quòd in cauſſa matrimonii, quæ inter te ac chariſſimum in Chriſto filium noſtrum P. illuſtrem Regem Aragonum virum tuum diutiùs noſcitur agitata, viâ regiâ ſemper inceſſimus, nec ad dexteram declinavimus vel ſiniſtram: quod teſte conſcientia in cauſſis facimus univerſis, quæ ad noſtrum perferuntur examen; cum illius vices diſponente ipſo exerceamus in terris, qui juſtus & juſtitiam diligens ſine acceptione judicat perſonarum. Nec ignoremus legis divinæ mandatum, quæ habere pondus & pondus, menſuram & menſuram, quorum

rum utrumque apud Deum eſt abominabile, prohibemur, & æqua lance cauſſas & merita penſare præcipimur ſingulorum.

279. Licèt igitur inter alios mundi Principes prædictum Regem, ſicut opera ipſa declarant, amplexemur ſpecialis dilectionis affectu, & ad perſonæ ipſius honorem & commodum aſpiremus; ubi tamen ad judicii pervenitur examen, in quo nec reſpicere pauperem, nec potentis vultum honorare permittimur, nullam ei vel alii gratiam facere poſſumus aut debemus, & maximè ubi agitur de matrimonii ſacramento, quod ante peccatum in paradiſo à Domino inſtitutum, præter propagationis humani generis fructum, illud ineffabile ſacramentum, conjunctionis Chriſti videlicet ad ſanctam Eccleſiam, Dei ad fidelem animam, & ipſius Verbi ad humanam naturam, noſcitur figurare, Apoſtolo atteſtante, qui de bono matrimónii agens, inquit: *Ego autem dico, magnum in Chriſto & Eccleſia ſacramentum.*

280. Dudum igitur cùm idem Rex matrimonium contractum inter te ac ipſum proponeret ſe habere ſuſpectum, pro eo quòd tu ferebaris maritum alium habere ſuperſtitem, videlicet nobilem virum Comitem Convenarum; ac idem Rex priùs carnaliter mulierem quandam cognoverat, teipſam conſanguinitatis, ut dicebatur, lineâ contingentem, & ſuper hoc conſcientiæ ac ſaluti ſuæ conſuli poſtularet; cauſſam bonæ memoriæ Pampilonen. Epiſcopo, & P. de Caſtro-novo, & fratri Radulpho, monachis Fontis-frigidi, qui duo tunc erant Apoſtolicæ ſedis Legati, nos meminimus cõmiſiſſe. Coram quibus cùm lis fuiſſet ſuper duobus præfatis articulis per partium procuratores legitimè conteſtata, nobili viro Hugoni de Turre-rubea conſanguineo Regis, tunc matrimonium, ut dicitur, accuſante, Legatis eiſdem interim ab hac luce ſubtractis, & Epiſcopo pro ſuis & Eccleſiæ ſuæ negotiis apud ſedem Apoſtolicam occupato, cauſſam ipſam venerabilibus fratribus noſtris Narbonen. Archiepiſcopo, tunc Ciſtercien. Abbati, & Ut icenſi, Apoſtolicæ ſedis Legatis, ac Regenſi, tunc officio legationis fungenti, Epiſcopis duximus committendam, ſub ea forma, quâ præfato Pampilonen. & ſuis conjudicibus fuerat antè commiſſa, nullo in poſterioribus literis addito vel mutato; ut videlicet, ſi appareret legitimus accuſator, cauſsã convocatis partibus audientes eam, ſi de partium voluntate procederet, fine canonico terminarent; alioquin geſta omnia fideliter con ſcribentes, ea nobis ſub ſuarum teſtimonio tranſmitterent literarum, præfigentes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos noſtro ſe conſpectui præſentarent, juſtum Deo auctore judicium recepturæ.

281. Te igitur, ac eodem Rege, ſicut ex actis intelleximus, perſonaliter in ipſorum judicum præſentia conſtitutis, Rex propoſuit memoratus, quòd tu ſibi de jure ſociari non poteras fœdere maritali; tum quia carnaliter conſanguineam tuam antè cognoverat, ex quo ſequebatur te ſibi fore affinitate conjunctam; tum quia dicto Comiti Convenarum adhuc ſuperſtiti fueras in Eccleſiæ facie matrimonialiter copulata; per quod conſtabat te cum ipſo contrahere nequiviſſe, cùm ab eodem Comite ſeparata per judicium Eccleſiæ non fuiſſes. Tu verò ibidem fuiſti abſolutè confeſſa, quòd revera patre tuo vivente, ac procurante, contraxeras cum Comite memorato; ſed adjeciſti, quòd hujuſmodi matrimonium de facto contractum fuerat, non de jure; cùm idem Comes tibi eſſet conſanguinitate pariter & affinitate conjunctus, & inſuper duas haberet uxores tempore quo tecum noſcitur contraxiſſe, ad quæ probanda tibi dari terminum poſtulâſti. Et licèt fuerit ex Regis parte reſponſum, quòd tuæ ſuper hoc exceptiones recipi non debebant, donec eſſes præfato Comiti, cum quo te contraxiſſe confeſſa fueras, reſtituta, nec ipſe exceptionibus tenebatur hujuſmodi reſpondere; ad ultimum tamen ita fuit de partium voluntate proviſum, ut ſcilicet ſalva Regi exceptione, ſeu replicatione prædicta, utriuſque partis probationes ſuper præmiſſis articulis audirentur.

282. Poſtmodum B. Aimerii, quem Rex procuratorem in negotio conſtituerat memorato, de conſenſu Regis tria ſe obtulit probaturum, ſcilicet matrimonium prius fuiſſe contractum inter te ac Comitem Convenarum; & matrimonium, ſi quod fuit inter eundem Comitem & G. filiam A. de Barca, fuiſſe judicio Eccleſiæ ſeparatum, antequam te ſibi Rex idem matrimonialiter copulâſſet, & filium Comitis Bigorræ uxorem quondam Comitis antedicti, fuiſſe prædicto Regi conſanguinitate conjunctam. Et ſic terminus fuit partibus aſſignatus, facta promiſſione hinc inde, quòd alias dilationes non peterent ad proponendum aliud vel probandum.

283. Cumque partes termino conſtituto in duorum judicum prædictorum præſentia, tertio literatoriè ſuam excuſante abſentiam, conveniſſent; tu proponens te infirmitate gravatam teſtes tuos medio tempore producere nequiviſſe, dilationes alias poſtulâſti; quas licèt dictus procurator Regis aſſereret tibi non eſſe ullatenus concedendas, pactionem factam de non petendis dilationibus allegando, ac ſuper hoc fuiſſet diutiùs diſputatum; tandem de conſenſu partium conceſſa fuit ſub præfata conditione ſeu pactione dilatio & terminus aſſignatus; ad quem cùm veniſſet R. procurator tuus, ac rurſus dilationes alias poſtularet, dicto procuratore Regis eas tibi non debere concedi omnimodis contendente, judices ad Montem-peſſulanum unà cùm ipſis procuratoribus acceſſerunt, ut ibi te præſente negotiũ tractaretur; ubi cùm ſuper dandis vel non dandis dilationibus fuiſſet à partibus diutiùs litigatum; tandem dicto procuratore Regis adhibente conſenſum, judices ſub conditione præmiſſa dilationes alias conceſſerunt, locum & terminum partibus aſſignantes.

284 Porrò partibus præfixo termino in judicum præſentia conſtituis, te abſente, tuo tamen procuratore præſente, procurator Regis de novo propoſuit, quòd dictus Convenarum Comes

ipſum

ipſum Regem conſanguinitatis lineâ contingebat, per hoc inter te ac ipſum probare aliam affinitatem intendens, ſuper quo, quanquam lis minimè conteſtata fuiſſet, & conveniſſet, ut dictum eſt, inter partes, quòd aliquid de novo proponere non deberent; judices tamen teſtes, qui nequaquam juraverant, niſi ſuper illis dumtaxat articulis ſuper quibus lis fuerat conteſtata, recipere præſumpſerunt; ſuper quo de ipſorum prudentia non poſſumus non mirari, etſi procurator Regis coram nobis multipliciter conatus fuerit demonſtrare in hoc articulo legitimè fuiſſe proceſſum.

285. Demum cùm probationibus & allegationibus ſuiſſet renunciatum hinc inde, licèt tu quòd non opponeres appellationis obſtaculum, juramento præſtito præmiſiſſes; quia tamen facultas à nobis ſententiam audiendi, ſi malles, in noſtris tibi fuerat literis reſervata, uti volens beneficio earundem, humiliter poſtulâſti, ut ad nos cauſſa remitteretur inſtructa, præfixo partibus termino competenti. Cujus petitione, ſicut jus exigebat, admiſſa, dicti judices acta omnia, prout à nobis in mandatis acceperant, ad nos ſub ſigillis ſuis fideliter tranſmiſerunt. Cùm ergo tu, & dilectus filius magiſter Columbus procurator Regis, vir utique literatus, providus, & fidelis, ac de ſolicita diligentia, & diligenti ſolicitudine in eodem negotio habita meritò commendandus, propter hoc ad noſtram præſentiam veniſſetis, cauſſam in Conſiſtorio publico ſolenniter examinavimus & attentè.

286. His igitur, quæ à partibus prudenter, ſubtiliter, ac fideliter, tam ſuper actis in præſentia judicum prædictorum, quàm coram nobis fuere propoſita, diligenter auditis, & ſubtili examinatione diſcuſſis, quia nobis conſtitit evidenter, quòd Comes Convenarum prædictus te in diſtantia tertii & quarti gradus conſanguinitatis & affinitatis contingit, & idem Comes priùs in conſpectu Eccleſiæ cum nobili muliere Beatrice contraxerat, à qua non eſt probatum ipſum Eccleſiæ fuiſſe judicio ſeparatum, cùm ſuper propoſito affinitatis articulo nihil contra te legitimè ſit probatum, de communi fratrum noſtrorum conſilio te ab impetitione Regis ſuper iis quæ in judicium fuere deducta, ſententialiter duximus abſolvendam. Te ex eo nequaquam ream eſſe perjurii decernentes, quòd cauſſam inſtructam ad noſtram remitti præſentiam poſtulâſti; cùm id, ſicut eſt expreſſum ſuperiùs, in noſtris tibi fuiſſet literis reſervatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diffinitionis infringere, vel ei &c. *uſque*, contraire. Si quis autem &c. *uſque*, incurſurum. Datum Laterani XIV. Kal. Februarii Pont. noſtri Anno XV.

287. *In eundem ferè modum ſcriptum eſt chariſſimo filio noſtro P. illuſtri Aragonum Regi.* Novit ille, qui eſt teſtis in cœlo fidelis, &c. *uſque*, in noſtris ſibi fuiſſet literis reſervatum. Monemus igitur ſerenitatem tuam, rogamus, & obſecramus in Domino, celſitudinis tuæ nihilominus ex animo conſulentes, quatenus non moleſtè ſuſtinens, nec admirans, quòd tibi non detulimus contra Deum: ſed potiùs cogitans, quòd non tam tuæ curavimus voluntati conſulere, quàm ſaluti. Ac ideo noſtris acquieſcens conſiliis, quæ tibi ſemper utilia exſtiterunt, Reginam eandem in plenitudinem gratiæ regalis admiſſam benignè recipias, & maritali effectione pertractes; præſertim cùm filium ſuſceperis ex eadem, & ſit mulier Deum timens, multa prædita honeſtate.

288. Unde pro certo ſperamus, multa ex ipſius conſortio, maximè ſi ad Deum reſpectum habens, ipſam ſicut Reginam honorificè ac decenter tractaveris, ſerenitati tuæ commoda proventura; cùm vir etiam infidelis per fidelem mulierem ſalvetur, Apoſtolo atteſtante. Alioquin nec tu videreris à principio motæ litis tuam, prout aſſerebas, voluiſſe ſanare conſcientiam, ſed potiùs ſauciare; nec nos quantumcumque tuæ deferre ſublimitati velimus, quod Deus conjunxit humana ſuſtineremus præſumptione ſejungi. Denique noveris nos VV. FF. NN. Carcaſſonenſi, Avinion. & Auraſicen. Epiſcopis per noſtras dediſſe literas in mandatis, ut ſi noſtrum ſuper hoc, quod non credimus, neglexeris adimplere mandatum, ipſi te ad id per cenſuram Eccleſiaſticam ſublato appellationis impedimento compellant. Datum ut ſuprà.

289. *In eundem ferè modum ſcriptum eſt ſuper hoc eiſdem.* Novit ille &c. *uſque*, fuiſſet literis reſervatum. Unde ſerenitatem regiam rogandam duximus & monendam, per Apoſt. ſcripta mandantes, celſitudini ejus nihilominus ex animo conſulentes, quatenus non moleſtè ſuſtinens, nec admirans, quòd ei non detulimus contra Deum, ſed potiùs cogitans, quòd non tam ejus curavimus voluntati conſulere, quàm ſaluti: ac ideo noſtris acquieſcens conſiliis, quæ ſibi ſemper utilia exſtiterunt, Reginam eandem in plenitudinem gratiæ regalis admiſſam benignè recipiat, & maritali affectione pertractet; præſertim cùm filium ſuſceperit ex eadem, & ſit mulier Deum timens, multa prædita honeſtate.

290. Unde pro certo ſperamus, multa ex ipſius conſortio, maximè ſi ad Deum reſpectum habens ipſam ſicut Reginam honorificè ac decenter tractaverit, ſerenitati ejus commoda proventura: cùm vir etiam infidelis per fidelem mulierem ſalvetur, Apoſtolo atteſtante. Alioquin nec ipſe videretur à principio motæ litis ſuam, prout aſſerebat, voluiſſe ſanare conſcientiam; ſed potiùs ſauciare; nec nos, quantumcumque ei deferre velimus, quod Deus conjunxit humana ſuſtineremus præſumptione ſejungi. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ſi Rex ipſe noſtrum ſuper hoc, quod non credimus, neglexerit adimplere mandatum, vos ipſum ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis obſtaculo, compellatis. Quòd ſi non omnes, &c. Duo veſtrûm, &c. Vos denique fratres Epiſcopi ſuper vobis ipſis, &c. Datum ut ſuprà.

EX

EX LIBRO XVI. EPISTOLARUM
Innocentii III.

EPISTOLA * I.

Zamorenſi & Portugalenſi Epiſcopis, & magiſtro Florentio archidiacono Zamorenſi.

De limitatione Epiſcopatuum Egitan. & Colimbrienſis.

291. VEnerabilis frater noſter Colimbrieſis Epiſcopus in noſtra propoſuit præsētia conſtitutus, quòd cùm olim Aurienſi Epiſcopo & ſuis conjudicibus noſtris dederimus literis in mandatis, ut univerſa in quorum poſſeſſionem per Caurienſem & Civitatenſem Epiſcopos venerabilis frater noſter Egitanienſis Epiſcopus fuerat adverſus eundem Colimbrienſem inductus, vel eorum occaſione auctoritate propria occupârat, ipſi Colimbrienſi cum fructibus medii temporis reſtitui facientes, ſupplerent ſi quid per ipſius Egitanienſis malitiam defoiſſe conſtaret executioni ſententiæ pro eodem contra Egitanienſem eundem arbitrali examine ſuper reſtitutione fructuum promulgatæ, ad limitationem Epiſcopatuum quàm citò poſſent ſub omni diligentia proceſſuri, prædictus Aurienſis & ſui conjudices ſuper reſtitutione facienda vices ſuas Abbati de Sertia & ſuis conſociis commiſerunt, limitationem Epiſcopatuum ſibi ſpecialiter reſervantes. Poſſeſſionibus itaque per eundem Abbatem & ſuos collegas Colimbrienſi Eccleſiæ reſtitutis, iidem judices dictum Egitanienſem, niſi fructus omnes medii temporis ad plenum reſtitueret infra terminum ad hoc ei præfixum, excommunicationis vinculo innodârunt, contradictores cenſura ſimili percellentes. Tranſacto verò termino infra quem Egitanienſis Epiſcopus eidem debuerat parere ſententiæ, ipſius contumacia exigente, prolata priùs ſub conditione ſententia fuit, poſtmodum præcisè & ſimpliciter innovata.

292. Partibus ſanè à delegatis noſtris prædictis interim convocatis, procurator Colimbrienſis Eccleſiæ, & pars altera ad hoc ad ultimum convenerunt, ut idem Colimbrienſis in poſſeſſione quam per memoratum Abbatem & ſuos collegas fuerat aſſecutus, non obſtante modo proceſsûs, videlicet ſive juſtè ſive injuſtè proceſſerint, tunc pacificè permaneret; ſi tamen ea reſtituta fuiſſent quæ ſecundùm mandatum Apoſtolicum reſtitui debuerant hinc inde, ſubtractione vel ſuppletione nihilominus facienda, ſi fuiſſet aliquid quoad poſſeſſiones plus vel minus debito reſtitutum. Pro reſtitutione verò fructuum idem Egitanienſis obligavit ablantes: hoc tamen adhibito, quòd ſi cautio illa inſufficiens videretur, ſecundum delegatorum ipſorum caveret arbitrium per pignoratitiam vel fidei-juſſoriam cautionem. Præfixo quoque termino quo ſe partes eorundem judicum conſpectui præſentarent, propter diſcordiam quæ inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Portugalenſem & Legionenſem Reges excreverat, idem Colimbrienſis, quòd neque per ſe neque per procuratorem idoneum apud Auriam poterat proficiſci, per quendam nuncium ferè nudum judicibus intimavit. Ipſi verò eundem Colimbrienſem in mille ac ſexcentis ſolidis monetæ Legionenſis expenſarum nomine condemnârunt, & aliàs procedentes minùs legitimè contra ipſum, Epiſcopatus non ſine Colimbrienſis Eccleſiæ præjudicio poſt appellationem legitimam limitârunt. Quapropter idem poſtulabat inſtanter proceſſum judicum eorundem tam ſuper expenſis quàm limitibus irritari.

293. Nos autem conſiderantes utrique partium expedire, ut non ſecundùm rigorem juſtitiæ, ſed ſecundùm æquitatis providentiam, in iſto negotio procedatur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus apud vos poſſeſſionibus ſequeſtratis Egitanienſem Epiſcopum, ut Colimbrienſi fructus juxta formam alterius noſtri mandati reſtituat, vel de reſtitutione facienda ſufficientem præſtet & idoneam cautionem, monitione præmiſſa, diſtrictione quâ convenit, appellatione poſtpoſita, compellatis, & ſic auditis & intellectis quæ partes hinc inde duxerint proponenda, ſi vobis conſtiterit quòd Aurienſis Epiſcopus & ſui conjudices providè diœceſes prædictorum Epiſcopatuum limitârint, faciatis eas auctoritate noſtra ſecundum illum modum manere perpetuò limitatas. Alioquin tam per teſtes, inſtrumenta, & famam, quàm antiquas diviſiones & quæcumque alia adminicula, inquiſita & cognita veritate, pleniùs ipſos Epiſcopatus, ſolum Deum habentes præ oculis, limitetis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

294. Cæterùm ſi prænominatus Colimbrienſis de legitimo impedimento docuerit, propter quod Auriſienſis Epiſcopi & conjudicum ejus conſpectui ſe nequiverit præſentare, vos eum abſolvatis à pœna quâ propter contumaciam per illos exſtitit condemnatus. Alioquin ipſum in legitimis & moderatis expenſis, quas pars altera fecit in cauſſa ex quo idem Colimbrienſis cœpit laborare contumaciâ, condemnetis. Proviſo prudenter ut Colimbrienſem Epiſcopum ſuper poſſeſſio-

ſeſſionibus laïcalibus, quas in Coliniano & in ejus terminis legitimè acquiſivit, non patiamini ab aliquo indebitè moleſtari, Quòd ſi non omoes &c. duo veſtrûm &c. Vos denique, fratres Epiſcopi, ſuper vobis ipſis &c. Datum Laterani VI. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno ſextodecimo,

CONCILIUM VAURENSE

In cauſſa Petri Aragonum Regis Comitem Toloſanum protegentis celebratum, anno Domini MCCXIII.

295. Circa feſtum Dominicæ Apparitionis (*ait Petrus Vallisſarnenſis*) Rex Aragonum Petrus, qui negotio Fidei plurimom invidebat, veoit Toloſam, & fecit ibi milites, excommunicatis & hæreticis communicando. Mandavitque Rex Archiepiſcopo Narbonenſi Apoſtolicæ ſedis Legato, & Comiti noſtro, quòd volebat habere colloquiū cum eis, & de pace, & de compoſitione inter Comitem noſtrum & hoſtes fidei tentare. Igitur aſſignata fuit communi aſſenſu dies & locus inter Toloſam & Vaurum, nbi colloquinm celebrari deberet. Cùm igitur veniſſemus ad locum Concilii, Rex cœpit rogare Archiepiſcopum Narbonenſem & Epiſcopos, de reſtituendis terris Comitibus Toloſano, Convenatum, & Fuxenſi, & Gaſtoni de Bearno. Archiepiſcopus autem Narbonenſis reſpondit Regi, ut omnes petitiones ſuas redigeret in ſcriptum, & ſcriptas & ſigillatas mitteret Epiſcopis apud Vaurum. Rex verò Aragonenſis, poſtquam applauſum magnum fecerat Comiti noſtro, & fratri, & filiis ejus, rogavit ipſum Comitem, ut octo diebus deſiſteret à malo faciendo ioimicis ſuis. Cui nobiliſſimus & orbaniſſimus reſpondit: Non deſiſtam, inquit, à malè faciendo, ſed ob reverentiam veſtram ceſſabo his octo diebus à benefaciendo. Similiter aotem & Rex promiſit ex parte hoſtium noſtrorom, quòd ipſo tempore colloqoii non facerent noſtris malum. Sed ipſi infideliſſimi, cùm ſcirent noſtros conveniſſe ad colloquium, licèt nos per Regem feciſſent ſecoros, cœperunt per terram noſtram verſus Carcaſſonam, & multa mala facientes, plurimos etiam occiderunt. Die tertio poſtquam receſſit Rex à loco colloquii, & intravit Toloſam, ſcripſit petitiones ſuas ad Archiepiſcopos & Epiſcopos noſtros, in hæc verba:

* Poſt Epiſtolā XLII. apud Saluzið. pag. 763.

* PETITIONES

Illuſtris Petri Regis Aragonum in Concilio apud Vaurum coacto anno MCCXIII. ſimul & reſponſio Patrum congregatorum ad ipſum.

Petitiones Regis Aragonum in Concilio apud Vaurum.

296. Quoniam ſacroſancta mater Eccleſia non ſolùm verbera, ſed obera quoque docetur habere, devotua Eccleſiæ filius P. Dei miſeratione Rex Aragonom, pro Comite Toloſano ad ſinum ejuſdem matris Eccleſiæ cupiente redire, à ſanctitate veſtra petit humiliter, & rogat inſtanter, qoatenns faciendo ſatisſactionem perſonalem pro exceſſibus, quamcnmqoe ipſi Eccleſiæ viſum fuerit expedire, ac pro damnis & injuriis illatis diverſis Eccleſiis & Prælatis ſatisfaciendo ſecnndùm quod clementia matris Eccleſiæ ipſi Comiti duxerit injungendum, reſtituatur clementer & miſericorditer ad poſſeſſiones ſuas, & alia quæ amiſit. Quòd ſi fortè pro perſona Comitis nollet Eccleſia ipſius Regis petitionem audire; petit & rogat hoc pro filio: ita tamen quòd pater nihilominos ſatisfaciat perſonaliter pro exceſſibus ſuis, vel in fronearia Sarracenorum eundo in ſubſidium Chriſtianorum com militibus ſuis, vel in partibna tranſmarinis, ſecnndùm qood Eccleſia meliùs arbitrabitur expedire, & infans de terra ſua in tam fideli cura & tam diligenti cuſtodia ad honorem Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ habeatur, uſqueqnò de bonitate ſua ſigna compareant manifeſta.

297. Quoniam Comes Convenarum nec fnit unqnam hæreticns, nec eornm ſuſceptor, ſed potiùs impugnator, & ideo terram dicitur amiſiſſe, qnia aſtitit conſobrino & domino ſno Comiti Toloſano, petit idem Rex, & rogat pro eo, ſicut pro vaſſallo ſuo, ut reſtituatur ad terram

ſuam

ſuam, ſatisfaciendo quoque ad arbitrium Eccleſiæ, ſi apparuerit eum in aliquo deliquiſſe.

298. Item cùm Comes Fuxenſis nec hæreticus fuerit, nec ſit, pro eo memoratus Rex petit & rogat ſicut pro conſanguineo ſuo chariſſimo & vaſſallo, qui ſiue verecundia in jure ſuo deeſſe non poteſt; quatenus pro reverentia ipſius & gratia reſtituatur ad ſua, ſatisfaciendo nihilominus ad arbitrium Eccleſiæ in iis & pro iis ſuper quibus clementiæ matris Eccleſiæ eundem apparuerit deliquiſſe.

299. Item pro Gaſtone de Bearno vaſſallo ſuo petit ſæpedictus Rex, & rogat affectuoſè, quatenus reſtituatur ad terram ſuam, & fidelitates vaſſallorum ſuorum, maximè cùm paratus ſit jori parere, & ad arbitrium ſanctæ matris Eccleſiæ ſatisfacere coram judicibus non ſuſpectis, ſi vobis cauſſam ipſius audire & expedire non licet.

300. In omnibus tamen præmiſſis duxit memoratus Rex miſericordiam potiùs, quàm judicium invocandum, mittens ad clementiam veſtram Epiſcopos, clericos, & Barones ſuos, ſuper præmiſſis ratum habiturus quicquid à vobis cum eis fuerit ordinatum. Supplicans ut talem habere dignemini circumſpectionem & diligentiã in hoc facto, ut in negotio Chriſtianitatis in partibus Hiſpaniæ, ad honorem Dei & ſanctæ Eccleſiæ dilatationem, prædictorum Baronum, & Comitis Montis-fortis ſubſidium poſſit habere. Datum Toloſæ XVII. Kal. Febr.

Reſponſum Prælatorum in Concilio apud Vaurum.

301. ILluſtri & dilecto in Chriſto Petro Dei gratiâ Aragonum Regi, Comiti Barch. Concilium apud Vaurũ ſalutem & ſinceram in Domino dilectionem. Petitiones & preces vidimus, quas pro Toloſano, & ejus filio, & Fuxenſi & Convenarum Comitibus, & nobili viro Gaſtone de Bearno veſtra regalis ſerenitas deſtinavit. In quibus etiam literis inter cætera Eccleſiæ filium dicitis vos devotum, ſuper quo multiplices Domino Jeſu Chriſto, ac regali veſtræ celſitudini gratiarum referimus actiones: & in cunctis, in quibus ſecundùm Deum poſſemus propter illam mutuam dilectionem, quâ vos ſancta Romana Eccleſia mater, ſicut intelligimus, amplectitur, & vos ipſam: necnon & ob reverentiam excellentiæ veſtræ regalis admitteremus affectuoſiùs preces veſtras.

302. Super eo quod pro Comite Toloſano & ejus filio petitis & rogatis, hoc duximus ſerenitati regiæ reſpondendũ: quòd tam cauſſa Comitis, quàm cauſſa filii, quæ pendet ex facto patris, auctoritate ſuperioris exſtat nobis exempta; cùm idem Comes Toloſanus venerabili fratri Regenſi Epiſcopo, & magiſtro Thediſio à domino Papa negotium ſuum fecerit ſub certa forma committi. Unde, ſicut credimus, memoriter retinetis, quot & quantas gratias dicto Comiti poſt multos exceſſus ipſius dominus Papa fecit; necnon & quam gratiam ad interceſſionem veſtram, & preces venerabilis pater Narbonen. Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, tunc Abbas Ciſtercien. apud Narbonam, & Montem-peſſulanum eidem Comiti faciebat, biennio, ſi bene meminimus, jam tranſacto. Volebat ſiquidem idem Legatus omnes dominicaturas & proprietates eidem Comiti remanere integras & illæſas, & ut illa jura, quæ habebat in caſtris aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus erant, ſive alberga, ſive quiſta, ſive cavalgata, eidem integra remanerent.

303. De illis præterea caſtris quæ erant aliorum hæreticorum, quæ de feudo ejus non erant, quæ idem Comes dicebat eſſe ad minus * quingenta, volebat præfatus Legatus, ut quarta, vel etiam tertia pars eorum cederet in proprietatem Comitis ſupradicti. Spretâ verò idem Comes illâ magnâ gratiâ domini Papæ, ac prædicti Legati & Eccleſiæ Dei, veniens directò contra omnia juramenta, quæ olim præſtiterat in manibus legatorum, & addens iniquitatem iniquitati, crimina criminibus, mala malis, Eccleſiam Dei & Chriſtianitatem, fidem & pacem cùm hæreticis, & rotariis, & aliis peſtilentibus fortiùs impugnavit, & damnificavit, adeò ut omni gratia & beneficio reddiderit ſe indignum.

* In Hiſt. Albig. cap. 66. legitur, quinquaginta, malè. nam in codice Colbertino legitur quingenta.

304. Quòd autem petitis & rogatis pro Comite Convenarum, taliter ſuper hoc duximus reſpondendum: pro certo intelleximus, quòd cùm poſt exceſſus ſuos multiplices, & juramenti tranſgreſſionem fœdus cum hæreticis & eorum fautoribus contraxiſſet, & ipſam Eccleſiam, tanquam in aliquo læſus eſſet, cum eiſdem peſtilentibus impugnâſſet: licèt poſtmodum fuerit diligenter admonitus ut ceſſaret à cœptis, & rediens ad cor reconciliaretur tandem Eccleſiaſticæ unitati; nihilominus idem Comes in ſua nequitia exſtitit, & exiſtit excõmunicationis & anathematis vinculo innodatus: de quo etiam, ut dicitur, Comes Toloſanus aſſerere conſuevit, quòd eum ipſe Comes Convenarum ad guerram impulit & induxit. Unde idem Comes auctor exſtitit per hoc guerræ, & malorum, quæ inde Eccleſiæ multipliciter provenerunt, & exiſtit. Veruntamen ſi taliter ſe exhibuerit, ut abſolutionis beneficium mereatur, poſtmodum cùm fuerit abſolutus, & habuerit perſonam ſtandi in judicio; ſi de aliquo quereletur, Eccleſia ei juſtitiam non negabit.

305. Petiit præterea & rogavit pro Comite Fuxenſi regia celſitudo, ad quod taliter reſpondemus: quòd conſtat de ipſo, quòd hæreticorum exſtitit à longo tempore receptator, & impræſentiarum etiam receptator eſt eorum & defenſor: præſertim cùm non ſit dubium, quin credentes hæreticorum hæretici ſint dicendi; qui etiam poſt multiplices exceſſus ſuos & graviſſimos, poſt dirutionem & ſpoliationem Eccleſiarum, poſt præſtita corporaliter juramenta, & obligationes tam

perſonarum, quàm rerum poſt injectionem mauuum iu clericos, & detruſionem eorum in carcerem, pro quibus cauſſis, & multis aliis, excommunicationis & auathematis eſt mucrone percuſſus, poſt illam etiã gratiam, quam idem Legatus ad interceſſionem & preces veſtras olim ipſi Comiti faciebat, cruentam cædem exercuit in ſignatos, tam clericos quàm laïcos, qui iu paupertate ſua iu Dei ſervitium contra Vauri hæreticos ambulabant. Qualis autem, & quanta erat illa gratia, bene recolit, ſicut credimus, veſtra regia celſitudo; ad cujus interceſſionem & preces cum eodem Comite compoſitionem Legatus faciebat: ſed quòd non fuit facta illa compoſitio per Comitem ipſum ſtetit. Exſtant etiam literæ veſtræ ad dominum Comitem Montis-fortis regali ſigillu munitæ, talem ſuper illa gratia clauſulam continentes: *Dicimus etiam vobis, quòd ſi Comes ſæpedictus noluerit ſtare placito illi, & vos * poſtea non audiveritis preces noſtras, quas pro eo faciemus; non erimus inde ultrà diſpacati.* Verumtameu ſi dederit operam, ut abſolutionis beneficium couſequatur, ſi poſtmodum cùm abſolutionis fuerit gratiam conſecutus, de aliquo quereletur, juſtitiam ei Eccleſia nou uegabit.

* Apud Boſquetum praieſca.

306. Poſtulâſtis inſuper & rogâſtis pro Gaſtone ut reſtitueretur ad terram ſuam, & ad fidelitates vaſſallorum ſuorum: ſuper quo vobis taliter reſpondemus, ut alia multa, immo potiùs infinita, quæ in ipſum Gaſtonem dicuntur, ad præſens ſilentio trauſeamus. Couſœderatus eſt cum hæreticis & receptatoribus, ſeu defenſoribus eorundem, contra Eccleſiam & ſignatos. Eſt Eccleſiarum & perſunarum Eccleſiaſticarum maniſeſtiſſimus & graviſſimus perſecutor. Venit ad obſidiouem Caſtri-novi in auxilium Toloſani & Fuxenſis Comitum, coutra eos qui de mandato domini Papæ inſequebantur hæreticos & ſautores eorum. Interfectorem ſanctæ memoriæ fratris P. de Caſtro-uovo Apoſt. ſedis Legati habuit ſecum, rotarios diu tenuit, atque teneti iu anuo præterito rotarios ſuos in cathedralem Eccleſiam Oloronis induxit, ubi amputato ſune, de quo pendebat pyxis continens corpus Domini uoſtri Jeſu Chriſti, in terram cecidit, & quod uefas eſt dicere, ipſum corpus Domiui eſt per terram expanſum.

307. Rotarius quidam in irriſionem & contumeliam ordiuis clericalis ſe induit Pontificalibus ornamentis, Pontificem cantantem Miſſam repræſentare iutendens, qui etiam dicitur prædicâſſe ibidem, & oblationes rotariorum recepiſſe. tranſgreſſus quoque juramenta, manus iu clericos violentas injecit. Pro quibus & aliis cauſſis ploribus, quas ad præſens tacemus, idem Gaſto excommunicationis eſt & anathematis nexibus innodatus. Verumtamen ſi ſatisfecerit Eccleſiæ, pruut debet, & abſolutionis beueficium conſequator; poſtmodum cùm fuerit abſolutus, & couqueſtus fuerit de aliquo, audietur de jure ſuo. Aliter ſiquidem pro prædictis ſic excommunicatis, clariſſime Princeps, veſtram regiam majeſtatem intercedere uon deceret: uec nos pro talibus, & in talibus auderemus aliter reſpoudere.

308. Ad hæc ſerenitatem veſtram regalem monemus in Dominο & hurtamur, quatenus ad memoriam dignemini revocare honorem, quem vobis Apoſtolica ſedes fecit, & illum, quem impræſentiarum illuſtri Regi Siciliæ ſororio veſtro facit, quid etiam domino Papæ in veſtra promiſiſtis unctione, & quid Apoſtolica ſedes vubis dederit in mandatis. Oramus, ut Deus ad honorem ſuum & ſanctæ Rumanæ Eccleſiæ per multa tempora vos conſervet. Quòd ſi per hanc uoſtram reſpouſiunem veſtræ regiæ majeſtati nuu fuerit ſatisfactum, nos ob reverentiam veſtram & gratiam factum domino Papæ curabimus intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

* Aliàs XLIII apud Baluzium.

EPISTOLA * II.

Fr. A. Narbonenſis Archiepiſcopi, Legati ſedis Apoſtolicæ,

Ad sereniſſimum virum, & Chriſtianiſſimum Principem, D. Petrum Dei gratia Regem Aragonum.

Vt abſtineat ab hæreticorum defenſione.

309. INtelleximus nou ſine multa turbatiune ac amaritudine auimi, quòd civitatem Toloſanã ac caſtrum Moutis-albani, & terras alias propter crimen hæreſeos, ac alia multa nefanda facinora traditas ſatanæ, ac omni communione ſanctæ matris Eccleſiæ ſeparatas, & Cruce-ſignatis auctoritate Dei, cojus nomen graviter iu eis blaſphemabatur, expoſitas, diſpouitis iu protectione ac cuſtodia veſtra recipere, ac eas coutra Chriſti exercitum & Eccleſiæ defenſare.

310. Cùm igitur hæc, ſi vera ſint, quod Deus avertat, uon ſolùm iu ſalutis veſtræ diſpeudium, ſed in houoris regii, ac opinionis & famæ poſſint cedere detrimentum; nos, qui ſalutem veſtram, & gloriam, & houorem zelamus tòtis viſceribus charitatis, celſitudinem regiam rogamus, conſulimus, & exhortamur in Domino, & iu potentia virtutis ejus, & ex parte Dei & Redemptoris

Domi-

Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſanctiſſimi vicarii ejus domini noſtri ſummi Pontificis, auctoritate legationis, quâ ſungimur, inhibemus, & modis quibus poſſumus obteſtamur, ne per vos vel alios terras recipiatis vel defendatis prædictas.

311. Optamus autem quatenus tam vobis quàm veſtris taliter dignemini providere, ne communicando excommunicatis & maledictis hæreticis, & fautoribus eorundem labem excommunicationis incurrere vos contingat. Unum autem volumus ſerenitatem regiam non latere, quatenus ſi quos de veſtris hominibus in defenſione prædictæ terræ duxeritis relinquendos, cùm omnes excommunicati ſint ipſo jure; nos ipſos denunciari excommunicatos, tanquam defenſores hæreticorum, publicè faciemus.

EPISTOLA * III.

* Alias XLVII apud Baluzium.

Archiepiſcopi Tarraconenſis, aliorumque Epiſcoporum, & Abbatum,

Ad Innocentium III. Papam.

Sanctiſſimo patri & domino Innocentio Dei gratiâ ſummo Pontifici, Raymundus per eandem Tarraconenſis Archiepiſcopus, & Epiſcopi, & Abbates, qui ſecum præſentes fuerunt, ſumma cum devotione ſubjectionem, & debitum famulatum.

312. Sanctitati veſtræ notum facimus, dominum Regem Aragon. cùm Toloſam acceſſit, ſunt Comites Toloſan. & Fuxen. & Convenarum, & Gaſtonem de Bearno ad beneplacitum & mandatum veſtrum liberè & abſolutè recipiendum induceret, & pro viribus fideliter adimplendum, ad abundantem cautelam ſecuritatem in ſcriptis redactam ab eiſdem recepit in hunc modum. De juramento Comitis Toloſani.

313. Ego Raymundus Dei gratiâ Comes Toloſæ, Dux Narbonæ, Marchio Provinciæ, & ego Raymundus filius ejus, gratuita voluntate, non coacti, nec vi, nec dolo inducti, mittimus perſonaliter nos ipſos & Toloſam civitatem, & ſoburbium, & villam Montis-albani, cum omnibus eorum pertinentiis, terminis, ſive adjacentiis, & totam aliam terram noſtram, quam habemus, & habere debemus, cum militibus & hominibus, ſingulis & univerſis, nunc vel in futurum habitantibus, & ad ultimũ cum omnibus juribus & rationibus, quæ ad nos ubique pertinent, vel pertinere debent aliquo jure, ſive aliqua ratione, in manu & poſſe vobis domino Petro Dei gratiâ Regi Aragon. & Comiti Barch. & eis, qui de volũtate veſtra vel mandato vices veſtras obtinuerint: mittimus, inquam, in poſſe veſtro ac poteſtate prædictam terram totam, ſicut dictum eſt, & aliam, quam Deo præſtante recuperabimus. Tradentes vobis etiam, & in vos, eoſque qui locum veſtrum tenuerint transferentes corporalem poſſeſſionem horum omnium, & jura omnia ſeu rationes, cum plena juriſdictione ac poteſtate: tali modo, quòd tam in perſonis noſtris, quàm iis omnibus nominatis, voluntati domini Papæ & mandato poſſitis obtemperare, & ſatisfacere, & cogere cum effectu nos, ſi fortè proni & acclines ad mandatum ejus proſequendum, quod Deus avertat, noluerimus adeſſe: promittentes vobis bona fide, quòd tam ea quæ dominus Papa, vel vos pro eo nobis mandaveritis, pro poſſe noſtro faciemus, & adimplebimus ſine dolo & fraude.

314. Hæc omnia, quemadmodum ſuperiùs ſcripta ſunt, attendemus, & obſervabimus bona fide, & ſine malo ingenio pro poſſe noſtro, & contrà non veniemus per nos, vel per aliã quamcumque perſonam, vel venire contrà faciemus, nec aliquid contrà machinabimus, quæ omnia prædicta per Deum & hæc ſacroſancta Euangelia corporaliter à nobis tacta juramus. Mandamus præterea capitulo & univerſitati Toloſæ urbis & ſuburbii, ut vobis domino Petro Regi prædicto faciãt fidelitatem & ſacramentum ad omnia ſupradicta exſequenda, adimplenda, & fideliter obſervanda. Hoc fuit ita appoſitum V. die Jannarii in exitu, feria I. Philippo Francorum Rege regnante, & eodem Raymundo Toloſano Comite, & Fulcone Epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo XII.

Conſulum Toloſæ juramentum

315. Nos Conſules Toloſæ urbis, & ſuburbii, Bertrandus de Sancto Lupo, Arnaldus de Caſtro-novo, & Bernardus Petrus Toytius, & Arnaldus Gilabertus, & Petrus de Sancto Romano, & G. de Pozano, & A. de Roaiſio, filius Arnaldi de Roaiſio, qui fuit, & R. de Roaiſio, & G. Arnaldus de Monte Totino, & B. Arnaldus Raynaldus, & Stephanus Vitalis, & R. Vitalis de Dealbata, & B. Petrus de Cozan. & G. Iſarnus, & R. Robertus de

Tauro.

Tauro, & Vitalis de Pinchaco, & P. Embrinus, & G. Pontius Aſtro, & B. Raymundus, & R. de Schalchenſibus, & A. de Roaiſio filius B. de Roaiſio, qui fuit, & Hugo Surdus, & B. Gerardus, & Stephanus Signarius, de voluntate expreſſa, & mandato domini R. Dei gratiâ Toloſæ Comitis, Ducis Narbonæ, March. Provinciæ, & R. filii ejus, de communi conſenſu univerſitatis Toloſæ, promittimus vobis domino Petro Dei gratiâ Regi Aragon. & Comiti Barch. quòd ad omnia tenenda, & habenda, & plenariè exſequenda, & potenter poſſidenda, quæ dominus R. Comes Toloſæ, & R. ejus filius, vobis promiſerunt, quemadmodum in ſuperiori inſtrumento ab eis vobis facto pleniùs continetur, curam dabimus, & operam, & diligentiam, quam poterimus, adhibebimus; ut tam de perſonis ſuis, quàm de honoribus ſuis, quos nunc habent, vel habere debent, vel Deo præſtante recuperabunt, poſſitis ſatisfacere voluntati & mandato domini Papæ, & vobis in iis, quæ eiſdem dominus Papa decreverit injungenda.

316. Promittimus bona fide, & ſine dolo ac fraude, auxilium, conſilium, & opem, quantam poterimus, & juvamen, & ad omnia adimplenda omnimodam fidelitatem vobis & eis qui locum veſtrum tenuerint. Promittimus etiam vobis nos ſinguli & univerſi prænominati Conſules, & tota Toloſæ univerſitas, quòd in iis omnibus, quæ ex parte domini Papæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nobis mandaveritis vos, vel illi qui vices veſtras tenuerint, voluntati domini Papæ ſtemus in omnibus, & per omnia, & arbitrio ſeu cognitioni unuſquiſque per ſe, & contrà non veniemus aliqua ratione. Hæc omnia ſuperiùs ſcripta attendemus, & obſervabimus, ac complebimus bona fide, & contrà aliquid non machinabimus per nos vel aliam quamcumque perſonam. Sic nos Deus adjuvet, & hæc ſacroſancta Euangelia à nobis ſingulis jurejurando corporaliter tacta.

317. Et ad hujus negotii fidem pleniorem, hanc paginam ſigillorum Comites, & filii ejus, & capituli Toloſæ auctoritate roboramus. Hoc fuit ita poſitum V. die Januarii, in exitu, feria I. Philippo Rege Francorum regnante, & eodem R. Toloſano Comite, & Fulcone Epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo duodecimo.

Profeſſio Comitis Fuxenſis.

318. IN Dei nomine cunctis pateat, quòd nos Raymundus Rogerii, Dei gratiâ Comes Fuxenſis, & Rogerius Bernardi filius, ejus ad honorem Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ, & domini Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ ſedis obtinet præſulatum, ponimus & mittimus perſonas noſtras, & univerſa caſtra noſtra, & munitiones, & fortias, & caunas, ſcilicet caſtrum de Fuxo, de Monte-galardi, de Monte-olivo, de Caſtro-pendenti, de Taraſcone, de Alſnaſco, de Ravato, de Mira-monte, de Mereglos, de Genacto, de Ugenacco, de Vico, de Monte-regali, de caſtro Virdun, de Lurdat, de Unacco, & de Haus, & univerſas caunas de Solobria, de Subitan, de Onolacco, de Verdun, de Agnavis, & de Heliato, & Montana, & Valles, & omnem aliam terram quæ ad nos, & noſtros quocumque jure vel cauſſa pertinet, aut pertinere debet, aut poteſt, in manu & poteſtate veſtri, domini noſtri Regis Aragonum, & Comitis Barch. ut ea omnia plenariè & potenter teneatis & poſſideatis. Eo tamen pacti tenore appoſito & forma, ut per detentionem prædictorum honorum & noſtrarum perſonarum poſſitis compellere & urgere nos ad omnia illa exſequenda & obſervanda, quæ dominus Papa, & ſacroſancta Romana Eccleſia de perſonis noſtris & rebus decreverit ſtatuenda.

319. Sub periculo ergo commiſſionis, & pœna omnium prædictorum caſtrorum, & totius terræ noſtræ vobis ſtipulantibus per ſolennem ſtipulationem bona fide promittimus, quòd omnia, quæ dominus Papa nobis de perſonis, aut de terra noſtra injunxerit, fideliter curabimus adimplere, & in perpetuum modis omnibus obſervare: & quòd ita totum adimpleamus, & contrà non veniamus, vel aliqua arte, vel ingenio, vel ab aliqua perſona veniri ſuſtineamus: de omnibus concedentes vobis poteſtatem plenariam per Deum, & hæc ſancta Euangelia corporaliter tacta ſpontè juramus. Cognoſcentes per idem ſacramentum vobis pridem nos eandem potentiam conceſſiſſe. Et ad majorem hujus facti evidentiam hanc paginam noſtri ſigilli præſentiâ communimus. Actum eſt hoc & ita conceſſum apud Toloſam VI. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo duodecimo. Bernardus de Ugenacco prædicti domini Comitis Fuxenſis notarius exiſtens hanc ſcripſit, & ſigillo ejuſdem corroboravit.

Profeſſio Comitis Convenarum.

320. IN Dei numine conctis ſit manifeſtum, quòd nos Bernardus Comes Convenarum, & Bernardus filius ejus, ad honorem Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ, & domini Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ ſedis obtinet præſulatum, ponimus & mittimus perſonas noſtras in manu & poteſtate veſtrî domini noſtri Petri Dei gratiâ Regis Aragonum, & Comitis Barch. cognoſcentes & veraciter confitentes, nos quidem tradidiſſe terram noſtram vobis, & militi veſtro, nomine P. de Alcano ſpeciali nuncio à vobis ad hoc miſſo, ut eam plenariè teneatis & potenter poſſideatis; eo tenore appoſito & forma, ut per detentionem perſonarum noſtrarum & terræ noſtræ poſſitis compellere & urgere nos ad omnia illa exſequenda & obſervanda,

vanda,

vanda, quæ dominus Papa, & ſacroſancta Romana Eccleſia de perſonis noſtris & rebus decreverit ſtatuenda.

321. Sub periculo ergo commiſſionis, & pœnâ totius terræ noſtræ, vobis ſtipulantibus per ſoleonem ſtipulationē bona fide promittimus, quòd omnia quæ dominus Papa nobis de perſonis aut terra noſtra injunxerit, fideliter curabimus adimplere, & in perpetuum modis omnibus obſervare: & quòd ita totum adimpleamus, & contrà non veniamus, vel aliqua arte aut ingeoio ab aliqua perſona veniri ſuſtineamus: de omnibus concedentes vobis poteſtatem plenariam per Deum, & hæc ſancta Euangelia corporaliter tacta ſpontè juramus: & ad majorem hujus facti evideotiam hanc paginam noſtri ſigilli præſentiâ confirmamus. Hæc acta ſunt apud Toloſam VI. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo duodecimo.

*Profeſſio Gaſtonis de * Bearno.*

* De Beneatno Beſques.

*322. IN Chriſti nomine ſit notum cunctis, quòd ego Gaſto Dei gratiâ Vice-comes Bearnenſis, & Comes Bigorræ, ad honorem Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ, & domini Innocentii, qui ſacroſanctæ Romanæ ſedis obtinet præſulatum, pono & mitto perſonam meam, & caſtra de Lurda, de Olorone, de Montauerio, de Miramon, de Cadelo, & omnem aliam terram, quam habeo & habere debeo, vel ad me vel meos pertinet aut pertinere debet, & poteſt aliqua ratione, aliquo jure, vel cauſſa, & illam totam quam habere & recuperare potero Deo dante, in manu & poteſtate veſtrî domini Petri, Dei gratiâ Regis Aragon. & Comitis Barch. ut ea omnia plenariè & potenter teneatis & poſſideatis: eo pacti tenore appoſito & forma, ut per detentionem prædictorum bonorum & meæ perſonæ poſſitis compellere & urgere me ad omoia illa exſequenda & obſervanda, quæ dominus Papa, & ſacroſancta Romana Eccleſia de perſona mea & rebus decreverit ſtatuenda.

323. Sub periculo ergo commiſſionis, & pœna omnium prædictorum caſtrorum, & totius terræ meæ, vobis ſtipulantibus per ſolennem ſtipulationem bona fide promitto, quòd omnia quæ Papa mihi de perſona aut terra mea injuuxerit, curabo fideliter adimplere, & io perpetuum modis omnibus obſervare; & quod ita totum adimpleam, & contrà non veoiam, vel aliqua arte, vel ingenio, ab aliqua perſona veniri ſuſtineam: de omnibus concedens vobis poteſtatem plenariam per Deum, & hæc ſancta Euangelia corporaliter tacta ſpootè juro: & ad majorem hujus facti firmitatem hanc paginam mei ſigilli auctoritate confitmo. Actum eſt hoc apud Toloſam VI. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo duodecimo.

324. Et quoniam viſum eſt domino Regi, ejuſque curiæ, ipſa origioalia penès ſe potiùs retinere, quàm incertis caſibus fortunæ committere; ad pedes ſanctitatis veſtræ eorum mittit ſcripta ſigillis noſtris communita, verbo ad verbum fideliter ſumpta, nullo addito, vel diminuto, vel in aliquo immutato. Hoc autem tranſcriptum factum fuit apud Perpinianum fideliter II. Kal. Aprilis, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo tertiodecimo.

EPISTOLA * IV.

* Aliàs CLXXI. apud Baluzium.

Petro Sanctæ Mariæ in Aquiro diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato.

325. ETſi nobilium virorum Comitis Convenarum & Gaſtonis exceſſus graves ſint plorimum & enormes; quia tamen humiliter pulſantibus non eſt Eccleſiæ aditus prçclodeodus; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſufficienti ab eis, juxta quod videris expedire, cautione recepta, ipſos reconcilies Eccleſiaſticæ unitati, & diſponas de illis ſecundom Deum, prout de prudentom virorum conſilio videris diſponendum. Datum Lateraoi XI. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno ſextodecimo. De abſolutione quorūdam nobilium.

326. *In eundem modum ſcriptum eſt nobili viro Simoni Comiti Montis-fortis, ut ſuprà pag. 476.* Equo ruſo &c. *uſque*, orthodoxa, & natum inclytæ recordationis Petri Regis Aragonum, quem tu detioes, reſtitui faciat regno, ut de ipſius cuſtodia provideat & diſponat. Quocirca nobilitatem tuam rogando monemus & exhortamur attentiùs, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus Legatum ipſum, ſicut perſonam noſtram, immo uos in ipſo, honorificè ac benignè recipias & pertractes, & ejus monitis ac præceptis intendas humiliter & devotè. Et quoniam amodò indecens eſſet, ut quacumque occaſione natum retineres Regis prædicti, eundem in manibus Legati memorati reſignes, ut de ipſo provideat ſicut viderit expedire. Alioquin ſuper hoc idem Legatus procedet prout in mandatis à nobis viva voce recepit. Datum Laterani X. Kal. Februatii, Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

STATU-

STATUTUM PETRI II. ARAGONIÆ REGIS

Super iis qui excommunicationis fulmine icti, in eadem excommunicatione perſiſtunt. Deque pœna iis qui clericum percuſſerint infligenda. Ac Bulla Gregorii * Papæ ſuper iiſdem.

* Fortè IX.

ANNO CHRISTI MCCX.

Ex archivo Eccleſiæ Valentinæ.

1. IN Chriſti nomine. Nos Petrus Dei gratiâ Rex Aragonum, & Comes Barchinonæ, ad honorem ſanctę matris Eccleſiæ & Fidei Catholicæ, religionis augmentum, & ad multarum precum inſtantiâm dilecti noſtri domini Raymundi per eandem vener. Terracon. Archiepiſcopi, & omnium Epiſcoporum, cæterorumque Prælatorum totius terræ noſtræ, ſtatuimus & legem ponimus in perpetuum, quòd ſi aliquis laïcus ab Archiepiſcopo vel Epiſcopo ſuo, vel eorum ſpeciali mandato, propriâ culpâ ſolenniter cum candelis, ſicut mos eſt, excommunicatus, in ipſa excommunicatione ex certa ſcientia contumaciter per quatuor menſes continuos perſtiterit, pœnam C. ſolidorum præſtare cogatur.

2. Idem fiat per omnes alios ſequentes quatuor menſes uſque ad unum annum completum. Poſt unum verò annum completum, pœnam prædictam teneatur ſolvere duplicatam, & tercentos ſolidos præter illos dictos centum ſolidos, ſingulorum quatuor menſium unius anni. Cujus quidem pecuniæ totius medietatem accipiat Archiepiſcopus vel Epiſcopus de cujus juriſdictione fuerit, niſi fortè dominum habuerit ipſe excommunicatus Prælatum vel canonicum Eccleſiæ cathedralis, vel Prælatum aut virum religioſum alicujus monaſterii, quibus ipſa medietas detur, & alia medietas nobis & noſtro ærario applicetur, ſitque præterea poſt ipſum annum ipſe quamdiu exſtiterit in excõmunicatione ipſo jure factus infamis, & à pace & tregua & noſtro ducatu ejectus.

3. Nec ad legitimorum virorum officia vel conſilia, vel ad aliquos alios actus legitimos aliquatenus admittatur. Sit etiam inteſtabilis, nec ad alicujus hæreditatis ſucceſſionem valeat accedere unquam. Nullus præterea in judicio vel extrà ſuper quæcumque negotia ſibi pareat, nec poſſit eſſe judex, nec arbiter, nec teſtis, nec advocatus, nec tabellio, nec vicariam nec ſagioniam tenere in civitate vel extrà in parte aliqua dominationis noſtræ, nec fidelitatem vel homagium, ſi ſit talis perſona quæ vaſſallos habeat vel habere debeat, poſſit requirere ullo modo.

4. Nec aliqui ipſi teneantur ea præſtare quamdiu exſtiterit excommunicatus, quouſque abſolutionis ſit beneficium conſequutus. Præcipimuſque & ratum habemus, & nihilominus ſemper habebimus, quod ad tanti exceſſus excitationem ab Archiepiſcopo & Epiſcopis in omnibus eſt conſtitutum, videlicet ut poſt evolutionem unius anni non poſſit abſolvi niſi à ſummo Pontifice vel ejus Legato, vel ejus ſpeciali mandato, niſi poſitus fuerit in articulo mortis, vel laboraverit in extremis. Adjicimus præterea, quòd nullus talibus excommunicatis, poſtquam in Eccleſiis denunciati fuerint excommunicati, aliquid vendat vel ab eis emat, nec cùm eis habitet, comedat, vel bibat: præter perſonas à Canone exceptas, ſcilicet uxorem & filios, & alios quibus per Canones conceditur.

5. Nec filiam ſuam ejus nuptui quis tradat, nec aliquod commercium vel contractum cum eis celebret vel habeat: quod ſi fecerit, in pœnam D. aureorum incidat: quam præſtabit nobis & Epiſcopo dividendam & accipiendam, ſicut de pœna excommunicatorum ſuperiùs eſt præmiſſum, & ultra eam, indignationem noſtram ſentiat & incurrat. Caſſum quoque & irritum facimus & haberi volumus ipſo jure, nullo exſpectato judicio vel ſententia, quicquid à talibus excommunicatis tempore excommunicationis fuerit actum.

6. Statuimus quoque & promittimus Deo & vobis Raymundo Tarraconenſi Archiepiſcopo, & Epiſcopis regni noſtri omnibus, quòd non ſuſtineamus neque defendamus illos qui in clericos vel religioſos viros manus violentas injecerint, vel qui eos captos tenuerint: nec ab eis aliquem finem vel compoſitionem faciamus vel accipiamus, quouſque de ſacrilegio commiſſo, & injuria vobis & Eccleſiis, & perſonis quas læſerint, ſit plenariè ſatisfactum, & ab Eccleſia ſint abſoluti Romana.

7. Idem dicimus, & eandem pœnam imponimus, & modum pœnæ circa interfectores clericorum. Et quia graviùs peccant, addimus, ut ſatisfacto priùs de ſacrilegio Eccleſiis vel clericis & Epiſcopis ſine compoſitione quam inde non accipiamus, ſicut eſt promiſſum, pœnam D. aureorum nobis præſtare teneantur, pœna corporali eis à nobis nihilominus infligenda, niſi

niſi arbitrio Epiſcopi ipſius loci, ubi facinus fuerit commiſſum, fuerit remiſſa: & quod feuda, & beneficia, & alia omnia quæ quocumque modo tenuerint vel habuerint ab Eccleſiis, liberè & abſolutè ipſis Eccleſiis ad quas exſpectabunt irrevocabiliter, perpetuò & ſine retentione aliqua adquirantur ipſo jure, nullo exſpectato judicio vel ſententia.

8. Mandantes bajulis, & vicariis, & ſagionibus noſtris, quòd hoc vobis & Eccleſiis veſtris in pace tenere & poſſidere faciant. Hæc tamen omnia ſupradicta ita locum habeant, quòd privilegiis clericorum vel Eccleſiarum non derogetur, ſi qua perſona Eccleſiaſtica voluerit vel elegerit magis uti. Dat. Ilerdæ XII. Kal. Aprilis, per manum Ferrarii Not. noſtri, anno Dominicæ Incarnationis MCCX.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, vener. fratribus Archiepiſcopo Tarraconenſi & ſuffraganeis ejus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

9. Quum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Cùm itaque, ſicut referentibus vobis accepimus, ſic in partibus veſtris iniquitas abundet, ut laïci crudeliter ſæviant in perſonas Eccleſiaſticas, ut cenſuram Eccleſiaſticam vilipendant; chariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Aragonum, tamquam Dei & Eccleſiæ ſuę devotus, pia conſideratione conſtituit, ut homines regni ſui qui clericos interficiunt, vel manus in eos injiciunt violentas, ſeu cenſuram contemnunt eamdem, juxta modum culpæ, pœnâ pecuniariâ puniantur. Et ſi excommunicati ultra annum in excommunicatione perſtiterint, à legitimis actibus excludantur. Et officiales officiorum ſuorum detrimentum incurrant, donec abſolutionis beneficium fuerint aſſecuti, & ſatisfactionem duxerint exigendam. Prædictorum itaque interficientium bona, ſi quæ tenent ab Eccleſiis, revertantur liberè ad eaſdem.

10. Nos ergo fraternitatis veſtræ precibus inclinati, quod ſuper hoc Eccleſiaſticarum perſonarum tutela & Eccleſiaſticæ diſciplinæ vigore ab ipſo Rege piè & providè noſcitur conſtitutum, prout in eiſdem literis dicitur pleniùs contineri, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani V. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno quarto.

TESTAMENTUM

Mariæ Reginæ Aragoniæ.

ANNO CHRISTI MCCXIII.

Ex membranis D. d'Herouval apud D. Acherium tom. 9. *Spicileg.* pag. 168.

11. In nomine Domini Amen. Anno Incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo tertio decimo, Pontificatûs Innocentii Papæ III. anno decimo ſexto, menſe Aprilis, die viceſimo, indictione prima. Ego Maria Regina Aragonum, & domina Montiſpeſſulani, quamvis ægra corpore, mente ſana, nolens decedere inteſtata, nuncupativum, quod ſine ſcriptis dicitur, facio teſtamentum, in quo mihi Jacobum filium Regis Aragonum & meum, mihi omnium bonorum meorum, mobilium & immobilium, hæredem inſtituo: ita tamen quòd ſi fortè, quod abſit, idem filius meus obierit ſine prole, duæ filiæ meæ, Matildis ſcilicet & Perona, quas ſuſcepi de Comite Convenarum, hæredes in omnibus meis bonis ſuccedant: & ſimili modo earum altera decedente, altera viciſſim alteri hæreditario jure ſuccedat: ſtatuens firmiter atque præcipiens, ut teſtamentum quod in partibus meis feci ultimo ante iſtud, quod eſt ſigillo idoneorum virorum ſolenniter conſignatum, in omnibus obtineat firmitatem, exceptis illis quæ in hoc teſtamento ultimo commutantur.

12. Ideo autem mihi apud Baſilicam Beati Petri Apoſtolorum Principis meam eligo ſepulturam, volens, mandans, atque ſtatuens, ut omnia debita, quæ inveniendo Apoſtolicam ſedem & ibidem morando contraxi, adhuc pro familiæ meæ reddita, & ſepulturæ meæ exequiis contrahent, primitus inter omnia perſolvantur. Deinde verò legata omnia, ſecundum tenorem ſubſcriptum diſtribui præcipio & expendi. Imprimis Baſilicæ B. Petri Principis Apoſtolorum lego vigintiquinque libras pro officio funeris mei & exequiis ſepulturæ: lego ſecundùm providentiam Camerarii domini Papæ libras triginta Provinciales: Baſilicæ Beati Joannis Lateranenſis vigintiquinque libras: Baſilicæ Beatæ Mariæ Majoris unum calicem duarum marcarum: Baſilicæ Beati Paulli unum calicem duarum marcarum.

13. Præ-

13. Præterea monaſterio Sancti Salvatoris de Aniana lego quicquid habeo vel habere debeo in piſcariis caſtri de Fruntiniano, & in pertinentiis ſuis; quas piſcarias bonæ memoriæ Co mes de Monte-peſſulano pater meus ab eodem monaſterio tenuit & poſſedit.

14. Præterea caſtrum de Miraval cum omnibus pertinentiis ſuis, monaſterio Sancti Felicis de Monte-ſavo dimitto, reſervato tamen uſufructu & pleno dominio ejus dominæ Clementiæ amitæ meæ omoibns diebus vitæ ſuæ.

15. Fiſendiæ camerariæ meæ lego viginti quinque libras in Ergeron monte, præter id quod eidem in alio teſtamento dimiſi, & capam meam guaſnaciam, pallium, & tunicam, & pelliciam novam ſcarlateam, & mantellum, & guaſnaciam de viridi panno. Guilielmæ mulieri ſervienti me guaſnaciā de bruneto, & aliam pelliciam de ſcarleto, & victum in domo mea ipſam habere volo, prout pater meus illi conceſſerat. Orderico Bononienſi pro recompenſatione ſervitii ſui volo & mando dari quinquaginta libras Turonenſes. Advocato cauſſæ meæ trigiota libras Provinciales. Magiſtro * Obiclo- ni decem libras. Magiſtro Thomæ quioque libras. Magiſtro Guillelmo correctori unam marcam argenti. Præterea Mergoto Valeto meo, cum iis quæ ſibi in alio teſtamento legavi, dimitto libras quinqoaginta. Michaëli famulo meo decem libras, præter id quod in alio teſtamento dimiſi. Magiſtro Theobaldo medico meo viginti libras. Caponi confeſſori meo decem libras. Bernardo de Lanceo tres libras.

* Alias Opizonia.

16. Hæc autem omnia, & alia quæ in alio teſtamento ultimo condito ante iſtud in partibus meis non ſunt per iſtud expreſsè mutata, jure teſtamenti vel codicillorum, vel favore ultimæ voluntatis, rata & firma perpetuò eſſe volo.

17. Ad ultimum verò volo & ſtatuo, ut ſanctiſſimus pater Innoceotius ſummus Pontifex liberam habeat poteſtatem mutandi, addendi, minuendi, & ordinandi de hoc teſtamento, pro ſuo beneplacito voluntatis, ſub cujus & Eccleſiæ Romanæ protectione, defenſione, atque tutela præfatum filium meum & filias meas, & omnia bona, & familiam meam dimitto.

18. Actum eſt hoc in præſentia ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, ſcilicet magiſtri Joannis Caſtellomatæ medici domini Papæ, magiſtri Raynerii domini Papæ familiaris, magiſtri Benedicti domini Stephani camerarii, cappellani Abbatis monaſterii Anianenſis, Guarini monachi Anianenſis, magiſtri Theobaldi medici, Guidaldi cappellani prædictæ Reginæ, & Raymundi Erram, & plurium aliorum.

EPISTOLÆ HONORII III. PAPÆ

Ad Hiſpanos.

EPISTOLA * I.

* Alias VII. apud Labbeum.

Ad Rodericum Archiepiſcopum Toletanum.

De Primatu Toletano.

CIRCA ANNUM MCCXVII.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri noſtro Roderico Archiepiſcopo Toletano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Caſtejono De primat. Tolet.

19. TE ac Joanne Bracarenſi clerico, procuratore venerabilis fratris noſtri Bracarenſis Archiepiſcopi, in noſtra præſentia conſtitutis, idem procurator terminum tibi & præfato Archiepiſcopo, ejuſque capitulo, in cauſſa quæ ſuper primatia inter te & eoſdem vertitor, à felicis memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro peremptoriè aſſignatum, & poſtmodum approbatum à nobis, proximum feſtum omoium Sanctorum videlicet, petiit prorogari, & dari ſibi ad producendos teſtes indocias largiores, pro eo quod I. Guterii canonicus Toletanus, quem procuratorem ad eorum præſentiam, quibus commiſſa fuit receptio teſtium, deſtinati, judicatus fuit inſufficiens ab eiſdem.

20. Nos igitur attendentes, quòd ipſi receptores teſtium in ſuis literis teſtabantur expreſsè, quòd idem procurator neceſſaria miniſtravit, & productioni teſtium multorum interfuit, ac etiam præſtare voluit fidei-juſſoriam cautionem, te rem ratam omnimodis habiturum, ipſe verò Archiepiſcopus id acceptare non curans, recuſavit plures teſtes producere ab ipſis receptoribus requiſitus: ejuſdem procuratoris petitionem de fratrum noſtrorum conſilio non doximus admittendam, tibi præſentes literas in hujus rei teſtimonium concedentes, ne occaſione hujuſmodi alicui poſſes in poſterum diſpendio ſubjacere.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA * II.

* Aliàs V. apud Labbeũ.

Ad Archiepiſcopum & capitulum Bracarenſe.

De eodem argumento.

ANNO CHRISTI MCCXVII.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo, & dilectis filiis capituli Bracarenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

21. Coram felicis memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro lite inter venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Toletanum, & te, frater Archiepiſcope, ſuper primatia ſolenniter conteſtata, vobis fuit peremptorius terminus aſſignatus, quo cum rationibus & defenſionibus veſtris procuratores idoneos ad ſedem Apoſtolicam mitteretis. Nos autem habentes rata prædicta, vobis denunciavimus, ne denuò exſpectaretis citari; quia niſi compareretis termino aſſignato; tu frater Archiepiſcope per te, vel ſufficientem procuratorem, vos que filii capitulum per idoneos reſponſales, nos nihilominus procederemus in ipſo negotio, quantum juſtitia poſtularet. Verùm elapſo termino conſtituto, poſt exſpectationem non modicam, comparuerunt dilecti filii Magiſter ſcholarum, & magiſter Dominicus canonicus Bracarenſis, veſtras nobis literas præſentantes, quibus eos eſſe procuratores veſtros in cauſſa prædicta, ita quod uterque in ſolidum, apparebat. (Ex Caſtejone De primat. Toletan.)

22. Sed quia, ut dicebant, non attulerant depoſitionem teſtium, & alia munimenta, dilationem cum inſtantia poſtulârunt: Poſtquam verò contra eos interloquoti fuimus ſuper dilatione petita, tandem indulgeri Eccleſiæ Bracarenſi dilationem propter inſtructionem cauſſæ, per auxilium reſtitutionis in integrum poſtulârunt:exhibentes ſuper hoc ex parte veſtra ſpeciale mandatum. Nos autem de fratrum noſtrorũ conſilio,uſque ad Octavas Pentecoſtes proximè futuras,per reſtitutionis beneficium, ad id vobis terminum duximus indulgendum, per Apoſtolicam vobis ſententiam percipiendo mandantes, quatenus ſic inſtructi compareatis in termino, quod cauſſa ſuum ſortiri poſſit effectum: quia cum ultra peremptorium aſſignatum, diu ſit in ipſius Toletani diſpendium ejoſdem cauſſæ deciſio protelata, tuno profectò in ea quantum poſtulabit ratio procedemus. Datum Laterani X. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno I.

EPISTOLA * III.

* Aliàs VI. apud Labbeũ.

Ad Rodericum Archiepiſcopum Toletanum.

Primatus in Hiſpalenſem Metropolim conceditur.

ANNO CHRISTI MCCXVIII.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Toletano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

23. Apoſtolicæ ſedis benignitas providè penſans merita ſingulorum, iis, quos plus fervere in ſua devotione cognoſcit, majorem conſuevit gratiam exhibere: ut non ſolùm illos è devotis devotiores efficiat, verùm etiam illorum exemplo indevotos ad ſui devotionem inducat. Hinc eſt, quòd attendentes nobilitatem Eccleſiæ Toletanæ, intuitu ſpiritualis devotionis, quam ad Apoſtolicam ſedem habere dignoſcitur, volentes facere gratiam ſpecialem, in Hiſpalenſi Metropoli ac ejus provincia eidem Eccleſiæ præſentis ſcripti privilegio jus concedimus primatiæ: ſtatuentes, ut cùm præfata Metropolis ad Chriſtianorum manus Deo favente redierit, tu frater Archiepiſcope, ac ſucceſſores tui, ea quæ ſpectant ad Primatis officium exerceatis liberè in eadem. Adjicimus tamen ex conceſſione hujuſmodi, quam motu proprio fecimus, tibi vel ipſi Eccleſiæ Toletanæ nullum omnino præjudicium generetur. (Ex Caſtejone De primat. Tolet.)

24. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei &c. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conceſſionis & conſtitutionis paginam ſciens contra eam, &c. Datum Laterani per manum Ranerii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-cancellarii, Kal. Februarii, Indict. VI. Incarnationis Dominicæ anno MCCXVIII. Pontificatus verò domini Honorii Papæ III. anno II.

Digitized by Google

EPISTOLA IV.

Ad B. Apoſtolicæ ſedis Legatum in Hiſpania.

Habet in ſua protectione Regem Jacobum I. Aragoniæ, & omnem ditionem ſuam, dum infans eſſet.

ANNO CHRISTI MCCXX.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio B. tit. Sanctorum Joannis & Paulli presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Nunc primum edita ex archivo regio Cæſar-auguſtano.

25. SAcroſancta Romana Eccleſia pia mater devotos & humiles filios ad pietatis ſuæ gremium recurrentes, oon ſolùm honorat amplexibus, verùm etiam materne conſolationis nutrit uberibus & exaltat: illos præcipuè diligentiore ſtudio refovens, quos magis ſuæ recreationis cernit ſolatio indigere. Hujus nempe matris dulcedinem non immeritò guſtare deſideraot Reges & Principes orbis terræ, pro certo ſcientes, quòd ſi ejus prudenter receperiot diſciplinam, nulla eis poterit nocere adverſitas, cùm procedant proſperè atque regnent.

26. Hac igitur conſideratione inductus leois in Chriſto filius noſter Jacobus Aragonum Rex illuſtris, nobis humiliter ſupplicavit, ut ipſum ſub alarum noſtrarum umbra dignaremur protegere, ac protectionis Apoſtolicæ clypeo communire. Nos igitur præclaræ devotionis & fidei puritatem, quam ad Deum & ipſam Eccleſiam progenitores ſuos habuiſſe didicimus, recolentes; attendentesque quòd eondem Regem inclytæ recordationis M. Regina Aragonum mater ſua cum terra & aliis bonis ſuis eidem Eccleſiæ commendavit, agens dudum apud Sedem Apoſtolicam in extremis; noſtræ ſibi dilectionis præcordia dignum duximus aperire; quatenus qui in ætate tenera eſſe dignoſcitur conſtitutus, dum favoris Apoſtolici brachiis ſuſtentatus fuerit, roborari adjuvante Domino valeat, & ſuſcipere incrementum.

27. Regiis itaque ſupplicationibus inclinati, perſonam Regis ejuſdem, regnum Aragoniæ, terram Cathaloniæ, villam & terram Montiſ-peſſulani, cum omnibus aliis bonis ſuis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vel in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus. Sanè quia de tua devotione fiduciam gerimus ſpecialem, ſic te nobiſcum credimus eſſe unanimem, ut quos diligimus in Domino diligas, illoſque foveas quos fovemus, cùm ordo exigat rationis, ut & membra reſpondeant capiti, & partes conveniant ſuo toti. Cùm inter terras ipſius Regis, & terras quæ in Narbonenſi & Auxitanenſi provinciis auctoritate ſedis Apoſtolicæ detinentur, treguam firmare mandaverimus & ſervari, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum Regem parentem mandatis Apoſtolicis in hac parte tamquam ſpecialem Eccleſiæ Romanæ filium, habeas propenſiùs commendatum; terras ſuas, præſertim cùm infectæ non ſint hæretica pravitate, non patiaris ab aliquo impugnari, quinimmo manuteneas eum taliter & defendas, quòd idem Rex noſtram penes te ſibi ſentiat gratiam efficaciter profuturam, & nos tuæ ſolicitudinis & diligentiæ ſtudiũ dignis poſſimus in Domino laudibus commendare. Datum Reati VII. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quarto.

EPISTOLA V.

Ad Epiſcopum Ilerdenſem.

De inſtituendis monachis Ciſtercienſibus in monaſterio Lavacenſi.

ANNO CHRISTI MCCXXIII.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Ilerdenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem,

Ex archivo monaſterii Lavacenſis apud Marcam Hiſp.

28. EX literis venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Urgellenſis & canonicorum Lavacenſis Eccleſiæ intelleximus, quòd eadem Eccleſia, in qua olim monachi ſub beati Benedicti regola & inſtitutione vivebant, à contemplationis arce recedendo, à regulari ordine ad canonicorum ſæcularium vitam deſcendit. Cùm autem, ſicut eædem literæ continebant, prędicti canonici incorporari Ciſtercienſi Ordini cupiant, & habere matrem Eccleſiam Boni-fontis,

à qua

à qua ipſius recipiant Ordinis inſtituta, ut eadem Lavacenſis Eccleſia, quæ ſic deſcendiſſe dignoſcitur, fortiùs iterum aſcendat & ad altiora reſurgat, ex parte memorati Epiſcopi & canonicorum ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut favorem dignaremur ſuper hoc Apoſtolicum adhibere.

29. Nos ergo, qui quò magis regularem diligimus ordinem, eo libentiùs ſuis intendimus incrementis, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi memorati canonici hoc deſiderant, & eorum ſuper hoc conſentiunt deſideriis, jam dictus Epiſcopus & capitulum Urgellenſes cæteraque concurrunt quæ ad hoc ipſum neceſſaria dignoſcuntur; tu eiſdem canonicis incorporandi Ciſtercienſi Ordini & Abbati, & convẽtui Boni-fontis recipiendi jam dictam Eccleſiam Lavacenſem in filiam licentiam auctoritate noſtra concedas, ſine juris tamen præjudicio alieni. Datum Signiæ VIII. Idus Julii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ALPHONSI REGIS CASTELLÆ

Epiſtola ad Philippum Auguſtum Francorum Regem, quo ab eo petit auxilium adverſus Sarracenos.

ANNO CHRISTI * MCCX.

* Hæc Epiſtola loco mota eſt; nam ſuperiùs editam oportebat.

Ex Biblioth. Colbert apud Baluzii Tom. II. *Miſcell.* p. 251.

Vide Roderic. Tolet. lib 8. c. 2. *& Marian. l.* 11. *cap.* 23.

30. SEreniſſimo domino Philippo Dei gratiâ Francorum Regi Alfonſus eâdem gratiâ Caſtillenſium Rex, ſalutem in eo qui dat ſalutem Regibus. Dubitare mori nemo debet pro Chriſti nomine, cùm legatur Chriſtum mortem pro populo pertuliſſe. Semen Chanaam, & non Juda, violenta progenies, incircumciſus populus & immundus, maculatæ mentis & conſcientiæ gentiles regno proximi ſunt & confines, vaſa mortis in manibus ſuis continentes, nos & ſanctæ Fidei profeſſores tam innata malitia quàm aſſueta perfidia perſequuntur. Ab eis non minus quàm mortem exſpectamus. Proh pudor! & in miniſtros altaris non deſinunt degraſſari. Gaudium eorum eſt & affectus mutilare ſervos ſimul & filios crucifixi. Memoramus quòd idololatræ Trinitatis hoſtes noſtrum ſanguinem ſitientes in noſtras animas conjurârunt.

31. Sed nos offerre volentes noſmetipſos ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis, in inſtanti die Maji cum eis qui viam pacis minimè cognoverunt, ante quorum oculis Dei timor non eſt, ſumus proculdobio conflicturi; firmiter confidentes quòd licèt pauci ſimus, & ipſi multiplicati ſint in equis & curribus, necnon & numero, de cœlo nobis adveniet fortitudo. Cùm igitur murum integritati ſolitum debeatis & vallum Fidei providere; ſerenitati veſtræ preces porrigimus cum ſingultu, quatenus de regno veſtro vernaculos expeditos & armatos milites ad noſtrum coadjutorium tranſmittatis; nihil dubitantes quia ſi ſanguis noſter in conflictu Chriſti reſpondet ſanguini, verè poterimus inter Martyres computari.

CONCILIUM ILERDENSE

Præſide Joanne Epiſcopo Sabinenſi, S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato.

ANNO DOMINI MCCXXIX.

32. ANno MCCXXIX. IV. Kal. Aprilis, Joannes Epiſcopus Sabinenſis Apoſtolicæ ſedis Legatus, Provinciale Concilium celebravit apud Ilerdam, cui cum eo interfuerunt Sparagus Archiepiſcopus Tarraconenſis, Berengarius Epiſcopus Barcinonenſis, Guillelmus Gerundenſis, Guillelmus Vicenſis, Petrus Urgellenſis, Berengarius Ilerdenſis, Pontius Dertuſenſis, & Garcias Oſcenſis, cum pluribus Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis.

33. In eo multa conſtituta ſunt ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentia; præcipuè verò de vita & honeſtate clericorum. Poſt habitum verò Concilium idem Legatus ſtatuta quædam edidit pro recta adminiſtratione Eccleſiæ Barcinonenſis. Rediens autem Romam ſecum duxit Raymundum de Penna-forti, eumque de meliori nota commendavit Papæ Gregorio. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſp.*

CONCILIUM TURIASONENSE

Præſide Joanne S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato.

ANNO DOMINI MCCXXIX.

Vide Acta hujus Concilii infrà pag. ſequenti.

34. ANno MCCXXIX. menſe Majo, celebratum eſt Concilium Turiaſonenſe in Aragonia, præſide Joanne monacho Cluniacenſi, S. R. E. Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato in Hiſpanias, adſidentibus Archiepiſcopis Toletano & Tarraconenſi: Epiſcopis verò Burgenſi, Calagurritano, Segobienſi, Segontienſi, Oxomenſi, Ilerdenſi, Oſcenſi, Turiaſonenſi, & Bajonenſi. In eo examinatum fuit matrimonium Jacobi Regis Aragonum, & Eleonoræ, inventumque bona fide initum; verùm omnino irritum ob impedimentum cognationis.

35. Rem ita enarrat Spondanus ad eundem annum, ex ſcriptoribus Hiſpanis: Hoc item anno Joannes monachos Cluniacenſis natione Gallus, ex diœceſi Ambianenſi, nobili familia Halgrina, ex Archiepiſcopo Biſuntino doctrina & virtutibus claro, creatus à Gregorio PP. Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, & ſedis Apoſtolicæ Legatus in Hiſpanias miſſus, Concilio Turiaſone in regno Aragoniæ ſub finem menſis Aprilis celebrato (cui interfuerunt Toletanus & Tarraconenſis Archiepiſcopi, aliique Epiſcopi) cauſſa cognita conjugii Jacobi Aragoniæ Regis, quod octo antè annis tenera admodum & impotenti adhuc ætate cum Leonora matertera Ferdinandi Caſtellæ Regis natu multò grandiori inierat; auctoritate Apoſtolica diſſolvit, ob propinquitatem cognationis, cujus nulla facta gratia fuerat: ſive id expetente Rege tædio ejuſmodi nuptiarum, ſive non nolente, ſanè nequaquam contradicente; niſi quòd cavit de legitimitate Alphonſi pueri, quem ex Leonora bona utriuſque parentis fide ſuſceperat, & in ſpem ſucceſſionis edocabat. Sicque ſecundùm Regis voluntatem pronunciatum eſt, locum eſſe divortio, eoque non obſtante Alphonſum verum ac legitimum eſſe patris ſucceſſorem: ac Leonorâ ad ſuos remiſsâ, oppidis dotalibos quæ in Aragonia habebat retentis, multaque ſupellectile, auro, gemmis, ac veſte pretioſa ſecum aſportata.

36. Narrat hæc pluribus Surita, Gomeſius, Mariana, & alii rerum Aragonicarum & Hiſpanicarum ſcriptores. Cumque nihilominus poſt aliquot annos nonnulli prædictum Alphonſum in periculo ſucceſſionis adducere vellent, Gregorius Pontifex ſententiam Legati confirmans, eundem Alphonſum auctoritate Apoſtolica legitimum ac regnandi capacem ſemel iterumque declaravit, eo quòd natus Jacobo fuiſſet cum bona fide legitimum illud matrimonium ab omnibus credebatur.

37. *Hæc addit Surita*: Cùm filium ex ea Rex bona fide ſuſcepiſſet, antequam Legatus ſententiam ferret, Regem conceptis verbis, hac formula expreſſa atque conſtituta, ne à me hujus verba invertantur, ita præfatum comperio: Vobis, domine Legate, & omnibus Archiepiſcopis, & aliis Eccleſiaſticis perſonis, qui hîc aſſiſtunt, necnon & nobilibus & popularibus, innoteſcat, quòd nos chariſſimæ oxori noſtræ Alienor per Eccleſiam conjuncti fuimus: & credidimus nos eidem legitimè fuiſſe conjunctos: & ex ea ſuſcepimus chariſſimum filium noſtrum domnum Alphonſum; quem nos arbitrantes legitimum, hæredem & ſucceſſorem regni noſtri jam pridem conſtituimus: & à vaſallis & nobilibos regni noſtri eidem fecimus jurari & aſſecorari regnum noſtrum.

38. Nunc autem coram vobis conſtituti, & neſcientes quid ſuper noſtra conjunctione decernere proponatis, in præſentia veſtra & omniũ aſſiſtentium, quod de ſupradicto filio noſtro, ſicut prædictum eſt, fecimus, confirmamus: & ſi legitimatione indigere aliquatenus videatur, nos auctoritate & poteſtate regia legitimamus ad omnia, ad quæ legitimari poteſt auctoritate regia, & hæredem & ſucceſſorem regni noſtri conſtituimus & declaramus: & præcipimus quòd ſicut ei juratum eſt regnum, tanquam verus hæres, poſt nos ab omnibus vaſſallis noſtris, & à toto regno in dominum recipiatur & Regem. Petimus quoque à vobis & ſupplicamus, domine Legate, & ab omnibus Archiepiſcopis qui hîc præſentes ſunt, ut hoc factum noſtrum literarum veſtrarum teſtimonio roboretis.

39. Nos igitur, inquit Legatus, ad inſtantiam prædicti Regis, præſentibus annotari fecimus in teſtimonium veritatis. Hæc autem acta ſunt præſentibus domino R. Toletano Archiepiſcopo, domino S. Archiepiſcopo Tarraconenſi, & venerabilibus patribus Burgenſi, Calagurritanenſi, Segobienſi, Seguntinenſi, Oxomenſi, Ilerdenſi, Oſcenſi, Tyraſonenſi, & Bajonenſi Epiſcopis. Apud Tyraſonam III. Kal. Maji, anno Domini MCCXXIX.

ACTA CONCILII TURIASONENSIS

In cauſſa divortii facti inter Jacobum Regem Aragoniæ & Eleonoram Reginam, anno Domini MCCXXIX.

Ex Didaco Dormer in libro cui titulus: *Diſcurſos varios de Hiſtoria, pag. 54.*

40. JOannes Dei gratiâ Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis præſentes literas inſpectoris ſalutem in Domino. Fungentes in Hiſpania legationis officio, mandatum Domini Papæ recepimus ſub hac forma: Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri J. Epiſcopo Sabinenſi, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionam. Cùm Generale Concilium inhibitione copulæ conjugalis in tribus ultimis gradibos revocata, eam in aliis voluerit diſtrictè ſervari; nec ſit deferendum homini contra Deum; fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad ſeparandum contractum conjunctionia illicitæ inter Regem & Reginam Aragonom, poſt idem Concilium ſubſecutæ, ſuper quo etiam jam dudum bonæ memoriæ H. Papa prædeceſſor noſter ſua ſcripta direxit, juxta ſtatuta procedas Concilii ſuprà dicti: non obſtantibus literis hujuſmodi facto contrariis à ſede Apoſtolica impetratis: verùm apud eundem Regem cures efficere, ut Reginæ pro ſuſtentatione ſua honeſtam proviſionem ſtudeat aſſignare: cùm aliàs grave de ipſorum ſeparatione timeatur ſcandalum provenire. Datum Peruſii VII. Id. Februarii, Pontificatus noſtri anno ſecondo.

41. Nos igitur ad ſeparationem ejoſdem conjunctionis, & Reginæ proviſionem, de utrinſque partis aſſenſu procedere cupientes, ipſos diligenter monuimus & induximus, ut benignum præſtent aſſenſum his, quæ ſalus animarum ſuarum, & regnorum tranquillitas requirebant: & ad hæc ipſorum conſenſum obtinuimus: ſicut literarum ſuarum ſigillis munitarum propriis ſubſcripta forma demonſtrat.

42. Notum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, quòd nos Jacobus Dei gratiâ Rex Arag. Comes Barchin. & dominus Montiſ-peſſulani, pro utilitate animæ propriæ, accepto ſalubri conſilio, venerabili in Chriſto patri J. Dei gratiâ Sabin. Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, præſtito juramento firmavimos quicquid ordinandom duceret ſuper celebratione divortii inter nos & dominam A. Dei gratiâ Reginam Arag. Comitiſſam Barchin. & dominam Montiſ-peſſulani, chariſſimam uxorem noſtram; & ſuper arrhis qoas eidem conceſſimus: & ſuper cuſtodia vel ſecuritate caſtrorum; videlicet de Daroca, & de Farizia, & de Uno-caſtello, nos ratum & firmum habere: & ordinationem ſuam inconcuſſam bona fide ſervare. Actum eſt hoc in præſentia venerabilis patris S. Tarraconenſis Archiepiſcopi, & Fratris P. Prioris prædicatorum Cæſar-auguſtæ, & Fratris R. Pœnitentiarii domini Legati, ann. Domini MCCXXVIII. XIII. Kalend. Aprilis.

43. Notum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, qoòd nos Al. Dei gratiâ Regina Arag. Comitiſſa Barchin. ac domina Montiſ-peſſulani, pro utilitate animæ propriæ, accepto ſalubri conſilio à venerabili in Chriſto Patre J. eodem, Sabin Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, præſtito juramento firmavimus quicqoid ordinandum duceret ſuper celebratione divortii inter nos & dominum Jacobum illuſtrem Regem Arag. Comitem Barchin. & dominum Montiſ-peſſulani, chariſſimum virum noſtrum, & ſuper arrhis quas idem Rex nobis conceſſit; & ſuper cuſtodia vel ſecuritate caſtrorum; videlicet, de Daroca, & de Ferizia, & de Uno-caſtello, nos ratum & firmum habere, & ordinationem ſuam inconcuſſam bona fide ſervare. Actum in præſentia venerabilis patris S. Tarraconen. Archiepiſcopi, & Fratris Petri Prioris fratrum Prædicatorum Cæſar-auguſtæ, Fratris R. Pœnitentiarii domini Legati, & G. de Alma-guere domini Papæ ſubdiaconi, XVII. Kalend. Aprilis, anno Domini MCCXXVIII. in Eccleſia Sancti Joannis in domo hoſpitalis Cæſar-auguſtæ.

44. Nos igitur die partibus aſſignata apud Tyraſonam, & quia arduum erat negotium, vocatis ad eundem locum venerabilibus Patribus Toletano & Tarraconenſi Archiepiſcopis, & multis Epiſcopis de Caſtella & de Aragonia, ipſorum, & aliorum prudentum habito conſilio, partibus comparentibus coram nobis, de ſeparatione ipſius conjunctionis pronunciavimus in hunc modum.

45. Nos Joannes Dei gratiâ Sabin. Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Invenientes inter J. illuſtrem Regem Arag. & dominam Al. illuſtrem Reginam, conſanguinitatem adeò notoriam, quòd nec erat locus inficiationi, nec poterat aliqua tergiverſatione celari; habito diligenti conſilio & tractatu cum venerabilibus Patribus Archiepiſcopis & Epiſcopis præſentibus utriuſque regni, necnon & aliis prodentibus viris, definitivè prononciamus inter dictum J. illuſtrem Regem Arag. & dominam Al. illuſtrem Reginam, quia conſanguinei ſunt in tertio gradu, matrimonium non tenere; inter eoſdem divortii ſententiam pronunciantes.

46. De proviſione autem dominæ Reginæ ordinavimus in hunc modum. Univerſa & ſingula,

Digitized by Google

ſa, quæ dominus Jacobus Dei gratiâ illuſtris Rex Arag. nomine arrharum, vel nomine juris ſponſalitiorum dominæ Reginæ Alienoræ filiæ domini Alphonſi quondam illuſtris Regis Caſtellæ, conceſſiſſe legitur in charta de ipſorum conjunctione confecta, cum pleno ſegnorivo, & integritate omnium jurium; ſicut eadem omnia ibidem legitur habitura, ſi prædicto Rege præmortuo ipſa remanſiſſet ſuperſtes: necnon & Fariziam, quæ gratiâ regalis munificentiæ eidem Reginæ cum ſuis accrevit pertinentiis, ab hac die in antea prædicta domina, non nomine arrharum, vel ſponſalitiorum, ſed nomine proviſionis & gratiæ, omnibus diebus quibus in ſæculo vixerit, poſſideat & teneat pacificè & quietè: & dominus Rex eadem ei deliberet, vel excambium ipſi Reginæ gratum & acceptum. Circa cuſtodiam caſtrorum de Catalonia nihil duximus immutandum: caſtra verò de Daroca, & de Farizia, & de Uno-caſtro, Regina tradat cuſtodienda & tenenda de manu ſua viris generoſis & naturalibus de regno Aragonię, qui faciant homagium & fidelitatem Regi, quòd poſt mortem ipſius Reginæ reddent caſtra & villas Regi ſi vixerit, vel ejus heredi, qui regnabit in Aragonia.

47. Et Regina poſſit eos mutare quandocumque & quotieſcumque ſibi placuerit: dummodo illi qui ſubſtituentur, faciant Regi homagium & fidelitatem de Caſtris reddendis, ſicut ſuperiùs continetur: & in tali mutatione ille qui caſtrum cuſtodit, non antea exeat à cuſtodia caſtri, quàm ille intraverit qui debet ei ſuccedere: & ſi fortè aliquis decedat de illis, quorum cuſtodię commiſſa fuerunt caſtra prędicta; illi qui ex parte ipſius in caſtro fuerint, nemini caſtrum reddant, niſi illi nobili, quem Regina defuncto ſubſtituet prędicto modo: & ad hoc ipſi per juramentum & homagium ab ipſo nobili aſtringantur. De aliis tribus caſtris, ſcilicet de Epila, de Barbaſtro, & de Pina, Regina unum quod elegerit, habeat in manu ſua & cuſtodia, & duo tradat cuſtodiæ aliquorum nobilium & naturalium de Aragonia, ſecundum illam formam quę de Daroca, Farizia, & de Uno-caſtro ſuperiùs eſt expreſſa.

48. Si autem prædicta Regina nupſerit, nullum caſtrum in cuſtodia ſua retineat. Adjicimus quoque, quòd ſi Rex abſtulerit, vel auferri fecerit Reginę proviſionem quam ei facimus, ipſe, & omnes conſiliarii & coadjutores ejus, ipſo facto ſint excommunicati: & precipimus domino Tarraconenſi Archiepiſcopo, ut loca in quibus Rex fuerit tali ſupponantur interdicto, quòd pręter pœnitentiam, viaticum, & baptiſma, nullum ibi ſacramentum celebretur: & illi nobiles qui tenuerint caſtra in cuſtodia, ea teneantur ſtatim reddere Reginę, vel ejus mandato: niſi fortè ipſa Regina manu armata regnum Aragonię per ſe vel per ſuos invaſiſſet.

49. Pręterea ſi Rex auferat vel ſubtrahat Reginę aliquod de caſtris Aragoniæ per vim, vel per quodcumque ingenium, ipſe, & conſiliarii, & coadjutores ejus excommunicati ſint ipſo facto: & ſtatim illi nobiles, qui alia caſtra tenuerint, eadem teneantur reddere Reginę, & ipſa nequaquam de cętero teneatur dare cuſtodienda naturalibus de Aragonia, niſi voluerit. Si verò Regina per vim, vel per aliquod inganium, contra voluntatem Regis aliquod de predictis caſtris Aragon. de manu naturalium de Aragonia abſtraxerit, vel in manu ſua retineat, vel aliis tradat, qui non ſint naturales de Aragonia; ipſa, & omnes coadjutores, & conſiliarii ejus excommunicati ſint ipſo facto, & omnis locus, ad quem pervenerit, interdicto ſimili ſubjaceat, ſimili ſupradicto. Et alii nobiles, qui alia caſtra tenuerint, reddant fortericias Regi Aragonum, ut de ipſis faciat ſuam voluntatem. Ad hoc ſi Regina quocumque tempore fecerit, quòd aliquid de his quæ in proviſione à nobis ſibi ſunt aſſignata, alienetur à regno Aragonum; ipſa ex tunc ſit excommunicata, & quicumque ab ea receperit ſit excommunicatus.

50. Retinemus autem nobis declarationem & interpretationem omnium prædictorum, ſi ſuper eis aliqua dubitatio emerſerit in futurum. Hæc autem omnia ab utraque parte præcipimus firmiter obſervari, ſub pœna excommunicationis, & ſub religione preſtiti juramenti: ita quoque quòd ſi Rex non ſervaverit, ſit excommunicatus & perjurus; & ſi domina Regina non ſervaverit, ſit excommunicata ſimiliter & perjura. Actum apud Tyraſonam anno Domini MCCXXIX. tertio Kalend. Maji, pręſentibus venerabilibus Patribus domino Toletano & Tarracon. Archiepiſcopis, Burgenſi, Calagurritanenſi, Segobienſi, Seguntinenſi, Oxomenſi, Bajonenſi, Tiraſonenſi, Oſcenſi, & Ilerdenſi Epiſcopis.

51. Pronunciata verò proviſione Reginæ, Rex in continenti petiit interpretationem & declarationem ſuper quibuſdam articulis pręnotatis; quęrens certificari, utrùm noſtra eſſet intentio aliud jus, vel plenius jus, ſive aliud vel majus ſignorivum ex noſtra proviſione conferre Reginæ, quàm ipſa haberet, ſi jure arrharum vel ſponſalitiorum poſſideret, precipuè ſi ipſa nuberet, & ſi Rex faciens exercitum, maximè contra Mauros, vel aliàs pro defenſione regni ſui, homines de proviſione Reginę vellet educere cum aliis hominibus ſuis in exercitum. Quas dubitationes taliter duximus declarandas. Quòd in his articulis, ſcilicet de cauſſamento, & de exercitu, noſtra fuit intentio . . . . . , & conſuetudines regni Arag. de arrhis vel ſponſalitiis deberi obſervari.

52. Super eo quoque verbo, quod pręmiſſum eſt, omnibus diebus quibus in ſęculo vixerit, licèt declaratione non indigeat, cùm ſatis ſit clarum; quia tamen petiit Rex ampliùs declarari, reſpondemus, quòd pro *vivere in ſæculo* intelleximus, vivere in converſatione & habitu ſæculari. Super illo etiam verbo quod præmiſimus, quòd Regina tradat caſtra in cuſtodiam nobilium, qui ſint generoſi & naturales de Aragonia, quæſivit Rex, utrùm intelligeremus, quòd quibuſcumque generoſis naturalibus de Aragonia, etiam inimicis Regis vel regni, poſſet Regina prædicta caſtra

tradere:

tradere. Ad quod reſpondemus, quòd non intelleximus, nec voluimus, quòd caſtra Aragoniæ darentur in cuſtodiam aliquibus, qui ſint inimici Regis vel regni, ſive expediti à regno. Datum apud Tutelam in craſtino Apoſtolicorum Philippi & Jacobi.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Aſparago Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum anno Domini MCCXXX.

53. ANno Domini MCCXXX. Kalendis Maji, Sparagus Archiepiſcopus Tarraconenſis Concilium celebravit in Eccleſia ſua, cujus pauca admodùm ſtatuta ad nos pervenerunt. Ei autem interfuerunt cum Archiepiſcopo Guillelmus Vicenſis Epiſcopus, Pontius Dertuſenſis, Garcias Oſcenſis, Berengarius Barcinonenſis, & procuratores aliorum Epiſcoporum provinciæ Tarraconenſis. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hiſpanica*.

EPISTOLA GREGORII IX. PAPÆ

Ad Archiepiſcopum Toletanum & ſuffraganeos.

Jubet iiſdem, ut Epiſcopo Segobricenſi opitulentur, quòd ejus Eccleſia à Sarracenis oppreſſa, pro dignitate ſuſtineri non poterat.

ANNO CHRISTI MCCXXXVI.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Toletano, & ſuffraganeis ſuis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

54. CUM Segobricenſis Eccleſia tam à Sarracenis quàm ab aliis dicatur adeò oppreſſa, quòd Segobricenſis electus de bonis ipſius nequeat commodè ſuſtineri; fraternitatem veſtram rogamus, & attentè per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem electo, donec eadem diœceſis Chriſtianis cultibus reformetur, divinæ pietatis intuitu, & ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, tale auxilium & conſilium exhibere curetis, quòd idem in Segobricenſi Eccleſia ad ſervitium Dei & Chriſtianæ religionis remanere valeat, & non cogatur in opprobrium Pontificalis officii mendicare, & nos devotionem veſtram poſſimus exinde meritò commendare. Datum Interamniæ V. Idus Januarii, Pontificatus noſtri anno X.

Ex lib. MS. cui titulus: Antiguedad de la Igleſia Catedral de Segorve.

V O T U M

A Jacobo Aragonum Rege debellatore factum de locupletanda Valentina Eccleſia annuis reditibus, ſi eam urbem à Maurorum jugo liberaret.

ANNO CHRISTI MCCXXXVI.

Nunc primùm prodit ex MS. Eccleſiæ Valentinæ.

55. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ad honorem Dei omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ genitricis ejus. Nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, & regni Majoricarum, Comes Barchinonæ & Urgeli, & dominus Montiſ-peſſulani, exiſtentes apud Montem-ſonum in generali curia quam convocavimus pro faciendo exercitu contra Mauros, præſentibus venerabilibus Guillelmo Tarraconenſi electo, B. Barchin. B. Cæſar-augustano, B. Vicẽſi, P. Dertuſenſi, & G. Tyraſon. Epiſcopis, nobilibus quoque viris F. Infante Aragonum

gonum patruo noſtro, R. Sanctii, Rogerio Bernardi Fuxen. P. Urgellenſi, & Petro Berengarii Empuriarum Comitibus. Gueraldo Vice-comite Caprariæ, pluribuſque aliis regni Aragonum & Cathaloniæ magnatibus.

56. Et aſſumentes crucem ad expugnandum regnum Valentiæ pro exaltatione Fidei Chriſtianæ; promittimus in fide ac noſtra legalitate, quòd ſi Deus civitatem & regnum Valentiæ nobis dederit acquirendum, primùm & ante omnia dotemus ibi Cathedralem Eccleſiam & alias ſuffraganeas competenter ad arbitrium venerabilium Guillelmi Tarraconenſis electi, Magiſtrorum militiæ, ac Hoſpitalis, vel ſucceſſorum veſtrorum, F. Infantis Aragonum, & R. Fultionis: de qua quidem dote & aſſignatione Epiſcopus & cæteri Prælati in Cathedrali Eccleſia, & alii clerici in ſuffraganeis, honorificè valeant ſuſtentari.

57. Promittimus etiam vobis Guillelmo Tarraconenſi electo, & omnibus Epiſcopis & clericis & militibus, qui ad ſubſidium prędicti regni acquirendi ſe accinxerint, quòd faciemus emendas, & dabimus vobis & omnibus Epiſcopis, & clericis, ac militibus, qui nobiſcum omnibus in hoc exercitu fuerint, partem terrę de conſilio G. Tarraconenſis electi, & Magiſtrorum militię & Hoſpitalis. Ut autem iſtud factum ad honorem Dei laudabiliùs exſequantur, confirmamus & renovamus omnes paces & treguas, conſtitutiones, & ſtatuta, tam ſuper uſuris, quàm ſuper pœnis contra uſurarios poſitis, quàm ſuper aliis omnibus, quę quondam fecimus in generali curis Barchin. quando nos accinximus ad expugnationem regni Majoricę, & ea quę poſtea fecimus & ſtatuimus in generali curia Tarraconenſi vobiſcū G. Tarraconenſi electo, & Epiſcopis ac magnatibus terrę noſtrę. Statuimus, ut illi debitores qui in hoc exercitu perſonaliter ibunt & laborabunt, non teneantur ſuis creditoribus debita ſolvere, ſcilicet à die qua receperint crucem, uſque ad debitorum regreſſum, vel ad reditum exercitûs generalem ſint à ſuis debitis elongati.

58. Item volumus & mandamus, quòd bajuli, vicarii, & omnes milites totius Cathalonię & Aragonum non hoſpitentur per violentiam in monaſteriis, Eccleſiis, & domibus Templi & Hoſpitalis, & aliis locis religioſis, & dominicatis eorum, & manſis ruſticorum ſuorum. Quòd ſi contrà factum fuerit, mandamus vicariis noſtris & bajulis, cæteriſque omnibus, quòd eos prohibeant, & diſtringant, & paces & treguas, ordinationes, & ſtatuta quæ nunc facimus, & fecimus in curiis ſupradictis, obſervent fideliter, & à cunctis faciant inviolabiliter obſervari. Datum Ilerdæ V. Kalend. Novembris, anno Domini MCCXXXVI.

59. Si ✝ gnum Jacobi Dei gratiâ Regis Aragonum & Regni Majoricarum, Comitis Barchinonæ, & Urgli, & domini Montiſ-peſſulani.

Hujus rei teſtes ſunt R. Bereng. de Ager. Aſſalitus de Gudal. B. Guillermi. Berengarius de Podio-viridi. Palacinus de Focibus. G. de Monte-cateno. Jacob. de Servaria. Fer. Diez.

Si ✝ gnum Guillermi ſcribę, qui mandato domini Regis, pro domino Berengario Epiſcopo, Cancellario ſuo, hoc ſcribi fecit, loco, die, & anno pręfixis.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Petro Albalatio Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum anno Domini MCCXXXIX.

60. ANno MCCXXXIX. XIV. Kalen. Majas celebratum eſt Concilium apud Tarraconem, in quo ſtatutum eſt ne clerici ſęcularibus negotiis ſe immiſceant. Ut incendiarii & raptores publici tamquam excommunicati evitentur, & Eccleſiaſticâ ſepulturâ careant. Ne occultę Eccleſiaſticorum Beneficiorum donationes fiant. Ne quis duas canonicas ſeu prębendas in diverſis Eccleſiis obtineat. Ut monachi & canonici regulares apoſtatę redire teneantur ad ſua clauſtra. Ei Synodo præfuit Petrus Albalatius Archiepiſcopus Tarraconenſis. Interfuerunt verò Epiſcopi Barcinonenſis, Dertuſenſis, Urgellenſis, Vicenſis, Oſcenſis, & Ilerdenſis. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio, celebratum anno Domini MCCXL.

61. ANno MCCXL. VIII. Idus Maji idem Archiepiſcopus aliud Concilium habuit cum Epiſcopis Barcinonenſi, Ilerdenſi, Dertuſenſi, & Oſcenſi, & cum electis Cęſar-auguſtano & Valentino. In eo inter cetera itum eſt obviam audacię Archiepiſcopi Toletani, qui per provinciam Tarraconenſem iter faciens, crucem ante ſe portari

ſecerat

Digitized by Google

fecerat, pallio uſus fuerat, indulgentias dederat.

63. Statutum eſt, ut ſi id rurſus evenerit, loca ea in quibus ille ſimilia auſus fuerit, ceſſent à divinis quamdiu illic fuerit; ipſe verò ſit excommunicatus. Denique ſtatutum eſt quòd ſi aliquis clericus de provincia aliena altare de novo ædificaverit, vel juriſdictionem aliquam ſibi uſurpaverit in provincia Tarraconenſi, ſpecialiter in regno Valentiæ, is excommunicationis ſententiæ ſubjaceat. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hiſp.*

JACOBUS ARAGONUM REX

Cognomento Bellator, votum ſolvit, & Eccleſiam Valentinam annuis reditibus ditat.

ANNO CHRISTI MCCXLI.

Nunc primùm prodit ex MS. Eccleſia Valentina.

63. IN Chriſti nomine. Noverint univerſi quòd nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, Majoricarum, Valentiæ, Comes Barchinonæ, & Urgelli, & dominus Montiſ-peſſ. volentes adimplere dotationem Cathedralis Eccleſiæ Valentinę, quam Domino favente eripuimus à manibus paganorum, ad quam dotationem eramus obligati, tam à ſpeciali promiſſione à nobis emiſſa, quàm ex debito devotionis & fidei; damus & concedimus itaque & offerimus Domino Deo & beatæ Mariæ, & prædictæ Eccleſiæ, & vobis venerabili Epiſcopo, & canonicis ejuſdem, decem millia biſanciorum argenti boni, & recti ponderis, de quibus ematis poſſeſſiones ad opus & ſuſtentationem veſtram & ſucceſſorum veſtrorum in perpetuum. Quibus decem millibus biſanciorum vobis ſemel ſolutis, iterum eos nobis exigere non poſſitis, nec noſtris.

64. Item per nos & noſtros ſucceſſores damus vobis in perpetuum omnes Mezquitas & cœmeteria publica ſeu particularia, ultra duodecim vaſa quæ quondam fuerunt Sarracenorum, in civitate & diœceſi Valent. & in adjacentiis ſuis, excepto cœmeterio, in quo aſſignavimus generale forum Valentiæ fieri, ſicut determinatum eſt in conſuetudine Valentiæ. Mezquitas etiam & cœmeteria ſingula & univerſa, parva & magna, aliorum locorum intra fines Epiſcopatûs Valentiæ, vobis prædicto Epiſcopo & prædictæ Eccleſiæ donamus in perpetuum, cùm ad manus pervenerint Chriſtianorum.

65. Præterea donamus & promittimus aſſignare ſingulis cappellanis, in ſingulis Eccleſiis parochialibus, in quibus ordinati fuerint, deſervientibus, ſingulas domos & ſingulos hortos competentes. Qui cappellani habeant primitias illorum locorum de quibus ſibi provideant, & ſuis Eccleſiis. Item donamus ad opus veſtrum duas jugatas terræ pro hortis circa Valentiam, per diviſores Valentiæ vobis jam aſſignatas & terminatas.

66. Item donamus vobis & prædictæ Eccleſiæ in perpetuum Alfondicum illum cum ſuis pertinentiis, in quo manebat Arnaldus de Rocafolio, ſitum ante ſedem; & domos ſimiliter donamus vobis & prædictæ Eccleſiæ, in quibus manebat frater Gregorius, & continebantur cum domibus de Avencegami; à porta Turris videlicet, uſque ad domos Joannis de les Celes; ita quòd Turris intelligatur infra iſtas afrontationes, quam habeatis ſicut modò eam poſſidetis; ſed dictam Turrim amplius ſicut modò eſt, elevare non poſſitis.

67. Inſuper abſolvimus & definimus vobis & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum duas partes omnium decimarum, videlicet fructuum terræ, & animalium, & piſcationum maris totius Epiſcopatus Valentiæ. Item deducta primò parte noſtra, quam ibi accipere debemus, definimus vobis & veſtris in perpetuum duas partes decimarum omnium piſcationum maris, & de Albufera, & de Furnis & Molendinis factis & faciendis. Et hoc abſolvimus & definimus de omnibus poſſeſſionibus quas nunc tenent & poſſident Chriſtiani, & de his quæ Sarraceni nunc tenent, ſtatim cùm ad manus pervenerint Chriſtianorum.

68. Iterum autem de omnibus reditibus quos à Sarracenis quoquomodo percipimus, vel percipere debemus, dedocatur decima, cujus decimæ habeatis vos duas partes, quas de præſenti vobis abſolvimus & definimus in perpetuum. Cùm autem poſſeſſiones eorum in quocumque loco dicti Epiſcopatus ad manus Chriſtianorum pervenerint, tunc de tota decima habeatis duas partes in perpetuum, ſicut de aliis poſſeſſionibus, quas nunc poſſident Chriſtiani eſt ſuperiùs definitum.

69. Limites verò Epiſcopatûs Valentiæ eſſe volumus, & perpetuò per nos & noſtros definimus, à finibus caſtri de Almenara, qui dividit terminum cum Murvedro, uſque ad Biar, vel ultrà, in quantum noſtra vel noſtrorum acquiſitio ulteriùs dante Domino procedet. Ad hæc nos F. Dei gratiâ Epiſcopus Valent. & totum capitulum ejuſdem, per nos & omnes ſucceſ-

ſores noſtros, conſenſu & conſilio domini P. Dei gratiâ Tarracon. Archiepiſcopi, damus in feudum perpetuum vobis domino Jacobo illuſtri Regi prædicto & ſucceſſoribus veſtris in regno Valentiæ ſuccedentibus, tertiam partem omnium decimarum, terrarum, & poſſeſſionum vobis ſubjectarum in civitate & Epiſcopatu Valentino, & tertiam partem piſcationum maris & Albuferæ, & animalium.

70. In hoc autem non intelligimus dare vel cōcedere vobis vel veſtris decimam, quæ percipi debet de rebus ſive hæreditatibus militum, clericorum, ſive locorum religioſorum. Illam enim cùm vendicare poterimus, nobis & ſucceſſoribus noſtris perpetuò integrè retinemus. Similiter concedimus vobis & veſtris in feudum perpetuum omnes decimas totius portionis redituum vel proventuum veſtrorum, quæ vos percipitis vel percipere debetis infra dictum Epiſcopatum in omnibus furnis & molendinis, & tertiam partem in piſcatione maris & Albuferæ Valentiæ, ſalva parte veſtra, quam recipitis vel recipietis in dicta Albufera, quæ pars vobis & veſtris remaneat indecimata. Et ſalva parte tertia vobis & veſtris decimæ eorum, quæ aliæ perſonæ recipient, vel recipiunt in dictis furnis & molendinis. Hæc autem habeatis & poſſideatis vos & ſucceſſores veſtri in perpetuum ad feudum pro Eccleſia Valentina, & ex hoc ſitis fideles & defenſores perſonarum & jurium noſtrorum, & noſtrorum omnium ſucceſſorum, & prædictæ Eccleſiæ, ſine omni alio ſervitio, quod nobis vel Eccleſiæ facere non teneamini.

71. Item per nos & ſucceſſores noſtros abſolvimus vobis, & perpetuò definimus omnes alias pacationes, quas uſque in hodiernum diem dictæ Eccleſiæ, vel domino Archiepiſcopo, vel nobis nomine dictæ Eccleſiæ pro ejus dotatione aliquo modo feciſtis. Et ſpecialiter diffinimus vobis & omnibus poſſidentibus omnes hæreditates, domos, hortos, & poſſeſſiones, quæ tempore Sarracenorum ad eorum Mezquitas aliquas in toto Valentiæ regno pertinebant vel pertinere debebant. Et de ſpeciali promiſſione, quam ſuper dotatione Eccleſiæ, & ſuper donatione dictarum domorum, hortorum, & hæreditatum, ſive poſſeſſionum Mezquitarum dictæ Eccleſiæ aliquando feciſtis, remittimus & abſolvimus vobis & veſtris, & in perpetuum diffinimus. Dat. Barchinonæ IV. Non. Novembris, anno Domini MCCXLI.

72. Sig † num Jacobi Dei gratiâ Regis Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comitis Barchinonæ & Urgelli, ac domini Montiſ-peſſulani.

Hujus rei teſtes ſunt Eximinus de Foſibus. Berengarius de Cervaria. G. Dentença. Aſſaltus de Gudal. F. Garces de Roda.

Sig † num F. F. miſeratione divinâ Epiſcopi Valentini, qui hoc laudo & firmo. Sig † num magiſtri M. archidiaconi Valent. qui hoc laudo & firmo. Sig † num magiſtri B. de Solerio canonici Valentini, qui hoc firmo. Ego Bernardus de Villario canonicus ſubſcribo. Ego Joan. Montiſonis canonicus Valent. ſubſcribo. Ego Berengarius de Tarragona canonicus ſubſcribo.

Sig † num Guillelmi ſcribæ, qui mandato domini Regis & Epiſcopi prædictorum hoc ſcribi fecit, loco, die, & anno præfixis. Lectum fuit domino Regi & Epiſcopo.

CONCILIUM TARRACONENSE

Ob Valdenſes hæreticos celebratum anno Domini MCCXLII.

73. BZovius de hac Synodo iſta: Circa hæc tempora contra hæreticos Waldenſes in regnum Aragoniæ irrumpentes celebratum fuit Concilium apud Tarraconem, in quo præſcripta fuit formula illos inquirendi, puniendi, & recipiendi ad Catholicam Fidē revertentes, ſalutareſque eis pœnitentias injungēdi. Cui ut major auctoritas conciliaretur, Raymundū Pennaſortium, ſedis Apoſtolicæ Pœnitentiarium, à magiſterio generali totius Ordinis Prædicatorū, quod abdicaverat, Barcinonem reverſum, intereſſe Epiſcopi voluerunt. Ejus Actorum Concilii aliqua pars ſe Annalibus inſerit, ex qua diſciplinæ Eccleſiaſticæ ratio in hæreticos ſervata cognoſcatur.

Acta Concilii Tarraconenſis.

74. CUm nos Petrus miſeratione divina Archiepiſcopus Tarraconenſis, inquiſitionem inceptam per bonæ memoriæ Berengarium Barcinonenſem Epiſcopum contra hæreticam pravitatem in civitate Barcinonenſi vellemus effectui mandare; inter juriſ-peritos qui nobiſcum aderant dubitationes hinc inde variæ emerſerunt. Quare ut circa factum hæreſis & inquiſitionis de cætero fiendæ in provincia Tarraconenſi clariùs procedatur; collationibus inde factis cum venerabili fratre Raymundo de Penna-forti Pœnitentiario domini Papæ, & aliis prudentibus, in proceſſu ſententiarum hæreticorum fautorum, ſuſpectorum, relapſorum, & pœnitentiis eorum, ſecundum diſcretionem nobis à Domino datam, ita duximus procedendum.

75. Imprimis quæritur qui dicantur hæretici, qui ſuſpecti, qui credentes, qui fautores, qui

recepta-

receptatores, qui defenſores, & qui relapſi: cùm iſta genera hominum in Canone explicentur, & videtur quòd

76. Hæretici ſunt qui in ſuo errore perdurant, ſicut ſunt Inzabbatati, qui dicunt in aliquo caſu non eſſe jurandum, & poteſtatibus Eccleſiaſticis vel ſæcularibus non eſſe obediendum, & pœnam corporalem non eſſe infligendam in aliquo, & ſimilia.

Credentes verò dictis hæreſibus ſimiliter hæretici ſunt dicendi.

77. Suſpectus de hæreſi poteſt dici, qui audit prædicationem vel lectionem Inzabbatatorum, vel qui flexit genua orando cum eis, vel qui dedit oſculum eis: vel qui credit ipſos Inzabbatatos eſſe bonos homines, vel ſimilia quæ poſſunt probabiliter ſuſpicionem inducere. Et poteſt dici ſuſpectus ſimpliciter eſſe qui ſemel oravit, vel alterum fecit de prædictis cum eis. Si verò pluries audiviſſet prædicationem vel lectionem, vel oràſſet, vel aliquid aliud de prædictis feciſſet cum eis, poſſet dici vehementer ſuſpectus. Si autem prædicta omnia feciſſet, maximè ſi pluries; poſſet vehementiſſimè dici ſuſpectus. Iſta ideo dicimus, ut diſcretus judex purgationem poſſit gravare vel moderare, prout magis viſum fuerit expedire.

78. Celatores credimus eos qui viderunt Inzabbatatos in platea vel in domo, vel in alio loco, & cognoverunt eos Inzabbatatos, & non revelaverunt eos, cùm haberent aptitudinem revelandi eos Eccleſiæ, vel juſtitiario, vel aliis qui poſſent eos capere.

79. Occultatores dicimus qui fecerunt pactum de non revelando hæreticos vel Inzabbatatos, vel aliàs procuraverunt quòd non revelarentur.

80. Receptatores ſunt qui ſcienter bis vel ultrà receperunt hæreticos vel Inzabbatatos in domo ſua vel in alio loco ſuo. Receptaculum credimus eſſe domum vel hoſpitium, ubi hæretici vel Inzabbatati bis vel pluries convenerunt ad prædicationem vel lectionem: vel etiam ubi hæretici vel Inzabbatati pluries hoſpitantur.

81. Defenſores dicimus, qui ſcienter defendunt hæreticos vel Inzabbatatos verbo vel facto, vel quocumque ingenio in terris ſuis, vel alibi, quominus Eccleſia poſſit exercere ſuum officium ad exſtirpandam hæreticam pravitatem.

82. Fautores credimus omnes ſupradictos poſſe dici ſecundum magis & minus: & etiam qui aliàs quocumque modo eis dederint conſilium, auxilium, vel favorem. Et omnes fautores credimus poſſe dici ſuſpectos, ita quòd debent ſe purgare, & abjurare hæreſim, & omnem fautoriam, & debent ſanctæ matri Eccleſiæ reconciliari.

83. Relapſos dicimus illos qui poſt abjuratam hæreſim vel renunciatam, revertuntur in priſtinam credentiam hæreſis. Eodem modo dicimus relapſos in fautoriam illos qui poſt abjuratam hæreſim, vel fautoriam, benefaciunt hæreticis, vel celant eos. Et omnes prædictos dicimus excommunicatos majori anathemate: exceptis ſuſpectis ſine fautoria, ſi fortè inveniantur.

84. Dubitatio etiam oritur apud quoſdam, utrum relapſi in credentiam, & hæretici dogmatizantes, ſi poſtquam fuerint deprehenſi voluerint pœnitere, relinqui debeant judicio ſæculari? Et videtur nobis quòd non: ſed in quocumque caſu tales ad intruſionem ſunt condemnandi.

85. Item ſi multitudo hæreticorum ſeu credentium fuerit multa, & parati ſunt hæreſim abjurare, diſcretus judex ſecundum magis & minus, juxta proviſionem Apoſtolicæ ſedis, pœnas canonicas poterit infligere talibus, & ſic pœnam intruſionis vitare: vel etiam ſi multitudo non eſt tanta circa credentes, diſcretus judex conſideratis circumſtantiis poterit moderari, prout viderit expedire: proviſo tamen quòd perfecti hæretici, vel dogmatizantes eorum errores, vel credentes relapſi in credentiam, poſt abjuratam hæreſim vel renunciatam in perpetuo carcere intrudantur, hæreſi penitùs abjurata, & abſolutione habita excommunicationis, ut ibi ſalvent animas ſuas, & alios de cætero non corrumpant.

86. Item quæritur, utrum ille qui dedit oſculum Inzabbatato, vel hæretico, quem credebat, vel ſciebat eſſe Inzabbatatum, vel oravit cum eo, & celavit eum; vel audivit prædicationem vel lectionem ab eo, & credidit talem eſſe bonum hominem; ſit judicandus credens ejus erroribus? Et dicimus quòd non; ſed talis condemnetur tanquam fautor vel occultator & benefactor, & vehementer ſuſpectus, quòd credit ejus erroribus: niſi adeò eſſet literatus vel diſcretus, quòd non poſſet ignorantiam prætendere. Quod arbitrio diſcreti judicis duximus relinquendum.

87. Item quæritur, quis ante inquiſitionem inceptam fuit confeſſus ſacerdoti ſuo de hæreſi vel fautoria, & vocatur modò ab inquiſitoribus? In caſu iſto credatur confeſſori ſuo: & ſi inventus fuerit bene confeſſus per confeſſioem ſacerdotis, licèt ſacerdos malè fecerit, quia ipſum non remiſit ad Epiſcopum; ille tamen confitens, per talem confeſſionem evitet pœnam temporalem, niſi inveniatur in falſa pœnitentia; vel relapſus poſt pœnitentiam, vel publicè diffamatus. Si autem allegat manifeſtam pœnitentiam vel reconciliationem; probet per duos teſtes. Si quos verò conſtat ante inchoatam inquiſitionem de his fuiſſe confeſſos, debent publicè abjurare hæreſim, & aliam ſolennitatem facere; niſi ita ſit ſecretum factum, quòd non habeat contra ſe famam vel teſtes: & tamen in utroque caſu ſunt ab omni pœna temporali immones. Si verò aliqui vocati ab inquiſitoribus dejerant tempore ſuæ diſpoſitionis, & poſtea ad inſtantiam inquiſitorum, vel metu probationum diſcooperiunt veritatem; ſed dicunt quòd hæc tacuerunt propter verecundiam vel timorem; tales credimus perjuros: quia qui ſcienter falſum dicunt, vel verum tacent, perjuri ſunt: & ideo pœnitentia canonica eſt eis gravior imponenda.

Forma pœnitentiarum.

88. HÆretici perſeverantes in errore relinquantur curiæ ſeculatia judicio. Perfecti verò hæretici, ſi converti voluerint, & dogmatizantes abſolutione præhabita, & abjuratione facts, perpetuo carceri intrudantur.

89. Credentes autem hæreticorum erroribus ſolennem faciant pœnitentiam: hoc ſcilicet modo, quòd in feſto omnium Sanctorum proximè venturo, & in prima Dominica Adventus, in die Natalis Domini, Circuncisionis, Epiphaniæ, S. Mariæ Februarii, S. Eulaliæ, S. Mariç Martii, & per omnes dies Dominicos Quadrageſimæ ſint in proceſſionibus ad ſedem ſeu Eccleſiam cathedralẽ, & ibi diſcalceati in bracchis & camiſia, præterquam in die S. Mariæ Februarii, & in ramis palmarum, ut reconcilientur in Eccleſia parochiali, in proceſſionibus publicè diſciplinsti per Epiſcopum vel ſacerdotem Eccleſiæ. Item in quarta feria in capite jejunii veniant ſimul ad ſedem, & ſint eodem modo, & ſecundum formam juris diſcalceati in bracchis & camiſia, & expellantur ab Eccleſia, & ſint extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: ſic tamen ad fores Eccleſiæ, quòd ibi audiant officium. Et in die Cœnæ Domini ſint diſcalceati in bracchis & camiſia ante fores Eccleſiæ, & tunc ſecundum canonica inſtituta publicè reconcilientur Eccleſiæ. Et hanc pœnitentiam de quarta feria & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de die Cœnæ, faciant quamdiu vixerint quolibet snno. Sed in diebus Dominicis Quadrageſimæ facta reconciliatione exeant Eccleſiam, & ſtent ad fores uſque in diem Cœnæ, & portent duas cruces perpetuò ante pectus, quæ non ſint ejuſdem coloris cum veſtibus: & portent ita ut videri poſſint ſolenniter pœnitentes, ita tamen quòd non abſtineant ab ingreſſu Eccleſiæ in quadrageſima ultra decem annos.

90. Pœnitentia illorum qui ſunt relapſi in fautoriam ſimiliter erit ſolennis, ut de credentibus proximè dictum eſt, in diebus omnibus ſupradictis: hoc excepto, quòd cruces portare, & pœnitentiam de quarta feria Cinerum, & ſancto die Jovis, faciant ſimili modo per decennium.

91. Pœnitentia illorum qui non ſunt relapſi in fautoriam, ſed ſunt fautores & vehementiſſimè ſuſpecti, erit eodem modo ſolennis in feſto omnium Sanctorum, Natalis Domini, Epiphaniæ, S. Mariæ Februarii, per omnes dies Dominicos Quadrageſimæ, & aliam pœnitentiam de feria quarta Quadrageſimæ, & de ſtanto extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconciliatione in die Cœnæ, ut ſuprà dictum eſt, faciant perſeptennium.

92. Pœnitentis illorum qui ſunt fautores & vehementer ſuſpecti, erit ſolennis eodem modo in feſto omnium Sanctorum, Natalis Domini, S. Mariæ Februarii, & in ramis palmarum: & aliam pœnitentism de quarta feria Quadrageſimæ, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconciliatione in die Cœnæ, ut ſupra dictum eſt, faciant per quinquennium.

93. Pœnitentia illorum qui ſunt fautores & ſuſpecti, erit ſolennis eodem modo in feſto omnium Sanctorum, S. Mariæ Februarii, & in ramis palmarum: & aliam pœnitentiam de feria quarta Quadrageſimæ, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconciliatione in die Cœnæ faciant per triennium. Intelligitur tamen quòd mulieres veſtitæ veniant, & diſciplinentur.

94. Hanc autem pœnitentiam faciant omnes prædicti in feſtivitatibus & diebus prçordinatis, in civitate iſta vel loco, & non alibi, uſque ad feſtum Paſchæ; illi ſcilicet qui ſunt cives. Forenſes autem faciant eam in parochiis ſuis, & non alibi: præter quàm in feria quarta in capite Quadrageſimæ, & in die Cœnæ Domini, in quibus veniant omnes ad ſedem, vel ad locum Eccleſiæ ſuæ. In ſequentibus verò temporibus Quadrageſimalibus, decennalem pœnitentism, ſeptennalem, quinquennalem, & triennalem, quam debent facere in quarta feria in introitu Quadrageſimæ, & in die Cœnæ Domini, ſecundùm diverſitatem culparum, ut jam definitum eſt, faciant omnes tam cives quàm forenſes, in ſede civitatis ſuæ, & non alibi, niſi ex juſta & rationabili cauſſa, & de ſpeciali licentia Epiſcopi vel vicarii ſui: & tunc in locis, ad quæ de licentia Epiſcopi iverint, faciant coram Epiſcopo illius loci, vel locum ejus tenente, eandem pœnitentiam, portantes literas Epiſcopi vel vicarii ſui, continentes pœnitentiam quam facere debent. Et reportet etiam ille qui pœnitentiam fecerit, literas Epiſcopi illius loci ad N. talis diœceſis de peracta pœnitentia teſtimonium continentes. Quòd ſi fortè caſu fortuito, ſine fraude tamen & dolo, in illis duobus diebus non poſſent ad cathedralem Eccleſiam pervenire; cùm redierint, in duabus aliis ſolennitatibus aſſignatis eis juxta arbitrium Epiſcopi publicè diſciplinentur apud ſedem N. ſecundum formam illorum duorum dierum.

Forma ſententiæ contra hæreticum abſolutum.

95. SI hæreticus pœniteat, & ſecretò abſolvatur, Eccleſiæ jure ſolennitatibus ſervatis, cùm jam non ſit hæreticus, formabitur ſic ſententia: Pateat omnibus, quòd per ea quæ in inquiſitione inventa, prodita, & acta ſunt liquidò nobis conſtat, quòd talis fuit deprehenſus in hæreſi, & poſtmodum reverſus ad Eccleſiæ unitatem, agentes miſericorditer cum eodem, ipſum ad perpetuum carcerem condemnamus ſecundum canonica inſtituta.

Alia

Digitized by Google

Alia forma.

96. SI autem nondum ſit abſolutus, ſic formabitur: Pateat omnibus &c. quòd talis eſt deprehenſus in hæreſi, & vult reverti ad Eccleſiæ unitatem: agentes miſericorditer cum eodem &c.

Forma ſententiæ contra hæreticum pertinacem.

97. SI verò non vult pœnitere, ſed in errore perdurat; præſente judice ſæculari ſententia ſic formetur: Pateat omnibus, quòd per ea quæ in inquiſitione inventa, probata, & acta ſunt, liquidò nobis conſtat quòd talis eſt deprehenſus in hæreſi per Eccleſiam condemnata, & ipſum tanquam hæreticum condemnamus.

Sententia contra fautores.

Contra fautores ſententia ſic formetur:

98. PAteat omnibus, quòd per ea quæ inventa, probata, & acta ſunt in inquiſitione, liquidò nobis conſtat, quòd talis eſt deprehenſus in fautoria: & denunciamus ipſum excommunicatum & ſuſpectum de hæreſi: & ſi per annum contempſerit ſatisfacere, ſubjaceat pœnis Concilii Generalis: & ſi defecerit in purgatione, & in excommunicatione per annum ſteterit, ut hæreticus condemnetur.

De forma purgationis.

Suſpectus de hæreſi purgabit ſe publicè in hunc modum:

99. EGo N. juro per Deum omnipotentem, & per hæc ſancta Dei Euangelia quæ in manibus meis teneo coram vobis domino N. Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, & coram aliis vobis aſſiſtentibus, quòd non ſum vel fui Inzabbatatus Waldenſis, vel pauper de Lugduno, nec hæreticus in aliqua ſecta hæreſis per Eccleſiam damnata; nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitæ meæ: immo profiteor & proteſtor me credere, & ſemper in poſterum crediturum Fidem Catholicam quàm ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica publicè tenet, docet, & prædicat, & vos domine Archiepiſcope vel Epiſcope, & cæteri Prælati Eccleſiæ univerſalis tenent, prædicant publicè, atque docent.

Qualiter compurgatores jurare debent.

Compurgatores jurabunt per hunc modum.

100. EGo N. juro per Deum & per hæc ſancta quatuor Dei Euangelia quæ manibus meis teneo, me firmiter credere, quòd talis non fuit Inzabbatatus Waldenſis nec pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum juràſſe.

Caveat tamen judex, quòd ex quo certum numerum compurgatorum duxerit alicui injungendum, non eſt honeſtum quòd poſtea mutet, ne ſic Lateranenſe Concilium illudatur.

PRIVILEGIUM REGIS JACOBI,

In quo conceditur Judæis Mauriſque, ut Fidem Catholicam amplecti valerent abſque ulla bonorum amiſſione.

ANNO CHRISTI MCCXLII.

Nunc primùm prodit ex MS. Eccleſiæ Valentinæ.

101. NOverint univerſi, quòd nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Per nos & omnes ſucceſſores noſtros in Aragonia, & Cathalonia, Majorica, Monte-peſſulano, tam regno Valētię, ac univerſo dominio & juriſdictione noſtra, quàm alicubi nunc habemus, vel in poſterum nos & ſucceſſores noſtri auxiliante Domi-

Domino habituri ſumus; pro amore Domini noſtri Jeſu Chriſti & glorioſæ Virginis matris ſuæ,& remedio noſtro,in perpetuum ſtatuimus, quòd quicumque Judæus vel Sarracenus, qui Spiritus ſancti gratiâ Fidem voluerit recipere orthodoxam, ac baptiſmi lavacrum ſalutaris, liberè & abſque ullius conditione poſſit hoc facere: non obſtante prædeceſſorum noſtrorum, vel alicujus ſtatuto, prohibitione, vel pacto,vel etiam ſuper obtenta conſuetudine: ita quòd propter hoc nihil de bonis ſuis mobilibus & immobilibus, ac ſe moventibus, quæ priùs habebat amittat: immo ſecurè ac liberè habeat, teneat,ac poſſideat auctoritate noſtra, ſalva legitima filiorum, & jure proximorum converſi; ita videlicet quòd de bonis converſi, dicti filii ſeu proximi, nihil ipſo vivente, ſed poſt mortem ejus, illud ſolum, & nihil ampliùs petere valeant, quod ſi deceſſiſſet in Judaïſmo vel paganiſmo,petere rationabiliter potuiſſent: ut ſicut tales ex hoc divinam gratiam promerentur, ſic & noſtram, qui Dei volontatem & beneplacitum imitari debemus, obtinere noſcantor. Datum Ilerdæ IV. Idus Martii, anno Domini MCCXLII.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, anno Domini MCCXLII.

102. ANno MCCXLII. III. Idus Maji, Petrus Archiepiſcopus Tarraconenſis Concilium celebravit apud Tarraconem,cum Epiſcopis Pontio Dertuſenſi, Pontio Urgellenſi, & Vitali Oſcenſi. In eo ſtatutum eſt, ut Epiſcopi & clerici ad Provinciale Concilium veniant. Ut Epiſcopi & eorum officiales juſtitiam gratis reddant Ut nullus ſacerdos plures Miſſas in uno die celebret, præterquam in Natali Domini. Duæ tamen tolerantur, quando neceſſitas urgens fuerit; ideſt, quando unicus ſacerdos habet duas Eccleſias, quarum una dependet ab altera. BALUZIUS lib.4. *Marcæ Hiſpanicæ.*

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo,celebratum anno Domini MCCXLIV.

103. ANno MCCXLIV. pridie Idus Januarias, Petrus Archiepiſcopus Tarraconenſis Concilium celebravit apud Tarraconem, cui interfuere Pontius Epiſcopus Dertuſenſis, R. Ilerdenſis, Vincentius Cæſar-auguſtanus, Petrus Pampilonenſis, Petrus Barcinonenſis, & procuratores abſentium. In eo ſtatutum eſt imprimis, ut conſtitutiones Concilii Lateranenſis,& Concilii Ilerdenſis à Joanne Cardinale coacti, quæ in deſuetudinem abierant, obſervarentur inviolabiliter. Excommunicati ſunt omnes conſpiratores, & colligationes illicitas facientes in clero, ac præterea invaſores, raptores, & deprædatores perſonarum & rerum Eccleſiaſticarum. BALUZIUS lib.4. *Marcæ Hiſpanicæ.*

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLVI.

104. ANno MCCXLVI. Kalendis Maji celebratum eſt Concilium à Petro Archiepiſcopo Tarraconenſi, Pontio Epiſcopo Dertuſenſi,R. Ilerdenſi, Petro Barcinonenſi, Arnaldo Valentino, Roderico Cæſar-auguſtano,& Berengario Gerundenſi. Confirmata eſt in eo Concilio excommunicatio quæ anno MCCXLIV. decreta fuerat adverſus invaſores, raptores, & deprædatores perſonarum & rerum Eccleſiaſticarum. Et quoniam nonnulli ſuperiorem conſtitutionem coërcebant ad res modicas, & ad ea quæ non ex propoſito nocendi, ſed ex neceſſitate aliqua à non credentibus offerre capiuntur; præſens Synodus declaravit illos tantùm intelligi excommunicatos, qui ex propoſito cum armis violenter invaſerint & deſtroxerint loca Eccleſiarum, & cœperint homines ipſarum.

105. De-

105. Decrevit præterea, ut Sarraceni captivi, qui fictè veniunt ad baptiſmum ut jugum poſſint evadere ſervitutis, diebus aliquot apud rectorem Eccleſiæ illius ad quam veniunt pro baptiſmo ſuſcipiendo, permaneant; ut dignoſci poſſint, utrum in tenebris ambulent, vel in luce: & ſi perſeveraverint in propoſito baptizandi, baptiſmus eis ulteriùs non negetur. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

CONCILIUM ILERDENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo Tarraconenſi, celebratum anno Domini MCCXLVI.

106. ANno MCCXLVI. habitum eſt aliud Concilium apud Ilerdam, ob cauſſam Berengarii, Epiſcopi Gerundenſis, cui Rex Aragonum linguam abſcindi juſſerat, ob hoc quia Innocentium IV. Papam ſecretò monuerat, injuſtè Regem facere, qui Violantem Reginam repudiaret. Miſſi ab Innocentio in Cataloniam Epiſcopus Camerinus, & Deſiderius presbyter, cum poteſtate reconciliandi Regem (nam is excommunicatus erat, & terra ejus interdicto ſuppoſita) modò pœniteret. Ilerdę conventus Epiſcoporum & procerum eſt habitus. Affuerunt Archiepiſcopus Tarraconenſis, Epiſcopi Cæſar-auguſtanus, Urgellitanus, Oſcenſis, & Helenenſis.

107. His præſentibus Rex verbis graviſſimis caſtigatus, criminis veniâ donatus eſt, ea lege, ſi monaſterium Benefacianum, quod in Dertuſæ montibus ante viginti annos poſt captum Morellam oppidum inchoatum, tardis incrementis ſurgebat, magnis ipſe molibus & cæmentis ad culmen uſque ſuo ſumptu perduceret, & argenti pondo centum & quadraginta circiter annua tribueret, unde Ciſtercienſes in eo monachi vitam ſuſtentarent. Alia quoque addita. Accepit Rex conditiones, & XIV. Kalend. Novembris Ilerdæ ſolenni cæremonia piorum ſocietati templiſque redditus eſt. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

LITERÆ AZNARIS

Epiſcopi Calagurritani.

Teſtatur corpus S. Prudentii Epiſcopi requieſcere in regio monaſterio S. Mariæ de Naxara. Largientibus aliquid ad arcam ſancto corpori faciendam, *verè contritis & verè confeſſis*, tribuit *quadraginta dies de injuncta ſibi legitimè pœnitentia*, &c.

ANNO CHRISTI MCCXLVI.

108. AZnar Dei gratiâ Calagurritanenſis & Calciatenſis Epiſcopus. Univerſis Chriſti-fidelibus per noſtram diœceſim conſtitutis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem, & bonis operibus abundare. Nam ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum; oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus; in cœlo firmam ſpem fiduciamque tenentes: nam qui parcè ſeminet, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. *Ex archivo Nazarẽſi apud Yepium Tomo VI. fol. 466.*

109. Cùm igitur arca argentea, in qua corpus beatiſſimi Prudentii confeſſoris reconditum veneratur in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Naxara, ſit vetuſtate conſumpta, ut videatur reparatione non modica indigere; & ad hoc, & alia, quæ ad venerationem dicti pretioſiſſimi corporis competunt, propriæ non ſuppetant facultates; univerſitatem veſtram monemus in Domino attentiùs & hortamur, atque in remiſſionem vobis jungimus peccatorum, quatenus de bonis à Deo vobis collatis prædicto corpori & arcæ alias pias eleemoſynas, & oblationes, & grata charitatis ſubſidia erogetis; ut per ſubventionem veſtram prædictorum neceſſariis utiliter ſuccurratur, & vos per hæc & alia bona, quæ Domino ſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

110. Nos verò de Jeſu Chriſti miſericordia, & beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè contritis & verè confeſſis, quibus poſſumus & debemus, qui

præfatia

præfatis corpori & arcæ manum porrexerint charitatis, quadraginta dies de injunctâ ſibi legitimè pœnitentia per Dei gratiam miſericorditer relaxamus, exceptis primâ quadrageſimâ, & legitimis feriis, quibus in pane & aqua aliqui jejunare tenentur. Datis XI. Kal. Martii anno Domini MCCXLVI. Poſt triennium non valeant.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLVII.

111. ANno MCCXLVII. ſeptimum Concilium Tarracone celebravit Petrus Albalatius Archiepiſcopus, in quo prohibitum eſt, ne donationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum occultè fiant: quod ſtatutũ antea fuerat anno MCCXXXIX. in primo ejuſdem Archiepiſcopi Concilio. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanica*.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide eodem Petro Albalatio Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCXLVIII.

112. ANno MCCXLVIII. octavum Concilium celebravit Tarracone Petrus Albalatius, in quo ſtatutum eſt, ut poſt mortem Archiepiſcopi, vel alterius Prælati provinciæ Tarraconenſis, bona ejus Eccleſiaſtica ad manus aliquorum fide dignorum perveniant, ſecundum quòd in Eccleſia defuncti de conſuetudine eſt obſervatum. Eorum verò curæ erit ea diligenter conſervare futuro ſucceſſori. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

INNOCENTII PAPÆ IV. EPISTOLA

Ad Raymundum de Penna-forti, ordinis Prædicatorum magiſtrum, & Provincialem Hiſpaniæ.

ANNO CHRISTI MCCXLIX.

De hæreſi exſtirpanda.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori provinciali in Hiſpania, & fratri Raymundo de Penna-forti Ordinis Prædicatorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

113. INter alia deſiderabilia cordis noſtri, ſpecialiter id optamus, & ad illud potiſſimè dirigimus noſtræ intentionis affectum, per quod ſalus provenit animarum, & nomen Domini glorioſum pleniùs collandatur. Quia igitur Deo non eſt acceptabile obſequium abſque fide, ad propagationem & corroborationem ipſius, & Chriſtianæ religionis augmentum, quanta poſſumus ſolicitudine vigilare debemus, & hoc per nos & alios inceſſanter verbo & opere procurare, ut diffundatur per Orbem latiùs cultus Dei, & meſſe agri multiplicata Dominici, frumentum in cœleſtia horrea inferatur.

114. In his autem nobis fratres veſtri Ordinis Dominus ſpecialiter voluit eſſe adjutores: qui ſpretis mundi diſſoluti blanditiis, ſub religionis arctæ rigore, in voluntate Chriſto ad placitum famulantes, de fidelium campo exſtirpare noxia, & in eo plantare ſalubria, necnon muniti ſpirituali pro defenſione Fidei armatura, errorum laqueis irretitos eripere, ac in regione diſſimilitudinis converſantes, ad unitatem matris Eccleſię revocare diligentiâ indefeſſâ procurant, proficientes ſibi per vitæ meritum, & aliis verbo pariter & exemplo. Unde quia in inquiſitione facienda contra hæreticos eorundem fratrum ſolertiam novimus plurimùm opportunam, ipſis hujuſmodi negotium providimus ſpecialiter committendum.

115. Ideo-

115. Ideoque devotionem veſtram monemus & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad ipſius proſecutionem negotii ſolicitè intendens, aliquos fratres ejuſdem ordinis de regno Aragoniæ, quos ad hoc idoneos fore noveritis, inquiſitores hæreticæ pravitatis in provincia Narbonenſi, per diſtrictum tantùm chariſſimi in Chriſto filii noſtri Jacobi Aragonum Regis illuſtris, auctoritate noſtra deputare curetis: injungentes eiſdem, ut in negotio ipſo ſecundum formam à bonæ memoriæ Gregorio Papa prædeceſſore noſtro editam, & à nobis poſtmodum innovatam, juxta quam ſiquidem procedunt fratres dicti ordinis in ipſa provincia, ſicut eidem negotio expedire viderint, tam contra hæreticos, & ad ipſos accedentes, & fautores, & receptatores, ac defenſores eorum, quàm alios ipſi negotio adverſantes, neminem præter Deum in hac parte timendo, efficaciter procedere non omittant. Tu verò, Prior, de conſilio ſeniorum & diſcretorum fratrum præfati ordinis, ejuſdem regni inquiſitores hujuſmodi auctoritate noſtra removeas transferaſque, alios ſubſtituas, vel ſuperſedere facias, cùm ex cauſſa rationabili id videris faciendum.

Datum Lugduni decimo tertio Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Benedicto Tarraconenſi Archiepiſcopo, celebratum anno Domini MCCLIII.

116. Anno MCCLIII. VI. Idus Aprilis celebratum eſt Concilium in civitate Tarraconenſi apud Benedictum Archiepiſcopum. Ei autem ſuam præſentiam exhibuerunt Arnaldus Epiſcopus Cæſar-auguſtanus, Berengarius Gerundenſis, Vitalis Oſcenſis, G. Ilerdenſis, & procuratores aliorum. Interfuerunt etiam P. de Graviana Caſtellanus Empoſtæ, & Jacobus de Timòr tenens locum Magiſtri domûs militiæ Templi.

117. In eo ſtatutum eſt licere Epiſcopis provinciæ abſolvere excommunicatos ſuarum diœceſeon: Archiepiſcopum verò poſſe abſolvere ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, qui ad eum venerint excommunicati, ratione conſtitutionis in Concilio Tarraconenſi editæ contra invaſores rerum & perſonarum Eccleſiaſticarum. Tum conceſſum univerſis presbyteris provinciæ, ut ſe invicem abſolvere poſſent ſuper minoris excommunicationis ſententia. BALUZIUS lib. 4. *Marcæ Hiſpanicæ*.

LITERÆ EDUARDI

Primogeniti Regis Angliæ procuratoriæ ad contrahendum matrimonium cum Alionora ſorore Regis Caſtellæ.

ANNO CHRISTI MCCLIV.

Ex chartis D. d'Herouval apud d'Acherium tom. X. Spicil.

118. Omnibus Chriſtifidelibus præſens ſcriptum inſpecturis vel auditaris, EDOARDUS illuſtris Regis Angliæ primogenitus & hæres ſalutem. Licèt in contrahendis matrimoniis nominatim filiorum familiâs, ſecundùm ritum & morem antiquorum, parentum conſenſus ſufficere conſueverit, cùm patrum pietas conſilium capiat plerumque pro liberis; decens tum credimus & honeſtum verò ut in matrimonium contrahendum inter nos ex parte una, & inclytam puellam ALIONOREM ſororem præcellentis Regis Caſtellę & Legionis ex altera, cujus venuſtatem & prudentiam fama atteſtante cognovimus, propter antiquę conſuetudinis obſervantiam ſpecialem præbeamus aſſenſum, cùm ea quæ ex abundanti fuerint jus commune non lædant, nec per hoc obtentæ conſuetudini derogetur, ſed evidentiùs approbetur. Proinde notum fieri volumus univerſis, quòd non ſolùm ad patris noſtri domini HENRICI Regis Angliæ juſſum & conſenſum, & reverendiſſimæ matris noſtræ Alionoræ Reginæ Angliæ beneplacitum; ſed etiam volentes & ſpontaneè in dictum matrimonium noſtro nomine contrahendum, quantum in nobis eſt, per has literas noſtras patentes expreſsè conſentimus in ſtatu legitimę ætatis ad contrahendum, in quo

in quo nos exiſtere profitemur, ad hoc avunculorum & aliorum parentum noſtrorum, magnatom, & nobilium, cleri & populi totius regni Angliæ accedente conſenſu.

119. Hinc eſt quòd dilectum & ſpecialem noſtrum JOANNEM Manſell Cancellarium Londonenſem,ac Præpoſitum generalem, præfati patris noſtri ſecretarium,quem ejuſdem patris noſtri prudentia prælegit ad hoc negotium proſequendum, procuratorem noſtrum & nuncium conſtituimus ad matrimonium noſtro nomine contrahendom per verba de præſenti cum ante dicta nobili ALIONORA, prædicti Regis Caſtellæ & Legionis ſorore, & ad ea omnia agenda quæ in aſſenſu matrimoniis contrahendis fuerint neceſſaria: firmiter promittentes nos ratum & firmum habituros quicquid ſuper hoc nomine noſtro duxerit faciendum. Ad cujus rei ſecuritatem plenam damus eidem poteſtatem in animam noſtram præſtandi cujuslibet generis ſacramentum, quodcumque fuerit neceſſarium ad præmiſſum negotium proſequendum & complendum: & ſi fortè, quod abſit, prædictus Joannes Manſell,patris noſtri ſecretarius,in via deficiat, loco ſui dilectum & ſpecialem clericum noſtrum Joannem Clarell ſubſtituimus eidem in omnibus, eandem dantes poteſtatem circa prædictum negotium proſequendum, quam prædicto Joanni Manſell dedimus & præſcripſimus ſub forma ſuperiùs declarata. Cujus factum in præmiſſo negotio nomine noſtro proſequendo tenere firmiter promiſimus & obſervare, ac ſuper hoc inſpectis & tactis ſacroſanctis Euangeliis corporale præſtitimus ſacramentum.Datum apud Sanctum Macarium die Jovis in craſtino Beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Incarnationis Dominicæ MCCLIV.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Valentinæ diœceſis, editæ per Reverendiſſimum in Chriſto patrem Fratrem Andream de Albalato Epiſcopum Valentinum.

Nunc primùm edita ex veteri Cod. MS. aſſervato in archivo ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ.

ANNO CHRISTI MCCLV.

120. ANno Domini MCCLV. tertiâ feriâ poſt feſtum Sancti Lucæ,& mutata eſt Synodus in feria tertia poſt Dominicam de *Quaſi modo*. Nos frater Andreas divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, prout moris eſt, & à ſanctis Patribus conſtitutum, ſanctam Synodum celebrantes,

De forma interdicti imponendi.

121. IMprimis ſtatuimus, ut ſi aliquis clericus parochianum ſuum ob cauſſam legitimam ſupponere debuerit ſententiæ interdicti, hanc formam à Juro traditam ſervare procuret, quæ in ſequentibus continetur. Primò enim ipſum ter edictis legitimis admoneat. Deinde, ſi contumax fuerit, interdicti ſententiam in ſcriptis redactam, & cauſſam propter quam interdicatur in eiſdem inſertam, in ipſum proferat, exemplum ſcripturæ hujus teneatur perſonæ interdictæ tradere infra menſem poſt diem ſententiæ, ſi fuerit requiſitus; ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel literas teſtimoniales confici, ſigillo authentico conſignatas.

Ne clerici in civitatem intrent niſi bis in menſe.

122. ITem cùm ad aures noſtras conquerenter clamoſa inſinuatione religioſorum virorum, & aliorum plurium fide dignorum, tam parochianorum, quàm etiam aliorum, pervenerit, quòd rectores Eccleſiarum, & alii clerici, Valentinæ civitatis vicini, ingrediuntur civitatem frequentiùs quàm expediat & eorum deceat honeſtatem, illicitis & inhoneſtis ſe actibus immiſcendo, in animarum ſuarum, & parochianorum ſuorum diſpendium & jacturam; & ſic à ſervitio Eccleſiarum ſuarum nimium ſe ſubtrahunt & elongant, & Eccleſiæ debitis ſervitiis defraudantor, & parochiani aliquando plura incurrunt pericula, ſicut pro certo didicimus, & ipſi etiam clerici omiſſis horis canonicis multa committunt illicita in opprobrium ſui, & totius ordinis clericalis.

123. Nos huic morbo deſiderantes occurrere, & animarum languoribus providere; provida deliberatione ſtatuimus, ut deinceps præfati clerici, niſi bis in menſe, civitatem ingredi non præſumant, niſi cauſâ neceſſariâ fortè & inevitabili eos pluries intrare oporteat civitatem. Et quandocumque intrare debuerint, paro-

parochiis ſuis de miniſtris priùs provideant. Et cùm regnum Dei ante omnia ſit quærendum, eâdem die quâ in civitatem intraverint, ad ſuas Eccleſias revertantur. Si verò ex cauſſa eos ultra illam diem in civitate remanere oporteat; nobis vel officiali noſtro cauſſam exponant, propter quam moram trahere debeant longiorem.

124. Et ut negotiorum occaſione ſumpta, horas non omittant canonicas, volumus ut in Eccleſia Sanctæ Mariæ, quamdiu in civitate remanſerint, horis nocturnis & diurnis in decenti habitu procurent perſonaliter intereſſe, niſi legitimo impedimento fuerint impediti. Quòd ſi circa præmiſſa aliquid præſumpſerint attentare, arbitrio noſtro vel officialis noſtri gravi pœna noverint ſe puniendos.

De Conſueta, & tractatu ſeptem Sacramentorum.

125. ANno Domini MCCLVIII., feriâ tertiâ poſt feſtum Sancti Lucæ. Nos frater Andreas divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, in ſancta Synodo præſidentes, ea quæ inferiùs continentur duximus ordinanda. Imprimis ſtatuimus, quòd rectores Eccleſiarum parochialium civitatis & diœceſis Valentinæ habeant Conſuetam ſecundum conſuetudinem Valentinæ Eccleſiæ, per quam inſtruantur divinum officium uniformiter cum matrice ſua Eccleſia celebrare. Rectoribus autem Eccleſiarum exiſtentium in urbe & horta Valentiæ, Eccleſiarum Muri-veteris, Algeziræ, Xativæ, & Gandiæ, ſpatium ſex menſium à die ordinationis hujus numerandorum, aliis autem per diœceſim conſtitutis unius anni ſpatium concedimus; infra quæ ſpatia omnes hanc Conſuetam habeant: alioquin quilibet ex tunc ſolvat operi majoris Eccleſiæ decem ſolidos, duplicandos de menſe in menſem, donec Conſuetam prædictam habuerint, ſicut ſuperiùs eſt ordinatum. Idem per omnia dicimus, & ſub eadem pœna fieri mandamus, de tractatu ſeptem Sacramentorum edito per venerabilem Archiepiſcopum prædeceſſorem domini P...., Tarraconenſis Eccleſiæ in Synodo Ilerdenſi.

De forma baptiſmi.

126. ITem dicimus, quòd omnibus ſacramentis à clericis & laïcis magna exhibeatur reverentia, & ab ipſis ſacerdotibus populo prædicetur. Et quòd baptiſmus janua eſt omnium ſacramentorum, mandamus quòd cùm magna celebretur cautela, maximè in diſtinctione verborum & prolatione, in quibus tota virtus conſiſtit ſacramenti, & ſalus puerorum. Iſta enim verba ſemper proferre debet ſacerdos ſine aliqua ſyncopatione: Petre, vel Joannes, vel Antoni, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen. Semper nominando puerum vel puellam.

127. Et presbyteri moneant laïcos, quòd in neceſſitate, cùm timeatur de morte puerorum, poſſint pueros baptizare. Petre, vel Antoni, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen. Hoc idem poſſunt facere pater, & mater, cùm de vita pueri dubitatur. Et ſi vixerit puer taliter baptizatus, ad Eccleſiam deportetur, & ibi catechumenetur, & chriſmetur, ſed non rebaptizetur: quia ſuppleri debet cautè quod ex neceſſitate fuerit prætermiſſum. Nec in aliquo liquore baptizetur, niſi in aqua. Quòd ſi verba prædicta non eſſent prolata ut ſuperiùs dictum eſt, non dicatur aliquis baptizatus. Et ſi dubitaretur, utrum aliquis eſſet baptizatus, aut non; baptizetur; ſed ſacerdos dicat in prolatione verborum ſic: Si es baptizatus, non te baptizo; ſed ſi non es baptizatus, Petre, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen. Quia non debet fieri injuria ſacramento. Et pro baptiſmo aliquid non quæratur; ſed ſi datum fuerit, gratis recipiatur.

128. Fontes autem cum omni diligentia cuſtodiantur: ad plus de octo in octo diebus aqua ne putreſcat renovetur. Et caveat ſacerdos ne de aqua ſortilegia fiant. Et ultra duo compatres ad levandum puerum de ſacro fonte non admittantur; quia matrimonia impediuntur. Et illud presbyteri prædicent populo, quòd ſi maritus levat puerum de ſacro fonte, uxor quæ eſt in domo eſt commater, & è converſo. Illud autem non eſt prætermittendum, quòd quando laïci in neceſſitate baptizant pueros, ſacerdos debet quærere diligenter, qualiter laïcus dixerit verba; & ſi dixerit, ſeu invenerit, ut ſuperiùs dictum eſt; bene quidem: ſin autem baptizet: vel ſi mortuum fuerit, corpus quod baptizatum non reperietur, nullatenus tradatur Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

129. Chriſma verò & oleum infirmorum, & oleum catechumenorum ſub fideli cuſtodia teneantur, ne poſſint à malivolis uſurpari. Et quòd ſemper quolibet anno in ſancto die Jovis ſanctum Chriſma & oleum à ſolis Epiſcopis benedicantur; dicimus quòd ultrà die alia Chriſma vetus & oleum penitùs refutentur, & ponantur in lampade, vel in aqua currenti ampullæ laventur, & novum Chriſma & oleum apportetur. Et in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes, in qualibet parochiali Eccleſia generalis baptiſmus, ſi baptizandi fuerint pueri, celebretur, & mittantur perſonæ honeſtæ pro Chriſmate.

De confirmatione.

130. DE confirmatione in fronte, quando fit ab Epiſcopis, præcipimus quòd ſacerdotes moneant populum ad confirmationem, quòd poſt baptiſmum debet confirmationis ſuſcipere ſacramentum. Adulti & magni confirmandi confiteantur, & poſtea confirmentur; quia in ſacramento confirmationis confertur robur & gratia ut debilitetur penitùs inimicus. Et dicatur laïcis, quòd non exſpectent diu ad confirmandum adventum Epiſcopi;

pi; ſed ducantur pueri ad eum, vel vadant ubi adeſſe audierint propè, & quod poſſint mutare nomina in confirmatione.

131. Et eſt ſciendum, quòd ſoli Epiſcopi poſſunt confirmare, conſecrare virgines, Eccleſias dedicare, clericos ordinare, cruces, veſtimenta, calices, corporalia benedicere, & literas ordinationis dare, indulgentias facere, ſecundum canonica inſtituta. Illud autem ſciendum eſt, quòd ſacramenta Baptiſmi & Confirmationis nunquam iterantur. Etiam ſi baptizatus & confirmatus faceret ſe Judæum vel Sarracenum, & poſtea vellet redire ad Fidem Catholicam, non baptizaretur nec confirmaretur; quia ſufficit contritio in hac parte, cum reconciliatione Epiſcopi.

De confeſſione.

132. ITem quia pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium; præcipimus quòd ſacerdotes moneant populum, quòd ſi aliquis deliquerit mortaliter, recipiat pœnitentiam à proprio ſacerdote, ſeu confeſſore, vel à prædicatoribus, vel majoribus, quibus data eſt licentia audiendi confeſſiones. Et circa confeſſionem maximam curam habeant & cautelam, ſic ut diligenter inquirant peccata uſitata ſigillatim: inuſitata verò nonniſi à longè per circumſtantiam aliquam; ſic tamen, ut expertis detur materia confitendi. Et ſacerdotes quum debent audire confeſſiones, locum ſibi in Eccleſia eligant convenientem, ut communiter ab omnibus videantur; extra Eccleſiam verò nullus audiat confeſſiones, niſi in neceſſitate magna aut infirmitate. Præterea ſacerdotes ſemper in confeſſione audienda vultum habeant humilem, & oculos ad terram, nec facies reſpiciant confitentium, maximè mulierum, cauſâ debitæ honeſtatis; & patienter audiant quæ dixerint, in ſpiritu lenitatis eis compatiendo. Nec admirentur de commiſſis, quantumcumque turpibus, ſed eis pro poſſe ſuo perſuadeant, & pluribus modis, ut confiteantur integrè; aliter dicant eis nihil valere ad vitam æternam.

133. Audita autem confeſſione, ſemper confeſſor interroget confitentem ſi velit abſtinere à peccato omni; aliter enim non abſolvat, nec pœnitentiam injungat, nec deinde contingat. Moneat tamen ut interim agat quicquid boni poterit. Si non proponat confitens de cætero non peccare, non eſt ei pœnitentia injungenda. Et in injungendis pœnitentiis caveant ſacerdotes, quòd ſecundum qualitatem culpæ, & poſſibilitatem confitentium, eis injungant, quia ſecundum qualitatem culpæ debet eſſe quantitas pœnitentiæ. Alioquin quando minus eſt, requiretur ab eis, quia facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. Debent enim injungere jejunium, eleemoſynas, venias, orationes, peregrinationes, & hujuſmodi; & moneantur quòd jejunent Adventum, & Quadrageſimam, & dies Veneris & ſabbathis non comedant carnes, niſi in infirmitate conſtituti. Statuta jejunia obſervent, & feſtivitates colendas colant, decimas & primitias donent, & ad Eccleſiam libenter veniant, & jura dominis ſuis integrè perſolvant: aliter graviter peccarent. Et ſic paullatim ad id quod facere debent inducantur.

134. Item dicimus ſacerdotibus, quòd majora peccata reſervent majoribus ac diſcretioribus in confeſſione, ſicut homicidia, ſacrilegia, peccatum contra naturam, inceſtus, ſtupra monialium, vota fracta, injectiones manuum in parentes, & hujuſmodi. Proviſo tamen, quòd ſi peccata enormia fuerint publica, tranſmittant hujuſmodi pœnitentes pœnitentiario Epiſcopi, & in die Cineris ab Eccleſia expellantur, & in die ſancto Jovis introducantur, ſecundùm quòd in Eccleſiis cathedralibus dignoſcitur obſervari. Item incendiarios, verberatores clericorum, vel religioſorum, vel ſimoniacos, & qui portant arma Sarracenis, hæreticos credentes, fautores, receptores, & defenſores eorum, & fractores Eccleſiarum, omnes Epiſcopo tranſmittantur. In dubiis tamen ſacerdos ſemper conſulat Epiſcopum, & viros ſapientes, quorum conſilio certificati ſolvant ſecuriùs, ut licèt.

135. Item de furto, uſura, rapina, fraude, ſibi caveant ſacerdotes, ne pœnitentiam injungant, niſi priùs reſtituant quibus debent: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Nec ſacerdos aliquis Miſſas quas injunxit celebrandas, celebret; cùm non ſit debitæ honeſtatis, quòd pro illis trentenaria vel annualia celebrentur. In confeſſione ſibi caveant ſacerdotes, ne requirant nomina perſonarum cum quibus peccaverunt confitentes; ſed circumſtantias tantummodo & qualitates. Et nullus ſacerdos ira, odio, vel metu mortis in aliquo audeat revelare confeſſionem generaliter: quod ſi fecerit, deponatur. Item, quando ſacerdos audit confeſſionem infirmi, ſibi pœnitentiam innoteſcat, non injungat, niſi in peccato reſtitutionis; ſed dicat ei, quòd cùm ſanus fuerit ad ipſum revertatur; ſi verò obierit, roget Deum pro eodem; ne ſibi paretur laqueus tranſmigranti.

De extrema-unctione.

136. QUia extrema unctio quæ datur in extremis laborantibus nihil in Eccleſiis ſervabatur; dicimus, quòd de cætero omnibus in ægritudine conſtitutis tradatur à ſacerdotibus, & in Eccleſiis publicè prædicetur; & in ſancto die Jovis quilibet ſacerdos parochialis mittat pro oleo infirmorum, catechumenorum, & Chriſmate ſancto, tres ampullas, & cum omni magno honore & reverentia ſanctum oleum ad infirmum deferatur, & eos ungat ſacerdos cum magno honore, & orationum celebritate, quæ ad hoc ſunt inſtitutæ; & nihil inde penitùs exigatur, ſive à paupere, ſive à divite: ſed ſi quid gratis datum fuerit, accipiatur.

137. Illud tamen notandum eſt, quòd iſtud ſacramentum tantùm præſtatur adultis, & ſicut pœnitentia iteratur, ita & iſtud ſacramentum. Nec obligat aliquem, quoniam ſi convaluerit poſt unctionem non debeat accedere ad uxorem. Item mandamus, quòd ſacerdotes parochiales omnes habeant librum, in quo contineatur ordo extremæ-unctionis, catechiſmi, baptiſmi, & hujus qui dicitur *Manualis*, ſive *Ordinarium officiorum* Eccleſiæ, ſecundum modum qui obſervatur in Eccleſia majori.

De corpore Jeſu Chriſti.

138. Quia corpus Chriſti conſuevit dari infirmis, dicimus, quòd cum magna reverentia deferatur, cum lumine & campanella, & ſacerdos qui portaverit, induat ſuperpelliceum & ſtolam, & det infirmo: & ſi fortè infirmus facit vomitum, recognoſcat corpus, & non det ei; & cùm revertitur ad Eccleſiam non pulſetur campanella, niſi corpus portetur. Et moneant populum ſacerdotes, quòd cùm viderint corpus, vel audierint campanellam, omnes inclinent capita, vel genua flectant, ob reverentiam Jeſu Chriſti. Nec presbyteri permittant diaconos deferre corpus Chriſti, niſi in neceſſitate, cùm abſens fuerit ſacerdos. Sed ſemper ſacerdotes deferant cũ magna reverentia & maturitate in calice, vel in pyxide, multum honeſtè. Et dicant ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum litania pro infirmo, eundo & redeundo, & alias orationes ſecretè: ſic enim debitum ſolvat pro infirmo.

139. Item dicimus, quòd honor maximè exhibeatur altaribus, & maximè ubi corpus Chriſti reſervatur, & Miſſa celebratur: & in media parte altaris cum ſumma diligentia & honeſtate ſub clave, ſi fieri poteſt, corpus Chriſti cuſtodiatur. Item nulli clerico permittatur ſervire altari, niſi cum ſuperpelliceo aut cappa rotunda. Nec aliquis auſus ſit bis in die Miſſam celebrare, niſi ex magna neceſſitate, & tunc non recipiat in prima Miſſa poſt communionem vinum. Item dicimus, quòd nec aliquis præſumat Miſſam celebrare, niſi priùs matutinas dixerit canonicas & Primam aliqua neceſſitate. Et linteamina altaris & indumenta ſacerdotalla ſæpè abluantur ob reverentiam Jeſu Chriſti, & totiùs curiæ cœleſtis, quæ cum eo præſens eſt quotieſcumque Miſſa celebratur: calices, & unde infirmi communicant, decenter & mundè cuſtodiantur, ut devotiùs communicent infirmi; ampullas quoque vini & aquæ in miniſterio altaris mundæ & integræ habeantur, & una ab altera cognoſcatur.

140. Item prohibemus, ne ſacerdotes habeant ſecum prolem ad ſervitium altaris propter ſcandalum, ac de octo in octo diebus renovetur corpus Chriſti, ne ſui vetuſtate aliqui ab ejus devotione removeantur. Et ſi Eccleſia fuerit interdicta, ſacerdos ſecretò clauſis januis celebret, & renovet Euchariſtiam, & quod ſuperfluum invenerit cum ſumma diligentia recipiat. Item dicimus, quòd in primo *Memento* de ſacra ſacerdotes habeant memoriam pro benefactoribus vivis. Et in ſecundo pro mortuis. Et cùm inceperint *Qui pridie*, non ſtatim elevent manus altè, ſed ante pectus teneant donec dixerint: *Hoc eſt corpus meum*; & tunc elevent cantè, ita ut poſſit videri ab omnibus, quia tunc eſt ibi corpus Chriſti; & prædicetur populo quòd tunc omnes flectant genua, & adorent corpus. Et licèt totum Canonem debeant dicere cum diligentia & maturitate; ab illo loco: *Qui pridie*, uſque, *ſupra quæ propitio*, cum majori devotione & ſolicitudine præcipimus obſervari: quia omnia illa verba verè ſunt in ſubſtantiam ſacramenti.

141. Item dicimus, quòd vinum rubeum potiùs quàm album miniſtretur in calice propter aquæ ſimilitudinem, & purum, & bonum, & non ineptum, propter reverentiam Jeſu Chriſti. Item corporalia munda & nitida teneantur, ad modum vel morem Ciſtercienſium, fiant de cætero, ac etiam inſcidantur. Et ſi quid de ſanguine Domini ciciderit ſuper corporale, reſcindendum eſt ipſum corporale, & in loco reliquiarum honorificè reſervandum. Si ſuper pallas, caſulas, vel veſtimentum; abluatur in aqua, & partes illæ comburantur, & cinis in ſacrario reponatur. Et ſi muſca, vel aranea caſu contingente ſuper calicem ciciderit; ſi viva fuerit vel mortua, cautè extrahatur & comburatur, & cinis in ſacrario reponatur. Si autem infirmus recepto corpore vomitum fecerit, in vaſe aliquo reponatur, ſeu recipiatur; vel ſi vas haberi non poterit, & in terra vomitum fecerit; locus radatur, & totum in aqua projiciatur.

142. Tamen caveant ſacerdotes quum dant corpus, quòd quærant utrum infirmus conſueverit vomitũ facere; & ſervet quod ſuperiùs dictum eſt. Et etiam moneat, quòd ſi contigerit infirmum vomitum facere, in vaſe recipiatur. Item dicimus, quòd corpus Chriſti non tradatur iſtis qui ſuſpenduntur, vel debent juſtitiari, niſi impœnitos permittantur, uſque ad quatuor dies poſt ſumptionem ſacramenti, ob ſcandalum laïcorum; ſed ſi adorare voluerint adorent, & recognoſcant. Tradi autem poſſunt Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi fuerit de Principis voluntate. Miſſam verò ultra meridiem nullus cantet, niſi in vigilia Paſchæ; nec de nocte, niſi in Nativitate.

Quòd matrimonia cum honore celebrentur. Et ne fiant clandeſtina matrimonia. Et alia circa matrimonia.

143. Item quia matrimonium eſt apud omnes gentes, dicimus, quòd cum honore & reverentia celebretur in facie Eccleſiæ, non in riſu vel joco, ne contemnatur. Et per octo dies antè dicat ſacerdos in Eccleſia ſub pœna excommunicationis, quòd talis vult ducere talem in uxorem. Et ſi ſciunt impedimentum conſanguinitatis, vel adulterii, vel affinitatis carnalis vel ſpiritualis, veniant coram eo, aliàs

aliàs peccarent mortaliter, & non audirentur, niſi iofra illos octo dies dixerint quæ ſciunt. Et ſacerdotes quærant ad oſtiom Eccleſiæ ſi eſt aliquis qui ſciat impedimentum: & ſi dicatur non, deſponſet eos per verba de præſenti, recipiendo annulum primò in manu viſi, & dicat: Ego Petrus duco te, ſeu recipio te Bertam in uxorem, & trado me ipſum tibi in legalem virum. Et ponat ita annulum in quarto digito mulieris, dicendo ſic: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Eodem modo faciat uxor utdictum de marito, & ſic eſt matrimonium conſummatum.

144. Prohibeant ſacerdotes ne fiant claodeſtina matrimonia, nec deot ſibi ad invicem fidem de conttahendo matrimonio, niſi coram ſacerdote, & coram pluribus hominibus; quia ex hoc multa mala conſueverunt evenire. Item dicimus ſub pœna excommunicationis, ne ſortilegia fiant, nec maleficia, nec ligationes, quæ fiunt per maleficas mulieres: & qui ſciunt impedimenta matrimonii, dicant ſicut eſt, votum, ordinem, conſanguinitatem, affinitatem, diſparem cultum, compaternitatem, vel hujuſmodi: nec in caſu dubio ſacerdotes audeant perficere matrimonium Epiſcopo inconſulto, ſed ad eum ſemper referant omnes matrimonii quæſtiones.

145. Item præcipimus ſacerdotibus, ne aliquid exigant ante benedictionem nuptialem, nec ante ſepulturam, ſive pro matrimonio celebrando; ſed celebratis noptiis exigant fercula ſua, ſi neceſſe fuerit, vel mortuarium, quia poſt licitè facere poſſunt, conſuetudine tolerante. Item mandamus, quòd aliquis conjugum non intret religionem, vel recipiatur, Epiſcopo inconſulto. Item præcipimus ſacerdotibus, ut cùm aliquis confitetus eis ſe fidem dediſſe alicui mulieri de matrimonio contrahendo com ea, & poſt fidem datam cognovit eam, non dent ei licentiam contrahendi cum alia; quoniam ſequens carnalis copula cum illa cui fidem dederat matrimonium conſommavit. Nec interſint clandeſtinis matrimoniis, niſi in multorum præſentia: quia qui malè agit odit lucem.

146. Item mandamus ſacerdotibus, ne faciant nuptias ab Adventu Domini uſque ad feſtum Sancti Hilarii, & tunc faciant uſque ad Dominicam Septuageſimæ. Et ex tunc ceſſent uſque ad Dominicam de *Quaſi modo*. Et ex tunc uſqoe ad Domioicam de *Voce jucunditatis*, incluſivè, quæ præcedit feſtum Aſcenſionis, & tunc ceſſent continuè per tres ſeptimanas uſque ad Dominicam de Trinitate. Et ex tunc celebrent nuptias uſque ad Dominicam de Adventu. Hoc ptoviſo, quòd prima Dominica Adventûs, quæ inducit prohibitionem, intelligatur prohibita, & feſtum Sancti Hilarii, quod inducit permiſſionem, conceſſa intelligatur, & ſic de aliis. Item præcipimus, quòd mulieres votum non faciant, niſi cum magna deliberatione animi, & cum virorum aſſenſu & conſilio ſacerdotum.

De clericis ordinandis.

147. ITem quià in ordinibus recipiendis multa veniunt pericula, mandamus quòd quartâ feriâ quatuor Temporum omnes ordinandi Archidiaconibus ſe repræſentent, ut tam de vita, quàm de moribus, quàm de ſcientia, poſſit fieri ſcrutiniom diligenter. Utrum cantent, vel legant, vel loqui ſciant Latinis verbis, ſic quòd cum diligentia ſint examinati & probati die Veneris, & qualiter in domo Domini debeaot converſari. Et præcipimus, quòd ad ordines ſuſcipiendos, & ad Synodum honeſtè veniant, tam in veſtibus quàm in coronis, nec aliquid dent vel promittant Archidiaconibus, vel eorum clericis, vel Epiſcopo, vel clericis Epiſcopi, ut ordinentur, quia ſimoniacum eſſet.

148. Item aliquis non recipiat ordines, niſi fuerit nomen ejus ſcriptum in matricula Archidiaconorum, vel cum ſcientia ipſorum, quia excommunicatus eſſet. Item dicimus Archidiaconibus, ne præſentent clericos aliorom Epiſcopatuum ſine literis Epiſcoporum propriorum, quas tradant Epiſcopo, cum ſigillo pendenti: & nomina omnium clericorom qui fuerint ordinandi, tradantur Epiſcopo, & apud ipſum in matricula reponantur. Item dicimus, quòd religioſæ perſonæ, quæ habitum portant aliorum Epiſcopatoum, vel noſtri, non ſe præſentent ſine literis ſui majoris.

149. Item dicimus, quòd nullus præſentetor ad quartum gradum, niſi loqui ſciat Latinis verbis; & ut poſſint habere doctorum copiam, ſtatutum eſt, quòd ſemper in Cathedralibus Eccleſiis detur portio magiſtro Grãmaticæ. Item dicimos, quòd nullus ſacerdos habeat in domo ſua aliqua occaſione mulierum, niſi ſit mater, vel ſoror, aut eſſet perſona de qoa nulla ſuſpicio poſſit haberi. Item dicimus clericis habentibus Eccleſias, quòd portionarios non ponãt in Eccleſiis interdictum eſt Epiſcopo inconſulto, nec aliquis clericus ſit auſus recipere decimas, niſi per Epiſcopum. Item dicimus, quòd nullos faciat pactum aliquod patronis ſuper facto Eccleſiarum antequam ſit Epiſcopo præſentatus, nec admittatur aliquis ad prædicandum, niſi fuerit authentica perſona, vel ab Epiſcopo vel Archidiacono ſit miſſus.

Quòd exhortari debet populus ad dicendum orationem Dominicam, & Symbolum. Prohibetur ludus ad taxillos. Et de vigiliis, & exceſſibus, qui ibi fiunt, & de moribus.

150. EXhortamur ut ſæpè presbyteri moneant populum ad dicendum orationem Dominicam, & *Credo in Deum*, & Beatæ Virginis Salutationem, & quòd doceant filios orationem Dominicam, & *Credo in Deum*, & Salutationes Beatæ Mariæ, & in aliqua parte ſermonis aliquando expooaot populo Symbo-

bolum Fidei, & eis diligenter diſtinguant articulos Fidei, & confirment auctoritatibus & rationibus ſacræ Scripturæ pro poſſe & ſcientia ſua, propter laïcos inſtruendos, & hæreticos & corruptos Fidei confundendos. Item prohibemus univerſis clericis ludere cum taxillis, intereſſe ſpectaculis, vel choreis mulierum, intrare tabernas cauſâ potandi, vel ſine ſocio intrare domos mulierum ſuſpectarum, aut diſcurrere per vicos & plateas, & ire quotidie ad mercata quum nō ſubeſt cauſſa, nec ſuſpenſioni latronum, nec combuſtioni etiam aliquorum, vel ſanguinis effuſioni interſint.

151. Item moneant populum, quòd illi qui veniunt ad vigilias Eccleſiarum, cautè & honeſtè ſe habeant, nec permittant choreas facere in Eccleſiis vel cœmiteriis, nec in Eccleſiis fiant conjurationes aquæ ferventis, vel ferri candentis, vel aquæ frigidæ conjuratæ, quia omnia iſta ſuperſtitioſa ſunt penitùs, & contra Deum. Item nullus clericus fide-jubeat judæo, vel fœneratori, vel obliget calicem, vel veſtimenta, vel pallas altaris Judæis, vel libros. Item mandamus clericis, quòd immobilia non alienent aliquo caſu Epiſcopo inconſulto, & faciant inventarium de omnibus poſſeſſionibus Eccleſię, & ſcribant omnia in Miſſali; ut cùm Epiſcopus, vel Ordinarius, aliàs Archidiaconus, videre voluerint, meliorata inveniant. Nec aliquis faciat mutuum ſuper Eccleſias Epiſcopo inconſulto; quia ſatis eſt quòd clerici habeant reditus Eccleſiarum, & non obligent ſine cauſſa, quam Epiſcopus debet ſcire.

152. Item mandamus ſacerdotibus vel habentibus curam, quòd nullus renunciet niſi in manu Epiſcopi, & cum venerint ad Synodum perquirant parochias, & viſitent infirmos, & dent pœnitentias; eiſdem exponendo qualiter tenentur ire ad Synodum, & ſi interim morerentur ſine pœnitentia, non decedant, à qua Synodo cùm venerint non requiſiti viſitent infirmos, & faciant quod ſaluti animarum noverint expedire. Item mandamus, quòd quæſtores, quantumque portent literas domini Papæ, vel Archiepiſcopi, vel aliorum Epiſcoporum, non admittantur ad prædicationem, niſi expreſſas literas habuerint ab Epiſcopo; ſed ipſi ſacerdotes legant indulgentias, & exponant populo, quia in prædicatione hujuſmodi quæſtorum hæreſim intelleximus prædicari. Quomodo ergo prædicabunt niſi mittantur?

153. Item mandamus, quòd fratres prædicatores minores honorificè à clericis recipiantur. Item præcipimus, quòd ſi feſtum fuerit die lunæ, quod habeat jejunium, præcedenti ſabbatho jejunetur. Feſtivitates autem Sancti Franciſci, Dominici, ac Sancti Antonii, quas Sanctorum catalogo novimus ſcriptas, feſtivari præcipimus, & novem deinde fieri lectiones. Item præcipimus, quòd clerici pannos liſtatos non portent, nec manicas ſutitias, nec ſotulares roſtratos, & maximè presbyteri. Item mandamus, quòd in Quadrageſima dicantur ſemper novem lectiones pro defunctis, exceptis feſtivitatibus novem lectionum; diebus aliis feriatis tres, & ad horas Beatæ Virginis non ſedeant, neque ad *Magnificat*, nec *Nunc dimittis*, & *Benedictus*, & *Quicumque vult*, & ſemper adſurgant ad *Gloria Patri*. Et ubi plures clerici fuerint, ſemper unus levet pſalmos, & punctatis, ſine ſyncopa legant pſalmos ac lectiones. In feſtivitatibus verò duo cantent *Alleluia* honorificè & decenter, & ſemper cantetur *Gloria in excelſis Deo* in diebus Dominicis & feſtivis; exceptis Dominicis Quadrageſimæ & Adventûs. *Credo in unum Deum* nunquam cantetur, niſi in Dominicis diebus, & feſtivitatibus Apoſtolorum, & duplicibus feſtis: cauſâ tamen reverentiæ Dominæ noſtræ in ſabbatho cantari poteſt.

154. Item mandamus, quòd quilibet ſacerdos, cùm audierit obitum ſui parochiani, roget Deum pro eo, & quilibet portet ad Synodum nomen, ſive nomina clericorum, qui deceſſerunt in anno in ſua parochia, & ibi quilibet abſolvat eos; proceſſiones autem pro defunctis fiant ſemper diebus lunæ, niſi feſtum occurrerit novem lectionum. Item præcipimus, quòd quilibet ſacerdos cautè & diligenter inquirat in ſua parochia, quis malè vivit; & ſi invenerit eum, corrigat monendo ter vel quater; & niſi reſipuerit, interdicatur, ad majorem pœnam de conſilio Epiſcopi nihilominus proceſſurus.

155. Item mandamus, quòd quatuor Tempora mandent ſemper jejunari; quarum jejunium eſt primum in Adventu, ſecundum in Quadrageſima, tertium in feſtivitate Pentecoſtes, quartum in menſe Septembris; & poſſunt ſciri per hos verſus:

* Vult crux, Lucia, c... & verſmata dia, * *Verſus corrupti.*
Ut det vota pia, quarta ſequens feria.

Et jejunent in cibo Qadrageſimali. In diebus autem litaniarum poſſunt comedere caſeum & ova, Aſcenſionis vigiliâ exceptâ. Item ſacerdotes moneant populum quòd quilibet parochianus addiſcat ſalutationes Beatę Mariæ, *Pater noſter*, & *Credo in Deum*. Iſta mandavit dominus Archiepiſcopus Tarraconenſis obſervari in Synodo per eum celebrata in ſede Barchinonenſi, ſede vacante, anno Domini MCCXLI. in die Sancti Lucæ Euangeliſtæ.

Quòd rectores reſidentiam faciant in ſuis Eccleſiis perſonalem.

156. Item quia cùm Eccleſiæ diu eſſe non debeant ſine rectoris regimine, ne gregem Dominicum lupus rapax invadat; citamus talem & talem, qui ſine licentia noſtri ſe illicitè ſe abſentant, ut infra duos menſes, & alii abſentes infra ſex menſes, & alii qui ſunt præſentes infra duos menſes, ad ſuas Eccleſias redeant cauſâ reſidentiam faciendi, alioquin ex tunc ipſis cunctis noverint ſe privatos, niſi forſan coram nobis infra tempus dictum rationabilem cauſſam oſtenderint quare ibi non poſſint reſidere.

CON-

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Ilerdam.

In quo Jacobus Rex Aragonum confirmavit jura & privilegia omnibus ſuarum ditionum Epiſcopis, & cæteris Prælatis.

ANNO CHRISTI MCCLVII.

157. ANno MCCLVII. pridie Nonas Aprilis, Ilerdæ cùm Jacobus Rex Aragonum Pontifices & magnates ditionnm ſuarum congregâſſet pro ſtatu earum in melius reformando, & pace & trenga inviolabiliter obſervanda; rogatuſque fuiſſet ab Epiſcopis & aliis viris Eccleſiaſticis & religioſis, uti confirmaret eorum privilegia & immnnitates, ſive libertates; profeſſus imprimis ſe ſucceſſoreſque ſuos teneri ex debito regalis officii defendere Prælatos, & clericos, & religioſos homines, & bona eorum ſuis propriis ſumptibns & expenſis, eis conceſſit confirmationem quam poſtulaverant privilegiorum ſuorum.

158. Interfuerunt huic conventui Benedictus Archiepiſcopus Tarraconenſis, Bernardus Epiſcopus Helenenſis, Petrus Pampilonenſis, Arnaldus Cæſar-auguſtanus, B. Vicenſis, Dominicus Oſcenſis, Albertus Barcinonenſis, Petrus Gerundenſis, G. de Monte-catano electus Ilerdenſis, & B. de Olivella electus Dertuſenſis. Adfuerunt etiam Abbates, Rivi-pnllenſis, Populetenſis, Cuxanenſis, Montiſ-Aragonum, Sancti Joannis de Pinna, & Arnaldus Præpoſitus Tarraconenſis. Andreas Epiſcopns Valentiæ erat tunc Cancellarius Regis. Acta hujus confirmationis hìc ſubjicere viſum eſt ex Petro de Marca, qui ea exſcripſit ex archivo monaſterii Rivi-pullenſis.

159. IN Chriſti nomine. Sit notum cunctis, quòd cùm nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comes Barchinonæ & Urgelli, & dominus Monteiſ-peſſulani, & venerabilis Benedictus Dei gratiâ Tarraconenſis Archiapiſcopus, & Bernardus Elnenſis, Petrus Pampilonenſis, Arnaldus Cæſar-auguſtanenſis, B. Vicenſis, Dominicus Oſcenſis, Albertus Barchinonenſis, Petrus Gerundenſis Epiſcopi, & G. de Montecatano Ilerdæ, & B. de Olivella, Dertuſenſis ſcilicet electi, & frater Hugo de Johis militiæ Templi, & frater Geraldus Amici Hoſpitalis Hieroſolymitani magiſtri in Aragonia & in Catalonia, & Abbas Rivi-pullenſis, Populetenſis, de Cuxano, Montiſ-Aragonum, Sancti Joannis de Pinna, & Arnaldus Præpoſitus Tarraconenſis, & multi alii Eccleſiarum Prælati, viri religioſi, & clerici, Barones & milites, eſſemus in curia quam in Ilerdæ civitate celebravimus perſonaliter conſtituti pro ſtatu terræ noſtræ in melius reformando, & pace & tregua inviolabiliter obſervanda, dicti Archiepiſcopus, Epiſcopi, & Prælati, & magiſtri Templi & Hoſpitalis, & alii viri religioſi & clerici nos hnmiliter rogaverunt, quòd privilegia & libertates per nos & prædeceſſores noſtros eis conceſſas & conceſſa, & quædam alia quæ continentur inferiùs, deberemns eis concedere & etiam confirmare.

160. Nos igitur Rex prædictus prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, qui libertates & privilegia Eccleſiæ & viris religioſis tanquam viri Catholici conceſſerunt, & munificentias & donationes fecernnt, & labores volnntarii ſubierunt, nt qnietem Eccleſiis & ſubditis præpararent, concedimns & ſolenniter confitemur cnm hoc publico inſtrumento perpetuò valituro, quòd nos & ſucceſſores noſtri tenemur ex debito regalis officii defendere Prælatos, & clericos, & religioſos, & homines, & bona eorum noſtris propriis ſumptibus & expenſis; & ad hoc faciendum in præſenti nos aſtringimus, ſucceſſores noſtros relinquentes ad ſimilia obligatos.

161. Item nolumus quòd aliqnod præjudicium paretur Eccleſiis, vobis Archiepiſcopo, Epiſcopis, & Magiſtris, & aliis viris religioſis, & Eccleſiarum Prælatis, & clericis, vel hominibus veſtris, nec ſucceſſoribus veſtris, propter collectam pecuniæ quam nunc facitis hominibus veſtris pro tuitiona & defenſione noſtra & noſtrorum bonorum & hominum facienda. Item concedimos vobis quòd vicarii & bajuli noſtri jurent in poſſe Epiſcopi diœceſani publicè in præſentia populi quòd fideliter exerceant juſtitiam, & quòd propter hoc pecuniam non recipiant, & qnòd defendant vos, clericos, & homines veſtros, & veſtrorum & eorum bona viriliter & potenter.

162. Item concedimus vobis qnòd vicarii, bajuli, & ſubvicarii, & alii officiales noſtri jurent in poſſe Epiſcopi diœceſani obſervare treguas & paces, & quòd fideliter dent partem ſuam Epiſcopis, ſecundùm quod in inſtrumento pacis & treguæ pleniùs continetur. Et hoc jurent ſubvicarii in Aragonia; ita quòd ſubvicarii ſuum ſalarium recipiant conſuetnm, Epiſcopi autem nihil recipiant in Aragonia, cùm hoc non ſit de conſuetudine obſervatum. Item promittimus bona fide qnòd defendemus vos & alios

Præ-

Prælatos, & clericos, & viros religioſos, & homines & bona veſtra, & eorom, contra dapprædatores, & pacis & treguæ violatores, & quoſcumque alios vos vel ipſos contra juſtitiam aggravantes. Item promittimus quòd obſervabimus & faciemus obſervari paces & treguas, prout in forma ipſius pacis latiùs contioetur.

163. Item promittimus quòd emendabimus omnes injurias vobis & veſtris hominibus per nos. & noſtros factas, & reſtituemus ablata, & quòd vos nobis illud idem ſimilitet faciatis. Item promittimus vobis quòd perſequemur falſarios monetæ noſtræ, & ipſos prout juſtum fuerit puniemus. Item volumus & concedimus vobis quòd non exigatur à vobis, nec ab aliis Prælatis & clericis & viris religioſis in tota terra noſtra, vel in mari, leuda vel pedagium pro rebus veſtris & ad uſum veſtrum amptis tantùm; nec impediemus per nos. vel per alium quominùs poſſitis liberè res veſtras transferra per mare aut per terram ad quęcumque loca volueritis, niſi hoc prohiberetur propter ſterilitatem vel cariſtiam nimiam & evidentem terræ de blado per mare ad partes alias non portando. Per iſtud verò capitulum non intelligimus nec volumus quòd juri ſeu libertati domioi Archiepiſcopi vel Eccleſiæ Tarraconenſis in aliquo derogetur.

164. Item concedimus & confirmamus vobis, Eccleſiis & monaſteriis, locis religioſis, & aliis Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis, & clericis, & viris religioſis, & hominibus veſtsis & ipſorum, omnia privilegia & libertates per nos & prædeceſſores noſtros vobis & ipſis conceſſa, niſi talia eſſent privilegia quæ de jure vel de foro regni Aragonum eſſent merltò revocanda. Item concedimus qoòd vicarii vel ſubvicarii, bajuli .... vel noſtri non faciant quæſtam nec exactionem bladi, ovium, nec alterius cujuſcumque rei vobis vel aliis clericis ac viris religioſis, vel hominibus veſtris vel eorum. Et ſi fortè in aliquo iſtorum contrà facerent, promittimus vobis quòd nos illud integrè inſra duorum menſium ſpatium poſtquam requiſiti fuerimus, emendari & reſtitui faciamus. Item concedimus quòd cùm aliquis fuerit excommunicatus legitimè, in jodicio ad agendum non admittatur in foro ſæculari; ſed potiùs repellatur qnouſque ſuerit abſolutus. Item concedimus vobis Archiepiſcopo quòd ſit ſalvum jus veſtrum vobis & Eccleſiæ Tarraconenſi generaliter & ſpecialiter in omnibos ſupradictis, & ſit nobis jus noſtrum ſalvum ſimiliter in eiſdem.

165. Et ut ſupradicta omnia & ſingula majori gaudeant firmitate, juramus per Deum & hæc ſancta Del Euàngella corporaliter à nobis tacta, & per crucem Domini, qoòd omnia ſupradicta & ſingula obſervabimus & attendemus bona fide & ſine enganno, & obſervari etiam firmiter faciemus, & contrà non veniemus pet nos vel alium interpoſitam perſonam. Sic Deus nos adjuvet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Et ad omnia prædicta & ſingula firmitet obſervanda & complenda, volomus hæredes & ſucceſſores noſtros perpetuò obligatos. In teſtimonium autem præmiſſorum præſentem chartam ſigilli noſtri munimine ſeciinus roborari: Actum eſt hoc Ilerdæ II. nonas Aprilis anno Domini MCCLVII. S. Jacobi Dei gratiâ Regis Aragooom, Majoricarum, & Valentiæ, Comitis Barchinonæ & Urgelli, & domini Mootiſ-peſſulani. Teſtes ſuerunt Archiepiſcopus, Epiſcopi, & viri religioſi prædicti, Raymundus de Cardona, Raymundus de Montecatano, G. da Caſtro-novo, H. de Sexach ..... da Pocibus, B. de Sancta Eugenia, P. de Montecatano, Gaufiedus de Roca-bertino ...... de Caſtro-novo, Raymundus de Urgio. S. Michaëlis de Alcoario, qui mandato domini Regis pto domino fratre Andrea Epiſcopo Valentiæ Cancellario ſuo hoc ſcribi fecit loco, die, & anno præfixis.

EPISTOLA ALEXANDRI IV. PAPÆ

Ad Aprilem electum Epiſcopum Urgellenſem.

ANNO CHRISTI MCCLVII.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Aprili electo Urgellenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

166. Nuper te, tunc archidiaconum Salmantinum & cappellanum noſtrum, Eccleſiæ Urgellenſi tunc vacanti de fratrum noſtrorum coolilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in Epiſcopom præfecimus & paſtorem. Ne igitur aliquid contra id quod de te factum eſt à capitulo ipſius Eccleſiæ, per electionem de perſona alia faciendam, vel aliàs etiam quomodolibet prǽſumatur; decernimus ex nunc irritum & inane quicquid per eoſdem capitulum ſeu quoſcumque alios de Epiſcopatu prædictæ Eccleſiæ attentatum eſt hactenus vel in poſterum contigerit attentari. Datum Viterbii III. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

Ex archivo Eccleſiæ Urgellenſis apud Marcam. Hiſp.

NOTA STEPHANI BALUZII.

167. Cum Pontius Villamurius Epiſcopus Urgellenſis exceſſiſſet ex rebus humanis, Aprilis archidiaconus Salmanticenſis & cappellanus Papæ ei ſubſtitutus eſt ab Alexandro IV. Papa, literis datis Viterbii III. Idus * Octobris. Patet autem eum fuiſſe virum literatum, ac, niſi conjectura fallit, Romanæ curiæ ſequacem. Quo fit ut facilè mihi perſuadeam de eo agi in dialogo Gaufredi & Aprilis nuper edito in tomo quarto Analectorum viri clariſſimi Joannis Mabillonii. Aprilis, homo Hiſpanus, cùm videret literarum ſtudia, quibus vitam ſuam addixerat, nullam ſibi utilitatem attuliſſe in Hiſpania; cogitavit de curia Romana, ſperans Papam conſulturum ſtatui ſuo. Sic enim ait Aprilis in dialogo illo:

** Auguſti, ut eſt ſuprà pag. præcedenti, & paullo inferiùs.*

—— Studui luſtris ter quinque, nec ulla
Reſpondet meritis philoſophia meis.
Papa meos ſolus poterit relevare labores,
Et removere ſitim fonte perennis aquæ.
Credo quòd urbis apex, ſanctiſſimus ille virorũ,
Si me cognoſcat, non neget iſta mihi.
Ditat eos qui pauca ſciunt vir ſanctus, & à me
Forſitan excutiet pulveris iſtud onus.

Gallum eum fuiſſe putant Urgellenſes. In initio tamen iſtius dialogi ſcriptum eſt eum Hiſpana gente profectum; & in literis Alexandri Papæ traditur fuiſſe archidiaconus Salmanticenſis. Extinctus eſt anno MCCLXIX. & ſepultus in Eccleſia Urgellenſi XI. Kal. Novembris. Tum verò III. Non. Novembris electus in loco ejus eſt à canonicis Urgellenſibus Petrus de Urgio archidiaconus de Pratis in eadem Eccleſia.

EPISTOLA II.

Ad capitulum Urgellenſe.

De eodem electo.

ANNO CHRISTI MCCLVII.

Ex eodem archivo.

168. Debitum officii noſtri requirit, ut inter ſollicitudines alias quibus aſſiduè premimur, ſpecialiter circa Eccleſias ſolertiam adhibentes, ipſarum utilitatibus intendamus, in eo maximè ut ne paſtoris ſolatio deſtitutæ, longæ vacationis diſpendia patiantur, de talium celeriter noſtræ diligentiæ ſtudio provideatur ſubſtitutione paſtorum, per quos ſpiritualiter & temporaliter auctore Deo continuum ſuſcipiant incrementum. Sanè Urgellenſis Eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, nos, qui ex jugo Apoſtolicæ ſervitutis univerſis ſomus Eccleſiis obligati, volentes eidem Eccleſiæ, ne damna ex longa vacatione ſuſtineret, ſalubriter providere; dilectum filium magiſtrum Aprilem Urgellenſem electum, tunc archidiaconum Salamantinum & cappellanum noſtrum, virum utique literatum, morom honeſtate conſpicuum, conſilio providum, & in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, acceptumque nobis & noſtris fratribus, ſuæ merito probitatis, prædictę Eccleſiæ in Epiſcopum & paſtorem præfecimus de fratrum ipſorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis; ſperantes quòd ſua circumſpectione laudabili, & providentiâ circumſpectâ, Eccleſia ipſa tam circa ſpiritualia quàm temporalia gratis tribuente Domino proficiet incrementis. Ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem electum tanquam patrem & paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes, obedientiam ſibi & reverentiam debitam impendatis, ipſius monitis & mandatis ſalubribus humiliter intendendo. Alioquin ſententiam quam idem ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Viterbii III. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

LITERÆ

LITERÆ

De matrimonio Philippi Sancti Ludovici, & Iſabellis filiæ Jacobi Regis Aragonum.

ANNO CHRISTI MCCLVIII.

Ex ſchedis D. d'Herouval apud Acherium, Tom. XII. pag. 586.

169. Ludovicus Dei gratiâ Francorum Rex, univerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem. Noveritis quòd cum tractatus diverſi habiti fuiſſent ſuper matrimonio contrahendo inter chariſſimum filium noſtrum Philippum & Iſabellam filiam dilecti amici noſtri Jacobi Dei gratiâ illuſtris Regis Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comitem Barchinonenſem & Urgelli, & dominum Montiſ-peſſulani, poſtmodum idem Rex ad nos ſolennes nuncios procuratores ſuos miſit, videlicet venerabilem Arnaudum Barchinonenſem Epiſcopum, Guillelmum Priorem Beatæ Mariæ de Coneliano, & Guillelmum de Rocca-folio tenentem locum ipſius Regis in Monte-peſſulano: cum quibus habito diligenti tractatu, tandem nos & ipſi procuratores procuratorio nomine, tales conventiones inivimus.

170. Quòd idem Philippus filius noſter Iſabellam filiam dicti Regis Aragonum infra annum poſtquam ipſa duodecimum annum ætatis ſuæ compleverit, accipiet in uxorem, & ipſa eum accipiet in maritum, ſi ſancta Eccleſia in hoc conſenſerit, & dictus Rex Aragonum à domino Papa diſpenſationem obtinuerit infra duos annos ex nunc computandos ſuper gradu conſanguinitatis in quo ad invicem ſe contingunt, & etiam dicta Iſabella certo mandato noſtro infra inſtantem Nativitatem B. Mariæ, vel ipſa die corporaliter tradita fuerit apud Montẽ-peſſulanum, & niſi impedimentum deformitatis, vel turpis infirmitatis ante contractum matrimonium evenerit, vel evidenter apparuerit in aliqua perſonarum ipſarum.

171. Et nos quidem hanc conventionem volumus, & in hoc conſentimus expreſsè; qui vocato etiam coram nobis prædicto filio noſtro Philippo, præcipimus eidem, tanquam pater filio, ut hanc conventionem bona fide teneat & obſervet: qui præcepto noſtro voluntariè obtemperans, de conſenſu noſtro & voluntate, tactis ſacroſanctis Euangeliis, juravit bona fide quòd infra annum poſtquam dicta Iſabella duodecimum annum compleverit, ipſam accipiet in uxorem, ſi ſancta Eccleſia conſenſerit ſecundum conventiones antedictas. Similiter vice verſa prænominati nuncii & procuratores in noſtra præſentia voluerunt & conſenſerunt expreſsè pro ipſo Rege Aragonum, & vice ipſius nomine procuratorio, habentes ſuper hoc ab ipſo per patentes literas ſpeciale mandatum quòd dicta Iſabella filia ejuſdem Regis Aragonum prædictum Philippum filium noſtrum infra annum poſtquam ipſa duodecimum annum compleverit, accipiet in maritum, ſi ſancta Eccleſia in hoc conſenſerit, ſecundum conventiones prædictas; & ad hoc faciendum & procurandum iidem procuratores procuratorio nomine memoratum Regem Aragonum ſpecialiter obligârunt, & præſtito ab eis juramento ſuper ſacroſancta Euangelia; in animam dicti Regis Aragonum firmaverunt, ſpecialem ad hoc poteſtatem habentes, quòd conventiones ipſas idem Rex, quantum in ipſo eſt, bona fide ſervabit, tenebit, & complebit.

172. De dotalitio antem ſive donatione propter nuptias, eſt ſciendum, quòd idem Philippus filius noſter in contractu matrimonii aſſignare tenebitur ad uſus & conſuetudines Franciæ, præſatæ Iſabellæ, in dotalitium ſive donationem propter nuptias in terra plana abſque forteritiis, quintam partem totius terræ ſuæ, quam eidem daturi ſumus, prout ipſi filio noſtro melius expedire videbitur, niſi fortè contigerit eundem in regni dignitatem ſuccedere: quod ſi forſitan eveniret, idem filius noſter aſſignaret eidem Iſabellæ dotalitium prout ipſi filio noſtro videretur bonum eſſe.

In cujus rei teſtimonium præſentibus literis noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum apud Corbolium ſabbatho in vigilia Pentecoſtes, anno Domini MCCLVIII.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Fratris Arnaldi de Peralta Epiſcopi Valentini, ab anno MCCLXI. uſque ad MCCLXXIII.

Nunc primùm editæ ex veteri Cod. MS. aſſervato in archivo ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Valentinæ.

173. ANo Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, tertia die poſt feſtum Sancti Lucæ, nos frater Arnaldus divina miſeratione Epiſcopus Valentinus, prout moris eſt, & à ſanctis Patribus conſtitutum, ſanctam Synodum in Eccleſia Valentina celebrantes, ſtatuimus primò, ſeu imprimis, quòd nullus permittatur clericus alienus in Eccleſiis parochialibus vel aliis celebrare ſine licentia habita & obtenta à nobis, vel officiali noſtro, de qua licentia fidem faciat per literas patentes à nobis vel officiali noſtro ei deſuper conceſſas.

Quòd nullus quæſtor admittatur ſine literis Epiſcopi.

174. ITem ſtatuimus, quòd quæſtor aliquis, ſeu petitionarius, non admittatur ſine literis noſtris, vel officialis noſtri. Et tunc non admittatur ad alia, niſi ad illa ſolùm exponenda, quæ in ſuis literis indulgentiæ contineri inveniantur.

Quòd nullus clericus audeat recipere cappellaniam annualem, ſeu aliquas Miſſas, ſine licentia Epiſcopi.

175. ITem, quia cùm avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus, nonnullos clericos adeò excæcet, quòd non ſolùm non contenti terminis & ſtipendiis ſuis aliena qualitercumque habere ſatagunt; ſed ipſos etiam exponendo venales; propter quòd ſcandalum & indevotio creſcit in populo, & decreſcit ſeu minuirur clericorum honeſtas; ſtatuimus, quòd relicta quæ ad cappellaniam annualem, ſeu anniverſariam, ſeu ad certum numerū Miſſarum, ab aliquibus relinquuntur in ultimis voluntatibus, nullus clericus ſit auſus recipere, ſeu ſuper eiſdem pactum vel compoſitionem in diminutionem relictorum cum hæredibus, ſeu manumiſſoribus facere, ſine noſtro, vel noſtri officialis conſilio & mandaro. Volentes præmiſſa de conſilio noſtro in civitare, ſeu officialis noſtri, ut dictum eſt, fieri. In diœceſi volumus & mandamus, quòd fiat de conſilio & mandato rectorum ſeu vicariorum locorum ipſorum, ubi præmiſſa omnia relinquunrur. Quicumque verò in fraudem dictæ conſtitutionis aliquid attentare præſumpſerit, ab introitu Eccleſiæ per menſem noverit ſe ſuſpenſum.

De corona & coma clericorum.

176. ITem quia nonnulli clerici comas nutriunt ad modum laïcorum, clericali honeſtate relicta, & parum ſeu modicum de tonſura ſeu corona oſtendunt; ſtatuimus, quòd presbyteri, & diacones, & ſubdiacones, de cætero ſe faciant taliter tonſurari, quòd uſque ad medietatem auris, & non ultrà, pili ipſi protendantur. Coronam verò & tonſuram congruenter habeant, juxta formam à nobis vel officiali noſtro tradendam.

De tractatu ſeptem ſacramentorum.

177. ITem ſtatuimus, qnòd uſque ad feſtum proximum Nativitatis Domini quilibet clericus parochialis habeat tractatum ſacramentorum, quem Dominus P. bonæ memoriæ Tarraconenſis Archiepiſcopus edidit.

Ne aliquis ſepeliatur intra principales parietes Eccleſiæ.

178. ANno domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, tertià ferià poſt feſtum Sancti Lucæ, ſextodecimo Kalendas Novembris, nos frater Arnaldus divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, prout moris eſt, à ſanctis Patribus ſtatutum, ſanctam Synodum in Valentina Eccleſia celebranres; ſtatuimus imprimis. quòd ſi quis rector ſepelierit infrà principales parietes Eccleſiæ aliquam perſonam, niſi de illis de quibus canonicè eſt licitnm ſepelire, ſine mandaro Epiſcopi; ipſo jure ſit privatus Beneficio dictæ Eccleſiæ. Et ſi alii clerici, qui in deſpectum hujus conſtitutionis, hanc conſtitutionem ſcientes, & memoriæ habentes, dictæ ſepulturæ prohibitæ interfuerint; ipſo facto ab introitu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi.

Ne aliquis clericus interponat laïcum in ſui promotione.

179. Item ſtatuimus, quòd ſi quis clericus in promotione ſuorum ordinum, per ſe vel per alium interpoſuerit laïcum pro ſua promotione obtinenda ordinum prædictorum, vel aliquis clericus alius pro prædicta promotione facit rogare laïcos, volentes per importunitatem ad ſacros ordines promoveri; tam ipſe, quàm ipſi clerici ſcientes hanc præſentem conſtitutionem, & memoriȩ habentes eandem, ipſo jure ſint excommunicati. Sed hæc conſtitutio non duret niſi per triennium, nec pœna ejus.

De vino Judæorum non bibendo.

180. Item ſtatuimus, quòd ſi quis clericus bibit vinum Judæorum in domibus ipſorum (quod omnino fieri prohibemus) ipſo facto ſit excommunicatus, ſi hanc prȩſentem conſtitutionem ſciverit, vel recoluerit. Item qui eorum vinum ſcienter emerit, niſi tempore neceſſitatis, noſtræ ſubjaceat ultioni.

De teſtamentis & manumiſſoribus.

181. Nos frater Arnaldus divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, circa commiſſum nobis gregem debitum officii paſtoralis invigilantes, & quantum noſtræ fragilitatis poſſibilitas ſuſtinet, debitam ſolicitudinem adhibentes; cùm zelus animarum ipſarum conſideratione aſſidua nos commoveat & conſtringat; quia ex frequenti multorum clamore ad noſtram pervenit notitiam, quòd quædam turpis impietas & peccatum horribile in civitate & diœceſi noſtra adeò inoleverit, quòd quaſi in conſuetudinem ſit redacta: manumiſſores enim & exſecutores teſtamentorum, quorum ab ipſis teſtatoribus fides eligitur, & ſuorum teſtamentorum, ſeu cujuſlibet ultimæ voluntatis continetur exſecutio, ſuarum animarum ſalutis immemores, abjecta etiam præſentis ſtatus honeſtate, & omni verecundia ac rubore poſtpoſitis, propriis commodis inhiantes (quæ veriùs incommoda dici poſſunt) illud modicum, quod ipſi defuncti pro ſuis reſtituendis injuriis, vel ob modum & remedium animarum ſuarum, ad pias cauſſas reliquerunt, aliquando ſubticent & occultant, & in proprias burſas convertunt; aliquando etiam novos modos & occaſiones quærunt, & quomodo poſſunt diutiùs ipſas pecunias ad uſus proprios retinent, ſupponendo frequenter aliquos querelantes, & ipſorum occaſione aſſumptis & habitis advocatis, in quos etiam ipſas conſummaverunt pecunias, eiſdem de alieno gratificari. Volentes, ut cùm proprias cauſſas habent, & gratis ſine ſalario eis patrocinium præſtent, & ſic diu propter ipſorum advocatorum facundiam ſeu malitiam cauſſa protrahitur, & teſtamentorum exſecutio retardatur, & penes ipſos manumiſſores pecunia retinetur, & occaſione hujus in ultimum expenſarum legata diminuunt & defalcant: plures etiam fraudes & malitias, prout certè didiſcimus, adhibent & excogitant circa iſta.

182. Conſiderantes igitur, quòd nihil magis debetur hominibus quàm ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redditur ad arbitrium; cùm ad noſtrum ſpectet officium curam gerere circa complendas & exſequendas voluntates deficientium; volentes circa prædicta ſalubrem adhibere medelam, & prædictis malitiis obviare; communicato religioſorum virorum, & aliorum ſapientiorum conſilio, adhibita deliberatione provida; monemus generaliter, & in ſcriptis univerſos civitatis & diœceſis Valentinæ manumiſſores & exſecutores teſtamentorum & ultimæ voluntatis cujuſlibet, tam clericos quàm laïcos, cujuſcumque dignitatis & conditionis exiſtant, qui prædicta non ſolverint legata, quorum à morte teſtatoris annus eſt elapſus, quòd infra feſtum Purificationis Beatæ Mariæ proximum; alii verò quorum annus nondum eſt elapſus, infra ipſius anni ſpatium, mandatum teſtamentorum quantumcumque ad reſtituendas injurias, & prædicta legata, ad pias cauſſas ſolvendas ſtudeant adimplere: vel ſi fortè ex cauſſa neceſſaria ab ipſis fuerint retinenda; ſaltem ipſas pecunias, aut res mobiles, vel ſe moventes, quæ eſſent tempore perituræ, ſine omni fraude vendi præcipimus.

183. Quas quidem pecunias, & alias quæ ad manus devenerunt ipſorum manumiſſorum, in æde ſacra deponant, ut omnem occaſionem & cauſſam retinendi, ſeu indebitè conſumendi ipſas pecunias, ſive res, & ſuſpicionis materiam à ſe prorſus abjiciant & excludant; ut cùm ipſi, vel aliqui amici, conſanguinei, vel familiares ipſorum, nullum ſentient commodum de ipſis pecuniis ſive rebus adimplendis, defunctorum voluntates promptiores exiſtant. Alioquin cùm jam præmiſſa non poſſimus ſub diſſimulatione & conniventibus oculis pertranſire; ne ipſorum peccata noſtra facere videamur, niſi infra prȩdictum tempus alterum de prædictis implere curaverint, ex nunc ut ex tunc in perſonas ipſorum excommunicationis ſententiam promulgamus; ad alias pœnas canonicas, ſi ipſorũ contumacia & rebellio hoc exegerit, nihilominus proceſſuri.

184. Eâdem ſententiâ involvi volumus omnes illos qui fraudem vel malitiam adhibuerint, quominus ipſæ pecuniæ ſive res ad ipſos perveniant, & à manibus eripiantur hæredum: ſub deteſtatione divini judicii præcipientes eiſdem, & in ſuorum peccatorum remiſſionem injungentes, quòd circa eas exigendas & habendas, ſolicitudinem & diligentiam, quam potuerint & debuerint, adhibere procurent. Nos enim ipſis circa præmiſſa noſtrum conſilium ſive auxilium ſine difficultate qualibet

libet dare promittimus, ot debemus, quomodocumque ab ipſis fuerimus requiſiti.

185. Futuri autem manumiſſores, niſi infra annum, ſeo exſecutores à morte teſtatoris, juxta voluntatem ipſius, injurias reſtituerint, & legata ad pias cauſſas perſolverint, vel ſaltem, ut prædiximus, in eadem ſacra æde poſuerint, ſtaiim poſt annum eâdem ſententiâ ſint ligati: ut ſic remoto obſtaculo, quod impedit, vel ſuſpendit ipſam ſolutionem fieri legatorum, voluntas defuncti citiùs & liberius impleatur. Quia freqoeuter, ut prædiximus, prædicti manumiſſores, occaſione advocatorum, prædicta legata diminuuut & conſumunt, quos dicunt eſſe exſecutores teſtamentorum & defenſores, cùm deberent dici potiùs deſtructores, eo quòd voluntatem defuncti ſcienter & malitiosè impediunt & retardant.

186. Qui voluntarios labores debemos appetere ut quietem aliis præparemos; eligimus certum & ſpecialem dare patronum & advocatum omnibus teſtamentis, certum ſalarium de menſa noſtra conſtituendo eidem qui circa prædicta ipſa teſtamenta & ultimas voluntates iu jure defendat. Et volentes circa præmiſſa omnem fraudem, malltiam, & ſuſpicionis materiam amputare; juramentum ab ipſo recepimus, quòd excuſſis manibus ab omni munere, & qualibet illicita pactione, ſine omni malitia & diffugio, nihil tamen de contingentibus quantum ad juris ſcientiam omittendo, iplis manumiſſoribus patrocinium præſtet, quandocumque ab ipſis fuerit requiſitus.

De pluralitate cappellaniarum.

187. ANno Domioi MCCLXII. nos frater Arnaldus divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, ſicut juris eſt & conſuetudinis approbandum, ſanctam Synodum celebrantes; quia iutelleximus quòd aliqui clerici civitatis & diœceſis noſtræ temporalia ſpiritualibus præponentes, in grave plurimorum & ſuarum periculum animarum, ac diminutionem divini officii, plures cappellanias recipiunt, & ad earum ſervltium ſe aſtringunt, cùm tamen ad unlus ſervitium vix ſufficientes exiſtant; zelantes, ac providere volentes, quòd divina officia honeſtè ac modo debito celebrentur; provida deliberatione ſtatuimus, quòd aliquls clericus habens in civitate vel diœceſi cappellaniam perpetuam, vel etiam temporalem, nullatenus ſe obligare præſumat ſimul & ſemel ad alterius cappellaniæ ſervitium faciendum. Quod ſi fecerit, & præſentis conſtitutionis tranſgreſſor aliam recipiat ſimiliter tamporalem ipſo facto, ſit utrâque privatus. Reliqui verò clerici & ſacerdotes, qui ad aliud quodcũque, non tamen ſucerdotale officiũ faciendum, ex debito ſunt aſtricti, cappellanias in eadem Eccleſia in qua prædictum exercent officium, vel in aliis Eccleſiis cappellanias temporales, ſine noſtra vel officialis noſtri licentia aliquatenus recipere non attentent, ſi canonicam cupiunt ſugere ultionem.

Quòd clerici non ſint faciles ad jurandum.

188. NOS frater Arnaldus &c. ſtatuto & ſolito tempore ſanctam Synodum celebrantes, quia pro certo inveuimus quòd multi clerici civitatis & diœceſis Valeutinæ, ordinis honeſtate & maturitate depoſitis, ita ſe faciles exhibent ad jurandum, quòd cùm quoſcumqoe contractus obligationis cum quibuſcumque perſonis ineunt, ſub religione juramenti ſrequenter ſe obligant ſtatutis temporibos ſoluturos; & poſtmodum ſuæ ſalotis immemores, aliquaudo ex indigentia, aliquando ex ſonte avaritiæ, propoſitis terminis ipſa debita ſolvere non procurant, & ſic labem perjurii incurrentes, juxta ſtatuta canonica Beneficiis reddunt Eccleſiaſticis ſe indignos, propter quod aliquando grave ſcandalum eſt exortum.

189. Volantes hujuſmodi vitium & pravum uſum de noſtra civitate & diœceſi exſtirpare, & eiſdem clericis tollere materiam deliuquendi; provida deliberatione ſtatuimus, ne uſque ad annum continuum, & completum, à die præſenti, ipſorum clericorum aliqui in quocumque contractu jurare præſumant ſine noſtra licentia ſpeciali. Quicumque autem hoc attentare præſumpſerit, ſi in noſtra civitate vel diœceſi Eccleſiaſticum obtinet Beneficium, ipſo facto ab eodem Beneficio noverit ſe privatum. Si verò Beneficium nullũ habeat, & io ſacris ſit ordinibus conſtitutus, ſententiam excommunicationis, quam iu tranſgreſſores præſeotis conſtitutionis ex nuuc fecimus, ipſo facto ſe noverit iucurſurum.

Ne clerici emant poſſeſſiones ſuis ſpuriis de bonis Eccleſiarum.

190. ITem qoia invenimus quòd plures clerici noſtræ civitatis & diœceſis de bonis Eccleſiæ cui præſont emunt poſſeſſiones & immobilia ad opus filiorum ſuorum, quos debent prorſus à ſe alijicere, ſi ordinis honeſtatem atteuderent; cùm tamen deberent potiùs emere & acquirere ad opus Eccleſiarum, à quibus bona ſuſcipiunt; cùm nullus tam proximus hæres exiſtat, quàm Eccleſiæ quarum dominio ſociantur; volentes huic morbo ſalobri remedio obviare; provida deliberatione ſtatuimus, ne aliquis clericorum civitatis & diœceſis deinceps hujuſmodi ſpuriis alioua immobilia de bonis Eccleſiæ, vel quæ ipſius intuitu ad eos pervenerant, emere audeat; cùm aliquid talibus emi vel donari non deberet, qui eſſent potiùs diſtrahendi, quibus ne dum de bonis Eccleſiaſticis, ſed etiam de aliis bonis paternis omne Beneficium denegatur, tam à Jure canonico quàm civili.

191. Quicumque autem præſentis conſtitutionis auſu temerario ſe conſtituerit trangreſſorem, ipſo facto Beneficio, quod iu civitate vel diœceſi obtinet, ſit privatus, cujuſcumque dignitatis vel conditionis exiſtat. Si verò Beneficium

cium Eccleſiaſticum nullum habeat, & in ſacris ſit ordinibus conſtitutus; ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

Ne laïci egrediantur de Eccleſia in diebus Dominicis & feſtivis, antequam Miſſa perficiatur.

192. ANno Domini MCCLXVIII. nono Kalendas Novembris, nos frater Arnaldus divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, prout moris eſt, & à ſanctis Patribus conſtitutum, ſanctam Synodum in Valentina Eccleſia celebrantes; ſtatuimus imprimis, ut moneantur laïci, quòd qualibet die Dominica & diebus feſtivis non egrediantur de Eccleſia donec fuerit corpus Chriſti receptum à ſacerdote, & Miſſa fuerit completa.

De luſoribus ad aleas & taxillos.

193. ITem ſtatuimus, quòd ſi clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, ſive beneficiatus exiſtat, ſive in civitate, ſive in diœceſi, ad aleas & ad taxillos luſerit, vel ad quemcumque alium ludum cum taxillis; ipſo facto pœnam quinque morabetinorum incurrat: & ſi à tempore requiſitionis ipſorum morabetinorum eos non ſolverit, infra decem dies decernimus eum excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Caveant autem clerici, ne ludo taxillorum interſint, ſi canonicam voluerint effugere ultionem.

De pœna clericorum ſe inebriantium.

194. ITem cùm ſit cautum in Jure, quòd clerici à crapula & ebrietate debeant abſtinere, & nonnulli clerici civitatis & diœceſis vacantes comeſtionibus & potationibus, ſe inebrient impudenter, & eorum ebrietas cedat in grave ſcandalum plurimorum; ſacra comprobante Synodo ſtatuimus, quòd ſi quis clericus de cætero ebrius inveniatur, pœnâ decem ſolidorum multetur; nullam ſuper hoc miſericordiam habiturus: & nihilominus, ſi monitus non deſtiterit, ad pœnam canonicam procedetur.

De veſtibus inhoneſtis.

195. ITem cùm multi clerici in indumentis & veſtibus non ſe gerant honeſtè, prout in Canonibus eſt ſtatutum; ſtatuimus, quòd clerici pannis rubeis, viridibus, & croceis in clhamydibus chori longis, & colorum ſimilium non utantur, nec in veſtibus ponant erminium, nec aliqua ſuperflua, nec etiam inhoneſta. Sacerdotes verò parochiales & alii ſacerdotes, clauſa deſuper deferant indumenta, & in Eccleſia, & extrà non utantur cappis tranſverſeriis, ſed cappis rotundis, vel mantellis. Alii verò clerici in ſacris ordinibus conſtituti, cappis tranſverſetiis à ſe prorſus abjectis, utantur ſimiliter cappis rotundis vel mantellis.

196. Volentes tamen parcere ſumptibus & expenſis propter aliquorum indigentias; toleramus, ut jam factis ſumptibus utantur à præſenti die uſque ad annum. Verùm ſi interim aliqui aliquas veſtes novas fecerint, faciant prout ſuperiùs eſt jam dictum vel ſtatutum. Quòd ſi aliquis hujus conſtitutionis fecerit ſe tranſgreſſorem, ſi clericus fuerit alterius diœceſis, & in noſtra diœceſi commoretur, ipſo facto per annum exſulet extra diœceſim, nullam ſuper hoc miſericordiam habiturus. Alii verò clerici noſtræ diœceſis veſtes perdant, & nihilominus contra illos ad aliam pœnam procedetur, ſi hoc meruerit protervitas contumacis.

197. Item cùm multoties, tam in Synodis quàm in viſitationibus Eccleſiarum, clericos duxerimus commonendos, ut abjectis à ſe penitùs concubinis, honeſtè viverent, ut deceret; nec propter hoc multi ex ipſis ſe curaverint emendare; ſtatuimus, quòd quicumque fuerint inventi publici concubinarii à tempore obſidionis Murciæ, vel de cætero poterint inveniri; ipſo facto triginta morabetinorum pœnam incurrant, & nihilominus in deteſtationem peccati, filios qui de cætero de tam damnato coïtu generabuntur, diſtrahendos eſſe cenſemus.

De concubinis clericorum, & luſoribus non celandis.

198. ITem ſtatuimus, quòd quilibet clericus parochialis circa parochiam ſuã ſolicitè vigilet & intendat; & cùm ſciverit aliquem clericum concubinarium, ſeu luſorem, vel concubinam alicujus clerici alterius parochiæ in ſua parochia, ſtatim curet Epiſcopo nunciare: quod ſi non fecerit, ipſo facto pœnam quinque morabetinorum incurrat, nullam ſuper hoc miſericordiam habiturus.

De armis probibitis clericis.

199. ANno Domini MCCLXIX., decimo Kalendas Novembris, nos frater Arnaldus divina miſeratione Epiſcopus Valentinus, prout moris eſt, & à ſanctis Patribus conſtitutum, ſanctam Synodum in Valentina Eccleſia celebrantes, ſacra approbante Synodo ſtatuimus, quòd conſtitutiones ſuper veſtibus rotundis, & ſuper ludo taxillorum jam editæ, ab univerſis clericis noſtræ diœcaſis inviolabiliter obſerventur. Item quia per frequentes clamores, tam clericorum quàm laïcorum, ad noſtras aures pervenit, quòd clerici ſuæ honeſtatis & Eccleſiaſticæ ſimplicitatis obliti, arma portant diverſorum generum, & ſignanter coſtalarios, & gladios majores quàm laïci (propter quod tam in clero quàm in populo magnum ſcandalum generatur) ſacra approbante Synodo ſtatuimus, quòd de cætero non portent de die neque de nocte coſtalarios, neque cultellos, ultra midam in foro conſtitutam, nec etiam alia arma. Permittimus tamen quòd in

itinere

ſtiuere conſtituti portent enſem pennatum vel Segovianum publicè; quæ tamen còm in quacumque fuerint villa, ſtatim immediatè cùm fuerint in hoſpitio deponant. Quòd ſi ſecus fuerit attentatum; & arma perdant & pœnam quindecim ſolidorum de die, & viginti de nocte, ipſo facto incurrant; ſuper hoc nullam miſericordiam habituri.

De armis non portandis Sarracenis. Et de monitione facienda manumiſſoribus non complentibus teſtamenta.

200. ITem præcipimus univerſis clericis civitatis, & aliis prope mare conſtitutis, ut diebus Dominicis & feſtivis denuncient excommunicatos omnes illos qui portant arma, ferrum, & lignamina, & alias res prohibitas Sarracenis. Et etiam manumiſſores teſtamentorum, qui non ſolverunt injurias & relicta ad pias cauſſas, juxta ordinationem per nos factam, & in Synodo promulgatam.

De luſoribus ad aleas & taxillos, & denunciantibus eos.

201. ANno Domini MCCLXXIII. nono Kalendas Novembris, nos frater Arnaldus divina miſeratione Valentinus Epiſcopus, prout moris eſt, & à ſanctis Patribus conſtitutum, ſanctam Synodùm in Valentina Eccleſia celebrantes, ſacra approbante Synodo ſtatuimus, quòd conſtitutiones per nos factæ circa honeſtatem clericorum inviolabiliter obſerventur.

202. Recolentes autem olim ſalubriter ſtatuiſſe, ne aliquis clericus in civitate & diœceſi Valentina ad aleas ludere præſumat, vel ad ludum aliquem taxillorum; & quòd violatores ipſius conſtitutionis pœnam quinque morabetinorum ipſo facto incurrant; volentes adhibere remedium, quòd ipſa conſtrictiùs & firmiùs obſervetur; præfatæ conſtitutioni adjicimus, quòd ſi quis aliquem tranſgreſſorem conſtitutionis prædictæ nobis vel officiali noſtrò denunciaverit, ita quòd probari poſſit, tertiam partem de pœna prædicta habeat, conſtitutione prædicta nihilominus in ſuo robore duratura.

De veſte rotunda.

203. ITem quia nobis conſtat, quòd conſtitutio quam olim feciſſe recolimus, quâ cavetur quòd clerici parochiales, & alii ſacerdotes civitatis & diœceſis Valentinæ rotundis utantur veſtibus, quas portant exteriùs, & honeſtis, non ſervatur ab omnibus, ut deceret; ex quo læditur clericorum religio & honeſtas; præſertim cùm videantur hoc facere in contemptum, ex quo reddunt ſe notabiles de inobedientia manifeſta; volentes ipſam in ſuo robore permanere & ſtrictiùs obſervari, eandem ad omnes diacones ejuſdem civitatis & diœceſis, & ad alios etiam in ſacris ordinibus conſtitutos Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, extendi volumus. Adjicientes eidem, quòd quicumque deinceps ſuperiorem veſtem portaverit non rotundam, ipſa veſtis ipſo facto fabricæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis applicetur. Et ſi quis infra decem dies à tempore mandati ſuper hoc recepti ipſam veſtem fabricæ non dederit; ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

204. Et ut meliùs nobis conſtare poſſit de illis qui ſe reddiderint contemptores; ſtatuimus, quòd clerici parochiales civitatis & diœceſis circa hoc diligenter vigilent, & ſi qui fuerint in ſuis parochiis non ſervantes conſtitutionem prædictam, ipſos nobis vel officiali noſtro manifeſtare procurent. Statuentes nihilominus, quòd ſi quis eorum circa hoc inventus fuerit negligens vel remiſſus, pœnam quinque morabetinorum incurrat, prædictæ fabricæ ſimiliter applicandam, nullam ſuper hoc miſericordiam habiturus.

205. Volentes etiam ab ipſis clericis parochialibus firmiter obſervari; præcipiendo mandantes, quòd clericos, quos conſtitutionem de luſoribus factam, & iſtam de portandis rotundis veſtibus, ſciverint non ſervare in ſuis Eccleſiis, nullatenus celebrare permittant, aliis pœnis eiſdem conſtitutionibus contentis ſe noverint ſubjacere.

Quòd oratio Dominica alta voce cantetur.

206. ITem quia intelleximus quòd multi ſunt in noſtra civitate & diœceſi qui ignorant orationem Dominicam, ſcilicet, *Pater noſter*; ſeu ipſam perfectè non ſciunt; & ſunt pauciſſimi qui ſciant *Credo in Deum*, in quibus multùm conſiſtit noſtræ Fidei fundamentum; volentes in prædictis eos initiari & ſalubriter edoceri; ſtatuimus, quòd deinceps clerici in ſuis Eccleſiis in Completorio & in Prima prædictas orationes proferant alta voce diſtinctè, ac etiam ſpatioſè, monendo parochianos ſuos, quòd dum dictæ orationes dicuntur, ſuos animos applicent, & diligenter intendant, exponentes eiſdem quanta ſit utilitas quòd hoc ſciant, & quantum ſcire tenetur quilibet Chriſtianus.

De publicatione publicorum adulterorum.

207. ITem olim excommunicationis ſententiam per bonæ memoriæ Andream prædeceſſorem noſtrum contra publicos adulteros civitatis & diœceſis Valentinæ editam, & etiam publicatam per nos poſtmodùm, tam in Synodis, quàm in noſtris prædicationibus publicatam, & hactenus obſervatam, ad memoriam reducentes; quia invenimus quòd aliqui ad ſua pallianda peccata eam conabantur & conantur ſuis mendaciis in dubium revocare; eandem iterum approbantes, & etiam innovantes, nihilominus ad æternam rei memoriam in jam dictos excommunicationis ſententiam

tiam promulgamus, mandantes clericis parochialibus, quòd ſi quos in ſuis parochiis ſciverint prædicto crimine adulterii publicè laborantes, nullo ſuper hoc exſpectato mandato, eoſdem excommunicatos denuncient diebus Dominicis & feſtivis, auctoritate noſtra & conſtitutionis præſentis, quam inviolabiliter mandamus obſervari.

MATRIMONIUM

Initum per procuratores inter Fernandum filium Regis Caſtellæ, & Blancham Regis Franciæ filiam.

ANNO CHRISTI MCCLXVI.

Ex ſchedis domini d' Herouval, apud Acherium, Tom. XII. pag. 593.

208. Univerſis præſentes literas inſpecturis frater Joannes Martini de ordine fratrum Minorum, Gadicenſis electus, & Henricus dictus Tuſcanus miles ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quòd ſuper matrimonio contrahendo inter donnum Fernandum Primogenitum ſereniſſimi domini noſtri Alphonſi Dei gratiâ electi in Regem Romanorum, necnon & Caſtellæ, Toleti, Legionis, Gallęciæ, Sibil. Cordub. Murc. Giem. & Alguarb. Regis illuſtris, per nos nuncios & procuratores ab ipſo domino Caſtellæ Rege dicto, & donno Fernando ejus filio, ſuper hoc ſpecialiter & legitimè conſtitutos procuratorio nomine contrahentes, & dictum Regem ac filium ſuum in modum ſubſcriptum obligantes, & excellentiſſimum dominum Ludovicum, Dei gratiâ Regem Franciæ illuſtrem, & dominam Blancham filiam ſuam, habitæ ſunt conventiones in hunc modum, videlicet quòd idem dominus Rex Caſtellæ tenetur procurare & facere bona fide, quod donnus Fernandus ejus filius, quando ad annos nubiles pervenerit, matrimonium contrahet per verba de præſenti cum prædicta domina Blancha, & quòd in facie Eccleſiæ ſolennizabitur inter eos, ſi tamen in hoc matrimonio Eccleſia ſancta conſenſerit; dummodo deformitas, ſeu turpis infirmitas, vel aliud impedimentum rationabile non appareat in aliqua perſonarum ipſarum ante contractum matrimonium inter ipſos.

209. Tenetur etiam procurare & facere bona fide, quòd dictus donnus Fernandus in præſentia nuncii ſeu nunciorum, ſi quem vel quos ad ipſum dominum Regem Caſtellæ idem Rex Franciæ voluerit deſtinare, cùm ad nubiles annos dictus donnus Fernandus pervenerit, matrimonialiter conſentiet in eandem dominam Blancham per verba de præſenti.

210. Et inſuper procuratorem ſufficienter inſtructum mittet in Franciam idem dominus Rex Caſtellæ, qui vice & nomine ipſius donni Fernandi in præſentia ipſius domini Regis Franc. per verba de præſenti conſentiet in eandem dominam Blancam; & portabit ſecum literas ipſius donni Fernandi conſenſum hujus continentes expreſſum, unà cum literis authenticis, de conſenſu hujuſmodi facientibus plenam fidem.

211. Qui etiam procurator conſenſum recipiet dictæ dominæ Blanchæ, & tunc tenetur idem dominus Rex Franc. procurare bona fide, quòd dicta domina Blancha filia ſua conſentiat per verba de præſenti matrimonialiter in eundem donnum Fernandum.

212. Quibus completis idem dominus Rex Franc. procuratoribus & ſolennibus nunciis ipſius domini Regis Caſtellæ, & dicti Fernandi filii ſui ad hoc ſpecialiter deputatis, tradi faciet in Francia dictam dominam Blancham, per ipſos unà cum nunciis ſuis apud Lotronium perducendam. Et quòd infra octo dies poſtquam illuc venerit, ſolenniter matrimonium inter perſonas prędictas, idem dominus Rex Caſtellæ facere & procurare tenetur.

213. Tenetur autem idem dominus Rex Caſtellæ dare in dotalitium dictę dominæ Blanchæ uſque ad valorem viginti milium marabotinorum annui redditûs in locis infraſcriptis; videlicet Lotronio, caſtro de Navaret, caſtro & villa de Nazaro, villa Sancti Dominici de Calciata, caſtro & villa de Belforado, Burgis civitate: & ſi contingeret quòd id quod idem dominus Rex Caſtellæ habet in prędictis locis, non ſufficeret ad ſummam dotalitii prędicti, tenetur reſiduum quod defuerit aſſignare eidem dominę Blanchæ alibi in locis vicinioribus locis prædictis & commodioribus dictæ Blanchæ.

214. Nos verò procuratores jurandi in animam ipſius Regis Caſtellæ poteſtatem habentes, nomine procuratorio promiſimus, præſtito juramento in animam dicti domini Regis Caſtellæ, ipſum dominum Regem Caſtellæ facturum & procuraturum firmiter & fideliter quod præmiſſæ conventiones pro ipſo domino Rege Caſtellæ, & dicto donno Fernando filio ſuo initæ efficaciter compleantur.

215. Conſenſimus & promiſimns vice & nomine dicti Fernandi dictæ dominę Blanchę couſenſum & promiſionem hujuſmodi recipienti, quòd dictus Fernandus quando ad nubilem ætatem pervenerit, per verba de preſenti conſentiet in eandem dominam Blancham, & ipſam recipiet in uxorem. Et dicta domina Blancha filia ipſius domini Regis Franciæ, in hoc conſenſit, & nobis couſenſum & promiſſionem hujuſmodi recipientibus vice & nomine prædicti donni Fernandi, promiſit per juramentum ſoper hoc pręſtitum, quòd quando dictus donnus Fernandus ad nubilem ætatem pervenerit, ipſa conſentiet per verba de pręſenti matrimonialiter in eundem donuum Fernandum coram nunciis ipſius domini Regis Caſtellæ, & pręducti donni Fernandi tunc ſpecialiter ad hoc miſſis; dum tamen idem donuus Fernandus per verba de præſenti tunc conſentiat in eandem, & de conſenſu ſuo certitudinem ſecerit, ſecuudùm modum ſuperiùs memoratum, & inſuper ipſum recipiet in maritum.

216. Actum eſt etiam quòd per dimidium annum ante quam nuncii domini Regis Caſtellæ mittantur in Franciam pro dicta domina Blancha apud Lotroniſi perducenda, ut dictum eſt, dictus dominus Rex Caſtellę plenam & ſufficientem certitudinem faciet in Francia ipſi domino Regi Franciæ, & dicte domine Blanchæ de ætate dicti donni Fernandi; ita quòd ipſi certi efficiantur, quòd idem donnus Fernandus annos habebit nubiles quando dicti nuncii venerint in Franciam pro dicta domina Blancha quęrenda.

217. Iuſuper certiorabitur idem Rex Franciæ & filia ſua Blancha, qua die debebunt eſſe Pariſiis dicti nuncii per quindecim dies ante adventum eorum, & dictus dominus Rex Franciæ tenetur tradere ipſam filiam ſuam dictis nunciis infra quindecim dies poſtquam venerint Pariſiis.

218. Per has autem conventiones tenetur idem dominus Rex Franciæ dare filię ſuæ prędictæ in maritagium decem millia librarum Turonenſium in pecunia numerata, ſolvenda procuratoribus & nunciis ſolenniter miſſis ab eodem domino Rege Caſtellæ, ad dictam dominam Blancham apud Lotronium, ut dictum eſt, perducendam, ac habentibus nihilominus ab ipſo domino Rege Caſtellæ ſpeciale mandatum ad recipiendam pecuniam memoratam.

219. Et ſi fortè contingeret, quòd dicta domina Blancha ſuperviveret dicto donno Fernando, liceret ei ſi vellet redire liberè in Franciam, & haberet integraliter id quod dictus dominus Rex Franciæ in maritagium ei dedit, & dotalitium ſuum ſuperiùs dictum, ſecundùm conſuetudinem regni Caſtellæ.

220. Has quidem conventiones omnes & ſingulas promiſit, & tenetur dictus dominus Rex Franciæ, quantum ad ſe pertinet, adimplere fideliter & ſervare: ad hoc ſpecialiter obligans ſe & ſuos hæredes.

221. Nos verò S. tit. Sancte Cæciliæ presbyter Cardinalis & Apoſtolicæ ſedis Legatus, Odo Rotomagenſis Archiepiſcopus, Radulphus Ebroicenſis, & Guido Antiſſiodorenſis Epiſcopi, qui interfuimus omnibus premiſſis ad requiſitionem nunciorum & procuratorum prædictorum, ſigilla noſtra, unà cum ſigillis dictorum nunciorum & procuratorum, duximus apponenda in teſtimonium præmiſſorum. Actum & datum apud Sanctum Germanum in Laya in vigilia Beati Michaëlis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto.

CONTRACTUS MATRIMONII

Inter Sancium filium Regis Alphonſi & Guillelmam filiam Gaſtonis Vice-comitis Bearnenſis.

ANNO CHRISTI MCCLXX.

Ex membranis D. d'Herouval. apud Acherium Tom. VIII. pag. 245.

222. NOverint univerſi præſentem paginam inſpecturi, quòd nos Alphonſos Dei gratiâ Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Gallæciæ, Sibillæ, Cordubæ, Murciæ, Guienni, Algarbæ. Et nos domina Oſolaut Regina Caſtellæ & Legionis, promiſſiones & pacta habita inter nos & domnum Gaſtonem Dei gratiâ Vice-comitem Bearnenſem, dominum Montiſ-cathani & Caſtri-veteris, & dominam Matham Vice-comitiſſimam Bearn. & Marcianem, de uno filiorum noſtrorum, videlicet Infante domino Sancio, vel Infante domino Petro, quem ad hoc præ elegerimus, dominæ Guillelmæ filię domini Gaſtonis, & dominæ Mathæ ejus uxoris, matrimonialiter conjongendo contenta in quodam inſtrumento ſigillato ſigillis meis, domini Gaſtonis & dominę Mathæ, confecto in Lucronio octavo idus Fabruarii Erâ milleſima trecenteſima octava, per manum Petri Garcię Toletani:

cujus

Digitized by Google

cujus inſtrumenti prędicti prima linea incipit: *Noverint univerſi*. & ultima linea finit: *ſupradictorum ſcripſi*, rata & firma habemus ac etiam confirmamus.

223. Itam notum facimus omnibus præſentibus & futuris, quòd prędictus dominus Infans Sancius filius noſter electus à nobis ſpecialiter ad iſtud matrimonium contrahendum, & prędicta domina Guillelma inter ſe matrimonium contraxerunt in hęc verba: Ego Infans Sancius accipio vos domnam Guillelmam uxorem meam, & promitto quòd ſemper habebo & tenebo vos pro mea uxore legitima. Et ego Guillelma accipio vos domnum Infantem Sancium in meum maritum, & promitto quòd ſemper habebo & tenebo vos pro meo marito legitimo: & ambo, ſcilicet domnus Sancius, & domna Guillelma, hoc præſtito ſacramento, ad ſancta quatuor Dei Evangelia firmaverunt, nobis prędentibus, & huic matrimonio & ſacramento voluntatem noſtram pręſtantibus & aſſenſum. Actum eſt hoc Burgis in camera noſtra quarto nonas Aprilis Erâ milleſima trecenteſima octava.

224. In quorum omnium pręmiſſorum nos domnus Rex & Regina in hac chartha teſtimonium contentorum ſigilla noſtra pręſentibus duximus apponenda. Teſtes hujus rei ſint infans domnus Fernandus noſter primogenitus, domna Conſtantia Abbatiſſa de Cannas, domnus Lupus Didaci de Viſcaya, & domnus Didacus Lupi frater ejus, domnus V. Lupi de Salczedo, domnus Amicus Petri de Coires, domnus Janfredus de Loaiſa, domnus Garzias Arnaldi de Novaliis, domnus Bernardus de Contiliis, domnus Gullielmus Raymundi Doazeto, domnus G. Arnaldi de Morlana, dominus Joannes Alphonſi archidiaconus Sancti Jacobi & electus ejuſdem loci, domnus Fernandus Abbas de Xetes, domnus Bernardus de Albos, & plures alii.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Bernardo Archiepiſcopo, celebratum anno MCCLXXIX. ad procurandam canonizationem Raymundi de Penna-forti, paucis retrò annis vita functi.

225. Tarracone in Aragonia ad ſeptimum Idus Decembris Bernardus Tarraconenſis Archiepiſcopus, Arnaldus Barcinonenſis, Bernardus Gerundenſis, Raymundus Auſetanus, qui ſe Vicenſem cognominat, Guillelmus Ilerdenſis, Petrus Urgelitanus, Arnaldus Dertoſanus, Petrus Cæſar-auguſtanus, Jacobus Oſcenſis, Jaſpertus Valentinus, Epiſcopi; item Abbates & alii Prælati Concilium celebrârunt. Ex ejus decreto literis enixè Nicolaum Pontificem interpellârunt, ut Raymundi Penna-fortii, viri ſanctiſſimi, memoria, ſuâ certâ deſtinataque ſententiâ, religione omnium conſecraretur, aræque ei inter divos ritu ſolenni ſtatuerentur; utpote cujus viri ſanctitas inſigni tunc ſplendore apud omnes præfulgeret. Nihil tunc in gratiam illorum concedere voluit Nicolaus, quòd Rex Petrus à Procida ſeductus jam turbas Italiæ moliretur, neque cenſum Romanæ Eccleſiæ pendere vellet. *BZOVIUS ex Surita, & in collectione Labbeana.*

MARTINI II. PAPÆ

Sententia excommunicationis contra invaſores regni Siciliæ.

ANNO CHRISTI MCCLXXXII.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

226. Cogit nos temporis qualitas, & nequitia plurium deteſtanda ſolicitat, ut infra ſcriptorum prædeceſſorum noſtrorum geſta*, quæ pleniùs in archivo conſervantur Eccleſię ipſius provideri quieti cautiùs ſtudeamus. Sanè felicis recordationis Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter, culpas graves, immo graviſſimas ac multiplices, ac manifeſtos exceſſus quondam Friderici olim Imperatoris Romanorum, propenſi

penſi maturitate conſilii, recti judicii cenſurâ dijudicans, eique ſecundùm prava ſua opera reddens, ipſum honore Imperii, regno Siciliæ, ducatu Apuliæ, ac principatu Capuæ, generali ſuper hoc congregato Lugdunenſi Concilio approbante, ac juſtitia exigente, privauit, prout in univerſalem mundi notitiam non eſt dubium deueniſſe: nec ab eadem creditur veriſimiliter alienum, qualiter Fridericus ipſe acuto ſuperbiæ ſpiritu, quamquam ſic dignè depoſitus, ſic juſtè privatus, ſententiæ hujuſmodi priuationis prolatæ in eum pertinaci animo parere contemnens, regnum & Imperium ſupradicta, poſt ejuſdem prolationem ſententiæ, occupata detinere præſumpſit.

227. Qualiter autem poſt iam dicti Friderici obitum quondam Conradus natus ejus, paternæ maliriæ imitator, dictum regnum præſumptuoſis auſibus occupavit, & tandem prædicto Conrado humanis rebus exempto, quondam Manfredus olim Princeps Tarentinus, ejuſdem nt dicitur Friderici filius, qui etiam abſque privatione prædicta non injuſtè legitimæ ſucceſſionis participium perdidit, quia ipſum partus legitimus non agnovit, utpote de dannabili commiſtione ſuſceptum, ad occupationem prædicti regni temerarias & occupatrices manus extendit. Gravibus ergo & enormibus admodum per potentiam, & malitiam eorundem injuriis irrogatis Eccleſiæ, ipſaque in ſuis afflicta multipliciter fidelibus, reſpexit Altiſſimus ſponſam ſuam, & convertens illi nubilum in ſerenum, ſceleſtam prædicti Friderici domum, quæ conſueverat quantumvis malis abundare perſonis, ſic penè redegit in nihilum, ſic illam jacturâ multimodæ diſſipationis oppreſſit, ut de ipſa non ſcintilla unica remaneret.

228. Conradinus videlicet, Conradi filius ſupradicti, qui, cùm in eo malitia ſuppleret ætatem, ipſeque annorum ſuorum curricula nequitiâ ſuperaret, progenitorum ſuorum nefarios actus ſequens, ac illorum profanas iniquitates amplectens, mentiſque ambitioſæ vitio imperium expetens, ſibi regnum intitulando Siciliæ, ſe ipſius regni Regem denominare temerè præſumebat: & cum nonnullis Eccleſiæ inimicis Lombardis, Thuſcis, Marchianis, & Apulis, præcipuè de regno profugis, prælibato, fraudulentis ſe implicando commerciis, in urbe Lombardia, Thuſcia, & per alia diverſa loca, ſuas diſſeminare literas præſumebat, ſub expreſſione ſui proprii nominis, & præmiſſæ intitulatis temerè ſigillo regiæ majeſtatis impreſſas, per quas commovere populum, concitare gentes, ac turbare pacem Eccleſiæ nitebatur, in ipſius Eccleſiæ, ac chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Siciliæ Regis illuſtris grave præjudicium & diſcrimen. Unde piæ memoriæ Clemens Papa prædeceſſor noſter, cùm ſibi de his evidentiùs conſtitiſſet, diligenter attendens multam ipſius Conradini malitiam, & ſuorum conatuum perverſorum volens obviare principiis, certum habuit contra eum in hac parte proceſſum, prout vidit rationabiliter expedire, ac negotii qualitas perſuaſit. Demum præſato Conradino ſublato de medio, eidem regno pax rediit, aurora tranquillitatis illuxit, ſedatis turbationibus, & fluctibus, quos ipſius Conradini prava ſtudia ſuſcitârant.

229. Sed ſicut nuper non ſine multa turbatione, fide dignorum relatu percepimus, nonnulli protervè aſſurgentes, ad noſtram necnon Eccleſiæ dictique Regis turbationem & ſcandalum aſpirantes, in prędicto regno ignem turbationis emortuę reaccendere moliuntur, ad id ſua ſtudia iniquè congerunt, ad id ſuarũ virtutum potentiam coacervant, manus præſumptuoſas apponunt, & etiam occulti favoris auxilium largiuntur. Teſtatur hæc inter cætera horrendi ſceleris feralis immanitas de novo in civitate Panormitana patrati, ubi ſic debacchatus eſt gladius, ferrum infremuit, furor incanduit, rabies inſanivit, manus truculenta deſæviit, quòd, ſicut rumor mœſtus enunciat, non ſuffecit virorum ac mulierum multitudinem inibi cædi dari, niſi & hi, quos nondum in lucem natura produxerat, maternis apertis uteris necarentur, trucidarentur innati, & deliteſcentibus viſceribus genetricum impiæ prę̨focationis exitium ferretur.

230. Quia ergo prefatum regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam ſpectare dignoſcitur, ſuique juris & proprietatis exiſtit, ac propter hoc nos, qui unà cum Eccleſia ipſa medullitùs in hac parte contingimur, & quaſi cujuſdam acerbę punctionis aculeo excitamur; volentes tam gravibus hujuſmodi malorum initiis, prout poſſumus, obviare; ne tam horrenda principia convaleſcant, pręſente hac fidelium multitudine copioſa, de fratrum noſtrorum conſilio, univerſos & ſingulos, cujuſcumque præeminentię, dignitatis, conditionis, aut ſtatûs, monemus attentè, diſtrictè pręcipientes eiſdem, ne in prędicti regni, vel ejus parte, nos & eandem Eccleſiam & prefatum Sicilię Regem, qui prędictum regnum ab eadem tenet Eccleſia, per ſe, vel per alium, aut alios, moleſtent, ſeu impetant, aut perturbent, occupando vel invadendo hoſtiliter, ſeu occupari vel invadi hoſtiliter faciant regnum ipſum, vel aliquam partem ejus.

231. Pręcipimus inſuper univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, ſpecialiter autem Marchionibus, Comitibus, baronibus, civitatibus, communitatibus, & univerſitatibus caſtrorum, villarum, & aliorum quorumcumque locorum Italię, & maximè juriſdictioni temporali Eccleſiæ Romanę ſubjectis, ne prędictis in occupatione, vel invaſione hujuſmodi prorſus intendant, & ne cum armis, vel ſine armis, ad turbandam in prędicto regno pacem ejuſdem Romanę Eccleſię, ac pręfati Regis Sicilię in eadem, pręſtent eis occupatione vel invaſione prędictis conſilium, auxilium, ſavorem, publicè vel occultè, & ne ſuper hoc ſocietatem, conjurationem, aut fœdus aliquod ineant cum eiſdem.

232. Si qui autem contra monitionem & prece-

pręcepta noſtra pręmiſſa, per ſe, vel per alium, aut alios quoſcumque, dolo, fraude, arte, vel machinatione fecerint, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatûs, excommunicationis ſententiâ, quàm ex nunc in illos proferimus, ipſo facto ſe noverint innodatos. Civitates quoque & communitates quaſlibet, quæ contra monitiones & præcepta noſtra prædicta, quocumque dolo, fraude, ingenio, arte, vel machinatione venire præſumpſerint, Eccleſiaſticæ ſententiæ interdicti, quam ex nunc in illos proferimus, volumus ſubjacere. Apertè quoque prædicimus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis inferioris gradûs Prælatis, quòd ſi contra monitionem & pręcepta noſtra præmiſſa, vel eorum aliquod, venire tentaverint, nos eos omni Eccleſiaſticæ dignitatis honore; cæteros autem clericos non prælationis officium, ſed dignitatis forſitan, vel perſonatûs, aut alicujus Eccleſiaſtica Beneficia obtinentes, & obtentis privare curabimus, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout nobis facti qualitas ſuggeret, & juſtitia ſuadebit.

233. Laïcis verò cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, & præcipuè juriſdictioni temporali Eccleſiæ Romanæ ſubjectis, denunciamus expreſsè, quòd ſi contra monitiones & præcepta noſtra hujuſmodi, per ſe, vel per alium, ſeu per alios temerè veniendo, ea non curaverint obſervare; nos tantæ temeritatis audaciam non intendentes relinquere impunitam, ipſos feudis, & aliis omnibus, quæ à prædicta, & aliis Eccleſiis ac perſonis Eccleſiaſticis obtinere noſcuntur, privare, & vaſſallos eorum, quos habent, à fidelitatis juramento, quo tenentur, eiſdem reddere penitùs abſolutos, & perſonis eorum citra mortis, & mutilationis periculum expoſitis, ad expoſitionem bonorum eorundem procedere, Deo auctore curabimus, prout eorum culpæ exegerint, & videbimus expedire.

234. Cæterùm quia prædicta civitas Panormitana, & nonnulla caſtra, ſeu villæ illarum partium, contra præfatum Regem Carolum, qui regnum ipſum ab eadem tenet Eccleſia, rebellionis ſpiritum aſſumpſiſſe dicuntur: nos circa illa nolentes in hoc juris rigorem obſervare, ſed uti potiùs manſuetudinis lenitate, quam in actibus noſtris libenter amplectimur; intendentes ac volentes eadem ab hujuſmodi erroris initio paternis ſtudiis revocare; comitatibus, civitatibus caſtrorum, ac villarum prædictarum diſtrictè præcipimus, ut, ſublato cujuslibet difficultatis & dilationis objectu, ad noſtra mandata, & Eccleſiæ, ac Regis prædictorum redire procurent.

235. Eiſdemque Comitibus diſtrictè præcipimus, ne prædictos moleſtatores, & turbatores, occupatores, ſeu etiam invaſores, aut dantes eiſdem in prædictis conſilium, auxilium, vel favorem, in civitatem, caſtra, & villas, ſeu diſtrictus eorum, quovis modo recipiant, vel receptent, nec ipſorum, vel alicujus eorum dominio vel regimine quovislibet ſe ſubmittant; neque ipſis, vel eorum alicui, contra nos & eandem Eccleſiam ac Regem prædictum in ea, impendant in prædictis conſilium, auxilium, vel favorem, publicum vel occultum. Nos enim confœderationes ſeu colligationes quaslibet, ſi quæ inter communitates eaſdem, vel ipſos & quoſcumque alios, initas vel factas ſuper occupatione, vel invaſione prædictis, penitùs diſſolventes, ac juramenta de illis ſervandis, vel alio quocunque modo, prędictis hinc inde pręſtita, relaxantes omnino, comitatibus ipſis apertè prędicimus, quòd niſi pręmiſſa curaverint quantocyùs adimplere, contra eos & civitates & caſtra & villas eorum ſpiritualiter & temporaliter, auctore Domino, procedemus, quod pœna dicente cognoſcere poterunt, quàm ſit temerarium & ſuperbum mandatis Apoſtolicis contraire, ut aut &c.

Datum apud Urbem-veterem in platea dictę majoris Eccleſię, in die Aſcenſionis Domini, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

P R O C E S S U S

Habitus contra Petrum Regem Aragonum anno Domini MCCLXXXII. indictione XI.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

236. LOnga retrò ſeries, ipſiuſque diffuſa narratio, cui vix tempora multa ſufficerent, tędio grandi nimium audientes afficeret, ſi quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, poſterorumque ſuorum culpas horrendas, & exceſſus infandos, ab ipſis contra Deum & contra Romanam Eccleſiam commiſſos; ac proceſſus perinde per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ritè habitos contra ipſos, pœnaſque illis juſtè indictas repetitio ſerioſa narraret. Ideoque ſumma rerum faſtigia, prout imminentium caſuum neceſſitas exigit, abſque ſeductionis injuria materia patitur, decrevimus proſequenda. Et quidem communem non credimus latere notitiam, qualiter felicis recordationis Innocentius Papa IV. prędeceſſor noſter, memoratum Fridericum, qui ſe per eoſdem ſuos exceſſus & culpas innume-

meras indignum imperio, & regnis, omniſque honore ac dignitate reddiderat in Concilio Lugdunenſi, eodem approbante Concilio, propter ſuas iniquitates à Deo ne regnaret, vel imperaret, abjectum oſtendit, & denunciavit omni honore ac dignitate privatum à Domino, & nihilominus ſententiando privavit, ut in ejuſdem prędeceſſoris ſententia contra ipſum Fridericum lata pleniùs continetur.

237. Qualiter etiam poſt ejuſdem Friderici obitum, licèt regnum Siciliȩ ad diſpoſitionem Ecclesiȩ Romanȩ, cujus juris & proprietatis axiſtit, eſſet liberè devolutum. Idemque prędeceſſor de illo ſe proviſurum in eodem Concilio publicè prędixiſſet, quondam Conradus dicti Friderici natus, quamquam in eodem regno ex ipſius ſui primogenitoris ſucceſſione nullum penitùs jus haberet; tamen, ſicut ex pręmiſſis apparet, nec ille mortis ſuȩ tempore habuiſſet, nec aliàs eidem Conrado jus competeret in eodam, ipſum regnum temeraria pręſumptione occupavit, nec illius recentioris facti memoriam obliteravit oblivio; videlicet quòd ipſo Conrado ſubtracto de medio, quidam Manfredus tunc Princeps Tarentinus, quem velut de copula damnata ſuſceptum. à dicti regni ſucceſſione, non ſolùm pręmiſſa ejuſdem Friderici privatio, ſed etiam macula illegitimȩ nativitatis arcebat, contra juramentum fidelitatis, quod dicto prædeceſſori pręſtiterat, temerè veniens ſub quondam Conradini nati dicti Conradi, ſuique nepotis, ſimulata protectione tutoria ad quaſdam civitates, caſtra, & alia loca regni ejuſdem manus occupatrices extendit. Propter quod, & alios ſuos actus nefarios, & graves offenſas, piȩ memoriȩ prędeceſſor noſter Alexander Papa IV. ipſum ex cauſſis variis excommunicationis vinculo innodatum, Tarentino principatu, honore montis ſancti Angeli, omnibus comitatibus, terris, feudis, dignitatibus, & aliis honoribus, ac bonis, & juribus, quæ in pręfato regno, & quȩ alibi etiam ab Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis obtinebat; necnon & vicaria in quadam ipſius regni parte ſibi ab Apoſtolica ſede conceſſa; & etiam omnibus conceſſionibus, donationibus, largitionibus, confirmationibus, & privilegiis, ſive à prædictis Friderico patre, vel Conrado fratre ſuis, ſive à ſede Apoſtolica in regno ſibi factis eodem, vel alibi etiam ab Eccleſiis quibuſcumque, vel perſonis Eccleſiaſticis, tanquam rebellem & hoſtem Eccleſiȩ Romanȩ, ac violatorem fidelitatis ſibi pręſtitȩ maniſeſtum, ſuorumque jurium invaſorem, occupatorem, & detentorem ſacrilegum, & tanquam ſociatum neſando fœdere Sarracenis, eorumque complicem, ductorem, & protectorem publicum, Apoſtolica auctoritate privavit.

338. Cùmque idem Manfredus nec iis aliiſve remediis contra malitiam ejus adhibitis in ſua iniquitate remiſſior, ſed in committendo quotidie prioribus deteriora ferventior, poſtmodum fraudulenter pręſati nepotis ſui morte conficta, idem regnum proprio nomine occupans, & regium in illo titulum, & nomen uſurpans, ſe, ortûs ſui non erubeſcens primordia, in illius Regem inungi & coronari feciſſet, idem prędeceſſor noſter Alexander ejus iniquitates & fraudes abominans & deteſtans, caſſavit & irritavit, caſſum & irritum nunciavit quicquid circa ipſum Manfredum per unctionem, ſeu potiùs exſecrationem, & coronationem, quas excipere de facto pręſumpſerat, quaſque nullas eſſe conſtabat, exſtitit tã temerariè quàm doloſè pręſumptum. Eiſdem verò Manfredo, & demum Conradino, qui ȩtatem pręveniendo malitiâ à dictorum prędeceſſorum ſuorum iniquis ſemitis non declinans, ſed ad eadem imperium & regnum aſpirans, pręfatam Eccleſiam, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Siciliȩ Regẽ illuſtrem inſidiis multis impetiit, & multipliciter apertis conatibus infeſtavit; propter quod contra eũ & fautores ſuos per recolendȩ memoriæ Clementem Papam prædeceſſorem noſtrum varii habiti ſunt proceſſus ſua ſorte ſuccisis nobis, ac Regi, & regno prædictis, pacis & quietis ſerenitas arrideret, in ſubitas tempeſtates acta eſt æſtiva tranquillitas, bellum in media pace ſurrexit, facti ſunt hoſtes ex ſubditis, & qui eidem Regi Siciliæ ad fidelitatis debitum tenebantur, rebellionis ſpiritum infideliter aſſumentes, non ſolùm hoſtilia, ſed tyrannica patraverunt.

339. Sicut enim gravis clamat infamia, proceſſit adeò Panormitana civitas, & civium præſumptuoſa rebellio, quòd rebellandi audacia, & jurium interverſione regalium, ſuique quantum in eis fuit abjectione, dominii, non contenta, ferinæ immanitatis dexteras ad crudelitates inauditas expoſuit, dum eorum exitialis iniquitas, non ſolùm quos ex devotis Regis ipſius concepta potuit præoccupare nequitia, ſine ſexûs ætatiſve delectu inhumaniter cæcidit: verùm etiam partus, quos adhuc viſcerum portionem clauſtra materna cælabant, illis ſævè deſectis, ſic præcipiti feſtinatione produxit in lucem, quòd eis nimirum procul dubio naturaliter lucis uſum, antequam concederet natura, ſubtraxit, ipſis adeò præmatura & impiiſſima cæde cæſis, quòd ortûs eorum principia vitæ prævenit occaſus. Quia verò, ſicut ex tunc multorum habebat aſſertio, etjam probat exitus evidenter, hæc in noſtram, & ejuſdem Eccleſiæ turbationem & diſpendium tentabantur, & plurium ad hoc intentio laborabat & ſtudium, ut fornacis quaſi extinctæ recenter nos, Eccleſia, & Rex idem renovata eò graviora ſentiremus incendia, quò ſolent nocere graviùs pericula recidiva.

340. Nos tantorum malorum cupientes obſtare principiis, ne ſerò medicina ipſis jam procedentibus pararetur, in feſto Aſcenſionis Domini præterito, nuper apud Urbem-veterem præſente multitudine copioſa fidelium, de fratrum noſtrorum conſilio univerſos & ſingulos cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatûs, attentè monuimus, eiſque diſtrictè præcepimus, ne in prædicto regno, vel ejus

parte,

parte, nos & eandem Eccleſiam, aut præſatum Siciliæ Regem, qui regnum Siciliæ tenet ab ipſa, per ſe, vel per alium moleſtarent, impeterent, vel etiam perturbarent, occupando, invadendo, ſeu occupari aut invadi faciendo regnum ipſum, vel aliquam partem ejus. Præcepimus inſuper univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, & ſpecialiter Marchionibus, Comitibus, Baronibus, civitatibus, communitatibus, & univerſitatibus caſtrorum, villarum, & quorumcumque locorum Italiæ, maximè ipſius Romanæ Eccleſiæ temporali juriſdictioni ſubjectia, ne prædictis moleſtatoribus, impetitoribus, perturbatoribus, occupatoribus, vel invaſoribus, ſeu occupari, vel invadi facientibus dictum regnum, vel aliquam partem ipſius, in præmiſſis intenderent; & ne cum armis, vel ſine armis, ad turbandam in eodem regno pacem, præfatorum Eccleſiæ, ac Regis Siciliæ, præſtarent illis conſilium, auxilium, vel favorem publicè vel occultè; neve ſuper hoc ſocietatem, conjurationem, aut fœdus aliquod cum ipſis inirent.

341. Si quis autem contra noſtram monitionem, & præcepta præmiſſa, per ſe, vel per alium, quibuſcumque, dolo, fraude, vel machinatione facerent, cujuſcumque forent præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatûs, excommunicationis ſententiâ, quam ex tunc in eos protulimus, ipſo facto ſe noſcerent innodatos. Civitates quoque & communitates quaslibet, quę contra monitionem & pręcepta eadem quocumque dolo, ingenio, arte, vel machinatione venire pręſumerent, interdicti Eccleſiaſtici ſententię, quam ex tunc in illos promulgavimus, voluimus ſubiacere. Ad hęc prædiximus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis inferioris gradus Pręlatis, quòd ſi contra monitionem & pręcepta pręmiſſa, vel eorum aliqua venire tentarent, nos eos omni Eccleſiaſticę dignitatis honore, cęteros autem clericos non prelationis officium, ſed dignitates forſitan, vel Prioratus, ſeu alia Beneficia obtinentes, & privare curaremus obtentis, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout facti qualitas ſuaderet.

342. Laïcis verò cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatûs, & præcipuè temporaliter ipſi Romanæ Eccleſiæ ſubjectis, expreſsè denunciavimus, quòd ſi monitionem & præcepta hujuſmodi contra ea per ſe vel per alium veniendo temerè non ſervarent; nos tantam temeritatem impunitam remanere nolentes, ipſos feudis, & aliis omnibus, quæ à prædicta, vel aliis tenerent Eccleſiis, privares, vaſſallos eorum, ſi quos habent, à fidelitatis juramento, quo tenentur, eiſdem reddere penitùs abſolutos, & perſonis eorum citra mortis periculum & mutilationis expoſitis, ad expoſitionem bonorum procedere illorum, prout culpæ ipſorum exigerent, & videretur expediens, curaremus.

343. Et licèt Panormitanæ civitatis, & civium, nonnullorumque caſtrorum illarum partium, quæ contra eundem Regem Siciliæ rebellârant, culpa gravis acerbiorem proceſſum exigeret; nos tamen deſiderantes quòd civitatem, cives, & loca prædicta, manſuetudo corriperet, & à tanti erroris invio revocaret; erga eos non rigorem, ſed manſuetudinem votis noſtris accommodam proſequentes, univerſitatibus prædictorum civitatis, & caſtrorum, aliorumque locorum diſtrictè præcepimus, ut cujuslibet difficultatis & dilationis objectu ſublato ad noſtra, Eccleſiæ, ac Regis eorundem mandata redirent: quodque prædictos moleſtatores, turbatores, occupatores, invaſores, aut dantes eis in hoc auxilium, conſilium, vel favorem in dictis civitate, caſtris, villis, ſeu diſtrictibus eorundem, nullo modo receptare, vel recipere attentarent; nec ipſorum, aut alicujus eorum dominio, vel regimini, ſe quoquomodo ſubmitterent; neve ipſis, vel eorum alicui contra Eccleſiam, vel Regem prædictos impenderent in prædictis auxilium, conſilium, vel favorem publicum vel occultum, & nihilominus confederationes ſeu obligationes quaſlibet, ſi quæ inter univerſitates eaſdem; vel inter ipſas, & quoſcumque alios initas, ſive factas, ſuper occupatione ac invaſione prædictis, & juramenta de illis ſervandis, vel aliàs pro prædictis hinc inde præſtita relaxantes omnino.

344. Univerſitatibus ipſis apertè prædiximus, quòd niſi præmiſſa celeriter adimplerent, contra civitatem, caſtra, & villas eorum ſpiritualiter & temporaliter ſic procedere, auctore Domino, curaremus, quòd pœna docente ſuæ temeritatis & ſuperbiæ recognoſcerent qualitatem. Cæteròm licèt dum iis & aliis modis & viis filiorum ſalutem paterna venabatur affectio; reliquorum, civitatum, caſtrorum, villarum, cæterorumque locorum, civium, & incolarum Siciliæ in noſtram notitiam perlata rebellio (& præcipuè Meſſanenſium, qui eorundem Panormitanorum imitati ſævitiam, quàm plures ex miniſtris, & devotis Regis ipſius poſt ſecuritatem eis præſtitam crudeliter trucidâſſe dicuntur; caſtrum Regium loci ejuſdem temerariis auſibus occupantes, cauſſam) multæ commotionis induceret; nos tamen propterea non deſiſtentes à cœptis, venerabili fratri noſtro G. Epiſcopo Sabinenſi ad partes illas cum plenæ legationis officio, tanquam pacis angelo deſtinato; bona in illis, & pro illis partibus quæſivimus, nec venerunt, pacem exſpectavimus, & turbinis gravioris tempeſtas apparuit, machinatis jamdudum, ut communis quaſi fert opinio, & ſubſecutorum conſideratio ſatis indicat, evidenter dolis & inſidiis revelatis.

345. Siquidem Petrus Rex Aragonum, quem charum filium nominari non patitur, exprimendus inferiùs ſtatus ejus de procedendo adversùs Africam, quæſito colore, inſulam Siciliæ, terram peculiarem ipſius Eccleſiæ, militum & peditum catervâ ſtipatus, invadens, occupans, & in illa ejuſdem Eccleſiæ pacem turbans, gravem contra eam ſeditionem excitans, graviterque populum concitans, in

eam

eam temeritatis prorupit audaciam, quòd cum civitatibus, aliiſque locis, univerſitatibus, civibus, & incolis ejuſdem inſulæ, quibus ratione uxoris, filiæ ſcilicet memorati Manfredi, natorumque ſuorum ſe teneri prætendit, confœderationibus, pactis, & conventionibus, ut fertur, quin potiùs conſpirationibus & ſceleſtis factionibus initis, regium in regno prædicto nomen uſurpat, ſe Regem Siciliæ nominat, & gerere pro Siciliæ Rege præſumit. In majoris præſumptionis augmentum præfato Regi Carolo in ſuis literis regni Siciliæ titulum ſubtrahendo.

346. Sicque non ſolùm dictos Panormitanos, quos aliàs pluries per nuncios ad hoc ſollicitâſſe dicitur, in inceptæ contra dictum Regem Carolum ſeditionis & rebellionis contumacia confirmavit, eos per ſe, ac gentem ſuam fovens, ipſiſque favens in illa; & tam ipſos, quàm cæteros inſulæ memoratæ rebelles adeò contra eandem Eccleſiam eorum matrem & dominam concitavit, quòd nonnulli ex eis, & ſpecialiter Meſſanenſes, qui ante ipſius in inſula memorata præſentiam dicti Legati nuntios humiliter admittebant, dominium ejuſdem recognoſcentes Eccleſiæ, nomenque publicè invocantes; eos poſtea contumaciter admittere denegârunt, baculo arundineo, eidem ſcilicet Regi Aragonenſi prætextu dictorum uxoris & filiorum ipſius, ut dicitur, innitentes. Quos tamen uxorem, filios, ſive Regem, per eos, ſeu ipſorum ratione in eadem inſula, vel aliqua dicti Siciliæ regni parte, jus aliquod non habere præmiſſa declarant, & nos nihilominus decernimus, & etiam declaramus. In quæ autem crimina falſæ regiæ dignitatis, immo & ſimplicis magiſtratûs aſſumptio, ſeditio, violentiæque cum armis commiſſio incidant, quibus addicendi ſint pœnis talium patratores, non eſt opus exprimere, quia id nota & vetuſtiſſima decreta ſanxerunt. Nec leve his pondus adjicitur ſi ejuſdem Regis, & regni Aragonum conditio explicitè deſendebatur.

347. De archivo namque ipſius Eccleſiæ munimenta prodeunt, manifeſtè teſtantia qualiter piæ memoriæ Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter, quondam Petrum Regem Aragonum, dicti Petri Aragonenſis Regis avum, Arelatenſi ejus temporis Archiepiſcopo, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, necnon & quampluribus ſuis aſſociatum proceribus per mare ad ſedem Apoſtolicam accedentem, ut inibi ab eodem prædeceſſore Innocentio militare cingulum, & regium accipere diadema, honoravit multipliciter, honorificè, ac benignè recepit, & in Eccleſia Sancti Pancratii Martyris tranſ-tyberim per bonæ memoriæ Petrum Portuenſem Epiſcopum faciens in Regem inungi. Deinde propriis manibus coronavit, & regalia inſignia univerſa, mantum videlicet & colobium, ſceptrum, & pomum, coronam, & mitram, quæ ad opus ipſius non ſolùm ſpecioſa, ſed etiam prætioſa parari fecerat, ex more in Regum coronationibus obſervando largitus eidem, ab ipſo corporale juramentum recepit.

348. Per cujus religionem memoratus Rex inter cætera fidelitatem & obedientiam ipſi ſummo Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ, regnumque ſuum in ipſius obedientia fideliter conſervare promiſit: ac demum idem Rex cum multo tripudio & applauſu coronatus, juxta ipſum prædeceſſorem noſtrum Innocentium ad Baſilicam Sancti Petri rediens, ſuper illius altare ſceptrum & diadema depoſuit, & militarem enſem de manu ejuſdem prædeceſſoris accepit; dictumque ſuum regnum antea cenſuale à ſuis prædeceſſoribus eidem Eccleſiæ conſtitutum, cupiens principali poſt Deum, ejuſdem Beati Petri, & Apoſtolicæ ſedis protectione muniri, prædeceſſori eidem Innocentio, & per eum ipſi ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedi obtulit, illudque ſibi & ejus ſucceſſoribus in perpetuum divini amoris intuitu, & pro remedio animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum, novo adjecto cenſu conſtituit cenſuale; pollicendo adjiciens, & adjiciendo pollicens, quòd ipſe, ac ſucceſſores ſui ſpecialiter eidem ſedi fideles & obnoxii teneantur. Hæc autem perpetua lege fore ſervanda decernens, ut hujuſmodi regalis conceſſio firmitatem inviolibilem obtineret, ipſam in ſcriptis redactam de procerum curiæ ſuæ conſilio, præſente dicto Arelatenſe Archiepiſcopo, Sancio patruo ſuo, Hugone de Baucio, & Arnaldo de Faciano, ſuis baronibus, ſigilli ſui munime roboratam eidem Innocentio prædeceſſori conceſſit.

349. Numquid igitur præmiſſa collata pariter, & ſolerti examinatione diſcuſſa, dictum Regem Aragoniæ nepotem fidelitatis, ad quam memoratus avus ſuus, cujus eſt in eodem regno Aragoniæ hæres, ipſum ſicut & ſucceſſores ſuos cæteros, tam publicè, tam ſolenniter obligârat, eidem Eccleſiæ debitorem, & violatorem publicum, reum grandis infidelitatis & damnabilis non accuſant? Profectò fidei debitæ violatio violantem proculdubio arguit infidelem; præſertim cùm præmiſſa non leviter aggravet fraudulenta confictio, quâ idem Rex Aragoniæ nepos non abſque fraudis commento notabilis finxiſſe detegitur; & apud nos etiam per ſolennes nuncios affirmâſſe, quòd cum ſumptuoſo, & ſolicito apparatu ad Dei & Eccleſiæ ſervitium, & exaltationem Catholicæ Fidei, potentiæ ſuæ brachium dirigebat. Quod tamen contra Fidei ejuſdem utilitatem, dictum Regem Carolum, cruce ſignatum, in terræ ſanctæ ſubſidium, & publicè ad Dei ejuſdemque Fidei obſequia proſequenda diſpoſitum, nulla diffidatione præmiſſa, quod multorum judicio proditionis notã non effugit, hoſtiliter impetendo, necnon & contra ipſam matrem Eccleſiam, ejus, ut prædicitur, terram invadendo & occupando direxit.

350. Nec eum excuſat, ſed accuſat potiùs, quòd ad partes Africæ, inſulæ prædictæ vicinas, diebus aliquibus declinavit. Id enim ipſum adeò cõſignâſſe probat, immo & convincit eventus, ut opportunitate captata commodiùs iniquitatem, quam conceperat, perpetraret; maximè

ximè cùm, per ſuos nuncios miſſos exinde pluries dictos Panormitanos ſolicitâſſe, ipſis in præſumpta malitia conſilium & auxilium attuliſſe dicatur. Nec ſit veriſimile, quòd eandem Africam, terram quippe diffuſo vaſtam ambitu, refertam incolis non prorsùs imbellibus, crebris munitionibus, ut habet fama, non vacuam, opibus, & aliis opulentam, cujus invaſionem vix multorum Regum Principumve quorumcumque potentia coacervata præſumeret, ipſe, ad hoc proculdubio divitiis impar & viribus, cum comitiva tam modica bellatorum ſolus aſſumeret invadendam.

351. Numquid & iterum hæc non patenter oſtendunt, quòd ſæpefatus Rex Aragoniæ nepos, tanquam inſulæ memoratæ, dicti regni Siciliæ partis non modicæ, manifeſtus invaſor & occupator, ac Panormitanorum rebellium, & ſeditionis, commotionis, ſeu concitationis, paciſque turbationis contra præfatum Regem Carolum motæ notorius factor & fautor, & adverſus ipſam Eccleſiam actor & factor, ſuique complices, comites, ſatellites, & miniſtri præmiſſarum per nos in feſto prædicto latam in noſtris monitionibus, præceptis, & prohibitionibus non parentes, excommunicationis ſententiam incurrerunt, nec abſolutionis vaſſallorum ſuorum à juramento fidelitatis, ſi quo tenentur, eiſdem, privationis feudorum, quæ ipſi à Romana, vel quibuſcumque aliis tenent Eccleſiis, & expoſitionis perſonarum, citra mortem, & mutilationem, bonorumque ſuorum comminatum in eodem feſto periculum evitârunt.

352. Univerſos autem ſæpefatę rebelles inſulæ, ſcilicet Meſſanenſes, Agrigemnenſes, & cæteros civitatum, caſtrorum, villarum, aliorumque locorum ejuſdem inſulæ cives, habitatores, & incolas, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, qui dictis Panormitanis in pertinacia rebellionis aſſumptæ ſaltem ſe illis ſimili audacia ſociando, & eos proinde validiores & firmiores in illa reddendo, necnon ſocietatibus, confœderationibus, pactionibus pœnarum, & juramenti adjectione firmatis, ut dicitur, uniendo faverunt, & tam alios, quàm Panormitanos eoſdem, qui præfato Regi Aragonum nepoti contra prohibitiones & monita noſtra præmiſſa intendere in invaſione ac occupatione prædictis, ipſum recipere, ac receptare, ſe illius regimini ſubmittere, ſibive contra Eccleſiam vel Regem Carolum prædictos, favorem vel auxilium impendere præſumpſerunt, eidem ſententiæ ſubjectos, & periculo eſſe proculdubio liquet expoſitos. Civitates verò, caſtra, villas, & alia loca prædicta, necnon & univerſitates ipſorum, Eccleſiaſtico ſuppoſitas interdicto.

353. Hæc ſunt igitur quæ per eundem Regem Aragoniæ nepotem Deo & Eccleſiæ ſervitia offerebantur? Hæc ſunt quæ ipſius Eccleſiæ proſequi ſe jactabat obſequia? Hæc fidei Catholicę incrementa, ſic exaltationem religionis Chriſtianæ proſequitur? ſic procurat, ſic Dei, fidei, Eccleſiæ, & religionis earundem hoſtes proſequitur, ſic impugnat, talibus in ſe regalem dignitatem intitulat, talibus titulis vitam ſuam, famam, genuſque decorat? Licèt itaque tantis exceſſibus, excedentiumque demeritis proceſſus gravior deberetur, & ad exſecutionem præmiſſarum comminationum procedere non injuſtè poſſemus; immo etiam, ſicut prędictorum conſideratio perhibet, deberemus; quia tamen neſcit à charis charitas etiam lęſa recedere, inductu paternæ charitatis inducimur, ut cùm ſimus, licèt inſufficientibus meritis, illius vicarii, qui non mortem peccatorum, ſed ut convertantur & vivant, ſe velle fatetur; Regem Aragonię, & alios prę̨fatos, denunciationibus, monitionibus, mandatis, prohibitionibus, & comminationibus, ad converſionem celerem, ne in peccatis, iniquitatibus, & ſententiarum laqoeis, quibus ſe, ut prę̨miſſa docent, apertiùs involverunt, in morte obdormiant, excitemus.

354. Ideòque prę̨ſente hac multitudine copioſa fidelium, de fratrum noſtrorum conſilio denunciamus eoſdem Petrum Regem Aragoniæ nepotem, ſuos Comites, complices, ſatellites, & miniſtros, ac inſulæ memoratæ rebelles, ex ſupradictis cauſſis excommunicationis, civitates, caſtra, villas, & alia loca prę̨fata; necnon & univerſitates ipſorum, interdicti præmiſſis ſententiis latis per nos ſubjacere de novo, tam in Regem, & alios ſę̨pefatos, quàm univerſitates, caſtra, villas, & loca prę̨dicta ex cauſſis eiſdem, & propter auctam eorum contumaciam in non parendo noſtris monitis & prę̨ceptis, & à nobis prohibita pertinaciter proſequendo diutiùs, ſimiles ſententias promulgantes. Ipſum autem Regem & ceteros univerſos & ſingulos, qui cum eo ſeu aliàs, in auxilium præſentis turbationis, ſeu rebellionis, dictam inſulam intraverunt, vel inibi exiſtentes eidem turbationi ſeu rebellioni quocumque modo faverunt, attentè monemus, eiſque diſtrictè præcipimus, ut ab hujuſmodi ſuis exceſſibus & offenſis deſiſtentes, omnino inſulam eandem penitùs exeant, nunquam illuc, in noſtrum, Eccleſiæ, vel Regis Caroli quoad præmiſſa qualecũque prę̨judicium, redituri. Adjicientes, ne quis de novo ad id eandem inſulam intret, vel aliquam ejuſdem regni partem publicè vel occultè impetat, turbet aliquatenus, vel moleſtet. Univerſis quoque civibus, incolis, habitatoribus, & univerſitatibus civitatum, & aliorum locorum ipſius inſulę cum ſimilibus monitione ac diſtrictione jubemus, ut Regem Aragonum & excommunicatos memoratos de ipſa inſula prorſus expellant, nunquam eos vel alios ad prę̨miſſa vel ſimilia inibi recepturi.

355. Diſtrictiùs inſuper inhibemus, ne idem Rex Aragoniæ ſe Regem Siciliæ nominet, ſigillum regium ſub intitulatione regni Siciliæ aſſumat, vel utatur aſſumpto, neque privilegia, immunitates, feuda, dominationes, bona, vel jura quę̨cumque in eo, aut aliqua ejus parte concedat, vel tanquam Rex Siciliæ quicquam agat, neque dominium vel ſubjectionem aliquam in

quaſcumque ſingulares perſouas,aut terras ipſarum, ſeu poteſtariam, vel qoamlibet rectoriam, ſive officium, quocumque nomine ceuſeantur, in civitate, vel quovis alio loco, maximè ipſius regoi Siciliæ, aut alicujus partis Italiæ in noſtrum, Eccleſiæ, ac Regis Caroli eorundem quodcumque vel qnalecumque gravameo, vel per ſe, vel per alium recipiat, vel acceptet, aut cum eis, vel eornm aliquo, in præfatorum Eccleſiæ ac Regis gravamen, ut prædicitur, ſocietatem, ſive aliam conſœderatiouem coutrahat, vel conſervet qualitercumque coutractam: neque ſingulares perſonæ prȩmiſſæ, vel aliȩ undecumque civitates, vel alia loca, eidem Eccleſiæ, ac Regis Caroli prædictorum perſecotione hujolmodi perſiſtenti, vel alii pro eo, ſeu in favorem ipſius prȩmiſſa coucedant, vel aliquem premiſſorum, aut alium pro eo, vel in favorem ipſius, ad predicta, vel eorum aliquod eligaot, nominent, recipiant, vel aſſumant: nec ipſe Rex Aragouiȩ, vel quivis alius, eaſdem ſingulares perſonas, civitates, & loca, vel univerſitates ipſorum ſpecialiter, aot cujuſcumque partis regni Sicilie, ut ſe, vel terras ſuas ejuſdem Regis Aragouiȩ domioio vel obedientiȩ cuicumque ſupponant, auteum, vel alium pro eo, ſeu iu favorem ipſius in poteſtatem, rectorem, vel ad aliud quodcumque officium, ot prȩdicitur, eligaut, noiuinent, vel admittaot, ſive cum eo ſocietatem vel conſœderatiouem aliquam contrahant, vel qualitercumque contractam obſervent: aut quòd cives, incolȩ, habitatores, civitates, vel alia loca prȩdicta, ſeu univerſitates ipſorum, prȩſertim cujuſcumque partis ejuſdem regni Siciliæ à noſtra Eccleſiæ, Regis Caroli prædictorum fidelitate ſeu devotione quomodolibet avertantur, vel averſa etiam in hujuſmodi averſione perſiſtant: per ſe uuncium, vel literas iuducere, aut donis, promiſſionibus, ſeu alio modo quovis allicere vel ſolicitare præſumanti neve ſingulares perſonæ, civitates, caſtra, villæ, aut loca præfata, ſe dicti Regis Aragonum hujuſmodi Eccleſiæ ac Regis Caroli perſecutioni quomodolibet inſiſtentis dominio, regimini, vel obedientiæ qoalicnmque ſubjiciant, ſive in noſtrnm, Eccleſiæ, ſeu Regis Siciliæ præjudicium vel gravameo, ut prædicitur, ipſum Regem Aragonum literas vel nuncios ſuos, vaſa qoævis apta cuicumqoe navigio, geutemve recipiant, vel receptent, vel ad ipſum vadant; eive literas mittant, aut ſibi, genti, vel nunciis ſuis, aut aliis pro eis, maximè in aliqua parte ipſius regni Siciliæ, obediant vel intendant, * fodrum miniſtrent, equos, arma vel vaſa hojoſmodi ſub veuditionis titulo, aut aliter quomodocumque concedant, ſeu ab ipſo Rege Aragonum, vel alio pro eo, privilegia, immunitates, feuda, vel largitiones quaslibet in eodem regoo Siciliæ, quas conſtat, & nos nihilominus declaramus & deceroimos non tenere, vel alibi occaſione inſtantis negotii ejuſdem regni Siciliæ, aut ſtipendia ubicumque contra nos, Eccleſiam, vel Regem Carolum prædictos recipiant, vel pro receptis promiſſum audeant ſervitium exhibere, aut aliàs præſtare conſilium vel favorem publicum vel occultum, nec cum ipſo Rege Aragonum, vel alio pro ipſo, ſeu iu favorem ipſius, ſocietatem, colligationem, vel quaſcumque conveutioues in noſtrum, Eccleſiæ, aut Regis Caroli eorundem, qualecnmque diſpendinm contrahant, aut contractas etiam ſub vinculo juramenti, vel quarumlibet adjectioue pœnarum ſive pactorum, audeant obſervare.

* Annonas militares, ſive alimenta.

356. Siugulariter autem Michaëlem Palæologum, qui ſe Imperatorem uominat, quemque ſuper his, & prȩcipuè ſuper impenſo in prædictis memorato Regi Aragonom nepoti contra nos, eoſdem Eccleſiam, & Regem Carolum, conſilio, auxilio, vel favore, necnon pactis, conventionibus, & conſœderationibos initis cum eodem argumenta veriſimilia deferunt, vox prȩterea publica & communis quaſi aſſertationis inceſſat: omneſque ſibi de facto, vel quomodocumque ſubjectos atteutè monemus, eiſque diſtrictè præcipimus, ut omnia monitiones, præcepta, inhibitioneſque præmiſſa, qoæ ipſos Michaëlem & ſubditos contingunt, vel poſſunt quoquomodo coutingere, vel in eis, ſeu qoæ ad eos qualitercumque locum habere.

357. Quæ omnia & ſingula volumus pro nominatis ſingulariter & expreſsè repetitis haberi, & velut taliter repetita robur efficaciamque ſortiri, diligenter obſervent, eiſque ſtudeant in omuibus & per omnia humiliter obedire, alioquin tam ipſos Regem Aragonum nepotem, & Michaëlem Palæologum, quàm alios uuiverſos & ſiugulos dictis uoſtris monitiouibus, præceptis, vel inhibitionibus non parentes, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatûs, Eccleſiaſtici, vel moudani, excommunicatioois ſeutentiâ, quam in eos de ipſorum fratrum conſilio ex nuuc ferimus, perinde iunodatos eſſe decernimus ipſo facto, ac ſi expreſsè ſuiſſent in hujuſmodi proceſsus uoſtri ſerie nominati. Civitates verò, caſtra, & alia loca quælibet, nec non univerſitates, quæ ipſis mouitiouibus, præceptis, & inhibitionibus non parebunt, Eccleſiaſtico interdicto, quod ex nunc promulgamus, in illa eſſe volumus eodem modo ſubjecta: interdicta verò præmiſſa ſic arctè præcipimus obſervari, nt in locis quæ inciderunt in ea, vel infuturum iuciderint, nulla Eccleſiaſtica ſacramenta, exceptis dumtaxat baptiſmate parvulorum & pœniteutiis morientium, miuiſtreutur.

358. Nulla divina celebrentur officia, niſi ſolùm Miſſarum ſolennia, quæ in Cathedralibus, ac aliis Collegiatis, & Parochialibos Eccleſiis ad conficiendum corpus Chriſti morientibus miniſtrandum ſubmiſſa voce, clauſis januis, interdictis & excommuuicatis prorſus excluſis, ſemel tantùm in ſeptimana permittimus celebrari: non obſtantibus quibuslibet privilegiis, vel indulgentiis, Ciſtercienſibus, Prædicatoribus, Minoribus, vel aliis religioſis, aut ſæcularibus perſouis, dignitatibus, civitatibus, caſtris, locis, vel univerſitatibus qoibuſcumque

cumque, ſub quavis forma vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis. Quæ omnia quoad hoc omnino viribus vacuamus. Et nihilominus ſocietates, colligationes, conventiones hujuſmodi, & quaslibet alias factas, & etiam faciendas in favorem dicti Regis Aragonum, quę ad inſtans negotium ejuſdem regni Siciliæ, aut in Eccleſiæ, ſeu Regis Caroli prædictorum, qualecumque diſpendium vel gravamen, etiamſi fuerint juramentorum, pœnarum adjectione, vel quovis alio vinculo roboratæ, de poteſtatis plenitudine diſſolventes, & carere decernentes omni robore firmitatis, univerſos & ſingulos, qui ſe ad eorum obſervationem quomodocumque ſeu quantumcumque ſolenniter adſtrinxerunt, ad eas obſervandas decernimus non teneri, nec pro eo quòd ipſas de cætero non ſervaverint, de reatu perjurii, ac ratione pœnarum, vel conventionum quarumlibet adjectarum, in illis poſſe in judicio vel extra judicium impeti, ſeu aliquatenus moleſtari; quinimmo eos ab illarum obſervatione ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc ferimus, & ipſos ſi ſecus fecerint, incurrere volumus ipſo facto, præcipimus penitùs abſtinere.

359. Sanè omnibus, tam perſonis Eccleſiaſticis & ſæcularibus, quàm civitatibus, lociſque aliis, & univerſitatibus ſupradictis, quæ hujuſmodi mandatis noſtris, præceptis, & inhibitionibus contumaciter non parebunt, apertè prædicimus, quòd non ſolùm ad exſequendum comminationes præmiſſas; ſed & alias graviùs ſpiritualiter & temporaliter contra eos, & ſpecialiter contra civitates, quas contigerit in hujuſmodi contumacia deprehendi: ad privandum eos Archiepiſcopali vel Epiſcopali dignitate. Contra memoratos verò rebelles dictæ inſulæ ad interdicendum ipſis cum quibuslibet aliis, & aliis quibuſcumque cum eis, omne commercium, quando, & prout facti ſuaſerit qualitas, & expediens fore viderimus, procedemus.

360. Ad hæc præfatis Regi Aragonum, Michaëli Palæologo, & cæteris univerſis, qui contra præmiſſa noſtra monita, præcepta, vel inhibitiones, prædictum regnum Siciliæ in præfata inſula, ſive in reliquis ejuſdem regni partibus, invadere, turbare, impetere, ſeu moleſtare quomodolibet præſumpſerint, publicè vel occultè, hoc generali & publico denunciamus edicto, quòd niſi dictus Rex Aragonum, & alii prædicti, in eiſdem inſula & regno Siciliæ, ac vicinis, ſeu totius Italiæ partibus commorantes, infra inſtans feſtum Purificationis beatæ Virginis, alii verò magis remoti infra Kalendas menſis Aprilis; dictus Palæologus infra Kalendas menſis Maji proximè futuras: quòd tempus eis ad hoc pro peremptorio termino aſſignamus, humiliter ad noſtra & Eccleſiæ mandata redierint, præciſè noſtris parituri beneplacitis, & tam nobis, & Eccleſiæ, quàm memorato Regi Carolo, de contumacia & contemptu, damnis, & injuriis, omnique intereſſe ſatisfactionem plenariam competenti tempore, quod eis ad id præfiximus, impenſuri; ex nunc perſonas eorum, citra mortis & mutilationis periculum, & omnia bona mobilia exponimus à quibuslibet fidelibus liberè occupanda, ipſoſque feudis, bonis, & juribus, quę à Romana, vel à quibuslibet tenent Eccleſiis, privilegiis, indulgentiis, & gratiis quibuslibet ipſis ab eadem ſede ſub quavis forma conceſſis, Apoſtolica auctoritate privamus. Vaſſallos eorum à juramento fidelitatis, quo forſan tenentur eiſdem, penitùs abſolventes.

361. Lapſo verò dicto termino, quandocumque nobis viſum fuerit, ad privandum eundem Regem Aragonum, ipſius etiam abſentia non obſtante, pręfato regno Aragonum, omnibuſque aliis terris ſuis, ſeu ad ipſa regnum & terras ſimiliter exponenda, quoad ipſum regnum & terras pręfatas, ſemper noſtro & ejuſdem Romanę Eccleſię jure ſalvo, & nihilominus contra eum pro qualitate criminum, quibus, ut pręfatum eſt, eum obnoxium ſuperiora prætendunt, quantum noſtrum patietur officium, facti qualitas ſuggeret, & nobis expedire videbitur, auctore Domino procedemus.

362. Prędictas verò excommunicationis ſententias prohibemus abſque ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicę, niſi forſan in mortis articulo, relaxari: quo caſu niſi abſolutionis beneficium obtinentes infra tres menſes poſtquam reſtituti fuerint ſanitati, de loco interdicto, ſi forſan ibi fuerint, recedentes, Apoſtolico ſe conſpectui curaverint pręſentare, ſatisfacturi de ſuis exceſſibus, pro quibus hujuſmodi ſententias incurrerunt, & ipſius ſedis beneplacitis parituri, eo ipſo in eaſdem ſententias relabantur. Ipſas quoque ſententias ſic firmiter & inviolabiliter volumus obſervari, quòd abſolvendi ab eiſdem, vel relaxandi eaſdem, niſi forſan in mortis articulo, ut dictum eſt, tam omnibus noſtris pœnitentiariis, quàm aliis quibuslibet confeſſoribus, ſive generalibus ſive ſpecialibus, ſeu familiaribus quarumcumque vel quantumcumque ſublimium perſonarum ubilibet conſiſtentium, adimimus poteſtatem; etiamſi à nobis, vel aliquo prædeceſſorum noſtrorum, ſub quacumque verborum forma, generalem vel ſpecialem, aut liberam abſolvendi aliquem vel aliquos à ſententiis, hominis, vel Canonis, ſeu aliàs eas quomodolibet relaxandi obtinuerint facultatem.

363. Si quis autem ſine dictę ſanctæ ſedis ſpeciali mandato obtinendo deinceps contrarium fortè præſumpſerit, tam abſolventem à prędictis ſententiis, ſeu relaxantem eaſdem, quàm hujuſmodi abſolutionem vel relaxationem recipientem, in quacumque dignitate, præeminentia, ſtatu, vel ordine fuerint conſtituti, ex hac cauſſa excommunicationis vinculo innodamus: relaxationem etiam hujuſmodi ſententiæ ſedi præfatæ ſimiliter reſervantes, mortis articulo dumtaxat excepto, & tunc niſi ſanitatę recepta infra tempus competens, juxta locorum diſtantiam, ad eandem ſedem venerint, ſuum humiliter recogniturí reatum, & ipſius ſedis beneplacitis parituri, relabantur in eaſdem ſententias ipſo facto. Ab iis verò mulieres in hoc tan-

tantùm excipi volumus, ut ſi ſolùm ratione præſtiti favoris in hujuſmodi ſententias forſan inciderint, poſſint per ſuos diœceſanos juxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium obtinere.

364. Ut autem hujuſmodi noſter proceſſus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas, ſive membranas, proceſſum continentes eundem, in præſentis Eccleſiç Sancti Flaviani Martyris appendi vel affigi oſtiis, ſeu ſuper liminaribus, faciemus, quç proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt. Ita quòd dicti Petrus Rex Aragonum, ac Palæologus, & alii quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere quòd ad eos talis proceſſus non pervenerint, vel quòd ignoraverint eundem, cùm non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Montem-Flaſconem ante prædictam Eccleſiam Sancti Flaviani, in feſto dedicationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum: Pontificatus noſtri anno ſecundo, ſub anno Domini MCCLXXXII. Indictione XI.

PROCESSUS

Depoſitionis, habitus contra Petrum Regem quondam Aragonum.

ANNO CHRISTI MCCLXXXIII.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

365. DE inſurgentis in regno Siciliæ fremitu tempeſtatis, quam exſecranda Panormitanorum rebellionis audacia inchoavit, & reliquorum Siculorum malitia, Panormitanos imitata, proſequitur, ad ſedem Apoſtolicam infauſto rumore perlato. Nos præter proceſſum in hac Urbe-vetana civitate in feſto Aſcenſionis Domini tranſacto noviſſimè habitum, ad compeſcendum tempeſtatem eandem, quia procellarum illius ſpiritus non ceſſabat, ſed per inſidias Petri Regis Aragonum, quem ſtylo circa Reges ſolito non deſcribi, ſubſcripta eius demerita meruerunt, invaleſcere potiùs videbatur: ut ejuſdem Regis, qui regiæ dignitati non deferens, & generis ſui claritati non parcens, dictorum rebellium ſe ducem conſtituit & aurigam, nequitia revelaretur apertiùs, & Eccleſiæ Romanę inſtantia contra eum evidentiùs appareret: pridem in feſto dedicationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum præterito, nuper in platea Eccleſiæ Sancti Flaviani Montis-Flaſconis Balneo-regienſis diœceſis, præſente tunc multitudine numeroſa fidelium duximus recenſendum, qualiter felicis recordationis Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter, quondam Fridericum, &c. Ut ſuprà pag. 526. *uſque ad has voces*, abſolutionis beneficium obtinere.

366. Tantis itaque ac talibus, per præmiſſas monitiones, prohibitiones, & pœnarum comminationes, memoratis Petro Regi Aragonum nepoti, rebellibuſque Siculis, miniſtris, complicibus, & ſatellitibus, & fautoribus eorundem, tamquam apertis datis ſignificationibus ut à facie arcus fugerent, & ſe ab inſtantia recti judicii meritaduritia liberarent: non humiliatum, ſed obduratum eſt in ſuis perverſitatibus inſipiens cor eorum. Nec enim acquieverunt monitionibus, nec prohibitionibus paruerunt, nec comminationum horruere ſævitiam, nec ab earum inſtantia expaverunt: ſed eis contemptis, omnimodis ſuas non ſolùm continuatione aggravavere nequitias, verùm etiam multiplicationibus variis ampliârunt, ad alias partes regni Siciliç extra ſæpeſatam inſulam conſtitutas hoſtiliter impetendas, ſuos, ſicut fertur, conatus nefarios extendentes.

367. Ne igitur tam juſtæ comminationes fiant injuſtæ ludibrio, ſi eorum juſtitia perſecutione debita fraudaretur, neve ſine vindicta gravis adeò creſcat inſania; dignū putavimus, ut memoratum Petrum nepotem Regem Aragonum, tantamque ipſius proterviam ultrix ſententia proſequatur. Et ideo regnum Aragoniæ, cæteraſque terras Regis ipſius, de fratrum noſtrorum conſilio exponentes, ut ſequitur, ipſum Petrum Regem Aragonum eiſdem regno, & terris, regioque honore ſententialiter, juſtitia exigente privamus: & privantes, exponimus eadem regnum & terras occupanda Catholicis, de quibus, & prout ſedes Apoſtolica duxerit providendum, in dictis regno & terris ejuſdem Romano, ut præmittitur, jure ſalvo: vaſſallos ipſius, quos, ut præmiſſa declarant, à juramento fidelitatis, ſi quo tenebantur eidem, jam abſolvimus, denunciantes penitùs abſolutos, & denuò ab eodem, & à quolibet fidelitatis vinculo & homagio expreſſiùs abſolventes, ac eoſdem Petrum quondam Regem, Siculos complices, & fautores eorum, omneſque alios ſingulares, qui prædictas monitiones, inhibitiones, & comminationes, damnabiliter

biliter contempſerunt, præmiſſę excommunicationis; univerſitates verò, caſtra, civitates, & loca cætera, denunciamus interdicti ſententiis ſubjacere; ipſos & ipſa ex cauſis eiſdem, & propter continuatam auctamque ipſorum contumaciam, ſimilibus ſententiis ſupponentes.

368. Univerſis præterea Chriſti fidelibus, cujuſcumque conditionis, præeminentiæ, ſive ſtatûs, etiam ſi dignitate Pontificali ſeu regia forſitan decorentur, & ſpecialiter Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque inferioris gradus Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis, religioſis cujuſcumque religionis, aut ordinis, & ſecularibus, ipſiſque Petro quondam Regi Aragonum, Comitibus, Vice-comitibus, Baronibus, univerſitatibus civitatum, caſtrorum, cæterorumque locorum, ac univerſis incolis & habitatoribus eorum regni & terrarum, quibus dictum Petrum tunc Aragonum Regem privavimus, diſtrictiùs inhibemus, ne ipſe Petrus de dictis regno & terris ſe de cætero aliquatenus intromittat; neve cæteri ſupradicti, eidem Petro dudum Regi, vel aliis quibuſcumque, contra dictas privationem & expoſitionem, perſequentes eaſdem (per quos dicta regnum & terras occupanda ſedes eadem providebit) tentantibus ſe opponere aſſiſtant, vel qualitercumque faveant, ſive præſtent in hoc conſilium, auxilium, vel favorem, publicum vel occultum, quacumque occaſione quęſita, vel prętextu alicujus homagii, vel cujuſcumque colligationis, confœderationis, ſocietatis, ſeu cujuſvis conventionis, aut jure contracte hactenus, ſive in poſterum contrahende: etiamſi colligationes, confœderationes, ſocietates, & conventiones hujuſmodi, & alia ſupradicta, pœnarum adjectionis, literarum, vel juramenti, ſeu cujuslibet alterius ſint vinculo firmitatis innexa. Nos enim colligationes, confœderationes, ſocietates, conventiones, cæteraque hujuſmodi prœmiſſa, quoad hoc, de poteſtatis plenitudine diſſolvimus, juramenta ſuper illis præſtita, pœnaſque propter ea promiſſas penitùs relaxantes, & univerſos & ſingulos, qui eas contraxerunt, ſe ad earum obſervantiam quantumcumque ſolenniter aſtringendo, ab ipſarum in prœmiſſis obſervatione penitùs abſolventes.

369. Specialiter autem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris perſonis Eccleſiaſticis, Comitibus, Vice-comitibus, Baronibus, incolis, & habitatoribus ſupradictis, earundem Regis Aragonum terrarum, prohibemus expreſsè, ne dictum Petrum olim Regem Aragonum, pro Rege vel domino recipiant vel habeant; neve ſibi obediant, vel intendant, aut ipſi, vel alii pro eo, de reditibus vel obventionibus, ſive juribus regalibus, ſeu ratione dominii debitis, reſpondeant. Alioquin memoratum Petrum quondam Regem, & omnes ſingulares perſonas, cujuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatûs, Eccleſiaſtici vel mundani, etiamſi regalis dignitatis honore præfulgeant, excommunicationis; civitates verò, caſtra, villas, & loca cætera, necnon univerſitates ipſarum, quæ dictas inhibitiones, vel earum aliquam præterire propria temeritate præſumpſerint, interdicti ſententiis, quas ex nunc ferimus, decernimus ſubjacere. Non obſtantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis, quibuſlibet Imperatoribus, Regibus, Principibus, Archiepiſcopis, ſeu quibuslibet Prælatis aliis, Ciſtercienſibus, Prædicatoribus, Minoribus, Hoſpitalariis, Templariis, ſeu religioſis aliis, aut ſecularibus perſonis, etiam in dignitate qualibet conſtitutis, civitatibus, caſtris, locis, communitatibus, collegiis, vel quibuſvis univerſitatibus, ſub quacumque verborum forma vel expreſſione ab eadem ſede conceſſis; & quibuslibet aliis indulgentiis ejus ſedis, per quas præſentis proceſſus effectus impediri valeat vel differri. Quæ quidem omnia privilegia, & indulgentias, quoad hoc, omnino viribus vacuamus.

370. Et nihilominus contra hujuſmodi præſumptores, & ſpecialiter contra dictos Prælatos, religioſos, Comites, Vice-comites, Barones, incolas, habitatores, civitates, caſtra, villas, & alia loca, & univerſitates ipſorum, ad privandum eos, & ea quibuslibet privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, ſive gratiis, ipſis ab eadem ſede conceſſis, necnon terris, feudis, & juribus, quæ à præfata Romana, vel aliis quibuſcumque tenent Eccleſiis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, ac alias graviùs ſpiritualiter & temporaliter, quando, & ſicut facti ſuaſerit qualitas, & expedire viderimus, prævia divinâ gratiâ procedemus.

371. Ut autem hujuſmodi noſter proceſſus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas, ſive membranas, proceſſum continentes eundem, in majoris Eccleſiæ Urbe-vetanæ appendi vel affigi oſtiis, ſeu ſuper liminaribus faciemus: quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt: ita quòd idem Petrus, vel alii, quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſtea poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos talis proceſſus non pervenerit, vel quòd ignorârint eundem: cùm non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Urbem-veterem, in platea dictæ majoris Eccleſiæ, XII. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

EPI-

EPISTOLA MARTINI II. PAPÆ

Ad Eduardum I. Regem Angliæ.

Monet ut duellum inter Carolum Regem Siciliæ & Petrum Aragonium prohibeat.

ANNO CHRISTI MCCLXXXIV.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Eduardo Regi Angliæ illuſtri.

372. DEcet excellentiam regiam, & ſaluti toæ nihilominos coogruit, quòd in te ſemper vigeat ſic ordinatus affectos, ot animom libeoter ad promovenda Chriſti negotia dirigas, tranquillitatem publicam votivè promoveas, deſideranter horum impedimenta præpedias, & prout ex alto conceditur, incrementa procures. Ideoqoe conventiones multâ indecentiâ plenas, & temeritate non vacoas, reprobas quidem, & meritò reprobandas, inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum illuſtrem Siciliæ Regem, & Petrum, exigentibus ſuis exceſſibus per ſedem Apoſtolicam vinculo excommuuicationis aſtrictum, quondam Aragonom Regem, nou abſque nimiæ animoſitatis inordinatiooe habitas; circa quod ambo, cuilibet eorum comitiva centum militum aſſiſtente, ad illud concurrant, altrinſecus inſimul confligant, celſitudini regiæ confidenter exponimus & ot tibi earum qualitas pleniiis pateat, ſub bulla noſtra, ipſarũ de verbo ad verbum ſeriem, prout ea à memorato Siciliæ Rege recepimus, deſtinamus. Ex quarum circumſpectione maniteſtè circumſpectio regalis advertet, quantum ſint conventiones eædem obviæ Crucifixi negotiis, & præcipoè terræ ſanctæ, quaotumque toti Chriſtianitati damnoſæ: cùm illarum perſecutio non ſolùm memoratum Regem ab eiſdem uegotiis, & ipſius Chriſtianitatis promoveudis utilitatibus abſtrahat; ſed & alios Principes, & magnates, cæteroſque fideles, qui circa proſecutionem eandem in ſe, vel in ſuis occupantur, avertat: & proiode manifeſto exponatur terra præfata diſcrimini, dum ejus ſubſidium multis excogitatum vigiliis, multiſque ſumptibus & laboribus præparatum, damnabiliter impeditur. Nec minus attendere poterit ejuſdem tuæ circumſpectionis induſtria, quàm periculoſa poteſt inter Chriſticolas ex proſecutione hojuſmodi excltari commotio: quantaqoe illis corporum & animarum pericula ingeri: ac quantum nobis, Eccleſiæ, tibi, cunctiſque Catholicis, quibus eſt eis qoomodolibet obviare poſſibile, poſſet à Deo & hominibus negligentia imputari, ad qoantam notam adſcribi, ſi talia procedere pateremur.

373. Propterquæ, necnon & alia non facilè numeranda diſcrimina, quæ dictarum conveotionum exſecutio, Chriſtiani proculdubio prodiga ſanguinis, animarum inimica ſaluti, publicæque pacis æmula & quietis, veriſimiliter comminatur: nos illis promptis remediis obſtare volentes, promiſſionem factam à memorato Rege Siciliæ, ſuper dictis conventionibus obſervaodis prorſus illicitam, utpote rem prohibitam expreſſiòs contineotem, cùm non ſolùm in Principibus, ſimilibuſqoe perſonis, ſed etiam in privatis duellum non ſit ab Eccleſia tolerandum, reprobandam irritandamque doximus, & penitùs vacuandam, & juramentum ſuper eis præſtitum, non ſolùm temerarium declarantes, ſed & carere viribus, ipſumque Regem Siciliæ ad illorum decernentes obſervantiam non teneri: abſolvendo eom nihilominus ab eiſdem, quatenus proceſſerunt de facto: ſibi diſtrictè præcipimus, ut à proſecutiooe promiſſorum, & juratorum taliter prorſus abſtineat, & omnino deſiſtat: eidem nihilominos ſub pœna excommunicationis & comminationis proceſſus cnjuslibet, quam contra eum quomodolibet habere poſſet Eccleſia, ne ad exſecutionem tam damnati certaminis & tam netandi procedat, & univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, ne illa ſibi proſequenda ſuadeant, neve conſilio, auxilio, vel favore in illis proſequendis aſſiſtant, diſtrictiùs inhibendo.

374. Cùm itaque impediendi tam deteſtabilia, tam nociva, tibi ſit in promptu facultas, pro eo ouòd, ſicnt earundem conventionum docet inſpectio, loci determinatio ad hojuſmodi conflictus exercitium deputandi de arbitrio tuo dependet, & ſecundùm earum conventionum tenorem idem conflictns, novo eorundem Sicilie, & olim Aragonum Regum non interveniente conſenſu, abſque tua preſentia non procedit; expedit ut ad id te promptum exhibeas, ſolers, & operoſus occurras, ne ſi, quod abſit, perturbare tam perverſa negligeres, ea fovere non immeritò cenſereris; ſicque pœnæ & comminationis adjectæ in præmiſſa noſtra prohibitione periculum, ut decet tam Catholicum Principem, nnn vitares.

375. Quocirca ſerenitatem regiam monentes, rogantes, & hortantes, ac obſecrantes in Domino Jeſu Chriſto, & per aſperſionem ſui pretioſi ſangoinis obteſtantes, & nihilominus in remiſſionem tibi peccatorum injungeotes; mandamus quateous conflictom hujuſmodi tam deteſtabilem, tam horrendum, ejuſque preparatoria, omni ſtudio quo potes impedias; dictorum Siciliæ, & quondam Aragonom Regum adventum ad civitatem Burdigalenſem, ejuſque territorium; quinetiam ad quamcumque partem Vaſconiæ, omni quo

poteris

poteris remedio. prępeditionis impedias, & apertiùs interdicas: tuam nihilominus in his prępſentiam denegando, & tuis inſuper in partibus illis vicariis & officialibus acriùs injungendo, ne prędictorum Regum guardiam recipere, vel ad dictum locum deputare certamen, aut aliquod aliud in his miniſterium exhibere præſumant: ſuper quibus eis omnem penitùs adimas poteſtatem.

376. Nos enim ad tam perniciosa, tam noxia omnimodis evitanda, ne dictos Siciliæ, ac dudum Aragonum Reges, civitatem eandem, ſeu quamvis, ut prædicitur, Vaſconiæ partem, ad hæc ingredi patiaris, neve in his præſentiæ tuæ copiam facias, aut promittas, ſeu locum ſæpefato certamini deputes, aut dictos tuos in eiſdem partibus vicarios ſive officiales in his aliquod miniſterium exhibere permittas, diſtrictè ſubjicimus prohibitionis edicto: ac illa omnia & ſingula, quantumcumque in aliis regio intendimus honori deferre, tibi & eis ſub pœna excommunicationis expreſſiùs inhibemus: ſub eadem pœna mandantes, ut ſi aliquid horum eſt proceſſum, illud ſtudeas cum celeritate qua poteris revocare.

377. Et nihilominus dilectum filium noſtrum tituli Sanctæ Cæciliæ presbyterum Cardinalem, virum utique grandi ſcientia præditum, prudentiâ & morum honeſtate decorum, quem ſuæ probitatis obtentu grandi affectione proſequimur, cujuſque conſiliis te in his acquieſcere rogamus & petimus, ad id inter cætera deſtinamus, ut tam te, quàm prædictos vicarios & officiales tuos, per ſe, ſi facultas adfuerit, vel per ſuos nuncios vel literas efficaciter moneat & inducat ad parendum præmiſſis Apoſtolicis monitionibus, inhibitionibus, & mandatis: alioquin per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias, ſi opus fuerit, in regnum tuum, & alias tuas ac eorundem vicariorum & officialium terras, Apoſtolica, prout expedire viderit, auctoritate compellat: non obſtantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis, tibi vel eiſdem vicariis, ſive officialibus, ſub quacumque verborum forma ſeu expreſſione conceſſis, quòd tu, vel iidem vicarii & officiales excommunicari vel interdici non poſſitis, aut eadem regnum & terra nequeant Eccleſiaſtico interdicto ſupponi, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum de privilegiis & indulgentiis hujuſmodi, ſive obtinentium eadem nominibus mentionem, & qualibet alia ejuſdem ſedis indulgentia, cujuſcumque formæ vel tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, aut totaliter non inſertam, effectus earum quomodolibet impediri valeat vel differri.

Datum apud Urbem-veterem, nonis Aprilis, anno tertio.

BONIFACII VIII. BULLA

In qua conſtituit Jacobum II. Aragonum Regem Chriſtiani exercitus ducem.

ANNO CHRISTI MCCXCVI.

Ad futuram rei memoriam.

378. Redemptor mundi, in cujus diſpoſitione univerſa conſiſtunt, civitatem Hieruſalem prævidens ruituram, fleviſſe deſcribitur ſuper eam. Numquid igitur nos ipſius, licèt indignè, vicarius, poſſumus cohibere lacrymas, continere ſuſpiria, ſingultus arcere, videntes (proh dolor!) terram ſanctam, funiculum utique hæreditatis Dominicæ, depopulatam immaniter incolis Chriſtifidelibus, expoſitam debacchantium incurſibus, & à propriis defenſoribus derelictam? In iis profectò dolemus, & premimur, aporeamur aſſiduè, & amaræ punctionis aculeo preſſiùs anxiamur: & cùm non ſit ferè qui conſoletur illam ex omnibus charis ſuis, Catholicis Principibus, & aliis populis Chriſtianis, diſtractis ad concertationes & bella; levamus in circuitu oculos noſtros & ſcrutamur attentè unde ſibi auxilium veniat, & præſidium defenſionis occurrat.

379. Ad chariſſimum itaque in Chriſto filium noſtrum Jacobum Aragonum Regem illuſtrem dirigentes conſiderationis intuitum, quem ſuæ devotionis integritas ad ſanctam Romanam Eccleſiam, à cujus unitate receſſerat, quaſi novum adoptionis filium, nobis placidum reddit & charum: quique de maritimis & mediterraneis gentibus eidem terræ depopulatione deſertæ, penſata qualitate temporis, opportuno poteſt adeſſe ſuccurſu; ordinamus, & facimus ipſum, in devotione Eccleſiæ permanentem, vexillarium, Capitaneum, & Admiratum generalem ejuſdem Eccleſiæ in vita ſua in omni armata marina per ipſam Eccleſiam facienda cum ejuſdem Eccleſiæ ſumptibus, ac ſpeciali & expreſſo mandato, quandocumque & quotieſcumque per ipſam Eccleſiam hujuſmodi officii exſecutio injungetur eidem pro ſubſidio terræ ſanctæ, vel contra quoſlibet hoſtes dictæ Eccleſiæ, ſeu rebelles: præficiendo ipſum perſonaliter ſexaginta galeis armandis per ipſum Regem in terris ſuis cum ſumptibus & expenſis Eccle-

Eccleſiæ ſæpedictæ, ad rationem vigintiquinque millium ſolidorum currentis monetæ Barchinonenſis, ſingulis quatuor menſibus pro galea qnalibet ſufficienter armata: quibus caſibus ad exſequendum hujnſmodi vexillariæ, capitaniæ, & admiratiæ officium modo prædicto dictus Rex Aragonum ſe aſtringet, & in hoc ſe & ſua dictæ Eccleſiæ obligabit, & etiam quòd ipſe Rex congruam militiam de terris ſuis ad convenientia gagia, necnon & homines idoneos cum ſufficientibus armis de eiſdem terris, & dictarum corpora galearum parata habebit, prout exiget qualitas agendorum, & galearum numerus ſupradictus.

380. In aliis autem caſibus, in qnibns perſonaliter non præfuerit, ut præmittitur, Rex prædictus; tenebitur idem Rex juxta mandatum Eccleſiæ galearum numerum bene armatum tam de hominibus, quàm de aliis opportunis, & guarnimentis, & numerum militum ad rationem & gagia ſimilia de terris ſuis ſub capitaneo, vel Admirato, quem ponet idem Rex, de quo cuntentetur Eccleſia, quotieſcumque & quandocumque per ipſam Eccleſiam, & ſuis ſumptibus requiretur. Quòd ſi aliquando ultra quatuor menſes dictas galeas, ac homines, & milites in talibus Eccleſiæ prædictæ ſervitiis contigerit vel oportuerit perdurare, perdurabunt, & ſtabunt ed ſtationem & gagia ſupradicta.

381. Si autem in faciendo paſſagio, vel generali ſubſidio terræ ſanctę, Princeps aliquis, quem dictus Rex Aragonum probabiliter ex juſtis rationibus ſuſpectum haberet, unde ſibi & genti ſuæ veriſimiliter timeretur ineſſe periculum, idem Rex & gens ſua non teneanrur in ipſu paſſagio transfretare. Tenetur nihilominus idem Rex ad ipſius juſſum Eccleſiæ, facere guerram, tam per terram, quàm per mare, cum militibus, perſonis equeſtribus & pedeſtribus, & galeis de hominibus, armis, & aliis guarnimentis bene munitis, quibuſcumque rebellibus atque inobedientibus ejuſdem Eccleſie, cum expenſis & ſumptibus Eccleſię pręlibatę, quandocumque & quotieſcumque ab ipſa Eccleſia fuerit requiſitus, & neceſſitas vel urilitas hoc requiret; & de hoc Romano Pontifici, qui erit pro tempore ſimplici verbo credetur: ſalvis nihilominus eidem Eccleſię tam ſervitio pręſtando per eundem Regem ad ipſius Regis expenſas pro regno Sardinię & Corſicę, ab eadem Eccleſia ſibi concedendo per temporis ſpatium in conceſſione hujuſmodi diſtinguendum, quàm aliis quę in literis conceſſionis hujuſmodi exprimentur.

382. Cęterùm omnium vaſorum, rerum mobilium, captivorum, ſeu capiendorum, non eminentium, vel minus norabilium, per ipſum Regem, vel per geutem ipſius, quę erit in armatis vel guerra prędictis, pro dicto ſubſidio terrę ſanctę, media pars deputabirur pro ſubſidio dictę terrę, tenenda & expendenda ſecundum rationem & mandatũ Romani Pontificis, reliqua dimidia ratione dictorum officiorum lucris obveniet dicti Regis. De perſonis verò caprivis eminentibus, vel notabilibus, fiet quòd Romanns Pontifex, qni erit pro tempore, de ipſis diſponet, cujus ſimplici verbo de ipſorum eminentia ſeu notabilitate credetnr: & ſi contingat pręfatum Regem, vel gentem ipſius in memoratis guerris vel armatis faciendis pro ſępedictę terrę ſubſidio, vel aliarum terrarum ultra marinarum, capere terram, vel acqnirere; terra ipſa reſtituetur illi Catholico, vel fideli, ad qnem de jure ſpectabit. Quòd ſi in ea jus qnis fidelis vel Catholicus non haberet, terra ipſa erit ejuſdem Eccleſię, & cuſtodietur ad ejus expenſas, donec Romanus Pontifex de ipſa aliter duxerit ordinandum.

383. Donec autem idem Rex vel ſuum ſtolium decem galearum, & ultrà erit de ſpeciali & expreſſo mandato Eccleſię in ſervitiis terrę prędictę, vel iu ſervitiis ejuſdem Eccleſię, prædictum Regem ac regnum Aragonię, & totam rerram Regis ipſius, necnon & regnum Sardinię & Corſicę, poſtquam ſibi fuerir à nobis & Eccleſia pręfata conceſſum, ſuſcipiemus ſub protectione Beati Petri & noſtra, diſponentes ipſa gladio ſpirituali defendere ac tueri, prout expediens fore videbimus, eiſque fuerit opportunum. Et quandocumque & quotieſcumque idem Rex tranſiret perſunalirer in ſubſidium terre præfatę de ſpeciali & expreſſo mandato ejuſdem Eccleſiæ, concedet eadem Eccleſia dictę Regi decimam per triennii ſpatium Eccleſiaſticorum fructunm, redituum, & proventuum prædictorum regnorum & terrarum, necnon omnia legata à perſonis regnorum & terrarum prædictorum in ſubſidium terræ ſanctæ, ac etiam relicta, & malè oblata ab eiſdem perſonis, quorum reſtitutio dimiſſa eſt in ultimis voluntatibus, & perſonæ, qnibus reſtitutio ipſa fieri debeat, ignorantur. Committet quoque in caſu pręmiſſo Romanus Pontifex alicui, vel aliquibus perſonis, quas ad hoc dnxerit deputandas, quòd tempore præcedeute dictam commiſſionem componant cum illis de regnis & tota terra dicti Regis Aragonum, qni contra inrerdictum Eccleſię portaverunt vel miſerunt prohibita iu Alexandriam: & de pecunia recipienda ex compoſirione præfata fier quod Romanus Pourifex exinde duxerit injungendum.

384. In eodem etiam caſu, ubi ſcilicet dictus Rex tranſiret perſonaliter in ſubſidium terræ ſanctæ, de ſpeciali & expreſſo mandato ipſorum Romani Pontificis & Eccleſiæ, committet Eccleſia certis perſonis, ad hoc per ipſam ſpecialiter deputandis, quòd perſonarum qualitate penſata, poſſint componere cum volentibus ipſorum vota redimere, & votum ſpecialiter terræ ſanctæ in prædictis regnis &c. terra Regis ejuſdem pro præterito tempore: & quod recipi ex ipſa compoſitione contigerit, ſignificabirur dicto Romano Pontifici, & fiet exinde quod mandabit. Intendimus autem, quòd prædicta fiant ad expreſſum & ſpeciale mandatum noſtrum, & ejuſdem Eccleſiæ, & jam dictus Rex Aragonum, antequam prædicta, vel ipſo-

Digitized by Google

ipſorum quodlibet mandetur eidem per nos vel ipſam Eccleſiam per ſpeciales literas & expreſſas, non poſſit aliquid petere à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, vel ab Eccleſia ſæpedicta, prædictorum occaſione vel cauſſa, & idem Rex ad nihil aliud, & non aliter quàm in ſuperioribus dicitur, teneatur per conventa nobis vel Eccleſiæ, & acceptata per ipſum ratione vel cauſſa eorum quæ præſentibus continentur. Omnium autem prædictorum interpretatio & declaratio ad Romanum Pontificem pertineant, qui pro tempore fuerit, quoties opus fuerit facienda: & ſuper hoc ſtabitur ſimplici verbo ejus. Datum Romæ apud S. Petrum XIII. Kal. Februarii, anno II.

PRIVILEGIUM JACOBI II.

In quo Judæi vel Sarraceni orthodoxam religionem amplexi, à bonorum amiſſione eximuntur: ac pariter jubetur ne à quoquam conviciis vel ſcommatibus inceſſantur.

ANNO CHRISTI MCCXCVII.

Nunc primùm prodit ex MS. Eccleſiæ Valentinæ.

384. Quoniam pius & miſericors Dominus Jeſus Chriſtus Redemptor & Salvator noſter vult omnem hominem ſalvum fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & neminem vult perire; iccircò nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum &c. Per nos & omnes ſucceſſores noſtros, tã in Aragonia, & Cathalonia, quàm in regnis Majoricæ, Valentiæ, Murciæ, ac univerſo dominio & juriſdictione noſtra, quam alicubi nunc habemus vel in poſterum nos & ſucceſſores noſtri auxiliante Domino habituri ſumus: pro amore Domini noſtri Jeſu Chriſti & glorioſæ Virginis Mariæ matris ſuæ, & remedio animæ noſtræ, & parentum noſtrorum, & ad promotionem & exaltationem Fidei Chriſtianæ, in perpetuum ſtatuimus firmiter & inviolabiliter obſervandum, quòd quicumque Judæus vel Sarracenus Fidem voluerit recipere orthodoxam, ac baptiſmi lavacrum ſalutaris; liberè & abſque ullius contradictione vel impedimento poſſit hoc facere, & nullatenus ab aliquo retrahatur: non obſtante aliquo prædeceſſorum noſtrorum, vel alicujus ſtatuto, prohibitione, vel pacto; vel etiam ſuper hoc alicubi obtenta conſuetudine, ita quòd propter hoc nihil de bonis ſuis mobilibus & immobilibus ac ſemoventibus, quæ habeat aut aliqua ratione habiturus erat, amittat: immo univerſa & ſingula ſecurè & liberè habeat ipſe & ſui. Si tamen fuerint Chriſtiani, & in omnibus & per omnia ipſe & ſui qui Chriſtiani fuerint, tam in judiciis, tributis, & quibuſcumque præſtationibus, quàm in omnibus aliis in perſonis & rebus ejuſdem ſint fori juris & conditionis, & eâdem per omnia gaudeant libertate cum cæteris Chriſtianis, quicquid etiam petere poterant, vel habere debebant, ratione alicujus ſucceſſionis, juris, vel conditionis antequam fierent Chriſtiani, petant & obtineant liberè poſt baptiſmum, ut ſicut tales divinam ex hoc gratiam promerentur, ſic & noſtram, qui Dei voluntatem & beneplacitum imitari debemus, obtinere noſcantur.

385. Statuimus inſuper in perpetuum, & firmiter ſub pœna in uſaticis Barchinonenſibus contenta, vel aliâ quæ magis timeri debeat arbitrio judicis infligenda, prohibemus, ne alicui ad Fidem Chriſtianam converſo, præſumat aliquis Chriſtianus, Judæus, vel Sarracenus, vel cujuſcumque conditionis, improperare converſionem ſuam, vocando eum *Renegat*, vel *tornadis*, vel alio verbo conſimili dehoneſtando eum. Quòd ſi quis hoc præſumpſerit, officialis noſtri quicumque fuerint, factâ ſeis ſuper hoc denunciatione ab injuriam paſſis, vel aliis, inquirant ſuper præmiſſis diligentiùs veritatem, illis quos in hoc culpabiles invenerint pœnam præmiſſam omni excuſatione poſtpoſita, infligentes: ita quòd ſi aliqui prætenderint paupertatem, ut ſic prædictam pœnam evadant, pœna jam dicta in aliam convenientem pœnam omnibus modis commutetur, ne aliàs paupertatis prætextu de ſua malitia reportare commodum videantur. Si autem (quod non credimus) ſuper hoc officiales noſtri aliqui negligentes fuerint vel remiſſi, pœnam ſuſtineant quæ prædictis tranſgreſſoribus fuerat infligenda.

386. Volumus etiam & ſtatuimus, quòd quicumque fratres Ordinis Prædicatorum Judæis vel Sarracenis utriuſque ſexus voluerint proponere verbum Dei prædicando, diſputando, conferendo, ad declarationem Fidei Chriſtianæ ipſi omnes ad vocationem eorum conveniant, & ſine ſtrepitu prædicationem eorum audiant, & ne veritatem abſcondere valeant tacen-

tacendo, ad interrogata quæſita ſeu objecta eis à prædictis fratribus abſque calumnia & ſubterfugio reſpondeant reverenter, necnon & librorum ſuorum eis ad veritatem negotii perquirendam copiam facere, cùm requiſiti fuerint, compellantur; ut ſic facta eis ſcripturarum oſtenſione, & collatione ſuper his habita, in communi veritas agitata meliùs & faciliùs ſplendeſcat in lucem.

387. Quòd ſi hæc facere noluerint, per officiales noſtros ad prædicta omnia obſervanda pœnâ adhibitâ compellantur. Volumus etiam quòd ſi qui Neophyti prædicationes, admonitiones, ſeu correctiones dictorum fratrum noluerint, ſeu neglexerint obſervare, per judices, bajulos, ſeu alios officiales noſtros, qui præſentes fuerint, de fratrum eorundem conſilio, pœna corporali, ſeu alia, ſemper quod neceſſe fuerit puniantur. Datum Valentiæ XV. Kal. Decembris, anno Domini MCCXCVII.

CONCILIUM PENNA-FIDELENSE

Præſide D. * Ægidio Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCII.

* Corr. Gundiſalvo.

Juxta fidem Codicis Mondexarenſis.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Quòd quilibet clericus recitet horas canonicas.*
II. *Quòd nullus clericus teneat concubinam publicè.*
III. *Quòd migrantibus . . . .*
IV. *Quòd nullus ſacerdos ſuo parochiano tradat corpus Chriſti, donec . . . . . .*
V. *Quòd qui revelat ſigillum confeſſionis . . . . . .*
VI. *Quòd quilibet Epiſcopus provinciæ Toletanæ publicet . . . . . clericis.*
VII. *Quòd decimæ ſolvantur de omnibus.*
VIII. *Quòd ſacerdotes vel per ſe, vel per idoneos miniſtros, faciant hoſtias de farina triticea.*
IX. *De uſuris.*
X. *De baptiſmo.*
XI. *De feſto Sancti Ildephonſi colendo.*
XII. *De* Salve Regina *cantanda.*
XIII. *De immunitate Eccleſiarum.*
XIV. *De captione Eccleſiarum.*
XV. *De non emendis poſſeſſionibus Eccleſiaſticis per certas perſonas.*

PRÆFATIO.

1. CUm teſtante Iſidoro paſtorale officium ſubditorum curam *a* gerens eorum mores velut ſpeculator proſpicere debeat, atque vitam *b* proinde, nos Ægidius * miſeratione divina Toletanæ ſedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas, ac regni Caſtellæ Cancellarius, Alvarus Palentinus, Bernardus Segobienſis, Simon Seguntinus, Joannes Oxomenſis, Paſchaſius Conchenſis Epiſcopi, licèt immeriti, ad hujuſmodi aſſumpti officium, unà cum noſtrorum capitulorum procuratoribus apud Pennam-fidelem congregati pro ſubditorum commodo animarumque ſalute, morum reformatione, & Eccleſiarum noſtrarum, inde de communi conſenſu ſalubriter duximus ſtatuendum.

a Regens exc. *b* Vitam; proinde nos exc. * corr. Gundiſalvus.

Imprimis, quia miniſtri Chriſti fulgent in Eccleſia ſancta Dei velut ſtellæ in firmamento, & in vita debent * laïci ſpeculari,

* Laicis prælucere.

CAPITULA.

I. *Quòd quilibet clericus recitet horas canonicas.*

2. STatuimus & ordinamus, ut quilibet clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel aliàs Beneficium Eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura obtinens, legitimo impedimento ceſſante, quotidie horas canonicas recitet ut tenetur. Si quis autem in his negligens inventus fuerit, & monitus à ſuo Prælato canonicè ſe non correxerit, per *c* ſubſtitutionem fructuum Beneficii ad tempus, prout culpæ qualitas exegerit, arceatur. Quòd ſi Beneficio caruerit in ſacris ordinibus conſtitutus, per ſuſpenſionis ſententiam puniatur.

c Subtractionem. exc.

II. *Quòd*

II. *Quòd nullus clericus teneat concubinam publicè.*

3. ITem quia quorum vita deſpicitur, reſtat ut eorum prædicatio contemnatur; non ſolùm verbo, ſed exemplo tenentur miniſtri Chriſti ſuos ſubditos informare, qui dixit: *Exemplum do vobis, ut quemadmodum ego facio, & vos faciatis*; ſtatuimus & ordinamus, ne ſubditorum animas pernicioſo perdamus exemplo, ut nullus clericus teneat publicè concubinam in domo propria vel etiam aliena. Si quis autem ſuæ ſalutis immemor; hujus noſtræ conſtitutionis tranſgreſſor exſtiterit, & monitus à ſuo ſuperiore canonicè ſe non correxerit; ad tempus per ſubtractionem fructuum ſui Beneficii arceatur. Quòd ſi indurato animo in crimine perſeveraverit, Beneficio perpetuò ſpolietur. Cæterùm ſi in ſacris conſtitutus beneficiatus non fuerit, & in hoc crimine reus exſtiterit, & monitus à ſuo ſuperiore canonicè ſe non correxerit, ab officiis ſuſpendatur. Quam ſententiam ſi indurato animo ſuſtinuerit, acriùs, juxta ſui ſuperioris arbitrium, puniatur. *Joann. 13.*

III. *Quòd migrantibus* . . . .

4. ITem quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus corpus ſuum diſcipulis tradidit manducandum, cùm dixit: *Accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc eſt enim corpus meum*; cujus exemplum ſequuta mater Eccleſia, piè ſtatuit & providè ordinavit, ut verè pœnitentibus & confeſſis corpus Domini humiliter poſtulantibus, potiſſimè ad patriam ab hoc ſæculo migrantibus, tamquam viaticum præbeatur; & nonnulli, quibus animarum cura eſt commiſſa, in ſuæ animæ periculum in officio ſibi commiſſo adeò negligentes exiſtunt, quòd morientes propter eorum culpam & negligentiam ſine pœnitentia & Euchariſtia recedunt (quod dolentes referimus) ab hac vita; ſtatuimus & mandamus, ut quicumque reus in hoc inventus fuerit, ſuo Beneficio perpetuò privetur. *Matth. 26.*

IV. *Quòd nullus ſacerdos ſuo parochiano tradat corpus Chriſti donec* . . . . .

5. ITem quia ſcriptum eſt ſecundum Apoſtolum: *Probet ſe unuſquiſque, & ſic de pane illo edat*. Ex quo manifeſtè docemur, quòd nullus corpus Domini debet ſuſcipere, niſi fuerit per cordis contritionem, oris confeſſionem, & operis ſatisfactionem probatus; aliàs autem ſuſcipiens judicium ſibi manducat, & nonnulli verentes ruborem ſacerdotis, potiùs quàm Dei timorem, ſua occultant ſcelera, & peccata propriis ſacerdotibus dicentes cùm non .... apud fratres vel alios ſe confeſſos, & ſic corpus Domini indignè ſuſcipiunt, fallentes ſemetipſos, cùm ſacerdotes decipiunt, qui in die judicii de eis tenentur reddere rationem; ſtatuimus & mandamus, ne aliqui ſacerdotes corpus Domini ſuis parochianis præbeant, immo in eorum ruborem & verecundiam expreſsè denegent, donec de eorum confeſſione ſibi fuerit .... ut quos Dei timor à malo non revocat, eos rubor coërceat diſciplinæ. *1. Corinth. 11.*

V. *Quòd qui revelat ſigillum confeſſionis* ......

6. ITem quia juxta verbum Jacobi, qui ait: *Confitemini alterutrum peccata veſtra*; quilibet Chriſtianus tenetur confiteri proprio ſacerdoti; quæ confeſſio lapſis poſt baptiſmum tamquam ſecunda tabula conceditur in ſubſidium animarum; & nonnulli ſacerdotes ſuę ſalutis immemores, & ſuſcepti officii ignari, peccata . . . . . . non ut hominibus, ſed ut locum Dei tenentibus, confeſſa, quæ juxta verbum Auguſtini dicentis: *Nihil in hoc mundo minus ſcio, quàm id quod in confeſſione ſcio*; tamquam ſcita, cùm verè juxta Domini verbum debeant dici non ſcita, propalant & revelant; ne exceſſus tanti criminis tranſeat impunitus, ſtatuimus & [d] ordinamus, quòd ſi qui tam nefandi criminis rei inventi fuerint, tamquam deportati, & in metallum damnati, perpetuo carceri mancipentur, pane & aquâ pro vitæ ſuſtentatione ſolummodo reſervatis. *Jacob. 5.*

[d] Mandamus exc.

VI. *Quòd quilibet Epiſcopus provinciæ Toletanæ publicet .... clericis.*

7. ITem cùm ſanctiſſimus Papa dominus Bonifacius VIII. cupiens laïcorum coërcere audaciam, & nocendi facultatem refrænare, conſtitutionem ediderit [e] quam contra laïcos clericis oppidò infeſtos tradidit antiquitas, per quam Eccleſiaſticis perſonis, & eorum bonis ſalubriter providetur, & parum eſſet jura condere, niſi eſſent perſonæ quę ea ſtudioſiùs exſequantur; ſtatuimus & mandamus, ut quilibet Epiſcopus Toletanæ provinciæ teneatur in ſua diœceſi eandem conſtitutionem facere divulgari: ne quis craſſam & ſupinam ignorantiam prætendere valeat, in animæ ſuæ periculum & jacturam.

Cap. Clericis. De immunitate Eccleſ. in 6.

[e] *corr.* Quæ incipit: Clericis laicos oppido inf. &c.

VII. *Quòd decimæ ſolvantur de omnibus.*

Pſalm. 23. — *a Dominii. exc.* — *f Partem. exc.* — *g Fruct. hortis, & exc.* — *h Dominicam miniſt. exc.*

8. ITem quia Domini eſt terra & plenitudo ejus, in cujus dominii recognitionem decimam partem, tamquam portionem Dominicam, omnium tam frugum quàm fructuum ex terra culturâ hominum vel ſine cultura naſcentium creator hominum ſibi dari inſtituit, necnon & de omnibus aliis licitè acquiſitis; & nonnulli timore Dei præ oculis non habentes, ſed ſui Domini recognitionem ſubtrahentes, hanc decimam minimè dare miniſtris Chriſti ſatagunt, in grave ſui diſpendium, & periculum animarum.

9. Proinde qui in *f* parte ſolicitudinis vocati ſumus, ſaluti animarum providere volentes, ſtatuimus & ordinamus, ut omnes parochiani de ſuis prædiis, & prædiorum cultis, ac arborum fructibus, *g* & de aliis naturâ vel culturâ humanâ ex terra naſcentibus, necnon & de animalibus inſuper, & de omnibus utilitatibus, utpote caſeo, lana, cera, melle, & aliis inde provenientibus, & de omnibus aliis licitè acquiſitis, decimam, tamquam portionem Domini, *h* eam miniſtris Chriſti ſine qualibet diminutione perſolvant. Si qui verò Dei timore poſtpoſito à miniſtris Eccleſiæ canonicè moniti, Dominicam decimam integrè dare renuerint; excommunicationis vinculo innodentur, & niſi ſatisfecerint, Eccleſiaſticâ ſepulturâ careant, etſi excommunicati non fuerint nominatim.

VIII. *Quòd ſacerdotes vel per ſe, vel per idoneos miniſtros, faciant hoſtias de farina triticea.*

Joann 6. — *Joann 12.* — *Deeſt nam.* — *i Poſſint. exc.* — *Deeſt fortè, ſine ulla.*

10. ITem quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt panis vivus qui de cœlo deſcendit, grano frumenti ſe comparavit, cùm dixit: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet*; ideo tradunt ſanctorum Patrum decreta, quòd panis qui conſecrandus eſt * in altari * non fiat niſi ex farina, aliàs & ex granis frumenti, ideſt tritici, elicita, & ex aqua pura & limpida aſperſa. Verùm quia propter ſimplicitatem hominum & juris ignorantiam conficiendo maſſam ex qua fit Deus panis poſſet periculum imminere; ſtatuimus & ordinamus, ut ſacerdotes per ſe (ſi commodè *i* poſſit) vel ſaltim per alios idoneos miniſtros Eccleſiæ, ipſis tamen præſentibus, maſſam ex farina triticea tantùm, & aqua pura...... fermenti vel alicujus alterius rei appoſitione conficiant, & inde hoſtiam faciant, quæ debet in corpus Domini conſecrari.

IX. *De uſuris.*

k Compeſcendum. exc. Lugdun cap 26. & Lateran. III. cap. 25. — ** Perſonas.* — *l Ei. exc.* — ** Atque domos ad fœnus exc.*

11. ITem quia ad *k* compenſandam uſurarum voraginem, quæ animas devorat, & facultates exhaurit, Lateranenſe & Lugdunenſe Concilia ſalubria ſtatuunt, tam contra manifeſtos uſurarios, quàm contra domos eis locantes, cujuſcumque dignitatis, conditionis, aut ſtatus exiſtat, pœnas debitas infligendo; ne nos qui executores dictorum Conciliorum ſumus in Toletana provincia (favente Domino) depotati, poſſimus de negligentia reprehendi; ſtatuimus & ordinamus, ut quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi per ſuas * publicè pecuniam atque *l* eis domos * ad domos exercendum locantes puniat, prout dicta Concilia ſtatuunt atque damnant.

X. *De baptiſmo.*

** Sed mundus nos revocat, bona &c.*

12. ITem quia nonnulli, tam Judæi quàm Agareni, cæcitatem ſui erroris attendentes, ad Fidem converti deſiderant orthodoxam, * ſcilicet mundus eos.... bona timentes quæ habent perdere univerſa; ne propter hoc hoſtis antiquus animas perdere cupiens bonum propoſitum revocet, quod Dei ſpiritus inſpiravit; ſtatuimus & mandamus, ut quicumque Judæus vel Agarenus baptizari voluerit, propter baptiſmi ſacramentum bona quæ antè habuit, ut jura præcipiunt, non amittat.

XI. *De feſto S. Ildephonſi colendo.*

m Specialibus exc. — *n Specialis. exc.* — *o Et quos. exc.*

13. ITem quia mater Verbi & Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti glorioſa ac ſemper virgo Maria, cappellanum, ac ſuæ virginitatis ſpecialem præconem Beatum Ildephonſum Patriarchalis Toletanæ Eccleſiæ Præſulem ac rectorem poſt ſui Aſſumptionem deſcendens de cœlo empyreo, corporaliter viſitavit; ac donis & muneribus *m* ſpiritualibus decoravit, in ſignum *n* ſpiritualis dilectionis & amoris; *o* ut quos mater Dei diligit & honorat, nos teneamur diligere ac etiam honorare; ſtatuimus & ordinamus, ut per totam Toletanam provinciam ejus feſtivitas tamquam præcipuè, ſeu duplici officio ſoleoniter celebretur.

XII. De

XII. De Salve Regina *cantanda*.

14. ITem cùm humana fragilitas propter ſui corruptionem vivere nequeat abſque culpa, & (teſtante Hieronymo) res contra naturam penè ſit, ut ſine peccato aliquis vivat, & lapſi per peccatum ſolùm poſt , Domini, recurſum habeant ad vitæ dulcedinem ſanctam Virgi- p Dominum. ext.
nem glorioſam, quam tenemur omnes requirere tamquam matrem miſericordiæ cum hymnis & canticis glorioſis; ideo inde ſuæ laudis præconium duximus taliter ordinandum, ut ſingulis diebùs poſt Completorium cantetur *Salve Regina* in qualibet Eccleſia alta voce, cum verſu: *Ora pro nobis.* & orationibus: *Concede nos famulos tuos.* Item: *Eccleſiæ tuæ.* Et pro ſummo Pontifice oratio: *Deus omnium fidelium.* Et pro Rege noſtro oratio: *Quæſumus omnipotens Deus.*

XIII. *De immunitate Eccleſiarum.*

15. ITem cùm ea quæ divini juris ſæculari non ſubjaceant poteſtati, & nonnulli potentes, neſcimus quo ducti ſpiritu, vel odii ſomite vel cupiditatis radice, Eccleſias infringere, & earum libertates & privilegia imminuere moliuntur, eis exactiones indebitas & onera gravia imponendo; proinde nos, qui ex officii noſtri debito, tamquam murum pro domo Iſraël opponere nos debemus; hujuſmodi exceſſibus, quantum cum Deo poſſumus, reſiſtere cupientes; ſtatuimus & ordinamus, ut ſi Regina ſuerit quæ hoc facere acceptaverit, vel prandia indebitè exegerit, vel filii Regum; Epiſcopus in cujus diœceſi attentari vel etiam perpetrari contigerit, eis penitùs denunciet, ut ſatisfaciant de commiſſo: & ſi requiſiti ſatisfacere noluerint infra menſem, juxta modum & qualitatem culpæ vel damni dati, cujus æſtimatio diœceſani arbitrio relinquatur, prout viderit expedire, terra eorum, ſi qua in ſua diœceſi habuerint, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto. Quod interdictum ponere cæteri Epiſcopi in terris, quas in ſuis diœceſibus habuerit, poſtquam eis denunciatum ſuerit, teneantur.

16. Verùm quia domini Henrici filii Illuſtriſſimi domini Ferdinandi quondam Regis Caſtel- *Scilicet Ferdinandi III.*
læ & Legionis, qui ab Eccleſia Toletana, q Poſſadicilam, & ab Eccleſia Segobienſi Riacam aldeas q Ponsdiell-
indebitè detinet occupatas, necnon & Epiſcopo Seguntino quædam mobilia poſtquam fuit de eo lam. ext.
proviſum Seguntinæ Eccleſiæ uſurpavit, exceſſus eſt notorius; ſtatuimus & ordinamus, ut nominatim requiratur, quòd prædicta loca reſtituat, Seguntino Epiſcopo ſatisfaciat de ablatis. Idem penitùs ſtatuentes de Infantiſſa Portugalliæ ſuper reſtitutione pœnarum de Viana Conchenſi Eccleſiæ facienda.

17. Cæterùm ſi alii potentes à prænominatis in præmiſſis deliquerint; ſecundùm canonicas ſanctiones, terræ eorum, quas habent in eorum diœceſi, ſupponantur Eccleſiaſtico interdicto, & præter huc ſi moniti uſque ad menſem non ſatisfecerint, ab eiſdem excommunicationis vinculo innodentur, temperantes, ſi ſibi videbitur expedire. Quam excommunicationem Archiepiſcopo & cæteris ſuffraganeis denuncient, ut & ipſi à ſuis ſubditis, eos tanquam excommunicatos faciant evitari. Quòd ſi in diœceſibus, in quibus deliquerint, terras non habuerint, ſi in aliis diœceſibus provinciæ Toletanæ illi Epiſcopi ubi deliquerint eos excommunicent, ſed alii Epiſcopi ubi terras habuerint, teneantur poſtquam ad eos pervenerint, & eos excommunicatos facere in ſuis diœceſibus denunciari, & terras eorum ſupponere interdicto. Verùm ſi in diœceſi Archiepiſcopi aliquid commiſſum ſuerit de prædictis, teneatur idem facere quod Epiſcopis eſt ſuperiùs ordinatum. Simile penitùs ſtatuentes, ſi delinquentes tale delictum commiſerint, propter quod incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto.

18. Quòd ſi religioſæ militares perſonæ fuerint, qui talia perpetraverint, contra tales duximus taliter procedendum, ut ſi ſuerint magiſter alicujus ordinis, vel magnus Commendator, vel Prior Hoſpitalis S. Joannis, ab Epiſcopo in cujus diœceſi deliquerit, per ſe vel per alium moneatur ut ſatisfaciat, ſecundùm quòd jura præcipiunt, de commiſſo. Quòd ſi hoc facere q noluerit, il- q Renuerit ext.
le Epiſcopus, in cujus diœceſi delictum commiſerit, ejus terras ſubjiciat Eccleſiaſtico interdicto. Quòd ſi terras in ejus diœceſi non habuerit, fiat ut præcedenti paragrapho eſt notatum. Sed ſi inferiores à prænominatis ſuerint, ut r ſicut ſimplices Commendatores, & deliquerint in loco vel in r Deeſt ſicut.
re non exemptis per Epiſcopum, in cujus diœceſi talia perpetraverint, ſi moniti non ſatisfecerint, & excommunicentur, & nihilominus eorum commendæ ſupponantur Eccleſiaſtico interdicto.

19. Et ſi in ſua perfidia perſeveraverint, denuncientur ſuo majori; & ſi ipſe non correxerit, & ſatisfacere noluerit; vel corrigi vel ſatisfieri non fecerit à die requiſitionis infra menſem, omnes Eccleſiæ & villæ ſui dominii ſimiliter Eccleſiaſtico ſubjiciantur interdicto, in ſ quarum ſuerit diœ- ſ Quacumque ext.
ceſi Toletanæ provinciæ, eo modo quo ſuperiùs eſt expreſſum. Si verò ſimplex frater ſine commenda aliqua deliquerit in loco & re (ut præmiſſum eſt) non exemptis, & monitus non ſatisfecerit, per diœceſanum excommunicetur, ubi delictum ſuerit perpetratum. Et ſi indurato animo in rebellione perſeveraverit, ſuo Commendatori denuncietur. Quòd ſi nec ille Commendator
correxerit, & t emendari non ſecerit, procedatur ut ſuperiùs eſt notatum. t Emendare. ext.

20. Item ſi ſimiles vel quævis alia perſona in aliquo deliquerit, Epiſcopus in cujus diœceſi deliquerit, eum excommunicet, & excommunicatum denunciet domino Archiepiſcopo, ut eum

faciat

Digitized by Google

faciat ab omnibus ſuffraganeis evitari; & nihilominus ſi terram in aliqua parte provinciæ habuerit, Epiſcopus in cujus diœceſi fuerit eam ſubjiciat Eccleſiaſtico interdicto. Hæc conſtitutio quantum ad hujuſmodi perſonas, juxta arbitrium Epiſcopi, ad u prędicta extendatur.

u Præteritis etc.

21. Item ſi communitas aliqua, vel Concilium deliquerit, Epiſcopus diœceſis locum ſubjiciat interdicto, & nihilominus officiales aliquos de majoribus nominatim excommunicent, excommunicatos Archiepiſcopo denuncient, ut ſuperiùs.

22. Item ſi Alcales vel Majorini, vel alii rectores civitatum vel aliorum locorum deliquerint, per diœceſanum excommunicentur, & excommunicati denuncientur domino Archiepiſcopo, ut ſuperiùs. Et ſi univerſitas vel Concilium loci ubi hoc acciderit, in hoc inventa fuerit culpabilis, locus ſupponatur Eccleſiaſtico interdicto.

XIV. *De captione Eccleſiarum.*

23. ITem cùm Rex pacificus Chriſtus Jeſus, qui pacem venit docere in mundum, Eccleſiam ſuam in petra Fidei ſolidatam, pacis vinculo firmârit, & in ea Epiſcopos vel Prçlatos, & alias perſonas, quas inſtituit, & ſuam pacem dedit, x & quæ reliquit, quorum anima (ſecundum Ambroſium) ſunt fletus & lacrymæ, & pro Dei populo noſcuntur ſolùm orationi & jejonio deputati, & nonnulli de ſua potentia confiſi (inſtigante diabolo) in Dei opprobrium & contemptum jam dictos Prælatos & Chriſti miniſtros non ſolùm injuriis afficere...... eſt tamquam jus mortis y diffidere in perſonis propriis non verentur; z non attendentes quàm ignominioſum eis exiſtat (ſi bene adverterent) arma contra tales aſſumere, quibus armis uti, veritate eis in perſona...... prohibente, cùm dixit: *Converte gladium tuum in locum ſuum*. Et alibi: *Mihi vindictam & ego retribuam*.

x Atque. etc.
y Diffidare. etc.
z Nos. etc. Matth. 26. Rom. 12.

24. Ideo nos tranquillitatem & pacem in Eccleſia Dei ſervare volentes, ne concuſſis columnis ædificium corruere cenſeatur; ſtatuimus & mandamus, quòd ſi aliquis, cujuſcumque dignitatis, conditionis, vel ſtatus exiſtat, diffidaverit, vel diffidatum tenet vel tenuerit Epiſcopum prçſentem, vel canonicum Eccleſiæ cathedralis, aut ſocium; & admonitus diffidationem non ſevocaverit, excommunicetur & denuncietur domino Archiepiſcopo ut ſuprà, & nihilominus terra ejus, ubicumque eam habuerit in provincia Toletana, per diœceſanum loci ſubjiciatur Eccleſiaſtico interdicto.

25. Item quia nonnulli Eccleſiarum vaſſalli terras ex munificentia Regum vel Principum largitate Eccleſiis acquiſitas, vel quovis alio juſto titulo obtentas & poſſeſſas, calliditate propria, vel alterius fallaciâ decepti, inpotentes & duros adverſarios venditionis alteriuſve alienationis titulo transferre nituntur, unde Eccleſiæ in rebus & juribus damnificantur, & earum miniſtri rixas incurrunt a aut odia graviora; ideo nos .... Eccleſiarum providere & miniſtrorum quietudinem fovere, prout cum Deo poſſumus, cupientes;

a Et. etc.

XV. *De non emendis poſſeſſionibus Eccleſiaſticis per certas perſonas.*

26. STatuimus & mandamus, quòd ſi aliqui milites, vel alii privilegiati, domos vel poſſeſſiones emerint b in dominio Eccleſiæ, & eas, moniti, infra duos menſes dimittere noluerint, vel vendere perſonis c privilegiatis minimè curaverint, per diœceſanum, in cujus diœceſi ſunt, excommunicentur, & nihilominus, ſi terras habuerint, ſubjiciantur Eccleſiaſtico interdicto. De qua ſententia debet facere fidem Archiepiſcopo, ut ipſe contra eum procedat eo modo quo ſuperiùs eſt notatum: ſtatuentes nihilominus, ut hæc conſtitutio ad præterita extendatur.

b Vel emerunt etc.
c Non privil. etc.

27. Ego Petrus .... de Cailla notarius curiæ domini Archiepiſcopi Toletani d præſens fui quando ſupradicti reverendi Patres & domini, videlicet Archiepiſcopus Toletanus, & cæteri Epiſcopi, & procuratores ſuarum Eccleſiarum, & alii canonici Cathedralium Eccleſiarum, fuerunt congregati apud Pennam-fidelem, & ipſi omnes ſupraſcriptas conſtitutiones, quas ibidem compoſuerant & ordinaverant, fecerunt in mei præſentia legi; mandantes inſuper mihi, ut eas manu propria ſcriberem, & in publicam formam redigerem, atque earum tranſumpta ſupradictis dominis vel procuratoribus ſuarum Eccleſiarum, qui in prædicta congregatione cum eis interfuerant, exhiberem, cùm ab eis fuero requiſitus.

d Interfui. etc.

28. Actum eſt apud Pennam-fidelem tertio Idus Maji, anno Domini MCCCII. præſentibus ſupradictis dominis: & ego ad mandatum eorum hoc tranſumptum ex prædictis conſtitutionibus propria manu ſcripſi, & in earum fine appoſui hoc meum aſſuetum ſignum.

Ordinatio Epiſcoporum in Concilio Toletano diſponitur iſto modo.

Ex parte dextera.	*Ex parte ſiniſtra.*
Epiſcopus Paleutinus.	Epiſcopus Segobienſis.
Epiſcopus Oxomenſis.	Epiſcopus Seguntinus.
Epiſcopus Cordubenſis.	Epiſcopus Conchenſis.

GA-

GABRIELIS COSSARTII OBSERVATIO.

29. CОncilium hoc Ægidio Archiepiſcopo tribuitur in eo, quo ſumus uſi MS. cùm tamen certò conſtet eſſe Gundiſalvi III. qui priùs Conchenſis Epiſcopus fuerat. Id autem conſtat ex anno quo eſt habitum: tunc enim non Ægidium, ſed Gundiſalvum Toletanæ Eccleſiæ præfuiſſe, ex rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus, & Antiſtitum illius Eccleſiæ catalogis diſcimus. Conſtat id quoque ex cap. 2. Concilii Complutenſis anni MCCCXXVI. in quo Joannes Toletaous Archiepiſcopus ait, à Gundiſalvo prædeceſſore ſuo Concilium apud Pennam-fidelem eſſe celebratum, ejuſque citat conſtitutiooem, quæ incipit: *Item cùm ea quæ divini juris*; quam conſtitutionem in hoc noſtro Concilio legimus cap. 13. Satis igitur mirari non poſſum hiſtoricorum aliquot incogitantiam, qui Concilium hoc ab Ægidio Albornotio celebratum dixerunt: qui ſedere cœpit anno MCCCXXXVII. totis nimirum XXXV. annis poſt Concilii hujus noſtri tempus; annis verò XI. pòſt, ejus eſt facta mentio in Concilio Complutenſi.

30. Errorem hunc puto Hiſpanis librariis tribuendum, qui cùm reperiſſent ſcriptum *G. Archiepiſcopi*, primâ tantùm expreſsâ nomiois literâ (quod in Actis hujuſmodi fieri ſolitum eſſe nôrunt eruditi) putârunt deſignari Ægidium, qoi Hiſpanico vocabulo *Gil* vocatur: præſertim cum celebritas illius nominis faceret, ut de hoc potiùs Toletano Archiepiſcopo cogitarent, quàm de aliis, quorum fortaſſe ne nomina quidem ſciebant. Utut eſt, multos in errorem prava eorum ſcriptura impulit: at non Marianam noſtrum, qui libro Hiſtoriæ ſuæ XV. cap. V. disertè ait Gundiſalvum huic Concilio præfuiſſe.

SYNODUS OSCENSIS

In Aragonia celebrata anno Domini MCCCIII.

31. ANno Domini MCCCIII. habita fuit Synodus apud Oſcam urbem in Aragonia, in palatio D. Martini Oſcenſis Epiſcopi: in qua publicè recitatum fuit inſigne privilegium D. Ramiri Regis Aragonum, ſubſcriptum à novem Epiſcopis, & olim datum in Concilio Jaccenſi anno MLXIII. in obſequium Dei & B. Piſcatoris (ita ibi S. Petrus appellatur) ſimiliter & privilegium Sanctii filii ejuſdem Regis, ad reparationem & inſtaurationem Eccleſiæ Oſcenſis, quæ deſtructa fuerat à barbaris. *Ex Ms. Eccleſiæ Toletanæ, unde nos tranſcripſimus, edidimuſq; ſuprà ad annum MLXIII. pag.* 228.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Juſſu Clementis V. Papæ in cauſſa Templariorum celebratum anno Domini MCCCX.

32. ANno MCCCX. celebratum fuit Concilium Salmanticæ in cauſſa Templariorum juſſu Clementis Papæ V. qui ea de re ſcripſit ad omnes Reges & Archiepiſcopos; ac proinde ad Ferdinandum Regem Caſtellæ ac Legionis, Jacobum Aragoniæ, Ludovicum Navarræ, Dionyſium Portugalliæ, & ad Archiepiſcopos Toletanum Compoſtellanumque, formula omnibus communi, exſtante in Actis Concilii Generalis Viennenſis. Quid verò actum & concluſum fuerit in Concilio hoc Salmanticenſi, ſimiliter & à quibus Prælatis celebratum ſit, narrat Joannes Mariana lib. 15. cap. 11.

33. Pridie (inquit) Kalendas Auguſti, literæ à Pontifice datæ, quibus inquirendi in Caſtellæ Templarios, Compoſtellæ & Toletano Archiepiſcopis poteſtatem permittit, adjuncto Americo Inquiſitore ex Prædicatorio ordine (num eo, à quo Directorium Inquiſitorium editum exſtat?) aliiſque Præſulibus. In Aragonia idem negotinm Epiſcopo Raymundo Valentino, Semeno Cæſar-auguſtano, datum eſt. Idem in reliquis provinciis toto Chriſtiano Orbe factum: eo temperamento, ut inquiſitione habita, de ſumma rerum in Conciliis tantùm Provincialibus cognoſceretur. *Et paullò pòſt*. In Aragonia, correptis armis, arcibus ſe munitione tueri conſtituunt. *Mox*: Victi Templarii, ferroque vincti. In Caſtella Rodericus Ivanius Ordinis pro-magiſter, ſociique omnes, à Gonſalvo Toletano Præſule ad dicendam cauſſam vocati: vincula injecta abs Rege omnibus.

34. Salmanticę in Vectonibus Patrum Concilium habitum eſt. Rodericus Compoſtellanus, Joannes Uliſipponēſis, Vaſcus Idigitanus, Gonſalvus Zamorenſis, Petrus Abulenſis, Alphonſus Civitatenſis, Dominicus Placentinus,

Rode-

Rodericus Mindonienſis, Alphonſus Aſturicenſis, Joannes Tudenſis, Joannes Lucenſis aſſuerunt: de vinctis atque ſupplicibus quæſtione habita, cauſsâque cognitâ, pro eorum innocentia pronunciatum communi Patrum ſuffragio; ad Pontificem tamen Romanum rejecta totius rei ſumma deliberatio: ea contra Patrum decretum valuit: delatoque ordine, bona abs Rege occupata atque oppida omnia ſunt. In Calæcis Ponſ-ferratus, Farumque: in Legionenſi tractu Baldoerna, Tavara, Almanſa, Alcanitium: Tagum inter & Anam ad Portugalliæ fines, Valentia, Alconeta, Sericium, Nertobriga, Capella, Carcuvium: in Bætica, Palma: in Vaccæis, Villalpandum: in Conteſtanis, Caravacca: in Carpetania, Montalbanum, aliaque oppida, prædia, domus totâ ditione Caſtellæ Regum, quæ numerare ſingula longum eſſet.

NOTA CARD. DE AGUIRRE.

35. ÆGidius Gonzalez de Avila in *Hiſt. Salmantic.* lib. 3. cap. 7. & Tamayus à Salazar in *Martyr. Hiſpanic.* collocant hoc Concilium anno MCCLXXXVI. quo obiit D. Petrus Fachôr Epiſcopus Salmanticenſis. Sed enim eo tempore, immo & multis poſt annis, nondum videtur excitata fuiſſe quæſtio illa, nec ii ad dicendam cauſſam vocati inveniuntur uſque ad initium ſæculi ſequentis, tempore Clementis V. qui Pontificatum iniit anno MCCCV. ac ſententiam de extinctione Templariorum tulit in Concilio Viennenſi Generali anno MCCCXI. Ut hinc etiam horum auctorum lapſus pateſcat, qui Concilium hoc Salmanticenſe coactum aſſerunt juſſu Clementis V. cùm anno MCCLXXXVI. in quo illud collocant, non Clemens, ſed Honorius IV. Pontifex eſſet: Clemens verò nonniſi poſt quinque Pontifices Petri cathedram aſcenderit; poſt Honorium nempe, Nicolaum IV. Cœleſtinum V. Bonifacium VIII. & Benedictum XI. Quare errorem irrepſiſſe cenſeo apud Ægidium, ac pro MCCLXXXVI ſubſtituendum MCCCX. quo anno Templariorum cauſſa multis Conciliis celebrandis occaſionem præbuit, etiam in Hiſpania.

CHRONICON BARCINONENSE

Ab anno Domini DCCCCLXXXV. uſque ad MCCCXI.

Ex Luca d'Acherio Tomo X. Spicileg. *pag.* 621.

36. TErtio Nonas Julii anno DCCCCLXXXV. fuit capta civitas Barcinonenſis à paganis.

Anno MLXXXII. fratres Militiæ Templi cœperunt caſtrum Montiſſoni.

Anno MCXV. capta fuit civitas Majoricarum à Comite Barcinonenſi cùm Piſanis, quam Januenſes poſtea tradiderunt.

Anno MCXIX. fuit capta Cæſar-auguſta.

Anno MCXXXVI. obiit Beatus Ollegarius Epiſcopus Barcinonenſis.

Anno MCXLIII. 6. Kal. Decemb. fuit capta Ciurana.

Anno MCXLVII. fuit capta à domino Rege Petro civitas Almeriæ.

Pridie Kal. Januarii, anno MCLVIII. fuit capta civitas Dertuſæ ab illuſtri domino Raimundo Comite Barcinonenſe.

Nono Kal. Novemb. anno MCLIX. fuit capta civitas Ilerdæ & Fragæ.

Idibus Septembris, anno MCLXXX. paſſus fuit Sol eclipſim, & iterum anno MCCXXXIX.

Mortuo Ludovico Rege Francorum, cœpit regnare Ludovicus filius ejus minor, qui regnavit annis 44.

Et die feſto Sancti Joannis Baptiſtæ uſque in diem Sancti Lucæ, quo die celebratum fuit Concilium apud Tarraconam à domino Berengario Tarraconæ Archiepiſcopo, cum Epiſcopis & clericis ſui Archiepiſcopatus, quorum conſilio & precepto annus Domini inſtitutus ſcribi in omnibus chartis per totum Archiepiſcopatum.

Anno MCXCIII. 14. Kal. Martii, fuit interfectus Berengarius Tarraconenſis Archiepiſcopus, à G. Raimundi de Monte-catano.

Anno MCXCVI. obiit Ildephonſus Rex Aragonum, & Comes Barcinonenſis.

Anno MCC. currebat in Barcinone moneta, quæ dicebatur Bruna, & duravit uſque in anno MCCIX.

Anno MCCVIII. intraverunt Cruce-ſignati in Carcaſſes.

Anno MCCIX. fuit aſperſa moneta de Boſſanaya, quæ duravit tres annos, uſque in anno MCCXII.

Octavo Idus Martii, anno MCCX. fuit facta conſtitutio à domino Rege Petro olim inclytæ recor-

recordationis in Barcinona, & ejus Comitatu, de non vendendis aut aliter alienandis ſine conſenſu dominorum honoribus feudalibus.

Undecimo Kal. Aprilis anno MCCXII. fuit aſperſa à domino Petro moneta de quaterno Barcinone.

Decimo ſeptimo Kal. Aog. anno MCCXII. fuit capta civitas Hubedæ, Calatravæ, & Bacuſæ, habito campeſtri bello cum perfidis Sarracenis, & obtentâ victoriâ à Chriſtianis.

Undecimo Kal. Maji anno MCCXIII. fuit injunctum omnibus notariis Barcinonenſibus, quòd ponerent in chartis marcham argenti ad 48. ſolid. Quarto Non. Aug. eodem anno fuit injunctum dictis notariis, quòd ponerent in chartis marcham argenti ad 88. ſolidos.

Pridie Kal. Septemb. anno MCCXIII. obiit dominus Petrus olim Rex Aragonum apud Murellum in Provincia.

Decimo Kal. Mart. anno MCCXXI. fuit à domino Rege Jacobo aſperſa moneta de duplo Barcinonenſi.

Pridie Kal. Januar. anno MCCXXIX. capta fuit iterum civitas Majoricarum à domino Rege Jacobo.

Pridie Idus Septemb. anno MCCXXIX. intravit dominus Joannes Sabinenſis Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ Cardinalis Barcinonam.

Anno MCCXXXIII. fuit capta Burriana à domino Rege Jacobo.

Anno MCCXXXV. intravit domina Regina Hungariæ Barcinonam.

Anno MCCXXXVII. menſe Auguſti fuit campeſtre bellum apud Podium de Cebola cum infinito numero Sarracenorum.

Anno MCCLIV. ſeptimo Id. Octob. domina Hioles de Hungaria Regina Aragonum, uxor domini Regis Jacobi quondam, deceſſit in Aragonia apud Sanctam Mariam de Sales.

Anno MCCLVIII. fuit aſperſa à domino Rege Jacobo moneta de terno Barcinonenſi.

Anno MCCLXVI. civitas Murciæ fuit capta à domino Rege Jacobo.

Anno MCCLXIX. Kal. Septemb. dominus Jacobus olim Rex Aragonum cum armata ſua militum & peditum receſſit de plagia Barcinonenſi cauſâ eundi ad partes tranſmarinas, & propter procellam maris remeavit.

Kal. Jul. anno MCCLXX. Ludovicus Rex Franciæ receſſit de Aquis-mortuis, & deinde obſedit Tunicium ſimul cum Rege Navarræ, & Odoardo, & Rege Carolo, ubi ipſe Rex Franciæ deceſſit.

Anno MCCLXXV. in menſe Junii dominus Rex Jacobus quondam cum exercitu ſuo ivit contra Comitem Impuriarum, & obſedit villam de Roſes. Poſtea dominus Jacobus Rex Aragnnum nepos ſuus cum exercitu ivit contra Comitem Impuriarum.

Septimo Kal. Aug. anno MCCLXXVI. dominus Rex Jacobus inclytæ recordationis apud Valentiam deceſſit.

Sexto Non. Mart. anno MCCLXXVIII. exercitus Barcinonenſis recedit Barcinonâ, & obſedit caſtrum de Luſſano, quod proceſſu temporis cœpit.

Mediante Madio, anno MCCLXXX. dominus Rex Petrus obſeſsâ villâ de Balagoer, cœpit Comites Fuxenſem, & Urgellenſem, & de Palhars, & ferè omnes nobiles Catalonia.

Octavo Idus Junii anno MCCLXXXII. dominus Rex Petrus, filius domini Regis Jacobi, recedendo de portu Fanges, ivit ad Alcoyl cum 700. militibus, & magna comitiva peditum.

Poſtea quinto Kal. Aug. anno prædicto, ipſe dominus Rex Petrus recedendo de Alcoyl, applicuit in Siciliam.

Nonis Junii anno MCCLXXXIV. armata domini Regis cœpit Principem, filium Regis Caroli, & ejus armatam apud Neapolim.

Septimo Kal. Julii anno MCCLXXXIV. galeæ Barcinonenſes cœperunt in Barbaria decem galeas Sarracenorum.

Non. Kal. Octob. MCCLXXXV. Philippus Rex Franciæ poſt adventum galearum Siciliæ, tempore exercitûs de Paniſſars, deceſſit apud Caſtilionem Impuriarum, captâ Gerundâ.

Quarto Idus Novemb. anno MCCLXXXV. dominus Rex Petrus deceſſit apud Villam-Francam.

Kal. Januarii anno MCCLXXXVI. dominus Alphonſus Rex Aragonum, cum ſua comitiva militum & peditum, propter guerram cœpit inſulam Majoricarum.

Decimoquarto Kal. Aug. anno MCCXC. fuit captum & dirutum per exercitum Barcinonenſe caſtrum Epiſcopale.

Octavo Kal. Novemb. MCCXCI. fuit factum duellum per Berengarium Sequim & Petrum Coſco.

Decimoquinto Kal. Jul. anno prædicto dominus Rex Alphonſus deceſſit Barcinonæ, & tunc incepit Rex Jacobus regnare.

Quinto Kal. Septemb. anno prædicto dominus Infans Petrus, filius Regis Petri, contraxit nuptias cum domina G. de Monte-catano.

Decimoquinto Kal. Junii anno MCCXCI. civitas Achonis fuit capta à perfido Soldano.

Decimotertio Kal. Decemb. anno MCCXCI. fuit factum prœlium Barcinone de Berengario d'Entença, & Ar. d'Arteſia.

Kal. Decemb. anno prædicto dominus Rex Jacobus deſponſavit in uxorem dominam Eliſabeth, filiam illuſtriſſimi domini Sancii Regis Caſtellæ.

Decimo tertio Kal. Madii anno MCCXCV. deceſſit dominus Sancius Rex Caſtellæ.

Kal. Novembris anno MCCXCV. dominus Rex Jacobus, filius domini Regis Petri inclytæ recordationis quondam, duxit in uxorem dominam Blancham filiam Regis Caroli, & renunciavit regno Siciliæ.

Anno MCCXCVI. in menſe Novemb. dominus Rex Jacobus vexillarius & capitaneus ſedis Apoſtolicæ, cum dicta Regina ivit in curiâ, & 10. Kal. Madii anno MCCXCVII. redivit.

Kal. Julii MCCXCVIII. dictus dominus Rex Jacobus iterum cum magna comitiva militum

litum & peditum armatorum ivit ad partes Romanas, & inde recedendo in Siciliam, ubi obſedit Cæſar-auguſtam, unde infirmitate receſſit, & poſtea reparato exercitu IV.Non.Julii.

Kal. Auguſti anno MCCXCVIII.fuit factum prœlium Barcinonæ inter Rogerium de Caſtro-Ciro pro domino G. de Monte-catano,& Guillelmum de Medalia pro domino Vicenſi Epiſcopo.

Anno MCCXCIX. habuit conflictum per mare cum armata ſua, cum Rege Friderico & armata ſua, quem devicit, & partem armatæ ſuæ retinuit.

Quinto Kal. Septemb. anno MCCXCIX. fuit inchoatum capitulum provinciale per fratres Minores Barcinonæ.

In menſe Decembri anno MCCXCIX. in Sicilia apud Trapenam, habito campeſtri bello cum filio Regis Caroli, fuit captus per Fridericum.

Quinto Idus Aprilis anno MCCC. domina Conſtantia uxor domini Regis Petri deceſſit Barcinonæ.

Decimo tertio Kal. Aprilis anno MCCC. deceſſit frater Bernardus Epiſcopus Barcinonenſis.

In feſto Sanctæ Mariæ Auguſti, anno MCCCVIII. fuit obſeſſa civitas Almariæ per dominum Regem Jacobum, & in menſe Januarii ſequenti receſſit.

Quarto Idus Octobris anno MCCCX. deceſſit domina Blancha Regina Aragonum, uxor domini Regis Jacobi.

Anno MCCCXI. deceſſit dominua Jacobus Rex Majoricarum.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide Guillelmo Archiepiſcopo, in cauſſa Templariorum celebratum anno Domini MCCCXII.

37. ANno Domini MCCCXII. celebratum eſt Concilium Tarracone ad cauſſam Templariorum examinandam; in quo ii, matura deliberatione præcedente, abſoluti foerunt ab hæreſibus, eiſque canonica pœnitentia indicta. Neque enim tam culpabiles inventi fuerunt, ac fama ferebat, quamvis tormentis adacti fuiſſent ad confeſſionem criminum. Præſuit Concilio Guillelmus Tarraconenſis Archiepiſcopoa, adſidentibus Epiſcopis Raymundo Valentino, Eximio Cæſar-auguſtano, Martino Oſcenſi, Berengario Vicenſi, & Franciſco Dertuſenſi. Ilerdenſis autem infirmitate gravi impeditus, non potuit Synodo intereſſe.

38. Mirum autem eſt, præcipuos rerum Aragonenſium Chronographos Zuritam & Blancam, ſicut & Marianam Hiſpanienſium, de ejuſmodi Concilio altùm ſiluiſſe, quamvia plura alia circa Templariorum cauſſam memorent. Acta hujus Concilii, ut aliorum quamplurium, ab ſe edenda promiſerat illuſtriſſimua Archiepiſcopus Petrus de Marca ex archivo Eccleſiæ Tarraconenſis, ut conſtat ex Synopſi Conciliorum Labbei, pag. 385. ſed nondum ea lucem viderunt. Nos autem eorundem Actorum ſummam exhibemus ex libro manu exarato, linguâ Catalonicâ ſcripto, cui titulus: *Archiepiſcopologium ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconenſis*, auctore D. Joſepho Blanch canonico & chartophylace ejuſdem Eccleſiæ; in quo cap.29. ubi de Archiepiſcopo D. Guillelmo de Rocabertì ſermonem inſtituit, hæc habet, quæ Latinè vertimus.

39. PAullò ante quàm D. Guillelmus Archiepiſcopus crearetur, Clemens V. Pontifex in Concilio Viennæ Galliæ celebrato, Templariorũ ordinem, qui tam glorioſè in hoſtibus Fidei debellandis, ac Eccleſia defendenda ſanguinẽ effuderant, penitùs extinxit. Cùmque in regno Aragoniæ pingues reditus haberent; idem ſummus Pontifex, Archiepiſcopo noſtro, in initio ferè ſui regiminis, unà cum Archiepiſcopo Valentino, dictorum bonorum curam & adminiſtrationem commiſit; ut ea in commendam acciperent ſervarentque, donec cui tradenda eſſent, ipſe nunciaret. Itaque ea adminiſtravit, donec ut equitibus S.Joannis Hoſpitalis Hieroſolymitani applicarentur, decretum fuit.

40. Templarii Gotholoniæ cùm audiſſent, ſciſſentque ea quæ in Gallia eorum fratribus eveniſſent, verentes ne idipſum illis accideret in corona Aragoniæ, in caſtris quæ in Gotholonia habebant ſe munire curârunt: præcipuè autem in oppido Barbara hujus diœceſis. Quapropter Jacobus II. Rex juſſit Tarraconis & Cerberæ miniſtris (*Veguers* vulgò dictis) cum gente ſuarum juriſdictionum, ut eos ab iiſdem propugnaculis detraherent, ac in manus domini Fr.Joannis de Llotger ordinis Prędicatorum, in Gotholonia contra hæreticã pravitatem inquiſitoris Apoſtolici, traderent; ut ipſe eorum vivendi normam ac rationem, in iis in quibus hæreſeos notâ inurebantur, diligenter ſcrutaretur.

41. Cùm ergo eorum res tam malè verteret, atque in eam anguſtiam redacti eſſent, ad D. Guillelmum Archiepiſcopum confugerunt, ab eoque poſtulârunt, ut mandata Pontificia exſequeretur, in quibua ordinariis jubebatur, ut in propria unuſquiſque diœceſi ſuper vita, moribus, & inſtituto Templariorum diligenter inquireret, ut appareret an juxta Fidem Catholi-

cam,

cam, & religiunis ſtatuta viverent, necne. Eo-rū precibus indulſit Archiepiſcopus. Siqnidem die 10. Auguſti MCCCXII. Concilium Provinciale convocavit in hac urbe ad hunc effe-ctum, in quo adfuerunt Epiſcopus Valentinus, Cæſar-auguſtanus, Oſcenſis, Vicenſis, Dertu-ſenſis, & Ilerdenſis; necnon Syndici Capitulorum, Abbates, & Priores ejuſdem provinciæ.

42. Et ut dicti Templarii ad idem Concilium ſe conferrent, eos hac formula citari juſſit: Guillelmus miſeratione divina Sanctæ Tarraconenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, univerſis & ſingulis cuſtodibus fratrum Ordinis noſtræ militiæ Templi quondam, vel eorum loca tenentibus, ſalutem in Domino. Cùm præſentia ipſorum fratrum qnondam dicti Ordinis ſit multùm neceſſaria nobis; iccircò vobis dicimus & mandamus de voluntate Concilii, quatenus dictos fratres quondam die Dominica proximè venturâ nobis totiſque Concilio exhibeatis; ita quòd die Lunæ manè procedi valeat cum iiſdem, & hoc nullatenus differatis. Datum Tarracone ſeptimo Kal. Novembris, anno Domini MCCCXII.

43. Convenerunt Templarii provinciales in Concilium, qnod quidem juris diſpoſitioue obſervatâ, in eos invectum eſt, ſcrutando, teſtes examinando, ac ſuper iis variè inquirendo: nec ullum in eis crimen inventum fuit, vel quòd aliquâ hæreſeos labe infecti aſſent. Quare ſententiâ definitivâ omnes & ſinguli à cunctis delictis, erroribns, & impoſturis, de quibus accuſabantur, abſoluti fuère, decretumque fuit ne aliquis eos infamare auderet; qnòd in inquiſitione per Concilium facta, ab omni ſiniſtra ſuſpicione immunes reperti fuiſſent. Quæ quidem ſententia lecta fuit in cappella Corporis Chriſti clauſtri Eccleſiæ Metropolitanæ die 4. menſis Novembris dicti anni MCCCXII. per Arnaldum Ceſconnm canonicum Barchinonenſem, præſentibus Archiepiſcopo noſtro, cæteriſque Antiſtitibus dictum Concilium Provinciale conſtituentibus.

44. Cumque ſummus Pontifex dictum Ordinem extingui juberet, hæſit Concilium, vehementer dubitans, quid de Templariis hujus provinciæ reſolvendum foret. Poſt varias igitur undique adductas rationes, ac re bene perpenſâ, decrevit tandem, nt in diœceſibns in quibus dicti eqnites reditus poſſidebant, daretur illis congrua habitatio & proventus ex redditibus ſul Ordinis, utque nnuſquiſque eorum obedientiæ, correctioni, ac viſitationi Epiſcopi, in cujus diœceſi degebat, ſubjaceret, quodque ita viverent, ut ſcandala non parerent; donec quid de eis ſtatuendum, à ſummo Pontifice decerneretur. Quæ omnia ut à ſancta Synodo decreta fuerunt, exſecutioni mandata ſunt; atque in hoc ſtatu permanſerunt Templarii uſque ad Pontificatum domini Eximenii de Luna, de qno ſtatim ſermo erit. *Hactenus D. Joſephus Blanch.*

CONCILIUM SALMANTICENSE

Præſide Archiepiſcopo Compoſtellano, celebratum anno Chriſti MCCCXII.

45. CUm Clemens Papa V. ad ſummi Pontificatus apicem evectus eſſet, Academiæ Salmanticenſis reditus, in decimis conſiſtentes, quas uſque ad illam diem Apoſtolica conceſſione obtinuerat, gratiâ impoſterum negatâ, intercepit. Juſſitque nt deinceps in Eccleſiarum fabricis cæteriſque rebus impenderentur, quibus tertiæ ipſæ inſerviebant antequam Reges iis manum admoviſſent. Unde non levis perturbatio rerum orta eſt, ut habetur ex hiſtoria Alphonſi XI. Academia autem ipſa peſſum iviſſet, niſi ei ab Eccleſia & civitate ſubventnm eſſet, magiſtris & doctoribns ſtipendiis conſtitutis, donec inter Regem & Pontificem conveuiret, utque ea Clemens ad effectum perduceret, interdictum & ceſſationem à divinis indixit, ſi vel minima decimarum pars in Academiæ ſubſidium impenderetnr.

46. Petrus igitur Epiſcopus Salmanticenſis, literis ad Clementem datis, de incommodis & ſumma rerum difficultate, quibus Salmanticenſis Academia premebatur, certiorem illum fecit: damnaque Hiſpaniæ univerſæ illata, ac vulnus inſanabile inflictum oſtendit, ſi celebre illud literarum emporium deficeret. Quare illum efficaciſſimis verbis ſuadere conatus eſt, ut aliquam decimarnm partem ejuſdem Academiæ uſui reſervaret, cùm id & utilitas & publica neceſſitas poſtularent; ut colligitur ex Clementis diplomate in archivo Academiæ aſſervato, quod incipit: *Dudum nobis fratris Petri Epiſcopi Salmantini &c.*

47. Petri igitnr verbis Clemens motus, Archiepiſcopo Compoſtellano commiſit, nt diligenter inquireret quid ex nona decimarum parte Epiſcopatus Salmanticenſis rediret, quidque Eccleſiarum fabricis ſufficeret. Pariterque de Academiæ doctoribus, ſcientiis, ſtipendiiſque unicuique aſſignatis certiorem ipſum facerent, poſtulavit.

48. Cùm ea omnia diligentiſſimè exſecutus eſſet Archiepiſcopus Compoſtellanus, totius rei ſummam ipſius Archiepiſcopi ſolicitudini commiſit; juſſitque ut Concilium convocaret; in quo aſſidentibus ſuffraganeis omnibus Epiſcopis, nonam decimarum partem in ntilitatem Academiæ, doctorumque ſtipendia applica-

plicarent, Celebratum igitur fuit Concilium Salmanticæ anno Domini MCCCXII, atque ipſa Academia quæ in præceps ruebat, firmata denuò eſt ac ſtabilita.

EPISTOLA CLEMENTIS V. PAPÆ

Ad Jacobum Regem Aragonum.

Monet eum, ut Catalanorum copias dimoveat ex terra Attica, ſeu regione Athenarum, in quam penetrârant, cæſo Duce, & trucidato ejus exercitu.

ANNO CHRISTI MCCCXIV.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Jacobo Regi Aragonum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Surita in Indice rerum Aragon.

49. AB olim clamor validos & multiplicitaa querelarum de partibus Ducatûs Athenarum provenientes Apoſtolicum pulsârunt auditum: immo nos, qoi ſicut in cunctorum fidelium pace qoieſcimus, & tranqoillitate lætamur, ſic in eorum inquietudine & oppreſſionibus, quas peſtilentiæ inducit hoſtilitas, multum offendimur, graviſſimè in intimis perturbârunt. Habet enim ejoſdem clamoris jam pluribus annis præteritis continuata, & accumulans mala malis aſſertio, quòd nonnulli, qui olim ad partes illas credebantur in ſavorem fidelium acceſſiſſe, & à quibus ſpectabantur eorundem fidelium partes defendi, non exercentes eorum vires in exteros, ſed in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, eoſdemque fideles (proh dolor!) convertentes, in propria Catholicorum viſcera immiſericordi crudelitate deſæviunt: & in Eccleſias, ac fideles eoſdem, eorum conatus illicitos exercentes, eiſdem gravioris depopulationis jacturam, & crudelium hoſtilitatum inſultus, non abſqoe perſonarum excidiis, ac Eccleſiarum, & bonorum Eccleſiaſticorum, & fidelium illarum partium incendiis, ſpoliis, & depredationibus inferunt: quam * fuiſſent, quantumlibet perverſi hoſtes fidei, eiſdem fidelibus illaturi. Et quod horribilios eſt, ut licentius poſſent mala hujuſmodi perpetrare, ſocietatem ad invicem contraxerunt: ex quorum quidem conſortio, quot horrenda pervenerint, ſtatus illarum partium miſerabilis manifeſtat. Nam inter innumeroſa ſcelera, qoæ in illis partibus perpetrârunt, quondam Gualterium de Brenna Ducem Athenarum, qui ad defenſionem dictorum fidelium, tanquam Chriſti verus athleta, & fidelis pugil Eccleſiæ, adverſus Græcos ſchiſmaticos laborabat, nequiter occiderunt: filios ejus pupillos, & oobilem mulierem Joannam de Caſtellione relictam ejus viduam hoſtiliter impugnantes, bona eorum, & Eccleſiarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarom, multorumque aliorum fidelium illarum partium, data in prædam & diripientium ſpolia occupârunt: ac in perſonas tam Eccleſiaſticas, quàm alios fideles innomeros, funeſtis exertis gladlis, ſtrage data, eorum ſanguinem immiſericorditer effuderunt: à quibus horrendis ſceleribos nondom ceſſant; ſed clades cladibus continuando, hoſtilitatis exſecrandis incurſibus dicuntur continuè comulare.

50. Cùm itaqoe major pars ſocietatis ejuſdem de regno tuo traxiſſe dicatur originem, tibique ex eo quòd in dicto regno majorem partem ſortunarum ſuarum, ac filios, & propinquos, ac domicilia habere dicuntur, pariturі ſperentur, tanquam eorum dominio temporali, & tam celſitudinis tuæ, quàm univerſorum fidelium, quos fidei zelus angit, interſit hujuſmodi peſtilenti ſævitiæ reproborum ſolicitis ſtudiis, celeribus & opportunis remediis obviare; ſerenitatem regiam rogamus, & obſecramus in Domino, tibi in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus piè conſiderans, quàm ſit meritoriom apud Deum, partes illas cultas fidelibus, ac tot ſolennes Eccleſias, & alia innumera pia loca, Eccleſiaſticaſque perſonas partium earundem, ab hujuſmodi peſte & exterminio liberare; univerſis de regno & terris tuis in dicta ſocietate morantibus, ſub certis temporalibus pœnis, prout celſitudo tua expedire cognoverit, des per tuas literas in mandatis, ipſos aliàs ſalubribus monitionibus & hortationibus inducendo, ut partes illas, caſtra, terras, & villas, ac loca quæcumque, qoæ in dictis partibos fidelibus abſtulerunt, & occupârunt, & detinent occupata, Eccleſiis & nobilibus, aliiſque fidelibus illarum partium, quorum eſſe noſcuntur, libera & expedita dimittant: nec deinceps in præiudicium partiom illarum ſocietati adhæreant ſupradictæ: ſed partes ipſas omnino dimittant: ad illas in præjudicium fidelium, eas habitantium, nullatenus reverſuri.

51. Preces hujuſmodi, quas magnitudini tuæ ex corde dirigimus, ſic grato & intento percepturus intellecto, ſicque ad votivæ exauditionis effectum ſolicitè & efficaciter admiſſurus, quòd præter retributionis æternæ præmium tibi exinde abſque dubio proventurum, tuæ in hac

parte,

Digitized by Google

parte, piæ & perutilis interpoſitionis inſtantia innumeris proculdubio fidelium populis profuturam, dignis in Domino poſſimos proſequi actionibus gratiarum. Datum Montiliis Capentoracten. dioec. XIX. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno nono.

BULLA JOANNIS XXII. PAPÆ

Pro erectione equeſtris ordinis de Monteſia

ANNO CHRISTI MCCCXVII.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

52. Pia matris Eccleſiæ cura de fidelium ſalute ſolicita, ſicut in palmitibus Fidei Catholicæ dilatatis accenſa charitatis ardoribus delectatur, ſoletter invigilat, & fructuoſi operis proſecutione laborat; ſic vias & modos diligenter exquirit, quibus hoſtium ipſius Fidei conatibus obviet, vires reprimat, & hi præſertim Fidei Catholicæ cultores, quos loci vicinitas eiſdem hoſtibus appropinquat, opportunæ tuitionis muniti præſidiis, ab eorum impugnationum incurſibus juvante Domino præſerventur. Ex Hippolyto Sampet in Hiſt. Monteſiæ, tom. 1. pag. 17.

53. Dudum ſiquidem felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter, quondam ordinem militiæ Templi Hieroſolymitani, propter nefandos errores, & ſcelera varia & diverſa, quibus erant dicti ordinis perſonæ reſperſæ; ipſiuſque ſtatum, habitum, atque nomen in Concilio Viennenſi, eodem approbante Concilio, irrefragabili & perpetuò valitura ſuſtulit ſanctione, illum prohibitioni perpetuæ ſupponendo, ac inhibendo diſtrictiùs, ne quis ex tunc dictum ordinem, vel habitum ejus ſuſcipere, ſeu deferre, vel pro Templario ſe gerere quomodolibet attentaret; bonis omnibus dicti ordinis Apoſtolicæ ſedis ordinationi, cum inhibitione ac decreto, auctoritate Apoſtolica, reſervatis.

54. Demum verò idem prædeceſſor attentè conſiderans quòd fratres ordinis Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, pro recuperatione maximè ipſius terræ ſanctæ ducebant, ſicut & ducunt, pericula quælibet in contemptum: poſt deliberationem ſuper hoc cum fratribus ſuis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Prælatis aliis, & nonnullis Principibus, & illuſtribus viris, ac Prælatorum abſentium, capitulorum quoque, atque conventuum, Eccleſiarum, & monaſteriorum procuratoribus tunc in dicto Concilio conſtitutis, præhabitam diligentem: omnia bona dicti quondam ordinis Templariorum, quæ idem ordo eo tempore quo magiſter & nonnulli ex fratribus dicti ordinis in regno Franciæ communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini MCCCVIII. menſe Octobri, per ſe, vel per quoſcumque alios habebat, tenebat, & poſſidebat ubilibet, vel ad ipſum ordinem, & prædictos magiſtrum, & fratres ipſius ordinis pertinere poterant & debebant: prætacto ordini Hoſpitalis, & ipſi Hoſpitali, donavit, conceſſit, univit, incorporavit, applicavit, & annexuit in perpetuum de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: bonis illis, quæ idem ordo Templariorum in regnis & terris chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Caſtellæ, Aragonum, Portugalliæ, & Majoricarum Regum illuſtrium, extra regnum Franciæ habebat ſeu poſſidebat, & ad eum debitè poterant quomodolibet pertinere; dumtaxat exceptis quæ dictus prædeceſſor nonnullis ex cauſis, quæ tunc pro parte Regum ipſorum prætenſæ fuerunt, à donatione, conceſſione, unione, incorporatione, applicatione, & annexione prædictis excepit ſpecialiter & excluſit: eis nihilominus Apoſtolicę diſpoſitioni & ordinationi reſervatis.

55. Poſtmodum autem, ne propter prætenſionem cauſſarum hujuſmodi ordinatio prædictorum bonorum in prædictis regnis & terris exiſtentium, teneretur diutiùs in ſuſpenſo; prædeceſſor ipſe certum peremptorium terminum dictis Regibus per Apoſtolicas literas aſſignavit, in quo per procuratores, ſeu nuncios idoneos, plenum & ſpeciale mandatum habentes, ab eis cum omnibus rationibus & munimentis ad cauſſas pertinentibus memoratas, Apoſtolico ſe conſpectui præſentarent, informaturi eum de cauſſarum veritate, & eſſentia prædictarum, ſuæque ſuper illis ordinationis beneplacitum audituri.

56. Cumque dictus Rex Aragonum propter hoc ad prædeceſſoris ejuſdem (& ſubſequenter ad noſtram, poſtquam fuimus, Domino permittente, ad ſtatum Apoſtolicæ dignitatis aſſumpti) præſentiam nuncios ſuos, diverſis vicibus deſtinâſſet, qui cauſſas & rationes varias allegârunt; propter quas bona ipſa in regno ſuo ſiſtentia uniri & incorporari non poſſe memorato ordini Hoſpitalis, abſque ipſorum Regis & regni evidenti præjudicio & diſpendioſo periculo, aſſerebant.

57. Tandem poſt longam & diutinam altercationem ſuper hoc habitam cum dilecto filio nobili viro Vitali de Villa-nova nuncio & procuratore dicti Regis Aragonum ad has ſufficiens, plenum & ſpeciale mandatum habente (cujus quidem mandati copiam præſentibus inſeri juſſimus

mus ad cantelam) ipſiuſque Regis nomine conſentiente, præſentibus quoque, atque conſentientibus, in quantum tangi poterant, dilectis filiis fratribus Leonardo de Tibertis Priore Venetiarum, generali viſitatore, & generali procuratore, ac multis ex Prioribns, & fratribus dicti ordinis Hoſpitalis, ejuſdem ordinis nomiue, de fratrum noſtrorum conſilio, in modnm qui ſequitur duximus ordinandum.

58. Cùm enim illa fæda Sarracenorum natio, & impia Chriſtiani nominis inimica, in frontaria regni Valentiæ (quod eſt ipſius Regis Aragonum) conſtituta, regnum ipſom, ejuſqne fideles in ſummi Regis offenſam, per ſucceſſus ab olim temporum diverſorum anguſtiis multarum tribnlationnm afflixerit, diſcriminibus ſubjecetit variis, & crudeliter propriam impietatem armaverit, ſicut & adhuc armare conatut in exterminium eorundem; nos eiſdem Regi, regno, atque fidelibus adversùs hujuſmodi hoſtiles incurſus proſpici cupientes, dicti Regis ſupplicationibus inclinati, monaſterium in caſtro de Monteſia Valentinenſis diœceſis, infra dictum regnum Valentiæ conſtituto, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ordinamus de novo ad honorem Dei & exaltationem Catholicæ Fidei, ac depreſſionem ipſorum infidelium conſtrui: *In quo fratres ordinis Calatravenſes* (ad quos Rex ipſe non parum affici dicitur, & de quorom ſtrennitate confidit, ut fertnr) pro defenſione dicti regni Valentiæ, ac fidelium incolarum ipſius, ad hoſtium dictæ Fidei eiſdem vicinantium periculoſis inſultibus debeant collocari: ut ſic idem regnum ac fideles eò ſerventiùs dictis hoſtibus reſiſtere valeant, qnò plurium virium conſtatis in unum majori potentia fulciretur.

59. Cui qoidem monaſterio, plena ſuper hoc cum eiſdem fratribus noſtris deliberatione præhabita, & de ipſornm conſilio, ac ejuſdem plenitudine poteſtatis ducti, præſertim dicti Regis inſtantiâ; ex nunc, ex cauſſa præmiſſa, omnia & ſingula bona immobilia quæcnmqne, & in quibuſcumque ſiſtentia, nomina, actiones, jura, juriſdictiones, & honores, homines, vaſſallos quoſlibet, & alia qnæcnmque quondam ordo Templi, tempore captionis prædictæ habebat, & habere debebat; & quicquid etiam idem ordo Hoſpitalis habet ad præſens, & ad eum pertinere poteſt & debet quacumque ratione vel cauſſa in eodem regno Valentiæ; necnon parocbialem Eccleſiam dicti caſtri de Monteſia, anctoritate Apoſtolica donamus, incorporamus, applicamus, annectimus in perpetuum, & nnimus; domo tamen cum Eccleſia, cenſibus, & reditibus, quos idem ordo Hoſpitalis Sancti Joannis habet in civitate Valentiæ, & ejus rerritorio, per mediam leucam circumcirca; & caſtro etiam, loco, ſeu villa de Torrent dictæ Valentinenſis diœceſis, cum juribus, & pertinentiis ſnis, ab hujuſmodi donatione, unione, incorporatione, & applicatione dumtaxat exceptis, quæ Hoſpitali predicto volumus remanere.

60. Decernentes irritnm & inane, ſi ſecus ſuper his, à qnoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus concedentes magiſtro & fratribus ordinis ſupradicti, qui pro tempore ſuerint, quòd omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, & libertatibus gaudeant, quæ magiſtro & fratribus ejuſdem ordinis in dicto regno Caſtellæ conſiſtentibus, ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa; quodque ipſi magiſter & fratres ejuſdem Eccleſiæ de Monteſia cnram gerere valeant per idoneum presbyterum ipſius ordinis profeſſorem. Volumus autem, qnòd magiſter & fratres ejuſdem monaſterii conſtruendi, qui pro tempore fuerint, pro dictis bonis, nt prædicitur, conceſſis eiſdem, ea qoæ dicti Hoſpitalis, & qnondam Templariorum fratres facere debebant, cùm bona tenebant prædicta, ſacere teneantur. Quodque dictus Rex Aragonum omnia ſervitia, & jura regalia, qnæ tam ipſe quàm ſni ab Hoſpitalis, & quondam ordinis Templi prædictornm fratribus, dum ordo ipſe Templariorum ſubſiſtebat; nectnon & hominibus atque bonis ipſornm habent, & habere conſueverant temporibus retroactis; habere valeat à magiſtro & fratribus prædicti monaſterii conſtrnendi; ſibique & ſuis in eiſdem hominibus & bonis ſalva & illibata ſerventur, & integra jnra, & ſervitia ſupradicta; nec ſuper ipſis eiſdem Regi vel ſuis aliquod præjudicium generetur.

61. Statuimns inſuper, & etiam ordinamos, quòd præfatum monaſterium taliter conſtrnendom, eidem ordini de Calatrava hoc ſit modo ſubjectum: videlicet, qnòd magiſter ipſius ordinis de Calatrava, qui eſt, & pro tempore fuerit, poſſit per ſe, vel per alium, ſeu alios, dictum monaſterium ſemel in anno, vel pluries, ſi neceſſe ſuerit, viſitare, & in eodem corrigere quæ ſuerint corrigenda.

62. Ita tamen, quòd ipſe magiſter de Calatrava cùm voloerit in eodem novo monaſterio hujuſmodi viſitationis officium exercere, diem adventûs ejos dilecto filio Abbati monaſterii ſanctarum Crucum, ordinis Ciſtercienſis, Tarraconenſis diœceſis, per tantum tempus, ante ipſius magiſtri, vel illius, qnem ipſe magiſter ad ipſius viſitationis officium deſtinabit, debeat nunciare, quòd idem Abbas ſanctarum Crucum, ipſo die adventus præſati magiſtri, vel illius quem ad hoc idem magiſter, ut prædicitur, deſtinabit pro viſitatione prædicta, poſſit eſſe paratus.

63. Vel ſi forſan ipſe vacare non poſſet, dilectus filius Abbas monaſterii Sanctæ Mariæ de Valle-digna, ejuſdem Ciſtercienſis ordinis, dictæ Valentinenſis diœceſis, valeat in dicta viſitatione cum dicto magiſtro, vel alio pro viſitatione hujuſmodi deſtiuando, ſuam præſentiam exhiberet: nec magiſter ipſe in eodem monaſterio novitet conſtruendo, abſque conſilio & conſenſu alterius Abbatum prædictorum, correctionem vel ordinationem poſſit aliquam exercere.

64. Quòd ſi fortè neuter Abbatum ipſorum ad præfatum monaſterium novum die viſitationis

nis hujuſmodi poſſit accedere, dicto magiſtro viſitationem exercere liceat ſupradictam.

65. Volumus autem, quòd adminiſtratores novi monaſterii ſupradicti, Abbati & magiſtro de Calatrava præfatis, pro perſonis, & equis eorum, dicta viſitatione durante, teneantur in victualibus providere. Cæterùm proviſionem de primo magiſtro, dicto novo monaſterio faciendam, diſpoſitioni noſtræ & ſedis Apoſtolicæ reſervamus. Qui cùm creatus exſtiterit, recipiendi fratres ibidem, quot voluerit & viderit expedire, plenam & liberam habeat poteſtatem. Ad quorum informationem idem magiſter & Abbas ejuſdem monaſterii ſanctarum Crucum, decem fratres ejuſdem ordinis de Calatrava in eodem ordine approbatos, de quibus eis viſum fuerit, convocabunt.

66. Statuimus etiam auctoritate prædicta, quòd magiſtro ipſius novi monaſterii, qui pro tempore fuerit, cedente, vel etiam decedente, conventus, ſeu fratres ejuſdem monaſterii, eligendi ſibi & eidem monaſterio magiſtrum aliquem de ipſo ordine Calatravenſi, liberam infra trium menſium ſpatium, ad tardiùs, habeant facultatem.

67. Qui, eo ipſo quòd electus exſtiterit, pro confirmato (ſi in plena concordia electus fuerit) habeatur, & ſine confirmatione alia liberè adminiſtret: quòd ſi fortè idem conventus & fratres infra dictum tempus magiſtrum non elegerint antedictum, præfatus magiſter de Calatrava, cum conſilio & aſſenſu alterius Abbatum prædictorum, poſſit de magiſtro dicto novo monaſterio providere.

68. Cætera verò omnia & ſingula, quæ dictus quondam ordo militiæ Templi, tempore captionis prædictæ, in eodem regno Aragonum, & terris aliis Regi prædicto ſubjectis, habebat, poſſidebat, & habere poterat & debebat, & quę ad illum poterant rationabiliter pertinere; quævo per dictum Regem Aragonum, vel alium quemlibet detinebantur, & detinentur in regno & terris ejuſdem, aſſentiente prædicto Vitale, nomine dicti Regis, ordini & Hoſpitali prędictis donanda, concedenda, unienda, incorporanda, annectenda duximus, & perpetuò applicanda; certis modis adjectis, quos pro plena ſecuritate ipſorum Regis & regni Aragonum, & ad propellenda imminentia ſibi quæque pericula vidimus expedire, prout in noſtris certi tenoris literis ſuper hoc confectis (quas in ſuo volumus robore permanere) pleniùs continetur.

69. Quę omnia & ſingula idem Vitalis, nomine procuratorio dicti Regis Aragonum, necnon viſitator, procurator, priores, & fratres dicti ordinis Hoſpitalis præſentes inibi, ejuſdem ordinis nomine, in quantum, videlicet, quelibet pars exinde tangebatur, & tangi poterat, & debebat, acceptaverunt, & approbaverunt, expreſſè rata habuerunt & grata: nihilominus promittentes, ſe bona fide effecturos & curaturos, quòd Rex & ordo prędicti ea omnia & ſingula, prout ad unumquemque pertinebit, pertinere poterit, & debebit, acceptabunt & approbabunt, rata habebunt, & grata, eaque ſervare & adimplere curabunt, ullo unquam tempore in contrarium non venturi. Tenor autem procuratorii dicti Vitalis, talis eſt.

70. Nos Jacobus Dei gratiâ Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corſicæ, ac Comes Barchinonæ, confidentes de fide, legalitate, & induſtria veſtri dilecti conſiliarii, ac familiaris noſtri Vitalis de Villa-nova militis, cum teſtimonio pręſentis publici inſtrumenti, conſtituimus & ordinamus vos dictum Vitalem præſentem, & hanc procurationem ſponte ſuſcipientem, certum & ſpecialem procuratorem noſtrum ad tractandum, concordandum, & conveniendum pro parte noſtra cum ſanctiſſimo in Chriſto patre ac domino domino Joanne divinâ providentiâ ſacroſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice, ſuper ordinatione per ipſum dominum ſummum Pontificem facienda de bonis, quæ ordo quondam Templi habebat infra limites regnorum & terrarum noſtræ ditioni ſubjectarum; & ad conſentiendum noſtro nomine ordinationi de dictis bonis per dictum dominum ſummum Pontificem faciendæ, prout idem dominus ſummus Pontifex voluerit ordinare, & ſuper hujuſmodi ordinatione cum ipſo domino ſummo Pontifice poteritis concordare; & ad firmandum ex parte noſtra quamcumque diſpoſitionem ſeu ordinationem dictus dominus ſummus Pontifex fecerit, ut pręmittitur, de bonis prædictis: & ad obligandum vos noſtro nomine dicto domino ſummo Pontifici, quòd ordinationem jam dictam, faciendam per eum de bonis pręmiſſis, tenebimus, & ſequemur per nos & ſucceſſores noſtros, nec contraveniemus eidem. Dantes & concedentes vobis dicto Vitali poteſtatem plenariam, & generalem adminiſtrationem cum libera facultate tractandi, concordandi, & conveniendi cum dicto domino ſummo Pontifice in prædictis; & conſentiendi cuicumque ordinationi de ipſis bonis per eum, ut pędicitur, faciendæ; ac firmandi ordinationem pędictam, & in perſonam noſtram admittendi & recipiendi quæcumque ad nos ſpectaverint ex ordinatione jam dicta, ad noſtri & regni noſtri ſatisfactionem: & omnia alia faciendi in & ſuper prædictis, prout vobis videbitur, quæcumque nos in prædictis & eorum quolibet poſſemus facere ſi pręſentes eſſemus; ratum & firmum habere promittentes perpetuò per nos & noſtros, quicquid per vos dictum Vitalem, noſtro nomine, in prędictis tractatum, concordatum, conventum, & firmatum fuerit; & nullo tempore revocare, ſub bonorum noſtrorum omnium hypotheca. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum noſtrum inde fieri juſſimus, ſigilli majeſtatis noſtræ munimine roboratum. Quod eſt actum Barchinonæ XV. Kal. Martii, anno Domini MCCCXVI.

Sig † num mei Jacobi Dei gratiâ Regis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corſicæ, ac Comitis Barchinonæ, qui hæc concedimus & firmamus.

Teſtes

71. Teſtes ſont qui prędictis præſentes interſuerunt, Gundiſalvus Garciæ miles conſiliarius, Petrus Marci Theſaurarius, & Guillelmus Oulomarii judex coriæ domini Regis prędicti.

Sig ✝ num mei Bernardi de Averſone dicti domini Regis notarii, & publici etiam auctoritate ſoa per totam terram & dominationem ipſius domioi Regis; qui mandato ſuo hæc ſcribi feci & clauſi, loco, die, & anno præfixis.

72. Nulli ergo omnino hominom liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, donationis, incorporationis, applicationis, annexionis, onionis, voluntatum, conſtitotionum, conceſſionis, & ſeſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſompſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Avinioni IV. Idus Junii, Potificatus noſtri anno primo.

EPISTOLA II.

Ad Magiſtrum & fratres Calatravenſes.

Hortatur Magiſtrum & equites Calatravenſes, ut bona quæ in regno Aragonum poſſident, monaſterio de Monteſia offerant.

ANNO CHRISTI MCCCXVII.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus Ordinis Calatravenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo Barcinonenſi apud Hippolytum Samper in *Hiſt. ord. de Monteſia* tom. I. pag. 10.

73. DUM Ordinis veſtri ſacra religio, quam in domo Domini perlucere conſpicimos, in ſcrutinio noſtræ conſiderationis adducitur, & dum ad orthodoxæ Fidei cultores induſtrios, ac religionis Chriſtianæ deſenſores ſtrenuos, quos producit, extendimos Apoſtolicæ meditationis intuitum, paternæ ſolicitudinis excitamur ioſtantiâ, ut ſtatus ejus ex noſtra promotione concreſcat, ejuſque palmites ſatiùs extendantur.

74. Nuper ſiquidem ex certis & rationabilibus cauſſis, quæ ad id noſtrum & fratrum noſtrorum animos induxerunt, ad inſtantem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Jacobi Regis Aragonum illuſtris ſupplicationis inſtantiam, monaſterio in caſtro de Monteſia, Valentinæ diœceſis, infra regnum ſuum Valentiæ conſtituto, conſtruendo de novo, *in quo fratres veſtri ordinis locarentur*, omnia bona quæ quondam ordo militiæ Templi, eo tempore quo Magiſter & nonoulli ex fratribus dicti Ordinis in regno Franciæ communiter capti fueront, videlicet anno Domini MCCCVIII. menſe Octobris; & quicquid etiam Ordo Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani in eodem regno Valentiæ habuiſſe noſcuntur, certis bonis domtaxat exceptis, quæ dicto Hoſpitali voluimus remanere, auctoritate Apoſtolica concedenda, donanda, incorporanda, applicanda, & aonectenda doximus, ac etiam oniendâ, Magiſtro & fratribus monaſterii ſupradicti, qui fuerint pro tempore, inter alia, concedentes, quòd omnibus privilegiis, immunitatibus, & libertatibus gaudeant, quæ vobis & ordini veſtro ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa; & ſtatuentes ioter cætera, & etiam ordinantes, quòd præfatum monaſterium taliter conſtruendum, eidem ordini veſtro ſit hoc modo ſubjectum, videlicet, quòd tu fili Magiſter per te, vel per alium, ſeu alios, ac tui ſucceſſores, qui pro tempore fuerint ejuſdem Ordinis de Calatrava Magiſtri, dictom monaſterium valeatis, certis modo & formâ ſemel in anno, vel plories, ſi neceſſe fuerit, viſitare, & in ipſo corrigere quæ foerint corrigenda. Primus verò Magiſter ipſius novi monaſterii, cujus proviſionem hac vice, diſpoſitioni noſtræ & ſedis præfatæ duximus reſervandam, cùm creatus exſtiterit, recipiendi in dicto monaſterio quot vellet fratres, & expedire videret, plenam haberet & liberam poteſtatem. Ipſeque Magiſter dicti novi monaſterii, & dilectus filios Abbas monaſterii ſanctarum-Crucum, Ordinis Ciſtercienſis, Tarraconenſis diœceſis, pro inſtructione fratrum ipſorum, decem fratres ejuſdem Ordinis Calatravenſis in eodem Ordine approbatos, de quibus eiſdem Magiſtro & Abbati videretur expediens, convocarent.

75. Eodem aotem Magiſtro ipſius novi monaſterii, qoi pro tempore fuerit, cedente, vel etiam decedente, conventus, ſeu fratres ejuſdem monaſterii, eligendi ſibi & ipſi monaſterio aliqoem de ipſo ordine in Magiſtrum, infra triom menſium ſpatium, ad tardiùs, liberam habeant facultatem; qui, eo ipſo quòd electus exſtiterit, pro confirmato, ſi in plena concordia electus fuerit, habeatur, & ſine coofirmatione alia liberè adminiſtret.

76. Quòd ſi fortè idem conventus, vel fratres, infra dictum tempos Magiſtrum non elegerint ſupradictum; tu prædicte Magiſter, cum prædicti ſanctarum-Crucum, vel dilecti filii Sanctæ Maria de Valle-digna, diœceſis Valentinæ monaſteriorum, Abbatum conſilio & aſſenſu, poſſis de Magiſtro dicto novo monaſterio providere.

77. Ve-

77. Verùm, ut præfati monaſterii novella plantatio ad divini nominis laudem & gloriam, ſpiritualibus, ut optamus, incrementis proficiat, & veſtro fulcita juvamine temporalibus commodis augeatur; ac hoooris & honeſtatis fructus producat uberiores in cœleſtibus horreis inferendos, univerſitatem veſtram pateroo exhortamur affectu, quatenus conſiderantes attentiùs, quòd per hoc, illi qoi nullum bonum irremooeratum relinquit, acceptum impendetis obſequium, vos Apoſtolicis gratos reddetis affectibus, non mediocriter dicto Regi placebitis, *ac veſtris, & ejuſdem ordinis veſtri, ſi diligenter inſpicitis, accreſcet honoribus*: omnia bona, quæ vos, & idem ordo in regois & terris ipſius Regis Aragonum obtioetis, præfato novo monaſterio, pro divina, & Apoſtolicæ ſedis, ac noſtra reverentia, de liberalitatis noſtræ dono apertis & charitatis viſceribus concedatis. Sic igitur hujuſmodi exhortationibus noſtris, circumſpectionis veſtræ devota ſinceritas acquieſcat, qoòd à Deo, illud quod propriis actibus recompenſat aſſequamini præmium, & proinde noſtram, & dictæ ſedis benedictionem, & gratiam, ac præfati Regis benevolentiam valeatis uberiùs promereri. Datom Avinioni III. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

EPISTOLA III.

Ad magiſtrum ordinis Calatravenſis.

Jubet magiſtro ordinis Calatravenſis, ut decem fratres ad monaſterium Monteſianum mittat, qui cæteros inſtruant.

ANNO CHRISTI MCCCXVII.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Ordinis Calatravenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

78. INter cætera, quæ nuper circa ſtatum monaſterii in caſtro de **Monteſia**, Valentinæ diœceſis, ioſra regnum Valentiæ conſtituto, conſtruendi de novo, *in quo fratres tui ordinis locarentur*, duximus ordinanda, hoc ſpecialiter ex proviſione noſtra proceſſit, videlicet, qoòd magiſter ejuſdem monaſterii, cùm creatus eſſet, recipiendi in dicto monaſterio quot vellet fratres, & expedire videret, plenam & liberam poteſtatem haberet; ipſeque, ac dilectus filios Abbas monaſterii Sanctarum-Crucum, Ciſtercienſis ordinis, Tarraconenſis diœceſis, pro ioſtructione fratrum ipſorum decem ſratres ejuſdem Ordinis Calatravenſis in eodem ordine approbatos, de quibus eiſdem Magiſtro & Abbati videretur expediens, convocarent. Quare volumus & mandamus, quatenus prædictos decem ſratres, in eodem ordine tuo, ut prædicitur, approbatos, cùm per Magiſtrum dicti novi mooaſterii & Abbatem prædictos fueris reqoiſitus, ad ipſum monaſterium, pro dictorum fratrum inſtructione, ſtudeas deſtinare. Datum Avinioni III. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

Ex archivo Monteſiano apud Hippolytum Samper in *Hiſt. Monteſ.* Pag. 33.

EPISTOLA IV.

Ad Abbatem Sanctarum-Crucum.

Abbati Sanctarum-Crucum jubet, ut ejus nomine aliquem eligat, qui in Magiſtrum recèns inſtituti ordinis de Monteſia dignè præficiatur.

ANNO CHRISTI MCCCXVII.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati monaſterii Sanctarum-Crucum, Ciſtercienſis Ordinis, Tarraconenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

79. NUper ex certis & rationabilibos cauſſis, quæ ad id noſtrum & fratrum noſtrorum animum ioduxerunt, ad chariſſimi in Chriſto filii noſtri Jacobi Aragonum Regis illuſtris, ſupplicatioois inſtantiam, monaſterio in caſtro de Monteſia, Valentioæ diœceſis, inſra regnum ſuum Valentiæ conſtituto, conſtruendo de novo, in qoo fratres Calatra-

Ex archivo Monteſiano apud Samper in *Hiſt. Monteſ.* Pag. 34.

venſis Ordinis locarentur, omnia bona quæ quondam ordo militiæ Templi, eo tempore quo Magiſter, & nonnulli ex fratribus dicti Ordinis in regno Franciæ communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini MCCCVIII. menſe Octobri, & quicquid etiam ordo Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, in eodem regno Valentiæ habere noſcuntur, certis bonis dumtaxat exceptis, quæ dicto Hoſpitali volumus remanere; auctoritate Apoſtolica concedenda, donanda, incorporanda, applicanda, & annectenda duximus, & etiam unienda (prout in literis noſtris nuper confectis plenius continetur) Magiſtro, & fratribus monaſterii ſupradicti, qui fuerint pro tempore: Inter alia, concedentes, quòd omnibus privilegiis, Immunitatibus, & libertatibus gaudeant, quæ Magiſtro & fratribus ejuſdem ordinis in regno Caſtellæ conſiſtentibus ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa, nobiſque, ac dictæ ſedi proviſione de primo Magiſtro, dicto novo monaſterio facienda, ſpecialiter reſervata.

80. Verùm nos conſiderantes hactenus quòd tu de perſona eundem Ordinem Calatravenſem profeſſa, quæ utiliter dicto novo monaſterio præeſſe valeat & prodeſſe, faciliùs in partibus ipſis notitiam habere poteritis pleniorem; tibi providendi *hac vice auctoritate noſtra*, dicto novo monaſterio de Magiſtro, plenam concedimus, tenore præſentium, facultatem. Datum Avinioni III. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

EPISTOLA V.

Ad Epiſcopum Valentinum.

Monet illum, ut Magiſtrum Calatravenſem accerſiri jubeat, ac monaſterii Monteſiani erectionem perficiat.

ANNO CHRISTI MCCCXIX.

Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Valentino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex archivo Monteſiano apud Sampet in *Hiſt. Monteſ.* tom. 1. pag. 48.

81. PRidem dum compaſſivis attenderemus affectibus, qualiter fœda illa Sarracenorum natio, & impia Chriſtiani nominis inimica, in frontaria regni Valentiæ, quod eſt chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Aragonum illuſtris conſtituta, regnum ipſum, ejuſque fideles, in ſummi Regis offenſam, per ſucceſſus abolim temporum diverſorum anguſtiis multarum tribulationum afflixerat, diſcriminibus ſubjecerat variis, & crudeliter propriam impietatem armaverat, ſicut & adhuc armare conatur in exterminium eorundem. Nos eiſdem Regi, regno, atque fidelibus adversùs hujuſmodi hoſtiles incurſus proſpici cupientes, dicti Regis ſupplicationibus inclinati, monaſterium in caſtro de Monteſia, Valentinæ diœceſis, infra dictum regnum Valentiæ conſtituto, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ordinavimus de novo ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ Fidei, ac depreſſionem ipſorum infidelium conſtrui, In quo *fratres Ordinis Calatravenſis* (ad quos Rex ipſe non paſùm affici dicitur, & de quorum ſtrenuitate confidit, ut fertur) pro defenſione dicti regni Valentiæ, ac fidelium incolarum ipſius ab hoſtium dictę Fidei eiſdem vicinantium periculoſis inſultibus, collocari deberent; ut ſic idem regnum, ac fideles dictis hoſtibus reſiſtere poſſent, eo ferventiùs, quò plurium viribus conflatis in unum, majori potentia fulcirentur.

82. Cui equidem monaſterio, plena ſuper hoc cum eiſdem fratribus noſtris deliberatione præhabita, & de ipſorum conſilio, ac ejuſdem plenitudine poteſtatis ducti, præſertim dicti Regis inſtantiâ, ex cauſſa præmiſſa, omnia & ſingula bona immobilia quæcumque, & in quibuſcumque ſiſtentia, nomina, actiones, jura, juriſdictiones, & honores, homines, & vaſſallos quoslibet, & alia quæcumque, quæ quondam ordo Templi, eo tempore quo Magiſter, & nonnulli ex fratribus ipſius ordinis in regno Franciæ communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini MCCCVIII. menſe Octobri, habebat, ſeu habere debebat, & quicquid etiam ordo Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani habebat hujuſmodi noſtræ ordinationis tempore, & ad eum pertinere poterat, & debebat quacumque ratione vel cauſſa, in eodem regno Valentiæ, necnon parochialem Eccleſiam dicti caſtri de Monteſia, auctoritate Apoſtolica donanda, incorporanda, applicanda, annectenda in perpetuum duximus, & etiam unienda, domo tamen cum Eccleſia, cenſibus, ac reditibus, quos idem ordo Hoſpitalis Sancti Joannis habet in civitate Valentina & ejus territorio per mediam leucam circumcirca; & caſtro etiam, loco, ſeu villa de Torrent, dictæ Valentinæ diœceſis, cum juribus & pertinentiis ſuis, ab hujuſmodi donatione, unione, incorporatione, & applicatione dumtaxat exceptis quæ Hoſpitali prædicto volumus remanere, prout in aliis Apoſtolicis literis inde confectis pleniùs continetur, certis ſuper hoc executoribus deputatis. Certa præterea ſtatuta,

tuta, ordinationes, & conceſſiones edidimus, atque fecimus, circa monaſterium ipſum taliter conſtruendum: quæ per ſpeciales noſtras literas dilectis filiis Magiſtro & fratribus Ordinis Calatravenſis duximus intimanda.

83. Verùm quoniam Magiſter ipſe, quaſi honoris & commodi, quos eidem ordini ſuo provenire credebamus & credimus, ex ipſa noſtra ordinatione ſalubri, negłector improvidus, & tamquam ſedi Apoſtolicæ de pia intentione & liberalitate laudabili minus gratus, nondum venire, vel mittere pro ipſius conſtructione monaſterii, ac bonorum per nos conceſſorum receptione curavit; nec inde excuſationem aliquam hucuſque prætendit, quamvis ſuper hoc pro parte Regis ipſius fuerit, ut audivimus, requiſitus.

84. Nos nolentes ordinationem noſtram prædictam in ſuſpenſo manere diutiùs, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios, eundem Magiſtrum ex parte noſtra requiras inſtantiùs, ut infra certum terminum competentem, per te ſibi, juxta locorum diſtantiam, præfigendum, ad dictum caſtrum de Monteſia ſe perſonaliter conferat, aut perſonas aliquas ſufficientes & idoneas de fratribus ſuis mittat, pro monaſterii conſtructione prædicti, ac refectione bonorum per nos eidem monaſterio conceſſorum, ſecundùm formam ordinationis noſtræ, ac pro implendis aliis in ipſa ordinatione noſtra contentis, niſi forſan aliqua rationabilis cauſſa ſubſit, quare ipſi non expediat ordini prædictam noſtram ordinationem impleri: quam equidem cauſſam ipſe Magiſter infra certum terminum, tuo ſtatuendum arbitrio, in noſtram ſtudeat notitiam fideliter & plenè perferre; alioquin prædicas eidem, quòd de bonis prædictis, per nos donatis, curabimus aliter, prout expedire videbimus, ordinare. Terminos autem, quos ſibi præfixeris pro prædictis, & quicquid in præmiſſis egeris, per tuas nobis literas, formam præſentium continentes, non differas intimare. Datum Avinioni VI. Kalend. Decembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

CONCILIUM CÆSAR-AUGUSTANUM

Præſide D. Petro de Luna, primo ejus urbis Archiepiſcopo, celebratum anno Chriſti MCCCXVIII.

85. ANno MCCCXVIII. die XIII. Decembris celebratum eſt Concilium Cæſar auguſtæ à primo ejus urbis Archiepiſcopo D. Petro de Luna, adſidentibus Epiſcopis Martino Oſcenſi, Petro Tyraſſonenſi, Michaële Calagurritano & Calceatenſi, aliiſque, tum archidiaconis, tum vicariis Epiſcoporum abſentium. In eo ſolenniter publicata fuit erectio ſedis Cæſar-auguſtanæ in Metropolim. *Vide Carrillo in Catalogo Præſulum ejus Eccleſiæ, pag. 258.*

CONCILIUM TARRACONENSE

Præſide D. Eximeno de Luna Archiepiſcopo, anno Chriſti MCCCXVIII.

86. ANno MCCCXVIII. celebratum eſt Concilium Tarracone à domino Eximeno de Luna, ipſo anno quo Archiepiſcopus Tarraconenſis electus fuit. *Vide eundem Carrillo pag. 256.*

CONCILIUM VALLIS-OLETANUM

Præſide Guillelmo Epiſcopo Sabinenſi, & Apoſtolicæ ſedis Legato, celebratum anno Domini MCCC-XXII. ſub Joanne XXII. Papa.

Editum juxta exemplar aſſervatum in Collegio S. Ildephonſi Complutenſis, & collatum cum excuſſis, quorum varietatem ad oram rejecimus.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De conſtitutionibus.*
II. *De officio Ordinarii.*
III. *De foro competenti.*
IV. *De feriis.*
V. *De teſtibus.*
VI. *De vita & honeſtate clericorum.*
VII. *De cohabitatione clericorum & mulierum.*
VIII. *De clericis non reſidentibus.*
IX. *De præbendis:*
X. *De inſtitutionibus.*
XI. *D parochiis.*
XII. *De decimis.*
XIII. *De ſtatu monachorum.*
XIV. *De religioſis domibus.*
XV. *De jure patronatûs.*
XVI. *De baptiſmo.*
XVII. *De obſervatione jejuniorum.*
XVIII. *De immunitate Eccleſiarum.*
XIX. *De conſanguinitate & affinitate.*
XX. *De ſimonia.*
XXI. *De magiſtris.*
XXII. *De Judæis & Sarracenis.*
XXIII. *De adulteris.*
XXIV. *De raptoribus.*
XXV. *De ſortilegiis.*
XXVI. *De purgatione canonica.*
XXVII. *De purgatione vulgari.*
XXVIII. *De pœnitentiis.*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, AMEN.

ISTæ ſunt conſtitutiones per nos fratrem Guillelmum Dei permiſſione Epiſcopum Sabinenſem, Apoſtolicæ ſedis Legatum, factæ ac editę in Concilio celebrato per nos apud Vallem-Oleti, Palentinę diœceſis, Pręlatis omnibus noſtrę legationis ad celebrandum dictum Concilium convocatis, anno * Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo, quarto Nonas Auguſti, qua die pręfatum Concilium exſtitit terminatum.

* A Nativitate. etc.

PRÆFATIO.

1. INjunctum nobis legationis expoſcit officium, ut attentis ſtudiis & cura pervigili ad reformandos in clero & populo legationis prędictæ mores, & actus devios, prout ex alto permittitur intendamus; & in his præcipuè apponamus remedium, in quibus majus periculum conſpicimus imminere. Hæc eſt quippe Dei Patris ordinatio, hęc lex exiſtit Eccleſiæ almæ matris, ut qui obſequiis Eccleſiaſticis mancipati exiſtunt, ſolerti cura & providentia Pręſulis

Præſulis ſincerè & purè in domo Domini converſentur; & ut cordis oculus nube erroris abductus illuſtrationis lumine ſit ſerenus.

2. Ad iſta igitur, ad quæ ferventiùs aſpirat noſtra intentio, convertentes aciem noſtræ mentis; univerſorum noſtræ legationis Prælatorum apud Vallem-Oleti, Palentinæ diœceſis, ad præmiſſa agenda Concilium duximus convocandum. Cum quibus habita diſcuſſione ſolerti, & deliberatione matura ſuper his quæ correctione & reformatione indigebant, ſacro approbante Concilio conſtitutiones infraſcriptas edidimus, eaſque in majori Eccleſia loci prædicti die ſecunda Auguſti anni præſentis,[a] ſcilicet [a] milleſimi trecenteſimi viceſimi ſecundi, Pontificatûs ſanctiſſimi [b] patris domini domini Joannis Papæ XXII. anno ſexto, in præſentia dicti Concilii, & clericorum aliorum, adſtante multitudine fecimus publicari.

[a] Deeſt exc.
[b] Summi. exc.

3. [c] Sed quamqoam ſingulorum auribus, noſtras canonicas ſanctiones non eſſet poſt publicationem hujuſmodi conſtitutiones [d] præfatas neceſſarium inculcare; tamen ne aliquis ab ipſarum obſervantia poſſit ſe per ignorantiam aliquatenus excuſare; prædictis noſtræ legationes Prælatis injungimus, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandantes eiſdem,[e] quatenus ipſius conſtitutiones omnes & ſingulas in ſuis cathedralibus Eccleſiis infra octo dierum ſpatium poſtquam illuc delatæ fuerint, clero non [f] excepto [g] quidem ordinaria,[h] excepto verò, nec non religionis excepti, tam non militaribus quàm militaribus auctoritate noſtra & populo convocatis, & deinde imprimis eorum Synodis ſolenniter & integraliter faciant publicari. In aliis verò Synodis [i] ſummariè [i] legi procurent, ut crebra hujuſmodi lectio harum conſtitutionum præſentibus præſervet [o] memoriam [o], & poſteris notitiam largiatur.

[c] Iuxta. exc.
[d] Prædictas. exc.
[e] Quòd. exc.
[f] Exempto. exc.
[g] Qui de. exc.
[h] Exempto v. u n vel exemptis. exc.
[i] Deeſt exc.
[o] Deeſt exc.

4. Mandamus etiam quòd Prælati prædicti ad harum conſtitutionum obſervantiam dent, quantum in ipſis fuerit, operam diligentem. Volumus inſuper quòd conſtitutiones prædictæ ad [k] obſervationem ſui ligent omnes noſtræ legationis & ſingulos, poſt duos menſes à publicatione prædicta facienda in [l] præfatis Eccleſiis cathedralibus numerandos.

[k] Obſervantiam exc.
[l] Prædictis. exc.

I. *De conſtitutionibus.*

5. ALma mater Eccleſia ab unigenito Dei Filio primitùs inſtituta, & à ſanctis Patribus, ſuccedentibus temporum curriculis ordinata conſtituit, ut Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis annis ſingulis Provincialia celebrare Concilia non omittant. In quibus ſuper obſervantia Canonum, relevatione Eccleſiarum, corrigendis exceſſibus & moribus reformandis, diligens cum eis [m] habeatur conſilium & tractatum, & faciant ac ſtatuant quæ circa hæc viderint expedire.

[m] Habeant. exc.

6. Et quia nonnulli Prælatorum per plures annos hoc negligenter facere omiſerunt, ex quo plurima provenerunt Eccleſiarum diſpendia, & etiam pericula animarum; monemus Archiepiſcopos omnes & ſingulos, ut ſtatutum Generalis Concilii ſuper hoc editum diligenter obſervent: ſacro approbante Concilio ſtatuentes, ut ſi Archiepiſcopi ſaltem in biennio ſemel, loco & tempore opportunis, per ſe vel per alios, quatenus de jure conceditur, ipſis legitimè impeditis celebrare Provincialia Concilia omiſerint; eo ipſo tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi, donec negligentiam ſuam purgaverint, Provincialia Concilia celebrando. Epiſcopi etiam Synodos in ſuis diœceſibus ſuper prædictis, prout jura volunt, celebrent annuatim: quòd ſi fortè hoc negligenter omiſerint, eo ipſo ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi, donec negligentiam [n] purgaverint, ſynodalia Concilia celebrando.

[n] Suam. exc.

7. Quia verò contingit venientes ad dicta Concilia & Synodos, & redeuntes aliquoties impediri, & in perſonis & rebus indebitè moleſtari; ſtatuimus, ut quicumque venientes ad dicta Concilia & Synodos, vel in eis morando, aut etiam redeundo ab ipſis, cœperint, aut in perſonis, vel rebus, eis damna notabilia intulerint, in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto.

8. Inter cætera quæ officio Prælatorum incumbunt, hoc præcipuè deſideratur & quæritur, ut in ſubditis vitæ ſanctitas & morum honeſtas præceptis & prohibitionibus obſervetur. Volentes igitur ut [o] hoc per Prælatorum diligentiam [p] impleatur; univerſos Eccleſiarum Prælatos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos monemus & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, ut ipſi in ſuis Conciliis Provincialibus & Epiſcopalibus Synodis ſtatuant & ordinent ea quæ ad clericorum vitam, reformationem morum, converſationis & habitus honeſtatem viderint expedire: injungentes his qui ſub eis juriſdictionem obtinent, ut de obſervantia ſtatutorum & Canonum in ſuis viſitationibus inquiſitionem faciant diligentem, quam inquiſitionem referre ſuis Prælatis in proximis Synodis teneantur.

[o] Has exc.
[p] Impleantur. exc.

II. *De officio Ordinarii.*

9. QUia notitia Catholicæ Fidei cuilibet orthodoxo eſt neceſſaria ad ſalutem, & ejus ignorantia periculoſa quam plurimum eſt & nociva; ſtatuimus, ut quilibet rector parochialis Eccleſiæ in ſcriptis habeat in Latina & vulgari lingua articulos Fidei, præcepta Decalogi, ſacramenta Eccleſiæ, ſpecies vitiorum & virtutum, & quater in anno ipſa publicet populo, in [q] feſto videlicet Nativitatis,[r] Reſurrectionis, Pentecoſtes, & in Aſſumptione Virginis

[q] Feſtis. exc.
[r] Dominicæ. exc.

ginis glorioſæ, & in diebus Dominicis Quadrageſimæ. Quòd ſi rectores in hoc negligentes fuerint, per Prælatum ſuum acriter puniantur.

III. *De foro competenti.*

10. Eccleſiaſtica juriſdictio à ſæculari diſtincta dignoſcitur, & una per alteram impediri non debet, ſed potiùs adjuvari. Quia verò nonnulli ſæculares judices, ſtatuta Canonum circa hoc edita contemnentes, clericos & alias perſonas Eccleſiaſticas ſuper rebus ſuis & cauſſis *f* perſonalibus injurioſè compellunt coram ſe in judicio litigare; ſtatuimus, & univerſis Prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, ut ſtatutum felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. quod incipit: *Quoniam ut intelleximus*, in ſuis Conciliis & Epiſcopalibus Synodis, & in Eccleſiis etiam ſuarum diœceſum, ubi expedire viderint, faciant publicari; prædictoſque judices excommunicatos publicè nunciari.

f Presbyteralibus. exc.

IV. *De feriis.*

11. Quamvis divinæ legis præcepto *t* ſervatum ſit diebus Dominicis & feſtivis ab omni ſervili opere abſtinere, nonnulli tamen hujuſmodi tranſgredientes præceptum, & ruſticalia opera, & artificia manualia diebus prædictis exercere præſumunt. Ne igitur ex tranſgreſſione hujuſmodi fidelis populus indignationem Dei omnipotentis incurrat, ſtatuimus ut nullus in diebus Dominicis & feſtivis agros colere audeat, aut artificia manualia exercere præſumat, *u* non urgente neceſſitate, vel evidenti pietatis cauſſa; & tunc de ſpeciali licentia ſacerdotis. Tranſgreſſores autem præſentis conſtitutionis per excommunicationis ſententiam à ſuis Ordinariis puniantur.

t Sancitum eſt. exc.
u Niſi urg. exc.

V. *De teſtibus.*

12. Cauſſarum & litium diſpendioſa protractio, quæ plerumque per falſorum teſtium dicta, & advocatorum malitiam procuratur, quatenus fieri poterit juris eſt auxilio reſtringenda. Ideoque ſtatuimus, ut falſi teſtes, advocati, mediatores, & *x* alii eos inducentes ad falſa teſtimonia perhibenda, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; à qua niſi poſtquam eis ſatisfecerint, quibus damna per depoſitiones & inductiones hujuſmodi illata ſunt, nullatenus abſolvantur. Præſentem verò conſtitutionem Prælati faciant in ſuis Eccleſiis cathedralibus & parochialibus diebus ſolennibus & in Synodis publicari.

x Aliter. exc.

VI. *De vita & honeſtate clericorum.*

13. Quamvis honeſtas morum & habitûs decentia omnibus clericis per ſacros *y* Canones ſint indicta; in Prælatis tamen, Archiepiſcopis videlicet & Epiſcopis, eò deſiderantur ampliùs, quò ex ſuſceptæ dignitatis debito in ſe ipſis debent oſtendere qualiter alios fideles deceat in domo Domini converſari. Volentes igitur ut Prælati prædicti in converſatione, habitu, & veſtitu aliis exemplum præbeant honeſtatis; ſtatuimus ut Epiſcopi, & ſuperiores Prælati *z* ſuctas lineas in publico; & cum eos equitare *a* contingit nullatenus tabardos, ſed cappas *b* rotundas, & cappellos ſuæ dignitati deferant congruentes; cappis aut veſtibus ſericis non utantur.

y Ordines. exc.
z Succos. exc.
a Contigerit. exc.
b Deeſt rotundas in exc.

14. Miſſas in ſolennitatibus majoribus in ſuis Eccleſiis, juxta ſanctorum Patrum ſtatuta, & *c* quandoque ſecretè in cappellis ſuis celebrent, *d* ſi cauſsâ legitimâ & neceſſariâ fuerint impediti. Altaria viatica ſecum portari faciant, in quibus ſingulis diebus coram ſe honeſtè & devotè Miſſam faciant celebrari. Horas canonicas cum ſuis clericis attentè recitent, & in Eccleſiis, *e* cathedralibus divina officia ſolenniter, * ſecundùm exigentiam temporis faciant decantari. Miſſam novam poſt conſecrationem infra ſex menſes ſolenniter * celebrent, niſi legitimè fuerint impediti.

c Nunquam. exc.
d Niſi exc.
e Eccl. ſuis. exc.
** Quod aſteriſcis incluſum eſt, deeſt in exc.*

15 Cùm non ſolùm à malo, ſed etiam à mali ſpecie, & præcipuè quæ ſcandali occaſionem miniſtrant, ſit ſecundùm Apoſtolum abſtinendum; ſtatuimus, ſacro approbante Concilio, ut nullus clericus ſæcularis, vel religioſus, in quacumque dignitate vel officio conſtitutus, exemptus aut non exemptus, etiam ſi Pontificali præfulgeat dignitate, ſponſalibus, baptiſmo, aut nuptiis filiorum ſuorum, vel filiarum, aut nepotum rectè deſcendentium, ſive legitimi, ſive illegitimi fuerint, audeat *f* miniſter eſſe: alioquin, ſi clericus beneficiatus fuerit, ipſo facto medietatem fructuum Beneficii, vel Beneficiorum ſuorum, illo anno quo talibus ſponſalibus, baptiſmo, aut nuptiis interfuerit, ſit privatus, prædicta medietate fructuum in uſum fabricæ Eccleſiæ convertenda. Si verò clericus *g* nondum beneficiatus fuerit, uſque ad annum eo ipſo ſit inhabilis ad Beneficium obtinendum.

f Intereſſe. exc.
g Non beneſ. exc.

16. Qui verò de bonis Eccleſiaſticis filiis aut nepotibus ſupradictis dotem aut donationem propter nuptias aſſignaverit, aſſignatio ipſo jure non valeat; & nihilominus aſſignans ipſo facto in

in pœnam ſubtractionis incidat ſupradictam. Idem in religioſis militaribus exemptis * & non exemptis * penitùs obſervetur. Prælati verò prædicti qui præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum commiſerint, per ſex menſes à collatione Beneficiorum ſuſpenſi ſint; & Beneficia quæ medio tempore vacaverint, per eum ad quem collatio de jure vel conſuetudine devolvitur, conferantur.

* Deeſt exc.

VII. *De cohabitatione clericorum & mulierum.*

17. Quia clericorum nonnulli famę ſuæ prodigi & ſalutis, in concubinatu publico vitam ducunt enormiter diſſolutam; nos talium vitam corrigere, eorumque abolere infamiam cupientes; monemus omnes & ſingulos clericos, etiam ſi ſint in dignitatibus, perſonatibus, aut officiis conſtituti, ut ipſorum nullus concubinam publicè in domo propria vel aliena audeat detinere: ſacro approbante Concilio ſtatuentes, quòd quicumque clerici poſt duos menſes à publicatione conſtitutionis, & monitione hujuſmodi, in ſuis Eccleſiis per Archiepiſcopos & Epiſcopos, vel eorum vicarios, faciendis concubinam ſeu concubinas modo prædicto [i] retinuerint, vel dimiſſam ſeu dimiſſas, aut aliam ſeu alias admiſerint; ſi beneficiati exiſtant, tertia parte fructuum Beneficiorum omnium, qui pro illo obtinerent tempore, ipſo facto penitùs ſint privati. Si verò per alios duos menſes, duos immediatè prædictos ſequentes, in eodem crimine continuaverint vitam fœdam, aliâ tertiâ parte fructuum noverint ſe privatos.

h In Synodis fac. exc.
i Detinuerint. exc.

18. Quòd ſi forſan, Dei timore contempto, per alios duos menſes, poſt * quatuor prædictos immediatè ſequentes in peccato perſtiterint memorato; reliqua tertia parte fructuum ipſos privamus: omnino ſub pœna excommunicationis præcipientes eiſdem, quòd ad aliquam partem dictorum fructuum, poſtquam ipsâ vel ipſis, ut prædicitur, privati fuerint, manus temerarias aliquatenus non extendant. Et ſi forſam contrarium [k] attentârint; ſub interminatione extremi judicii, Prælatis eorum, tam diœceſanis quàm aliis diſtrictè præcipimus, quòd ad reſtituendum totum, quod de prædictis tertiis fructuum, ſeu ipſarum aliquâ, poſt quam modo [l] prædicto privati exiſtunt, occupaverint ſeu detinuerint, vel conſumpſerint; per cenſuram Eccleſiaſticam ipſos compellere non omittant.

* Deeſt poſt. exc.
k Tentarent. exc.
l Præfato. exc.

19. [m] Antedictas verò partes fructuum & ipſarum [n] quamlibet, in cathedralibus & collegiatis Eccleſiis, quoad bona quæ de communi menſa fuerunt, ad communem menſam capituli; alia verò redemptioni captivorum communiter [o] applicent. In parochialibus verò medietatem fabricæ Eccleſiæ ipſius, aliam verò redemptioni captivorum detentorum ab infidelibus, applicamus: volentes & mandantes, quòd per manus Prælatorum ſuorum [p] dictas partes fructuum recipiant & exigant, committimus & præcipimus, quicquid ex dictis fructibus provenerit, in prædictis uſibus fideliter expendatur.

m Antedictæ. exc.
n Quælibet. exc.
o Applicentur. exc.
p Quòd. exc.

20. Quòd ſi fortè nec adhuc ad cor redierint; ſed præſens noſtrum contemnentes mandatum, ſe oſtenderint tam exſecrandæ turpitudines amatores; ſuis Prælatis prædictis, & ipſorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub animarum ſuarum periculo diſtrictè præcipimus & mandamus, quòd infra quatuor menſes, à ſupradictis ſex menſibus numerandos, tranſgreſſores prędictos, qui concubinas pręfatas non omnino dimiſerint, eaſdem non admiſſuri ulteriùs, nec aliam aliquam, ſeu aliquas ampliùs recepturi, omnino Beneficiis ſuis privent, ipſoſque in limo peccatorum tam fixos, donec ſe correxerint, & poſtea per quinque menſes inhabiles eſſe denuncient ad ſuperiores ordines, & ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.

21. Volumus etiam, quòd ſi quis de prędictis, poſtquam Beneficio, ſeu Beneficiis privatus [q] fuit, modo prædicto manus rapaces extenderit ad dictorum Beneficiorum fructus, ſeu ad aliquam eorum partem; incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua non poſſint abſolvi, niſi de ſic occupatis reſtitutione integra, & Beneficiorum quibus privati eſſent, ut prædicitur, dimiſſione plenaria priùs factis.

q Fuerit. exc.

22. Verùm quia peccata inulta non vult dimitti Dominus ultionum; ſtatuimus, dicto approbante Concilio, quòd clerici non beneficiati, tam ſacerdotes quàm diaconi, ſeu ſubdiaconi, [r] ac inferiores clerici non promoti, qui non erubeſcunt concubinas publicè detinere; ſi ſacerdos [s] fuit, cappellaniam perpetuam aut temporalem tenere vel habere non poſſit, & uſque ad unum annum poſtquam ſe [t] de prędicto peccato plenè correxerit, ad obtinendum Eccleſiaſticum Beneficium ſit inhabilis & indignus. Diaconi & ſubdiaconi, ac inferiores clerici, uſque ad annum poſt correctionem jam dictam ſint ad ſuperiores ordines inhabiles, & ad quæcumque Eccleſiaſtica Beneficia obtinenda. Si verò adhuc incorrigibiles perſtiterint, procedatur per alia juris remedia contra ipſos.

r Aut. exc.
s Fuerit. exc.
t A præd. exc.

23. Et quia majori culpæ juſto Dei judicio major debetur & pœna; ſtatuimus quòd quicumque in tam profundum peccatorum [u] devenerint, quòd publicè concubinam, ſeu concubinas [x] detineant infideles; ſi beneficiati fuerint, poſt duos [y] memoratos menſes à die publicationis prędictæ, in Eccleſiis, ut prædicitur, faciundæ, ipſo facto privati ſint Beneficiis obtentis, cujuſcumque conditionis Beneficia ipſa exiſtant; & ipſo facto reddantur inhabiles ad quæcumque Beneficia obtinenda. Si verò beneficiati non fuerint, ad ſuſcipiendos ſacros ordines, & ad obtinenda Beneficia ſint penitùs inhabiles & indigni; ac tam beneficiati quàm non beneficiati, qui eas ſic detinere præſumpſerint, per ſuos Prælatos per biennium ad minus in carcere detrudantur: quibus etiam per diœ-

u Devenerit. exc.
x Detineat. exc.
y Menſes memor. exc.

ceſanus,

Digitized by Google

ceſanos, ſeu alios dictorum clericorum Prælatos, pœnæ graves aliæ, prout eorum diſcretioni videbitur, imponantur.

t Ad vit. etc.

24. Si tamen ii clerici ad cor redeuntes verè pœnituerint de peccato, & t vitam honeſtam continuaverint; concedimus quòd ipſorum diœceſani cum eis poſt quinquennium, numerandum à ſua correctione, dumtaxat poſſint, quoad ordines & ſimplicia Beneficia obtinenda, miſericorditer diſpenſare. Volumus inſuper & mandamus, quatenus Prælati omnes & ſinguli in ſuis diœceſibus per viros probos & timentes Deum diligentem inquiſitionem, quotiens expedire viderint, facere non omittant, qui, quot, quales, & ubi fuerint præmiſſa crimina tam contagioſa & tam deteſtabilia committentes; atque ad pœnas ſuptapoſitas in ipſos exſequendas inſurgant viriliter, ut domûs a Domini ſtrenui zelatores. Concubinæ verò publicæ clericorum careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ.

a Dei. etc.

25. Sicut jure divino & humano juſtum dignoſcitur quòd intra menſuram delicti culpabiles puniantur; ita pium & ſanctum eſt quòd rigori detrahatur juſtitiæ, ut occurratur inſurgentibus periculis animarum. Hoc ſanè felicis recordationis Alexander Papa IV. pii more patris conſiderans, ſuſpenſionis & excommunicationis pœnas, quas recolendæ memoriæ dominus Joannes Epiſcopus Sabinenſis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, contra clericos concubinarios publicos, ac concubinas eorum, per ſuum ſtatutum & conſtitutiones tulerat, voluit & commiſit Prælatis aliquibus, quòd pœnas prædictas, maximè propter b irregularitatis, quæ ex hoc c ſequebatur, periculum, in pœnas alias rationabiles permutarent.

b Irregularitatum. etc. c Sæpiùs ſeq. etc.

26. Quia igitur d nos per aliam conſtitutionem noſtram, ſacro approbante Concilio, per condignam inflictionem pœnarum contra delinquentes hujuſmodi providimus congruenter; dicto approbante Concilio ſtatuimus, quòd antedicti Legati conſtitutiones præfatæ, e quantum ad ſuſpenſionis & excommunicationis pœnas non ligent de cætero, nec habeant quoad iſtud alicujus roboris firmitatem. Prælatis f etiam omnibus noſtræ legationis quòd abſolvere poſſint à prædictis ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiis omnes & ſingulos ſuæ juriſdictioni ſubjectos; g qui propter præmiſſa h incurrerunt eaſdem, præſentis virtute ſtatuti plenam concedimus poteſtatem.

d Deeſt nos in etc. e Quod ad. etc. f Et omnib. etc. g Quas prop. etc. h Incurrerent eiſdem. etc.

27. Non ſolùm ii qui peccant, ſed qui ad peccandum inducunt, pœnâ debitâ plectendi ſunt, divinæ legis judicio pariter & humanæ. Quia verò nonnulli laïcorum clericos compellunt, in ſacris præcipuè ordinibus conſtitutos, ut aliquas mulieres i in concubinas recipiant, & cum eis in k concubinio publicè vivant, contra decorem ordinis clericalis, & ſacrorum Canonum inſtituta; nos iniquitatem hujuſmodi deteſtantes, excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubjacere quemlibet, cujuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtat; necnon univerſitatem, ſeu communitatem quamlibet ſententiæ interdicti, l qui ſeu quæ perſonam quamvis Eccleſiaſticam duxerit compellendam ad recipiendum in concubinam mulierem quamcumque. Sententias verò prædictas in Synodis Epiſcopalibus, & frequenter in Eccleſiis parochialibus, volumus & præcipimus publicari.

i Deeſt in. etc. k Contubernio. etc. l Deeſt qui, ſeu. etc.

VIII. *De clericis non reſidentibus.*

28. Canonici & Eccleſiarum ſocii ſuis Epiſcopis perſonaliter aſſiſtentes, non debent abſentes ab Eccleſia reputari. Ideoque jure proviſum eſt, ne eis dum in ſervitio Epiſcoporum fuerint, Beneficiorum l ſuorum reditus ſubtrahantur. Propterea ſtatuimus, ut nullus à præbendarum ſuarum perceptione eos audeat impedire. Capitula verò quæ hoc adimplere renuerint, ad obſervantiam juris illius per ſuos Prælatos diſtrictiùs compellantur.

l Sacrarum. etc.

IX. *De præbendis.*

29. Cum ſecundum ſtatuta Canonum, una Eccleſia unius debeat eſſe rectoris, m oportet ut Eccleſiarum Beneficia facultatibus abundent, n ut de eis ſufficienter poſſit pluribus ſervitoribus provideri; volentes dimiſſiones Beneficiorum, quæ plerumque ſine rationabili cauſſa fiunt, juris auxilio refrænare; ſtatuimus, ut in qualibet Eccleſia uni cura ipſius Eccleſiæ, principaliter per eum ad quem de jure pertinet, committatur; cui per providentiam Prælati taliter provideatur, quòd o de reditibus Eccleſiæ poſſit honeſtè vivere, & onera curæ, & alia incumbentia ſupportare. In Eccleſiis autem in quibus Beneficia indebitè ſunt dimiſſa, cùm pluribus clericis ipſarũ Eccleſiarum p non ſufficiant facultates; quando portiones hujuſmodi vacare q contingit, uniantur & aſſignentur Curato, donec, ut præmiſſum eſt, proviſionem r habeant competentem.

30. Cùm in perſonis Eccleſiaſticis ad ſacros ordines & Beneficia curam animarum habentia promovendis, s idoneitas major t requiratur, & u amplior deſideretur peritia literarum; ſtatuimus, ut nullus deinceps clericus ad ſacros ordines promoveatur, niſi ſaltem literaliter ſciat loqui. Quòd ſi fortè ſecus actum fuerit; Prælatus à collatione ſacrorum ordinum, quos tali contulit, & promotus ab exſecutione ſuſcepti ordinis per annum noverint ſe ſuſpenſos; niſi ex cauſſa rationabili, & multùm neceſſaria, quatenus de jure conceditur, Prælatus ſuper hoc viderit diſpenſandum.

m Rect. nec Beneficia Eccleſiarum debent dividi in plures partes, niſi adeo ipſarum Eccleſiarum facultates abund. etc. n Quid. etc. o Deeſt etc. p Nec. etc. q Contingerit. etc. r Habent. etc. s Id honeſtas etc. t Requirat. etc. u Amplius. etc.

X. De

X. *De inſtitutionibus.*

31. IN Eccleſiis tot ſecundum Canones inſtituendi ſunt clerici, quot [a] poſſunt de earum reditibus commodè ſuſtentari. Ideoque ſtatuimus, ut Epiſcopi eorumque ſuperiores, diligenter attendant, ut tot clericos in Eccleſiis ordinent, quot ſuſtentari poſſint de proventibus earundem; ne clerici ſua numeroſitate vileſcant, & propter facultatum inſufficientiam mendicare cogantur, in opprobrium ordinis clericalis.

In ædibus non ſit diſtinctio, ſed continuatur præcedens caput.
a Poſſint. *ext.*

32. Et ut hoc efficaciùs obſervetur, volumus & mandamus, ut Prælati infra annum, aut ſaltem infra biennium, cum conſilio diſcretorum ordinent & provideant, ipſamque proviſionem in ſcriptis redactam apud ſe conſervent, quot clerici ad titulum cujuslibet Eccleſiæ juxta ipſarum reditus poterunt ordinari. Prælatus verò quicumque qui prædicta obſervare neglexerit, [y] plures quàm ut præmittitur ad ordines promovendo, vel promoveri per alium faciendo; per annum à collatione illius ordinis, quam contra hoc noſtræ prohibitionis ſtatutum contulit, in archidiaconatu illo vel Abbatia, unde clerici taliter ordinati fuerint, eo ipſo noverit ſe ſuſpenſum.

y Pluraſque *ext.*

33. Religioſos decet ab omni calliditate & fraude ſeipſos retrahere, & omnimodam puritatem in ſuis actibus obſervare. Quia tamen nonnulli religioſi, non ſolùm clerici, ſed etiam laïci militares, ut quorundam aſſertione percepimus, habitum ſui ordinis ſæcularibus clericis fraudulenter conferunt, & clericis per Epiſcopos inſtitutis, in Eccleſiis locorum ubi dicti religioſi temporale dominium obtinent, vel partem aliquam recipiunt decimarum, exinde violenter expulſis, clericos illos, quibus hujuſmodi habitum contulerunt, propria temeritate inſtituunt, & miniſtrare faciunt in eiſdem; quidam etiam eorundem religioſorum clericos ſæculares, per Epiſcopos in Eccleſiis parochialibus ad ipſos Epiſcopos pertinentibus inſtitutos habitum ſui ordinis induunt, & ibidem eos miniſtrare faciunt, ut ſic in locis ipſis Eccleſias, earumque reditus ſuis uſibus valeant applicare; nos has fraudes & violentias deteſtantes, ſtatuimus, ut quicumque religioſi fraudes aut violentias attentare præſumpſerint, in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto, à qua nullatenus abſolvantur donec Prælatis & Eccleſiis, quas per prædictos exceſſus læſerant, ſatisfecerint competenter.

34. Clandeſtinæ & [z] incertæ Beneficiorum collationes, quas nonnulli Prælatorum & aliorum, ad quos Beneficiorum [a] ipſorum ſpectat collatio, faciunt magnam in ipſis Beneficiis varietatem, & [b] ſiniſtram ſuſpicionem inducunt, dum Beneficia ipſa, quorum collationes probari non poſſunt per eoſdem Prælatos plerumque aliis conferantur, & ab hoc [c] ſub ipſis Beneficiis inter eos quibus taliter collata fuerant, quæſtiones & litigia oriuntur. Ut igitur circa hoc fraudis & varietatis materia amputetur, ſtatuimus, ut quum Eccleſiaſticorum Beneficiorum collatio fieri debeat, fiat in capitulo ſi conſuetudo id obtinet, vel coram notario publico, aut teſtibus fide dignis, vel cum patenti ipſius Prælati litera, vel alterius ſeu aliorum quorumcumque ad quos Beneficiorum ſpectat vel ſpectare debet dicta collatio, præſentibus teſtibus in litera ipſa collationis inſertis, per quæ provari poſſit collatio, [d] deque ea nullatenus dubitari. Aliàs volumus quòd collatio ipſa nullius obtineat roboris firmitatem, ſeu nullius penitùs ſit momenti.

z Occultæ. *ext.*
a Suorum. *ext.*
b Et ſic in ſiniſt. *ext.*
c Super. *ext.*
d Et de ea. *ext.*

XI. *De parochiis.*

35. PArochiarum diviſio à ſanctis Patribus inſtituta, certitudinem parochianorum, & decimarum debitam ſolutionem inducit. Cùm verò libertas mutandi parochiam per abuſum qui in quibuſdam partibus inolevit, parochianis indifferenter conceditur, parochianis ipſis ſubtrahendi dicimas præſtatur occaſio, & Eccleſiis injuria in decimarum, primitiarum, oblationum, & aliorum jurium [e] ſubtractio damnabiliter irrogatur. Sed quia in pleriſque locis noſtræ legationis, talis, [f] prout accapimus, inolevit abuſus, [g] qui ſi parochianus unius Eccleſiæ die Reſurrectionis, ſeu alio ſolenni, in alia parochia ſacram communionem [h] recipiat, vel qui alterius Eccleſiæ parochianum velle ſe eſſe aſſerat, ex tunc quoad decimas reales & perſonales, & alia jura parochialia, parochianus illius in [i] quam communicavit, vel parochianum ſe velle eſſe [k] dixerat, cenſeatur. Volentes abuſus prædictos juris remediis exſtirpare, ſtatuimus, ut in civitatibus, caſtris, & municipiis, in quibus parochiæ limitatæ non ſunt, per Epiſcopos vel alios prudentes viros, quibus hoc [l] ipſi commiſerint [m] parochiæ, infra annum à die publicationis conſtitutionis hujuſmodi per certos terminos limitentur.

36. Poſtquam verò [n] parochiæ fuerint limitatæ, nec parochianis de una parochia modis præmiſſis ad aliam ſe mutare, nec alteri parochiali rectori ipſos ſic recipere liceat; alioquin & ſic ſe transferens & recipiens ſententiam excommunicationis incurrant. Et nihilominus prima Eccleſia decimis & aliis obventionibus ſibi debitis non privetur. Si verò inter [o] diverſas diœceſes fuerit limitatio hujuſmodi facienda; quilibet Prælatorum aliquas certas perſonas aſſignet, per quas parochiæ, quæ confuſæ eſſe non debent, rationabiliter limitentur. Quòd ſi perſonæ iſtæ convenire non potuerunt; tertius Prælatus vicinior ad limitationem faciendam communiter invocetur, per quem unà cum prædictis termini parochiarum & fines diœceſum limitentur.

e Subtractione damnabili. *ext.*
f Ut accep. *ext.*
g Quòd ſi. *ext.*
h Accipiat. *ext.*
i In qua communicaverit. *ext.*
k Dixerit. *ext.*
l Epiſcopi com. *ext.*
m Deeſt *ext.*
n Sic par. *ext.*
o Diviſas. *ext.*

XII. *De decimis.*

37. UT fraudes quas diverſis modis religioſi in dandis decimis animalium & novalium adhibent, à Prælatis & Eccleſiarum rectoribus cautiùs evitentur, ſtatuimus, ut poſtquam religioſi per diœceſanos requiſiti fuerint ſuper fraudibus hujuſmodi nullatenus adhibendis, religioſi ipſi qui hujuſmodi fraudes commiſerint in Synodis Epiſcopalibus, & in majoribus locis ipſarum diœceſum, excommunicati publicè nuncientur. Et nihilominus Prælati conſtitutionem * felicis recordationis domini Clementis Papæ V. quæ incipit: *Religioſi quicumque*, * ſuper hoc editam cum diligentia exſequantur.

* Quod aſteriſcis clauſum eſt, deeſt in exc.

XIII. *De ſtatu monachorum.*

38. MOnaſteriorum damna, quæ per alienationes ab ipſorum Abbatibus & conventibus, Prioribus, & aliis adminiſtratoribus quibuſcumque indebitè fiunt, refrenare volentes; ſtatuimus, ut Prælati in Synodis ſuis pœnas in conſtitutione felicis recordationis domini Clementis Papæ V. contentas denunciare, & eas in p ſubditos ſuos exſequi non omittant. In exemptis verò, ſi alienationes hujuſmodi fecerint, hoc ſuperiori ipſorum locorum Ordinarii denuncient, ut per eos, q & revocentur alienationes hujuſmodi, & puniantur talia facientes.

39. Regularis obſervantia à ſanctis Patribus inſtituta, obſervari non poteſt, niſi circa ejuſdem cuſtodiã inter profeſſores ordinum congregatos ad iſtud frequens diſcuſſio & tractatus diligens habeatur. Quia verò per negligentiam Abbatum & Priorum ſ ordinum, ſignanter Sancti Auguſtini, qui *canonici regulares* vocantur; ac Sancti Benedicti monachorum nigrorum, videlicet prout accepimus, præfatæ, inſtitutionis obſervantia totaliter eſt omiſſa; in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, u quatenus juxta Lateranenſis Concilii proviſionem circa hoc factam, religioſi prædicti, exempti & non exempti, infra legationis noſtræ terminos conſtituti, de triennio in triennium loco & tempore opportunis Concilia celebrent, & faciant omnia quæ inſtituto præfati Concilii continentur. Qui autem implere x prædicta neglexerint, præter pœnas graves eiſdem infligendas, maledictionem omnipotentis Dei, velut tàm ſalubris tranſgreſſores præcepti, ſe noverint incurſuros.

40. y Oppreſſionibus monaſteriorum, & aliorum religioſorum locorum, qui plerumque per milites & potentes contra ſtatuta canonica hoſtiliter devaſtantur, remediis opportunis occurrere cupientes; inhibemus, ne quævis Eccleſiaſticæ vel ſæculares perſonæ monaſteria ſeu grangias, vel quælibet alia ipſorum loca gravent, aut opprimendo devaſtent, bona ipſorum ſive victualia diripiendo, aut ad exactiones eis in pecunia perſolvendas per pignorationes rerum ſuarum, aut etiam vaſſallorum, ſeu aliis modis illicitis indebitè compellendo: alioquin per Prælatos ad requiſitionem religioſorum ipſorum per ſententiam excommunicationis in perſonas, ac interdicti, z loca & vaſſalli eorum ab inſolentiis hujuſmodi compeſcantur. Prælati verò per religioſos hujuſmodi requiſiti circa ſententias proferendas, & etiam publicandas, ſe reddant in omnibus promptos, ſolicitos, & attentos.

41. Ut monaſteria in quibus mulieres religionis ordinem profitentur, cautelâ debitâ, & ſufficienti diligentia valeant cuſtodiri; ſtatuimus, ut Prælati in quorum diœceſibus monaſteria ipſa conſiſtunt, vel Prælati ſui ordinis, qui juriſdictionem in eis exercent, de privilegio vel de jure, certos viros antiquos, probatos, & honeſtos, omni ſuſpicione carentes, & maximè ſui ordinis, ſi haberi a potuerunt, deputent, qui circa ipſarum cuſtodiam invigilent diligenter, curam adhibentes ſolicitam, ne quivis ſæculares vel religioſi ſuſpecti ad eas intrent, vel ipſæ exeant ad eoſdem. Si verò ex aliqua rationabili cauſſa aliquæ bonæ & non ſuſpectæ perſonæ ad eas intrare debuerint, vel ipſæ exire ad eas; hoc fiat de voluntate expreſſa illius, qui, ut præmiſſum eſt, ad cuſtodiam earum b fuit deputatus, de licentia illius qui monaſterio illi præeſt, eis etiam cum dictis perſonis confabulari non liceat, niſi ſub teſtimonio duarum vel trium ſororum, loco convenienti & horâ congruâ; nec in confabulatione abſque cauſſa neceſſaria contrahant magnam moram. Contrarium verò facientes in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto.

p Subditis ſuis. exc.
q Et, deeſt exc.
r Commodè obſ. exc.
ſ Signanter ord. exc.
t Conſtitutionis exc.
u Ut juxta. exc.
x Præmiſſa. exc.
y Oppreſſionibus. exc.
z In loca & vaſſallos. exc.
a Potuerint. exc.
b Fuerit. exc.

XIV. *De religioſis domibus.*

42. HOſpitalitatem quam ex pietatis officio de jure à clericis, & maximè Eccleſiarum rectoribus, impertiri c conveniat tranſeuntibus, ſervari volentes; ſtatuimus, ut parochialium Eccleſiarum rectores & curati, ſecundum facultatem bonorum ſuorum, religioſos pauperes, & peregrinos tranſeuntes charitativè recipiant & pertractent d. In locis etiam ubi ad hoc ſunt domus aliquæ ſpecialitar deputatæ, rectores & curati prædicti diligenter invigilent, ut domus hujuſmodi ſic convenienter paratæ ſint, quòd hoſpitalitas ipſa ad e quæ deputatæ fuerunt, in eis debitè obſervetur, & ad hoc rectores ipſi per Ordinarios compellantur.

c Conveniì. exc.
d Pertractent in locis. Et ſi ubi ad hoc ſit domus aliqua ſpec. deputata. exc.
e Ad quam. exc.

XV. *De*

XV. *De jure patronatûs.*

43. AMbitionis improbæ & cupiditatis perverſæ ſtudium, per quod ad Beneficia nondum vacantia via damnabiliter aperitur, reſecare & præcludere affectantes; ſtatuimus, ut nulli Eccleſiarum patroni ad Eccleſias in quibus jus patronatûs obtinent, antequam vacent, cuiquam [f] literas præſentationis concedant: quas ſi fortè conceſſerint, eo ipſo irritæ ſint penitùs & inanes. Clerici verò qui hujuſmodi literas præſentationis impetrant, vel pro quibus, ipſis ſcientibus & conſentientibus, ab alio impetrantur, ad Eccleſias ipſas obtinendas in ipſa vacatione reddantur inhabiles ipſo facto.

[f] Præſentationes Conc. exc.

44. Nonnulli Eccleſiarum patroni pueros infantes & alios, in Eccleſiis in quibus jus patronatûs obtinent, & in aliis violenter intrudunt, contra Canonum ſtatuta, Eccleſiarum ipſarum reditus ſæpiùs uſurpantes. Cùm igitur intruſiones & detentiones prædictæ ſacris ſint Canonibus [g] inhibitæ; ſtatuimus, ut nullus deinceps exceſſus tam damnabiles attentare præſumat, alioquin contrarium facientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, & quouſque Eccleſiæ & Prælato ſatisfecerint nullatenus abſolvantur. Prelati verò in ſuis Eccleſiis denunciari excommunicatos nominatim faciant talia committentes. Si autem Prælati in denunciatione hujuſmodi [h] per duos menſes poſtquam ad eorum notitiam pervenerit, negligentes fuerint, aut tales intruſos in eiſdem Eccleſiis inſtituerint; à collatione Beneficiorum per ſex menſes noverint ſe ſuſpenſos. Intruſi [i] etiam, minores quidem, ſi poſtquam ad ætatem diſcretionis pervenerint; majores autem ex quo dictæ intruſioni conſenſerint, tale Beneficium ſcienter detinere præſumpſerint; eo ipſo per biennium reddantur inhabiles ad Eccleſiaſticum Beneficium obtinendum.

[g] Inimicæ: exc.
[h] Poſt. exc.
[i] Intr. & min. exc.

45. Cùm ad Eccleſias in quibus diverſi [k] patroni jus obtinent patronatûs, plures clerici ab eiſdem patronis in diſcordia præſentantur, ſæpè contingit quòd aliqui ex clericis præſentatis ceſſiones ſibi fieri procurant ab aliis ad eandem Eccleſiam taliter præſentatis; credentes ex hujuſmodi ceſſionibus jus ſibi accreſcere ad ipſam Eccleſiam obtinendam. Nos itaque ceſſiones hujuſmodi [l] de cætero fieri prohibentes, decernimus ex eis nil juris accreſcere ipſis clericis procurantibus ſibi fieri hujuſmodi ceſſiones. Et nihilominus ea vacatione & vice ipſo facto reddantur inhabiles ad [m] illud Beneficium obtinendum.

[k] Tale jus obt. exc. & deeſt patroni.
[l] De cætero, deeſt exc.
[m] Id exc.

46. Filiis ac nepotibus eorum, qui in Eccleſiis jus obtinent patronatûs, de jure non licet rectores Eccleſiarum ipſarum indebitis prandiis & exactionibus aggravare. Quia verò quamplures patronorum, ut relatione certa [n] diſcimus, dictos rectores [o] gravant, plura & immoderata prandia ab ipſis rectoribus extorquendo; nos talium exceſſus reprimere volentes, ſtatuimus, ut patroni Eccleſiarum exactiones hujuſmodi deinceps facere non præſumant. Ubi autem dicti patroni prandium habere ſe aſſerunt de conſuetudine, [p] quæ non [q] poſſunt ſine ſcandalo removeri; ſtatuimus, ut deſcendentes ab uno patrono vel pluribus, ſeu omnibus, ſi ad hoc omnes ſimul convenire voluerint, cum moderata familia (cum quanta unus pater eorum recipere conſuevit) unum prandium à rectore Eccleſiæ recipiant, juxta facultates [r] ipſius Eccleſiæ moderatum: alioquin prandium ipſum per Epiſcopum in certa quantitate pecuniæ æſtimetur; quæ pecunia inter patronos omnes prædictos per Epiſcopum vel alium de ejus mandato dividatur. Si [ſ] qui verò patronum contra ſtatutum hujuſmodi venire [t] præſumpſerint, tamdiu jure præſentandi [u] careant, donec rectori ipſi, aut ſucceſſori ejuſdem [x] ſatisfecerint competenter, [y] jure præſentandi apud alios remanente, qui in obſervantia ſtatuti hujus minimè [z] deliquerunt.

[n] Didicimus. exc.
[o] Plura & immod. pr. ab ip. rect. extorquent. exc.
[p] Quæ, deeſt exc.
[q] Poſſit. exc.
[r] Ipſius, deeſt exc.
[ſ] Si quis. exc.
[t] Præſumpſerit. exc.
[u] Careat. exc.
[x] Satisfecerit. exc.
[y] Iure præſentandi, deeſt exc.
[z] Deliquerit. exc.

XVI. *De baptiſmo.*

47. SAcri confectio Chriſmatis ſolis Epiſcopis, eorumque ſuperioribus eſt conceſſa, & ab eis eſt annis ſingulis celebranda, à quibus etiam omnes Eccleſiarum rectores in ſuis diœceſibus conſtituti, novum Chriſma, juxta præcepta Canonum debent recipere, & concremato veteri, novo uti: quia verò in obſervantia dictorum Canonum plerique ſe exhibent negligentes; ſtatuimus, ut clerici, religioſi, & alii, exempti & non exempti, annis ſingulis Chriſma novum à ſuo diœceſano Epiſcopo, vel ab eo qui ex officio tenetur illud diſtribuere, poſtulent & requirant; alioquin utentes veteri Chriſmate in baptiſmo, ipſo facto per ſex menſes à perceptione Beneficii, negligentes verò in petendo per tres menſes ab officio ſint ſuſpenſi. Exemptorum privilegiis quæ circa hoc obtinent [a] ſemper ſalvis.

[a] Super. exc. male.

XVII. *De obſervantia [b] jejunii.*

[b] Iejuniorum. exc.

48. UT Quadrageſimæ & Quatuor temporum jejunia à ſanctis Patribus inſtituta, quæ multorum effrænata infringit guloſitas, diligentiùs obſerventur; ſtatuimus, ut nullus fidelis in ætate legitima conſtitutus carnes in Quadrageſima vel in Quatuor temporibus comedere audeat [c] ullo modo: alioquin tranſgreſſores prohibitionis hujuſmodi in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto. Hæc verò ſententia in Synodis Epiſcopalibus, & in parochialibus Eccleſiis ſingulis diebus Dominicis & [d] feſtis à Septuageſima uſque ad Paſcha ſolenniter publice-

[c] Nullo modo. exc.
[d] Feſtivis. exc.

tur. Vendentes etiam carnes publicè in ſupradictis temporibus eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Circa infirmos verò, quos urgens cogit neneſſitas, ſervetur quod ſuper hoc Canones decreverunt.

XVIII. De immunitate Eccleſiarum.

49. Reverentia [e] ſpiritualis, quam cuncti fideles Eccleſiæ Dei exhibere tenentur, meritò nos inducit, ut eos qui per illicitos actus divina officia, quæ in Eccleſiis celebrantur, perturbare præſumunt, adjectione pœnæ debitè compeſcamus. Ideoque univerſis Eccleſiarum Prælatis præcipiendo mandamus, ut conſtitutionem felicis recordationis Gregorii Papæ [f] X. quæ incipit: *Decet domum Domini*, contra ſæculares judices, qui cauſſas in Eccleſiis audiunt, in Eccleſiis ſuarum diœceſum faciant publicari. Et judices ipſos nihilominus moneant & inducant, ut ab hujuſmodi divinorum officiorum perturbatione deſiſtant, alioquin contra eos procedere per cenſuram Eccleſiaſticam non omittant. Sententias inſuper per eoſdem [g] ibidem prolatas denuncient virtute dictæ conſtitutionis nullius obtinere roboris firmitatem.

[e] Specialis. exc.
[f] V. exc.
[g] Ibidem, deeſt

50. Cùm [h] negotiationes, nundinæ, & fori cujuſcumque tumultus à Jure in Eccleſiis fieri ſint penitùs interdicti, eo quòd per hoc [i] dicta poſſunt impediri officia, & evidens [k] præſtatur occaſio ad multa enormia in Eccleſiis committenda; ſtatuimus, ut quicumque talia, vel aliquid prædictorum in [l] Eccleſiis exercere præſumpſerint, ipſo facto excommunicationis ſententiâ ſint ligati. Macellum verò in cœmeteriis ſub eadem pœna fieri prohibemus. Sacriſtę autem ſive [m] theſaurarii cathedrarum & collegiatarum, ac rectores parochialium Eccleſiarum diligenter attendant, ut negotiatores hujuſmodi ab Eccleſiis [n] abjiciant. Et negotiationes quæ earum dehoneſtant decorem in eis fieri non permittant. [o] Quòd ſi circa hoc negligentes exſtiterint, per ſuos Ordinarios puniantur.

[h] Negotiationis. exc.
[i] Divina. exc.
[k] Præbeatur. exc.
[l] In eis, & deeſt Eccleſiis. exc
[m] Theſauri. exc.
[n] Eccl. ſuis abj. exc.
[o] Qui circa hoc. exc.

51. Nonnulli temporalem juriſdictionem indebitè exercentes, & alii immunitatem Eccleſiaſticam ([p] quam Eccleſia confugientes ad ipſam defenſare tenetur) exquiſitis fraudibus infringere moliuntur. Quoſdam [q] etiam confugientium hujuſmodi (ut habet fide digna relatio) intra ipſam Eccleſiam conſtringunt compedibus & catenis. Quoſdam verò ſic arctè cuſtodiunt, ut eis victualia non poſſint aliqualiter miniſtrari. Alios [r] verò dormire vel quieſcere non permittunt. Et quandoque [s] vulnerant, mutilant, comburunt, & occidunt, & aliis modis affligunt, contra Eccleſiaſticam libertatem.

[p] Quam Eccleſia, deeſt exc.
[q] Enim. exc.
[r] Etiam. exc.
[s] Eos vuln. exc.

52. Volentes igitur horum auſus temerarios juris remedio refrænare; ſtatuimus, ne aliquis, ſeu aliqui, præfatis modis vel aliquo ipſorum infringere Eccleſiaſticam audeant libertatem; alioquin officiales [t] ipſi, & alii, [u] eis præſtantes in iis ſcienter conſilium, auxilium, vel favorem, in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto. Si verò communitas hoc [x] fecerit, vel fieri præceperit; eo ipſo Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto, pœnis [y] aliis in Jure ſtatutis in ſuo robore duraturis.

[t] Epiſcopi exc.
[u] Atque eis. exc.
[x] Hæc. exc.
[y] Et aliis exc.

53. Domus Dei, quæ ad ejus laudem ſpecialiter deputantur, per nonnullos nobiles & potentes, [z] ſive Prælatorum licentia incaſtellantur, vallantur, & fortalitiis, contra ſanctorum Patrum ſtatuta muniuntur, & in ſervitutem indebitè rediguntur. Ideoque ſtatuimus, ut nullus prædictorum temeritate propria quaſcumque Eccleſias aut cœmeteria incaſtellare ſeu vallare audeat, niſi ex magna & inevitabili cauſſa: alioquin ſi perſonæ [a] ſæculares exſtiterint, in excommunicationis, terræque eorum [b] in interdicti ſententias incidant ipſo facto. Si verò communitas hoc [c] fecerit, aut fieri præceperit, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto. Sententiæ verò prædictæ in Synodis per Epiſcopos ſolenniter publicentur.

[z] Sine, deeſt.
[a] Singulares. exc.
[b] In, deeſt exc.
[c] Deſinierit. exc.

54. Quia cœleſtis illa Hieruſalem mater noſtra libera eſt libertate quam contulit ei Chriſtus; juſtum & dignum dignoſcitur quòd [d] qui ipſius ſunt, libertate gaudeant univerſa. Sed (proh dolor!) draco ille antiquus, ſerpens inimicus [e] validus Chriſti ſponſæ, à timore Dei corda mundanorum hominum ſic avertit, & contra libertatem Eccleſiaſticam ſic [f] promovit; quòd perſonas ipſius lædere ac capere, decimas & alia bona ejus [g] rapere, & vaſtare illius loca, & interdum (proh pudor!) Eccleſias ipſas ac monaſteria invadere, deſtruere, ac cremare, & jura Eccleſiæ violare diverſimodè auſu ſacrilego non verentur.

[d] Quæ. exc.
[e] Naturalis. exc
[f] Permovit. exc.
[g] Capere. exc.

55. Nos igitur præmiſſa tam gravia, tam horrenda, [h] tamque ſacris Canonibus inimica, de medio tollere cupientes; ſacro approbante Concilio duximus ſtatuendum, quòd quicumque, cujuſcumque ſtatus, religionis, conditionis [i] exiſtat, prædicta, vel aliquid prædictorum [k] commiſerit, ſeu committentibus [l] præbuerit ſcienter conſilium, auxilium, vel favorem; præter alias pœnas [m] in Jure poſitas contra tales; viventes quidem ab ingreſſu arceantur Eccleſiæ, morientes verò quoad uſque [n] ſatisfactum fuerit plenè damna paſſis, careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Volumus inſuper quòd niſi facta ſatisfactione prædicta nullus poſſit ipſos abſolvere ab iis pœnis.

[h] Tamquam. exc.
[i] Exiſtant. exc.
[k] Commiſerint. exc.
[l] Præbuerint. exc
[m] A jure exc
[n] Plenè ſatisf. exc.

56. Verùm quia pleroſque humanus pudor à peccando cohibet, quos ab hoc non retrahit timor Dei; ſtatuimus, quòd in civitatibus, ſeu locis aliis quibuſcumque, in quibus principales malefactores [o] præfati fuerint, ſeu perſonæ prædictæ Eccleſiaſticæ, aut ante dicta bona ex certa ſcientia recepta & detenta exſtiterint, quamdiu dicti malefactores, aut bona Eccleſiæ præmiſſa in ipſis fuerint, [p] ceſſari inibi totaliter à divinis. Mandamus nihilominus Prælatis omnibus, quòd ipſi in

[o] Prædicti exc.
[p] Ceſſetur exc.

ſuis Eccleſiis cathedralibus & parochialibus ſuarum diœceſum præſentem conſtitutionem frequenter faciant publicari.

XIX. *De conſanguinitate & affinitate.*

57. Cum Generalis Concilii Viennenſis ſtatutum eos qui in gradu prohibito nuptias contrahunt excommunicationis decernat ſententiæ ſubjacere; & Prælati circa ejus publicationem fuerint hactenus negligentes; ſtatuimus, & in virtute [q] obedientiæ pręcipiendo mandamus, ut ipſi Eccleſiarum Prælati in cathedralibus & parochialibus Eccleſiis, [r] in quatuor anni feſtis pręcipuis, & in diebus Dominicis [ſ] totius Quadrageſimæ dictam Generalis Concilii conſtitutionem faciant publicari.

[q] Sanctæ obe exe.
[r] In, deeſt exe.
[ſ] Totius, deeſt exe.

XX. *De ſimonia.*

58. Deteſtandam Prælatorum avaritiam, ac [t] etiam aliorum qui juriſdictionem Eccleſiaſticam in Eccleſiis obtinent, quæ labem ſimoniæ continet, exſtirpare volentes; ſacro approbante Concilio ſtatuimus, ut nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, Abbas, archidiaconus, archipresbyter, aut quivis alius ad quem [u] ſpectet præſentatio clericorum, officiales eorum, ſive portarii, pro ordinibus collatis, ſeu [x] etiam conferendis, vel pro [y] quocumque actu, vel licantia ipſos ordines præcedente, quicquam recipere audeat: alioquin ſi laïcus fuerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat; ſi verò clericus, qui nondum Eccleſiaſticum Beneficium obtinet, uſque ad biennium eo ipſo reddatur inhabilis ad Eccleſiaſticum Beneficium obtinendum; ſi autem beneficiatus exſtiterit, [z] aut decanus, archidiaconus, Abbas, ſæcularis [a] vel religioſus, archipresbyter, vel quivis alius juriſdictionem habens, ipſo facto à perceptione Beneficii ſit ſuſpenſus, donec duplum ejus quod receperit reſtituat; cujus medietas clerico à quo recepta fuit pecunia, alia verò medietas fabricæ cathedralis Eccleſię applicetur.

[t] Etiam, deeſt exe.
[u] Spectat. exe.
[x] Etiam, deeſt exe.
[y] Pro, deeſt exe.
[z] Vt. exe.
[a] Vel religioſus, deeſt exe.

59. Prælatus verò ſi de ejus conſcientia vel mandato quicqnam receptum fuerit; eo ipſo à collatione ordinum ſit ſuſpenſus, quouſque duplum ejus quod receptum eſt reſtituat vel reſtitui faciat, dicto modo inter clericum & fabricam Eccleſiæ dividendum. Ordinati [b] etiam, ſi poſt [c] receptos ordines pro ſcripturæ labore, charta, & cera aliquid offerre voluerint; hoc accipi minimè [d] prohibemus; ita tamen quòd hæc gratuita oblatio ſummam quinque morabetinorum uſualis monetæ aliquatenus non excedat: à pauperibus autem aut nihil, aut minus [e] recipiant pro prædictis. Archiepiſcopi [f] vel Epiſcopi, ſeu vicarii eorundem, [g] ipſis in remotis à gentibus, vel ſede vacante, vicarii per capitulum deputati, nihil omnino recipiant pro præſentatione ad ordines vel præſentationis literis, alteri Epiſcopo facienda. alioquin eo ipſo in [h] pœnas incidant ſupradictas.

[b] Verò. exe.
[c] Receptionis exe.
[d] Prohibetur. exe.
[e] Recipiat. exe.
[f] Autem vel. exe.
[g] Et ipſis. exe.
[h] Pœnas, deeſt exe.

60. Quorundam clericorum & laïcorum abuſum, qui clericos de novo promotos non permittunt in ſuis ordinibus miniſtrare, priuſquam eis [i] exhibeant per unum aut plures dies prandia & convivia ſumptuoſa, vel [k] etiam pręſtent quantitatem pecuniæ, exſtirpare volentes; ſtatuimus, ut cùm clerici qui ad titulum alicujus Eccleſiæ, ad ſubdiaconatûs, diaconatûs, aut presbyteratûs [l] ordinem ſunt promoti, noviter celebrari voluerint, alii clerici illius Eccleſiæ eos liberè admittant, & eis ad celebrandum miniſtreut Eccleſiæ paramenta, celebrationi ipſorum charitativè & amicabiliter aſſiſtentes, eiſdem etiam ſecundum quod ordo ipſorum exegerit, portionem integraliter conferant & aſſignent. Quòd ſi contra hoc noſtræ conſtitutionis edictum clerici quicquam malitioſè commiſerint, exegerint, aut perceperint; quarta parte fructuum & proventuum Beneficii quod in dicta Eccleſia obtinent, ſint privati, exigenda per eum cui diœceſanus commiſerit, & fabricæ illius Eccleſiæ applicanda. Laïci verò ſi clericis noviter promotis contra hoc quicquam moleſtiæ aut contradictionis objecerint, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto, conſuetudine quavis contraria non obſtante.

[i] Adhibeant. exe.
[k] Certam pręſtent quant. exe.
[l] Ordines exe.

61. Ut ſimoniaca labes, quæ vacantibus Eccleſiis à patronis & clericis damnabili cupiditate & ambitione frequenter committitur, pœnarum formidine refrænetur; ſtatuimus, ut nullus patronus pro pręſentatione ad Eccleſiam in [m] quam jus obtinet patronatûs, pecuniam aut quodcumque munus recipiat, ſive donum. Nec clericus audeat per ſe, vel per alium, pro præſentatione [n] promiſſa munera promittere vel donare: alioquin [o] & præſentans illa vice, & jure præſentandi ſit ipſo facto privatus; & pręſentato clerico nil juris ex præſentatione hujuſmodi acquiratur, nec etiam ab aliis patronis ea vice ad Eccleſiam illam valeat præſentari. Ut autem circa hoc omnis ſiniſtra ſuſpicio conquieſcat; præcipimus quòd Prælatus ad quem inſtitutio pertinet, à præſentato clerico antequam in Beneficio ipſum inſtituat, corporale recipiat juramentum, quòd pecuniam vel aliud munus quodcumque patrono, [p] nec alii pro eodem, pro præſentatione hujuſmodi, nec pro miſit, nec dedit per ſe, vel per alium quoquomodo.

[m] In qua. exe.
[n] Præmiſſa. exe.
[o] Et, deeſt exe.
[p] Aut alii exe.

62. Gratia ſi non gratis datur & recipitur, gratia non eſt. Nonnulli verò, [q] ut accepimus, cùm Beneficia conferuntur, [r] ratione collationis factæ, fructûs eorundem Beneficiorum [ſ] partem, ſeu ſummam aliqnam pecuniæ exigere aut retinere præſumunt. Cùm igitur corruptelam hujuſmodi ſacri Canones deteſtentur, jubemns ne Epiſcopus, [t] vel quivis alius, ad quem Beneficii collatio

[q] Prælatorum, ut accep exe.
[r] Occaſione. exe.
[ſ] Benef. aut aliquam ipſorum par. exe.
[t] Epiſcopi. exe.

Digitized by Google

a Chancila. exc.
x Vel per[illegible]
y Recipere, [illegible] deeſt exc.

tio pertinet, ratione collationis hujus Beneficii, aut a Cancellariæ, ſeu alio quocumque quæſito colore, aliquid præſumant perſe, x nec per alium exigere, y recipere; ſeu etiam retinere: nec notarius, ſeu ſcriptor quicquam, niſi moderatum, exigat pro collationis litera & ſigillo; ſed ille liberè fructus ipſos percipiat cui Beneficium eſt collatum. Quòd ſi aliquis ad quem collatio Beneficii ſpectat, contra præmiſſa fecerit, eo ipſo à collatione Beneficiorum per ſex menſes noverit ſe ſuſpenſum, & Beneficia ad ſuam collationem ſpectantia, quæ medio tempore vacaverint, per eum ad quem collatio ipſorum de jure vel de conſuetudine devolvitur, conferantur.

XXI. *De magiſtris*.

z Animarum exc.
a Solennibus. exc.
b Logicalibus. exc.
c Conſtituta. exc.

63. IGnorantia, quæ mater cunctorum errorum eſſe dignoſcitur, in clericis, qui ad z Eccleſiarum curam, & docendi officium aſſumendi ſunt, eſt diligentiùs evitanda. Ideoque ab eis ſtudiosè vigilandum eſt, ut per ſolicitudinem ſtudii eam à ſe abjiciant quaſi peſtem. Volentes igitur ut clerici ad Eccleſiaſticos ordines permovendi utiliùs in ſcientia valeant informari; optantes etiam, ut conſtitutio Lateranenſis Concilii effectum debitum ſortiatur; ſtatuimus, ut in qualibet civitate, & in aliis locis inſignibus, duobus vel tribus in unaquaque diœceſi, ubi, & prout Prælatis conſiderata diœceſis qualitate & latitudine videbitur expedire, ponantur magiſtri in Grammatica, qui ſcholares in dicta ſcientia inſtruant & informent. In civitatibus verò a ſolenniotibus magiſtri in b Logica deputentur, & eis ſalaria de circumadjacentibus Eccleſiis ipſis Prælatis ſubjectis aſſignentur, ſecundum ordinationem & providentiam eorundem. In locis quoque majoribus, ubi opulenta monaſteria ſunt c conſtructa, vel collegiatæ Eccleſiæ ſæculares conſiſtunt, magiſtri in Grammatica ſtatuantur, quibus per Abbates & conventus de Eccleſiarum reditibus eis pleno jure ſubjectarum, in quibuſcumque exiſtant diœceſibus, provideatur de ſalario competenti.

d Iidem exc.
e Qui. exc.

64. Ut autem clerici ad proficiendum in ſcientia faciliùs inducantur, ſtatuimus quòd volentes ſtudio literarum inſiſtere, pro tempore quo inſiſtent, eiſdem d fructus Beneficiorum ſuorum uſque ad triennium percipiant, aut etiam majori tempore, ſi hoc Prælatis & ſuis capitulis expediens videatur. Negligentes verò in ſcientia proficere, ſi ad hoc apti fuerint, per ſubtractionem Beneficiorum ſuorum ab Ordinariis compellantur. Et ut hoc ſalubre ſtatutum efficaciùs valeat obſervari, volumus & mandamus, quòd quilibet Prælatus aliquem de Eccleſia ſua ſpecialiter deputet, qui de magiſtris, & eorum ſalariis curam habeat, ac eis provideri faciat, prout ſuperiùs eſt expreſſum. e Quòd ſi negligens fuerit, per Epiſcopum pro negligentia puniatur. Nos verò Prælatis in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut in proximis Synodis in ſuis diœceſibus celebrandis hanc noſtræ conſtitutionis ordinationem diligentiùs exſequantur. Per hoc autem circa dignitates quibus onus annexum eſt providendi de ſalario magiſtro in Grammatica nil intendimus immutare.

f Briem ex exc.
* Quod aſteriſcis intercluſum eſt, deeſt in exc.
g Deeſt exc.

65. Cathedrales Eccleſiæ perſonis literatis, providis, & diſcretis indigent, per quos verbum Dei rectè prædicari valeat, & cauſſarum ambiguitates & ſtrepitus commodiùs expediri. Volentes igitur ut beneficiati in ipſis Eccleſiis opportunitatem habeant proficiendi in ſcientia, & poſſint bonis moribus informari; ſtatuimus, ut in qualibet cathedrali & collegiata Eccleſia aliqui f certi ex beneficiatis apti & docibiles judicio Epiſcopi vel Prælati ſui, & capituli, ſaltem unus ex decem, de reſidentibus aſſumantur; qui ad ſtudia generalia Theologiæ, Juris canonici, ac liberalium artium accedere compellantur, & ibidem utiliter perſeverare tempore debito, donec ad ſtatum ſcientiæ competentem perveniant, * & ſuis Eccleſiis poſſint perfectiùs deſervire.

66. Circa ſcientias verò Juris civilis, * & medicinæ, quoad illos quibus ipſas audire non eſt à Jure prohibitum, idem volumus obſervari, ſic autem electis & approbatis, tempore quo Epiſcopo & capitulo expedire videbitur, fructus Beneficiorum g ſuorum diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis integraliter aſſignentur, conſuetudinis vel conſtitutionis ſtatuti illius Eccleſiæ obſtaculo non obſtante. Prælatis verò ſub interminatione divini judicii præcipimus & mandamus, ut præſentem conſtitutionem in proximis Synodis diligenter exſequi non omittant.

XXII. *De Judæis & Sarracenis*.

h Communicatione. exc.
i Contigerit. exc.
k Inceperit. exc.
* Quod aſteriſcis intercluſum eſt, deeſt in exc.
l Ut prædicitur. exc.
m Deeſt exc.

67. ECcleſia Dei, in qua divina celebrantur officia, & ſacramentum Euchariſtiæ conſecratur, purgari debet, ne h conmiſtione infidelium cum fidelibus profanetur. Volentes igitur abuſum evellere, qui in quibuſdam partibus inolevit, quo infideles fidelibus ſe immiſcent quum divina officia in Eccleſia celebrantur, ex quo ſcandalum frequenter oritur, & fidelium devotio impeditur; præſenti prohibemus edicto, ne quivis infideles in Eccleſiis intereſſe præſumant dum divina celebrantur officia. Quòd ſi fortè ex aliqua neceſſitate, vel rationabili cauſſa, in Eccleſia dum celebrantur divina, & Miſſa ſpecialiter, eos intereſſe i contingit; poſtquam præfationem Miſſæ ſacerdos k incepit, ab Eccleſia per ſacriſtam, * vel alium ad quem ſpectet, protinus expellantur; vel ſi neceſſe fuerit, per eundem ſacriſtam, * in ſecretiori loco, vel alio apto, juxta Eccleſiam recludantur: defendentes verò ipſos, l & impedientes, ne m ut prædicitur ab Eccleſia expellantur, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

No-

68. Novit hoſtis [a] diri calliditas ſub ovina pelle lupum [b] induere, & ſub mellis ſimilitudine fel inferre; contra qood à Chriſtum colentibus,ne fallantur,eſt cautela diligens adhibenda. Quia igitur in nocturnis vigiliis, quas in Eccleſiis fieri aliquorum ſimplicium devotio introduxit, nefanda ſæpè ac enormia ſub hac boni ſpecie committuntor; ipſas fieri de cætero firmiter prohibemus. Infideles verò qooſcumqoe ad vigilias iſtas adduoere, ſeu tenere, aut procurare, quod tumoltom ibi faciant ſois vocibus, vel quibuslibet inſtrumentis exſecrabile reputantes; ſtatuimus qoòd quicumque circa infideles dumtaxat contra præmiſſa fecerit, ſeo aliquod præmiſſorum; [p] viventes qoidem ab iogreſſu arceantur Eccleſiæ, [q] & morientes Eccleſiaſticâ careant ſepulturâ.

[a] Del. exc. [b] Inducere. exc. [p] Vivens. exc. [q] Mortuis Ecc. careat. exc.

69. Sicut fidelis populus ab infideli eſt [r] Fidei profeſſione diviſus, ſic eum decet converſatione & moribus ab infidelium ritibus ſegregari. Ne igitur Chriſtianæ Fidei profeſſores Judæorum & Sarracenorum ſuperſtitionibos polluantur, & ſimplicium animi ad eorum perfidiam inclinentur; ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto incurrant, firmiter inhibemus,ne Chriſtiani Judæorum aut Sarracenorum nuptiis vel ſepulturis interſint, [ſ] ne eorum retibus in his ſignanter aliqualiter irretiantur.

[r] Deeſt Fidei exc. [ſ] Nec. exc.

70. Abſurdam & irrationabilem corruptelam, quæ in Chriſtianæ Fidei vergit opprobrium & jacturam, quâ contra canonicas ſanctiones Judæi & Sarraceni Chriſtianis in publicis [t] perficiuntur officiis, ſub quorum prætextu Chriſtianis plurimùm ſunt infeſti, exſtirpare volentes; univerſis Eccleſiarum Prælatis ſub interminatione divini judicii præcipimos & mandamus, ut ſanctorum Patrum ſtatuta ſuper hoc edita per excommunicationis ſententiam, & aliarum pœnarum appoſitionem faciant inviolabiliter obſervari.

[t] Præficiuntur exc.

71. Ad dilatationem Fidei Chriſtianæ, & [u] confuſionem infideliom debita ſolicitudine intendentes, ſtatuimus,ut converſis Judæorum & Sarracenorum, qoi plerumqoe poſt ſuſceptionem baptiſmi mendicare propter rerum inopiam compelluntur, & ob hoc nonnulli eorum à receptione Fidei retrahontur, in hoſpitalibus & piis locis provideatur in neceſſariis, ſecundum facultatem & ſufficientiam redituum eorundem. Cojus ordinationem in locis non exemptis diſcretioni & arbitrio diœceſanorum [x] duximos committendam. [y] Illi tamen qui apti fuerint ad proficiendum, in artificiis aliquibus per rectores Hoſpitalium prædictorum ponantur, & deputentur ad ſcientias, vel ipſa artificia addiſcenda. Quibus provideatur in neceſſariis quouſque [z] tantum in eis profecerint, quòd de ſcientia vel artificio commodè valeant ſuſtentari. Illis verò non teneantur dicta Hoſpitalia providere,qui ante converſionem aliqua artificia ſciverint, de quibos vivere valeant competenter: fiat tamen talibus in principio de hoſpitalium bonis aliqua moderata ſubventio ad habendum inſtrumenta neceſſaria pro ſuo artificio exercendo.

[u] Converſationem fidelium. [x] Ducibus. exc. [y] Alii. exc. [z] In tantum exc.

72. De bonis autem talium converſorum fiat quod circa hoc Canones decreverunt. Ut verò prædicta hoſpitalia ad ſoſtentationem [a] iſtorum ſufficere valeant, & etiam aliorum Prælati indolgentias concedant eis qui talibus converſis benefecerint, deputantes aliquos probos viros, qui eleemoſynas hujuſmodi colligant, & eis pro ſuis neceſſitatibus adminiſtrent. Univerſos etiam Eccleſiarum Prælatos monemus & hortamur in Domino Jeſû Chriſto, ut converſis hujuſmodi, qui ad clericatum apti fuerint, & clericatum ipſum recipere voluerint, de Beneficiis Eccleſiaſticis ſuæ conditioni & merito competentibus ſtudeant providere.

[a] Ipſorū exc.

73. Prædicationis officium, quod exerceri non debet niſi ab idoneis ac literatis perſonis, & eis dumtaxat quibus per Prælatos [b] ſuos de jure aut privilegio ſpecialiter eſt commiſſum, Judæis & Sarracenis converſis penitùs interdicimus, niſi eis qui examinati & approbati fuerint per Prælatos, & tales inventi quòd ſine errore & ſcandalo Fidei infideles convincere poſſint, & ſciant per Scripturas, & maximè ex codicibus eorundem. Prælatis etiam interdicimus, ne ipſis converſis literas concedant ſoper licentia prædicandi dictis infidelibus, niſi probati & examinati fuerint, ut ſoperiùs eſt expreſſom.

[b] Seu de. exc.

74. Adverſus Judæorum & Sarraceoorom induratam malitiam, qoi ſub velamine medicinæ, chirurgiæ & apothecariæ, callidè [c] inſidiantur & nocent populo Chriſtiano, dum eis [d] medicinas propioant, ex quibus nonnuoquam pericula mortis incurrunt, ſanctorum Patrum Canones ſalubriter [e] providère, prohibentes ne Chriſtiani [f] in infirmitatibus ſuis vocent, aut ab eis recipiant medicinam. Quia verò prædicti Canones propter Prælatorum negligentiam non ſervantur; in virtote ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus; ut Prælati ipſi præcepta Canonom, tam circa prædicta quàm circa eurum evitanda cibaria, per cenſuram Eccleſiaſticam faciant inviolabiliter obſervari.

[c] Inſidiantur & nocent. exc. [d] Medicamēta exc. [e] Providerunt. exc. [f] Eos in. exc.

75. Damnandæ copiditatis iniquitas, qua mercatores Chriſtiani victualia deferunt Sarracenis, notabile damnum [g] aſſertur Chriſtianis, dum ex hoc & Sarracenorum relevatur inopia, & terra Chriſtianorum victualibus ſibi neceſſariis vacuatur. Cùm igitur præmiſſa fieri tempore guerræ ſit à Jure prohibitas, Prælatis omnibus & ſingulis præcipimus & mandamus, ut committentes præmiſſa excommunicatos in ſuis Eccleſiis faciant poblicari. Sententia autem hujuſmodi in cathedralibus & parochialibus Eccleſiis, & ſpecialiter partibus Sarracenorum vicinis, ſaltem quater in anno, ſolenniter [h] poblicentur.

[g] Aſſertū. exc. [h] Publicetur. exc.

XXIII. De

XXIII. *De adulteriis.*

76. LEx continentiæ & tori conjugalis fidelitas quandoque per concubinarum abuſum, quandoque per i factas nuptias, quas plerique de facto, cùm de jure non k poſſunt, contrahunt contra legis divinæ præcepta, indebitè violatur. Ideoque ſtatuimus ut quicumque conjugatus concubinam publicè detinere præſumpſerit, vel conjugatus, aut non conjugatus, * conſanguineam, aut ſanctimonialem, vel alteri conjugatam; ſeu conjugatus aut non conjugatus, * concubinam infidelem præſumpſerit detinere, tam ipſi quàm ipſæ eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Prælati verò ſententiam hujuſmodi in Eccleſiis ſæpiùs faciant publicari.

i Secundas nupt. exe.
k Poſſint. exe.
* Quod aſteriſcis interclusum abest in exe.

XXIV. *De raptoribus.*

77. EXſecrabilem quorundam Chriſtianorum abuſum, quo nonnulli Chriſtianos rapiunt vel furantur, & eis Sarracenis vendunt, aut l aliàs quomodocumque tradunt, abhorrentes, ſtatuimus, ut nullus Chriſtianus prædicta, vel aliquid prædictorum exercere audeat: alioquin in ſententiam excommunicationis m incidant ipſo facto, n à qua etiam poſtquam à dicta ſententia abſolutus fuerit, niſi priùs ſatisfecerit, careat Eccleſiaſticâ ſepulturâ.

l Aliter. exe.
m Incidat. exe.
n Et quod poſtquam exe.

78. Prælatis o autem ſub interminatione divini judicii præcipimus & mandamus, ut filios eorum, videlicet qui prædictis modis ſubtractos Sarracenis tradunt, cum effectu uſque ad tertiam generationem ad ſacros ordines & Eccleſiaſtica Beneficia non admittant. Sententia hujuſmodi in cathedralibus p, & parochialibus Eccleſiis, maximè partibus Sarracenorum vicinis, ſaltem quater in anno ſolenniter publicetur.

o Autem. deeſt exe.
p Et parochialibus. deeſt exe.

79. Ex frequentibus Prælatorum querelis percepimus, quòd nonnullæ religioſæ perſonæ, exemptæ & non exemptæ, Eccleſias ac decimas, & alia Eccleſiarum & Prælatorum bona, mobilia & immobilia, q cum notabili læſione violenter uſurpant, & injuſtè detinent occupata. Ut igitur tales injuriatores pœnâ puniantur canonicâ, & Eccleſiæ ab injuriis ac moleſtiis releventur, præcipimus, ut Prælati conſtitutionem felicis recordationis domini Clementis Papæ V. quæ incipit: *Religioſi*, contra tales in Eccleſiis ſuis publicari faciant diebus Dominicis & feſtivis, & incidentes in ejuſdem conſtitutionis pœnas excommunicatos & ſuſpenſos nominatim faciant publicè denunciari.

q Tam. exe.

XXV. *De ſortilegiis.*

80. CUm ſortilegorum, maleficorum, incantatorum, r divinatorum, ſuperſtitioſa pernicies ſit reprobata à Jure canonico & civili, & in his à pluribus excedatur; præſenti conſtitutione firmiter inhibemus, ne aliqui ad hujuſmodi ſortilegos, maleficos, incantatores, divinatores accedere, aut ab eis ſuper his vel aliorum actibus conſilium petere præſumant: alioquin tam ipſi quàm ab eis conſilia requirentes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Inhibemus inſuper ſub excommunicationis pœna, ne aliquis ſ intendat auguriis, aut in agendis ſecundum augurum conſilia dirigatur. Prælati verò & prædicatores verbi Dei in ſuis ſermonibus auguria diſſuadeant omnibus Chriſtianis.

r Deeſt exe.
ſ Attendat. exe.

XXVI. *De purgatione* t.

t Canonica. exe.

81. CUm u ſanctorum Patrum ſtatuta præcipiant, ut x Eccleſia in ſuis actibus maturè y procedat; ſtatuimus, ut purgatio canonica in cauſſis ſacrilegiorum, vel aliis quibuſcumque, nullatenus z judicetur, niſi tali caſu pro quo de jure ſit purgatio inducenda.

u Per ſancti Patr. ſtat. præcipiatur exe.
x Eccleſia, exe.
y Procedatur, exe.
z Indicetur. exe.

XXVII. *De purgatione vulgari.*

82. VUlgaris purgationis abuſum per Canones interdictum, quo ſuſpecti de criminibus ad ſe purgandum ferrum candens, vel aquam ferventem accipiunt, deteſtantes; ſtatuimus, ut mandantes talem purgationem fieri, tenentes, exhibentes, cuſtodientes, accipientes, ad hoc ferrum vel aquam hujuſmodi; cùm a in his Dominus tentari videatur, & innocentes in hujuſmodi purgationibus ſine demerito puniantur; in ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto, & nihilominus ſæpiùs excommunicati publicè nuncientur.

a Cùm his D ous. exe.

XXVIII. *De pœnitentiis.*

83. POenitentiæ ſacramentum quod omni fideli poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, eſt neceſſarium ad ſalutem, à nullo eſt aliqualiter negligendum. Ideoque univerſis Eccleſiarum rectoribus ſub pœna excommunicationis diſtrictè præcipiendo mandamus, ut conſti-

conſtitutionem Generalis Concilii, quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexus*, maximè quoad pœnas non confitentium, aut non communicantium, quæ ſunt ut viventes ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur, & morientes careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Singulis Dominicis diebus, à Septuageſima ſaltem uſque ad Paſcha, in ſuis Eccleſiis, publicetur, & in aliis * etiam locis ubi hoc viderint expedire. *b Publicent. &c.* ** Deeſt etc.*

CONCILIUM TOLETANUM

Præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primate, ac regni Caſtellæ Cancellario, celebratum anno Domini MCCCXXIII.

Nunc primùm prodit ex MS. Mondexarenſi.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Inſtructio articulorum Fidei, ſacramentorum Eccleſiæ, præceptorum Decalogi, virtutum & vitiorum.*
II. *De conſuetudine.*
III. *De officio archipresbyteri.*
IV. *De clericis peregrinis ſine literis non recipiendis.*
V. *De officis Ordinarii.*
VI. *De teſtibus.*
VII. *De vita & honeſtate clericorum.*
VIII. *De clericis conjugatis.*
IX. *De clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda.*
X. *De præbendis.*
XI. *De ſepulturis.*
XII. *De parochiis & alienis parochianis.*
XIII. *De decimis.*
XIV. *De celebratione Miſſarum.*
XV. *De baptiſmo & ejus effectu.*
XVI. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*
XVII. *De Eccleſiis ædificandis.*
XVIII. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

PRÆFATIO.

1. JOannes miſeratione divina Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, Primas Hiſpaniarum, ac regni Caſtellæ Cancellarius, venerabilibus ac diſcretis decano & capitulo & toti clero & religioſis ejuſdem diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſcrutabilis filii Dei providentia militantem fundans Eccleſiam ſponſam ſuam, Petrum à petra ſoliditatis protulit in paſtorem, ut unicam opere, de qua Spiritus ſanctus prędixerat: *una eſt columba mea*: & firmam nomine, pro qua ipſe rogârat patrem ne deficeret, demonſtraret eandem. Cæteri namque Apoſtoli, in quorum locum ſurrexerunt Epiſcopi, & ſi pari conſortio cum eodem Petro honorem & poteſtatem acceperint, adminiſtratione tamen minores exiſtunt, ut quod ille per rationem rectitudinis agat in poteſtatis plenitudine, iſti in partem ſolicitudinis immitterentur; & prout cauſſa, locus, tempus, ſeu perſona exegerit, exſequantur. Sanè ad hanc partem idem filius Dei pridem, licèt immeritum, evocans, ſic ſua ineffabili clementia illuſtravit cor noſtrum, ut pro illius imitatione fructuoſa, & exſecutione oneroſa, noctes ferè inſomnes plerumque ducamus: circa quod eò vigilantiùs & ardentiùs, ipſo præſtante, afficimur, quò propter numeroſitatem plebis, & dilationem partis, nos magis noſcimus obligatum.

2. Ut igitur evellendo, diſſipando, ædificando, & plantando, juxta traditæ nobis diſpenſationis officium, ſic ſalubriter, ſic operosè agamus, ut in die retributionis extremæ ſanguis ejuſdem plebis non exigatur à nobis, ſed potiùs in excelſis fructus noſter reſpondeat inter illos, quorum in terris fungimur poteſtate; congregavimus Synodum apud Toletanam civitatem, infraſcripta cum magna maturitate inibi recenſentes, quæ per vos irrefragabiliter volumus obſervari. Datum apud eandem civitatem XVIII. die menſis Maji, anno Domini MCCCXXIII.

I, *Inſtructio articulorum Fidei, ſacramentorum Eccleſiæ, præceptorum Decalogi, virtutum & vitiorum.*

3. Summa totius diſciplinæ Chriſtianæ (ut ait Auguſtinus) eſt in Fide & moribus. Ideóque volentem æternam ſalutem adipiſci, oportet eruditum eſſe de Fide & moribus. Fides igitur continetur in credulitate articulorum, & Eccleſiaſticorum ſacramentorum; mores autem in præceptorum obſervatione, virtutum acquiſitione,& vitiorum devitatione. Quæ omnia ut clariùs pateant, oportet diſtrictè & ſub certo numero explicare. Sciendum eſt igitur quòd articuli Fidei ſunt XIV. quorum primi ſeptem pertinent ad divinitatem, alii verò ſeptem ad Chriſti humanitatem.

4. Primus articulus eſt, quòd Deus eſt unus in eſſentia. Secundus, quòd in hac una divina eſſentia Pater eſt Deus à nullo genitus aut procedens. Tertius eſt, quòd Filius eſt à Patre genitus. Quartus, quòd Spiritus ſanctus eſt Deus à Patre & Filio non genitus, ſed procedens: & ſic in eadem eſſentia divina ſunt tres perſonæ inter ſe diſtinctę, ſed in eſſentia divinitatis unitæ. Quintus, quòd ipſe unus Deus in Trinitate exiſtens eſt creator omnium rerum viſibilium & inviſibilium. Sextus, quòd ipſe juſtificat, vel remittit peccata, gratiam conferendo. Septimus, quòd ipſe remunerat, æternam gloriam tribuendo.

5. Alii verò ſeptem pertinent ad Chriſti Incarnationem & humanitatem. Primus eſt, quòd Filius Dei fuit conceptus abſque virili ſemine per operationem ſancti Spiritus de Beata Maria Virgine. Secundus, quòd fuit natus de Maria ſemper Virgine. Tertius, quòd fuit pro nobis paſſus, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus, quòd deſcendit in anima ad Inferos, ut liberaret Sanctos ibi exiſtentes. Quintus, quòd tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus, quòd aſcendit ad cœlos poſt quadraginta dies à Reſurrectione, & ſedet ad dexteram Patris. Septimus, quòd eſt venturus judicare in fine mundi vivos & mortuos, largiturus malis pœnam perpetuam, bonis verò gloriam ſempiternam.

6. Sacramenta Eccleſiæ ſunt ſeptem. Primum Baptiſmus, per quem homo efficitur Chriſtianus. Secundus Confirmatio,per quod in fide roboratur, & debet ſemel ſuſcipi ab omnibus, cùm opportunitas ſe offerat eis. Hæc duo non debent iterari. Tertium Euchariſtia, in qua verum corpus, & verus ſanguis Domini continentur, & debet ſumi ſaltem ſemel in anno, ſcilicet in Paſcha. Quartum Pœnitentia, quæ debet recipi à ſacerdote proprio ſaltem ſemel ſingulis annis, ſcilicet ante Paſcha. Quintum Matrimonium, quod debet recipi in facie Eccleſiæ ab his qui in ſtatu conjugali volunt permanere. Sextum Ordo, qui debet conferri ab Epiſcopis, his qui volunt clericari. Septimum extrema-Unctio, valens ad venialem deletionem.

7. Præcepta divina ſunt decem. Quorum tria primæ tabulæ pertinent ad dilectionem *Dei*: reliqua verò ſeptem ſecundæ tabulæ ad proximi dilectionem. Primum ergo præceptum, quòd homo habeat & colat ſolum unum Deum, contra quod præceptum faciunt omnes incantatores, divini, ſortilegi, augures, & ſomnia obſervantes. Secundum non jurabis in vanum. Contra hoc faciunt falſum, vel ſine cauſſa jurantes. Tertium, quòd homo colat diem Dominicum. Contra quod faciunt omnes qui Dominica die, vel alia feſtivitate ab Eccleſia ſolenniter inſtituta, ſine cauſſa neceſſaria laborant in artificiis, vel in agricultura, vel etiam qui forum tenent, & qui non audiunt Miſſam, legitimam non habentes excuſationem. Quartum, quòd filii debent honorare parentes ſuos, tam carnales quàm ſpirituales. Contra hoc faciunt patri vel matri maledicentes, vel eos vituperantes, aut in neceſſitate victualia non miniſtrantes eiſdem. Quintum, quòd non debet homo aliquem occidere facto conſilio vel auxilio. Contra quod faciunt curantes abortum, & contra proximum rancorem tenentes. Sextum, quòd non faciant adulterium. Contra hoc faciunt quicumque non ſuam cognoſcentes * rem, & quivis habens quocumque modo illicitum tactum vel inhoneſtum. Septimum, quòd non faciant furtum. Contra quod faciunt omnes uſurarii & raptores, & omnis fraudulentus, aut iniquè vendentes, aut ementes primirias, decimas, & jura Eccleſiæ, vel aliis debita retinentes. Octavum, quòd non fiat falſum teſtimonium. Contra hoc faciunt omnes diffamantes, & ubi teſtimonium veritatis debet ferri, non dicentes. Nonum, quòd uxor proximi non debet concupiſci. Contra hoc faciunt omnes videntes mulierem aliquam ad concupiſcendum, & etiam omnes ornantes aut oſtentantes ſe ut ab aliis concupiſcantur. Decimum, quòd nulla res proximi debet concupiſci. Contra quod faciunt qui cum malis aſtutiis aut oppreſſionibus ad vendendum ſua volunt & aliis violentare.

* Forte, uxorem.

8. Virtutes ſunt ſeptem, quarum quatuor dicuntur morales vel cardinales, quia in eis tota vita hominis debet tamquam porta in cardine verſari & circumvolvi, ſcilicet: Prudentia, ad quam pertinet rectè eligere quid agendum. Juſtitia, ad quam pertinet exhibere, ſeu reddere unicuique quod eſt ei reddendum. Temperantia, ad quam pertinet paſſiones ſuas concupiſcibiles moderari & temperari. Fortitudo, ad quam pertinet in bono rationis perſeveranter & fortiter ſtare, nec propter ullum timorem dimittere.

9. Tres verò ſunt virtutes Theologicæ ſive divinæ, quæ ſic nominantur, quia directè & immediatè ordinant hominem ad Deum & in Deum. Scilicet Fides, per quam quidem homo credit in Deum. Charitas per quam ſummè diligit Deum, & etiam proximum ſuum ſicut ſe

ipſum,

Digitized by Google

ipſum, propter Deum. Spes, per quam tendit in Deum, tamquam in bonum ſuum beatificum, quod ſperat adipiſci.

10. Vitia, ſeu crimina capitalia, ſunt ſeptem. Superbia, Avaritia, Luxuria, Ira, Gula, Invidia, Accidia. Septem autem virtutes his vitiis oppoſitæ ſunt. Humilitas, Largitas, Caſtitas, Mititas, Sobrietas, Benevolentia, Conſtantia.

II. *De conſuetudine.*

11. Conſuetudinem, quòd clericus poſt diſtributionem fructuum terram decedens faciat eos ſuos, in illis tantùm fructibus, qui ſuperſint, ſolutis debitis, ſi qua ſint, & his quæ fuerint neceſſaria officio ſeu oneri ad novos incumbenti fructus, locum habere ſancimus.

III. *De officio archipresbyteri.*

12. Nedum Canones, ſed ſtylus curiæ matrimoniales cauſſas cùm ſolis committat Epiſcopis majoribus annumerare videntur, quæ cum compoſitionis, ſeu diſpenſationis non admittant remedium, ſed ſecundum Juris rigorem debeant judicari, non expedit eaſum judices, ne cæcus cæco ducatum præbeat, ut jam factum, novimus ſtatuta Canonum ignorare. Ideoque præcipimus, ut aliquis archipresbyter, vel quivis alius Jus ignorans canonicum, de prædictis cauſſis ſe nullatenus intromittat.

IV. *De clericis peregrinis ſine literis non recipiendis.*

13. Experientiâ novimus inſtructi, pleroſque alienigenas, alios non promotos, alios criminoſos, alios irregulares, alios apoſtatas, alios exemptos, ſuſpenſos, vel interdictos in noſtra diœceſi celebrare.

14. Volentes igitur, ut tenemur, periculis obviare; ſtatuimus, quòd quicumque clericorum ſæcularem alienigenam abſque noſtra licentia ad celebrandum publicè admiſerit, vel ei ornamenta Eccleſiæ miniſtraverit, centum morapetinorum pœnam nobis applicandam incurrat.

V. *De officio Ordinarii.*

15. Statutum ſuper publicandis populo certis diebus articulis Fidei, præceptis Decalogi, ſacramentis Eccleſiæ, ac ſpeciebus virtutum & vitiorum, de quibus ſuprà diſſeruimus, & eis in vulgari & Latina lingua * hærendis, pridem per dominum Sabinenſem Apoſtolicæ ſedis Legatum editum in virtute obedientiæ, tamquam ſaluti animarum neceſſarium præcipimus obſervandum.

VI. *De teſtibus.*

16. Falſos teſtes, & quoſcumque alios ad perhibendum falſum teſtimonium inducentes eoſdem, juxta con...... dominum Sabinenſem pridem editum, excommunicationi decernimus ſubjacere: univerſis curatis mandantes, quatenus hoc ſtatutum ſingulis diebus ſolennibus in Eccleſiis debeant publicare.

VII. *De vita & honeſtate clericorum.*

17. Licèt generaliter tradatur, ut clericus neque comam nutriat nec barbam; ſpecialiter tamen & ſub pœna excommunicationis præcipimus, ut quiſque presbyter, quolibet ſaltem menſe, ne ſumendo Chriſti ſanguinem aliquid indecens contingere poſſit, barbam faciat ſibi radi, crines verò non protendantur notabiliter ultra aures.

18. Si in ſortem Dei electus, ut innuunt Canones, in matricula ſcriberetur, nullus falsò (ut frequenter accidit) ſe clericum affirmaret: quod fieri jubemus omnino. Ut tamen hoc non tam inviolabiliter, quàm veraciter obſervetur; nullum promovendum de cætero habendum volumus pro clerico, niſi ſui literam habeat.

VIII. *De clericis conjugatis.*

19. Etſi conjugatis clericis, ut privilegio Innocentii & ...... conſilio gaudeant, tonſuram & veſtes deferre ſufficiat clericales; ubi tamen ampliori volunt immunitate gaudere, majori eos congruit honeſtate pollere. Jubemus itaque, ut nullus conjugatus comam aut barbam nutriat, deauratos aut entalliatos ſotulares, tunicam cordatam, cappas, veſtes virgatas vel partitas portare, aut carnificum ſeu macellariorum officium publicè exercere præſumat, alioquin

Digitized by Google

alioquin immunitate non gaudeat aliorum: adjicientes, ut in debus feſtivis cantent cum clericis, ac in proceſſionibus clericaliter procedant induti. Conjugatus tonſuram ſine cauſſa propria auctoritate dimittens, immunitatem nón habeat eam abſque noſtra reſomens licentia ſpeciali.

IX. *De clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda.*

20. CUratos ultra duos menſes abſque auctoritate noſtra ab Eccleſia ſe abſentans, fructus ejuſdem Beneficii amittat quamdiu abſens fuerit, conſociis inibi ſervientibus applicandos. Si autem unicus fuerit, eos diſpoſitioni noſtræ ſervamus. Quòd ſi ipſos aut eorum partem propria temeritate qooquomodo receperit, excommunicationis incurrat ſententiam, nullatenos, donec integrè eos reſtituerit, abſolvendus.

X. *De præbendis.*

21. CUpientes ſervitio Eccleſiarum providere, & occaſione paupertatis clericis amovere diviſionem Beneficiorum, juxta Turonenſe Conciliom, & partis eorum renunciationem fieri prohibemus, ſtatoentes ut qui parti renunciaverit quantæcumque, toto careat, non habentibus integrum ſecundum prioritatem temporis conferendo. Si autem omnia integra fuerint, aut unum tantùm, alteri idoneo conferatur. De diviſis verò ſtatuimus, ut cùm ea vacare contigerit, priora (ut præmittitor) integrentur; quæ excedentes ad præſtimonialia decernimus collationem in præmiſſis factam aliter non valere.

XI. *De ſepulturis.*

22. QUamquam pietatis affectu, & humanitatis intuitu liceat mortuos deplorare; exceſſus tamen lugubris prohibetur, quia eſt deſperationem futuræ reſurrectionis habere. Illum igitur exſecrabilem abuſum, ut cùm aliquis moritur, homines & mulieres ululando per vicos & plateas incedant, voces horribiles in Eccleſiis & alibi emittant, ac quædam alia indecentia faciant ad gentilium ritum tendentia, quæ non ſolùm fidelium corda pungunt, ſed divinæ oculos majeſtatis offendunt, penitùs reprobamus: expreſſiùs autem ea clericis ſub pœna excommunicationis interdicentes præcipimus, ne, tempore dumtaxat exequiarum excepto, veſtes lugubres portent; niſi pro patre, matre, fratre, domino, aut ſorore.

XII. *De parochiis & alienis parochianis.*

23. QUi alieno parochiano abſque * alia teſtimoniali ſacerdotis proprii, Miſſam celebraverit nuptialem, trecentos morapetinos nobis ſolvere teneatur.

XIII. *De decimis.*

24. PLerumque contingit quòd clericus, qui nulli obeſſe debet, ſed omnibus velle prodeſſe, parochianum ad vitam ſpiritualem ſuſcipiens, ad mortem ducit æternam, inducendo ipſum, vel inordinato ejus propoſito annuendo, ut decimam ſeo ejus partem ſibi vel alteri retineat, quam ſolvere integraliter ex præcepto tenetor. Volentes igitur jus noſtrum & aliorum ac talium animas præſentis ſaltem pœnæ formidine præſervare...... quòd quicumque talia de cætero commiſerit, Beneficio ſpolietur. Parochianos verò ad eandem ſolvendam integraliter excommunicationis ſententiâ præcellatur. Alioqui præferentes timori Dei avaritiam * alium decimandorum meliora vendunt ſolventes, poſtea de pejoribus Eccleſiæ, & pro venditis numero, non pretio, partem ſuam.

* *Locus depravatus.*

25. Cùm igitur Deum, qui nobis omnia donans, decimam ſibi in ſignum dominii retinuit, defraudare noſcantur; præcipimus, ot de pecunia venditorum, peconiam de animalibus non venditis, niſi ubi de neceſſitate ad pecuniam reduci habeant, animalia ſolvere teneantur, alioqoin excommunicentur, & tandem excommunicari ſingulis feſtivis nuncientur diebus, donec integraliter ſolverint, ut eſt....... per eandem perſonam eandem fraudem in aliis rebus decimandis excludendam ſancimus.

26. Diſtributor decimarum per menſuratorem juratum faciat bladum obique menſurari, quantum ſecundum........ & quantum ſecundum menſuram ſit, ut de excreſcentia conſtare poſſit: & ſi aliquis adhuc non ſolvit, vel quantum (ſi ſciri poteſt) ſolvere habeat, redigendo in ſcriptis: ubi autem menſurari non fecerit, & in diſtributione menſuratum ſcripſerit, vel menſuratorem jurare non fecerit, ad tantundem bladi nobis remaneat obligatus. Pro diebus verò quibus ratione diſtributionis habebit uno morari in loco, expenſas de acervo recipiat jam taxatas. Quòd ſi uno die in pluribus locis diſtribuerit, uno die tantùm & prata ab hominibus procurentur. Si verò diſtribotione facta, ad domum ſuum redeat, vel pro ea facienda aliquem ibi dimittat, vel mittat; expenſas dumtaxat, quas ibidem ipſe vel dimiſſus aut

miſſus

Digitized by Google

miſſus fecerit,extrahat de acervo duplum nobis ejus quod illa occaſione plus acceperit ſoluturus.

27. Idem quoque diſtributor, aut quivis alius, nihil recipiat, vel recipi permittat nomine præmii pitancis ſalarii, ſuper excreſcentiæ, vel quovis alio quæſito colore; alioquin præter id quod acceperit omnibus, quos tangit, reſtituendum per ipſum nobis quadruplum cum conſentiente ſolvere teneatur. Et nihilominus ſi clericus fuerit, Beneficio ſpolietur.

28. Ratione autem ſcriptæ diſtributionis, quam tradit tertiario, cùm pro ſcriptura de acervo ſatisfaciat ſcriptori, vel ſcripturæ conſtitutionis tertiarii, vel aliquem tertiarium faciat, aut à tertiaria excuſet, nihil penitùs recipiat, cùm ex primis occaſio furandi, ex ultimo non ſolvendi decimas præbeatur. Quod ſi fecerit, præter ſimplum læſo reſtituturus, nobis ad quadruplum obligetur. Idemqnoque & ſub eiſdem pœnis in diſtributione aliarum rerum, ubi prædicta vel aliqua eorum contingere poſſint, decernimus obſervandum.

29. Quia certam invenimus formam ad diſtribuendum in Archidiaconatibus Toletano & Talaverano, videlicet quòd nuncius cujuslibet Archidiaconi cum uno homine animali tantùm præſente noſtro Domino, vel habentis partem noſtram poſt lapſum diei aſſignati capitulo admittendum, ſi noluerit nuncium, debet incipere diſtributionem * deminitu, in craſtinum Sancti Joannis Baptiſtæ. De pane verò in craſtinum Beatæ Mariæ menſis Septembris; & capite cujuslibet Archipresbyteratûs ſigillatim, ac continuare gradatim, deficienteque alterutro, aliter poteſt facere poſt terminum ſupradictum. Ideo prædictam formam ad unguem ſervari jubemus tertiariis, ſub pœna excommunicationis præcipientes, quatenus contra prædictam formam aliquem ad diſtributionem hujus non admittant. Pœnas autem & prohibitiones ſuprà proximi capituli hîc intelligi volumus repetitas.

30. Licèt conſtitutionem bo: mem: domini Gundiſalvi prædeceſſoris noſtri, & declarationem ejuſdem quoad diſtributionem nequaquam infringere intendamus; quia tamen ex modo colligendi decimam maniſeſtum detrimentum nobis, archidiaconis, canonicis, clericis, & Eccleſiis, animabuſque, ob hoc nihil vel mali ſolventium, periculum noſcitur provenire; quandoque enim deteriùs, quandoque tardiùs ſolvere, plerumque & ne dum partem, quinimmo & totum retinent debitores, * cùm in aldeis ſolviſſe; decernimus, ut debitores tertiario illius aldeæ, & ibidem teneantur ubi prædia ſita exiſtunt, diſtributionem ſecundum conſtitutionem ſolventes, non liberentur, & nihilominus ad ſolvendum, ut præmittitur, per excommunicationis ſententiam compellantur. Per hoc tamen non intendimus conſuetudini aliquorum derogare locorum, in quibus prædicta conſtitutio non ſervatur.

XIV. *De celebratione Miſſarum.*

31. Quia inter alia ſacramenta, corporis & ſanguinis ſacramentum frequentiùs exercetur, tantò cautiores decet in eo eſſe miniſtros, quantùm periculoſiùs poſſet errari in ipſo: oportet itaque ipſius formam & materiam eſſe notas. Eſt igitur materia ſacramenti corporis Chriſti panis tritici purus & azymus, ac vinum de vite, modicâ aquâ, ut ad naturam vini trahatur, permiſtâ. Ne autem maſſæ de prædicto blado faciendæ, per ſimplicitatem, vel aliàs aliquid miſceatur, ſacerdos per ſe, vel ſaltem per miniſtrum Eccleſiæ, eo præſente, ex farina mundi tritici, & aqua tantùm faciat dictum panem.

32. Forma verò in conſecratione corporis ſervanda eſt iſta: *Hoc eſt enim corpus meum.* Poſt quæ verba cum devotione & humilitate erigatur. Forma autem conſecrationis ſanguinis eſt: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei, novi & æterni Teſtamenti, myſteriū Fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorū.* Poſt quæ verba habet calix devotè & humiliter elevari. Debet quoque ſacerdos abſque peccato mortali devotus accedere ad conficiendum hoc ſacramentum. In mortali autem exiſtens confiteatur antequam celebret ſacerdoti, cujus copia ſi deſit, & neceſſitas urgeat, contritus habens propoſitum cùm affuerit illius copia confiteri, poterit celebrare.

33. Conſtitutus in ſacris vel beneficiatus, debet ſtudioſè, indeclinabiliter, & devotè horas canonicas recitare; alioquin beneficiatus Beneficio, non beneficiatus officio ſuſpendatur. Quicumque Miſſam, antequam dixerit Matutinum, celebraverit, perdat ipſo facto fructus Beneficii per menſem; conſociis, vel ubi deſint, fabricæ applicandos. Matutinum autem in Eccleſia quilibet ſi commodè poterit, ſed curati ſpecialiter, dicere teneantur.

34. Quamvis rigor Juris habeat, ut nullus presbyterorum, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus, Miſſarum ſolennia celebrare præſumat; ſacriſtæ tamen æquitati adhærentes volumus, ut ſaltem cum uno miniſtro, clericali tamen veſte induto & clerico, ubi talis haberi poſſit commodè, eandem debeat celebrare, nedum autem dum eadem celebrantur myſteria, quinimmo & dum alia clericos ubi ſuperpelliceorum. . . . . . . copia aſſiſtere in eadem veſte jubemus. Mulierem vel filium celebrantis ſibi aſſiſtere prohibemus, cùm hominis memoriam labilem experientia manifeſtet. Sancimus ne aliquis abſque libro vel charta Miſſæ Canonem continente, & ſine lumine celebrare præſumat; contrarium autem faciens, per menſem à perceptione Beneficii, quod pro illo officio percipit, ſive ſit perpetuum ſive temporale, ſit ſuſpenſus, illius altaris luminibus applicandi.

35. Curatus paratam habeat ſemper Euchariſtiam pro infirmis, eamque mundet cautè & honori-

norificè cuſtodiens de octava ſumendo renovet in octavam. Nulli eam in peccato mortali publicè perſeveranti miniſtret, occulto autem peccatori publicè non deneget, inſtar Chriſti buccellam Judæ proditori tradentis. Cùm autem illam ad infirmum portaverit, in decenti habitu ſuppoſito, mundo velamine ferat & referat manifeſtè ac honorificè ante pectus cum omni reverentia & timore, ſemper lumine præcedente, & ſono modicæ campanellæ, ut nedum apud videntes, ſed apud audientes fides & devotio augeatur: frequenter quoque debet plebem docere, ut cùm in altari elevatur, vel modo prædicto fertur, ſe reverenter inclinet, humiliter genuflectens.

36. Qui cùm bis in die habuerit celebrare, debet utrobique conficere corpus & ſanguinem Jeſu Chriſti, nec aliter, ut factum novimus, ſimulare præſumat, cùm non ſolum Deo, cui non veretur illudere; ſed populo, quem decipit, ſe aſtringat. Quamquam autem & in prima aut in ſecunda immolatione teneatur communicare; vinum tamen perfuſionis primæ non ſumat, aut ad ſecundam jejunus accedat, ſed conferre poterit aſſiſtenti.

37. Si per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillaverit in terra, linguâ lambatur, tabula radatur; ſi non fuerit tabula, ne locus conculcetur, corradatur, & igne conſumatur, cinis autem intra altare abſcondatur. Si ſuper altare ſtillaverit calix, ſorbeat miniſter ſtillam; ſi ſuper corporalia vel linteum altaris, unum vel plura corporalia vel lintea quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluet, calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare recondatur.

38. Nonnulli [a] præ opera tardioribus præferentes promoventur, ut onus Beneficii exigit: in tempus officii autem ſacerdotalis dulcedinem guſtare contemnunt. Cupientes itaque eos timentibus Deum, quibus prædicta dulcedo abſconditur, ſociare; jubemus, ut quicumque ſacerdos infra duos menſes, & ex tunc frequenter prout ei miniſtrabit Chriſtus quando immolat, debeat celebrare. Expreſſiùs autem providentes adjicimus, quòd quicumque ſaltim quater in anno non celebraverit, fructus Beneficii ejuſdem anni perdat, fabricæ ejuſdem Eccleſiæ applicandos.

XV. *De baptiſmo & ejus effectu.*

39. PRimum, & fundamentum omnium novæ legis ſacramentorum conſtat eſſe baptiſmum, cujus virtus quia in materia & forma conſiſtit, non decet eas clericos, præſertim ejus miniſtros, aliquatenus ignorare. Eſt igitur materia aqua vera & naturalis. Et ideo ſi ob ipſius defectum aliquis vino, oleo, aquâ roſaceâ, vel quovis alio liquore fuerit baptizatus, eſt iterum baptizandus. Forma verò hæc eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti*. Porrò ubi de aliquo, an baptizatus ſit, veriſimiliter hæſitetur, hâc formâ baptizari jubetur: *Si baptizatus es, non te baptizo; ſed ſi baptizatus non es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti*. Unde quia contingit quandoque aliud membrum à capite pueri exiſtentis in utero baptizari; poterit ſupra proximâ formâ cùm in lucem venerit uti ſacerdos. Cùm autem caput ejus tantummodo baptizatur, & ſi reſiduum corporis in utero lateat, non eſt, licèt poſtea vivat, denuò baptizandus.

40. Si partum contingat periclitari, poterit nedum obſtetrix, vel quivis alius maſculus aut fœmina, ſed & pater & mater in aliqua patella, aut alio inſtrumento baptizare eundem. Nominabit autem ipſum, dicendo: *Ego te Petrum vel Martinum baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti*. Debet autem fieri merſio dum proferuntur verba prædicta.

XVI. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*

41. LIcèt conceſſum ſit, infidelem circa Miſſam Catechumenorum Eccleſiam introire, quia tamen aliqui, præſertim mulieres, conceſſione abutentes prædictâ, Judæas vel Sarracenas introducunt, & retinent inibi dum officia celebrantur divina, ex quo irridetur populus Chriſtianus, contemnitur devotio, improperatur Fides, & denique illuditur Chriſtus; non valentes ulteriùs illius diſſimulare opprobrium, qui diluit probra noſtra, præcipimus ſub excommunicationis pœna, ut nullus de cætero Sarracenos, Judæos, aut Gentiles, maſculos aut fœminas introducat in Eccleſiam dum divina officia celebrantur; clerici autem quamdiu illi ibi fuerint ceſſent penitùs à divinis.

XVII. *De Eccleſiis ædificandis.*

42. PRohibitionem de Eccleſiis vel oratoriis abſque auctoritate Epiſcopali ædificandis pœnæ adjectione juvantes, ſtatuimus, quod quicumque ſingularis, aut communitas aliter ædificaverit, mille . . . . pœnam nobis applicandam: præſtans autem auctoritatem ſuſpenſionis incurrat ſententiam ipſo facto.

XVIII. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

43. UT corati ad immolandom devotiùs præparentur, concedimus, caſibus noſtris dumtaxat exceptis, ot poſſint conſocio vel alteri diſcreto presbytero confiteri.

Presbyter ob cujus culpam, quempiam ſine pœnitentia & communione mori contigerit, Beneficio expolietur: parochiano niſi conſtet eſſe cooſeſſum corpus Chriſti presbyter non miniſtret.

44. Ad aores noſtras pervenit, quòd ooonulli, tam religioſi quàm alii, propriæ ſalutis immemores, abſolvunt indiſcretè io foro dejerantes, ex quo facilior aperitur via perjuriis, proximus enormiter læditur, & jura Eccleſiarum fraudantur. Ex cauſſis igitur prædictis nobis caſum hujuſmodi reſervantes, abſolutum ex nunc ab alio denunciamus abſolutom non eſſe; ſtatuentes, ut quicumque aliquis abſque noſtra ſpeciali licentia, niſi in mortis periculo, & tunc injuncta ſatiſfactione, abſolvitur......... incurret ſententiam ipſo facto. Ex eiſdem cauſſis clauſolam remiſſionis perjurii beneſacientibus ſabricæ Eccleſiæ Toletanæ & de Sopetran, cootentam in libris inde confectis, penitùs revocantes.

45. Ut autem hoc ſalurare ſtatutum à quoquam ignorari non poſſit, præcipimus omnibus & ſingulis curatis, ſub pœna privationis Beneficii, quatenus in feſtivitatibus Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, Joannis Baptiſtæ, Aſſumptionis Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, annuatim, dum Miſſarum ſolennia celebrantur, legatur.

46. Religioſi & alii quoque decimas & eorum partem non ſolventes, abſque ſatisfactione parochiali Eccleſiæ cui debentur facienda indiſcretè abſolvunt, ex quo detrimentum Eccleſiis, cùm jura ſua perdant; animabuſque periculum, cùm abſque reſtitutione non liberentur, provenire noſcuntur. Propter quod nobis hunc reſervantes caſum, decernimus, nullum abſque noſtra auctoritate Epiſcopali poſſe quempiam in caſu abſolvere ſupradicto: mandantes omnibus & ſingulis curatis ſub pœna, ut ſuprà proximo capitulo.

47. Grandis malitiæ occaſionem in congregatione & diſtributione eleemoſynæ captivorum, & quæ vulgariter *Cruzata* dicitur, adhiberi ſolitam, tollere (ut eſt poſſibile) cupientes, in archipresbyteratibus archipresbyteros, in vicariis verò vicarios eſſe volumus collectores. Quibus in remiſſionem peccaminum injungimus, ut tam per ſe, quàm per alios, in confeſſionibus, prædicationibus, teſtamentorum confectionibus, & aliàs, inducant populos ad hujus piam eleemoſynam faciendam: collectam verò in feſto Sancti Michaëlis & Paſchæ, procuratori per nos ad conſciendum hoc tranſmittant in uſum prædictum fideliter expendendam. Volentes aotem labori eorum rependere, eis ſeptimam partem concedimus de collecta, obligatis annuatim exactam rationem reddere procuratori prædicto......... Et ut ad reſiſtendum peccato eò cautiores ſubditi noſtri reddantur, quò illud arctabuntur verecundiùs confiteri, caſus nobis decrevimus reſervare ſubſcriptos.

48. Inceſtum tam conſanguineorum, affinium, & ſpiritualium, qoàm religioſorum, coïtom cum paganis, vel in Eccleſiis, vel virginis violentum adulterium, vitium contra naturam quodcumque, percuſſionem parentum, procurationem abortûs vel ſterilitatis in ſe vel in alio, homicidium voluntarium, facto, verbo, cooſilio, aut conſenſu. Maleficium, ſortilegium, divinationem, aut invocationem dæmonum pro quacumque re, ſacrilegium, abuſum chriſmatis, Euchariſtiæ, vel alterius rei ſacræ, perjurium, votum, promotionem per ſaltum, vel ab alio ſine noſtra licentia factam diſpenſationem, ſimoniæ abſolotiooem, Canonis, vel noſtræ ant noſtrorum prædeceſſorum cooſtitutiones nobis promiſſas. Decimarum aut primitiarum reſtitutionem, & generaliter nbicumque difficultas ant ambiguitas inciderit, propter oovitatem caſus, vel imperitiam ſacerdotis, ſeu ubi ſit ſolennis pœnitentia injungenda. Porrò ubi verbaliter, aut literatoriè alicui caſus commiſſi memoratos, abſolutionem tamen ſacrilegii, ex quo pecuniaria pœna debetur perjurii, aut reſtitutionis decimarum, vel primitiarum: cùm ex prædictis evidens detrimentum nobis, Eccleſiis, ac aliis, quos tangit, provenire noſcatur, nequaquam committere cuiquam intendimus, niſi hoc expreſſerimus nomioatim.

CON-

Digitized by Google

CONCILIUM TOLETANUM

Celebratum anno Domini MCCCXXIV.

Juxta exemplar Mondexarenſe editum, & collatum cum excuſis; quorum variantes lectiones ad marginem rejecimus.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, AMEN.

a Iſta ſunt conſt. exc. b Regni. exc. c Qua. exc.

50. INcipiunt a conſtitutiones per reverendum patrem & dominum Joannem miſeratione divina Toletanum Archiepiſcopum, Primatem Hiſpaniarum, ac b Regis Caſtellæ Cancellarium, factæ ac editæ in Concilio per eum apud Toletum celebrato anno Domini MCCCXXIV. XXI. menſis Novembris, c quo die Concilium extitit terminatum.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut Epiſcopi vocati ad Concilium veniant.*
II. *De vita & honeſtate clericorum.*
III. *De præbendis.*
IV. *Ut nullus curatum Beneficium adminiſtret, niſi antè legitimè per Epiſcopum diœceſanum inſtructus fuerit.*
V. *De teſtamentis.*
VI. *De ſimonia.*
VII. *De celebratione Miſſarum.*
VIII. *De ſententia excommunicationis.*

PRÆFATIO.

d Deeſt ſun. exc. e Conſtituerunt exc. f Quod Rev. exc. g Vel, exc. h Ad hæc facienda nec. exc. i Epiſcopor. exc. k Suppoſitam. exc. l In vos. exc. m Edictis exc.

51. AD fructus uberes, quos in Dei Eccleſia Epiſcoporum Concilia hactenus produxerunt, conditores Canonum d ſuæ conſiderationis aciem convertentes, providè e ſtatuerunt eodem Concilio pro puniendis exceſſibus, & reformandis moribus per Metropolitanum cum ſuis ſuffraganeis annis ſingulis celebranda.

52. f Reverendus pater dominus frater Guillelmus Sabinenſis Epiſcopus, in his partibus Apoſtolicæ ſedis Legatus, quolibet anno, g ad minus biennio, ſub certa pœna fieri præcepit, ut quos ad declinandum à malo & faciendum bonum, virtutum præmia non inducunt, quadam ad h hoc felici neceſſitate, per i ipſorum diligentem ſolicitudinem, & k circumſpectam vigilantiam compellantur.

53. Nos igitur qui deſideranter in l votis gerimus ipſos Canones, & præceptum ipſius domini Legati pro viribus obſervare; convocavimus Provinciale Concilium in noſtra Eccleſia Toletana: & intendentes potiùs ad obſervationem conſtitutionum, quàm ad multiplicationem earum, ſacro approbante Concilio præcipimns, conſtitutiones per ipſum dominum Legatum editas in Concilio per eum apud Vallem-oleti celebrato, cum infraſcriptis per nos in præſenti Concilio m additis, obſervari.

I. *Ut Epiſcopi vocati ad Concilium veniant.*

n Ipſas imp. exc. o Vel. exc. p Præpediti. exc. q Secturi. exc. r Diœceſum. exc.

54. EPiſcopum negligentiæ, qui vocati ad Concilium venire negligunt, ex quo Eccleſiaſtica contemnitur auctoritas, exceſſus remanent impuniti, & correctio morum ceſſat, n ſpem impunitatis auferre volentes; cùm nos ſimus ſub certa pœna ad celebrandum Concilium obligati, quod celebrare non poſſumus decenter o & utiliter ſine ipſis, præſenti conſtitutione jubemus, ut Epiſcopi vocati ad Concilium perſonaliter veniant, niſi fuerint impedimento legitimo, de quo nobis fidem facere teneantur p prædicti; q ſcituri quòd niſi fecerint, pœnas contra eos ſtatutas à Jure publicari & ſervari faciemus; ad alia nihilominus, ſicut expedita videbimus, proceſſuri. Et ut plenior informatio habeatur Epiſcopi, in caſu in quo ſunt legitimè impediti, & cathedralium Eccleſiarum capitula mittant ad dictum Concilium procuratores idoneos, de ſtatu propriarum Eccleſiarum & r diœceſis informatos.

II. De

II. *ſ De vita & honeſtate clericorum.*

55. Antiquos Canones, qui in clericis ſuperflua, prohibent, ad memoriam reducentes, ſtatuimus, quòd nullus clericus ſupertunicale vel tabardum poſt menſem à tempore publicationis præſentis conſtitutionis deferat ita longum; quòd ſi ad pedes ᵘ attingat, nullatenus tamen per terram trahatur: cùm hoc non honeſtas, ſed ſuperfluitas & indecentia cenſeatur. Clericus verò qui contrà fecerit, ſupertunicale ipſum ſeu tabardum ipſo facto amittat, per proprium Epiſcopum ᵃ, ſeu ejus vicarium, vel officialem pauperibus erogandum. Caveant ˣ inſuper clerici, ne mantellos ſeu chlamydes ᵃ deferant ᵃ nimia longitudine ʸ notandos, nec cum cordis, & nimis longis; nec tunicarum manicas ᶻ portent notabiliter nimis breves, ita quòd brachia nuda appareant, ſi pœnam ᵃ ſimilem voluerint evitare.

Quilibet ex clericis barbam faciat ſibi radi, quolibet ſaltem menſe, nec crines deferat ᵇ notabiliter infra aures.

56. Cæterùm quia in partibus iſtis morbus deteſtandæ inhoneſtatis irrepſit, quòd mulieres, quæ ᶜ *ſolteras* ᵈ vocantur, intrent publicè domos Prælatorum & magnatum ad comedendum, & ᵉ aliàs loquentes prava & inhoneſta colloquia plerumque corrumpentia bonos mores, ᶠ & facientes ſpectaculum de ſe ipſis; præcipimus omnibus, & maximè Prælatis; ſub oſtentatione divini judicii diſtrictiùs injungentes, ne hujuſmodi mulieres permittant intrare vel eſſe in domibus eorundem, nec aliquid dent eiſdem.

ſ De veſtibus cleric. exc.
t Et inhoneſta. exc.
u Contingat. exc.
ᵃ Deeſt exc.
x Et. exc.
ᵃ Deeſt exc.
y Vocandos. exc.
z Manicas nobiliter. & deeſt portent.
a Conſimilem exc.
b Nobiliter. exc.
c Soldaderas, exc. male.
d vulgariter nuncupantur. exc.
e Alia. exc.
f Deeſt &.

III. *g De præbendis.*

57. Quorundam clericorum abuſum, qui fructus cappellaniarum perpetuarum, ſeu Beneficiorum, quæ ex devotione fidelium in eorum inſtituuntur Eccleſiis, auctoritate propria ſibi appropriant, inter ſe dividunt, ſub prætextu quòd ipſi volunt dictis cappellaniis ſeu Beneficiis deſervire, vel aliàs, cùm de ambitionis radice procedat, & per ipſum cultus divinus minuatur, quem deſideramus augere, & ab inſtitutione cappellaniarum ſeu Beneficiorum plurimi retrahantur; penitùs reprobamus & prohibemus, expreſsè præcipientes, quòd hujuſmodi cappellaniæ ſeu Beneficia inſtituta, & de cætero inſtituenda, habeant, juxta ordinationem ᵍ inſtituentium, proprios ſervitores. Qui verò ſine licentia diœceſani Epiſcopi contrà fecerint, à Beneficiis, quæ habent in Eccleſiis, in quibus hæc commiſerint, donec plenè reſtituerint quicquid contra prohibitionem præſentem perceperint, ſint ſuſpenſi.

g Vt clerici fructibus cappellaniarum non abutantur. exc.
g Statuentium exc.

IV. *Ut nullus curatum Beneficium adminiſtret, niſi antè legitimè per Epiſcopum diœceſanum inſtructus fuerit.*

58. Inter ʰ corporales ſolicitudines, ⁱ illæ debent eſſe præcipuę, quæ verſantur circa curam ſeu regimen animarum, quæ in Epiſcoporum poteſtate ᵏ conſiſtit. Propterea ne aſtutia ſatanæ ˡ eas decipiat, propter rectorum ignorantiam vel defectum, & ſanguis ſubditorum de eorum manibus requiratur; ſtatuimus, ſacro Concilio approbante, quòd nullus in curato Beneficio adminiſtret, donec ᵐ cum eo per diœceſanum Epiſcopum inſtitutione auctorizabili fuerit inſtitutus, ſeu ſibi cura commiſſa fuerit animarum. Alioquin ⁿ verò quod habebat in ᵒ ipſo Beneficio, nonobſtante conſuetudine contraria, ſit privatus, privilegiis & gratiis Apoſtolicæ ſedis ſemper ſalvis.

h Epiſcopales. exc.
i Illa debet eſſe præcipua quæ verſatur. exc.
k Conſiſtunt. exc.
l Eos. exc.
m In eo. exc.
n Iure. exc.
o Prædicto. exc.
p Vt clerici bona Eccleſiæ filiis ſuis non conferant.

V. *p De teſtamentis.*

59. Ut ſubſtantia ᵠ Eccleſiaſtica, quæ plerumque ſolet, propter clericorum ſobolem deperire, ad uſus debitos conſervetur; ſtatuimus, quòd nullus ʳ clericus bona intuitu Eccleſiæ acquiſita filiis vel filiabus ſuis illegitimis ˢ det vel ˢ conferat inter vivos, vel in teſtamento contra Canonum ᵗ ſtatutum dimittat. Præcipientes omnibus Epiſcopis in virtute ſanctæ obedientiæ, quòd jura ſuper hoc edita diligenter obſervent.

q Eccleſiarum. exc.
r Per. exc.
ſ Clericorum bona. exc.
s Deeſt exc.
t Inſtituta. exc.
u Vt presbyteri pro Miſſis celebrandis pecuniã non exigant.

VI. ᵘ *De ſimonia.*

60. Multa mentis amaritudine concitamur, graviſque doloris aculeus perfodit mentem noſtram, intelligentes, quòd aliqui presbyteri deteſtanda & abominabili ambitione cæcati, pro Miſſis per eos celebrandis ˣ pecunias exigunt, & ſuper hoc ac ſi vellent vendere rem profanam ʸ imprudenter mercantur ᵃ quandoque, & publicè cum his qui eas faciunt celebrari, ᵇ exiſtimantes, ut eorum ᶜ fructu pernicioſo ᵈ videtur, gratiam Dei, quæ in ſacramento Miſſæ confertur, vel veriùs ipſum Deum, qui nobis ſub ſpecie dicti ſacramenti ſe exhibet, pecuniâ poſſe vendi. Verùm cùm dictum ſacramentum ſuper omnia pretioſum, ſit liberaliter, ſicut cætera ſacramenta ᵉ Eccleſiæ, celebrandum; diſtrictiùs prohibemus, ne aliquis presbyter

x Pecuniam. exc.
y Impudenter exc.
a Mercantur; quandoque etiam pub. exc.
b Æſtimantes. exc.
c Facto. exc.
d Vendunt gratis. exc.
e Deeſt Eccleſiæ. exc.

ter *f* pecuniam exigat, vel rem aliam temporalem, ſed *g* gratis, ſi aliquid per facientem Miſſas celebrari oblatum ſibi charitativè fuerit, abſque pacto & conventione quacumque. Qui verò contrarium fecerit, à celebratione Miſſæ per *h* omnia noverit ſe ſuſpenſum, & aliàs pro tam gravi exceſſu ad arbitrium proprii Epiſcopi puniendum. * Nullus inſuper presbyter abſque cauſſa neceſſitatis, excepto die Nativitatis Domini, præſumat niſi unam Miſſam celebrare in die: quia valdè felix eſt qui celebrat dignè unam.

f Pro Miſſis celebrandis pec. ex. exe. *g* Gratis accipiat exe. *h* Per annum. exe. * Hinc incipit Cap. ... in exe. *i* Ut presbyteri nisi unam Miſſam in die celebrare præſument. exe.

VII. *i* *De celebratione Miſſarum.*

61. PRæcipimus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus presbyteris, quòd Miſſam celebrent ut frequentiùs poterunt, & ad minus quater in anno, niſi ex cauſſa rationabili, quam propriis Epiſcopis notificare *k* eos contingat. Et ne propter criminis conſcientiam à celebratione *l* habeant abſtinere; concedimus eis licentiam in hoc caſu, ſi non poſſint commodè copiam ſui curati habere, quòd poſſint alii presbytero confiteri, qui ipſos tam à minori excommunicatione, quàm aliis omnibus quæ ſibi confitebuntur, poſſint *m* abſolvere, exceptis dumtaxat caſibus ſedi Apoſtolicæ & Epiſcopo reſervatis. Alii verò clerici ut oſtendant ſe ad plus teneri quàm laïci, ad minus communicent ter in anno, niſi de conſilio proprii confeſſoris duxerint abſtinendum.

k Habeant in exe. *l* Miſſarum. exe. *m* Poſſit. exe.

VIII. *n* *De ſententia excommunicationis.*

62. QUamvis contra illos qui cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel eis aliqua rerum ſubſidia ſeu conſilia per ſe vel alios quocumque ingenio, quamdiu inter nos & ipſos, gratia duraverit, impendenda duxerint, *p* ſit à Canone; quidam tamen Chriſtiani perversè verba dicti Canonis intelligentes, & quærentes in eis folia, & non *q* fructum; non verentur *r* dictæ gratiæ ipſis Sarracenis, *f* & terram eorundem Chriſtianorum venientibus, vel mittentibus, victualia vendere, & alia rerum ſubſidia impendere: credentes ex quo non vadunt, nec mittunt ad, ipſos Sarracenos, à ſententia ipſius Canonis excuſari. Nos verò perverſum intellectum & *u* credulitatem eorum penitùs reprobantes; declaramus & volumus, ipſos, qui prædicta faciunt vel committunt, incurrere in ſententiam Canonis ſupradicti. *x* Quoniam Canonem ſimul cum hac noſtra conſtitutione ſpecialiter in cathedralibus & parochialibus Eccleſiis eiſdem Sarracenis vicinis frequenter præcipimus publicari.

n Illos qui Sarracenis ſubſidia impendunt excommunicatos eſſe exe. *o* Guerra exe. *p* Sit à Canone ex communicationis ſententia promulgata exe. *q* Fructus exe. *r* Tempore dictæ guerræ. exe. *f* Ad exe. *t* Dictos. exe. *u* Crudelitatem exe. *x* Quam. exe.

CONCILIUM COMPLUTENSE

Celebratum anno Domini MCCCXXV.

Nunc primùm prodit ex MS. Mondexarenſi.

Reverendus in Chriſto pater & dominus D. Joannes Dei gratia Toletan. Archiep. III. Idus Decembris anno Domini MCCCXXV. apud Alcalam ſuæ diœceſis in plena Synodo, ad hæc ſpecialiter convocata.

63. CUm ſtatuta humana poſſint irreprehenſibiliter ex cauſſa ſeu temporis varietate declarari, ſeu in melius reformari; conſtitutionem, quam in prima Synodo edidimus, quæ incipit: *Si in ſortem Dei electus*, in qua decrevimus nullum promovendum de cætero haberi pro clerico, niſi ſui literam promotoris haberet; ſanè intelligi volumus, ut tali aliæ legitimæ probationes non auferantur, quin ſui clericatus titulum probare poſſit per teſtes, vel alia legitima documenta. Quodque ſi in poſſeſſione clericalis tonſuræ repertus fuerit, in eadem, ut juris eſt, debet omnino tueri.

64. Sanè quia ſtatuimus in eadem Synodo, ut nullus clericus conjugatus barbam ſeu comam nutriat, deauratos aut intaliatos ſotulares, tunicam cordatam, cappam, aut alias veſtes virgatas vel partitas portare, aut carnificum ſeu macellariorum officio publicè uti præſumeret; alioquin aliorum immunitate minimè gauderet; hoc præſenti declaramus ſtatuto, ut macellariorum ſeu carnificum utentes officio, antequã privilegio clericali, ſeu alia immunitate à ſpeciali jure inducta careant, primò legitimè moneantur: quàm monitionem per archipresbyteros fieri volumus & mandamus.

65. Sed

65. Sed quia alia conſtitutione decrevimus, ut ſi conjugatus tonſuram propria auctoritate dimittens, ſine ſpeciali licentia noſtra reſumeret, immunitate careret; de immunitate intelligi volumus à privilegio dumtaxat, vel alio ſpeciali jure inducta. Porrò quia conſtitutio quæ incipit: *Cupientes*, diviſiones Beneficiorum juxta Turonenſe Concilium fieri prohibebat; in qua ſtatuimus in fine, quòd ſi diviſa Eccleſia, ſi præſtimonialia forent, vacare contingeret, priora integrari deberet; hanc integrationem intelligi volumus de his qui indebitè fieri diviſa, quæ prima facie præſumitur, niſi aliter oſtendatur; ſecus ſi à prima fundatione nominata ſint media, vel ſub nomine alterius partis, vel aliàs auctoritate Ordinarii de jure receperint ſectionem: quia ejuſmodi Beneficia vim integrorum cenſentur habere: quoad præſtimonialia verò, quæ dicuntur libera, nec ex hoc ulla utilitas Eccleſiis afferretur, dictam integrationem ſimiliter decernimus non extendi.

CONCILIUM COMPLUTENSE

Præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCXXVI.

Primùm edidit Labbè ex Biblioth. Vallicellana: nunc autem contulimus cum MS. Mondexarenſi.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De ſuffraganeo, qui ab alio quàm à Metropolitano conſecratus eſt.*
II. *De immunitate Eccleſiarum.*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, AMEN.

Conſtitutiones per reverendum patrem & dominum D. Joannem divina miſeratione Toletanum Archiepiſcopum, Primatem, ac regni Caſtellæ Cancellarium, factæ in Concilio per eum apud Alcalà de Henares, celebrato anno Domini MCCCXXVI. XXV. menſis Junii, quo die Concilium extitit finitum.

PRÆFATIO.

1. Cum ex officii noſtri debito curis ſolicitemur continuis, & aſſidua meditatione pulſemur, & juxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum commodis, in quorum proſperitate proſperamur, quantum nobis ex alto conceſſum, ſolicitudinis ſtudio [a] intendamus; iccircò nos Joannes miſeratione divina Archiepiſcopus Toletanus, Primas Hiſpaniarum, ac regni Caſtellæ Cancellarius, attendentes in [b] nomine prædeceſſorum noſtrorum, qui multa ſtatuta ſalubria in Dei Eccleſia ſtatuerunt, cupientes eorum inhærere veſtigiis; in Concilio quod apud locum de Alcalà noſtræ diœceſis celebravimus; præſentibus venerabilibus fratribus noſtris Petro Segobienſi, & Joanne Oxomenſi, & Fernando Conchenſi, [a] Gemienſi [a], Epiſcopis, & procuratoribus Palentini, Seguntini, & Cordubenſis Epiſcoporum, pro reformatione & revelatione Eccleſiaſticæ libertatis, conſtitutiones edidimus ſubſequentes, quas per ſuffraganeos noſtros irrefragabiliter volumus obſervari.

a Intendimus. &c.
b In eo. &c.
a Doeſ. &c.

I. *De ſuffraganeo, qui ab alio quàm à Metropolitano conſecratus eſt.*

2. Quamvis à ſacris ſit Canonibus inſtitutum, ut Epiſcopi ſuis Metropolitanis reverentiam promittere teneantur; quia tamen ipſâ experientiâ rerum magiſtrâ nos edocente, probavimus nonnullos ſuffraganeorũ noſtrorum nobis & noſtræ Toletanæ Eccleſiæ in eiſdem promittendis negligentes hactenus extitiſſe, iccircò, Concilio approbante, præſenti conſtitutione duximus ſtatuendum, ut Epiſcopus per alium quàm per nos, ſine noſtra licentia conſecratus, ex quo ſuam fuerit ingreſſus diœceſim, uſque ad annum, legitimo impedimento ceſſante, ad nos accedere perſonaliter teneatur, ad promittendum nobis & noſtræ Eccleſiæ reverentiam & obedientiam, ut tenetur; niſi de noſtra ſpeciali licentia dictus terminus ſibi per nos extiterit prorogatus: aliàs contrarium faciens, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus, donec ad nos venerit, & obedientiam præſtiterit à Canonibus diffinitam.

II. *De immunitate Eccleſiarum.*

3. Quamvis dudum bonæ memoriæ dominus Gundiſalvus, prædeceſſor noſter, in Concilio apud Pennam-fidelem per eundem providè congregato, aliqua ſtatuerit in conſtitutione quæ incipit: *Item cum ea quæ divini juris*, quæ non ſolùm ad utilitatem omnium Eccleſiarum noſtrarum [a] diœceſis & provinciæ cedere dignoſcuntur, ſed & ad tuitionem Eccleſiaſti æ libertatis; quam conſtitutionem in omnibus volumus inviolabiliter obſervari. Sed quia novis morbis nova convenit antidota [d] præparare, approbante Concilio decrevimus ſtatuendum, ut quotieſcumque aliquis excommunicatus fuerit ab homine vel à Jure, pro eo quod ...... Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum perſonarum rapuerit, deprædaverit, ſeu invaſerit, vel aliàs eiſdem perſonis quantumlibet atroces injurias corporales poſtquam per Epiſcopum in cujus diœceſi eſt commiſſum delictum, in dictà diœceſi excommunicatus fuerit, & publicè nunciatus; ſi ſuper ejuſdem denunciatione per eundem Epiſcopum fuerimus requiſiti, & prætextu requiſitionis prædictæ exceptis [*] injunxerimus, quatenus in ſuis diœceſibus excommunicatum faciant nunciari, juxta noſtri tenoris mandatum, ſuffraganei noſtri in ſuis cathedralibus Eccleſiis, ac [a] aliàs ſuarum diœceſeon teneantur talem facere publicari. Et ſi ſic publicè nunciatum ad locum aliquem declinare contingat; quamdiu ibi moram traxerit, ſi hoc nobis viſum fuerit expedire, de mandato noſtro ceſſetur inibi à divinis.

[a] Diœceſum. etc.
[d] Præparari. etc.
[a] Aliis. etc.

4. Eadem ſtatuentes, ſi propter commiſſum in diœceſi noſtra delictum, per nos dicti ſuffraganei fuerint requiſiti, vel bona quæ in aliis diœceſibus ſuffraganeorum noſtrorum ſunt, menſæ noſtræ, vel dominio deputata fuerint, ut prædicitur invaſa, vel etiam occupata; ſuper quibus bonis noſtris invaſis ſeu occupatis, in alicujus ſuffraganei noſtri diœceſi [f] conſtituentibus, idem ſuffraganeus requiſitus, ſicuti propriis vel ſuæ Eccleſiæ invaſis procedere teneantur & denunciare, ut ſuperiùs eſt expreſſum.

[f] Conſiſtentibus. etc.

5. Idem quoque nos procedere & facere teneamur ſuper invaſionibus & occupationibus bonorum, quæ ſuffraganei noſtri habere in noſtra diœceſi dignoſcuntur. Et ſi fortè dicti ſuffraganei mandatum noſtrum ſuper præmiſſis infra menſem neglexerint adimplere; ex tunc ab ingreſſu Eccleſiæ tamdiu noverint ſe ſuſpenſos, donec dictum mandatum adimpleverint cum effectu.

CONCILIUM TOLETANUM

Præſide D. Joanne Archiepiſcopo Toletano, celebratum anno Domini MCCCXXVI.

Nunc primùm prodit ex MS. Mondexarenſi.

Conſtitutiones Synodales per Joannem vicarium Toleti factæ.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De foro competenti.*
II. *De dolo & contumacia.*
III. *De vita & honeſtate clericorum.*

PRÆFATIO.

Facta ſunt hæc ſtatuta quæ ſequuntur in Synodo apud Toletum congregata de ſpeciali mandato reverendiſſimi in Chriſto patris D. Joannis Dei gratiâ Toletani Archiepiſcopi, Primatis Hiſpaniarum, ac regni Caſtellæ Cancellarii, per venerabilem & diſcretum ...... dominum Joannem Vincentium, decretorum doctorem, archidiaconum Arelatenſem, in Eccleſia Abulenſi ſocium, in Toletana prædicta domini Archiepiſcopi vicarium Generalem, XI. die menſis Februarii, anno Incarnationis Domini MCCCXXVI. qua die memorata Synodus exſtitit celebrata.

I. *De foro competenti.*

1. Quia cauſſæ criminales majores requirunt judices qui magnum habeant imperium, grave eſt, quòd aliqui archidiaconi, archipresbyteri, & alii minores Prælati, & eorum vicarii, de talibus cauſſis ſe intromittere non verentur. Iccircò nos dictus vica-

Vicarius, & Rodericus Guterii, & reliqui clerici in prædicta Synodo congregati, ſtatuimus, quòd de cætero tales Prælati, vel eorum * Prælati, de talibus cauſſis ſe nullatenus intromittant: quicquid in eis egerint, vel coram eis actum fuerit, pro irrito habeatur, niſi ſint jurgia, vel modica aut levia crimina, quorum examinatio & caſtigatio modica vel levis à Jure talibus conceſſa eſt, vel niſi ſit aliquis, qui aliud competar ex ſtatuto, conſuetudine, & privilegio ſpeciali.

2. Hæc autem conſtitutio intelligatur de criminalibus criminaliter interpretatis, & de arduis, licèt civiliter interpretentur. Ardua autem intelligimus, per hoc tamen non excludimus, qoin archidiaconus, archipresbyter, vicarius, vel procurator; aut quicumque alius judex, qui fuerit præſens, ubi fuerit malefactor eum capiat, ſeu capi faciat & tradat, ſeu tradi faciat ad carcerem domini Archiepiſcopi, & ſi, oporteat, violenter.

II. *De dolo & contumacia.*

3. Cum major in eo qui alium ad jus provocat, quàm in provocato, ſi die aſſignata non compareant, contumacia reputetur; iccircò ſtatuimus, quòd ſicut citator citati contumaciam, ſic citatus poſſit accuſare contumaciam citatoris, & expenſas petere, ſi non compareat die qua eum facit ad judicium evocari.

III. *De vita & honeſtate clericorum.*

4. Cum morum honeſtas quæ in clericis requiritur, in habitu maximè oſtendatur; ſtatuimus, quòd omnes clerici ubique habitum & tonſuram deferant clericalem. Quòd ſi quis transgreſſor exſtiterit; ſi ſit in ſacris ordinibus conſtitutus, eo ipſo ſit ab officio & Beneficio ſuſpenſus, donec reſumpſerit habitum & tonſuram: ſi ſit in minoribus beneficiatus, ſit ſuſpenſus à Beneficio donec tonſuram & habitum reſumpſerit, ut eſt dictum: ſi Beneficio caret, pœna competenti pro Superioris arbitrio caſtigetur. Quòd ſi fuerit uxoratus, quamdiu ſic manſerit ſine habitu vel tonſura, in nullo privilegio gaudeat clericali.

5. Quia frequenter aliqui clerici, qui in obedientiæ exhibitione & obſervatione mandatorum Dei Eccleſiæ ſuæ ſanctæ eſſe debuerant ſpeculum aliorum, manendo excommunicati longo tempore, animo indurato, occaſionem laïcis tribuunt ſimilia faciendi; iccircò ſtatuimus, quòd quicumque clericus excommunicatus ab homine, paſſus fuerit contumaciter per triginta dies à tempore ſententiæ ſic ſe manere ligatum; ſi beneficiatus fuerit, per ſententiam domini Archiepiſcopi, vel ejus vicarii, ſuo Beneficio ſpolietur, & per duos menſes ſit inhabilis ad aliud obtinendum. Si beneficiatus non fuerit, pro Superioris arbitrio * pecuniariâ puniatur: ſic quòd major pœna ei imponatur quæ per Regem eſt ſtatuta contra laïcos taliter excedentes. * *Forte, pœna pec.*

ADMONITIO AD LECTOREM.

6. Animus fuit olim hoc loci edere *Conſtitutiones Metropolis Cæſaraugustanæ* ab anno MCCCXXVIII. uſque ad MCDXCV. in unum corpus relatæ à domino Alphonſo de Aragonia, perpetuo illius adminiſtratore, anno MCDXCVIII. Porrò quæ ſpectant ad annos MCCCXXVIII. & MCCCXXXVIII. & MCCCXLII. partim provinciales, partim ſynodales, conditæ fuerunt à primo Archiep. ejus Eccleſiæ D. Petro Lopez de Luna. Quæ pertinent ad annos MCCCLII. & MCCCLVII. & MCCCLXI. & MCCCLXXVII. editæ fuerunt ab Archiep. D. Lupo Fernandez de Luna. Quæ ſpectant ad annos MCCCXCIII. & MCCCXCV. ab Archiep. D. Garzia Fernandez de Heredia. Quæ ad annos MCDXVII. à D. Franciſco Clemente Perez Archipræſule. Quæ ad annos MCDXXIX. à Cardinali de Fuxo, Legato ſedis Apoſtolicæ. Quæ ad annos MCDLXII. & MCDLXXV. à D. Joanne de Aragonia Archiep. ſive adminiſtratore ſedis Cæſaraugustanæ. Denique quæ ſpectant ad ann. MCDLXXIX. & MCDLXXXVII. & MCDXCV. cum collectione omnium præcedentium, editæ ſunt à D. Alphonſo de Aragonia Archiep. ſeu adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Cæſaraugustanæ, qui & poſtea anno MDXVII. alias edidit.

7. Conſtitutiones prædictas miſit ad nos Illuſtriſs. Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ S. Salvatoris, hortatu præſertim cl. viri & eruditiſſimi D.D. Joſephi de Exea & Deſcartin, canonici & Scholaſtici ejuſdem S. Eccleſiæ, & ab ineunte juventute Primarii ſacrorum Canonum profeſſoris in Academia Cæſar-auguſtana, ſimul cum aliis libris ſpectantibus ad ſacras regni Aragoniæ antiquitates.

8. Sed poſtea, cùm Romam profectus eſſem, omnia ea vel incuriâ & oſcitantiâ eorum quibus cuſtodia manuſcriptorum commiſſa eſt, vel itineris adeò moleſti & implicati cauſsâ, perierunt. Petii iterum per literas ut earundem Conſtitutionum mihi denuò copia fieret. Geſtus mihi mos eſt. Sed cùm cuidam Romam adventanti commiſſæ illæ fuiſſent, ipſe autem naufragium feciſſet, eædem Conſtitutiones ἐπὶ ἁλμυρὸν ὕδωρ. Quare viſum eſt lectorem monere, ut ne ab aliquo negligentiæ notâ temerè inurar.

CON-

CONSTITUTIONES

Factæ per dominum Patriarcham in Concilio Tarraconenſi II. Kal. Februarii, anno Domini MCCCXXXI.

Nunc primùm prodeunt ex Cod. MS. cui titulus: la Bisbalia: *aſſervato in Eccleſia ſancta Metropolitana Eccleſia Valentina.*

I. De adminiſtrationibus ſede vacante, & de teſtamentis Prælatorum & rectorum, & de proviſionibus ſucceſſorum.

9. UT hi quibus adminiſtratio bonorum Archiepiſcopalis vel Epiſcopalis dignitatis competit ſede vacante ex conſuetudine vel ſtatuto, vel qui ad hoc per capitulum eliguntur, ſciant ſe ſolam adminiſtrationem & cuſtodiam dictorum bonorùm habere; ſtatuimus, ultra remedia jam proviſa, quòd ille qui adminiſtrationem hujus exercebit, ad palatium ſeu hoſpitium dignitatis prædictæ, niſi de expreſſo conſenſu totius capituli, ſe non conferat ad morandum, nec de chartulario ſeu archivo, vel alio loco ubi teneantur privilegia, inſtrumenta, ſeu regeſta, libros, ſeu alias ſcripturas abſtrahat, niſi ipſis pro dicta adminiſtratione indiguerit, & tunc de conſenſu capituli, & præſentibus duobus vel tribus canonicis per ipſum capitulum deputatis; & ſtatim cùm ipſis non indiguerit, in loco unde abſtracta fuerāt reſtituat ſeu reponat, nec pro ejus expenſis aliquid de dictis bonis recipiat vel expendat, niſi ipſū pro negotiis ipſius dignitatis oporteat de conſenſu capituli extra ſuum domicilium proficiſci; in quo caſu dumtaxat quamdiu circa expeditionem dictorum negotiorū inſtiterit, poſſit moderatas expenſas recipere ac habere, & teneatur futuro ipſius Eccleſię Prælato de tota adminiſtratione quam citiùs commodè poterit, fidelem reddere rationē: & quicquid apud ipſum ratione reddita repertum fuerit ſupereſſe, necnon privilegia, inſtrumēta, regeſta, libros, & ſcripturas, aliaſque, ſeu quas de chartulario ſeu archivo vel alio loco abſtraxerint, vel penes ſe ſcienter retinuerint, aut nunc habent, infra duos menſes dicto Prælato reſtituant: alioquin niſi reſtitutionem hujuſmodi fecerint de prædictis, excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

10. Sanè frequenter Archiepiſcopus & Epiſcopi ex privilegio ſedis Apoſtolicæ teſtantur etiam de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, vel aliàs, quantum eis à Jure permittitur, de bonis ſuis ordinant & diſponunt. Caveat dictus adminiſtrator & etiam capitulum diligenter, quòd exſecutionem teſtamenti, vel ordinationem ſeu diſpoſitionem factam canonicè non impediant vel perturbent, nec aliquid ſcienter malitioſè vel doloſè occupent vel faciant occupari de bonis defuncti Prælati; ſed ea liberè permittant exſecutoribus teſtamenti Prælati defuncti: aliàs ſi quæ de bonis ipſius defuncti, utpote dicitur, præſumpſerit occupare, vel hactenus præſumpſerint, & infra menſem ex quo fuerint requiſiti plenariè non reſtituerint exſecutoribus ſupradictis, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

11. Et quia ut plurimum ſucceſſor Prælati defuncti qui condidit teſtamentum, petit de bonis defuncti proviſionem uſque ad novos fructus, ex quo ſemper ſequuntur litigia, & dicta bona in litigiorum anni fructibus expenduntur; nos volentes hoc evitare, decernimus, quòd ſi ſucceſſor Archiepiſcopi vel Epiſcopi, aut cujuſlibet Prælati collegiatæ Eccleſiæ, vel rectoris ſeu vicarii perpetui Eccleſiæ parochialis fructibus poſt mortem prædeceſſoris ſui collectis, & poſtea colligendis, contentus eſſe noluerit, ſed proviſionem de bonis ſui prædeceſſoris petierit, computentur fideliter omnes fructus, reditus, & proventus dictæ dignitatis, vel parochialis Eccleſiæ totius anni quo vacavit, qui annus incipiat à Kal. Maji, & dividantur inter defunctum & ſucceſſorem pro rata temporis illius anni quo quilibet præfuit dictæ dignitati vel Eccleſiæ, & ipſius onera ſupportavit.

12. Hoc autem extendi nolumus ad alia Beneficia, cùm eadem obtinentes non habeant tot onera ſupportare, ſed ſervetur in eis quod eſt de jure & ſtatuto, vel conſuetudine approbatis. Hujuſmodi verò proviſionem ad rectores vel vicarios perpetuos Eccleſiarum parochialium extendi non intendimus, in diœceſibus ubi aliud de ſtatuto vel rationabili conſuetudine eſt obtentum.

II. *Quòd*

II. *Quòd Prælati & clerici poſſint liberè abſtrahere de quolibet loco reditus ſuos, & quòd non exigatur ab hominibus ſuis retrò decima, per dominos temporales.*

13. LIcèt iniquum ſit diſpoſitionem bonorum ſuorum liberam ingenuos homines non habere, ut teſtantur expreſsè legitimæ ſanctiones; quorundam tamen temporale dominium obtinentium temeritas præſumptuoſa excrevit, quòd fructus qui ex Beneficiis Eccleſiaſticis proveniunt, ſeu habentur, de locis ſuo dominio ſeu juriſdictioni ſubjectis extrahi non permittunt, nec clerici ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ eiſdem fructibus liberè uti poſſunt, nec pro eorum utilitatibus, ſeu neceſſitatibus, liberam alienationem facere de eiſdem; immo ipſos quandoque in certis locis & certo pretio, prædicti, ſeu qui ex cauſſa emptionis, vel aliàs ipſos fructus percipiunt nomine eorundem, habent inviti vendere, nec eoſdem poſſunt de loco ad locum transferre liberè, quod cedit in ipſorum clericorum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, & Eccleſiarum etiam maximum detrimentum. Nonnulli etiam eorundem retrò decimam, ſeu aliam certam partem de fructibus, quos homines Eccleſiarum & locorum Eccleſiaſticorum colligunt cum maximis laboribus & expenſis, ab ipſis hominibus invitis indebitè exigunt & extorquent, in ſuarum grave periculum animarum.

14. Unde cùm noſtro incumbat officio, prædicta quæ exemplo pernicioſa ſunt, ac periculoſa etiam animabus, & contraria Eccleſiaſticæ libertati, de Tarraconenſi provincia penitùs exſtirpare; ſacro approbante Concilio ea de cætero fieri prohibemus, quoſcumque qui aliquid fecerint de prædictis, & dantes ad ea conſilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis ſententiâ innodantes. Ordinariis nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ injungentes, ut cùm eis conſtiterit in prædictam excommunicationis ſententiam incidiſſe, eoſdem excommunicatos faciant publicè nunciari, nec eiſdem Beneficium abſolutionis impendant, donec à prædictis deſtiterint, & de damnis per eoſdem prædictorum occaſione illatis ſatisfecerint competenter. Præcipientes etiam, quòd hoc ſtatutum faciant per Eccleſias ſuarum diœceſum, de quibus utilis eis videbitur, ſolenniter publicari.

III. *Quòd Epiſcopi denuncient & faciant denunciari excommunicatos illos qui mandant uſuras ſolvi, vel impediunt ne repetantur.*

15. PRo animarum ſalute proviſum exſtitit in Concilio Generali, reprobando uſurariam pravitatem, quòd officiales quicumque, qui ut ſolverentur uſuræ, vel qui cùm ſolutæ reperirētur, non reſtituerentur plenè ac liberè, ſcienter præſumerent judicare, excommunicationis ſententiam incurrerent ipſo facto. Cùm autem aliqui ex iiſdem dictam excommunicationis ſententiam minimè metuentes, immo predicta in ipſo ſtatuta Concilio contemnentes, in ſuarum grave periculum animarum, contra ea facere non formidant; & licèt ob hoc contra tales ad denunciandum eoſdem eſſet per Ordinarios procedendum; tamen plures ex eis circa hoc ſe exhibent negligentes.

16. Ideo nos hujuſmodi ſubmovere negligentiam cupientes, ſacro approbante Concilio, omnibus Ordinariis Tarraconenſis provinciæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub divini obteſtatione judicii duximus injungendum, ut cùm eis conſtiterit aliquos officiales vel judices infra eorum juriſdictionem contra prædicta feciſſe, quæ in dicto Concilio ſalubriter ſunt ſtatuta; eoſdem ut excommunicatos faciant publicari: ut ſic prædicti & à judicandi officio excludantur, & ad reconciliationis gratiam faciliùs reducantur.

IV. *Quòd Epiſcopus qui ad Concilium venire non poteſt, procuratorem non faciat illum quem capitulum facit, vel è converſo; & quod Abbates mittant procuratores ſui Ordinis.*

17. QUia interdum contingit, quòd Epiſcopi qui ad Provincialia Concilia venire perſonaliter ſunt adſtricti, niſi præpeditione canonica fuerint præpediti, illos procuratores conſtituunt qui ad ipſa Concilia procuratores per eorum capitula transmittuntur; Abbates & prædictos, vel alios ſæculares clericos procuratores conſtituunt ad prædicta, ex hocque honor Tarraconenſis Eccleſiæ & Concilii minuatur, & ſalubritas Concilii, quæ in multis conſiſtit, potiùs quàm in paucis, ſubtrahatur circa ea quæ in ipſis Conciliis imminent facienda; iccircò ſub virtute ſanctæ obedientiæ prædictis injungimus, ut cùm ipſi Epiſcopi venire ad ipſa Concilia perſonaliter fuerint legitimè impediti, procuratores conſtituant viros providos & diſcretos, alios ab illis qui per earum capitula; & capitula alios ab illis qui per Epiſcopos fuerint conſtituti. Et Abbates etiam in dicto caſu religioſos ſui Ordinis, vita & honeſtate probatos, qui ſalubre ſciant dare conſilium in agendis, ſi Dei & noſtram voluerit vitare ultionem. Et qui contrarium fecerit, ad arbitrium Archiepiſcopi de inobedientia puniatur.

CON-

CONCILIUM COMPLUTENSE

Præſide D. Eximeno (aliàs Simone) de Luna, Archiepiſcopo Toletano, anno Domini MCCCXXXIII.

18. ANno Domini MCCCXXXIII. celebratum eſt Concilium apud Complutum à D. Eximeno (aliàs Simone) de Luna, Archiepiſcopo olim Tarraconenſi: adſidentibus ipſi Epiſcopis Seguntino, Palentino, Oxomenſi, Giennenſi, Segobienſi, & Conchenſi. Scopus ejus Synodi, ut initio præmittitur, fuit ut conſuleretur decori Eccleſiæ, & clerici ab iniquorum preſſuris defenſi, Eccleſiaſtica potirentur libertate. Acta verò illius non exſtant, neque in MS. Toletano, neque in Mondexarenſi, ſed dumtaxat initium, quod ejuſmodi eſt.

19. Nos Eximinius miſeratione divina Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas, ac regni Caſtellæ Cancellarius, paſtorali præeminentiæ Toletanæ Eccleſiæ (quam imperſcrutabilis divina providentia amplis ſublimavit dotibus) licèt immeriti, præſidentes, etiam excitamur innumeris, ut juxta ejuſdem decorem, quę ipſius ſunt, ab iniquorum preſſuris protegantur, & Eccleſiaſtica gaudeant libertate. In Provinciali itaque Concilio, quod apud Alcalam noſtræ diœceſis Toletanæ, die & anno infraſcriptis, præſidentibus venerabili fratre noſtro Alphonſo Epiſcopo Seguntino, & Palentino, Oxomenſi, Giennenſi, Segobienſi, Conchenſi, Epiſcopis, & noſtri ac ſuorum capitulorum procuratoribus, celebravimus, conſtitutionem edidimus ſubſequentem, quam in civitate ac diœceſi, ac provincia Toletana volumus inviolabiliter obſervari, & publicari in Synodis divinis exemplis. * * * *.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Celebratum Salmanticæ in Eccleſia cathedrali, anno Chriſti MCCCXXXV. Præſide D. Joanne Archiepiſcopo Compoſtellano.

Ex MS. ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ.

TITULI DECRETORUM.

I. *De officio vicarii.*
II. *De appellationibus.*
III. *De vita & honeſtate clericorum.*
IV. *De inſtitutionibus.*
V. *De decimis.*
VI. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*
VII. *De obſervantia jejuniorum.*
VIII. *De immunitate Eccleſiarum.*
IX. *De clandeſtino matrimonio.*
X. *De conſanguinitate & affinitate.*
XI. *De ſecundis nuptiis.*
XII. *De Judæis & Sarracenis.*
XIII. *De raptoribus.*
XIV. *De uſuris.*
XV. *De ſortilegis.*
XVI. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*
XVII. *De ſententia excommunicationis.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.

1. PAſtores gregibus præponuntur, qui noctis obſervando vigilias ſuper eos, à lupinæ mordacitatis rabie liberatos, in unius ovilis eoſdem conſervare ſtudeant indiſſolubili unitate: ne diſperſæ oves, in ſuis peſtiferis paſcuis voluptatum repentini morbi corruptela gravatæ, jacturæ ſubjaceant, & * viſæ luporum edacitati voraci, iccircò ſe liberiùs exponendo, quantum ſe ſubtraxerint à paſtoris ſtudio vigilantis.

2. Ideo nos Joannes Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ S. Compoſtellanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, ac regni Legionis Cancellerius, unà cum reverendis in Chriſto patribus & dominis Sanctio Abulenſi, Roderico Zamorenſi, Laurentio Salmanticenſi, Alphonſo Caurienſi, Joanne Civitatenſi, Bartholomæo Egitanienſi, Benedicto Palentinenſi, & fratre Salvato Lamecenſi, Eccleſiarum Epiſcopis, ſanctæ Compoſtellanæ Eccleſiæ ſuffraganeis, & nonnullis aliis procuratoribus, tam dominorum Ulixbonen. & Eboren. Epiſcoporum Eccleſiarum, quorundam aliorum capitulorum cathedralium Eccleſiarum provinciæ Compoſtellanæ, in ſancto Provinciali Concilio in Eccleſia cathedrali Salmantina, diſponente Domino, celebrato ad laudem Dei & totius curiæ ſupernorum, necnon ad reformationem noſtrorum, & correctionem debitam ſubditorum, & manutenendam Eccleſiaſticam libertatem, hæc unanimiter ſtatuenda duximus quæ ſequuntur.

3. Per ſpiritum Dominus Jeſus Chriſtus ſpirituales ad capiendos homines faciens paſtotes, qui de lacu miſeriæ, & de luto fæcis eductos, in divinorum concluſos retibus mandatorum, illi obedire faciant, cui ſervire eſt regnare: & qui in medio congregatorum, juxta præceptum Euangelicum, conſiſtentes ipſos, juxta ſtatuta Canonum ad Concilium convenire, in quibus poſſint mitti retia capturæ ad educendum hujuſmodi multitudinem de hujuſmodi voragine * curioſa redemptoris hominum liberam ſervitutem. Eapropter cùm ad expeditionem utilitatis publicæ, & ob eandem ad Concilium venientes plena debeant ſecuritate gaudere; ſtatuimus, ut ſi aliquis vel aliqui Archiepiſcopo, ſeu archidiaconis, vel Abbatibus, aut aliis quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, vel eorum familiaribus, ad Provinciale Concilium vel Synodos venientes, in veniendo, ſtando, vel redeundo, in perſonis aut in rebus injuriati fuerint, vel damna notabiliter intulerint, ſint ipſo facto excommunicationis ſententiâ irretiti, & excommunicati cum ſuis fautoribus, auxiliatoribus, & conſiliariis; & per ſingulorum Prelatorum diœceſes tamdiu nuncientur, donec ſatisfactione præmiſſa, à ſuis diœceſanis meruerint abſolutionis beneficium obtinere.

* *Tota hæc ſententia mutila eſt & deformis.*

I. *De officio vicarii.*

4. COnſentaneum rationi non putamus, quod in Concilio pridie nobis relatum exſtitie per nonnullos Eccleſiaſticorum, quòd Epiſcopi, Prælati, decani, archidiaconi, & alii inferiores, de jure vel de conſuetudine, vel ſtatuto, juriſdictionem aliquam exercentes, vicarios ſeu aliquos officiales, vel alias perſonas, quæ debent eorum vices ſupplere, cognoſcere, vel cauſſas Eccleſiaſticas terminare, conſtituunt peregrinas: beneficiatos in Eccleſiis, quorum ſunt Epiſcopi, vel noſcuntur dignitatem ratione aliqua obtinere, inhumaniter poſtponentes, in gravem totius diœceſis & Eccleſiæ læſionem. Ideo ſacro approbante Concilio ſtatuimus, ut Epiſcopi, decani, archidiaconi, vel aliæ dignitates, vel perſonatus habentes, juriſdictionem ordinariam obtinentes, viros providos de gremio Eccleſiæ Cathedralis literarum ſcientiâ præditos, ſi reperire potuerint, ad exercendum eorum vices, eligere teneantur. Qui cùm ipſi fuerint abſentes, vel preſentes, & ſua juriſdictione uti non valuerint, iſtæ perſonę ſic electæ vices ſuas poſſint in omnibus exercere. Si verò extraneas perſonas, & non de gremio Eccleſiæ, poterunt invenire, decernimus tales non eſſe ulteriùs admittendos..

5. Cæterùm quia nonnulli vicarii ſeu officiales in petenda & exigenda Cancellaria rationis metas excedere non verentur, ſub pœna excommunicationis, ratione contumaciæ, decem; pro litera cum participantibus, quindecim; pro litera abſolutionis, XX. denarios recipere valeant, & non plures. Pro literis verò collationis, ſeu præſentationum Beneficiorum, quilibet Epiſcopus taliter * ordiri faciat in ſua diœceſi in prima Synodo, quòd vitetur vitium ſimoniæ, & clerici Eccleſiæ non graventur.

* *Fortè, ordinari.*

II. *De appellationibus.*

6. COngregato ad civitatem Salmantinam Concilio, confidentium relationibus eſt probatum, quòd nonnulli Eccleſiarum Prelati, Epiſcopi, vel eorum vicarii, & alii inferiores juriſdictionem Eccleſiaſticam exercentes, appellationibus legitimis minimè deferentes, contra appellantes procedunt indebitè, eorum perſonas capiendo, vel ſuis rebus exſpoliando, vel

Digitized by Google

aliter contra eos nequiter procedendo; eapropter volentes hujuſmodi exceſſus remediis debitis obviare, ut pœnæ ſaltem formidine deinceps à ſimilibus arceantur; præſenti conſtitutione providendum inviolabiliter ſtatuentes, quòd ſi quis in judicio, vel extrà, à ſententia vel gravamine duxerit appellandum ex cauſſa probabili, quæ ſi vera eſſet, deberet legitima reputari, & Epiſcopus pendente hujuſmodi appellatione, appellantem cœperit vel capi mandaverit, ſeu bonis ſuis ſpoliaverit; ſit ab ingreſſu Eccleſiæ penitùs interdictus. Et ſi inferior Epiſcopo, qui dictum appellantem cœperit, vel capi mandaverit, ſeu ſpoliaverit, ut eſt dictum, incurrat excommunicationis ſententiam ipſo facto.

7. Præcipimus etiam in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, univerſis & ſingulis ſanctæ Compoſtellanæ Eccleſiæ ſuffraganeis, & eorum vicariis & officialibus, quibus appellationibus ad Compoſtellanam Eccleſiam intimatis ex cauſſis probabilibus, quę ſi veræ eſſent, deberent legitimę reputari, deferant reverenter.

III. *De vita & honeſtate clericorum*.

8. UT verbera patris, & ubera matris habens mater Eccleſia, ſic corripit filios delinquentes, ut correctos conſolationis reficiat ubertate: * virgæ paſſim parceretur, filios videntur odiſſe cùm eos propriæ relinquentes libertati, curam negligunt eorundem. Quia Dominus tunc vehementiùs eſt iratus, cùm delinquentes monita reſpuunt præſidentis. Quia quos diligit, corripit & caſtigat, ut caſtigatos uberiori gratia proſequatur.

* Locus corruptus.

9. Ideoque attendentes (quamquam per dominum fratrem Berengarium fuerit non tam providè quàm ſalubriter conſtitutum, quòd clerici publici concubinarii certas incurrant privationes & pœnas, juxta tenorem conſtitutionis quæ incipit: *Quamvis contra clericos publicos concubinarios multa hactenus emanaverint conſtituta, & non fuerint plenariè obſervata*;) ſtatuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ excommunicationis pœnâ diſtrictè præcipiendo mandamus univerſis & ſingulis Prælatis provinciæ Compoſtellanæ, ut ſupradictam conſtitutionem in ſupradictos hujuſmodi clericos publicos concubinarios, & eorum publicas concubinas, faciant executioni debitæ demandari: adjicientes, ut quicumque Eccleſiarum Paſtores concubinas publicas clericorum elapſis monitionibus in prædicta conſtitutione contentis, in eorum Eccleſiis faciendis, Eccleſiaſticæ tradiderint ſepulturæ, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto.

10. Omnes quoque, cujuſcumque ſexus, conditionis, aut ſtatus exſtiterint, qui tali nefandæ ſepulturæ intereſſe præſumpſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere; & tales ſupradictos per loca diœceſis minimè abſolvendos, donec quinquaginta morapetinos uſualis monetæ perſolverint, Cathedrali Eccleſiæ applicandos.

IV. *De inſtitutionibus*.

11. QUoniam indiſſolubilem veritatem Eccleſiæ per inciſum veſtimentum Domini ſalubriter deſignatam illi cognoſcantur incidere, qui adverſus ſuæ matris Eccleſiæ ubera recalcitrantes, nequiter Eccleſias de laïcorum manibus, contra ſacrorum inſtituta Canonum, recipere moliuntur; ſacro approbante Concilio, decernimus clericos quoſcumque, Eccleſias ſeu Eccleſiaſtica Beneficia, aut claves earum, vel domos ipſarum, temeritate propria recipientes de manu laïcorum, ipſo facto excommunicationis * competebat; ac reddantur inhabiles ea vice eadem Beneficia obtinendi, & ſic à patronis eorundem Beneficiorum, ſeu aliorum, concorditer præſententur.

* Locus corruptus.

V. *De decimis*.

12. CUm * parate miniſtrorum Dei, turba æmula laïcorum, quæ Eccleſiæ ſępiùs inquieſcit, timorem ante oculos ſuos non proponens; conſecrata Domino exſecrabilibus conatibus ſibi in prædam detrahant & rapinam; ſuis reverendis Patribus & miniſtris pro dilectione odium & injurias * tam frenatica reddens pro miniſterio ſalutari; ut tantis injuriis obſequio reſiſtatur, quia valdè iniquum & ingens ſacrilegium eſt quicquid vel pro remedio peccatorum, vel pro ſalute aut requie animarum unuſquiſque...... Eccleſiæ contulerit, aut reliquerit ab his, à quibus maximè ſervari convenit, Chriſtianis, in aliis transferri vel converti; non ſine gravi turbatione referimus, quòd nonnulli iniquitatis fiiii decimas, oblationes, & alia bona Eccleſiarum pręſumunt auctoritate propria damnabiliter occupare. Iccircò ſtatuimus, ut quicumque decimas, oblationes, & alia bona Eccleſiarum auctoritate propria capere, confiſcare, invadere, ſeu quomodolibet indebitè occupare præſumpſerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi ſatisfactione præmiſſa, minimè abſolvatur. Mandantes inſuper quòd Prælati conſtitutionem felicis recordationis Fe. * Papæ V. quæ incipit: *Religioſi*, faciant publicari diebus Dominicis & feſtivis.

* Locus corruptus.

* Locus eodem vitio laborans.

* Locus corruptus.

13. Quoniam nonnulli laïci avaritiæ nexibus exempti, in ſolutione decimarum ſe exhibent, in ſuarum animarum periculum, negligentes, variaſque fraudes in propriæ ſalutis damnatione reci-

reciprocas & . . . . . . cautelas contra jura, in non modicum Eccleſiarum diſpendium, conficere moliuntur, ut decimas integrè non perſolvant, non advertentes quòd ſcriptum eſt: Quia non mihi reddidiſtis decimas & primitias, iccircò in ſame & penuria vos maledicti eſtis, & pro decimis & primitiis quæ petierunt ut à vobis darentur, ubertatem pagorum veſtrorum, & omnem frugum abundantiam perdidiſtis.

14. Quapropter ſtatuimus, ut decimarum ſolutionem poſſit ab eodem exigere, cùm ſancta Dei Evangelia * exigitur juramentum. Quodque idem ſuſpectus, omni excuſatione poſtpoſita, cùm exactum fuerit, teneatur, quòd de omnibus, de quibus Deus omnipotens, in ſignum ſui univerſalis dominii, dari decimam ordinavit, vel jura ipſum ad dandum aſtringunt, decimam perſolvat integrè abſque fraude. Quòd ſi juramentum hujuſmodi ſubire noluerit (ut præmittitur) requiſitus, tamdiu excommunicatus publicè nuncietur per Eccleſiarum rectores, quouſque dictum ſubeat juramentum, vel ſolvat decimam integrè.

* Locus depravatus.

15. Intelleximus fide dignorum relatione, quòd nonnulli prædia excolentes in certis parochiis, conſtitutam Eccleſiam parochialem, ad quam decimæ prædiorum exſpectare de jure noſcuntur, enormiter lædunt, per ſubtractionem debitarũ decimarum, alterius parochiæ ſe contra conſtitutionem Cardinalis Legati parochianos faciendi interdum quorundam locorum vicinos, in quibus locis (ut aſſeritur) de conſuetudine reproba obſervatur, quòd vicini illorum locorum duas partes decimæ Eccleſiæ illi ſolvant, cujus ſunt noviter facti parochiani; quamquam prædia ex quibus decimæ proveniunt, in alia parochia, cujus parochiani priùs erant, ſituati noſcantur.

16. Cùm ergo decimæ Eccleſiæ debeantur illi, in cujus parochia prædia excoluntur, niſi ab alia Eccleſia per præſcriptionem debitam ſint ſubtractę; præſenti decreto ſancimus, quòd qui ſemel alicujus Eccleſiæ parochianus fuerit, alterius fieri non poſſit, niſi domicilium totaliter in alterius parochiam transferendo, & tunc perſonales decimas illi ſolvere teneatur Eccleſiæ, in qua receperit Eccleſiaſtica ſacramenta: prædiales verò ſolvat illi, in cujus parochia ſunt prædia ſituata, niſi aliud de conſuetudine præſcripta legitimè obſervetur.

VI. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*

17. Cum deceat domum Domini ſanctitudo, & expediat ornamenta Eccleſiaſtica munda eſſe, ſtatuimus ut Prælati & cæteri, quibus viſitationis officium competit de conſuetudine vel de jure, in viſitando adhibeant diligentiam ad quam de jure tenentur. Specialiter quòd clerici Eccleſiarum rectores mundas teneant Eccleſias & Eccleſiaſtica ornamenta, & quòd ſanctiſſimum corpus Chriſti, chriſma, ſanctum oleum catechumenorum & infirmorum, aras, corporalia, cruces, calices, & patenas faciant ſub fideli cuſtodia obſervari. Quòd ſi Eccleſiarum rectores hæc facere negligenter omiſerint, per ſuos viſitatores pœnâ arbitrariâ caſtigentur.

18. Præſenti etiam conſtitutione ſancimus, quòd univerſi & ſinguli rectores provinciæ Compoſtellanæ à ſuis diœceſanis annis ſingulis recipiant novum chriſma, vel ab aliis, qui illud ex officio tenentur diſtribuere, poſtulent & requirant, & utantur eo, priùs veteri concremato; alioquin utentes veteri chriſmate in baptiſmo, ipſo facto per ſex menſes à perceptione Beneficii, negligentes verò in petendo per tres menſes, ab officio fiant ſuſpenſi.

19. Cùm inter cætera ſacramentum Euchariſtiæ ſit à cunctis fidelibus præcipoè venerandum, & ad nos relatione pervenerit fide digna, quòd in multis partibus provinciæ Compoſtellanæ, quando aliquis infirmatur, & petit ſibi ſacramentum Euchariſtiæ miniſtrari, quòd rector, ſive ſacerdos, qui portat ſanctiſſimum Chriſti corpus, in portando debitam devotionem & reverentiam non obſervat; iccircò ſtatuimus, quòd quandocumque contigerit hujuſmodi ſacramentum alicui miniſtrari, quòd ſacerdos indutus ſaltem ſuperpellicio mundo, & ad collum orarium deferendo, velamine etiam mundo ſupra calicem poſito honorificè, ante pectus deferat cum omni reverentia, & cum cruce, lumine præcedente, alteroque campanæ ſonitum faciente, ut ex hoc apud fideles major devotio augeatur. Quòd ſi ſecus facere præſumpſerit, condemnamus ipſum ex nunc, quòd ſolvat pro fabrica Cathedralis Eccleſiæ ſexaginta ſolidos uſualis monetæ. Cæterùm ut hujuſmodi debita reverentia cum devotione & affectione aſſidua obſervetur, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus aſſociantibus ſanctum Chriſti corpus cùm ducitur ad infirmos, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis in Domino relaxamus.

20. Alma ma[illegible] Eccleſia, glorioſiſſimi Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſuis Sanctis, & in majeſtate admirabili ſa[illegible] veſtigia proſequens, & exemplo ducta laudabili, egregios doctores quatuor duxit venerabiliter honorandos, & eorum feſtivitates ſub officio duplici per univerſas Orbis Eccleſias celebrandos. Nos igitur ejuſdem matris veſtigiis inhærentes, attendentes quòd egregius doctor Beatus Iſidorus, de Hiſpania oriundus, & Hiſpalenſis Archiepiſcopus, ipſam matrem Eccleſiam multipliciter ſuis ſacris ſcripturis & eloquiis decoravit, & quòd ejus ſacrum corpus in partibus Hiſpaniæ, ſcilicet in civitate Legionis, reconditum obſervatur, prout ejus merita totam Hiſpaniam, ſpecialiter terras domini Regis Caſtellæ & Legionis, credimus multifariè liberari; ſtatuimus & ordinamus, ut feſtivitatem ipſius Beati Iſidori Confeſſoris & doctoris per univerſas Eccleſias noſtrę provinciæ annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſimiliter celebretur: & hoc idem de beatiſſimo Ildephonſo Toletano Archiepiſcopo pręcipimus obſervari.

VII. *De obſervantia jejuniorum.*

21. CUm Quadrageſimæ ſacrum jejunium ſit quaſi totius anni decima dierum, & omnipotenti Deo decimas omnium [illegible]orum noſtrorũ * jubemur, & quorundam ingluvies ad tantum in ſacro tempore proſiluit, quòd non ſolùm jejunare non novit, verùm etiam à carnibus non ceſſare non erubuit; eapropter hæc præſenti approbatione Concilii duximus ſtatuendum, quòd nulla utriuſque ſexus perſona, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, carnes comedat, niſi ſit ægritudinis neceſſitate vel famis inediâ conſtituta: alioqnin ſcienter, vel negligentia * ſapienti, vel craſſa, conſtitutionis hujuſmodi tranſgreſſores ſententiam excommunicationis incnrrant.

* Deeſt offerre, vel ſolvere.

* Locus depravatus.

22. Hoc idem de qoatnor temporibus ducimus ſtatuendum. Vendentes verò vel ementes publicè carnes temporibus ſupradictis, ſint ipſo facto ſeotentiâ excommnnicationis irretiti. Præſentem nempe conſtitutionem in Conciliis ſyoodalibus annuatim Epiſcopis & rectoribns Eccleſiarum in ſuis Eccleſiis, quater ſaltem in anno, jnbemus in virtutæ ſanctæ obedientiæ publicare.

VIII. *De immunitate Eccleſiarum.*

23. PErvenit ad nos, quòd mnlti viri, tam Eccleſiaſtici quàm etiam ſæculares, immunitatem Eccleſiaſticam violantes, confugientes ad Eccleſias vel cœmiteria ibidem capere & ligare vinculis non vereotur: non attendentes, quòd ſancta mater Eccleſia eandem confugientibus immunitatem præſtat, niſi publicus latro fuerit, vel notorius depopulator agrorum, vel immuoitas Eccleſiæ fuerit fracta.

24. Et propterea præſenti Concilio duximns ſtatuendum, quòd nulla clericalis vel ſæcularis perſona ad Eccleſiam confugientem inde extrahere ſtudeat, aut ibidem captum detinere, vel aliter incluſum, niſi in caſibus ſupradictis; de quibus priùs fidem * Eccleſiaſtico judici, loci Ordinario, vel ejus vicario omnino jubemus. Alioquin tam capientes, retinentes, cuſtodientes, & mandantes in aliqoo iſtorum caſuum ſententiam excommunicationis incurrant, à qua eos abſolvi nequaquam volumus, niſi priùs Eccleſiæ vel perſonæ de ſacrilegio & injuriis ſatisfaciant competenter.

* Deeſt aliquid.

25. Ne ad arboris radicem ſecuris noſtri judicii poſita, permittat nociva & peſtifera ſubcreſcere, germinaque per præcipitem & audacem tenacitatem multorum in aliorum innocentium damna & ſcandala contra libertatem Eccleſiaſticam creſcunt, ſublimiùs & damnoſiùs dilatantor, hinc eſt qoòd nonnulli peſtiferi palmites libertatem Eccleſiaſticam, nunc ipſarum Eccleſiarum violatione, nunc verò earũ deteſtabili incendio, infringere moliuntur. Proinde tales criminatores volentes perſequi, ut tenemur, eorum horreodam malitiam deteſtantes, ſtatuimus, ut Prælati & Eccleſiarum rectores, hujuſmodi incendiarios, vel violatores Eccleſiarum, moneant, nt Eccleſiis & perſonis, qnibus incendia & damna hnjuſmodi intulerunt, plenè ſatisfaciant, corrigant, & emendent, ut abſolutionem excommunicationis, quam ipſo facto incurrerunt, obtineant, nt tenentur. Quòd ſi moniti facere neglexerint, eos quos eiſdem conſtiterit fore propter prædictum excommunicationis vinculum, mandantes faciant excommunicatos publicè nunciari; ac etiam evitari, donec congruè ſatisfaciant, ot eſt dictnm, & cum literis ſuorum diœceſanorum rei veritatem continentibus applicâſſe conſpectum repræſentent.

* Periodus corrupta.

26. Relatum eſt ſacro Provinciali Concilio per nonnullos, quòd aliqui judices, & alii teneotes in Compoſtellana provincia dominium temporale, clericos capiunt, vel capi faciunt tooſuratos in caſibus à jure eiſdem non conceſſis, eos ſuis oppreſſionibus, catenis, ſeu carceribus mancipantes: nonnulli commendatarii ſeu carcerarii ab eiſdẽ clericis ſic carceratis extorquent pecunias & alias res temporales indebitè & injnſtè, in derogatiunem non modicam Eccleſiaſticæ libertatis.

27. Ideoque præſenti conſtitntione ſancimus, ut nullus judex, ſeu quævis alia ſæcolaris perſona, clericum capiat deſerentem tonſuram & habitum clericalem, niſi in facinore repertum, ut non fugiat, & tunc ipſum curiæ Eccleſiaſticæ tradere teneatur; ita quòd carceribus ſeu priſionibus ſæcularibus minimè mancipetur. Alioquin capientes, mandantes, & ab eiſdem clericis aliquid ratione carceris exigentes, tamdiu excommunicati publicè nuncientur & evitentur, quouſque ſic captum curiæ Eccleſiaſticæ reſtituerint, & ablata.

28. Sedula noſtræ ſpecolationis obſequia, & fidelia conſtantiæ merita, quæ ſancta mater Eccleſia procelloſis preſſa turbinibus ſibi ſentire debet adeſſe pro recipiendo robore pacifico ſui ſtatus, cùm contra ipſam nunc fortiùs inardeſcat doloſa calliditas plurimorum, tantò ſpirituali potentiæ indeſeſſum contra .... hujuſmodi doloſas machinantes debent ferventiùs excitari, nt ſibi tam patenter quàm viriliter aſſiſtamus, quantò ipſam perſecutorum vehementiùs infeſtant jacula & perturbant. Sanè in ſancto Provinciali Concilio per quamplurimos eſt perlatum, quorundam horrenda malitia & abominabilis nefanda ſuperbia, qui Dei timore poſtpoſito, non ſolùm perſonas privilegio Eccleſiaſtico decoratas invadere non formidant, verùm & juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpiritnalem & temporalem, vel earum alteram, vel Eccleſiæ dominium temporale, in Compoſtellana provincia occupare & perturbare modis plurimis molinntur.

29. Ve-

29. Verùm quia * commoventibus oculis hoc ſine animarum periculo non poſſumus præteri-re, quia facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi; & ideo quos Dei timor à malo non revo-cat, ſpiritualis ſaltem pœna à peccato debet cohibere; præſenti conſtitutione ſancimus, ut qui-cumque juriſdictionem Eccleſiaſticam, ſpiritualem ſeu temporalem, vel dominium Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis, à jure, conſuetudine, vel privilegio ſpeciali, eiſdem, vel eorum cuilibet competentia, occupare, impedire, vel perturbare præſumpſerint, ſeu aliter quomodolibet manda-re, conſilium vel auxilium facientibus dederint; ſi perſonæ fuerint ſingulares, eo ipſo ſententiã ex-communicationis; ſi verò collegium vel univerſitas, civitates, caſtra ſeu loci alterius cujuſcum-que, ipſa civitas, caſtrum, vel locus, interdicti incurrant ſententiam ipſo facto.

* *Fortè conniventibus.*

30. Cæterùm, quoniam una ſancta eſt mater Eccleſia Chriſti ſponſa, & ideo excommunica-tus in una Eccleſia in omnibus aliis excommunicatus debet cenſeri, & qui partem lædit, totum corpus lædere videtur; ideo ſtatuimus, ut quicumque Epiſcoporum Compoſtellanæ provinciæ fuerit per alterum requiſitus, ut tales occupatores ſeu violatores Eccleſiaſticæ juriſdictionis ex-communicatos vel interdictos faciat publicè denunciari. Et ſi non fecerit poſt biduum à requi-ſitionis tempore, poſt unum menſem continuum ab officio ſacerdotali ſit penitùs interdictus.

IX. *De clandeſtina matrimonio.*

31. Quoniam clandeſtina matrimonia ſunt à jure & SS. Patrum conſtitutionibus reproba-ta, & multi hoc non obſtante, ſequentes potiùs voluntatem quàm judicium ratio-nis, in gradibus conſtitutione canonica interdictis contrahere non verentur; præſenti conſtitutio-ne duximus ſtatuendum, ut contrahentes clandeſtina ſcienter in gradu prohibito, præter excom-municationem, quam incurrunt ipſo jure, & presbyter ac etiam teſtes, qui tali clandeſtino matri-monio ſuam præſentiam exhibent, centum morapetinos uſualis monetæ Epiſcopo loci ſolvere te-neantur. Vannia autẽ in Jure contenta fieri volumus iſto modo: quòd contrahentes vel veniant ad Eccleſiam, vel * Eccleſiam foris ipſius, videlicet in Miſſa, aut debita hora Miſſæ ibidem populo congregato, prædicta vannia, ut eſt juris, per presbyterum publicentur.

* *Locus corruptus.*

X. *De conſanguinitate & affinitate.*

32. Cum felicis recordationis Papa Clemens V. providè decreviſſet in Concilio Viennenſi, eos qui ſcienter in gradibus conſanguinitatis vel affinitatis conſtitutione canonica interdictis, aut cum monialibus matrimonialiter contrahere non verentur, necnon religioſos & moniales, aut clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes, ſubjacere excom-municationis ſententiæ ipſo facto; & Prælati circa ejuſdem conſtitutionis publicationem fuerint hactenus negligentes; ſtatuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, ut in ca-thedralibus & parochialibus Eccleſiis, in quatuor anni feſtivitatibus præcipuis, & diebus Domi-nicis totius Quadrageſimæ, dictam Generalis Concilii conſtitutionem faciant publicari.

XI. *De ſecundis nuptiis.*

33. Inter cætera quæ officio Prælatorum incumbunt, hoc præcipuè deſideratur & quæritur, ut ſubditorum, maximè Eccleſiarum rectorum, ignorantia, quæ mater cunctorum er-rorum eſſe dignoſcitur, eorum vigilantiâ propellatur. Sanè quia certo didiſcimus, quòd plerique ſimplices clerici & rectores quandoque per Juris ignorantiam ſecundas nuptias benedicunt, non attendentes, quòd ſacramentum hujuſmodi iterari non licet, & ſic de facili corruunt in errorem; proinde ſtatuimus, quòd Prælati in ſuis diœceſibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, capitula *De ſe-cundis nuptiis minimè benedicendis*, quæ incipiunt: *Capitularium*, &: *Capitulum autem*, ſuper hoc à ſanctis Patribus edita, faciant publicari.

XII. *De Judæis & Sarracenis.*

34. Quia imprævisis jaculis homo ſæpè percutitur, quæ ſi fuiſſent præviſa, vel potuiſſent vitari, vel leviùs ſuſtineri; quibus expedit in proceſſibus initiis opportunis reme-diis ſubveniri, ne ampliùs cum multorum ſcandalo in ſuarum animarum peri-culum damnoſiùs invaleſcant; eapropter deteſtabilem quorundam Chriſtianorum abuſum, qui Hebræos & Sarracenos in infirmitatibus ſuis, & nonnunquam in convaleſcentia, pro ſuorum cor-porum cura advocant, & ab eiſdem medicinas recipiunt; non attendentes ipſorum malitiam, quæ ſub velamine chirurgiæ & medicinę callidè inſidiantur, & nocent populo Chriſtiano; volentes pro viribus exſtirpare; ſtatuimus, ut nullus Chriſtianus, clericus vel laïcus, in infirmitati-bus, vel etiam convaleſcentia, aliquando Sarracenum ſeu Hebræum vocet, ut ab eis medicinam recipiat.

35. Qui verò contra premiſſa, ſeu premiſſorum aliquid attentare prǽſumpſerit, per diœceſa-num, vel ejus vicarium, ab introitu Eccleſiæ & communione fidelium arceatur: & ſi infidelis

fidelis

fidelis filium nutriverit, ſeu lactaverit, vel fidelis infideli ut mancipium famuletur, ſeu familiariter ſcripſerit, in excommunicationis ſententiam ipſo facto incidant.

36. Quoniam Moyſes legislator, prout ſacra narrat hiſtoria, innocentes juſſit, ne appropinquarent tabernaculis peccatorum; ex quo profectò monſtratur, quòd illis infidelibus mentis & corporis non debemos appropinquare conceſſo, quia Deum in ſuis fidelibus provocare multipliciter injuriis non verentur. Sanè ex fide digna fideli inſinuatione percepimus, quòd Judæis, ſive Sarracenis, non ſine gravi divinę majeſtatis offenſa, & Chriſtianorum ſcandalo ſcrupuloſo, domos ad habitandum continuè circa Eccleſias, ipſarumque cœmeteria indecenter conducuntur. Et propter hoc volentes circa pręmiſſa ſalubre remedium adhibere, ſtatuimus, quòd nullus de cætero Hebręus vel Sarracenus, vel quicomque alius à Fide Catholica alienus, in domibus ſeu hoſpitiis Eccleſiæ ipſius, aut cœmeteriis contigois inhabitare preſumat aliqua ratione, nec Chriſtiani eiſdem infidelibus dictas domos conducant, ſeu conduci faciant ullo modo. Alioquin hujuſmodi conducentes ſupradictis infidelibus domos contiguas Eccleſiis vel cœmeteriis, ut eſt dictum, incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto.

XIII. *De raptoribus.*

37. SEcundum utriuſque Juris ſtatuta, animalia quibus aratur terra, & ſemina portantur ad agrum, congrua debent ſecuritate lætari. Iccitcò ſtatuimus, ut laïci injuſtè auctoritate propria prædia, animalia, ſeu alia quæcumque ad hujuſmodi, ſeu alia ruralia officia deputata, pignorare, deprædare, ſeu intervadere injuſtè præſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, donec ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium aſſequi mereantur.

XIV. *De uſuris.*

38. QUoniam nonnulli avaritiæ cauſâ turpia lucra ſectantes, obliti divini præcepti, quo dictum eſt: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, impelli publicè in uſurarum voraginem non verentur, non attendentes, quoniam uſurarum crimen utriuſque Teſtamenti paginâ deteſtatur; ſtatuit hoc ſanctum Concilium, omnes & ſingulos qui de cætero manifeſtè uſuras exercuerint, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Ac ſub obteſtatione divini judicii Prælatos teneri ad faciendum eoſdem uſurarios manifeſtos publicè nunciari excommunicatos per ſuas diœceſes diebus Dominicis & feſtis.

XV. *De ſortilegiis.*

39. FIrmitate ineffabili eſt tenendum, juxta canonica inſtituta, quòd omnis Inquiſitio & omnis conjuratio, quæ à divinis & magicis, vel ipſorum dæmonibus, in idolorum cultum expetitur, mors dicenda potiùs, quam & qui eam ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam damnationem tendunt. Ideo preſenti conſtitutione firmiter inhibemus, ne aliqui ad ſortilegos, maleficos, Incantatores, divinatores, ab eis ſuper ſuis vel aliorum actibus conſilium petere, vel eandem ignominioſam artem quomodolibet exercere præſumant: alioquin contrà facientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Prælati verò, prædicatores verbi Dei, in ſuis ſermonibus auguria diſſuadeant omnibus Chriſtianis.

XVI. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

40. CUm ad neceſſitatem ſalutis pertineat ſacramentorum perceptio, ubi poteſt recipi, & contemptus mortem ingerat animarum; præſenti conſtitutione ſancimus, quòd rectores Eccleſiarum parvulos natos baptizare non negligant, quàm citò commodè fieri poterit, & Infirmis petentibus Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & extremæ-Unctionis ſacramenta præſtare. Alioquin ſi per eorum culpam vel negligentiam ſupradicti deceſſerint ſacramentis hujuſmodi non receptis, eo ipſo presbyter ab officio perpetuò & Beneficio ſit privatus.

41. Cæterùm parochiales presbyteri quater in anno in ſuis Eccleſiis notificare publicè ſint adſtricti, quòd omnes fideles Chriſti tenentur peccata ſua omnia confiteri, & ſuſcipere reverenter, ſaltem in Paſcha, Euchariſtiæ ſacramentum: ad hoc faciendum crebris admonitionibus eos inducant. Quod ſi non fecerint impedimento ceſſante, viventes ſine ſcandalo, * fieri poterit, ad Eccleſiam non admittant, & morientibus denegent Eccleſiaſticam ſepulturam. Sanè parochialibus, qui de plebis cura tenentur Epiſcopis rationem reddere, inhibemus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, ut omnium parochianorum ſuorum nomina in uno libro ſcribere teneantur, ut ſaltem viſitationis tempore poſſint ſuo Epiſcopo intimare illos, qui ſacramenta recipere noluerint, ut per ipſum Epiſcopum arctiùs puniantur. Volumus inſuper & mandamus, ut quicumque parochianus aliàs fuerit infirmatus, mox à proprio viſitetur rectore, & invitetur ab eo ad confeſſionem & pœnitentiam, & ad perceptionem corporis Chriſti, & recipiendam ultimam unctionem, & ad confectionem teſtamenti, ſi viderit expedire.

* Locus corruptus.

42. Cùm

Digitized by Google

42. Cùm non ſolùm pœnitentia verbalis, & præcedente contritione legitima, ſit neceſſaria ad ſalutem animarum, verùm & exterior ſatisfactio, ſi fieri poteſt, eſt neceſſariò adhibenda; ſanè per indulgentias quæ fiunt per Epiſcopos verè pœnitentibus & confeſſis, pœnitentia quampluriter enervatur, & humana fragilitas ad peccandum ſemper prona facilè labitur ad delicta, cùm & juſtus ſepties cadat in die; iccircò remedia aliqua ſunt adhibenda, quibus mediantibus animæ non * parcant, ſed à morte convaleſcant; de communi conſilio & aſſenſu omnium in ſancto Provinciali Concilio præſentium, præſenti decreto duximus ſtatuendum, ut Metropolitani Eccleſiæ Compoſtellanæ, quoties viderint expedire, ſuis propriis, & ſuorum ſuffraganeorum ſubditis, duodecim quadragenas Indulgentiarum poſſint confeſſis * verè petentibus indulgere. Et hoc idem per omnia in quolibet Compoſtellanæ Eccleſiæ ſuffraganeo volumus obſervari.

* *F.* Non pereant.

* *F.* Verè pœnitentibus.

XVII *De ſententia excommunicationis.*

43. Cum medicinalis excommunicationis ſagitta ſanatorum adhibeatur vulneribus, ac in peccatis plaga pià perſecutione ſanetur, ut poſt remedia ſalutis obtenta illi admittantur intra maternæ viſcera pietatis, qui exigentibus ſuis culpis ab eiſdem fuerant longiùs ſeparati; ſanè non ſine mentis turbatione referimus, quòd iniquitatis filii, & Beelzebub, * charitate inſigni, excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti, ſeu anathematis ſententias, quæ pro corrigendis exceſſibus à Prælatis Eccleſiarum contra rebelles, & inobedientes, vel aliter incorrigibiles promulgantur, per ſe vel per alios impediunt ne prodeant in publicum, quare crimina impunita remanent, dum cenſuræ Eccleſiaſticæ non paretur. Quapropter præſenti decernimus ſanctione, omnes & ſingulos utriuſque ſexus, qui potenter & malitioſè ſententias Prælatorum provinciæ Compoſtellanæ contra ſuos ſubditos latas, per ſe vel per alium ne publicentur impedierint, excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

* Locus corruptus.

44. Nimiam cauſſam ignorantiæ præcidere volentes, ſtatuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quòd Epiſcopi ſanctæ Compoſtellanæ Eccleſiæ ſuffraganei ſupradictas conſtitutiones infra unius menſis ſpatium ſub ſigillo noſtro habeant illas; quas in prima ſequenti Synodo, & deinde in ſuis Synodis annuatim, faciant publicari.

45. Lectæ & publicatæ fuerunt ſupradictæ conſtitutiones in Eccleſia Cathedrali civitatis Salmanticæ xxiv. die menſis Maji, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, præſentibus ſic ſupradicto reverendo Patre & domino D. Joanne Archiepiſcopo Compoſtellano, ac etiam dominis Laurentio Salmantino, * reverendo S. Lamecen. Eccleſiarum Epiſcopis. Ac etiam Petro Didaci de Fraſtamara .... de Regina, Joanne Sancii de Cerrato, Didaco Lupi de Ledeſma, Sancio Lupi de Majarcho, & Belaſco major procurator domini Epiſcopi * Elbren. & multis aliis, tam clericis quam laïcis, probis viris.

* Locus mutilus. Videntur deeſſe cæteri Epiſcopi.

46. Et ego Ferdinandus Gundiſalvi de Caldas, portionarius Compoſtellanus * publicus Eccleſiæ, Apoſtolica auctoritate lectioni & publicationi ſupradictarum conſtitutionum præſens fui; & ſcribi feci, & mandato ſupraſcriptorum dominorum Archiepiſcopi & Epiſcoporum me ſubſcripſi cum ſolito ſigno meo. Et ad majorem certitudinem mandavit dictus dominus Archiepiſcopus dictas conſtitutiones ſigilli ſui munimine roborari.

* *Fortè deeſt* Notarius.

NOTA D. MABILLONIS.

47. D*Ei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ.*] Epiſcopi olim non ſolùm *divina miſeratione*, ſeu *divinæ pietatis gratia largiente*, ſimilibuſque modis, ſed etiam *Apoſtolicæ Sedis gratiâ* Epiſcopos dudum ſe ferebant. In his primum invenio Eberhardum Bambergenſem Epiſcopum, qui in literis ad Eugenium III. ſe dicit Epiſcopum *divina & Apoſtolica miſeratione*, apud Gretſerum *De vita Sancti Willibaldi*. Aliud profert exemplum eruditiſſimus Freſnius in ſuo Gloſſario, nempe Johannis Lingonenſis, anno MCCCXXVIII. Epiſcopum *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ* ſe profitentis. Addo Johannem Nannetenſem, qui in Synodo Nannetenſi, quam legi in Ms. Codice V. Cl. Emerici Bigotii, eundem titulum ſumit anno MCCCLXXXIX. Et ante eum Theodericus Metenſis Antiſtes in literis Gallicis anni MCCCLXXXI. Denique Radulphus ejuſdem ſedis Epiſcopus anno MCD. in literis ſuis item Gallicis, utriſque ineditis. Ante omnes rem attigit Goffridus Vindocinenſis, Epiſcopum * Carnotenſem monens, ne brachia erigat contra Apoſtolicę Sedis benignitatem, *quæ vos* (inquit) *& nos creavit, non noſtris meritis, ſed ſuâ gratiâ.* MABILLONIUS *De re diplomat.* lib. 2. cap. 2. pag. 64.

* Goffrid. lib. 2. epiſt. 27.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIONES SYNODALES ECCLESIÆ HELENENSIS

Ab ann. MCCCXXXV uſque ad MCCCLXXV.

Conſtitutiones Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXXXV.

Frater Guido miſeratione divina Epiſcopus Helenenſis, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, tam perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus videlicet & religioſis, quàm perſonis laïcalibus, cujuſcumque conditionis, dignitatis, vel ſtatûs fuerint, per civitatem & diœceſem noſtram Helenenſem conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam.

1. Quoniam ex certo didicimos multa hîc gravia, molta crimina, exceſſibus crebris exercuiſſe, à quibus, per ſanctiones canonicas, vel conſtitutiones noſtras ſynodales compeſci queunt, dignum doximus ſuper hoc tam per appoſitionem pœnæ, qoàm aliàs ſalubriter providere.

2. Nos igitur conſtitutiones infraſcriptas, quas de conſilio & aſſenſu venerabilis capituli noſtri Helenenſis duximus ſtatuendas, in hac præſenti Synodo noſtra hodie publicari mandamus, & ipſas aliis conſtitutionibus ſynodalibus prædeceſſorum noſtrorum adjungendas, & poſt illas in libro ſynodalium conſtitutionum inſerendas: quas decernimus & volumus per nos, & noſtrûm quemlibet, & per totum Epiſcopatum noſtrum, habendas, tenendas, & per omnia obſervandas. Datum & publicatum in Eccleſia noſtra Helenenſi, in plena Synodo, XXVII. die menſis Aprilis, anno Domini MCCCXXXV.

I. *Dejerantes in judicio, vel extrà, in perhibendo teſtimonio, & inducentes, ſint ipſo facto excommunicati.*

3. Cum experientia nos docuerit, quòd nonnulli in diœceſi noſtra, famæ prodigi, & ſalutis ſuæ immemores, & in læſionem proximi, tam in judicio, quàm aliàs, teſtimonium faciendo dejerant, & quod deterius eſt, quamplurimi ad dejerandum ſuper iis alios pretio, vel precibus, ſeu aliàs corrumpunt etiam, vel inducunt; hominumque ſubcreſcente malitia, morbus iſte adeò crevit, quòd vix hodie quin per partes in judicio, vel teſtes teſtimonium perhibendo, perjurium incurratur; nos volentes, quantum nobis eſt poſſibile, perjuriis hujuſmodi viam præcludere, ac ſaluti animarum providere; ideo hac conſtitutione noſtra in perpetuum valitura ordinamus, decernimus, & ſtatuimus, quòd ſi quis, vel ſi qua de cætero in civitate & diœceſi noſtra Helenenſi, cujuſcumque conditionis, dignitatis, vel ordinis fuerit, in judicio, vel extrà, ſcienter falſum juraverit perhibendo teſtimonium, pro aliquo, vel aliquibus, corruptus, vel aliàs, falſum depoſuerit; necnon, & quòd ſi quis, vel ſi qua ex nuoc aliquem, vel aliquos per corruptionem, ſubornationem, vel aliàs duxerit ad dejerandum, in caſibus ſupradictis ſuper conſtitutionem noſtram incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto. A qua quidem ſententia excommunicationis, & à perjurio prædicto nullus poſſit abſolvi, præterquam in mortis articulo, niſi per nos vel ſucceſſores noſtros, vel abſque commiſſione noſtra ſuper hoc habita ſpeciali, & facta etiam priùs inde competenti emenda parti læſæ, & Eccleſiæ quam contempſit.

II. *De moderatione ſententiæ excommunicationis latæ dudum contra clericos ludentes ad taxillos.*

4. Item cùm in conſtitutione noſtra ſynodali per prædeceſſores noſtros facta, caveatur expreſſè, quòd clerici ludentes ad taxillos, vel ſcaquetos, ſint ipſo facto excommunicati; qoia ex conſtitutione hujuſmodi reperimus plurimos ſcandalizari, ac ſuper ipſa moderanda ſæpiùs & inſtanter fuerimus requiſiti; volentes etiam evitare periculum animarum; ideo ex prædicta hac conſtitutione preſenti io perpetuum valitura ordinamus, & moderando ſtatuimus, ac conſtitutionem ipſam modificantes, eam extendi volumus dumtaxat ad clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, & ad beneficiatos, & Beneficia ſeu officia Eccleſiaſtica obtinentes, etiamſi fuerint in tonſura clericali, vel in quatuor minoribus ordinibus conſtituti, nec non ad religioſos etiam quoſcumque in civitate & diœceſi noſtra exiſtentes.

III. *De modificatione ſententiæ excommunicationis latæ dudum contra rectores non portantes ad Synodum conſtitutiones.*

5. Item cùm in quadam alia conſtitutione ſynodali per prædeceſſores noſtros facta cautum ſit, quòd univerſi rectores & curati Eccle-

Eccleſiarum civitatis & diœceſis noſtræ Helenenſis habeant, & habere teneantur omnes conſtitutiones noſtras ſynodales ſecum, & in ſuis Eccleſiis perfectè, & completè, & quòd ſingulis annis, cùm venerint ad Eccleſiam noſtram Helenenſem, teneantur portare in manibus conſtitutiones prædictas ſynodales, & in ipſa Synodo tenere in ſuis manibus, & habere: alioquin, quòd incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto; quia tamen ex hoc proveniunt quamplurima pericula animarum, volentes conſtitutionem prædictam in parte moderari, ideò ipſam modificantes decernimus & ſtatuimus, quòd ſententia excommunicationis prædicta non intelligatur, nec extendi eam volumus, quoad non portandas ad Synodum conſtitutiones prædictas; ita quòd ſi etiam eas non portaverint ad Synodum, non incurrant ſententiam prædictam. Ipſam tamen ſententiam excommunicationis quoad alia perdurare mandamus; videlicet quoad non habentes penes ſe conſtitutiones ipſas, ut prædicitur, integrè & completè. Alioquin quòd ipſo facto excommunicationis prædictæ juxta conſtitutionem præmiſſam incurrant ſententiam ipſo facto.

IV. *Decretalis domini Joannis Papæ XXII. De pœnitentiis & remiſſionibus.*

6. Licèt ad compeſcendas à ſuis abuſionibus eleemoſynarum quæſtores manifeſta ſatis à prædeceſſoribus noſtris manaverint inſtituta; quia tamen adhuc effrænatam eorum fraudulentiam creſcere magis accepimus, quàm ceſſare; nos jam proviſis remediis fortiora jungentes, de conſilio fratrum noſtrorum ſtatuimus, ut ſi quis eorundem quæſtorum ultra contenta in literis Apoſtolicis, vel Epiſcopalibus, quas portaverint, & ſine quibus nullatenus debeant admitti, aliquid proponere populo quocunque modo præſumpſerint, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, ad quæſtoris officium nunquam ulteriùs admittendi. Et nihilominus, ſi religioſi aut clerici fuerint, loci diœceſano, cui hoc intimare tenebitur rector Eccleſiæ, in qua, ſeu in cujus parochia id contigerit, illos pro tempore, de quo ſibi videbitur pœna puniat carcerali, nullo in hoc eis exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante. Si verò fuerint laïci, dominus temporalis, cùm ad denunciationem rectoris, ſeu alius de hoc certificatus fuerit, vel ordinatus, ubi punitio talium ad eum de conſuetudine pertinuerit, illos taliter puniat, quòd inde alii meritò terreantur.

7. Verùm ſi rector, aut ubi rector non erit, vicarius perpetuus, ſeu temporalis, exceſſum hujuſmodi Ordinario, ut præmittitur, vel domino temporali ſignificare neglexerit, aut ſi taliter excedentem quæſtorem poſtmodum ad officium illud admiſerit; eo præſertim caſu, in quo corruptionem aliquam ſuper hoc intervenisse conſtabit; ſic acerbè per Ordinarium puniatur, quòd pœna illius tranſeat aliis in exemplum. Porrò Epiſcopi in Synodis ſuis publicare præmiſſa, & circa plenam eorum obſervantiam ſuos informare ſubditos non omittant.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXXXVII.

Frater Guido miſeratione divina Epiſc. Helenenſis, univerſis, clero ſæculari & regulari noſtræ diœceſis, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.

8. Quaſdam dudum ex cauſſis emergentibus, quibus per jam factas à nobis remedium adhiberi non poterat, hos conſtitutiones meminimus ediſiſſe. Cùm verò nec per has, nec per illas per prædeceſſores noſtros factas adhuc valeat quorundam malignantium nequitiis provideri; cum conſilio venerabilis Capituli noſtri Helenenſis, iis quantum poſſumus obviare volentes, conſtitutiones editas ſuper iis I. die menſis Maji an. Dom. MCCCXXXVII. in plena Synodo duximus publicandas, quas addi & inſeri aliis conſtitutionibus volumus, & per vos inviolabiliter obſervari.

I. *Ne quis veſtibus, ſeu cæteris ornamentis Eccleſiæ utatur, niſi ab Epiſcopo fuerint benedicta vel conſecrata.*

9. Nam inquit Apoſtolus: Quæritur inter diſpenſatores Chriſti, ut fidelis quis inveniatur; & in eis exſpectanda ſit fides, quæ promiſſa integrè & veritatem in moribus obſervat, abundantiùs exigitur fides quæ corda purificat, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, nec Chriſti membrum eſt, quantò minus diſpenſator fidelis miniſteriorum. Juſtus quippe fide vivit in Chriſto, per quam dilectione operante idoneos fecit miniſtros novi Teſtamenti; in quo pertranſeunte umbra legis, ac rejectis vetuſtis, & ſignificantibus ſacramentis, Apoſtolorum tuba, & fide populorum jam everſum templum figuratum, vel ut Hierico poſt oblatum verum Chriſti ſacrificium, ipſa nova ſponſa Eccleſia, non literâ ſed ſpiritu, Deum contemplans, gaudet in ſponſo, qui non egena & vacua, ſed virtute & gratia uberrima, & efficacia novâ inſtituit ſacramenta, quæ per idoneos miniſtros Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, ac ſeptuaginta duos, & qui eis ſuccederent, voluit confici, & debitâ reverentiâ ſanctificationis munere conſecrari. Irreverenter igitur, nec ſincera fide corpus Domini contractant, aut contractari faciunt illi, qui ſine conſecratis ornamentis ſanctum ſanctorum conficiunt, offerre præſumunt, aut hujus præſumptionis auctores exiſtunt.

10. Ut ſunt qui nudati conſecrationis dono, quaſi cum his quos terra abſorbuit, alienum ignem offerentes, calices, ſacerdotalia, & aliorum Eccleſiaſticorum ordinum veſtimenta, aliaque ſacri altaris ornamenta, ſanctificare, & con-

& conſecrare ex ſupercilio ſuperbiæ audent; cùm auctoritatis officio nequeant, non conſecrati. Hi quippe non ſanctificant, non conſecrant, ſed fingunt & polluunt conſecranda. Munus enim conſecrationis non habentes, dare non poſſunt. Et ſic eorum delicto, contra Eccleſiaſtica inſtituta, corpus & ſanguis Domini abſque ſacratis vaſibus, veſtibus, & ornamentis, ſine debito honore & reverentia conſecratur.

11. Forma benedicendi prædicta, quæ talis eſt: *Hæc ornamenta benedicere & conſecrare digneris*, miniſterium ſibi demonſtrat, ut videlicet ſit Epiſcopus conſecratus, & non alius qui non eſt conſecratus, chriſmate delibutus. Unde talium non conſecratorum pollutis manibus profanantur, & non ſanctificantur, aut conſecrantur Eccleſiaſtica ornamenta. Immo talium ſanctificationi Dominus maledixit; qui per Prophetam talibus ait: *Maledicam benedictionibus veſtris*.

12. Ceſſet ergo ſuperbia Moab, quæ in cœlum ſublimitatis, & auctoritatis Epiſcopalis per uſurpationem nimium aſcendere conatur, cum illo præſumens, qui ait in corde ſuo: In cœlum Eccleſiaſticæ dignitatis aſcendam ſuper aſtra cœli; quia ſuper auctoritatem Epiſcopalem exaltabo ſolium meum, & aſcendam ſuper altitudinem nubium: quia ad faſtigium Apoſtolorum, qui ut nubes volant, & ambit ſimul fieri altiſſimo ſtatui Eccleſiæ, dum ea quæ ſunt Epiſcopalis ordinis uſurpare contendit inferior propria temeritate. Utinam iſti adverterent & formidarent caſum illorum, qui quod erat filiorum Aaron Pontificis præſumpſere. Nonne Ozias uſurpans quod erat filiorum Aaron in officio incenſi, qui reprehenſos ab Azaria ſummo ſacerdote dicente: *Non eſt tui officii, Ozia, ſed filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hu uſmodi miniſterium. Egredere de ſanctuario, ne contempſeris*. Ad cujus verba non emollitus, ſed induratus, dum non conſecratus præſumeret conſecrationis officium uſurpare, leprâ percuſſus eſt.

13. Cujus exemplo paveant non conſecrati, quæ ſunt conſecrati ordinis exercere: quorum culpam non minuit, ſed auget conſuetudo, aut diuturnitas temporis, niſi Sedis Apoſtolicæ privilegio tueantur. Abſit equidem à viris, quorum eſt peccata plangere, culpam augere, aut contra modeſtiam Fidei & religionis pietatem pertinacibus verbis, aut factis aſſerere licere non conſecratis agere, ſeu munus impendere conſecrationis. Nos ergo huic peſtifero morbo occurrere ſalubriter volentes, & ne ampliùs error, ſive malitia ampliùs ſerpat in nimiam irreverentiam ſacramenti altaris, & Eccleſiæ contemptum, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub anathemate maledictionis æternæ præcipimus, quòd nullus in noſtra diœceſi audeat vaſa, aut calices, veſtes Eccleſiaſtici ordinis, cæteraque altarium ornamenta, ſanctificare aut conſecrare. Et etiam quòd nullus ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus, & minorum ordinum miniſter, in ſuis officiis talibus, ut præmiſſum eſt, non ſanctificatis, nec conſecratis, ſed potiùs profanatis, utatur. Et quicumque cujuſcumque conditionis exiſtat, contra præmiſſa, vel alterum eorum fecerit ſcienter, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto: à qua abſolvi non poſſit niſi per nos, aut per eos, quibus hoc duxerimus ſpecialiter committendum.

II. *Ut operarii in fine anni coram rectore eorum, & conſulibus, teneantur de eorum adminiſtratione reddere rationem, & reliqua reſtituere infra duos menſes.*

14. Quorundam quidem ſacrilega aviditas rapiendi, quæ Deo & Sanctis in Eccleſiarum operibus offert pia fidelium devotio, exigit, ut quos à malo non retrahit Dei timor filialis, compeſcat ſervilis in pœnis; & quemadmodum merito & affectu devotionis fidelium non junguntur, ita à fidelium communione & cœtu fiant per Eccleſiam, & à ſacramentis ipſius, cujus non habent reverentiam, alieni ſicque quaſi de paradiſo ejecti, erubeſcant gratiæ nuditate, quos verò non retrahit honor unctionis, retrahat erubeſcentia ejectionis ab Eccleſiaſtica unitate. Sunt ſanè in multis noſtræ diœceſis Eccleſiis vocati operarii Eccleſiarum, quos fideli relatione earum novimus potiùs deſtructores.

15. Nam quę oblata Deo, & Sanctis ad ipſorum manus rapaces deveniunt, rapiunt, ſibi appropriant, & in ſæculares uſus proprios, vel alios convertunt ſua, & plerumque aliorumque plura locorum, conſulum, ac dominorum, aut communitatum, cæcante cupiditate & deteſtabili temeritate. Hi omnes, qui de Eccleſia tollunt eidem piè collata, Judæ proditori furi loculorum Chriſti ſacrilego comparantur. Iſtorum ergo cupiditatis perverſam nequitiã exſtirpare cupientes, ſtatuimus cum conſilio noſtri capituli, & ordinamus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus ſub excommunicationis pœna, quòd quilibet operarius Eccleſiæ omni anno ſemel in præſentia rectoris Eccleſiæ, conſulum villæ aut parochiæ, aut trium vel quatuor proborum hominum illius parochiæ, de receptis pro opere, & adminiſtratis, per eundem legale computum & fidelem rationem reddere, & quod ſuperfuerit de receptis, ad utilitatem Eccleſię per ſe, ſeu per ſucceſſores ſuos operarios vel operarium ponere, de rectoris Eccleſię, conſulum, & aliorum proborum hominum trium vel quatuor illius parochiæ conſilio, teneatur.

16. Et quicumque prædicta neglexerit, aut complere, ut præcipimus, contumaciter contempſerit, per rectorem Eccleſiæ, ſeu alios legitimè requiſitus & monitus, excommunicationis ſententiæ ſubjaceat ipſo facto. Cui ſententiæ ſubjacere volumus omnes, qui contra noſtram ordinationem & præceptum conſilium præbuerint aut favorem, necnon & omnes illos, qui hactenus operarii fuerint, vel hæredes eorum, detinentes bona operi Eccleſiæ legata, & eos qui ab operariis aliqua de dictis bonis receperint

vel

vel hæredes eorum, ſi non ſolverint, & reſtituerint operi Eccleſiæ data, aut relicta per eos recepta, poſtquam hæc noſtra ordinatio eis publicata fuerit, ſi non paruerit infra duos menſes: infra quod tempus etiam eos qui jam operarii fuerunt, ſi poſtquam per rectores Eccleſiarum requiſiti fuerint, recuſaverint de acceptis, & adminiſtratis rationem, & computum reddere, volumus eidem ſententiæ ſubjacere.

17. Et præcipimus Eccleſiarum rectoribus, eorumque loca tenentibus, quòd cum exacta diligentia prædictorum rationem & computum exigere non omittant, ſcientes quòd in iis tepidos aut negligentes rigidè puniemus: ipſique operarios Eccleſiarum requirant, & moneant, quòd vaſa, ornamenta, & libros fieri faciant, campanas, & cætera Eccleſiis per eos fienda, & neceſſaria fieri procurent, prout fuerit neceſſarium & opportunum. Quod niſi compleverint, contra ipſos rectores, aut loca eorum tenentes, efficaciter procedemus.

III. *Ne clerici vel monachi, ſeu alii religioſi venentur venatione à Jure prohibita.*

18. Quemadmodum Nembrot venator contra Dominum deſcribitur, ſic contra Dei beneplacitum, & Eccleſiaſticum ſtatum noſcitur clericos aut monachos venatores fieri, & venationis prohibitæ Jure venandi ſe exercitio potiùs quàm divino officio occupare. Abſonum valdè exiſtit eos cum Petro piſcatores hominum electos, ſe captores conſtituant beſtiarum. Et qui recolligere ſe intra valvas Eccleſiæ obligârunt, ut voces emittant laudes Domino decantantes, ſuo nimium voto & ſtatui obſiſtunt, dum vocem emittunt canum aures incitando, qui deberent aures præcordiorum humanorum ad devotionis & compunctionis affectum populi mulcere, ac ad audiendum divina verba, tanquam in tympano & choro, in decachordo, pſalterio, & cithara, ac melodia ſpiritualis organi dulciter inclinare.

19. Sed (proh dolor!) quorum vox clara audienda eſſet in Ephratha, domo ſcilicet ſacramentali, quæ eſt Eccleſia, tam in Miſſa, quàm cæteris horis, invenitur in campis ſylvę: & in templo Dei non auditur, rauceſcens præ clamore poſt veſtigia ferarum, avium, & brutorum. Vagantque ac diſcurrunt per nemorum devia, & præcipitia abruptorum, relinquntque divina officia, & limina Eccleſiarum; periclitantur quoque in vita, occurrentibus multis periculis, tam corporum quàm etiam animarum. Nemo novit ſi venator, dum telum aut ſagittam ad detinendam venaticam capturam emittit, hominem percutiat & cædat, ut venatori Nembrot inde damnato dicitur contigiſſe. Venari quoque dedecet monachalem & regularem ſtatum. Patens eſt cuique, ſi ſanum habeat oculum, intellectus. Eis enim lugendi ac divino ſervitio inſiſtendi officium appropriatur. Releganda eſt ergo ab ipſis laſciviæ & diſſolutionis materia, ac vani diſcurſus exitus cauſſa omnis.

20. Illos quippe religari oportet, qui religionis aſtricti ſunt vinculis, ne vago diſcurſu diſſolvantur; cùm extra monaſterium vivere non poſſit monachus aut regularis, ſicut nec piſcis ſine aqua, ut ſanctorum aſſerunt documenta. Deteſtandam igitur clericis & monachis venationis artem, inimicam ipſorum ſtatui, ab ipſis longè fieri. Et fugandam interdicere cupientes, cum conſilio noſtri capituli ſtatuimus, & præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus clericis Eccleſiaſtica beneficia obtinentibus, necnon omnibus monachis, cæteriſque regularibus, quòd nullus eorum venari audeat aut venationi, ſcilicet à Jure prohibitæ, ſe occupet; quod interdicimus & vetamos.

21. Et quicumque clericorum Beneficia obtinentium, & monachorum regularium deinceps poſt publicationem noſtræ præſentis ordinationis venari venatione à Jure prohibita contra noſtrum edictum præſumpſerit, noſtrique ſtatuti violator extiterit, contra eum, cujuſcumque ſtatus exiſtat, ad exſecutionem pœnarum à Jure contra tales impoſitarum, & aliàs contra eos procedemus, quantum poterimus, juxta ſacrorum Canonum ſanctiones.

IV. *Ne laïci contrectent Eccleſiarum ornamenta, nec tenere claves audeant armariorum, ſeu thecarum, in quibus reliquię Sanctorum, & ſacra ornamenta Eccleſiæ recondantur.*

22. Veteris legis mandato prohibitum novimus, ſacra, ſive in vaſis, ſive in veſtimentis, aut aliis divino cultui dedicatis, niſi per levitas & ſacerdotes, cùm mundi eſſe ac ſancti teneantur qui vaſa contingunt Domini, ut per hoc in Novo Teſtamento ſignificari intelligatur non licere aliis, quàm perſonis Eccleſiaſticis, & ſacris ordinibus conſignatis, ſacra pertractare ſeu tangere vaſa, aut ornamenta laïcorum cuſtodiæ deputari. Unde horum cuſtodia eſt juxta ſacrorum Canonum ſanctionem inter Eccleſiaſtica officia ſacriſtæ, qui ſacra tenens dicitur, officio deputata. Et ne laïcorum manibus contrectentur, ad lotionem ſacrorum linteaminum & corporalium ſubdiaconi eliguntur: qui dum ordinantur, edocentur, quòd in alio vaſe debent lavari altaris linteamina, & in alio corporales pallæ. Per quod datur intelligi, quòd à non ordinatis non debent ſacra altaris contingi, quantò minùs à laïcis. Abuſus ſanè contra ſacrorum Canonum inſtituta noſcitur, & rectæ rationi obvium, ſacra committi manibus laïcorum.

23. Quem abuſum cum cordis diſplicentia percipimus in multis locis diœceſis noſtræ invaleſcere, & quod in fide periculoſius eſt, apertâ contumaciâ hoc illicitum, & ſanctorum decretis, ac ſummorum Pontificum inſtitutis adverſum, licitum à laïcis aſſeveratur. Unde huic peſti & pernicioſo nimium auſui obviare volentes, ne ſchiſma contra Eccleſiam pariat, aut con-

Digitized by Google

contra Fidem hæreſim, & ut ſacra debito venerentur honore; in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub anathemate maledictionis æternæ præcipimus & mandamus, quatenus nullus laïcus cuſtodire aut contractare præſumat calices, ſanctorum reliquias, ſacras veſtes, & alia benedicta & ſanctificata ornamenta Eccleſiaſtica, ſeu claves thecarum, armariorum, vel aliarum cuſtodiarum, in quibus reponuntur, ſacriſtæ cujuslibet Eccleſiæ, ſi ibi fuerit, aut rectoribus Eccleſiarum tradere, immo veriùs eis reddere, tanquam jure ipſis debitas, teneantur.

24. Et ad hoc, præter miſſa, nos inducunt plurimorum proborum ſacerdotum clamores: quorum certa aſſertione didicimus, quòd frequentiùs à Miſſarum celebratione impediuntur, dum laïcis ſacrorum vaſorum aut veſtimentorum cuſtodiam uſurpantibus, circa ſæcularia negotia occupatis, & ab Eccleſia diſtantiùs ſemotis, vaſa aut veſtes ſacras habere non poſſunt, aut alia neceſſaria ad celebrandum. Et hoc nos vidimus contingere non eſt diu.

25. Providemus quoque circa hoc, ad ſecuram vaſorum & veſtimentorum, aliorumque ornamentorum cuſtodiam, quòd ſacriſtæ Eccleſiarum, ſi ibi fuerint, aut earum rectores, dum cuſtodiæ præfatæ claves recipiant, omnia ſub inventario publico recipiant, cum expreſſa obligatione fidelis cuſtodiæ: ut ſi quid ex eis per ipſorum incuriam, deſidiam, ſeu negligentiam, amiſſum ſeu perditum fuerit, reſtituere pleniùs ſe noverint, & ad hoc rigidè compellendos.

26. Ceſſet ergo à fidelibus laïcis præſumpta temeritas, & obedienter obtemperent ſalubribus monitis. Faciant quod eis convenit, & humiliter ac promptè ſacrorum vaſorum, veſtium, & ornamentorum, ut prædictum eſt, cuſtodiam, ut cuſtodiæ claves deferant, nec uſurpent; ſed tradant & reddant ſacriſtis, aut rectoribus Eccleſiarum, juxta præmiſſa: quas dicti ſacriſtæ, ſeu rectores, ſub pœna inſraſcripta exigere & recipere habeant infra menſem à quibuſcumque eaſdem detinentibus.

27. Quòd ſi à die publicationis hujus noſtri ſalubris mandati infra menſem non fecerint prædicta, & non paruerint; omnes & ſinguli, tam cuſtodiæ & clavium, ſeu vaſorum, veſtium, & ornamentorum Eccleſiaſticorum uſurpatores & detentores, eiſque in hoc conſentientes, conſilium dantes, auxilium & favorem, incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, & tamdiu denuncientur excommunicati per ſacriſtas ſeu rectores eorum, donec plenè ſatisfecerint in præmiſſis, & à nobis habere meruerint beneficium abſolutionis.

V. *Ut domus leproſorum reparentur, & in ſtatum debitum cum eorum bonis reducantur, & commendatores in dictis domibus apponantur.*

28. EXpedit namque cunctis, lepræ infectionem *, leproſos ſeorſum à ſanis habitationem & domos habere. Unde extra caſtra in lege veteri ponebantur. Maria quippe ſoror Moyſi in fratrem murmuris culpâ, percuſſa divinitus lepræ morbo, extra caſtra ſanorum morari ſtatuitur, donec meruit germani precibus beneficium ſanitatis. Et quemadmodum extra ſanorum habitacula eis paſtum, & vitæ neceſſaria, domos, lectos, ac cætera, quibus ad ſui ſuſtentationem egent, tribuere pietatis opus eſt, cùm per hoc tam ſanis, quàm ægris miſericorditer & piè ſuccurratur; ita crudelitatis eſt illis domos ac poſſeſſiones auferre, quas piorum liberalitas eis contulit, & victûs neceſſaria denegare.

29. Horum impietatis duritiem in divite exprobrat Dominus, qui pauperi non ſuccurrit etiam de miçis quæ cadebant de menſa ejus, cujus ulcera canes lingebant. Sed audiant quia dives mortuus eſt, & ſepultus immiſericors ſine miſericordia, qui miſericordiam non impendit. Velit utinam quiſque proximo fieri quod & ſibi. Et ſi quis hodie dives & ſanus eſt, neſcit quid ei continget circa corpus proprium, atque quia repentè Dominus etiam juſtos percutit, & medetur. Nonne Job ſanctus citò divitiis denudatus, plagâ percuſſus, ſedens in ſterquilinio, teſtâ ſaniem radebat?

30. Nemo igitur in divitiis, aut ſanitate confidat; ſed timeat divinum judicium cum tremore, cupiatque miſereri proximo leprâ percuſſo, ſicut vellet miſericordiam ſibi fieri, ſi id idem ei accideret; cujus ignarus an ei eveniat quod & illi. Hoc enim crudelitatis vitium meretur divina manu percuti, ut in eo pœnam ſentiat diem ultionis in quo peccat. Iſtud nempe impietatis malum cum triſtitia & animi amaritudine ad luctum provocantes, in quibuſdam communitatibus, & villis noſtræ diœceſis reperimus, in quibus nedum domos leproſis non ædificant, immo conſtructas, & poſſeſſiones illis priorum miſericordium pietate largitas immiſericordes abſtulerunt, & ſibi appropriârunt; aut ſub certo cenſu ad profanos uſus, cupiditatis igne æſtuantes, crudeliter, quæ ad pietatis opera collata fuerant, converterunt.

31. Nos ergo tantæ crudelitatis & impietatis ſcelus non ferentes, ac verentes, ne accendatur ſuper hoc conſumentes ignis iræ Dei, cujus domûs zelus nos corrodit; ad extirpandum tantam crudelitatis perniciem convertimus toto niſu aciem noſtræ mentis. Ea propter in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub anathemate æternæ maledictionis, cum conſilio noſtri capituli ſtatuimus, & præcipimus cuilibet, & ſingulis villarum & communitatum dominis, rectoribus, officialibus, conſulibus, operariis, nec non & illis qui domos & poſſeſſiones, quæ olim fuerunt leproſorum, & quorum leproſorum ſunt juris, immo in eis Eccleſiæ eſſe dignoſcuntur dicta, domos dirutas ſuis ſumptibus plenè reædificent, & eas cum poſſeſſionibus reſtituant cum receptis commendatori inibi appoſito, vel apponendo loco & nomine leproſorum; ſic quòd cum leproſi ad dicta loca devenerint, vel ſteterint,

rint, eis de ipſis bonis convenienter ſeu debitè provideatur.

32. Quicumque verò huic noſtro ſalubri mandato contumaces fuerint aut rebelles, & prædictâ à die publicationis hujus noſtri præcepti uſque annum non compleverint, reædificando & reſtituendo, ut præmiſſum eſt; contra eos procedemus, ut erit juris & rationis. Eccleſiarum quoque prædictorum locorum rectoribus, vel eorum loca tenentibus diſtrictè præcipimus ſub pœna excommunicationis, quòd hoc noſtrum ſtatutum publicent in ſuis Eccleſiis ſolemniter. Nos quoque providebimus unicuique domui leproſorum de bona & idonea perſona, ut domos gubernet, & prudenter regat, ac provideat neceſſitatibus infirmorum, prout opus fuerit unicuique eorum, & ſuppetent facultates; niſi aliàs in locis ipſius conſuetum fuerit per conſules, vel alios idoneam perſonam nobis præſentari, quorum benignè præſentationem in eo caſu favorabiliter admittemus.

VI. *Ut clerici curati, ſeu ſacerdotale Beneficium obtinentes, à ſuis Beneficiis non diſcedant ultra menſem, ſine cauſſa neceſſaria ſeu evidenti, abſque licentia domini noſtri Epiſcopi ſpeciali.*

33. Paſtorali curæ nimium noxia eſt paſtoralis abſentia, quâ dominicus grex deſeritur, mercenarius cujus non ſunt oves propriæ ſuperinducitur, patet lupis aditus ad diſpergendum & mactandum, dum mercenarii fuga cernitur. Hinc quòd plangit Propheta evenit: quia paſtores ſe ipſos paſcunt in montibus, & ſuper eminentiis Eccleſiæ, & non paſtæ oves, famę ſpiritualis alimoniæ marceſcunt. Dumque parvuli petunt panem divini verbi, in quo maximè vivit homo, non inveniunt qui doceat & frangat gladio prædicationis, & doctrinæ prædicatione ſalutari. Doctoris abſentis quippe vox rauceſcit, & præ diſtantia non auditur. Sicque indoctus grex oberrare cogitur per vias non bonas, viam Domini deſerendo, dum abeſt dux & paſtor, & mercenarius cæcus plerumque cæcos, & ignaros in præcipitium docit. Tunc ad ſacramenta Chriſti non ſic ſervet devotio quæ manus contractat & exhibet aliena. Nec probabile eſt quòd conductitius, qui viliori foro quæritur, æquetur rectoris proprii ſufficientiæ, qui exactâ diligentiâ præficitur in paſtorem: ipſeque pater majori, & ferventiori affectu ferri præſumitur, & ampliori ſolicitudine circa profectum filiorum, quàm conductitius & mercenarius alienorum. Oves quoque obedientiùs vocem proprii paſtoris audiunt, quàm alterius, cujus non ſunt propriæ: ut quoad hoc proprius curatus magis intendens fructui & ſaluti ſubditorum alieno in aliis ſufficientiori, puta literis & ſcientia, meritò præferatur. Et cùm abeſt presbyter curatus, Eccleſiæ ac domus ruunt; nec cura eſt mercenario reficere ſarta tecta, qui magis vult burſale lucrum & repoſita colligere, ruentia reparare negatur, quando non eſt proprius presbyter, quem oportet eſſe, teſte Apoſtolo, hoſpitalem, cujus abſentiâ vinea Domini non cuſtoditur, ſed negligitur, & in ea neglecta aſcendunt vepres vitiorum, creſcunt infructuoſi palmites & degeneres à vite virtutum, & radice deſtruitor ejus materia, quam depaſcit aper de ſylva diabolus, & eam vulpes doloſæ & fœtidæ pravitate hæretica ſatagunt demoliri. Quæ noſtrum cor diro vulnere ſauciant, ac nimio dolore contriſtant.

34. Iccircò ad hęc exſtirpanda cum conſilio noſtri capituli ordinamus & ſtatuimos, quòd quilibet ſacriſta, hebdomadarius, & rector, vel Beneficium ſacerdotale obtinens, in ſuo Beneficio continuam reſidentiam faciat, nec ab ea ultra ſpatium unius menſis abſque licentia audeat abſentare ſine neceſſaria vel evidenti cauſſa; proviſo interim in eo caſu de idoneo ſubſtituto, juxta aliam conſtitutionem ſynodalem: ultra quod ſpatium ſi quis eorum ſe abſentaverit, contra eum procedemus ad pœnas, prout fuerit rationis, & ſtatuunt ſacræ canonicæ ſanctiones.

35. Illos etiam qui obtinent Beneficia Eccleſiaſtica & ſacerdotalia præcipimus in Eccleſiis, in quibus pia devotione fidelium ſunt inſtituta perſonaliter deſervire; interſintque divino officio, in Miſſa & aliis Horis, cum ſuperpelliciis, diebus & noctibus domino ſervientes; nec unus plurima teneat, juxta aliam conſtitutionem ſynodalem. In virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub anathematis pœna pręcipimus Eccleſiarum rectoribus, & aliis Beneficia habentibus, quatenus jura ſuarum Eccleſiarum & Beneficiorum ſuorum exigant, recuperare ſatagant deperdita, necnon & alienata repetant, ut tenentur. Super hoc remiſſos & negligentes pœnis Juris, & aliàs rigidè puniemus. Et ſub iiſdem pœnis diſtrictè mandamus Eccleſiarum rectoribus, ut domos & alia ædificia conſtructa ſervent, & ruinoſa reparent, hoſpitalitatem teneant, & lectos ad hoc idoneos pro viris religioſis & aliis habeant. Quæ ſi non fecerint ut præcipimus, contra eos rigidè procedemus.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXXXVIII.

Frater Guido miſeratione divina Epiſcopus Helenenſis, univerſis clero & populo civitatis & diœceſis noſtræ Helenenſis, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto.

36. Cum experientiâ certi, & alias certificati fuerimus, quòd per canonicas & ſanctiones legitimas, vel conſtitutiones à nobis & prædeceſſoribus noſtris quorumdam malitia minimè cohibetur; ideo ad ſalutem & medelam eorum animarum ſequentes conſtitutiones conſilio venerabilis capituli noſtri Helenenſis

lenenſis edidiſſe noveritis, illis addendas, quas edidimus anno præterito, & per vos habendas & tenendas & obſervandas firmiter, ſicut & illas. Datum & publicatum in Eccleſia noſtra Helenenſi in plena ſancta Synodo, die Jovis, quæ fuit XXIII. die menſis Aprilis, anno Domini MCCCXXXVIII.

I. *Ne clerici ſæculares vel religioſi venari audeant venatione prohibita à Jure ſub pæna infra ſcripta.*

37. CUm jam dudum ſtatuerimus, quòd nullus clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, exercere auderet venationem prohibitam à Jure, & non obſtante noſtro præcepto & mandato invenerimus ſuper hoc ſtatuto noſtro nonnullos tranſgreſſores, tam clericos ſæculares quàm religioſos; icicircò ut quos à malo juſtum præceptum non revocat, & damnabilis culpa, revocet timor pœnæ, eidem ſtatuto adjicientes ſtatuimus cum conſilio capituli noſtri, quòd quicumque venationem prohibitam à Jure deinceps exercuerit, pro qualibet vice pœna XX. ſolidorum Barcinonenſium mulctetur, operi Helenenſis Eccleſiæ convertenda.

II. *De veniendo ad ſanctam Synodum.*

38. ITem cùm Abbates, Priores, & rectores curati Helenenſis diœceſis ad ſanctam Synodum apud Helenam bis anno quolibet teneantur venire, & in ea perſonaliter intereſſe, juxta ſtatutum & ordinationem Helenenſis Eccleſiæ ſupradictæ, & aliqui eorum mandatis, ordinationibus, atque pœnis per prædeceſſores noſtros appoſitis inde penitùs ſpretis, ad dictam ſanctam Synodum, licèt teneantur, venire & intereſſe recuſent in eadem, in animarum ſuarum periculum & jacturam; & nos volentes ſuper hoc ſalubriter providere, cum conſilio capituli noſtri adjicientes cuidam alteri conſtitutioni ſynodali dudum ſuper hoc editæ, ordinamus & etiam ſtatuimus, ut Abbates, Priores, & alii Eccleſiarum rectores noſtræ diœceſis, ad dictam ſanctam Synodum bis anno quolibet, juxta ſtatutum & ordinationem Helenenſis Eccleſiæ ſupradictę, venire, & in eadem teneantur, ut moris eſt, intereſſe.

39. Et ſi qui Abbas, prior, & rector curatus hoc facere neglexerit, aut fuerit noſtri ſalubris mandati contumax & tranſgreſſor, ipſum, ſi Abbas fuerit, pœnam XL. Prior conventualis XXX. rector verò quinquaginta librarum Bar. Beneficium ſuum æquipollens, vel plus X. inferius tamen quinquaginta librarum V. ſolidorum Bar. pro qualibet die, qua debet intereſſe in dicta ſancta Synodo, legitimo impedimento ceſſante, incurrere volumus ipſo facto, operi Helenenſis Eccleſię convertendam.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXXXIX.

40. POſt præmiſſa anno ſequenti, videlicet anno Dom. MCCCXXXIX. VIII. die menſis Aprilis, dictus dominus Guido divina providentia Epiſcopus Helenenſis, cum conſilio ſui venerabilis capituli Helenenſis, edidit & publicavit in præſenti Synodo ſequentem conſtitutionem, ut in ſequenti prooemio continetur, quam teneri & ſervari voluit & mandavit.

De deſiximentis, vel diffidamentis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, capitulis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque, non faciendis.

41. CUm juxta ſacrorum Canonum ſanctiones generaliter clerici dicantur omnes illi, qui in Eccleſia Dei ſerviunt, quorum gradus & nomina hec ſunt, Epiſcopus, presbyter, diaconus, ſubdiaconus, acolytus, exorciſta, lector, pſalmiſta, & oſtiarius, & per anteceſſores noſtros quædam conſtitutio edita fuerit, quæ incipit: *Item quoniam ſatere zizania*, &c. quâ cavetur, quòd diffidantes clericos, ſeu diffidamenta fieri procurantes, & illi quorum occaſione dicta diffidamenta facta ſunt, niſi ea feceriut, quantum in eis fuerit, & quam citò potuerint, revocari, ſententiam excommunicationis & alias pœnas in ipſa conſtitutione contentas incurrant ipſo facto; hæſiteturque inter nonnullos, an nomine clericorum Epiſcopi, & Abbates, & cæteri gradus Eccleſiaſtici comprehendantur in conſtitutione prædicta; nos prædictam hæſitationem & dubium volentes penitùs removere, ideo hoc præſenti noſtro ſalubri ſtatuto, cum conſilio capituli noſtri Helenenſis, declaramus & ſtatuimus, ut ſub nomine clericorum comprehendantur Epiſcopi, Abbates, & cæterę perſonæ Eccleſiaſticæ noſtræ diœceſis. Ita videlicet quòd quicumque Epiſcopum, capitula, Abbatem, Priorem, ac conventus, rectorem, vel quamcumque aliam perſonam Eccleſiaſticam, regularem ſive ſæcularem, noſtrę diœceſis deinceps diffidaverit, ſeu diffidari procuraverit, eoſdem diffidantes, ſeu diffidamenta fieri procurantes, ac illos quorum occaſione diffidamenta facta fuerint, niſi ea fecerint revocari quàm citò potuerint, & quantum in eis fuerit, ſententiam excommunicationis, & alias pœnas in dicta conſtitutione de qua ſupra facta eſt mentio, contentas, incurrere volumus ipſo facto. Cæteris in dicta conſtitutione contentis in ſuo robore nihilominus duraturis.

CON-

CONSTITUTIONES SYNODALES

Guidonis Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCXL,

42. POſt præmiſſa, anno ſequenti, videlicet anno Domini MCCCXL. XXVII. die menſis Aprilis, præfatus dominus Guido divinâ providentiâ Helenenſis Epiſcopus, cum conſilio ſui venerabilis capituli Helenenſis edidit & publicavit in plena Synodo ſequentes conſtitutiones, ut in præſenti proœmio continetur: quas teneri & obſervari voluit & præcepit.

I. *De translatione Sanctarum Eulaliæ & Juliæ.*

43. FRater Guido miſeratione divina Epiſcopus Helenenſis, univerſis clero ſeculari & regulari civitatis & diœceſis noſtræ Helenenſis ſalutem in filio Virginis glorioſæ. Deus, qui Sanctos ſuos mirificè glorificat, in quibus glorioſiùs claret, & claritate ineffabili refulget, in conſpectu quoque hominum ipſos dignificat, ut quos ipſe in cœlis inter angelorum choros mirificat, & lumine gloriæ fulgere facit ſuper ſolem & lunam, etiam apud homines in firmamento Eccleſiæ velut luminaria magna conſtituit, ut luceant coram hominibus eorum merita, & coruſcantibus miraculis, ipſe mirabilis in Sanctis ſuis; cultu debito glorificetur; & lucerna Sanctorum, quæ diu ſub modio ſepulturæ in immo terreſtris ha bitaculi latuit, ſuper candelabrum debitæ reverentiæ ſuperexaltetur, ac fidelium devotio in laudem Sanctorum creſcat, dum cernuntur eorum vitæ inſignia, & quaſi in libro veraciter ſculpta leguntur, ipſorum ſepulchro dignis honoribus in ſublimi poſito glorioſo. Latuerunt denique glorioſa ſanctarum Virginum, & Martyrum Eulaliæ & Juliæ corpora, quæ ſanguinem ſuum pro Chriſto fuderunt, ſub terra ſepulta; & clamabant ſub altari in vindictam, inde ad ſponſi reverentiam ſublimiùs exaltari. Quod meruit earum humilitas, juxta quod promiſſum fuerat à Salvatore. *Qui* (inquit) *ſe humiliaverit, exaltabitur*.

44. Quæ promiſſio veritatis non fruſtrari docetur, cùm receperunt divinum reſponſum, & audire meruerunt: *Suſtinete modicum tempus*, quòd tempus nunc cernimus eveniſſe. Jamque non ampliùs quærantur ſub altari, ſed ſupra altare lætemur eas devotis laudibus venerari; nec ampliùs de nobis vindictam expetant, ſed pro nobis intercedant, qui eis piis affectibus cupimus famulari. Dignum equidem eſt, ut quas patronas & matres habemus, eis dignis & devotis laudibus veneranter feſtiva obſequia impendamus. Hujus namque ſervitutis debitores nos & cæteros hujus diœceſis attendimus fore indiſſolubiliter alligatos.

45. Eapropter de conſilio noſtri venerabilis capituli in perpetuum obſervandum ſtatuimus, & non exemptis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis mandamus, exemptos verò rogamus, quatenus hodierne translationis omni anno, die videlicet intitulata V. Kal. Madii, feſtum in ſuis Eccleſiis, & Eccleſiaſticis officiis, ſicut feſtum duplex ſolenniter peragant abſque negligentia & defectu. Conſimiliter etiam ordinamus, quòd omni ſeptimana ſemel aliqua die feriata, & non feſtiva, fiat officium & Miſſa de Sanctis Eulalia & Julia virginibus & martyribus, tantùm in Helenenſi Eccleſia, quartum patrociniis gubernamur, Adventu Domini, Quadrageſima, & Octavis ſolennibus dumtaxat exceptis, quibus fiat officium conſuetum.

II. *De conceptionis, ſeu ſanctificationis beatæ Mariæ Virginis feſto fiendo.*

46. FRater Guido miſeratione divina Epiſcopus Helenẽſis, univerſis clero ſeculari & regulari civitatis & diœceſis noſtræ Helenenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Unigenitus Dei Filius, æterna Dei ſapientia, ædificavit ſibi domum, in qua habitaret, & ex ea carnem aſſumeret, *Verbum caro factum*. In qua excîdit columnas ſeptem, quia eam Spiritus ſancti ſeptem donis firmavit; ut ab originalis culpæ contagio purgata, gratiâ ſanctificationis repleta extiterit in primordio ſuę conceptionis, ejecta ſorde originali, ſancta, & immaculata. Hæc eſt domus quam decet ſanctitudo, in qua ſanctus ſanctorum Chriſtus Dominus habitavit. Hanc vidit Jacob, dum ait: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli*. Hanc in figura ædificare cœpit Salomon. Hoc templum quòd ſanctificavit Altiſſimus. Hanc domum Domini implevit gloria Domini. Unde dicta eſt ab angelo *gratiâ plena*; ut dignè in ea Dominus, virtus Altiſſimi, ſe obumbraret. Hæc eſt virga de radice Jeſſe, abſque tortuoſa noditate culpę, ut ſponſus tibi dicat: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te*. Hęc eſt quę aſcendit ut virgula flammeæ charitatis, & aromaticarum virtutum. Hæc eſt de qua dicitur: *ſanctificabitur in vaſis ſuis*; quia ipſa in utero matris extitit ſanctificata. Nec dubium quòd ſi Hieremias lamentaturus caſum Hieruſalem, immo in ea Paſſionem Chriſti, gratiam ſanctificationis in utero matris recipere meruit; longè ampliùs recipere meruit mater Domini, cujus Paſſionis gladius ipſius animam pertranſivit. Et ſi Joannes Baptiſta præcurſor Domini hoc donum meruit, longè magis Virgo mater Domini, quę eum in utero portavit, ut in utero matris ſanctificata ab omnibus veneretur.

47. Hujus ergo Conceptionis Beatę Mariæ in utero matris ſanctificatio eſt feſtivè & dignis laudibus extollenda. Matris quippe honor in Dominum Chriſtum ejus filium tranſit. Eique digna debemus obſequia feſtivi cultûs, quæ pro nobis ad filium jugis advocata humiles pre-

ces

ces ſundit. Eapropter dignum & ſanctum de conſilio noſtri venerabilis capituli duximus ſtatuendum (quod omnibus nobis ſubjectis præcipimus firmiter & inviolabiliter obſervandum) ut ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque genitricis glorioſæ Virginis Mariæ, in omnibus Eccleſiis noſtræ diœceſis Eccleſiaſticis officiis, tam in Miſſa, quàm aliis Horis, deinceps omni anno, VIII. die menſis Decembris, fiat officium feſti duplicis de ſanctificatione Conceptionis Virginis glorioſæ. Hujus ſiquidem officii copiam cuilibet offerimus nos daturos, dum habeant qui ſcribant officium ſupradictum.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Raymundi Epiſcopi Helenenſis, editæ anno Domini MCCCLXXX.

48. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Conſtitutiones ſynodales editæ cum conſilio ſui venerabilis capituli in ſancta Synodo Paſchali celebrata in Eccleſia Helenenſi per reverendum in Chriſto patrem & dominum dominum Raymundum divinâ providentiâ Helenenſem Epiſcopum, congregatis Abbatibus, Prioribus, rectoribus, & curatis, vel eorum procuratoribus, XVII. die menſis Maji, anno à Nativitate Domini MCCCLXXX. ſequuntur in hæc verba.

49. Cùm paſtoralis officii debitum remediis invigilare debeat ſubditorum; ideo tam ad extollenda juſtorum præconia, quàm reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, circa ea ferventibus votis intendimus, vacamus inſtantiùs, ac operoſæ officium ſolicitudinis impertimur, quæ utilitatem gregis nobis crediti aut profectum concernere dignoſcuntur. Nam dum ſubditorum noſtrorum excutimus onera, dum ſcandala removemus, in ipſorum quiete quieſcimus, & virtutum ac morum gloriâ gloriamur. Sed quia eſt proclivis ad prohibita humana ſenſualitas, per quod morum ſubverſio in clero & populo ſuas frequenter fimbrias dilatavit; expedit ut per determinationis opportunæ ſuffragium auctoritas præſentis percultoris providi ſarculum extirpet vitia, virtutes inſerat, exceſſus corrigat, mores prout erit poſſibile corroboret & reformet.

50. Sanè à prædeceſſoribus noſtris in Helenenſi Eccleſia tam providè quàm conſultè nonnulla fuerunt edita ſtatuta; quorum quædam, quia pœnalia non exiſtunt, à pluribus noſtris ſubditis non ſervantur, quædam non fuerunt utentium moribus approbata, quædam exposcente temporum diſpoſitione, & prout exigit hominum mutatio qualitatum, ſunt conſultiùs immutanda, ſunt aliqua de novo exigente hominum malitia ſtatuenda. Iccircò nos Raymundus miſeratione divina Helenenſis Epiſcopus, de conſilio & aſſenſu venerabilis capituli noſtri conſtitutiones infraſcriptas cum multa maturitate digeſtas, pro ſubditorum noſtrorum animarum commodo & ſalute, necnon quiete Eccleſiaſticæ libertatis, ad laudem & honorem divini nominis, ac totius curiæ ſupernorum, facimus, ſtatuimus, ac etiam ordinamus, & in his ſcriptis illas etiam promulgamus: decernentes eaſdem ac mandantes univerſis noſtris ſubditis pro conſtitutionibus ſynodalibus irrefragabiliter obſervari.

I. *Ut curati parochianos, qui non confeſſi fuerint, & non communicaverint infra annum, ad divina non admittant, nec ad Eccleſiaſticam ſepulturam.*

51. DUdum à felicis recordationis domino B. prædeceſſore noſtro fuerat ſtatutum, quòd curati non præſumerent quemquam admittere ad Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi infra annum ſua peccata confeſſus fuerit idoneo ſacerdoti, & ſacrum receperit Euchariſtiæ ſacramentum. Sed quia ſunt quamplures ſuæ ſalutis immemores, qui per longa tardant tempora confiteri, ac præfatum recipere ſacramentum; iccircò huic morbo volentes adhibere medelam, ſtatuimus, & de aſſenſu noſtri capituli ordinamus, quòd quiſquam fidelis Chriſtianus infra noſtram diœceſim conſtitutus, ſaltem ſemel confiteri ſua peccata, & ſacrum recipere Euchariſtiæ ſacramentum anno quolibet teneatur; & quicumque curati nobis ſubditi habere nomina parochianorum ſuorum confitentium & communicantium teneantur, & quos confeſſos & communicatos, niſi de confeſſoris voluntate, ad tempus à communione duxerint abſtinendum, eis non conſtiterit, vivos de Eccleſia ejiciant, & mortuos non admittant ad Eccleſiaſticam ſepulturam.

II. *Ut clerici beneficiati teneantur ter in anno recipere Euchariſtiæ ſacramentum.*

52. ET ſi non frequentiùs, ſaltem ter in anno, niſi fortè cauſſa rationabili ſuadente confeſſor eis aliud duxerit conſulendum, omnes religioſi & beneficiati noſtræ diœceſis, poſtquam ad limites pervenerint pubertatis, ſub excommunicationis pœna in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini, teneantur ſacrum recipere Euchariſtiæ ſacramentum.

III. *Ut curati nomina illorum, qui in excommunicatione ſteterint ultra annum, teneantur ad Ordinarium deportare.*

53. CUm non careant ſcrupulo hæreticæ pravitatis, qui animo pertinaci ultra annum in excommunicatione perſiſtunt, claves ſanctæ matris Eccleſiæ contemnendo; icircò in virtute ſanctæ obedientiæ injungimus rectoribus & curatis noſtræ diœceſis, quòd

quòd parochianorum ſuorum nomina, qui per dictum tempus publicè & nominatim in excommunicatione ſteterint,teneantur ad Ordinarium deportare:qui contra tales, tamquam contra ſuſpectos de Fide, procedat, vel aliis remediis, prout ſibi de Jure videbitur procedendum.

IV. *Ut clerici beneficiati, qui in excommunicatione ſteterint ultra annum, Beneficii fructibus ſint privati.*

54. Cui ſuâ culpâ per annum fidelium communio denegatur, fructus ſunt Eccleſiaſtici auferendi, ac ſuffragio Eccleſiaſtico reddit ſe indignum. Iccircò Juris rigorem in animarum favorem meritò amplectentes, ſtatuimus ut beneficiati, qui nominatim ſuâ culpâ excommunicati publicè ſteterint ultra annum, Beneficii fructibus ſuſpendantur, fabricæ Helenenſis Eccleſiæ applicandis.

V. *Ut clerici in ſacris ordinibus conſtituti in publico non tripudient, neque ludant.*

55. Moderationes, quas circa conſtitutiones contra clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, ludentes ad taxillos, vel tripudiantes in publico, conſultè nuper editas, excommunicationis pœnam in pecuniariam commutantes, eo quia pro communi utilitate credebantur inductæ, ſicut experientia docet, ad noxam tendere dignoſcuntur, conſtitutione præſenti, quam jubemus inviolabiliter obſervari,ſuadente utilitate, de voluntate & aſſenſu venerabilis Helenenſis capituli, conſultiùs in melius duximus reformandas. Iccircò in parte conſtitutiones ſuper hoc olim editas renovantes, clericos in ſacris ordinibus conſtitutos,tam ludentes ad taxillos, quàm & tripudiantes in publico, volumus quòd excommunicationis incurrant ſententiam, prout in conſtitutionibus fel. rec. B. prædeceſſoris noſtri noſcitur eſſe cautum.

VI. *Pœna rectorum, qui ad ſanctum Chriſma alium mittunt, quàm in ſacris ordinibus conſtitutum.*

56. Quamquam fuiſſet aliàs providè ſtatutum, quòd per rectorem aliquem vel curatum non mitteretur ante Paſchæ ſolennitatem ad ſanctum Chriſma niſi in ſuis ordinibus conſtitutus, prout expoſcunt canonicæ ſanctiones; quia hoc à pluribus non ſervatur, immo meros tranſmittunt laïcos pro eodem; iccircò præſenti conſtitutione ducimus ordinandum, ut quicumque curatorum contrarium faciens viginti ſolidorum pœnam incurrat monetæ currentis, quos fabricæ Helenenſis Eccleſię volumus applicari.

VII. *Ut presbyteri Ordinarii literas exſequentes, per propria nomina ſubſcribant.*

57. Viam ſcandalis præcludere cupientes, quæ ſępiùs in ordinariis proceſſibus oriuntur, ſtatuimus, ut literis quę tam per nos, quàm officiales noſtros presbyteris curatis & non curatis infra diœceſim diriguntur, presbyteri tales literas exſequentes, in eiſdem per propria nomina ſe ſubſcribant, diem, menſem, & annum etiam inſerentes, aliàs noſtro arbitrio puniendi.

VIII. *Pœna contra juramenta temerè violantes.*

58. Quia nonnulli, quos hoſtis antiqui invidiâ procurante,in ſui contumeliam creatoris, & non modicum animarum ſuarum diſpendium & jacturam, temerè violant in judicio & extrà per eos præſtita juramenta; nos huic morbo damnabili & peſtifero, quantum poſſumus, deſiderantes remediis competentibus obviare; hac conſtitutione perpetuò valitura ſancimus, ut ſi quis clericus famæ ſuę prodigus, propriique perſecutor honoris, juramenti religionem ſpreverit, & nulla cogente neceſſitate dejeraverit, & hoc ſpontaneè ſit confeſſus, vel legitima probatione convictus, vel de præmiſſis conſtiterit evidenter, pœnam centum ſolidorum eo ipſo ſe noverit incurſurum: quorum medietas ejus Ordinario confiſcetur; aliam verò medietatem pecuniæ, quæ habebitur, operi Helenenſis Eccleſiæ volumus applicandam. Dignum eſt enim, ut quos Dei timor à malo non revocat, temporalis ſaltem coërceat ſeveritas diſciplinæ. Et ſi ſolvendo non fuerint, ſic aliàs reatus talium caſtigetur, quòd pœna ipſorum cæteris auferat audaciam ſimilia præſumendi. Salvis tamen omnibus aliis pœnis canonicis contra tales editis, quas per conſtitutionem præſentem non intendimus in aliquo relaxare.

IX. *Pœna contra evocantes clericos ad judicium ſæculare.*

59. Habet tam Jure canonico quàm civili libertatis Eccleſia privilegium, ut clericus in cauſſa civili, vel etiam criminali, volens etiam & conſentiens, nequaquam valeat coram ſæculari judice conveniri. Præſumunt tamen aliqui clerici & laïci clericos ſuper violentiis & injuriis, &, quòd eſt abſurdius,ſuper decimis,ad ſæculare judicium trahere,ac temerè evocare. Judices etiam ſæculares falcem ſuam immittentes in ſegetem alienam, de cauſſis inter clericos hujuſmodi cognoſcentes, captis pignoribus, ac multâ indictâ, cogunt clericos ſic conventos, & ſententialiter condemnatos ſatisfacere, fori præſcriptione declinante juriſdictionem aliquatenus non admiſſa.

60. Unde cùm prædicta in præjudicium vergant, & non modicum Eccleſiaſticæ libertatis; icircò approbante venerabili noſtro capitulo ſtatuimus, ut clericus aut laïcus, qui in criminalibus, civilibus, temporalibus, aut ſpiritualibus, clericum evocaverit coram judice ſæculari, excommunicationis incurrat ſententiam eo ipſo, ac nihilominus clericus actionem ſic temerè attentatam amittat. Sententias quoque prædictas, tanquam à non competenti judice latas, decernimus viribus penitùs vacuatas; conſuetudine aliqua, quæ dicenda eſt potiùs corruptela, in contrarium non obſtante.

X. *Ut conſpiratores, & dantes libellos famoſos, ſint excommunicationis ſententiâ innodati.*

61. Conſpiratorum genus odibile cupientes à perverſitate hujuſmodi coërcere, noſtro approbante capitulo excommunicamus & anathematizamus omnes conſpiratores, & colligationes illicitas facientes contra quoslibet in clero conſtitutos. Sententiam autem hujuſmodi ad præterita duximus extendendam, niſi infra menſem à tempore ſcientiæ quis conſpirationem & colligationem hujuſmodi pro poſſe duxerit revocandam. Simili ſententia innodamus omnes illos, qui contra conſtitutos in clero libellos famoſos compoſuerint, & qui componi fecerint, & qui compoſitos inventos non ruperint abſque mora.

XI. *Ut quamdiu ſint excommunicati in Eccleſia ab homine vel à Jure, ceſſent presbyteri à divinis.*

62. Si ad divina officia, Eccleſiaſtica ſacramenta, vel etiam ſepulturam clerici admittunt publicè excommunicatos, vel etiam interdictos, præter alias pœnas à Jure ſtatutas, illis eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus: & ſi antequam ad arbitrium illius, cujus ſententiam contempſerint, immiſceant ſe divinis, irregularitatis laqueo ſe involvunt. Iccircò ad hoc periculum evitandum precipimus omnibus clericis, quòd quamdiu concubinarios, uſurarios publicos, bonaque tenentes morientium, qui non ſolverint infra annum, & alios quoſcumque publicè excommunicatos nominatim ab homine vel à Jure in Eccleſia ſciverint intereſſe, ceſſent penitùs à divinis.

XII. *Contra religioſarum monaſteria frequentantes.*

63. Religioſarum monaſteria frequentantes ſint clerici excommunicationis ſententiâ innodati. Illos tamen in hoc caſu dici volumus frequentantes, qui ampliùs quàm ſemel in menſe, niſi urgens neceſſitas aliud ſuaſerit, illuc vadant, nec tunc niſi de Ordinarii licentia ſpeciali. Beneficiatos autem in dictis monaſteriis, & procuratores eorum, & qui pro celebrando, officiando, orando, vel procurando tantùm iverint, nolumus comprehendi: proviſo tamen quòd per tales fraus vel fictio non interveniat in prædictis. Alioquin fictor hujuſmodi vel fraudator prædictam incurrat ſententiam ipſo facto.

XIII. *Ut beneficiatus contra Eccleſiam non advocet, vel procuret.*

64. Cùm Eccleſia una ſit, unum Deum prædicet atque colat, & omnia quæ ipſa Eccleſia habet eſt patrimonium crucifixi; quilibet clericus beneficiatus, qui de ipſo patrimonio vivit, ipſam non impugnare, ſed potiùs defendere teneatur. & aliqui clerici beneficiati de patrimonio ſupradicto contra eam in cauſſis non dubitent laïcis patrocinium impertiri; icircò præſenti conſtitutione ſancimus perpetuò valitura, quòd nullus beneficiatus in aliqua cauſſa, quam clericus aliquis contra aliquem laïcum ratione ſui Beneficii habeat, agendo in judicio Eccleſiaſtico, ſeu etiam ſæculari, laïco contra clericum, niſi in caſibus, in quibus permiſſum eſt clerico coram ſæculari judice poſtulare, impendat patrocinium in judicio, vel extrà, publicè vel occultè, advocati, vel procuratoris officium exercendo. Contrarium facientes viginti librarum pœnam incurrant: cujus pœnæ medietas ærario noſtro, reliqua verò fabricæ Helenenſis Eccleſiæ applicetur.

XIV. *Contra clericos, qui bonorum faciunt ceſſionem.*

65. Clerici qui bonorum ceſſionem fecerunt, vel facient in futurum, per manum curatoris dati bonis per curiam teneantur recipere alimenta. Et quia quotidie recipiunt pecunias mutuò, tacito quòd fecerint ceſſionem, & illâ poſtea ſe tuentes defraudant ignorantes quotidie creditores, in maximum cleri opprobrium, & ſuarum animarum non modicam læſionem; ſtatuimus, ut via figmentis hujuſmodi præcludatur, & ut evitari valeant tales fraudes, quòd clerici beneficiati, qui amodò talem fecerint ceſſionem, reddantur inhabiles ad quodcumque Beneficium conſequendum.

XV. *Contra beneficiatos, qui ultra menſem in anno à Beneficiis abſque licentia ſe abſentant.*

66. Nonnulli fraudem legi facere molientes, per unum menſem à propriis Eccleſiis vel Beneficiis abſque noſtra licentia ſe abſentant, prout ipſis concedit conſtitutio ſynodalis. Demum redeuntes, reſident per aliquot dies ibi; & iterum per menſem alium ſe abſentant, nulla à nobis petitâ licentiâ nec obtentâ, contendentes dictæ ſynodalis conſtitutionis Beneficio ſuffragari. Icircò fraudem hujuſmodi evitantes, ne verbis, & non rebus

rebus lex cenſeatur impoſita, cùm ſit potiùs contrarium faciendum; conſtitutionem ſuper hoc editam declarantes, mandamus quòd niſi per unum menſem in anno abſque licentia clericus à ſua Eccleſia vel Beneficio ſe abſentet. Aliàs incurrat ſententiam contra abſentes à propriis Eccleſiis promulgatam, nullâ à nobis petitâ licentiâ, nec obtentâ.

XVI. *Ut non admittantur ad Beneficium anniverſarium, vel aliud opus pium, reditus qui fomentum recipiunt ab uſuris.*

67. NOn eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur ex rebus illicitis acquiſitum. Nam & qui malè accipit ut benè diſpenſet, gravatur potiùs quam juvatur. Et ideo, ne ſub obtentu eleemoſynę cum peccato aliquid acquirere ſtudeamus, prohibet Scriptura dicens: *Hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt, quæ ex ſcelere offeruntur.* Nam cùm quid offertur ex ſcelere, plus omnipotentis Dei iracundiam irritat, quàm placat. Abuſum igitur in hac diœceſi inolitum compeſcere molientes, ſtatuimus ne aliquorum oblationes in Beneficium Eccleſiaſticum ad anniverſarium, ſeu aliud opus pium amodò admittantur, quarum reditus vel proventus fomentum ſuſcipiunt ab uſuris.

XVII. *Contra clericos, qui directè vel indirectè de mutuata pecunia aliquid ſuſcipiunt ultra ſortem.*

68. DOlentes referimus quòd non ſolùm laïci, ſed etiam clerici, &, quod graviùs eſt, in ſacris ordinibus conſtituti, uſurarum crimen utriuſque Teſtamenti paginâ condemnatum exercere in hac diœceſi non verentur, graviſſimas pœnas Juris, quas ob hoc incurrunt, abſque dubio non timentes. Nos igitur hoc crimen abominabile cupientes ab hac diœceſi, & potiſſimè à Dei ſervitoribus, poſſe tenus extirpare, in parte Lateranenſi Concilio inhærentes, ſtatuimus, quòd quicumque clerici, directè vel indirectè, pro pecunia mutuata, vel in poſterum mutuanda, aliquid receperint ultra ſortem, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, & donec ad noſtri arbitrium ſatisfecerint, officio & Beneficio ſint ſuſpenſi; præter alias pœnas Juris, quas volumus in ſuo robore permanere.

XVIII. *Contra veſtimentis & vaſis Eccleſiaſticis abutentes.*

69. VEſtimenta Eccleſiæ, & vaſa quibus Domino miniſtratur, cùm ſacrata debeant eſſe & honeſta, illa non decet in aliis uſibus, quàm Deo dignis, & Eccleſiaſticis deſervire. Et quia nonnulli clerici & laïci ſacris veſtibus in tripudiis, & ſpectaculis, & etiam ſacris vaſibus abutuntur, ne ultio quæ Balthaſſar Regem percuſſit, dum cum optimatibus regni ſui in vaſibus, quæ aſportaverat Nabuchodonoſor pater ejus de templo quod ſuit in Hieruſalem, ad humanos uſus convertit, ſuper taliter abutentes veniat, & tales corruant ad profundum; ſub excommunicationis pœna, quam promulgamus in contrarium facientes, nullus de cætero illis utatur ad alios uſus, quàm Eccleſiaſticos, & divino officio deputatos.

XIX. *Quòd pro Romana Eccleſia & ceſſatione ſchiſmatis fiat oratio generalis.*

70. UT omnipotens Deus pacem in Eccleſia ſponſa ſua multiplicatis interceſſionibus largiatur, ordinamus, quòd omnes rectores & curati in ſuis Eccleſiis pro Romana Eccleſia, & ceſſatione ſchiſmatis diebus ſingulis orationem faciant ſpecialem, prout ſit in Eccleſia Cathedrali. Et clericis illam facientibus, laïcis dicentibus unum *Pater noſter*, & duo *Ave Maria*, verè pœnitentibus & confeſſis, ultra indulgentias à domino Narbonenſi Archiepiſcopo in ſua provincia jam conceſſas, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

XX. *Ut in qualibet Eccleſia unus deputetur, qui eleemoſynas quærat pro opere Helenenſis Eccleſiæ conſtruendo.*

71. REctor quilibet vel curatus parochianum curet aliquem procurare, qui diebus Dominicis & feſtivis in eorum Eccleſiis eleemoſynas quærat pro opere Helenenſis Eccleſiæ conſtruendo, & quoſcumque quærentes ibi eleemoſynas antecedat. Et tam rectori procuranti, quàm dictas eleemoſynas poſtulanti, & illis qui dicto operi ipſas eleemoſynas erogabunt, verè pœnitentibus & confeſſis, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

XXI. *Ut fructus primi anni Beneficiorum vacantium in ſede, & medietas aliorum de diœceſi, fabricæ Helenenſis Eccleſiæ applicentur.*

72. HElenenſis Eccleſia matrix eſt omnium de diœceſi & magiſtra, & tam in ea, quàm infra diœceſim Beneficia obtinentes, & maximè cùm neceſſitas hoc ſuadet, illius fabricæ obligantur. Cùm igitur illius fabrica nullos habeat reditus vel proventus, per quos opus jam in ea cœptum, & neceſſarium debitum conſequi valeat complementum, præſenti conſtitutione ducimus ſtatuendum, ut fructus Beneficiorum vacantium, vel vacaturorum primi anni in dicta Eccleſia conſtitutorum ab integro, & medietas aliorum de diœceſi, aliter quàm permutationis cauſa dictæ fabricæ, donec opus perfectum fuerit, ap-

approbante venerabili noſtro capitulo, applicentur.

XXII. *Ut notarii in contractibus poſſeſſionum Eccleſiarum confrontationes ponant Orientis, Occidentis, Septemtrionis, & Aquilonis, & teneantur poſſeſſionis exprimere quantitatem.*

73. EX defectu confrontationum in contractibus indebitè expreſſarum, de quibus tractu temporis notitia non habetur, plures reditus Eccleſiaſtici poſſeſſionibus impoſiti continuè deperduntur. Iccircò, ne notariorum negligentia tam grave Eccleſiis præbeat detrimentum, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna omnibus notariis præcipimus & mandamus, quatenus in quibuſcumque contractibus Eccleſiaſticis, in quibus confrontationes neceſſariæ habebuntur, illas ponere teneantur, Orientis, & Occidentis, Septemtrionis, & Aquilonis, vel Cercii, & Meridiei, necnon ipſius poſſeſſionis exprimere quantitatem.

XXIII. *Ut die Veneris ſancta nec decimæ dividantur, nec aliquod ſervile opus fiat per quemlibet Chriſtianum.*

74. QUia in paſſione Sanctorum jubemur Dominum venerari, dignum profectò, juſtum, & ſalutare exſiſtit, ut die ſuæ ſanctiſſimæ Paſſionis feſti venerationis gratias referamus, per quam vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutem. Illa eſt memorialis dulciſſima, in qua gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam, in qua à malo retrahimur, & confortamur in bonum, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa. Hæc eſt Paſſio glorioſa, pro humani generis redemptione ſuſtenta, in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interiiſſe, ac lignum viviſicum ligno crucis affixum, fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari cum infuſione lætitiæ omnibus debet devotionis lacrymas miniſtrare.

75. Paſſionem igitur Dominicam recolentes, per quam liberati ſumus, vix debemus lacrymas continere in hac ſacratiſſima commemoratione. Adeſt nobis ſuavitatis gaudium, ſimul & lacrymæ, quia in eo congaudemus lacrymantes, & lacrymamur devotè gaudentes, lætantes habemus lacrymas, & lætitiam lacrymantes.

76. Die Veneris ergo ſancta, in qua ſpiritualis illius Paſſionis, & redemptionis noſtræ memoriam recenſemus, in aliis, quàm illius commemoratione tam ſalubri, vertere non debemus aciem noſtræ mentis. Iccircò omnibus noſtris diœceſanis, tam clericis quàm laïcis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna præſenti conſtitutione præcipiendo mandamus, ut nullus decimas exigere, ſolvere, vel præſumat dividere dicta die. Aliàs ſolventes die ſic prohibito, à decimali debito nullatenus liberentur. Nec aliqui circa quæcumque ſervilia officia ipſa die curent intendere quoquo modo, ſed tantùm in illa ſalutifera Paſſione invigilent & intendant, cujus fieri participes mereantur. Hanc quidem noſtram conſtitutionem ſub dicta pœna jubemus per rectores & curatos noſtræ diœceſis die ramis palmarum in Eccleſiis ſuis, dum fuerit major multitudo populi, anno quolibet publicari.

XXIV. *Ut prima die rogationum non comedantur carnes.*

77. JUbemus omnibus clericis noſtræ diœceſis, quòd prima die rogationum ab eſu carnium ſtudeant abſtinere, & ſolùm curent Quadrageſimalibus cibis uti: & quicumque rectores, & curati plebem ſuam moneant & inducant ad ſimile faciendum.

XXV. *Ut omnes curati conſtitutiones provinciales & ſynodales habere procurent.*

78. IN virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus omnibus Abbatibus, Prioribus, rectoribus, & curatis, quòd conſtitutiones omnes, tam provinciales, quàm etiam ſynodales, tam nunc, quàm aliàs editas, infra quatuor menſes continuè ſubſequentes habeant, & habere procurent, ſi noſtram voluerint effugere ultionem, & in proxima celebranda Synodo illas teneantur eorum quilibet deportare ad probandum eas cum illis Eccleſiæ Cathedralis: inobedientes noſtro arbitrio puniendos.

79. Editæ, lectæ, & publicatæ conſtitutiones prædictæ in choro Eccleſiæ Helenenſis, die & anno prędictis, preſentibus reverendis in Chriſto patribus dominis Arnaldo Dei gratiâ Abbate Sancti Andreę de Sureda, domino Jacobo Sanctæ Marie de Aſpirano, Arnaldo Sanctę Marie de Corniliano, Dei gratiâ Prioribus Helenenſis diœceſis, honorabilibus dominis Raynaldo de Ulmo licentiato in Decretis, archidiacono Confluentis, Arnaldo Terreni Decretorum doctore ſacriſtâ, Nicolao Ægidii, Juliano Linas in utroque Jurio Baccalaureo, Petro Berengarii, Petro Fraxaneti magiſtro in artibus, Bernardo Catalani, & Petro Cuche, & Bernardo Guiraudi, canonicis Eccleſię Helenenſis, honorabili domino Petro de Podiolo licentiato in Decretis, prędicti domini Epiſcopi vicario generali, Raymundo de Ponthaço, Petro Fabri, notariis Helenæ, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et me Petro de Puteo præfati domini Epiſcopi ſcriba & notario continuo, qui præmiſſa requiſitus recepi.

CON-

CONSTITUTIONES SYNODALES

Petri Epiſcopi Helenenſis, pro reformatione Cathedralis Eccleſiæ Helenenſis.

An. CHRISTI MCCCLXXIII. & MCCCLXXV.

80. FRater Petrus miſeratione divina Epiſcopus Helenenſis, commiſſarius ad viſitandum, & reformanda reformandum, ac corrigenda corrigendum in Eccleſia noſtra Helenenſi ſpecialiter deputatus per reverendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Guidonem divinâ providentiâ Epiſcopum Portuenſem, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, ad Regum Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Portugalliæ, & Navarræ regna & terras Apoſtolicę ſedis Legatum, prout de commiſſione noſtra hujuſmodi conſtat clarè per literas ipſius domini Legati in pergameno ſcriptas, nobis conceſſas & deſtinatas, ſigillo præfati domini Legati ceræ rubeæ in cera alba impreſſo, in quodam cordono ſerico viridis coloris impendente ſigillatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, nec raſas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed prorſus omni vitio & ſuſpicione carentes; quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Guido miſeratione divina Epiſc. Portuenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, venerabili patri Epiſcopo Helenenſi, vel ejus vicariis in ſpiritualibus, ſalutem in Domino.

81. NUper ſanctiſſimus pater & dominus noſter dominus Gregor. Papa XI. ad Regum Caſtellæ, & Legionis, Aragonum, Portugalliæ, & Navarræ regna & terras cum plenę legationis officio nos deſtinans, accepto quòd plures Metropoliticæ, Cathedrales, & collegiatæ Eccleſiæ, ac monaſteria ſæcularia & regularia regnorum & terrarum prędictorum, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus erant plurimùm deformata & collapſa, ſuas nobis conceſſit literas Apoſtolicas ſub hac forma.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Guidoni Epiſcopo Portuenſi, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

82. CUm te ad Caſtellę & Legionis, Aragonum, Portugalliæ, & Navarræ regna, commiſſo tibi in eis plenæ legationis officio, pro certis arduis negotiis præſentialiter deſtinemus; &, ſicut accepimus, quamplures Metropoliticæ, Cathedrales, & collegiatæ, aliæque Eccleſię ac monaſteria, prioratus, hoſpitalia, aliaque pia loca, ſæcularia & regularia, tam virorum quàm mulierum, exempta & non exempta, etiam ordinum diverſorum, regnorum prædictorum, in ſpiritualibus & temporalibus deformata ſint plurimùm & collapſa; nos de circumſpectione tua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium ſeu alios viros honeſtos, diſcretos, & Deum timentes, hujuſmodi Metropoliticas, Cathedrales, & collegiatas, & alias Eccleſias ſæculares, & regulares, necnon monaſteria, prioratus, hoſpitalia, & alia loca exempta & non exempta, de quibus tibi videbitur, Ciſtercienſis, Cluniacenſis, Præmonſtratenſis, Camaldulenſis, ſanctorum Benedicti & Auguſtini, etiam monialium, ſecundùm inſtituta & ſub cuta fratrum Prædicatorum viventium, & ſanctæ Claræ, aliorumque ordinum quorumcumque, & domorum Sancti Joannis Hieroſolymitani, Humiliatorum, ſanctæ Mariæ de Monteſia, ſancti Jacobi Calatravenſis, & de Alcantara, viſites auctoritate noſtra, tam in capite quàm in membris, ac ſuper præmiſſis, & aliis quibuſcumque, quæ correctione indigebunt, inquiras, corrigas, & reformes, quæ correctionis & reformationis officio noveris indigere, Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

83. Non obſtantibus quibuſcumque exemptionibus & privilegiis & literis Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, hoſpitalium, & locorum prędictorum, etiamſi de ipſis, eorumque tenoribus de verbo ad verbum, ac locorum, & ordinum nominibus eſſet in præſentibus mentio facienda, ſeu ſi aliquibus conjunctim vel diviſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avinione tertio Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

84. Cùm igitur Eccleſiam veſtram Helenenſem, quæ, ſicut accepimus, viſitationis, correctionis, & reformationis officio noſcitur multipliciter indigere, de præſenti viſitare perſonaliter non poſſimus, aliis negotia nobis commiſſa tangentibus impediti; nos conſiderantes quòd eidem Eccleſiæ nimis diſpendioſa foret viſitationis & reformationis prædictarum protelatio; vobis, de quorum fide & circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate Apoſtolica nobis, ut præfertur, in hac parte ſpecialiter attributa, præcipimus, quatenus ad prædictam Eccleſiam perſonaliter accedentes, ipſam tam in capite quàm in membris eadem auctoritate, vice noſtra, cum omni quâ poteritis ſolicitudine & diligentia viſitetis, & inquirentes ſuper omnibus quæ correctionem & reformationem exigunt, corrigatis & reformetis quæcumque correctionis & reformationis officio noveritis indigere. Contradictores præfata auctoritate per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Non obſtantibus omnibus quæ idem dominus noſter in prædictis ſuis Apoſtolicis lite-

literis voloit obſtare. Nos enim vobis præmiſſa & omnia & ſingula faciendi poteſtatem concedimus, & quantum ad præmiſſa omnia & ſingula tenore præſentium committimus vices noſtras. Datum Barchinonæ 8. Idus Septembris, Pontificatus domini noſtri Papæ prędicti anno ſecundo.

85. Venerabili clero noſtrę Cathedralis Eccleſiæ Helenenſis ſalutem in Domino, & in bonis operibus uſque in finem perſeverare. Ex ſuſceptæ ſervitutis officio, illa potiſſimè ſollicitudo nobis incumbit, ut Eccleſiæ gubernentur ſalubriter, ne per miniſtrorum incuriam collabantur, ſed ſpiritualibus donis concreſcant, & divino cultu augeantur. Sanè, chariſſimi, ſicut fide digna ad aures noſtras perduxit relatio, divinus cultus, qui temporibus retrolapſis in ipſa noſtra Eccleſia laudabiliter, & multùm benè ac honorificè ad Dei & ejus Virginis matris, ac beatiſſimarum virginum & martyrum Eulaliæ & Juliæ, patronarum noſtrarum, quarum corpora in eadem Eccleſia requieſcunt, laudem fieri ſolebat, diuturnis temporibus (proh dolor!) eſt in dicta Eccleſia nimium diminutus; cùm, ſicut experientia nos docuit, beneficiati ipſius Eccleſiæ rarò Matutinis, Miſſæ, Veſperis, & Completorio, ac aliis Horis diurnis interſint; immo evenit frequenter, quòd quandoque in Matutinis non ſunt niſi ſex, aliquando quatuor, & aliquando pauciores presbyteri in Eccleſia prædicta, licèt ſint in eadem ferè centum beneficiati. Propter quod divinus cultus ſperatur ex veriſimilibus ampliùs in ipſa Eccleſia diminui, immo, quod eſt deterius, totaliter prætermitti.

86. Igitur cupientes ſuper præmiſſis paterna ſolicitudine providere, ad honorem & laudem omnipotentis Dei, & ejus Virginis matris, ac beatiſſimarum virginum & martyrum Eulaliæ & Juliæ, patronarum noſtrarum prædictarum, ac divini cultus reparationem & augmentum, de conſilio & aſſenſu noſtri honorabilis capituli, & quorundam aliorum beneficiatorum, & non beneficiatorum dictæ Eccleſiæ, invocatâ ſancti Spiritus gratiâ, auctoritate Apoſtolica nobis, ut præfertur, in hac parte commiſſa, facimus, ſtatuimus, ordinamus ſtatuta & ordinationes ſequentes.

87. Primò quòd nullus beneficiatus in Eccleſia prædicta deſerviat niſi unico Beneficio, ſeu officio, cum ſuo in eadem.

88. Item quòd caſu quo deſerviat modo prædicto duobus Beneficiis, ſeu officiis, beneficiatus ſecundi Beneficii, cui deſerviet, ſit de eodem choro, quo erit ipſe deſerviens. Et qui contrarium fecerit, ipſo facto ſit privatus ſervitio ſecundi Beneficii, ſeu officii ſibi adjuncti, & emolumentis ſibi debitis pro ſervitio dicti ſecundi Beneficii, applicandis illis qui intererunt Matutinis in Eccleſia prædicta.

89. Item quòd beneficiati ipſius Eccleſiæ, deſerviẽtes alteri Beneficio quàm ſuo, teneantur, & ſint aſtricti ad minus quater in ſeptimana, ſurgere, & intereſſe Matutinis, Miſſæ, Veſperis, & Completorio. Et qui contrarium fecerit, ipſo facto ſit privatus ſervitio ſecundi Beneficii, & ſtipendiis ſibi debitis pro ſervitio per ipſum jam impenſo, applicandis & diſtribuendis illis qui intererunt Matutinis in dicta Eccleſia.

90. Item quòd clerici non obtinentes Beneficium in Eccleſia, & deſervientes alicui Beneficio, teneantur & ſint aſtricti, ad minus bis in ſeptimana, ſurgere & intereſſe Matutinis, Miſſæ, Veſperis, & Completorio. Et ſi duobus Beneficiis deſervirent, ad minus quater in ſeptimana teneantur ſurgere & intereſſe ut ſuprà. Et qui contrarium fecerit, ſit privatus ut ſuprà.

91. Item quòd quicumque Beneficium in eadem Eccleſia obtinens, non deſerviens alteri Beneficio quàm ſuo, teneatur ad minus bis in ſeptimana ſurgere & intereſſe ut ſuprà: ſub pœna pro qualibet die quatuor denariorum applicandorum illis, qui intererunt Matutinis, & celebrabunt in dicta Eccleſia.

92. Item cùm in dicta Eccleſia ſit quidam abuſus, videlicet quòd presbyteri in eadem Eccleſia beneficiati, recipientes de anniverſariis ejuſdem in Miſſa anniverſarii non interſunt, niſi dumtaxat in Epiſtola & proceſſione, & ſic locrantur anniverſaria; propter quod multoties, immo frequenter avenit, quòd finitâ Epiſtolâ Miſſæ ferè omnes presbyteri exeunt chorum dictæ Eccleſiæ, & ſic pauci remanent in dicta Miſſa. Igitur ſtatuimus & ordinamus, quòd de cætero omnes recipientes de anniverſariis dictæ Eccleſiæ interſint toti Miſſæ in choro dictæ Eccleſiæ, & proceſſioni anniverſarii, & de Miſſa & choro non exeant abſque cauſſa juſta & neceſſaria, & rationabili, & petitâ ac obtentâ licentiâ à nobis & ſucceſſoribus noſtris, dum præſentes arimus in dicta Miſſa, & in abſentia noſtra ab aliquo canonicorum dictæ Eccleſiæ, ſi tunc præſens ſit in dicto choro. Et ſi non ſit canonicus, à cappellano clauſtrali, vel ejus locum tenente. Et qui contrarium fecerit, ipſo facto ſit privatus anniverſario illius Miſſæ, applicando aliis, qui toti Miſſæ & proceſſioni interrunt.

93. Et pręmiſſa omnia intendimus per prefatos beneficiatos & ſervitores fieri & ſervari, ceſſante juſto & legitimo impedimento. De quo quidem impedimento cognoſcamus nos, & in noſtri abſentia vicarius noſter generalis.

94. Item ordinamus, quòd omnes obtinentes Beneficia ſacerdotalia in dicta Eccleſia Helenenſi, non facientes continuam reſidentiam in eadem, quorum Beneficiorum fructus, reditus, & proventus annui non excedunt ſummam viginti quatuor librarum Barcinonenſium, habeant ſolvere medietatem redituum & fructuum ſuorum Beneficiorum. Si verò ultra ſummam dictarum viginti quatuor librarum excedant, duodecim libras Barcinonenſium perſolvant pro ſervitio ſuorum Beneficiorum. Quæ ſumma diſtribuatur per quotidianas diſtributiones inter illos qui intererunt Matutinis, & celebrabunt in dicta Eccleſia: videlicet ut quilibet qui interit Matutinis, & celebrabit in dicta Eccleſia, quatuor denarios habeat, & aliàs ſecun-

ſecundùm magis & minùs, prout dictæ quantitates ſufficient; aut prædicti abſentes habeant ſacerdotem qui pro eis deſerviat, qui tamen ſacerdos non ſit aliàs obligatus, dictæ Eccleſię in aliquo ſervitio. Et idem de aliis beneficiatis pręſentibus ad ſacrum presbyteratûs ordinem non promotis volumus obſervari, niſi tamen legitimam cauſſam habuerint, propter quam ſuper pręmiſſis eum eis valeamus diſpenſare. Quas quantitates recipiant & diſtribuant duo presbyteri per nos & ſucceſſores noſtros eligendi.

95. Item cùm Eccleſia Helenenſis ſit, & fuerit deſolata propter abſentiam canonicorum, & aliorum presbyterorum de capitulo Helenenſi, ac de menſa ejuſdem, & divinus cultus non modicum diminutus; attendens præfatus reformator, quòd præmiſſa ſunt ad ſtatum debitum reducenda, cupienſque abſentes trahere ad reſidentiam perſonalem; auctoritate pręmiſſa, de conſilio & aſſenſu dicti ſui capituli, ſtatuit & ordinavit, quòd canonicis, & aliis de menſa dicti capituli præſentibus, & perſonalem reſidentiam facientibus, ſolvatur primò ex integro in canonica portione, & in aliis eorum portionibus pro rata. Et poſtmodum ſolvatur abſentibus pro rata, ſi facultates ſuppetant capituli antedicti.

96. Quæ, ut præmittitur, acta & ordinata fuerunt per præfatum dominum Epiſcopum, auctoritate præmiſſa, de conſilio & aſſenſu ſui venerabilis capituli, in domo capitulari Helenenſis Eccleſiæ, die tertia Aprilis, anno Domini MCCCLXXIII. præſentibus diſcretis dominis Petro Maynet, Raymundo Piſani, presbyteris in Eccleſia beneficiatis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis, & me Petro notario & ſcribâ domini Epiſcopi antedicti, qui præmiſſa requiſitus recepi.

97. Poſt quæ, die quinta menſis Maji, anno à Nativitate Domini MCCCLXXV. præfatus dominus Epiſcopus proſpiciens quòd cantor chori dictæ Eccleſiæ Helenenſis, qui omnibus Horis diurnis & nocturnis habet eſſe in dicta Eccleſia, pro entonando & incipiendo ipſis Horis, Horis Nonæ & Completorii dumtaxat exceptis, non recipit de anniverſariis, & aliis obventionibus dictæ Eccleſiæ, & pluries evenit, ſicut experientia ipſum docuit, quòd in dictis Horis Nonæ & Completorii, non eſt aliquis qui entonet, & incipiat in ipſis Horis, prout fit in cæteris aliis Horis.

98. Igitur de conſilio & aſſenſu noſtri venerabilis capituli, auctoritate Apoſtolica pręmiſſa ſtatuimus & ordinamus, quòd cantor chori dictæ noſtræ Eccleſiæ, qui plus in divino officio celebrando laborat in dicta Eccleſia, quàm cæteri beneficiati dictæ Eccleſiæ, de cætero recipiat integrè de anniverſariis & aliis obventionibus Eccleſiæ præfatæ, ſicut unus ex beneficiatis majoribus dictæ Eccleſiæ. Et ipſe cantor habeat intereſſe Horis Nonæ & Completorii, ac in illis entonare habeat, & facere cætera omnia, ſicut in aliis Horis facere debet & conſuevit.

99. Et hoc ſtatutum actum fuit intus dictam domum capitularem Helenenſis Eccleſiæ die & anno proximè dictis, præſentibus Guillermo March de Toyrio, Petro Bernardi habitatore Perpiniani diœceſis Helenenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis, & me Petro de Puteo notario prædicto, qui pręmiſſa requiſitus recepi.

100. Et ego memoratus Petrus de Puteo civis Helenenſis, publicus auctoritate domini Helenenſis Epiſcopi notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut præmittitur agerentur & fierent, unà cum prænominatis teſtibus preſens fui, & ea requiſitus recepi, publicavi, & per alium ſcribi feci, clauſique, & in teſtimonium pręmiſſorum ſigno meo ſolito ſignavi.

E P I S T O L A I.

Arnaldi Ceſcomitis Archiepiſcopi Tarraconenſis ad Benedictum XII. Papam.

De Sarracenis ab Hiſpania pellendis.

ANNO CHRISTI MCCCXXXVII.

Domino noſtro ſummo Pontifici.

1. Sanctiſſime Pater & domine. Jam credo ad veſtram audientiam perveniſſe, qualiter Rex Marrochitanorum, blaſphemus Chriſti & Fidei Catholicæ inimicus, capta nuper per eum civitate de Trinici, & Rege ipſius & ejus filiis interfectis, in tantam ſuperbiam eſt elatus, quòd facit paratum hoſtilem talem & tantum, quòd à multo tempore non eſt auditus ſimilis, ad Chriſtianos Hiſpaniæ hoſtiliter invadendos; & miſit & mittit victualia & arma & alia neceſſaria ad regnum Granatæ, in quo jam habet loca de Gibaltari & Algeriza, intendens Regem Granatæ adjutorem habere, ut opportuniùs & liberiùs poſſit invadere Chriſtianos. Propter quod dominus Rex Caſtellæ ad reſiſtendum eidem ad civi-

civitatem Hiſpalenſem jam dicitur acceſſiſſe.

2. Verùm quoniam prædictus Chriſti blaſphemus ad regnum Valentiæ dicitur ſpecialiter aſpirare; ut conditio & periculum ipſius regni veſtram non lateat ſanctitatem, eidem humiliter ſignifico, quòd licèt recolendæ memoriæ dominus Jacobus Rex Aragonum, qui dictum regnum de manibus Sarracenorum eripuit, votum voverit Domino quòd Sarracenos non permitteret in eo remanere, & dominus Petrus Tarraconenſis Archiepiſcopus, qui tunc aderat, de voluntate ipſius domini Regis excommunicationis ſententiam tulerit contra omnes qui loca ſua in dicto regno de Sarracenis præſumerent populare, ut nomen Chriſti laudarent ibidem, abolito penitùs nomine Machometi; ex cæca tamen cupiditate Chriſtianorum credentium majores reditus à Sarracenis quàm à Chriſtianis habere, cùm contrarium tamen Abbas monaſterii Populeti Ciſtercienſis Ordinis in quodam bono quem ibidem habet, de quo Sarracenos noviter expulit, eſt expertus, Sarraceni prædicti huc uſque ſuſtinentur in ipſo regno,

3. Dicuntur eſſe in dicto regno quadraginta vel quinquaginta millia Sarraceni apti ad arma portanda, & experti in exercitio eorundem: propter quos timetur veriſimiliter, & communis habet opinio, ipſum regnum, quod Deus avertat, perditionis periculo ſubjacere. Dicti namque Sarraceni, ut facti experientia multoties comprobavit, quandocumque Sarraceni Granatæ, qui vicini exiſtunt, vel alii incipiunt invadere dictum regnum, tanquam hoſtes publici adhærent eiſdem, qui quantò plus in ipſo regno ſciunt, & ipſius infirma cognoſcunt, tantò plus nocent. Nunc etiam poſtquam ſcierunt dictum apparatum fieri, dicuntur ſua facere conventicula, in quibus ſua ſtudia convertunt quomodo poſſint prodere dictum regnum.

4. Multa inſuper propter eorum damnatam familiaritatem & communicationem per Chriſtianos peccata enormia committuntur ibidem; & per ipſos Sarracenos blaſphematur utique nomen Chriſti, & nomen Machometi laudatur. Audivi namque à bonæ memoriæ Epiſcopo Valentino hoc publicè prædicante, quòd tot vel plures ſunt in ſua diœceſi Mezquitæ Sarracenorum, quot Eccleſiæ Chriſtianorum, & tot vel plures neſcientes orationem Dominicam, & ſcientes loqui Algaraviam ſeu Sarracenicè, quot è contrà.

5. Dignetur igitur ſupplico ſuper prædictis veſtra clementia de remedio congruo providere: quod non videtur poſſe fieri niſi prædicti Sarraceni de dicto regno expellantur omnino. Et ad hoc dominus Rex Aragonum daret ob Dei honorem & ipſius ſecuritatem & commodum, auxilium & favorem. Ad quod faciliùs induceretur domini eorundem, ſi perſonæ & bona dictorum Sarracenorum, tanquam infidelium & publicorum hoſtium, quando poſſunt, poſſent licitè detrahi atque vendi, quorum pretium ad defenſionem dicti regni eſſet non modicum profuturum, Almam perſonam, &c. Datum Tuſolii 7. Kal. Auguſti, an. Dom. MCCCXXXVII.

Servus & factura veſtra

Arnaldus Archiepiſc. Tarraconæ.

EPISTOLA II.

Ad Joannem de Convenis Epiſcopum, Cardinalem Portuenſem.

De eòdem argumento.

EODEM ANNO.

Domino Joanni Portuenſi Epiſcopo.

6. Reverendiſſime pater & domine. Timens de magno & propinquo periculo, niſi provideatur de remedio opportuno, ſupplico domino noſtro ſummo Pontifici ſub hac forma. Sanctiſſime pater & domine, &c. Quapropter paternitati veſtræ ſupplico, quatenus dignemini ſibi literas præſentare, & circa dictum remedium inſiſtere apud eum. Recommendo gratiæ veſtræ me & Eccleſiam Tarraconæ. Datum ut ſuprà.

Archiepiſcopus Tarraconæ.

EPI-

EPISTOLA III.

Ad eundem.

De eodem argumento.

EODEM ANNO.

Reverendiſſimo patri domino Joanni divinâ providentiâ Epiſcopo Portuenſi Archiepiſcopus Tarraconæ.

7. AD veſtram credo audientiam perveniſſe qualiter Rex Marrochitanus blaſphemus Chriſti parat ſe ad Hiſpaniam invadendam. Et jam multi de gentibus ſuis tranſiverunt ad regnum Granatæ, & tranſeunt, ut dicitur, tota die. Et ſpecialiter contra regnum Valentiæ, ut dicitur, comminatur. Quod quidem tegoom non eſt ſine magno periculo, propter multitudinem Sarracenorum qui ſunt populati in eo, qui ſtatim adhærerent aliis Sarracenis, ut experientia comprobavit.

8. Qui Sarraceni ex ſola Chriſtianorum avaritia ſubſtinentur, non obſtante quòd felicis recordationis dominos Jacobus Rex Aragonum, qui dictum regnum eripuit de manibus Sarracenorum, promiſit & vovit quòd in dicto regno Sarracenos non permitteret remanere, & quòd bonæ memoriæ Petrus tunc Archiepiſcopus Tarraconę de voluntate ipſius domioi Regis tulit excommunicationis ſententiam contra illos qui loca ſua popularent de Sarracenis, aut quòd per dictos Sarracenos in dicto regno multa nefanda crimina committuntur, & blaſphematur etiam Chriſtus. In dicto autem regno tot Meſquitæ quot Eccleſiæ eſſe dicuntur.

9. Quapropter non ſolùm expediret, ſed eſſet neceſſarium, quòd dominus noſter ſummus Pōtifex mandaret domiuo Regi Aragonum qoòd ipſos Sarracenos expelleret de regno prædicto. Super quo ipſe voluntariè obediret quantum ad loca ſua; ſed vellet quantum ad loca aliorum habere mandatum. Et verè dicti Sarraceni poſſunt dici Chriſtianorum hoſtes, quia quum poſſunt nocent; nec deeſt eis niſi nocendi facultas. Propter quod videtur quibuſdam quòd eorum perſonæ & bona capi & diſtrahi joſtè poſſunt. Et tanquam experti in armis, & ſcientes conditionem dicti regni, poſſunt multum oocere, in tantum quòd multorum eſt opinio quòd propter dictos Sarracenos perdi debeat dictum tegnum.

10. Propterea dominationi veſtrę ſupplico, quatenos ob Dei & Fidei Catholicæ reverentiam dignemini eondem dominum noſtrum ſummum Pontificem de prædictis omnibus ioformare, ac inſiſtere apod eom quòd digoetur de oppottuno remedio ptovidere. Recommendo gratiæ veſtrę me & Eccleſiam Tarraconæ. Datum Turolii VII. Kalendas Auguſti, anno Domini MCCCXXXVII.

CONCILIUM TOLETANUM

Auctoritate Ægidii Toletani Archiepiſcopi, ad reformandos mores Eccleſiæ,

Celebratum anno DOMINI MCCCXXXIX. tempore Benedicti Papæ.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De non alienando Eccleſiæ dominio.*
II. *Ut nullus, niſi literatus, ad clericatum promoveatur.*
III. *Ut ex qualibet Cathedrali vel Collegiata Eccleſia, ſaltem unus ex decem clericis aſſumatur, qui ad ſtudia Theologiæ ac Juris canonici accedere compellatur.*
IV. *De procuratoribus Epiſcoporum ad Concilium mittendis.*
V. *Ut rectores Eccleſiarum nomina ſuorum parochianorum annuatim in ſcriptis redigant.*

PRÆFATIO.

Ægidius miſeratione divina Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas, & regni Caſtellæ Cancellarius, venerabilibus in Chriſto fratribus Dei gratiâ Epiſcopis; ſuffraganeis noſtris, & aliis civitatis, & diœceſis, ac provinciæ Toletanæ Prælatis, ac eorum Capitulis, ſalutem in Chriſto ſalutis auctore.

11. OFficii noſtri debitum expoſcit, ut ſolicitudinis ſtudium, & indeſeſſas operationes, prout poſſibilitati noſtræ permittitur, adhibeamus, ac cautela noſtra cuſtodiat, ne in his quæ venerabilium ſunt Eccleſiarum aliquid invaſtabile invaleſcat, quod quietem impediat earundem; utque ſint in Eccleſia Dei viri literati, qui jura ipſius tueantur, & in eorum nitore Altiſſimus delectetur, ad cujus laudem & gloriam, & felicem ſtatum, ac revelationem Eccleſiarum, quæ ad præmiſſa pertinent, ſalubriter ordinentur.

12. Igitur ad editarum conſtitutionum obſervationem potiùs, quàm ad earum multiplicationem, ſummopere intendentes, præſentibus venerabilibus in Chriſto fratribus noſtris Petro Segobienſi, fratre Alphonſo Seguntinenſi, & Joanne Giennẽſi, Epiſcopis ſuffraganeis noſtris, & Palentinenſis, Oxomenſis, Cordubenſis, & Conchenſis, Epiſcopor. & Cathedralium Eccleſiar. provincię Toletanæ procuratoribus, in Concilio congregatis, has edidimus conſtitutiones, quas jubemus in Synodis in noſtra provincia proximè celebrandis publicari, & inviolabiliter obſervari.

C A P I T U L A.

I. *De non alienando Eccleſiæ dominio.*

13. DIſpendia Eccleſiarum tanquam noſtris moleſta viſceribus, inferunt nobis doloris acerbi puncturas: nec illà diſſimulare poſſumus, cùm ea conſpicimus & ſentimus. Proinde quia experientia docente vaſſallos Eccleſiarum novimus enormibus collidi jacturis, & Eccleſias ipſas in ſuis juribus defraudari, cùm in ipſarum Eccleſiarum locis per eos qoi non ſunt Eccleſiæ vaſſalli, poſſeſſiones acquiri contingat; veſtigiis prædeceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum Toletanorum inhærentes, ſacro approbante Concilio ſtatuimus, ne quivis, cujuſcumque ſtatûs aut conditionis exiſtat, poſſeſſiones in locis in quibus Eccleſia dominium obtinet temporale conſiſtentes, eis qui ejuſdem Eccleſiæ vaſſalli tunc non ſint, vendere, aut quovis alio titulo in eos transferre præſumat: alioquin tam vendentes aut aliàs transferentes, quàm ementes, & aliàs ipſas poſſeſſiones recipientes, excommunicationis ſententiæ volumus ipſo facto ſubjacere, & vendiriones & emptiones, & alienationes ipſas caſſamus, & caſſas & irritas nunciamus, ac decernimus nullins prorſus exiſtere firmitatis: & nihilominus poſſeſſiones ſic alienatæ ipſo facto loci domino applicentur.

14. Per hanc tamen conſtitutionem non intendimus prohibere quin perſonæ, canonici, & alii Cathedralium & collegiatarum Eccleſiarum, quarum dominium eſt temporale, beneficiati ac clerici, in locis ipſis Eccleſiæ commorantes, poſſint poſſeſſiones ipſas emere, & quovis alio titulo acquirere, eaſque Eccleſiis Cathedralibus, collegiatis, ac parochialibus ſuæ diœceſis, aut vaſſallis Eccleſiæ tantùm, in vita vendere, & in morte donare, relinquere, ſeu legare. Abſolutio excommunicationis hujuſmodi conſtitutionis poſt ſatisfactionem condignam hujus conſtitutionis, cuilibet Epiſcopo in ſua diœceſi ſit commiſſa.

II. *Ut nullus, niſi literatus, ad clericatum promoveatur.*

15. QUia in conſtitutione recolendæ memoriæ domini fratris Guillelmi quondam Epiſcopi Sabinenſis, in Caſtellæ & Legionenſibus partibus Apoſtolicæ Sedis Legati, quæ incipir: * *Cùm in perſonis*; continetur quòd in perſonis Eccleſiaſticis ad ſacros ordines & Beneficia curam animarum habentia promovendis, idoneitas major requiritur, & ampliot deſideratur peritia literarum; ſitque ibi ſalubriter ſtatutum, quòd nullus clericus ad ſacros ordines promoveatur, niſi ſaltem literaliter ſciat loqui; pari ratione, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, quòd quamdiu inveniatur clericus qui literatè ſciat loqul, vel promotus ad ſacerdotium, qui poſſit & velit in Beneficio, cui cura imminet animarum, inſtitui, Epiſcopis diſpenſandi ut is promoveatur ad ſacros ordines & ad Beneficium cum cura, qui literaliter neſcit loqui, & illud eidem conferendi facultas, præterquam circa beneficiatos in Eccleſiis Cathedralibus & collegiatis, ſit penitùs interdicta. Quod ſi ſecus factum fuerit, ſit irritum & inane.

* Vide ſuprà pag 560 cap 9. *De præbendis*.

16. Inſuper volumus & diſtrictè præcipiendo mandamus, quòd quilibet Epiſcopus quotieſcumque ordines habeat celebrare, * tunc omnia promovendis coram ſe vocatis, conſtitutionem dicti domini Legati, quę incipit: *Deteſtandam Prælatorum avaritiam*, in Latino & vulgari faciat publicari.

* *Fortè*, ante omnia.

III. *Ut*

III. *Ut ex qualibet Cathedrali vel collegiata Eccleſia, ſaltem unus ex decem clericis aſſumatur, qui ad ſtudia Theologiæ & Juris canonici accedere compellatur.*

17. IN alia etiam conſtitutione ejuſdem Legati, quæ incipit: *Cathedrales Eccleſiæ*, ſtatutum eſt, ut in qualibet Cathedrali vel collegiata Eccleſia, aliqui clerici ex * Beoeficiis apti & docibiles, judicio Epiſcopi vel Prælati & capituli, ſaltem uous ex decem, de reſidentibus aſſumatur, qui ad ſtudia generalia Theologiæ & Juris canooici ac liberalium artium accedere compellatur. Quia nonnulli in exſecutione hujuſmodi conſtitutionis ſunt remiſſi; volentes eorum negligeotiam juris exſecutione ſuppleri, ſacro approbante Coocilio ſtatuimus, ut ſi infra ſex menſium ſpatium, juxta conſtitutiooem ipſam ad ſtudia literarum mittere diſtulerint, ex tunc ea vice poteſtas eligendi & mittendi ad nos & ſucceſſores ooſtros totaliter devolvatur, conſuetudiois vel ſtatuti illius Eccleſiæ obſtaculo non obſtante.

* *Fortè beneficiatis.*

IV. *De procuratoribus Epiſcoporum ad Concilium mittendis.*

18. CUm verò in conſtitutione domini Joannis quondam Archiepiſcopi Toletani prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: * *Epiſcoporum negligentia*, contineatur, quòd Epiſcopi in caſu in quo fuerint legitimè impediti, & Cathedralium Eccleſiarum capitula, mittant ad Concilium procuratores idoneos, de ſtatu propriarum Eccleſiarom & diœceſum informatos; ſtatuimus quòd Epiſcopi taliter impediti, procuratores alios ab illis, qui per eorum capitula fuerint conſtituti, mittere teneantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, contra eos perinde procedatur, ac ſi nemioem tranſmiſiſſent.

* *Vide ſupra pag. 576. cap. 2.*

V. *Ut rectores Eccleſiarum nomina ſuorum parochianorum annuatim in ſcriptis redigant.*

19. CUm nonnulli rectores Eccleſiarum & eorum vicarii in obſervando conſtitutionem Generalis Concilii, quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexûs*, inveniantur hactenus negligentes plurimum & remiſſi; ideoque univerſis & ſingulis Eccleſiarum rectoribus, eorumque vicariis, ſub pœna excommunicationis præcipiendo mandamus, quatenus dictam conſtitutionem diligenter obſervent, & nihilominus quilibet eorum in ſua parochia nomina ſuorum parochianorum, qui ad annos diſcretionis pervenerint, annuatim in ſcriptis redigant: & illos qui ſibi vel alteri poteſtatem habenti, de quo conſtet ei, confeſſi fuerint, conſignet, eoſque ad recipiendum Euchariſtiam excitet. Quòd ſi eam non receperint, niſi de conſilio proprii ſacerdotis abſtineant, necnon & reliqui non confeſſi, poſt lapſum anni ab Eccleſia, donec confeſſi fueriot, expellantur; & ſi ſic deceſſerint, Eccleſiaſticâ careant ſepulturâ.

20. Datum in Eccleſia Toletana XIV. Kalendas Junii, anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo nono, Indictione ſeptima, Pontificatûs ſancti patris & domini noſtri domini Benedicti divinâ providentiâ Papæ XII. anno quinto, quo dictum Concilium exſtitit terminatum, ſub ſigilli noſtri appenſione, præſentibus Blaſio Eximini archidiacono de Talavera, & Gonſalvo Roderici Theſaurario, & Joanne Martini canonico Eccleſiæ Toletanæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

21. Et ego Martinus Nuncaï portionarius in Eccleſia Toletana, publicus io civitate & diœceſi Toletana Archiepiſcopali auctoritate notarius, dictarum conſtitutionum publicationi, & aliis omnibus & ſingulis ſupradictis, unà cum dictis teſtibus rogatus præſens fui, eaſque de maodato prædicti Concilii publicavi, meoque ſigillo ſignavi.

CONCILIUM BARCINONENSE

Præſide Card. Rhodenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, celebratum anno Domini MCCCXXXIX.

22. ANno Chriſti MCCCXXXIX. Julio menſe Barcinone Concilium celebratum eſt, præſide Cardinali Rhodenſi, Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniis Legato; aſſidentibus antem Archiepiſcopo Tarraconenſi, & omnibus ejus provinciæ Epiſcopis. Scopus ejus Synodi fuit, ut de ſubſidiis Eccleſiaſticis Regi Aragonum conferendis deliberarent. Adfuerunt etiam Rex, & Reginæ Aragonum & Balearium, Petrus, & Raymundus Berengarius, Regis patrui, Jacobus Urgelitanus Comes, & Ferdinandus Balearici Regis frater germanus. Vide Suritam in *Indic. rerum Aragon.*

EPISTOLA CLEMENTIS VI.

Ad Archiepiſcopum Tarraconenſem, ejuſque ſuffraganeos.

Annus Jubileus, qui olim dabatur quolibet centeſimo anno, ad annum quinquageſimum reducitur.

ANNO CHRISTI MCCCXLIII.

Ex lib. 5. tit. 9. Extrav. comm. cap. 2.

23. UNigenitus Dei filius de ſinu Patris in uterum dignatus eſt deſcendere matris, in qua & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam divinitati ſuæ, in ſuppoſiti unitate ineffabili unione conjunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat aſſumens: ut haberet unde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri. Ubi enim venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, natum ex muliere: ut eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipſe namque factus nobis à Deo ſapientia, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio: non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa. Non enim corruptibilibus auro & argento, ſed ſui ipſius agni incontaminati & immaculati pretioſo ſanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis ſuffeciſſet; ſed copioſè, velut quoddam profluvium, noſcitur effudiſſe, ita ut à planta pedis uſque ad verticem capitis nulla ſanitas inveniretur in ipſo.

24. Quantum ergo exinde, ut neque ſupervacua, aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſivit, volens ſuis theſaurizare filiis pius pater, ut ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt, Dei amicitię participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per beatum Petrum cœli clavigerum, ejuſque ſucceſſores, ſuos in terris vicarios, commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum: & propiis & rationabilibus cauſſis, nunc pro totali nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis, pro peccatis debitæ tam generaliter quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) verè pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cujus quidem theſauri cumulum, beatæ Dei genitricis, omniumque electorum, à primo juſto uſque ultimum, merita adminiculum pręſtare noſcuntur; de cujus conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti (ut prædictum eſt) merita, quàm pro eo quòd quantò plures ex ejus applicatione trahuntur ad juſtitiam, tantò magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum.

25. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, piè (ſicut indubiè credimus) conſiderans, & attenta meditatione revolvens, quantum apud homines glorioſi principes terre Petrus & Paullus, per quos Euangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos Eccleſia religionis ſumpſit exordium, qui facti Chriſtiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici paſtores, Fidei lucernæ, Eccleſiarum columnæ, præ cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogativa in ipſo Salvatore Fidei virtute præcellunt. Quorum uni, ſcilicet Apoſtolorum principi, ſicut bono diſpenſatori, claves regni cœlorum commiſit: alteri tanquam bono doctori magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis injunxit. In ſpeciali veneratione haberi debeant, & debitâ honorificentiâ venerari: pro ipſorum memoria recolenda crebriùs, & reverentia à cunctis fidelibus Chriſti eis devotiùs adhibenda, ipſorumque patrocinio favorabiliùs aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum hujuſmodi pro excitanda & remuneranda devotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum ſuorum conſilio, ut omnes qui in anno à Nativitate Domini MCCC. & quolibet anno centeſimo ex tunc ſecuturo, ad dictorum Apoſtolorum Baſilicas de urbe accederent reverēter, ipſaſque, ſi Romani ad minus xxx. ſi verò peregrini aut forenſes fuerint, quindecim diebus continuis, vel interpolatis, ſaltem ſemel in die, dum tamen verè pœnitentes & confeſſi exiſterent, perſonaliter viſitarent; ſuorum omnium obtinerent pleniſſimam veniam peccatorum.

26. Nos autem attendentes quòd annus quinquageſimus in lege Moſaïca (quam non venit Dominus ſolvere, ſed ſpiritualiter adimplere) Jubileus remiſſionis & gaudii, ſacerque dierum numerus, quo lege fit remiſſio cenſebatur; quodque ipſe quinquagenarius numerus in Teſtamentis, Veteri quidem ex legis datione, Nuvo ex viſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur; quodque huic grandia & pluria divinarum adaptantur myſteria ſcri-

ptura-

Digitized by Google

pturarum; & clamorem peculiaris populi noſtri Romani, videlicet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſi & Aaron per proprios & ſolennes nuncios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicentis: Domine aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ vivæ; deſiderantes benigniùs exaudire; non quidem ut ſicut illius Iſraëlitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed ut iſtius prædilecti populi, & cunctorum fidelium augeatur devotio, fides ſplendeat, ſpes vigeat, charitas vehementiùs incaleſcat.

27. Volenteſque quàm plurimos hujuſmodi indulgentiæ fore participes, cùm pauci reſpectu multorum propter vitæ hominum brevitatem valeant ad annum centeſimum pervenire; de fratrum noſtrorum conſenſu prædictam conceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis & aliis juſtis cauſſis ad annum quinquageſimum duximus reducendam. Statuentes de fratrum conſenſu prædictorum, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ut univerſi fideles, qui verè pœnitentes & confeſſi in anno à Nativitate ejuſdem MCCCL. proximè futuro; & deinceps perpetuis futuris temporibus, de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Paulli Apoſtolorum Baſilicas, & Lateranenſem Eccleſiam, quam inclytæ recordationis Conſtantinus, poſtquam per beatum Sylveſtrum, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo revelante cognovit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & à contagio lepræ mundatus, in honorem Salvatoris conſtruxiſſe, quamque idē beatus Sylveſter novo ſanctificationis & chriſmationis genere dedicâſſe legitur, & in cujus Eccleſiæ parietibus præfati Salvatoris imago depicta primùm toti populo Romano viſibiliter apparuit, devotiùs veneranda, quam ex his & aliis certis & rationabilibus cauſſis, ut ipſa Eccleſia pariter indulgentiæ prędictæ privilegio decoretur, & devotus ab eodem Salvatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prędicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc cenſuimus venerandam, cauſsâ devotionis modo prædicto viſitaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam conſequantur: ita videlicet, ut quicumque voluerint indulgentiam hujuſmodi aſſequi, ſi Romani, ad minus xxx. ſi verò peregrini aut forenſes, modo ſimili xv. diebus ad prædictas Baſilicas, & Eccleſiam accedere teneantur. Adjicientes, ut ii etiam qui pro ea conſequenda ad eaſdem Baſilicas & Eccleſiam accedent, poſt iter arreptum impediti legitimè, quominus ad urbem illo anno valeant pervenire, aut in via vel dierum prętaxato numero non completo in dicta urbe deceſſerint, verè pœnitentes (ut præmittitur) & confeſſi, eandem indulgentiam conſequantur.

28. Omnes nihilominus & ſingulas indulgentias, per nos vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, tam prænominatis, quàm aliis Baſilicis & Eccleſiis de dicta urbe conceſſas; ratas & gratas habentes, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus, ac etiam innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ reductionis, conſtitutionis, &c.

29. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Apoſtolorum ejus Petri & Paulli ſeſe noverit incurſurum. Dat. Avinioni VI. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo.

30. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrûm, in ſingulis veſtris civitatibus & diœceſibus prædictas noſtras literas ſubditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis: ut annuente Domino ad promovendam hujuſmodi indulgentiam ſe diſponant. Cæterùm quia præſentes literæ nequirent, forſitan propter viarum diſcrimina, vel alia legitima impedimenta, ſingulis veſtrûm commodè præſentari; volumus quod per te frater Archiepiſcope dictarum literarum tranſumptum manu publica ſcriptum, tuoque munitum ſigillo, vobis, fratres ſuffraganei, tranſmittatur, cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Datum &c.

CONCILIUM COMPLUTENSE

Auctoritate Ægidii Archiepiſcopi Toletani celebratum anno Domini MCCCXLVII. tempore Clementis Papæ VI.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De vita & honeſtate clericorum.*
II. *De immunitate Eccleſiarum.*
III. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*
IV. *De ſimonia.*

Ægidius miſeratione divina Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas, & regni Caſtellæ Cancellarius, ad perpetuam rei memoriam.

CAPITULA.

I. *De vita & honeſtate clericorum.*

31. AD reformandam in Prælatis honeſtatem, ne adverſus eos qui uni domino famulantur, ex aliqua diſſimilitudine præbeatur occaſio obloquendi; attendentes quòd recolendæ memoriæ dominus frater Guillelmus Epiſcopus Sabinenſis, in his partibus tunc Apoſtolicæ ſedis Legatus, in conſtitutione quæ incipit: * *Quamvis honeſtas morum*, inter cætera providè ſtatuit, quòd Epiſcopi & ſuperiores Prælati, cùm eos equitare contigerit, capellos ſuæ dignitati deferant congruentes; nos cupientes ſuffraganeos noſtros ſimilitudine decenti & debita, ut in Eccleſia unum ovile & etiam unus paſtor valeat apparere, in qua flores honoris & honeſtatis fructus in ubertate ſuccreſcant; ſacro approbante Concilio ſtatuimus, cùm nos Epiſcopi ſuffraganei noſtri cum capellos detulerimus rotundos, & in ſuperiori parte laneos, nullatenus ſericos, cum nigra, & non alterius coloris, fodraturâ, portemus. Qui verò ſecùs facere præſumpſerit, tamquam inobediens, & inhoneſtè incedens, mille morabetinorum uſualis monetæ ſummam eo ipſo ſolvere teneatur, quorum tertia pars fabricæ Eccleſiæ ſuæ, alia pars denunciatori, reliqua verò pars redemptioni captivorum irremiſibiliter applicetur.

* Vide ſuprà pag. 553. cap. VI.

II. *De immunitate Eccleſiarum.*

32. CÆterùm quorundam habet fida relatio, quòd nonnullæ Eccleſiaſticæ perſonæ, ad obſervandam ceſſationem divinorum officiorum, juxta conſtitutionem præfati domini Legati, quæ incipit: * *Quia cæleſtis*, nimis promptæ, ſi aliquis exceſſus contra ipſam conſtitutionem perpetratus dicatur, ceſſant & ceſſare faciunt illicò à divinis; nos ſalubri meditatione conſiderantes, quòd hujuſmodi ceſſationis tempore divina organa ſuſpenduntur, & Eccleſiaſtica ſacramenta non, ut ſolent, miniſtrantur, fidelium deperit devotio, & multiplicantur pericula animarum; eodem approbante Concilio ſtatuimus, quòd ſi quis perſonas Eccleſiaſticas lædere, aut capere, aut aliqua alia in prædicta conſtitutione contenta attentare præſumpſerit; ad ceſſationem, & alias pœnas in dicta conſtitutione contentas, niſi priùs citato malefactore, ſi inveniri & tutè citari poſſit, aliàs in Cathedrali vel parochiali Eccleſia malefactoris; Eccleſiaſtica citatrice publicata, ejus defenſionibus, ſi quas legitimas habuerit, auditis, ſi idem malefactor diffiteatur ſe in dictam conſtitutionem incidiſſe, aut comparere noluerit, & ſummaria cognitione permiſſa culpabilis fuerit inventus, nullatenus procedatur, niſi adeò ſit exceſſus notorius, quòd nulla poſſit tergiverſatione celari.

* Vide ſuprà pag. 564. num. 54.

33. Rurſus in provinciali inſtitutione per bonæ memoriæ dominum Eximinum Archiepiſcopum Toletanum prædeceſſorem noſtrum, quæ incipit: * *Divinis exemplis*, inter alia cautum eſſe novimus, quòd raptores, invaſores, vaſtatores, & deprædatores bonorum Eccleſiarum, vel clericorum, aut vaſſallorum Eccleſiæ, qui bona prædicta ex propoſito nocendi cum armis occupaverint vel rapuerint, ſeu invaſerint violenter, aut cœperint vaſſallos Eccleſiæ, excommunicationem incurrant.

* Vide pag. 584. ubi fragmentum attulimus ejus conſtitutionis.

34. Quia verò ſtatutum ipſum propter malitiam temporis tunc inſtantis rationabiliter editum, nonnullis nimis rigoroſum videtur; nos hujuſmodi rigorem, quoad præmiſſos caſus manſuetudine

tudine temperantes, eodem approbante Concilio ſtatuimus, quòd ſi præmiſſa vel aliquid præmiſſorum quiſquam commiſerit, requiſitus per judicem Eccleſiaſticum, ſi inveniri & requiri poſſit; aliàs requiſitione in Cathedrali vel parochiali Eccleſia ipſius malefactoris publicata, infra quindecim dies à tempore prædictæ requiſitionis in antea numerandos, captum à captione liberare, & de illatis damnis emendam competentem facere contempſerit, eo caſu, & non aliter, excommunicationis ſententiæ ſe noverit ſubjacere, ut ſic ejus inſolentia reprimatur, aliis in dicta conſtitutione contentis in ſuo robore duraturis.

III. *De pœnitentiis & remiſſionibus.*

35. SAnè de quæſtoribus eleemoſynarum, quorum quidam mentiendo alios ſeducunt, & eleemoſynas fallaci ingenio extorquent, ſtatuimus hoc edicto, quòd Epiſcopi ſuffraganei noſtri, vel ſede vacante vicarii per capitulum deputati, nullum quæſtorem de extra Epiſcopatum ſuum, niſi literas Apoſtolicas, aut noſtras exhibuerit, quomodolibet admittant: mandantes quòd cùm quæſtores pro fabrica ſuarum Cathedralium Eccleſiarum, vel pro aliis piis operibus ſuorum Epiſcopatuum receperunt, conſtitutionem felicis recordationis domini Clementis Papæ V. quæ incipit: *Abuſionibus*, in Concilio Viennenſi contra quæſtores hujuſmodi editam, in omnibus faciant inviolabiliter obſervari. Contrarium verò facientes duorum millium morapetinorum uſualis monetæ pœnam incurrant; quorum terriam partem fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, aliam denunciatori, reliquam verò partem redemptioni captivorum applicamus.

IV. *De ſimonia.*

36. VErùm quia plerumque in exactione emolumenti ſigilli, nonnulli metas rationis excedunt, & tam pro licentia quoad ſtudia literarum, ſeu quâ animarum cura ad tempus committitur, quàm pro litera dimiſſoria, quâ cuique ſe ad alias partes transferendi licentia conceditur, quantitates indebitæ extorquentur; nos eorum inſatiabilem voraginem compeſcere cupientes, ſtatuimus, eodem Concilio approbante, ut pro qualibet prædictarum literarum poſſint ſex morapetini, & duo denarii pro cancellaria, & unus morapetinus pro regeſto, & non ampliùs recipi ullo modo. Qui verò contrarium fecerit, mille morapetinorum pœnam incurrat, dividendam & applicandam ut ſuperiùs eſt præmiſſum.

37. Datum apud Alcalam Toletanæ diœceſis, die viceſima quarta menſis Aprilis, qua die dictum Concilium exſtitit terminatum, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo, ſub ſigilli noſtri impreſſione in teſtimonium præmiſſorum, præſentibus venerabilibus in Chriſto fratribus noſtris Blaſio Dei gratiâ Palentinenſi, & Garſia Conchenſi, & Joanne Giennenſi, Epiſcopis ſuffraganeis noſtris, & capituli Toletani, & aliorum ſuffraganeorum noſtrorum, & capitulorum ipſorum procuratoribus, qui præmiſſis omnibus & ſingulis ſuum præſtiterunt conſilium pariter & aſſenſum.

PRIVILEGIUM

Regis D. Petri ſecundi Valentiæ, in quo decernit Eccleſiaſticos à vectigalibus exemptos eſſe, jubetque ut illis reſtituatur quod ſolverint.

Nunc primùm prodit ex MS. Eccleſiæ Valentinæ.

ANNO CHRISTI MCCCXLIX.

38. IN nomine Domini. Sit notum cunctis, quòd nos Petrus Dei gratiâ Rex Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barchinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ, conſiderantes modum facilem vel idoneum non poſſe commodè reperiri, per quem vos venerabilis in Chriſto Pater Hugo divinâ providentiâ Epiſcopus Valentinus, Cancellarius noſter, dilectum capitulum veſtræ ſedis, cæterique clerici, presbyteri, & in ſacris veſtræ diœceſis Valentinæ, vel alterius cujuſcumque ad dictam diœceſim declinantes, excuſari ſive eximi valeatis à contributione impoſitionum quas in civitate & regno Valentiæ ex dictorum civitatis & regni decennali conceſſione noviter facta vobis levari facimus, colligi & haberi, & quæ per totum dictum tempus ſimiliter levabuntur; à quarum quidem contributione vos omnes prorſus exempti eſtis, & eſſe debetis pariter & immu-

immunes, nec ad ſolvendum aliquid in eiſdem eſtis in aliquo obligati; ideo volentes veſtrum præſulare clericaleque privilegium, quo eximimini à præmiſſis, à læſione omnimoda, modis congruis, ut convenit, præſervare, ſcienterque fatentes, & recognoſcentes expreſsè vos aliquatenus ad præmiſſa, ut præmittitur, non teneri; cum præſenti publico inſtrumento firmiter valituro gratis & ex certa ſcientia pro firma & ſolenni ſtipulatione promittimus, & convenimus vobis dicto venerabili Epiſcopo, & toto veſtro clero dictę veſtrę diœceſis antedicto, & aliis clericis qui undecumque ad ipſam diœceſim venerint, quòd per modum & formam deſignatos inferiùs de plano, dilatione & cavillatione quibuſcumque ſemotis, ſolvemus, reddemus, & reſtituemus vobis, vel cui loco veſtri volueritis, ſive ſolvi & reſtitui faciemus, totum id, quicquid, & quantum vos ſolvere, ſive ſolviſſe in dictis impoſitionibus quomodocumque contigerit, vel à vobis vel aliquo veſtrûm exactum fuerit eâ cauſsâ.

39. Quamquidem reſtitutionem vobis facimus, & habemus facere iſto modo, videlicet, quòd ut conſtet clariùs de eo quod vos ſolviſtis .... deputamus Dominicum Aragonès, civem Valentiæ, qui unà cum dilecto noſtro Petro de Abbatia canonico Eccleſiæ Valentinæ, per vos ad hæc, ut dicimus, ordinato, audiat computum de tribus in tribus menſibus à majordomo veſtri dicti venerabilis Epiſcopi, & ab aliis ſuperiùs expreſſatis, vel à majordomis aut procuratoribus eorundem, de toto eo quod vos ſolviſſe contigerit in impoſitionibus prælibatis, ſuper quo dicti auditores ſtabunt, & ſtare habeant juramento majordomi veſtri dicti venerabilis Epiſcopi, & cæterorum prædictorum, vel majordomorum, ſeu procuratorum eorum: & hac forma à vobis per dictos Auditores habito computo de præmiſſis, promittimus vobis quòd id quod per jam dictum Auditorem noſtrum & canonicum memoratum, per dictum computum vel computa repertum fuerit vos exſolviſſe in impoſitionibus ſæpedictis, vobis vel veſtris majordomis, aut procuratoribus, ſeu deputato à vobis, in continenti per adminiſtratores pecuniæ dictarum impoſitionum, vel illos ad quorum manus vel poſſe pervenerit dicta pecunia impoſitionis prædictæ, vel apud quos depoſita fuerit, ſive etiam commendata, exſolvi & reſtitui plenariè faciemus, omni dilatione ceſſante; quodque per dictos adminiſtratores vobis .... faciemus quòd illud quod per dictos Auditores eis notificatum fuerit, vobis & ſingulis veſtrûm pro prędictis debere reſtitui & tornari confeſtim vobis vel dictis veſtris majordomis, aut procuratoribus, vel deputato à vobis dabunt & ſolvent, quolibet moræ diſpendio proculdubio, non obſtantibus quibuslibet aſſignationibus quibuſcumque perſonis ſuper dicta pecunia per nos factis.

40. Declaramus tamen, & de certa ſcientia hujus ſerie inhibemus dictarum impoſitionum collectoribus quibuſcumque, quòd ex quibuſlibet bonis, ſive reditibus veſtris, quos vos dictus venerabilis Epiſcopus, vel alii ex clericis ſupradictis, à locis quibuſvis, ad loca quæcumque, ubi dictæ impoſitiones ſolverentur, duci faceretis vel portari, dummodo ſint de reditibus & juribus veſtris; & ſuper hoc credatur plenariè juramento majordomi, vel procuratoris veſtri dicti venerabilis Epiſcopi, & cæterorum clericorum prædictorum, vel procuratorum, aut majordomorum ipſorum, impoſitionem aliquam minimè exigant, ſive levent, nec ad ſolvendum aliquid pro iiſdem aliquatenus vos compellant, etiam ſi pannos, carnes, victualia, vel quæcumque alia emeritis in groſſo, de illo à vobis nihil impoſitionis nomine exigant ſive levent.

41. Mandamus igitur per hoc præſens publicum inſtrumentum, gerens vicem Epiſtolæ quoad hæc, univerſis & ſingulis collectoribus, arrendatoribus, & emptoribus impoſitionum prædictarum, deputatis & deputandis, necnon dictis adminiſtratoribus, depoſitariis, ſive campſoribus, vel aliis quibuſvis, quibus dictæ pecuniæ per nos fuerit adminiſtratio attributa, cæteriſque officialibus & ſubditis noſtris, præſentibus & futuris, quatenus omnia & ſingula contenta deſuper & expreſſa, in quantum eorum quemlibet juxta præmiſſorum expreſſionem & ſeriem prædictam tangere, vel eis incumbere dignoſcatur, faciant, teneant, adimpleant effectualiter & obſervent, obſervari tenerique faciant inconcuſsè, & in nullo contraveniant, ſi de noſtrî confidunt gratiam vel amorem.

42. Nos enim quum hoc eodem injungimus, noſtro Rationali magiſtro, vel alii è prædictis adminiſtratoribus, & aliis depoſitariis prædictis, computum vel computa auditoribus, ut quicquid vobis pro præmiſſis duxerint exſolvendum, quòd in noſtro computo admittere non poſtponat. Recuperent tamen à vobis apochas ex eo quòd vobis exſolverint ipſa cauſſa, in qua de conventione hujuſmodi expreſſa & ſpecialis mentio habeatur. Hæc igitur omnia & ſingula antè ſcripta, quæ inter nos & vos fuerunt ad invicem concordata, facimus, annuimus, & promittimus in poſſe notarii ſubſcripti à nobis pro vobis, & omnibus illis, quorum interſit ſtipulantis & legitimè paciſcentis. In cujus rei teſtimonium vobis fieri juſſimus præſens publicum inſtrumentum, noſtri ſigilli appendicii munimine inſignitum. Quod actum fuit in aula Timberorum regalis noſtrę Valent. ſeptimo decimo Kal. Octobris, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono.

Si † gnum Petri Dei gratiâ Regis Aragonum, Valentiæ, Majoric. Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſque Barchinonæ, Roſſilionis, & Ceritaniæ, qui hęc laudamus, concedimus, & firmamus.

Fuerunt teſtes ad prædicta venerabilis frater Joannes Ferdinandus de Heredia cappellanus Empt. nobilis Galcerandus de Bello-podio

dio majordomus, & Michaël Petri Zapata, conſiliarii dicti domini Regis.

Sig ✝ num mei Bernardi de Bonaſtre, dicti domini Regis ſcriptoris, ejuſque auctoritate notarii publici per totam terram & dominationem ſuam, qui de ipſius mandato hæc ſcribi feci.

CONCILIUM HISPALENSE

Præſide D. Nunio Archiepiſcopo celebratum anno Domini MCCCLII.

43. ANno Chriſti MCCCLII. celebratum fuit Concilium Hiſpali à D. Nunio Archiepiſcopo, cujus meminit in ſchedis ſuis doctor Joannes Torres de Alarcon, & recenter D. Didacus Ortiz de Zuñiga, eques Hiſpalenſis, in Annalibus Eccleſiaſticis ejus urbis, ad annum prædictum. Canones illius videntur non exſtare: ſolumque deprehenditur, in eo cautum fuiſſe, ne compatres in baptiſmo eſſent plusquam quatuor; & ne locus de cætero eſſet quibuſdam abuſibus introductis in matrimonio.

CONCILIUM TOLETANUM,

Auctoritate Blaſii Archiepiſcopi celebratum anno Domini MCCCLV. tempore Innocentii Papæ VI.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Quòd tranſgreſſiones conſtitutionum provincialium non ad culpam, ſed ad pœnam tantùm obligent tranſgreſſores.*

II. *De conſtitutionibus Joannis Legati Apoſtolicæ ſedis.*

PRÆFATIO.

1. PAteat univerſis, quòd nos Blaſius miſeratione divina Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas, ac regni Caſtellæ Cancellarius, in Concilio per nos apud Toletum die prima menſis Octobris, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto celebrato, quâ prædictum Concilium exſtitit terminatum, procuratoribus & vicariis Epiſcoporum ſuffraganeorum noſtrorum ac capitulorum Eccleſiarum Cathedralium noſtræ provinciæ, qui voluerint & potuerint commodè intereſſe, congregatis, pro animarum noſtrorum ſubditorum ſalute, ſacro approbante Concilio, conſtitutiones edimus ſubſequentes.

CAPITULA.

I. *Quòd tranſgreſſiones conſtitutionum provincialium non ad culpam, ſed ad pœnam tantùm obligent tranſgreſſores.*

2. NE onerentur culpæ pondere ex tranſgreſſione conſtitutionum provincialium Chriſti fideles, quibus divina * pietas jugo ſuavi & onere leviori ſupponere miſericorditer eſt dignata; ſacro approbante Concilio ordinamus, quòd conſtitutiones provinciales prædeceſſorum noſtrorum, & quæ in futurum condentur, niſi aliter in condendis expreſsè fuerit ordinatum, non ad culpam, ſed ad pœnam tantùm, earundem obligeut tranſgreſſores. * *Corr. quos.*

II. *De conſtitutionibus Joannis Legati Apoſtolicæ ſedis.*

3. QUia in prooemio conſtitutionum provincialium editarum per bonæ memoriæ dominum Joannem prędeceſſorem noſtrum, continentur hæc verba:* Pręcipimus conſtitutiones per dominum Legatum editas in Concilio per eundem apud Vallemoleti celebrato, cum infraſcriptis per nos in præſenti Concilio editis obſervari, aliquibus grave periculum videtur, quòd tranſgreſſores conſtitutionum domini Cardinalis Legati prædicti, quæ præceptum non continent, eos ad culpam obligent ex vi præcepti, quod in dicto prooemio continetur: & quia ex eo quod aliqui aſſerunt, quòd eædem conſtitutiones domini Legati non ligent, pro eo quòd non fuerunt publicatæ integraliter, modo & forma in prooemio earundem traditis & contentis; nos ſacro approbante Concilio ſtatuimus & declaramus, quatenus vigore præcepti hujuſmodi ad obſervantiam dictarum conſtitutionum præcepta domini Cardinalis Legati nos & ſubditos noſtros non obligent, niſi in eo caſu, modis & forma quibus nos & eos dicti domini Legati conſtitutiones ſtatuerunt obligari.

* Vide ſuprà pag. 576. num. 13.

4. In cujus rei teſtimonium præſentes literas per infraſcriptum notarium publicum in formam publicam redigi, ac noſtri ſigilli appenſione mandavimus communiri. Datum loco, die, menſe, & anno prædictis, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris Hugone de la Manhama legum doctore de Majorito, ac Didaco Gonſalvi de Talavera, archidiaconis, ac Joanne Alphonſo de Villa-regali canonico Eccleſiæ Toletanæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis.

5. Et ego Alphonſus Ferdinandi publicus auctoritate Epiſcopali in civitate & diœceſi & provincia Toletana notarius, prædictarum conſtitutionum editioni, publicationi, ratificationi, ac omnibus & ſingulis prædictis, unà cum prænominatis teſtibus præſens interſui, & in præſentibus literis meum ſolitum ſignum appoſui rogatus, in teſtimonium veritatis.

CONCILIUM COMPLUTENSE
NATIONALE
Præſide D. Petro Tenorio Archiepiſcopo Toletano; celebratum circa annum Domini MCCCLXXIX.

6. ANno Domini circiter MCCCLXXIX. Compluti Concilium Nationale celebratum eſt, pręſide D. Petro Tenorio Archiepiſcopo Toletano, ad deliberandum, cuinam parendum eſſet tamquam vero Pontifici, an Urbano VI. an potiùs Clementi VII. Videtur ea graviſſima quæſtio tunc in medio relicta, ſuſpenſis inter utrumque animis. Vide Narbonam in vita Tenorii fol. 35.

CONVENTUS EPISCOPORUM
Apud oppidum de *Illeſcas* in regno Caſtellæ.
ANNO CHRISTI MCCCLXXIX.

7. ANno MCCCLXXIX. Conventus Epiſcoporum habitus eſt apud oppidum de *Illeſcas*, præſide D. Petro Tenorio Archiepiſcopo Toletano, & pręſente Henrico Rege. Videtur dictus Archiepiſcopus in eo Conventu eam ſententiam cum maxima Caſtellanorum parte amplexus, ut licèt ob metum à Romanis injectum Urbani electio celebrata vitio exſtitiſſet; ob unanimem tamen in eo Papali corona ſolenni ritu cingendo, ac ſacros Pontificibus honores illi toties totieſque impenſos, prius vitium purgatum fuiſſe. ODORICUS RAYNALDUS *Annal. Eccleſ.* tom. XVII. ad hunc annum.

CON-

CONCILIUM TOLETANUM

Præſide D. Petro Tenorio celebratum anno Domini MCCCLXXIX.

8. EOdem anno MCCCLXXIX. ad Henricum Regem Cordubæ agentem Legati ab Urbano Pontifice venerunt: ut eum Pontificem ſalutarent, æmulum quaſi vitio creatum exſecrarentur, poſtulatum. Viris primariis in conſilium adhibitis, de re tanta Toleti in frequentiori conventu dijudicare viſum eſt: quo Joannes Regis filius hyematurus venire decreverat. In eam urbem novi à Rege Gallo Legati venerunt, Clementis cauſſæ aſſuturi. Epiſcoporum & procerum Concilio advocato in re controverſa, ſui judicii non eſſe reſponſum in partem alteram inclinare: facturos quod Eccleſiæ judicio decretum eſſet. Quæcumque in provincia ad Romanos Pontifices pertinerent, integra ei fore qui æmulum ſuperâſſet. MARIANA *De reb. Hiſp.* lib. XVIII. cap. 2.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Burgos.

Habitus anno Domini MCCCLXXIX.

9. ANno Domini MCCCLXXIX. menſe Majo Præſulum & procerum conventū Burgis Henricum Regem indixiſſe, ut in ſchiſmatis controverſia veritatem exploraret, è Petri regiæ Aragoniæ ſtirpis Principis, qui Sancti Franciſci inſtituta amplexus, hoc tempore ſanctitatis opinione florebat, ac pluribus cœleſtibus viſis colluſtrabatur, monumentis conſtat: atque etiam ab eodem Petro, qui Propheta habebatur, miſſis Præſulibus orâſſe, ut divina ſibi arcana, quibus cœlitus edoctus erat, in vero Pontifice dignoſcendo aperiret.

10. Pſeudo-cardinalis enim Oſtienſis, cùm cætera ejus vaticinia laudaret, illud, in quo de Urbano agebatur, oppugnabat. Quibus auditis, Petrus, qui jam antè Henricum Regem literis hortatus erat, ut in Urbani veneratione conſtans perſtaret, de futuro in Dei Eccleſia ſchiſmate olim ſibi divinitus oſtenſo, prænunciatoque; tum de Urbani creatione legibus celebrata, aliiſque reſponſum dedit: quod videſis apud Odoricum Raynaldum *Annal. Eccleſ.* tomo XVII. ad hunc annum.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Medinam Campeſtrem.

Celebratus anno Domini MCCCLXXX.

11. ANno Domini MCCCLXXX. ad Medinam Campeſtrem Caſtellæ conventus, cauſsâ dirimendæ controverſiæ inter Urbanum VI. & Clementem VII. agitatus eſt. A Legatis Pontificiis ſumma contentio adhibita, quòd ibi decretum eſſet, ratum in reliqua Hiſpania fore, minimè dubitantibus. Hi Romana, illi Fundana comitia præferebant, prudentioribus neutri parti favendum fore videbatur; ſed quaſi Pontificio inter-regno controverſiam ad arbitrium Generalis Concilii rejiciendam. Tempus autem altercationibus trahebatur. MARIANA *De reb. Hiſp.* lib. XVIII. cap. 4.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Celebratum anno Domini MCCCLXXXI. Præſide D. Petro de Luna Cardinali, & Clementis VII. Legato.

12. ANno Domini MCCCLXXXI. XIII. Kal. Junias Concilium celebratum eſt Salmanticæ, præſide D. Petro de Luna Cardinale, & Clementis VII. Legato. Adfuit Toletanus Præſul D. Petrus Tenorio, & multi alii Antiſtites, & Academiæ doctores. Poſt quorum omnium deliberationem concluſum fuit legitimum jus Clementis VII. ad ſummum Pontificatum præ Urbano VI. ipſeque veluti certus & exploratus Pontifex ſalutatus fuit, rejecto Urbano, veluti non ritè electo. Hæc ita narrat Mariana lib. XVII. cap. 4.

13. Erat Petrus de Luna nobiliſſimo inter Aragonios loco, à Gregorio Pontifice Cardinalis creatus, ſequutuſque in diſſidio Clementis partes, ardenti ingenio vir, legum peritiſſimus. Is in Hiſpaniam, ſi ingenii dexteritate eas gentes in partes attraheret, legatus eſt, ineunte ſaeculo anno MCCCLXXXI. & in Aragonia quidem inanis opera fuit, Regis & procerum animis incertis ſuſpenſiſque. Apud Caſtellæ Regem majus operæ pretium fecit. Viri præſtantiſſimi ſelecti de re tota jodicaturi. Multi dies in cognitione conſumpti. Salmanticæ tandem, quò Conventus translati ſunt, ad tertium decimum Kalendas Junias Urbani cauſſam, ut vitio creati adverſati, Clemeotem Pontificem quaſi liberis comitiis electum ſalutârunt, Avenione morantem. In quo & loci vicinitatem ſequuti ſunt, & Regis Galli gratiæ magis id datum, quàm ad æquitatis regulas expenſum.

14. Surita idipſum narrat in *Indice rer. Arag.* hiſce verbis: Joannes Caſtellæ Rex Salmanticæ anno MCCCLXXXI. XIV. Kal Junii, conſilii mandatiſque paterni immemor, quaſi adjudicatâ Urbani & Clemētis controverſiâ, quæ Chriſtianorum Principum diſtractione Eccleſiam ipſam dilacerabat, ſe Clementem tamquam verum Chtiſti vicarium ſuſcipere atque agnoſcere profitetur: ſuiſque edicit, uti ab univerſo regno, generatimque à ſingulis, obſervetur obtemperetur que.

NOTA CARD. DE AGVIRRE.

15. EX monumentis verò Academiæ, quæ indicantur in prologo Statutorum fol. 3. pag. 1. habemus id contigiſſe, non anno MCCCLXXXI. ſed *ἀμέσως* ſequenti MCCCLXXXII. die XX. Maji, regnante in Caſtella Joanne I. At enim potiùs habenda eſt fides Suritæ, quia loquitur juxta archetypum illius Conventus: ubi palam habetur, Regem Medinâ Salmanticam profectum die decima nona Maji, in hujus Eccleſia majori declarationem illam legi juſſiſſe, quâ Clemens VII. verus Papa pronunciatur. Præceſſerant autem comitia apud Medinam, præſide ipſo D. Petro de Luna: quorum memoria recens ex ipſo autographo in *Hiſt. magni ſchiſmatis Occidentis*, lib. 2. pag. 136.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Navarram.

Habitus anno Domini MCCCLXXXVII.

16. ANno Dom. MCCCLXXXVII. in Conventu Epiſcoporum & procerum apud Navarram, Clementem eo nomioe VII. juſtum videri Pontificem pronunciatum. quod eatenus Aragoniæ exemplo factum non erat, incertis ſuſpenſiſque Principum & populi animis. Regum Galliæ atque Caſtellæ gratiæ id dari viſum eſt, potiùs quàm ad veritatis atque æquitatis regulam ſatis expendi. Et exſtabat à Caſtellæ Rege novum beneficium, redditis Vaſconi arcibus, quæ in ditione ejus Caſtellæ præſidiis magno numero obtinebantur: pecuniâ etiam, quam pater magno pondere mutuam acceperat, condonatâ. Mariana *De rebus Hiſpan.* libto decimo octavo cap. undecimo.

CON-

Digitized by Google

CONVENTUS EPISCOPORUM
Apud Barcinonem.
Habitus anno Domini MCCCLXXXVII.

17. ANno Domini MCCCLXXXVII. Barcinone in Epiſcoporum & procerum Conventu ſchiſmatis cauſſa agitata eſt; diu multumque Fundana comitia præferenda videri pronunciatum pridie Nonas Februarii. Ergo Clemens omnium ordinum conſenſu atque lætitia Pontifex ſalutatur. Sic Hiſpaniæ multò maxima pars ejus auſpicia ſequebatur: noviſque acceſſionibus factio ea vehementiùs confirmabatur. Petri de Luna Cardinalis Aragonii, qui à Clemente Legatus in Hiſpania agebat, diligentia & auctoritate res ad exitum perducta. Ex Mariana *De reb. Hiſp.* lib. XVIII. cap. 11.

CONCILIUM PALENTINUM
Sub præſidio Petri de Luna Cardin. in Hiſpania (quæ adhuc iſto tempore Clementi Antipapæ adhæreſcebat) celebratum anno Domini MCCCLXXXVIII. tempore Vrbani Papæ VI.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De officio Ordinarii.*
II. *De cohabitatione clericorum & mulierum.*
III. *De clericis conjugatis.*
IV. *De rebus Eccleſiæ non alienandis.*
V. *De Judæis & Sarracenis.*
VI. *De feriis per infideles colendis.*
VII. *De adulteriis.*

HÆ ſunt conſtitutiones reverendiſſimi in Chriſto patris ac domini, domini Petri de Luna, ſanctæ Mariæ in Coſmedin ſacræ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, in Hiſpaniarum partibus Apoſtolicæ Sedis Legati, vulgariter Cardinalis de Aragonia, vel de Luna nuncupati.

PRÆFATIO.

Petrus miſeratione divina ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam.

18. QUia diſponente patre luminum, ex injuncto nobis legationis officio curam gerimus cleri & populi Hiſpaniarum; circa illa attentis ſtudiis ac ſtudioſis affectibus libenter intendimus, per quæ ſubditorum mores dirigantur ſalubriter, & eorum actus devii in melius reformentur: ut ſic illi ſuorum operum moderentur habenas, quòd accepti reddantur Altiſſimo, eiſque ſalus perveniat animarum.

19. Ad iſta igitur, ad quæ ferventiùs noſtra aſpirat intentio, conſiderationis intuitum convertentes, illuſtriſſimi ac devotiſſimi Principis domini Joannis Regis Caſtellæ, Legionis, & Portugalliæ, nonnullorumque Prælatorum regni Caſtellæ pulſati inſtantiâ, habitâ ſuper his cum aliquibus ex Prælatis prædictis & aliis viris providis & diſcretis, deliberatione matura, & diſcuſſione ſolerti, ſuper quibuſdam, quæ correctionem & reformationem * agere videbantur, conſtitutiones infraſcriptas edidimus: quas die datarum præſentium in Eccleſia fratrum Minorum civitatis Palen-

* Correctione & reformatione egere.

Paleutinæ, poſt Miſſarum ſolennia, in præſentia dicti Regis, & aliquorum Prælatorum dicti regui, clericorum & laïcorum circunſtante multitudine copioſa, fecimus publicari.

20. Et licèt poſt publicationem hujuſmodi non ſit neceſſitas præfatas conſtitutiones ſiugulorum auribus inculcare; ne tamen aliquis ab earum nbſervatione ſe valeat per accuratam ignorantiam quomodolibet excuſare; venerabilibus in Chriſto patribus, Toletano, Compoſtellano, & Hiſpalenſi Archiepiſcopis, ac Burgenſi, Legionenſi, Ovetenſi, Carthagineuſi, Palentinenſi, Calagurritano, Oſſomenſi, Seguntinenſi, Conchenſi, Segobieuſi, Cordubenſi, Gienneuſi, Zamoreuſi, Salamanticenſi, Abulenſi, Civitatenſi, Caurienſi, Pacenſi, Gadicenſi, Aſtoricenſi, Aurienſi, Lucenſi, Mindonienſi, Tudenſi, Epiſcopis, in virtute ſauctæ obedientiæ diſtrictè percipiendo mandamus, quatenus ipſas conſtitutiones in ſuis Cathedralihus Eccleſiis infra duorum meuſium ſpatium poſtquam eis fuerint præſentatæ, clericis ac religioſis Ordinis cujuſcumque, exemptis & non exemptis, infra eorum diœceſim exiſtentibus, anctoritate noſtra ad hoc ſpecialiter convocatis, & deinde quolibet anno, vel in Synodis per eos
* Ad earũ obſ. celebrandis, vel in dictis Eccleſiis, ſemel ad minus ſolenniter & integraliter faciant publicari, & * earum obſervantiam deut, in quantum ad eorum ſpectat officium, operam efficacem.

21. Volumus inſuper, quòd prædictæ noſtræ conſtitutiones ad obſervantiam ſui ligent omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos ſupradictos, prout in eis de Archiepiſcopis & Epiſcopis cavetur expreſsè, ac perſonas ſæculares quaſcumque, & Eccleſiaſticas etiam & religioſas Ordinis cujuſcumque, exemptas & non exemptas, infra civitates & diœceſim dictorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum conſtitutas, poſt duos menſes à tempore publicationis faciendæ in præfatis Eccleſiis Cathedralibus numerandos.

C A P I T U L A.

I. *De officio Ordinarii.*

22. IN vinea Domini Sabaoth cultores immeriti poſiti & cuſtodes, ſic in culturæ ac cuſtodiæ nos debemus miniſteriis exercere, ut ad eadem alios iu partes ſolicitudinis evocatos ſedulo ſtudio excitemus. Exſtirpandis igitur vitiorum ſpiuis & peccatorum tribulis, quæ ſuperficiem ejus obumbrâſſe videntur, ac plantandis virtutum germinibus, in quibus Dominus delectatur, totis affectibus intendentes; monemus & hortamur omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcumque juriſdictionem Eccleſiaſticam habentes & exercentes, eorumque vicarios, proviſores, officiales, & alios ipſorum loca tenentes, quocumque nomine cenſeantur, ut circa correctionem clericorum coujugatorum & non conjugatorum, in quibuſcumque ordinibus conſtitutorum, cujuſcumque dignitatis, gradûs, vel conditionis exſtiterint, qui crimina vel maleficia commiſerint, diligenter obſervent canonica inſtituta.

23. Et ſi crimina commiſſa fuerint capitalia, vel talia, pro quibus ea perpetrans capitaliter ſit puniendus; officialis, vicarius, proviſor, aut quivis alius vicem gerens Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Prælati, aut is ad quem ratione ſui Beueficii vel officii hoc ſpectat, vel ejus locum tenens, clericum conjugatum vel non conjugatum, ordinis, dignitatis, gradûs, vel couditionis cujuſcumque, talia committentem abſque correctione & caſtigatione debita non relaxent, abſolvant, vel abire permittant, aut in caſtigando, corrigendo, vel puniendo remiſſi aut negligentes exiſtant. Alioquin malitioſè deficientes in præmiſſis, ſi beneficiati fuerint, à perceptione fructuum & redituum Beneficiorum quæ obtinent, ſint ſuſpenſi per annum, & per idem tempus efficiantur inhabiles ad quodcumque Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum. Si verò beneficiati non fuerint, per idem tempus ad obtinendum Eccleſiaſticum Beneficium reddantur inhabilis ipſo facto.

II. *De cohabitatione clericorum & mulierum.*

24. SPecioſus formâ præ filiis homiuum, & plenus gratiâ, ſons virtutum, glorioſus ſponſus Eccleſiæ Jeſus Chriſtus, inter alia ſanctitatis inſignia, quibus ſponſam ejus inclytam inſignivit, glorioſam conſtituit caſtitatem, ut in illa, ſine qua nullum opus bouum exiſtit, ſponſa ipſius & miniſtri ejus eidem ſponſo virgini, nato de virgiue, vitæ puritate ſulgentes, devotione ſupplici deſervirent.

25. Sed uonnulli clericorum & religioſorum, famæ ſuæ & ſalutis immemores, cum concubinis publicè vitam ducunt enormiter diſſolutam: ſuper quo bouæ memoriæ Guillelmus Epiſcopus Sabinenſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, in partibus Hiſpaniæ Apoſtolicæ Sedis Legatus, cupiens ſalubriter providere; quaudam * couſtitutionem providè edidit, quæ antiqui hoſtis
* Extat ſuprà pag 556. cap 7. num 17. procurante verſutia uſquequaque non exſtitit obſervata.

26. Propter quod nos adversùs hujuſmodi vitium providere de ſalubri remedio cupientes, monemus omnes & ſingulos clericos, & tam ſæculares quàm regulares, beneficiatos & non beneficiatos, cujuſcumque diguitatis, gradûs, ſtatûs, ordinis, vel conditionis exiſtant, ne concubinas in domo propria aut aliena publicè audeant detinere. Contrarium verò facientes ſiut inhabiles, dum

ſic,

ſic, ut præfertur, tenuerint publicè concubinas, & per duos menſes ſequentes poſtquam etiam eaſdem dimiſerint realiter cum effectu, ad quoſcumque ſacros ordines recipiendos, & quodcumque Eccleſiaſticum Beneficium obtinendum, etiamſi Beneficium patrimoniale, vel Cappellania fuerit temporalis: ut ſic ordinum receptorum per idem tempus careant exſecutione, & collatio Beneficiorum eis facta infra dictum tempus ſit nulla, vacua, & irrita ipſo jure, ſi ipſas concubinas tempore receptionis dictorum ordinum aut collationis Beneficii ſeu Beneficiorum eis factæ, vel infra terminum duorum menſium antea tenuerint, ut præfertur.

27. Volumus inſuper quòd Beneficiorum collatores, in literis per eos concedendis ſuper collationibus ipſorum Beneficiorum, etiam patrimonialium, teneantur apponere clauſulam ſubſequentem, videlicet: Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quòd ſi tempore collationis per nos de hujuſmodi Beneficio, vel Beneficiis tibi factæ, aut infra terminum duorum menſium antè, publicus concubinarius fueris, præſens noſtra collatio nullius ſit roboris vel momenti. Si autem collator prædictam clauſulam omiſerit, volumus quòd collatio Beneficii vel Beneficiorum, etiam non concubinario per eum facta, ſit nulla & irrita ipſo jure. Nihilominus collator, etiamſi Archiepiſcopus vel Epiſcopus fuerit, qui hujuſmodi clauſulam in literis per eum concedendis ſuper collatione alicujus Beneficii, ſeu Beneficiorum, etiam non concubinario facta, non appoſuerit, vel apponi fecerit in collatione per ſe facta, vel per alium vice ſui; ſit ipſo facto ab ejuſdem Beneficii vel Beneficiorum collatione ſuſpenſus, & ejuſdem Beneficii vel Beneficiorum collatio eâ vice ad Superiorem proximum devolvatur.

28. Adjicientes etiam, & inſuper ſtatuentes, prout Guillelmus Epiſcopus Sabinenſis & Legatus præfatus ſtatuit, quòd quicumque clerici aut religioſi qui poſt duos menſes à publicatione conſtitutionis hujuſmodi, in Eccleſia Cathedrali, de cujus diœceſi exiſtunt, facienda, numerandos, concubinam ſeu concubinas modo prædicto detinuerint, vel dimiſſam ſeu dimiſſas, aut aliam ſeu alias admiſerint; ſi beneficiati exiſtant, tertia parte fructuum omnium Beneficiorum quæ pro illo tempore obtinent, ipſo facto ſint privati. Si verò per alios duos menſes, prædictos duos immediatè ſequentes, in eodem crimine continuaverint vitam fædam, aliâ tertiâ parte. Et ſi forſan, Dei timore contempto, per alios duos menſes, prædictos quatuor immediatè ſequentes, in peccato permanſerint memorato, reliquâ tertiâ parte fructuum dictorum Beneficiorum omnino privati exiſtant.

29. Præcipientes eiſdem, quòd ad aliquam partem fructuum prædictorum, poſtquam ipſâ vel ipſis, ut prædicitur, privati fuerint, manus temerarias aliquatenus non extendant. Et ſi fortè contrarium attentaverint, ſub obteſtatione extremi judicii Prælatis eorum, tam diœceſanis quàm aliis, diſtrictè præcipimus, quòd ad reſtituendum quicquid de prædictis tertiis fructuum, ſeu ipſorum aliquâ, poſtquam modo prædicto privati exiſtant, occupaverint, ſeu detinuerint, vel aſſumpſerint, per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia ipſos compellere non omittant.

30. Quòd ſi fortè prædicti clerici vel religioſi concubinarii, adhuc ad cor non redierint, ſed noſtrum contemnentes mandatum, ſe oſtenderint tam obſecrandæ turpitudinis amatores; ſuis Prælatis prædictis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub animarum ſuarum periculo, diſtrictè præcipimus & mandamus, quòd ſi infra quatuor menſes, poſt ſupradictos ſex menſes continuè numerandos, tranſgreſſores prædicti concubinas præfatas omnino non dimiſerint, eaſdem, vel alias ulteriùs non admiſſuri, eos Beneficiis ſuis privent, ipſoſque in limo peccatorum tam fixos, donec ſe correxerint, & poſtea per duos menſes, inhabiles eſſe denuncient ad quoſcumque ſuperiores ordines ſuſcipiendos, & ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.

31. Volumus etiam, quòd ſi quis de prædictis, poſtquam Beneficio ſeu Beneficiis privatus fuerit, modo prædicto manus rapaces extenderit ad dictorum Beneficiorum fructus, ſeu ad aliquam eorum partem, incurrat excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua non poſſit abſolvi, niſi de ſic occupatis reſtitutione integra, & Beneficii ſeu Beneficiorum, quibus privatus fuerit, ut prædicitur, dimiſſione plenaria, priùs factis.

32. Inſuper prædictæ ordinationi adjicimus, quòd dicti concubinarii, qui tempore mortis, vel per duos menſes antè, publicè, ut præmittitur, concubinas habuerint, ſint inteſtabiles, & bona eorum, tam mobilia quàm immobilia, etiam patrimonialia, & quæcumque alia, ſint confiſcata, poſtquam declaratum fuerit eos publicos concubinarios modo prædicto fuiſſe, & ſic pœnam incurriſſe prædictam: & tam ipſi quàm ipſæ concubinæ careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ, niſi per duos menſes ante mortem ſine fraude ab invicem cum effectu fuerint ſeparati. Quorum bona, etiam patrimonialia, & fructus Beneficiorum prædictorum, in tres partes dividantur: quarum tertia pars fabricis Eccleſiarum, in quibus beneficiati fuerint vel fuerit; alia verò tertia Ordinario diœceſano, reliqua verò tertia pars pro captivis redimendis, qui ab infidelibus detinentur, applicetur, & applicatæ ſint ipſo facto, poſtquam declaratum hoc fuerit, ut præfertur.

33. Quòd ſi fortè propter confiſcationem & privationem prædictorum fructuum Beneficiorum concubinariorum, ipſorum viventium Eccleſias contigerit divinis & aliis debitis obſequiis graviter defraudari; volumus quòd dictos fructus, vel partem eorum, Prælatus ad quem ſpectat, divinis officiis ac aliis debitis ſervitiis dictarum Eccleſiarum applicet, prout viderit expedire: ſuper quo Prælatorum conſcientiam oneramus. Quæ quidem tertia pars redemptioni prædictæ applicata, per fratres de Mercede & de Trinitate Ordinum exigatur & levetur, & per ipſos in dicta red-

emptio-

Digitized by Google


emptione captivorum fideliter diſpenſetur, de quibus, diœceſanis Epiſcopis de his quæ in ipſorum diœceſi prædicta de cauſſa receperint, teneantur reddere rationem. Quòd ſi in hujuſmodi diſpenſatione vel adminiſtratione colpabiles reperti fuerint aut remiſſi, per eoſdem diœceſanos auctoritate noſtra corrigantur, privilegiis non obſtantibus quibuſcumque: ſtatuentes nihilominus, quòd prædicti Eccleſiarom Prælati pœnas præmiſſas diligenter exigant, & per duos viros idoneos, per eos in propriis diœceſibus deputandos, levari & recolligi faciant, diſtribuendas juxta modom & formam ſuperiùs ordinatos.

34. Volumus inſuper & mandamos, quòd Prælati in civitatibus & diœceſibus ſuis teſtes depotent ſynodales, qui per diœceſes veritatem inquirant ſuper omoibus ſupradictis, & ea quæ reperint, quàm citiùs potuerint, ſuis Prælatis in Synodis, quas annuatim propterea celebrari jubemus, vel ipſis in remotis agentibus, eorum vicariis, ſemel teneantur anno quolibet ounciare, ne iidem Prælati excuſatiooem prætendere, ſeu ignorantiam aliquam valeant allegare.

III. *De clericis conjugatis.*

35. Cum in Jure ſtatutom exiſtat, quòd clerici conjugati, qui cum onicis & virginibus contraxerunt, ſi tonſuram & veſtes deferant clericales, privilegium obtioeant Canonis ab Innocentio Papa II. editi in favorem totius ordinis clericalis, & pro commiſſis ab eis exceſſibus vel delictis, non poſſint à ſæcularibus judicibus perſonaliter, aut etiam pecunialiter condemnari; & nonnulli ex prædictis clericis conjugatis, ut fide dignorum relatione percepimus, tonſuram, aut veſtes deferant honeſtati ordinis clericalis minimè congruentes; ideo ſtatuimos, quòd clericus conjugatus, qui gaudere voluerit privilegio ſupradicto, tonſuram, ſeu clericam qoantitatis inferiùs deſcriptæ deferat, vel majorem; & veſtem ſuperiorem non virgatam, aut bipartitam, quæ tamen uſque ad medietatem tibiæ, vel ultrà, in longitudinem protendatur.

36. Tonſuræ antem formam, ad omne ambiguitatis tollendum dubium, hîc fecimus circomſcribi; quam in eadem menſura per ſingulos Prælatos, ſeu eorum vicarios vel officiales, jubemus imprimi loco utique publico & patenti, in valvis Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum majorom Eccleſiarum locorum inſignium diœceſum earundem.



IV. *De rebus Eccleſiæ non alienandis.*

37. Execrandæ alienationis abuſum, quo Prælati, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, maximè in regnis & terris Regi Caſtellæ ſubjectis exiſteotes, adminiſtrationem Eccleſiarum & rerum Eccleſiaſticarum habentes, loca, vaſſallos, grangias, & alias poſſeſſiones, decimas, primitias, reditus, proventus, & jura ac bona alia ad Eccleſias, ordines, monaſteria, ſeu alia pia loca, quibus præſunt, ſpectantia, perſonis ſæcularibus ſub colore & titolo Commendæ, ut per eoſdem ab aliorum oppreſſionibus defendantur, vel aliis confictis cauſſis propria auctoritate ſubjiciunt, & tributaria reddunt in perpetuum, vel ad tempus, cùm ſit ad Dei offeoſam, & Eccleſiarum, Ordinnm, monaſteriorum, & locorum prædictorum, grave damnum introductum, ac ſacris Canooibus inimicom abhorrentes, & meritò reprobantes; univerſos Archiepiſcopos, clericos, Abbates, Priores, & Magiſtros Ordinum militarium, Commendatores, & quoſcumque Eccleſiarum, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratores, maximè in regnis & terris præſcriptis exi-

Digitized by Google

exiſtentes, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ſub excommunicationis pœna monemus & hortamur, ut conſtitutiones in Lugdunenſi & Viennenſi Conciliis ſuper hoc editas in Commendis jam factis de rebus ſupradictis perſpicuè attendant, & diligenter obſervent: quas Commendas ſuper interminatione anathematis de cætero fieri prohibemus. Nos enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, id decernimus irritum & inane.

V. *De Judæis & Sarracenis.*

38. ET ſi Chriſtiana religio Judæos & Sarracenos ex eo non debeat abjicere, quia noſtri conditoris imaginem conſtat eos habere: quia tamen ex eorum frequenti communione, experientia docente novimus, damna corporibus, & animabus fidelium pericula & ſcandala plurima proveniſſe; deliberatione provida ſtatuimus, ut Judæi & Sarraceni inter Chriſtianos, vel Chriſtiani inter Judæos vel Sarracenos, domos, hoſpitia, ſeu alia receptacula in quibus habitent, nullatenus permittantur habere: ſed in civitatibus & locis ubi certæ limitationes ſunt, eiſdem Judæis & Sarracenis deputatæ, reducantur ad eas, & infra ipſas conſtituant habitationes ſuas.

39. Ubi verò Judæi & Sarraceni prædicti ad habitandum non habuerint hujuſmodi limitationes ſeu terminos deputatos, limitentur & aſſignentur eiſdem partes aliquæ in civitatibus & locis prædictis à Chriſtianorum habitationibus ſeparatæ, infra quas reducant ſe, nec extra limitationem permittantur quomodolibet commorari; niſi fortè ſint aliqui Judæi & Sarraceni mercatores, vel alii quæcumque officia aut opera mechanica exercentes, ſeu merces vendentes, quos pro hujuſmodi operibus exercendis, & mercibus vendendis, in plateis, vel in aliis locis publicis civitatum & locorum ubi exiſtunt, permittimus habere operatoria, tentoria, tabularia, ſeu boticas: dum tamen intra loca eis deputata, vel in poſterum deputanda, domos ſeu habitationes principales cum filiis & uxoribus teneant, ad quas ſe de nocte reducant.

40. Chriſtiani autem qui intra limitationem Judæis vel Sarracenis aſſignatam vel aſſignandam habitare præſumpſerint; ſi infra duos menſes à die publicationis præſentium factæ in Eccleſia Cathedrali civitatis vel diœceſis ubi moram trahunt, ſe ad commorandum inter Chriſtianos reducere non curaverint, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. Judæis verò & Sarracenis, ſi infra dictum terminum duorum menſium ubi limitatio eſt facta, vel poſtquam dictæ limitationes de ordinatione & voluntate domini Regis vel cujuſcumque alterius domini Eccleſiaſtici vel temporalis civitatis vel loci, factæ fuerint, ſe ad eaſdem reducere noluerint vel neglexerint, Chriſtianorum communio ſubtrahatur.

VI. *De feriis per infideles colendis.*

41. CEdit in opprobrium religionis Chriſtianæ, quòd Judæi & Sarraceni inter Chriſticolas habitantes, diebus Dominicis & feſtivis mercimonia vendere & artificia ac mechanica opera exercere publicè non verentur. Cùm autem hoc in divinæ majeſtatis offenſam non ſit à Chriſti fidelibus aliquatenus tolerandum; ipſis Judæis & Sarracenis ne mercimonia vendere, aut qualitercumque artificia ſeu opera mechanica exercere præſumant diebus Dominicis & feſtivis, qui per Chriſtianos coluntur, diſtrictiùs inhibemus, & ad id compelli per locorum Ordinarios ac judices ſæculares, ſub quorum juriſdictione Judæi & Sarraceni vivere dignoſcuntur, per ſubtractionem communionis fidelium, & alias pœnas temporales, auctoritate quâ fungimur, præcipimus & mandamus. Quòd ſi ſæculares judices negligentes fuerint in præmiſſis, ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur.

VII. *De adulteris.*

42. IN paradiſo voluptatis, ubi primum parentem creaverat creator omnium glorioſus, matrimonium hac lege inſtituit, ut ſic vir per conſenſum legitimum fœminæ jungeretur, quòd duobus exiſtentibus in carne una, aliam perſonam quæ unitatem divideret, ſuperaddere non liceret.

43. Hanc unitatem nonnulli conjugati, Dei timore poſtpoſito, deturbantes, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, concubinis ſe comiſcere in ſuarum animarum damnationem publicè non verentur. Contra quos præfatus Guillelmus Epiſcopus Sabinenſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſtatuit & * ordinavit, ut quicumque conjugatus concubinam publicè detinere præſumeret, & inſuper non conjugatus, qui concubinam infidelem præſumeret detinere, tam ipſi quàm ipſæ, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrerent.

* Vide ſuprà pag. 559 cap. 7. num. 27.

44. Nos verò dictam conſtitutionem innovantes, tam prædictos, quàm conjugatos, qui cum adulteris publicè commiſcentur, & ipſos adulteros, prædictæ excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere. Volentes inſuper, quòd niſi adulteri, & alii ſupraſcripti præfatas concubinas, vel conjugatæ dictos adulteros, per duos menſes ante eorum vel earum obitum dimiſerint, & ſe ab eiſdem ſine fraude ſeparaverint, etiam ſi tempore obitus ſui vel antea fuerint à dicta excommunicationis ſententia abſoluti, nihilominus tam ipſi quàm ipſæ careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ.

45. Datum Palentiæ ſub ſigillo noſtro pendenti, IV. Nonas Octobris, Indictione II. Pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Clementis divinâ providentiâ Papæ VII. anno X. & à nativitate Domini MCCCLXXXVIII. Iſtæ conſtitutiones fuerunt publicè denunciatæ in Eccleſia fratrum Minorum Palentinorum die IV. menſis Octobris, anno à nativitate Domini MCCCLXXXVIII. Indictione II. Pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Clementis divinâ providentiâ Papæ VII. anno decimo, præſentibus Rege, Archiepiſcopo Compoſtellano, Ovetenſi, Legioneoſi, Calagurritano, Paleotino, & Zamorenſi Epiſcopis, & cleri & populi multitudine copioſa,

EPISTOLA BENEDICTI XIII.

DENOMINATI PAPÆ.

Ad Joannem Regem Aragonum.

Certiorem illum facit electionis ſuæ, ſimul & reſiſtentiæ, ad Pontificatum. Hortatur præterea Regem ipſum, ut modis omnibus pacem & concordiam Eccleſiæ tamdiu deſideratam procuret.

ANNO CHRISTI MCCCXCIV.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Joanni Regi Aragonum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Surita in Indice rerum Aragon.

46. MIrabiles elationes maris hujus ſæculi: magni quidem & ſpatioſi: illic enim reptilia, quorum non eſt numerus, ſpiritualis videlicet monſtra nequitiæ, quæ cum ipſum mare navigantibus, portumque ſalutis, remige fido petentibus formidabili congreſſione luctantur: denſis nempe ſurgentibus undique ventis, horrida ſævit tempeſtas: & exaltantur terribiliter fluctus ejus: quod etſi ſemper ſit turbidum, ſemper penitùs inquietum; his tamen infauſtis temporibus ſuperabundantibus, ac exigentibus demeritis peccatorum, & diſſenſionum exitioſa diſcrimina, quibus inter ſe diſſident, ac non ſine gravibus humanorum corporum ſtragibus, miſerandiſque cædibus debacchantur omnes ferè Reges, & populi Chriſtiani; præterque mala cætera vix enarrabilia, quibus miſerabiliter concutitur totus Orbis, ſchiſmaticæ diviſionis in Dei Eccleſia ſupervenit diſcordia: cujus pernicioſiſſimum diluvium catholica climata nunc inundans, non modicam fidelium abſorbuit portionem.

47. Mirabilior tamen in altis Dominus dominans poteſtati maris, ac motum fluctuum ejus mitigans, & tranquillans Petri naviculam, ipſius maris fluctivagis agitatam procellis, & variarum perſecutionum alliſam ſcopulis, timentemque cum Chriſti fidelibus, qui præfati diluvii clade territi, ad ſalvificum ipſius præſidium confugerant, tam ſævis inundationibus prorſus obrui, tantaque tempeſtate demergi ſemper à naufragii perditione liberat: & dum magis de ſuprema periclitatione formidat, tunc eam mirabiliùs, præter mortalium ſpem, erigit in ſublime. Dumque naucleri ſui, eidem pro tempore præſidentis, ab hac luce migratio, pro mortalitatis humanæ neceſſitate contingit, ne pro rectoris defectu periculum ſubmerſionis ſubeat, ſecundum exigentiam temporum, & inferiorum merita, ex ineffabili ſuæ bonitatis clementia providet ſucceſſorem: nec ſemper ad tanti ſupportationem oneris ſatis idoneum, ſed infirma mundi eligens, ut fortia quæque confundat, utque liquidè pateat, quòd ipſe naviculam ipſam per ſe conſtructam, ſuoque ſanguine pretioſo redemptam, per ſe ipſum regit, protegit, & gubernat.

48. Et ne dictæ naviculæ, inter tanta pericula ſalvatio humanis adſcribatur ſuffragiis, nonnunquam ejus regimini præficit imbecillem: ſicut nos homuncionem viribus debilem, ac inſufficientem meritis, ad ipſius navis clavum, ſuæ videlicet Eccleſiæ regimen, ſua dignitate vocando, feciſſe noſcitur his diebus. Felicis ſiquidem recordationis Clemēte Papa VII. prædeceſſore noſtro, ab hujus terreſtris incolatu miſeriæ, nuper ad ſupera, ſicut piè credimus, Chriſto vocante, translato, corporeque ſuo, prout mos & debitum expoſcebant, honorificè tradito ſepulturæ, venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, inter quos, & de quorum numero tunc eramus, in palatio Apoſtolico Avinionenſi, ubi dictus prædeceſſor vitam temporalem finierat, pro electione futuri Romani Pontificis congregati, in humilitatem noſtram, utinam non exorbitante judicio, concorditer & unanimiter, per viam ſcrutinii concordantes,

nos

nos tunc Petrum S. Mariæ in Coſmedin diaconum Cardinalem, ad ſummi Pontificii cathedram evexerunt.

49. Verùm nos gradûs altitudinem, & oneris imminentis tantæ celſitudinis aſcenſori molem, præſertim hujus deflendi ſchiſmatis procelloſo tempore, nobis in Cardinalatûs diverſarum legationum officio, experientiæ longæ participio non ignotam, attenta meditatione penſantes, eligentium & offerentium inſtantiæ inſufficientiæ noſtræ imparitatem objecimus: debilitatem noſtram dictante conſcientia, cum repetita multoties relaxationis ſupplicatione humiliter allegantes. Cùm nec ſic ceſſaret inſtana fratrum importunitas eorundem, ſed vim inſerens noſtro propoſito collegii juſſus urgeret, nos ex defectuum noſtrorum conſcientia diffidentes, de illius tamen confidentes omnipotente clementia, qui pacis & unitatis amator utraque fecit unum: ac diverſos parietes in ſe ipſo angulari lapide copulavit, ſperanteſque quòd operi manuũ ſuarum dexteram porrigens, nos in tam profunda maris altitudine poſitum non relinquet; noſtris per fratres eoſdem multiplicibus excuſationibus non admiſſis, nec lacrymoſis deprecationibus exauditis, ne mundi, gravi bellorum multiplicatione divulſi, potiſſimè tamen Eccleſiæ ſacroſanctæ ſchiſmaticæ peſtis, nunc miſerabiliter laceratæ diſſidio, noſtrum electioni prædictæ denegandum conſenſum diſcrimina negligere cenſeremur; quanquam injuncti oneris molem inſufficientia noſtra diffugeret, de ſuperabundanti tamen plenitudine miſericordiæ Dei noſtri confiſi; & noſtræ imbecillitatis ſubjecimus imperfectum, ac debiles humeros Apoſtolicæ ſuppoſuimus ſervituti.

50. Incuſſam verò menti noſtræ de tantæ molis gravitate formidinem non mediocriter minuit, & ad eam ſubeundam minus timidos nos efficit, ea quam de ſublimitatis tuæ, cæterorumque Catholicorum Principum potenti juvamine, circa prætacti totalem exſtirpationem ſchiſmatis, & procurandam Eccleſiaſticam unionem, opportunoſque favores novis in his & aliis impendendos principaliter poſt Deum gerimus firma ſpes ac confidentia ſpecialis. Nos enim ad ſedationem ſchiſmatis, & procurationem pacis ac unionis hujuſmodi, animum regium, non modò relatibus, tuiſque & alienis ſcriptoribus, ſed ex colloquutione ſerioſa inter nos & te, dum in partibus regni tui legationis Apoſtolicę fungeremur officio, ſuper hoc ſępius habita, à certo ſcimus voluntarium & intentum: ad quę nos etiam, ſicut officium urget aſſumptum, modis omnibus poſſibilibus intendere, cęteris omiſſis proponimus, ac toto conamine laborare.

51. Quare ſerenitatem tuam attentè rogamus, ac per Dei miſericordiam obſecramus, quatenus penſato perpenſiùs, quantum ſupernę retributionis pręmium, quantum etiam humanę laudia acquires pręconium, ſi Eccleſiam, tam dubiè nunc nutantem, noſque ipſius miniſtrum, qui de pręfato regno tuo traximus originem, adjuves: & ad ipſius unionem cum Fidei ſinceritate labores, cor noſtrum filialis affectionis exhibitione lętifices, & ad inſtar clarę memorię progenitorum tuorom, per quorum potentiam, ac operam efficacem Eccleſia ſemper hactenua fuit in ſuis neceſſitatibus mirificè revelata, nunc accingaris ad opus: ac tuum pręfatum, ſanctum utique piumque propoſitum, prout Deus permiſerit, ad exſecutionem deducere non poſtponas.

52. Nunc itaque, chariſſime fili, exſurgens miſerearis Sion: quia tempus miſerendi ejus; quia nunc, ut credimus, opitulante Domino venit tempus. Inſuper etiam, amantiſſime fili, potentię tuę ſubſidio, in his quę ad robur ſunt Eccleſiaſticę libertatis, impoſiti nobis oneris quęſumus alleves gravitatem: ut per hæc, apud Regem ęternum, & temporalis proſperitatis augmentum, & perennis coronam gloriæ merearis: noſque in te gaudentes, benedictionis filium, & ſalutis reperiſſe miniſtrum: eaque quæ ad honorem commodomque glorioſi ſceptri tui redundare cenſoerimus, favorabiliùs proſequi teneamur. Dat. Avinioni V. Id. Octobris, Pontificatus noſtri anno primo. *De curia Suffredus*.

CONVENTUS EPISCOPORUM

Apud Complutum.

Habitus anno Domini MCD.

53. ANno Domini MCD. (ut volunt Surita & Mariana, ut alii autem MCCCXCIX.) Conventus Epiſcoporum aliorumque virorum pietate & doctrinâ præſtantium habitus eſt apud Complutum, cum Henrico Caſtellæ Rege: in quo decretus eſt receſſus à Benedicto XIII. quòd abdicare nollet: & electio veri atque explorati Pontificis in Oecumenicum Concilium remittitur.

CONVENTUS EPISCOPORUM.

Apud-Vallis-oletum.

Habitus anno Domini MCDIII.

54. ANno Domini MCDIII. IV. Kal. Maji, freqoens Epiſcoporum, Regis, aliorumque Principum Conventus Vallis-oleti celebratus eſt. In eo Benedicto Pontifici imperii jus reſtitutum ſolenni cæremonia: Idem ad VII. Kalend. Junias in Gallia factitatum. Converſæ repentè utriuſque gentis volontates erant. Breve tamen obſequium fuit. ſed datum tamen Benedicto Pontifici, ut Eccleſiam Toletanam Petro Lunæ, fratris filio, committeret; quod III. Kalendas Auguſti factum eſt. Vide Suritam & Marianam ad eum annum.

EPISTOLA GREGORII XII. PAPÆ

Ad Benedictum XIII. Pſeudo-Papam.

De unione.

ANNO CHRISTI MCDVI.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Petro de Luna, quem nonnullæ gentes in hoc miſerabili ſchiſmate Benedictum XIII. appellant, pacis & unionis effectum.

1. QUI ſe humiliat (inquit veritas) *exaltabitur; & qui ſe exaltat, humiliabitur.* Cojus ſaluberrimam monitionem, quantum nobis ex alto permittitur, obedienter ſectati, decrevimus, per literas noſtras, omni contentione ſepoſita, benignè te affati, & ad integrationem Eccleſiæ cohortari; immo te invitare ad id conſilium capeſſendum, qood nos ipſi pro pace Eccleſiæ accepimus. Vides quanta mala, quanta pericula, quanta incommoda, quanta denique Chriſtianæ religionis infamia jam per triginta annos ex hac peſtilente ac veſana deditione in populum Dei pervenerunt, quantaque, niſi provideatur, ſint quotidie eventura omnium horum malorum: quæ cauſſa ab initio fuerit certa videtur, quibus rigor juſtitiæ non ceſſit, nec forſan æquitas perſuaſit: nihilominus tamen graves moleſtias Chriſtianam religionem perpeſſam non dubitatur. Si ergo nunc quoque eodem modo fiat, dubius eſt remedii locus, quominus Eccleſia in ſolitis remaneat anguſtiis, in qua & tu de ipſo, & conſcientia tua videris: nos mentem & intentionem noſtram apertiſſimè profitemur.

2. Non eſt conſilii noſtri tempus aliquo modo terere, ſed quò validiora, certiora: & firmiora fuerint jura noſtra, tantò laudabiliùs ducimus ea pro pace & reintegratione Chriſtianorum relinqoere: non enim de ſummo jure diſputandum eſt, ſępè rigor ipſi utilitati & tempori cedit. Nam ſi mater * illa & jure ſuo & proprio filio ſpoliari voluit, ne ſectionem unius pueri videret: quantò magis nos, ſi, malitia operante, ad optatam unionem venire non poſſumus, per juſtitiæ vias matri cedendum videtur?

* *Corrupte* Niemus. *& ex eo* Binius: Similiter illa.

3. Quare exſurgamus ambo in unum unionis affectum, concurramus, feramus ſalutem Eccleſiæ jam hoc diuturno morbo afflictæ. Ad hoc te invitamus, paratique ſumus, offerimus noſtro veriſſimo juri & papatui cedere & renunciare: & efficaciter faciemus, ſi & quando tu renunciaveris ac ceſſeris præſenti juri & papatui tuo, vel deceſſeris: dum tamen illi qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, ſic convenire & concordare cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus cum effectu voluerint, ut exinde canonica unius Romani Pontificis ſequatur electio, ita quòd prędicta expeditiorem ſequatur effectum: celeriter mittemus oratores noſtros, qui tecum de loco habili & decenti ad hujuſmodi rei confectionem diſponant.

4. Et inſuper pendente unionis hujuſmodi tractatu, non faciemus neque creabimus aliquem Cardinalem, niſi forſan cauſsâ adæquandi numerum fratrum noſtrorum cum numero eorũ, qui apud te pro Cardinalibos ſe gerunt, ut ſic pares ex utraque parte ad ſolennem & canonicam electionem unici Romani Pontificis devenire poſſint. Extra hanc autem coæquationis cauſſam, nullum, ut dictum eſt, creare decrevimus, niſi ex defectu tuo vel partis tuæ ſteterit, quominus unionis præfatæ concluſio infra annum & tres menſes à die inthronizationis noſtrę computandum fuerit ſubſequuta. Hoc tamen, quod de non creando Cardinali tractatu hujuſmodi pendente diximus, ita locum habere intendimus, ſi tu quoque idem obſervabis.

5. Hanc

5. Hanc verò oblationem & inſinuationem de Cardinalibus non creandis, ac ſuperiorem oblationem renunciationis modo prædicto, ut ſtrictiori vinculo fierent, juravimus, vovimus, & promiſimus ante electionem noſtram eodem vinculo effectualiter adimplendam cum ſingulis ex noſtris fratribus antedictis, in caſu quo aliquis noſtrûm ad apicem ſummi Apoſtolatus eſſet aſſumptus, poſt ipſam aſſumptionem ad ipſum & firmiorem inſtantiam denuò jurantes, voventes, promittentes, atque ratificantes. De hoc autem, quòd bulla ſine impreſſione noſtri nominis eſt appenſa, præſentium nullus debeat admirari: nam ante noſtræ coronationis inſignia, hujuſmodi imperfecta bulla abſque ipſius impreſſione nominis habetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c.

E P I S T O L A I.

Benedicti XIII. Pſeudo-Papæ ad Gregorium XII.

Reſpondet ſuperiori.

ANNO CHRISTI MCDVII.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Angelo dicto Corario, quem nonnulli ſibi in pernicioſo ſchiſmate adhærentes Gregorium nominant, pacis & veræ unionis affectum, pariter & effectum.

6. PEr quendam converſum Ordinis Prædicatorum tuas die XV. hujus menſis Januarii literas recepimus, nonnulla per ea concepta circa tractatum unionis Eccleſiæ ſanctę Dei frequenti hactenus per nos repetitione tentatum, & ad optatum finem peccatis exigentibus non deductum, ſummariè continentes. Quarum tenore perſpecto illi gratias egimus, qui ſua ineffabili clementia, quando venit temporis plenitudo, noſtræ humanitatis indumento contectus, in ſuæ nativitatis exordio diverſos in ſe parietes copulans jam cepit; & nunc virum nobis, à noſtræ promotionis ad apicem ſummi Apoſtolatus initio pacem & unionem totis viribus & deſideriis quærentibus, talem invenire conceſſit, qui nobiſcum, ut tuæ literæ proteſtantur, in hoc ſalutari propoſito Deo accepto, ſaluti animarum accommodo, mundo neceſſario, utili & votivo noſtris affectibus, ſicut ſincera affectavimus & optamus intentione, concurrit.

7. Multò etiam hactenus, ſicut te nôſſe non ambigimus, quòd duos prędeceſſores tuos immediatos in ſtatu quem aſſumpſiſti, per nos & noſtros ſudatum eſt, ut tam exitiale malum de medio Chriſtianitatis evulſum radicitus, de militantis Eccleſiæ finibus pelleretur. Non enim nobis ſunt incognita damna (proh dolor!) Chriſtiani populi, quę jamdudum hęc exſecranda & deteſtanda diviſio protulit. Horum autem malorum, qui cauſſam dederunt ab initio, quæ ſchiſma prorogaverunt, ſed continuis ſucceſſibus neglecta, juſtitia & veritate ſuppreſſa fuerunt, certum videtur, his pręſertim qui rei geſtæ veritatem noverunt, & qui pręceſſerunt in hujuſmodi negotio, de hoc recto libramina ponderârunt.

8. Sed quod referimus, diſplicentior his noſtris negotiis incaſſum malitia operante, deductis à prędeceſſoribus tuis antedictis, quibus vias in inſtrumento contentas, & etiam alias rationabiles aperiri fecimus, & aperiendas recipere & proſequi obtulimus nos paratos, nec verbum aliquod effectivum reportavimus. O te felicem, ſi ad hoc te Dominus reſervavit, ſi facultatem ad ea quę tibi data videtur, cum omni diligentia efficaciter proſequens, nobis in effectu proſequendæ unionis te reddando conformem ſpopondiſti. De contingentibus nihil omittas, ad hoc te piis exhortationibus invitamus, ad hoc nos promptos reperies, hoc ſummopere cupimus, ad hoc noſtra aſpiravit & aſpirat intantio, noſter attendit affectus, ut eo dirigente qui voluit, & eo præſtante qui poteſt, per noſtrę humilitatis miniſterium unio in Dei Eccleſia deſiderata ſequatur.

9. Sed non permittit nos diſſimulare ſilentio, immo in ſtuporem vehementis aſpirationis inducit, quòd tuâ ſcriprurâ interprete videris innuere, quòd per juſtitiæ vias ad optatam unionem venire non potes: ut nobis quodammodo videatur impingi, quòd viæ diſſenſionis * veritatis, & juſtitiæ per nos recuſatę fuerint, vel in aliquo impeditæ. Abſit hoc à nobis: nam teſte Deo, nunquam in hoc viam juſtitiæ ac diſcenſionis * veritatis recuſavimus, aut impedivimus: immo, ut verum fateamur, eam obtulimus, optavimus, & optamus, & erga prędictos prędeceſſores tuos, te teſte, qui, ut percepimus, aliquando interfuiſti, & erga alios, quos negotiū tangebat, cum debita ſolicitudine quęſivimus & proſecuti fuimus; nec per nos unquam ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quominus juſtitia & veritas hjuſmodi, quantum ad nos pertinet, videatur & agnoſcatur, ſicut ſatis ex oblatis per nos tuis prædeceſſotibus antedictis poteſt liquidè apparere: tamen de jure noſtro per ſcientiam & juris evidentiam ſumus certi.

* Defenſionis

* Forte, defenſionis.

10. Ut

10. Ut igitur de intentione noſtra, quam habuimus circa hujuſmodi ſchiſmatis exſtirpationem & unionis aſſecutionem, te reddamus certiorem; tibi præſentium tenore ſignificamus, quòd, ut tam peroptatum unionis negotium celeriùs conſequi valeat, & ſecuriùs exſecutioni demandari; parati ſumus unà cum collegio venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, in loco ſecuro & decenti ac idoneo, tecum & cum quocumque ſucceſſore tuo decedentibus, cum prædictis, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, vel gerent, perſonaliter convenire pro unione Eccleſiæ tractanda, & favente Domino obtinenda; ubique proviſo & ordinato de his, quæ pro ſecuritate ac acceleratione unionis prędictæ erunt opportuna & neceſſaria diſponenda, parati ſumus pro ſalute animarum, ac unione & reintegratione Chriſtianorum, in dicta conventione perſonaliter noſtro veriſſimo juri & papatui, purè, liberè, & ſimpliciter cedere & renunciare: & efficaciter faciemus, ſi tu ibidem conſimiliter renunciabis, & cedes prætenſo juri tuo, & papatui, vel decedes, dummodo tu vel quicumque ſucceſſor tuus, & illi qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt aut gerent, ſicut præfertur, volueritis & voluerint cum effectu convenire & concordare nobiſcum, & cum venerabilibus fratribus noſtris prædictis, quòd exinde canonica unici Romani Pontificis ſequatur electio, & unio Eccleſiæ ſanctæ Dei.

11. Oratores autem tuos, quos, ut aſſeris, ad noſtram præſentiam celeriter deſtinare proponis, libenter videbimus, benignè audiemus, & charitativè tractabimus, eiſque jam ſalvum conductum per dictum converſum deſtinavimus. Quòd etiam de abſtinendo à creatione Cardinalium, niſi in certis caſibus intimati, volumus & intendimus obſervare. Feſtina igitur, tolle moras, concurre nobiſcum, & conſiderans humani operis brevitatem, tantum bonum non ultrà differendo procraſtines; ſed celeriter vias ſalutis & pacis amplectaris, dum tandem in extremo judicio, cum numeroſa multitudine eorum, qui nos in hac, quam preſtolamur, unione ſequentur, quàm ad illius ovile, præſtante Domino reducemus, Ipſe paſtor bonus, qui pro ovibus ſuis animam ſuam poſuit, nos, ut de ejus miſericordia ſperamus, in dilecta ſua tabernacula introducat. Datum Maſſiliæ apud Sanctum Victorem.

EPISTOLA II.

Ad Paullum Lucenſium Dynaſtam.

In Gregorium acriter invehitur.

ANNO CHRISTI MCDVIII.

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Paullo domino Lucæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

12. PRopter nonnulla in quibuſdam partibus innovata, quę ſenſibus quaſi palpantibus nobis innoteſcunt, conſiderato præſertim, quòd cum Angelo dicto Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpè tentatos labores, non ſine perſonarum jactura, aliquem effectum ad bonum finem Eccleſiæ unitatis obtinere nequivimus; de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & frequenti eorum inſtantia pulſati, deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes illas, & nos cum collegio noſtro reponere in ſecuro. Ut igitur ſcias Eccleſiaſtica negotia qualiter remaneant pro præſenti; elicere poteris ex tenore literę, quam ſcribimus dicto Angelo Corario ſub hac forma.

Angelo Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe fecit nominari Gregorium, pacis & unionis affectum pariter & effectum.

13. SI te fateri veritatem non pigeat, pręſertim cùm ſit notorium, celare non poteris ea, quæ tuis literis intimando, etiam promulgâſti per Orbem, ut ex utriuſque ceſſione pax daretur Eccleſiæ, & quòd ſcriptis tuis per nos ad hoc ceſſionis viam offerendo dato reſponſo, & de conventione in civitate Saonenſi pro excuſatione oblatorum hinc inde ſecuta concordia convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibuſdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis, poſt dilationes varias à te datas, poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti charitas, & fervor compaſſionis animarum, bona fide ſimpliciter incedentes, nos abſque noſtri atque noſtrorum fatigatione, & gravi perſonarum jactura, per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo renuiſti, cautelosè per verba, &, quod referimus diſplicenter, denegatis multis, etiam nonnullis per te oblatis, quę ad exſecutionem concordatorum, ad unionem perficiendam, erant plurimum utilia & opportuna: de uberiori tecum tractatu ſuper hujuſmodi unione proſequenda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, eiſdem prorogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, à tua pręſentia vacuos remiſiſti.

14. Hæc autem libenter ſilentio tranſiremus,

mus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt ſteqoens noſtra inſtantia repulſam, propter qoædam in nonnullis partibus quibuſdam inſtigantibus innovata, abſque perſonali noſtro & noſtrorum periculo in his partibus moram trahere non valentes, cùm apud te, ut clarè cernitur, proficere non poſſumus, nolentes Deum tentare imminente periculo, ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro collegio valeamus hoc turbationis tempore reponere in ſecuto, de fratrum noſtrorum conſilio, eorumque inſtantia pulſati, decrevimus declinare.

15. Sed ne videamut, ſicut nec inrendimus, adverſitate intercedente hujuſmodi proſecutionem unionis dimittere neglectam; de dictorum fratrum conſilio deliberavimus, nuncios noſtros plena poteſtata fulcitos (qui ſi velles ad cur reverti, poſſent ad effectum unionis & oblaturum procedere efficaciter in agendis) hîc dimittere: impedientibus tamen ambaſſiatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtriſſimi, in his partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius non potuit obtineri.

16. Quid antem ſuper hac re ſimus ulteriùs, Deo auxiliante, facturi, intendimus univerſis Chriſti fidelibus breviter intimare. Tu verò, ò homo, ſi ſcintilla compaſſionis animarum in te viget, quę ſecundum Deum pro bono unionia agenda reſtant, conſidera & ad ea ad quę obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſpone, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra animas militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus tuos & contumaciam, ſi bene egeris, in memoria non tenentes. Deum enim in judicem, & negotiorum notorietatem in teſtem, invocamus, quòd per nos non ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quin vera unio inducatur. Id. Junii, Pontificatus noſtri anno XIV.

LITERÆ CLAUSÆ

Miſſæ domino Benedicto per Cardinales partis ſuæ, unà cum aliis literis patentibus, de quibus infrà, per quas ad Concilium vocatur apud Piſas.

ANNO CHRISTI MCDVIII.

17. Sanctiſſime Pater & clementiſſime domine, humili & ſupplici recommendatiune præmiſſa. Etſi ſanctitati veſtræ celeriùs non fecimus nota, quæ per nos cum reverendiſſimis Patribus in parre alia Cardinalibus nominatis proſecuta, & cum magna ac digeſta ſinceritate deliberata fuere, communi aſſenſu & concordi, operante, ut credimus, Spiritus ſancti gratiâ, qui unitis in unum in ſuo nomine piè ſubvenit, & in ore etiam ponit abſque alia præmeditatione ſolerti, quæ agere debeant, quemque promere ſermonem; veſtra ſanctitas in admirationem non debet adducere, ſeu ad aliud quod debito & honeſtati non congruat depotare: cum certum exiſtat bonis operibus frequenter adverſitates ingeri, non in reprobationis præſagium, ſed potiùs in virtutis, conſtantię, & fortitudinis ſtabile fundamentum, quæ in hoc Dei negotio non defuere, ſed latenter interfuere, & intordum ſub fictis coloribus in ſcintillam aliquando prodiere; ob quas, etſi protractiones in concordandis virtuosè conceptis affuerint, tamen illis animo conſtanti depulſis virtute Altiſſimi, res quæ gerebatur adeò ſerena effecta eſt, ut ſua valeat nunc firmitate & immobili fortitudine veſtræ ſanctitati & cunctis fidelibus nunciari.

18. Et ut narrationis ſeries à ſuo principio ſumat exordiũ; convenientibus nuper tribus ex nobis, & reverendiſs. Patre D. Cardin. de Chalento, reverendis Patribus Rotomagenſi, Toloſ. Tarracnnenſi Archiepiſcopis, ac venerabili viro magiſtro generali Ordinis fratrum Prædicatorum, per ſanctiratem veſtram deputatis, in Liburno, cum quatuor ex dominis alterius collegii Cardinalibus, ut de expedientibus & neceſſariis ad cauſſam unionis procurandæ pertinentibus cura haberetur ſolicita, cùm aliàs tractatus pro exſtirpatione ſchiſmatis habitis, & diu per inanes altercationes inutiliter tractus, in evidenti foret ruptura, taliter quòd piam habentibus mentem, & zelum charitate ardentem ad ſchiſmatis exſtirpationem, res ipſa in deſperationem viſa fuit excidiſſe.

19. Ob quæ neceſſitate id expoſcente, & utilitate claro intuitu requirente, cùm aliàs ſtatu rerum conſiderato ſchiſma exſtirpari non poſſet; de concordia & aſſenſu omnium per ſanctitatem vaſtram deputatorum, aperta fuit via Concilii Generalis utriuſque obedientiæ in uno loco partium Italiæ, unoque termino congregandi, ad finem, ut in eodam termino & loco ſanctitate veſtra & Gregorio convenientibus, per viam mutuæ ceſſionis concordatæ, & multiplici firmitatis irrevocabilis vinculo roboratæ, pręſente & apptobante Concilio finis impo-

impooeretur ſchiſmati peſtifero & nocivo: aliàs provideret Concilium, & Eccleſia congregata, ut foret ſecundum Deum, ac divinas & canonicas ſanctiooes providendum. Quæ via illicò in ſuo ortu per dominos alterius partis Cardinales approbata exſtitit, & cum magna mentis exultatione recepta, ac ab omnibus audientibus quamplurimum commendata. Per cujus viæ apertionem depolſa fuere quamplura aperta & mota, quæ ſic convenienter ad unitatis procurandum vinculum non cenſebantur meritò pertinere.

20. Demum habita præmiſſorum certitudine, viam ipſam ſanctitas veſtra approbavit, & io procinctu receſſus à portu Veneris S. veſtra per ſacriſtam Magalonæ mandavit nobis, ut viam apertam Generalis Concilii proſequeremur animo conſtanti, ac indeſeſſo labore. Et quamvis ante notitiam veſtri receſſus ad partes tam remotas, via Concilii Generalis utriuſque partis & obedientia viſa fuerit neceſſaria, vobis & Gregorio exiſtentibus in propinquo; multò fortiùs & evidentiori neceſſitate complexa vobis ad invicem abſentantibus, & ad loca tantâ diſtantiâ ſeparata transferentibus, non ſine cordis lugubri lamentatione illorum, qui unitatem Fidei & Eccleſiæ gerunt in deſiderio charitatis. Si enim vobis ad invicem in propinquo conſiſtentibus pax Eccleſiæ dari non potuit; quis ſanæ mentis & ſui compos exiſtens æſtimabit, ſine via utriuſque partis Generalis Concilii Eccleſiam uniri poſſe, adeò longo terrarum ſpatio vobis exiſtentibus ſeparatis?

21. Et propterea juxta nobis à ſanctitate veſtra injuncta mandata, & ob majorem imminentem neceſſitatem, proſecuti ſumus cum dominis alterius collegii Cardinalibus prædictam viam Concilii utriuſque obedientiæ: & finalitar poſt multa exacta dierum curricula concorditer convenimus, nomine etiam reverendiſſimorum Patrum dominorum Cardioalium pro nunc à præſeoti civitata abſentium, & nobiſcum in hac parte concordantium, ac ſiucera charitate cum omnibus dominis Cardinalibus alterius partis concordavimus, uno dumtaxat excepto, cujus tamen adventus parque concordia præſtolatur in brevi, ut Generale utriuſque partis & obedientiæ Concilium teueatur in hac civitate Piſana, per ſanctitatem veſtram & Gregoriũ, aliàs electa & oominata in die Annunciationis Domini, quæ occurrit XXV. Martii proximi futuri, convocandum per nos in noſtra parte, & per dominos Cardinales alterius partis in ſua, cũ inſiuuatione pręmiſſorum facienda per nos ſanctitati veſtræ, & alios dominos nominato Gregorio, noſtra ex parte S. V. cum humili ſupplicatione, ipſorum ex parte quoad Gregorium (à cujus obedientia & communione ob evidentes, neceſſarias, & juſtiſſimas cauſſas receſſerunt) requiſitione ſolenni, ut præfato Concilio feratis opem & aſſenſum, vocando ex ſuperabundanti, & ad cautelam, ut puſillis & ignorantibus ſatisfiat, per veſtras literas, & Gregorius per ſuas, ad locum & terminum antedictos, eos qui ſanctitati vaſtræ & illi obediunt; ut ſic veſtra & illius, ac noſtra, dominorum quoque alterius partis, vocationibus in unum concurrentibus, res ipſa efficiatur validior; licèt aliàs par ſe exiſtat valida & omni firmitate ſubnixa: tollaturque frivola quorundam quærentiũ quæ ſua ſunt allegatio, qua alias contra modũ vocationis Coucilii impertinenter uti vellent ad differendum vel impediendum tam gratum Deo ſervitium, Fidei & animarum ſaluti tam neceſſarium, ac toti reipublicæ opportunum: cùm communia ſit omnium fidelium opinio, rei experientiâ comprobata, quòd nuuquam Gregorius cum ſanctitate veſtra ſuper convocatione utriuſque partis Concilii in loco & uno termino concordaret; certumque exiſtat, quòd ad veſtram & illius geoeralem vocationem, ſi fietet, noo obedientes; ſubtracti & neutrales nullatenus convenireot.

22. Eſtque convenientius Caoonibus, veriſque conſonum opininnibus, & ſanctorum Patrum exemplis meritò imitandum, duobus de papatu contendentibus, quorum neuter ab univerſali Eccleſia pro vero Pontifice habitus eſt ſeu receptus, & quorum obedientia per multorum ſubtractiones & neutralitates in dies diminuitur & aufertur, ſuper quorum controverſia Deo non grata, fidelibus nullatenus accepta, neceſſarium eſt utriuſqua partis Concilium convocandum, quod per Cardinales partis utriuſque potiùs (in quibus quantum ad membrorum cohærentiam attiuet, eſt reformatum unitatis vinculum, fidelibus omnibus gratum, & qui ad hoc ſolùm agunt, ut quantùm ad ſubjectionem & communionem capitis, inter fideles exiſtat uniformis charitas) convocetur univerſalis Eccleſia in Coocilium Generale; quorum vocationi potiùs parebitur, quàm per ſanctitatem veſtram & Gregorium, quorum auctoritas ad effectus contemptu plenos in dies deducitur, negligiturque taliter, quòd ad vocationem veſtram & ipſius, univerſalis qui quæritur non ſequeretur profectus.

23. Sunt etiam alia fundamenta lucida & ſufficienti ratione fulcita, per quæ hic modus vocationis juſtus aſt, canonicus, debita ac juſta conſideratione neceſſarius, ac etiam opportunus: à quo, & Concilio ipſo Generali, veſtra & Gregotii non excluditur præſentia, ſed modis omnibus præſtolatur. Tollitque hæc conſideratio omnem objectionis intentum, quæ adverſus ipſum Generale Conciliũ, ejuſq; modum vocationis, à volentibus ſubterſugere allegari poſſet.

24. Ad hoc autem iſtud Generale convocatur Concilium, ut in illo ſanctitate veſtra & Gregorio convenientibus ceſſio mutua promiſſa juramentis & votis roborata, & à cunctis Chriſti fidelibus approbata fiat: eaque facta, & diſpoſitis quæ videbuntur utiliter diſponenda, per Cardinales utriuſque partis in unum deductos collegium, ad caonnicam procedatur electionem uoici, veri, & indubitati paſtoris; hęcque peragantur quacumque querela alia & accuſatiooe deounciationeque depulſis, & erga

ſan-

ſanctitatem veſtram, & Gregurinm omnis adhibeatur honorificentia debita, libertas & ſecuritas tribuatur modis poſſibilibus, ſufficientibus & houeſtis, & etiam omnibus ad ipſum Concilium venientibus, in veniendo, ſtando & recedendo. Super quibus, cum Florentinis, quorum dominio ſubeſt Piſana civitas, certas habemus concluſiones & capitula, ſufficientibus promiſſionibus & cautelis debitis roborata.

25. Quòd ſi S. V. veniente, diſpoſita præmiſſa adimplere, Gregorio in damnata pertinacia permanente, Fidei, unitati Eccleſiæ & veritati euangelicæ obviante, vel ſi ſanctitas veſtra ſic diſpoſita non venerit, tunc in alterius, vel utriuſque contumaciam & defectum, provideatur per Concilium & Eccleſiam congregatam, ac ordinetur, ut dictaverit Spiritûs ſancti gratia, volunt & diſponunt canonicæ ſanctiones, doctorum dicta per Eccleſiam approbatorum ſuadent, & oſtendunt geſta ſauctorum Patrum pariter & exempla. Taliter ut defectibus, contumaciis & contradictionibus, & aliis non obſtantibus cauſſis prætenſis, exſtirpetur ſchiſma, & unio in Dei Eccleſia reducatur, ſub uno vero & indubitato paſtore, modo præmiſſo, auxiliante Domino, eligendo.

26. Hæc eſt via, Pater ſancte, ſic deliberata ſincerè, de voluntate ſanctitatis veſtræ proſecuta, Deo grata, auctoritatibus veteris & novi teſtamenti couveniens, geſtis Apoſtolorum, & ſanctorum Patrum, dictiſque concordans, & à Cauouibus approbata, acceptaque Prælatis, Regibus & Principibus, notabilibus, communitatibus, & omni clero & populo Chriſtiano, ad quos de illa pervenit veridica relatio: omniſque lingua illam commendat, approbat & exaltat; per iſtam ſolùm exiſtimautes ſchiſma exſtiugui poſſe, unitatis vinculum inter Chriſticolas reduci.

27. Qui in iſta laborare negle xerit, & laborantibus in ea, opem & auxilium præbere noluerit, juxta beatos Ambroſium, Auguſtinum & Anſelmum, in Eccleſia non exiſtit, foris eſt à trunco arboris ramus præciſus. Qui verò contradixerit, & impedimenta præſtiterit, ſchiſma diligit, nntrit & facit; uuitatem odit, fidem violat, veritati euangelicæ contradicit; & multò fortiùs à gremio Eccleſiæ alienus exiſtit. Itaque, ut ait Beatus Cyprianus, tanta eſt macula, quòd nec ſanguine abluitur, cùm ſit inexpiabilis & gravis adeò culpa diſcordiæ, ut nec paſſione purgetur etiam pro Fide Chriſti ſuſcepta.

28. Hæc, Pater ſancte, cum charitatis zelo vobis ſignificamus, ſupplicantes etiam nomine revereudiſſimorum Patrum dominorum Cardinalium abſentium, & nobiſcum iu hac parte convenientium, & nobiſcum facientium duas partes collegii, quatenus ad præmiſſa, ac lamentabilem ſtatum Eccleſiæ, animarum evidentia pericula, errorum ſuccreſcentium multitudinem peſtiferam, libertatis Eccleſiaſticæ detrimenta, velitis aciem mentis dirigere & attendere quod duæ partes veſtræ obedientiæ, & ultra, irretractabiliter, quantum ex modo colligi poteſt, à vobis receſſerunt, & ſe neutrales fecerunt, & in quo periculo ſunt illæ modicæ terræ Eccleſiæ vobis ſubjectæ, quas murus & arma non protegent, ſed eis potiùs ut formidamus, occaſionem dabunt ruiuæ & diſperſionis, lacrymis deplorandæ; & Generali utriuſque partis Concilio, ut præmiſſum eſt, congregando, opem & aſſenſum ferre, & in ipſo couvenire perſonaliter in loco & termino antedictis, cum diſpoſitione præmiſſa iucommutabili; quæ omnibus Chriſti fidelibus illico innoteſcat, quòd veſtra ſanctitas intendit in ipſo Concilio pro unionis bono renunciare papatui, Gregorio renunciante, mortuo, vel per judicium Eccleſiæ dejecto & ſententialiter condemnato.

29. Et de veſtra intentione ac propoſito in præmiſſis ſupplicamus humiliter ſanctitatem veſtram, dignetur per ipſius literas nos certiores efficere, per venerabilem virum magiſtrum Joauuem Guiardi archipresbyterum Pictavienſem præſentium exhibitorem, quem pro præmiſſis ad ſanctitatem veſtram dixerimus deſerendas: ad hoc ut habitâ veſtræ intentionis à præmiſſis, ut ſperamus, minimè deviaturæ, ſed in omnibus aſſentientis, certitudine valeamus, circa veſtram veſtrorumque ſecuritatem & libertatem in veniendo, ſtando, & redeundo efficaciùs laborare, & de his congruo tempore veſtram ſanctitatem certificare, ac nos diſponere ad ſerviendum ſauctitati veſtræ iu acceſſu ad dictum Concilium, & in ipſo Concilio, ut convenit & decens exiſtit.

30. Quamvis certum exiſtat, quòd accedente in præmiſſis veſtrâ concordiâ, & firmâ diſpoſitione, ceſſabit omne periculum & inimicorum, ſi qui ſorent, feritas in manſuetudinem deducetur non omnino; famoſaque oblocutio in famam virtuoſam meritò converteretur, vobis erit pax & ſecuritas, inenarrabile quoad Deum premium, hominum laus, & gloria ſempiterna. A quibus & tam neceſſario debito, ſub animæ & ſalutis æternæ imminente periculo, neque viarum diſcrimina, mortiſque periculum, poſſunt ſubterſugientem reddere in conſpectu Altiſſimi & hominum judicio excuſatum.

31. Et ſi, quòd abſit, aliqua prætenderetur periculi cauſſa; Dei timore poſtpoſito, & tam neceſſario contempto debito, cùm adversùs concordata, & in debitum deducta neceſſarium, nulla competat exceptio: poſſent, quæ incumbunt per procuratorem & deputatum, habentem ad præmiſſa omnia ſpeciale & irrevocabile mandatum, exſecutioni debitæ demandari, omni excuſatione ceſſante.

32. Et ſupplicamus humiliter, quatenus ſanctitas veſtra nos dignetur habere excuſatos, ſi in hoc feſto omnium Sanctorum ad eandem non accedimus ſanctitatem, cùm neceſſitas hîc deliberatæ materiæ, Deo & hominibus gratæ, noſtrum à præſenti civitate & conſortio dominorum Cardinalium, partis alterius receſſum non patiatur præſentialiter evenire: cùm ſequeretur ex hoc generalis Concilii protractio, ne dica-

dicamus impedimentum, quod abſit, in magnam Dei offenſam & ſcandalum, deſolationemque omnium, qui per hanc viam ſperant in brevi Eccleſiam in pacis vinculo reformari; eſſetque ſeparatio prædicta, & ad ſanctitatem veſtram acceſſio, adeò periculoſa, ut ceſſantibus aliis periculis, terrâ marique occurrentibus, ſatis notis, ne dum homines, immo & lapides, ſi fas ſit dicere, noſtram inſurgerent in ruinam.

33. Nec videmus, Pater ſancte, qualiter particulare in Perpiniano tenēdum Concilium, in quo vix tertia pars obedientiæ veſtræ conveniet, & jam ſi tota obedientia conveniret, poſſit ad exſtirpationem ſchiſmatis pertinere: cum ex particularibus Conciliis in diverſis terminis, & locis longa diſtantia ſeparatis, celebrandis, & ſi ſequi valeat unionis impedimentum, non tamen exſtirpatio ſchiſmatis, quam evidenter indocit generalis Concilii utriuſque partis diſpoſitio, ad quod tendimus, tendit & totus mundus. Hanc viam ſumus de voluntate ſanctitatis veſtræ conſtanti animo proſecuti, quam etiam uſque ad finem indeſinenti animo proſequemur. Veſtram ſanctitatem dirigere dignetur Altiſſimus feliciter & longævè, cum prompto deſiderio, & effectuali exſecutione præmiſſorum pro pace Eccleſiæ celeriter obtinenda.

Scriptum Piſis XXIV. Septembris, anno Domini MCDVIII.

Ad epiſtolæ finem ſubnotatum erat.

34. HÆc litera ſupraſcripta præſentata fuit Petro de Luna per magiſtrum Joannem Guiardi Archipresbyterum Pictavenſem in ea nominatom, ad hoc miſſum per dominos Cardinales apud Perpinianum: cui dictos Petrus de Luna reſponſionem fecit per cedulam in forma, quæ ſequitur.

PETRI DE LUNA

Reſponſio ad ſuperiores Cardinalium literas.

Venerabilibus fratribus, Guidoni Praneſtino, Nicolao Albanenſi, Petro Tuſculano Epiſcopis, Petro de Thureio presbytero, Amedeo de Saluciis, & Petro Sancti Angeli diaconis, S. R. E. Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

35. SPiritus ſanctus Eccleſiæ corpus vivificans, dirigens & gubernans, non ſolùm unitatis & pacis, quin immo dicitur Spiritus veritatis. Sic itaque Eccleſiæ proſequi convenit unitatem, ut cum pace veritas, juxta mandatum propheticum diligatur. Sanè die viceſima menſis Octobris literas veſtras datas Piſis XXIV. menſis Septembris proximè præteriti, nos noveritis recepiſſe, inter cœtera continentes, quòd de voluntate & mandato noſtro viam Concilii proſequentes, cum Anticardinalibus, qui ſunt Piſis, convenitis, & etiam accordâſtis, ut per vos in civitate Piſana ad diem Annunciationis Dominicæ inſtantem, convocaretur Concilium, ut aſſeritis, generale: & quòd hæc via per vos tres, Praneſtinum de Thureio, & S. Angeli, & dilectos filios Petrum Toloſanum, Antonium de Chalento Cardinales, & bonæ memoriæ Joannem Cardinalem Armaniaci, tunc Archiepiſcopum Rotomagenſem, ac venerabilem fratrem noſtrum Petrum Archiepiſcopum Tarraconenſem, & dilectum filium Joannem de Podionucis magiſtrum generalem ordinis fratrum Prædicatorum, quos dudum Liburnum miſimus, fuit concorditer aperta, & per nos demum approbata; quodque in procinctu noſtri receſsûs de Portu Veneris, per dilectum filium Joannem Maleruſi ſacriſtam Eccleſiæ Magalonenſis vobis mandavimus, ut præfatam viam proſequeremini animo conſtanti ac indefeſſo labore; adjicientes nobis etiam ſupplicando, quod cùm prædicta via ſit Deo grata, & auctoritatibus veteris ac novi teſtamenti, Patrum exemplis ac ſacris Canonibus approbata, & propter alia, quæ non exprimentes allegatis, lucida fundamenta ſufficienti ratione fulcita, per quam ſolùm ſchiſma exſtingui poſſe, ut ſcribitis, æſtimatur, dignaremur præfato Concilio ferre opem pariter & aſſenſum, vocando, ut dicitis, ex ſuperabundanti, & ad cautelam illud in dictis loco & termino; ac perſonaliter ibidem conveniendo cum propoſito in certis caſibus renunciandi papatui in eodem.

36. Quibus viſis, ad aliqua ſolùm quæ facti ſunt, pro nunc duximus reſpondere, cum veritate facti ſeriem recitando: ut illi tres, qui ex vobis præmiſſis interfuiſtis, factum meliùs ad memoriam reducatis; & alii, immo etiam omnes Chriſti fideles, veritatis videant fundamentum, & quantum cautè in tam arduo & periculoſo negotio eos oporteat ambulare. Scitis enim, cùm ſatis notorium exiſtat, nos pro exſecutione ſacræ & deſideratiſſimæ unionis, & eorum quæ pro ejus felici conſummatione ſcripta & oblata ſunt ad omnia loca concordata, ut uſque ad fines noſtræ obedientiæ cum magnis damnis & laboribus, ſummiſque terræ & maris periculis acceſſiſſe; & demum ad loca inter Lucam & Portum Veneris conſtituta & exiſtentia, in ipſius Angeli obedientia, & per Angeli aperta, nos velle accedere obtuliſſe.

37. Verùm his omnibus per eundem Angelum denegatis & minimè obſervatis, de Liburno pro nobis, & de Piſis pro ipſo Angelo, per eum apertè & publicè oblata, licèt inæqualia,

lia, & nobis periculoſa & incommoda loca, etiam contra aliquorum ex vobis opinionem, duximus acceptanda. Quæ omnia & multa alia præfatus Angelus, in ſuæ & multarum animarum periculum, & contra ſuorum prætenſorum Cardinalium, multorumque magnorum de ſua obedientia conſilium, facere & adimplere publicè recuſavit. Cæterùm omnem tractatum unionis, & quamcumque audientiam, ſalvumque conductum, noſtris nunciis & aliis denegavit. Propter quæ & alii multi ex ſuis prætenſis Cardinalibus, dictum Angelum in civitate Lucana deſerentes, Piſis ſe perſonaliter tranſtulerunt, nos cum inſtantia deprecantes, ut ad eos appropinquare vellemus, Liburnum accedendo.

38. Nos autem de veſtro & aliorum venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, tunc ad dictum locum Liburni accedere decrevimus ſine mora. Sed quia ſalvus conductus priùs à Florentinis ob ſecuritatem & victualia, & à domino Lucano propter tranſitum aliorum, qui per terram nos erant ſecuturi, neceſſarius videbatur: de noſtro & aliorum prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, vos tres prædictos, unà cum quinque ſupra nominatis, ad antedictos prætenſos præmiſimus Cardinales pro illorum conſolatione, & ut pro hujuſmodi ſecuritatibus habendis, veſtra circumſpectio laboraret cum bulla noſtra credentiali, ſed ad communes inſtructiones vobis omnibus traditas communiter referente.

39. Quæ quidem inſtructiones per te, dilecte fili Cardinalis S. Angeli, principaliter formatæ, & demum concorditer approbatæ. Nihil aliud in effectu continebant nec continent, niſi quod antefatos prætenſos Cardinales confortaretis in Domino, & informaretis de noſtro bono propoſito & brevi acceſſu ad Liburnum, audiretiſque & ſentiretis quas vias & modos pro unione Eccleſiæ ſervare & proſequi intendebant, & de illis non curaretis reddere certiores: ad hunc videlicet finem, ut cum prædictis fratribus communicato conſilio, poſſemus procedere commodiùs in agendis.

40. Viſis igitur & recenſitis prædictis inſtructionibus in forma authentica, continentibus præmiſſa tantummodo, & auditis depoſitionibus dictorum Cardinalium, Toloſani, & de Chalento, & Tarraconenſis; ac generalis Prædicatorum, publicè & conſtanter aſſerentium, ſe, nec vos tres, ipſis præſentibus aliud quàm ſit in dictis inſtructionibus, noſtra ex parte moviſſe ſeu aperuiſſe: hoc firmiter de vobis & ipſis credimus & credidimus, nec aliud credere veriſimiliter debeamus, quòd videlicet præter inſtructiones noſtras attentaretis aliquid ex noſtra parte nobis inconſultis proſequi, nec etiam aperire.

41. Scitis præterea quod per dictos Florentinos, & dominum Lucanum, non obſtante multiplici noſtra & veſtra, ac dictorum prætenſorum Cardinalium aliorumque inſtantiâ, fuit vobis & nobis omnis ſalvus conductus & ſecuritas denegata. Ob quam rem nos adire non valuimus Liburnum, nec vos Piſas: ex quo oportuit quatuor ex prætenſis Cardinalibus ad vos Liburnum ſe transferre. Poſtmodum verò per dilectum filium Simonem Salvatoris cum inſtructionibus per vos ſibi datis, de prolocutis inter vos, & dictos prætenſos quatuor Cardinales, nos & prædictos fratres noſtros informare curâſtis.

42. Quibus inſtructionibus perlectis, nihil de prædicta via nobis innotuit, noſtro ut aſſeritis, nomine proſecuta. Bene tamen ex veſtra parte, per dictas inſtructiones & alias, verbo & ſcripto manu tua, dilecte fili Cardinalis Sancti Angeli, correctis, fuimus nihilominus informati, quòd dictis prætenſis Cardinalibus vobis ſeparationem à nobis, & cum ipſis conventionem & Concilii convocationem ſine nobis ſuadentibus, conſtanter in facie reſtitiſtis per organum tuum, fili Cardinalis Sancti Angeli, expreſsè allegando, quòd hæc ſecundùm Deum & juſtitiam per vos fieri non poterant, nec debebant vos de his requirere; & quòd ad nos tanquam ad caput, qui promiſſa conventa & concordata ad unguem ſervavimus, convocare Concilium generale, & unionis negotium tractare, principaliter ſpectabat, prout hæc multis rationibus fundaviſtis.

43. Poſtremò non ignoratis quòd præfati quinque ad nos redeuntes, qui in ultima die tractatûs, quæ fuit die undecima Junii, propter eiſdem imminentia pericula de Liburno recedentes, noſtram præſentiam adierunt, veſtrûm trium, & ſui ex parte nobis referentes, quod ultima collatio inter vos & ſæpedictos prætenſos quatuor Cardinales, habita fuerat, quòd ordinarentur certæ requiſitiones dicto Angelo faciendæ: ante quarum quidem ordinationem, & aliam quamcumque receptam concluſionem, ſeu factam concordiam, ipſos, ut dictum eſt, recedere & ad nos venire, eis gravi imminenti periculo cogebantur. Qui ex parte veſtra nobis inſtanter conſuluerunt, ut dimiſſis illis partibus, noſtrûm & nos ſequentium perſonas in tuto, cujuſvis moræ ſublato diſpeodio poneremus: cùm per certas miſſas literas vobis conſtaret, quòd de noſtra & eorum captione ibi mandatum venerat, unde poſſet grave in Dei Eccleſia ſcandalum ſuſcitari.

44. Quibus penſatis, ſatiſque notoriè divulgatis, de fratrum noſtrorum concordi conſilio, & eorum pulſanti inſtantia, ad locum tutum & ſecurum cum noſtris decrevimus nos transferre: volentes nihilominus, ex quo in illis partibus ulteriùs adeſſe perſonaliter nequibamus, ſolennes nuncios cum plena poteſtate ibidem dimittere, qui ſuper agendis darent operam efficacem. Sed quemadmodum vobis & multis notum eſt, ſalvus conductus cum inſtantia poſtulatus, eis per gubernatorem Januæ, procurantibus ambaſſiatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Franciæ illuſtris, in ipſis partibus tunc moram trahentibus, exſtitit denegatus,

licèt non credamus, hoc de dicti Regis voluntate & conſtantia aliquatenus proceſſiſſe. Propter quod nec eos dimittere, nec in illis partibus ſecurè potuimus ulteriùs remanere.

45. Tandem de dictorum fratrum noſtrorum & notabilium Prælatorum alio conſilio, in noſtri receſsûs procinctu generale Concilium, brevi termino omnium Sanctorum inſtanti, in villa Perpiniani Elnenſis diœceſis, utpote propinquiori inter loca ſecura, ſolenniter & publicè duximus convocandum.

46. His igitur omnibus conſideratis, attendite cum ſcribitis, quod per ſacriſtam Magalonenſem prædictum, vobis in noſtri receſsûs procinctu iniunxerimos ut inſtanter proſequeremini dictam viam. Hæc enim & præfatus ſacriſta palam atque conſtanter, & inſtructiones ſibi datæ, quæ de manu præfati Joannis Cardinalis Armeniaci ſcriptæ manent, nihil continent ſuper illo.

47. Cæterùm ſi forſan teſtes & ſcripta authentica ſuperiùs allegata vobis non ſufficiant: hoc ſaltem vobis & cuilibet intelligenti ſufficiet evidenter, videlicet quòd non eſt credibile, immo nec veriſimile, quòd nos cum noſtro collegio, de noſtro & aliorum fratrum conſilio, cum tanto periculo recedentes, denegaro vobis & nobis in Piſis & aliis partibus, ut dictum eſt, ſalvo conductu & ſecuritate, & convocato per nos, ut dictum eſt, Concilio Generali, vobis in eodem noſtri receſsûs procinctu, prour ſcribitis per dictum ſacriſtam mandaverimus, quòd per vos Concilium vocaretur, quod non valet quocumque verborum colòre verificari. Ex quibus cuilibet rectè inſpicienti conſtare poteſt, quòd prædicta noſtro nomine & mandato, atque voluntate ſeu approbatione, ut veſtra continet litera, non feciſtis, nec facere potuiſtis.

48. De vobis igitur mirantur multi & magni, quid eſt quod vos quinque vel ſex, ut dictum eſt, nobis & noſtro collegio inconſultis, quem Papam & dominum veſtrum ſcitis, quique pro unione Eccleſiæ ſanctæ Dei tot & tanta fecimus & obtulimus & alia majora omni tempore parati ſumus facere pro hujuſmodi unione, & qui Concilium Generale non ſolùm non denegamus, immo de fratrum noſtrorum conſilio convocamus, & in liminibus ipſius celebrationis exiſtimus, & ad quem ſolùm Concilii Generalis celebratio pertinet, ad ſimilia procedere tentaviſtis. Quæ tamen ſi ſancta, canonica, & juridica, ſicut aſſeritis, eſſe demonſtraveritis: non recuſabimus. Tantum nos allicit tranquillitas populi Chriſtiani.

49. Super quibus cum noſtro collegio in hoc ſacro Generali Concilio de proximo in hac villa Perpiniani, loco utique celebri & inſigni, idoneo per nos celebrando deliberare intendimos, & ſuper allegatis & requiſitis per vos pro unione utilibus, quod juſtum & canonicum viſum fuerit, totis viribus proſequimur, & efficaciter cum ſuffragio divinæ gratiæ exſequemur.

50. Ad quod generale Concilium vos in virtute ſanctæ obedientiæ per noſtras literas convocavimus, & expreſsè harum ſerie convocamus: ſperantes indubiè, cùm omnis pro vobis & aliis ſe exhibeat ſecuritas, & illuc in allegato per vos tempore, ſi nobis utile viſum fuerit, revertendi tempus adſit ſatis longum, quod in dicto Generali Concilio perſonaliter ſtudebitis intereſſe. Et tunc lucida fundamenta quæ habere prætenditis, licèt illa non explicaveritis, poteritis declarare: quæ libenter audiemus; & benignè, in quantum rationabilia viſa fuerint, admittemus.

51. Præmiſſiſque diligenter attentis, credere non valemus, vos ne quemquam nobis poſſe cum ratione conſulere, ut convocato hîc generali Concilio, ad quod jam plurimi ex Hiſpaniarum, & aliqui Franciæ, Sabaudiæ, provinciæ, atque Vaſconiæ partibus, Prelati atque notabiles perſonæ adſunt, quicquam innovare ante celebrationem Concilii debeamus.

52. Ad id tamen, quod tangitis, ut perſonaliter vel per procuratorem Piſas conveniamus, papatoi in certis caſibus renunciaturi, & aliis in veſtra litera contentis, ſolùm pro nunc reſpondemus: nos firmam in Domino ſpem habere, quòd ipſo adjuvante, cujus recta ſunt conſilia, cum deliberatione dicti generalis Concilii, talem ſuper his & aliis veram unionem concernentibus, recipiemus concluſionem, quod breviter, quantum in nobis erit, hoc deteſtabile, & proh dolor! nimiùm diuturnum ſchiſma, colletur de medio, & vera unio in Dei Eccleſia ſubſequetur.

Datum Perpiniani Elnenſis diœceſis, ſeptimo Idus Novembris, Pontificatûs noſtri anno decimoquinto.

Superioribus literis ſubjuncta hæc erant in D'acheriano Codice MS.

53. ITem ſciendum eſt, quòd etiam fuerunt aliæ literæ patentes ex parte Cardinalium præſentatæ, dicto Petro de Luna apud Perpinianum, per magiſtrum Guillelmum Saigneti judicem ordinarium Nemauſenſem, qui propter hoc ad eum ex parte Cardinalium fuit miſſus. Quarum literarum tenor hîc ſtatim ponitur: & in ſubſtantia idem continent, ſicut literæ clauſæ ex parte eorondem Cardinalium per magiſtrum Joannem Guiardi præſentatæ, de quibus hîc ſupra fit mentio ſecundo folio præcedenti. Et per iſtas patentes etiam dictus Petrus de Luna convocatur ad Concilium Piſis congregandum. Et erant etiam aliæ patentes, per quas ad idem convocantur Cardinales, qui erant cum eo quatuor, ſcilicet Auxitanus de Fiſco, de Chalento, & etiam Gerundenſis, qui tamen tempore præſentationis literarum mortuus erat.

54. Et dictus Guillelmus poſt præſentationem dictarum literarum, & inſinuationem, requiſitionem, &c. ſicut ſibi erat injunctum, inſtitit pro reſponſione habenda. Ad quod finaliter dictus Petrus de Luna reſpondit: habuimus

alias

Digitized by Google

alias literas clauſas ex parte eorundem Cardinalium, ſuper ſimili materia, licèt poſterioris datæ, ſed primò nobis præſentatæ, quibus reſponſionem dedimus; ideo ſuperfluum eſſet amplius reſpondere: diceos quòd literæ plura continent, quę aliter ſe habent, & quòd de omnibus unionem Eccleſiæ tangentibus, intendit deliberare in Concilio ſuo Generali apud Perpinianum celebrando & ſperat bonā cōcluſionem recipere, &c. Dicti autem Cardinales requiſiti pro reſponſione, dixerunt per os Cardinalis Auxitanenſis, quòd idem cum dicto Petro de Luna reſpondebant in quantum eos tangebat. Et ita fuit relatum per dictum magiſtrum Guillelmum Saigneti, qui de omnibus attulit inſtrumentum ad longum.

CONCILIABULUM PERPINIANENSE,

Celebratum auctoritate Benedicti XIII. ſeu Petri de Luna Pſeudo-Papæ,

ANNO CHRISTI MCDIX.

55. Acta Concilii Theodericus à Niemo lib. 3. *Schiſmatis*, cap. 36. & 37. deſcribit his verbis: *Præfatus verò Petrus de Luna in ipſo regno Aragoniæ tunc temporis aliud Conciliabulum, in quo erant quamplures Epiſcopi, Abbates, & alii Eccleſiaſtici Prælati de Hiſpania, Catalonia, & quibuſdam adjacentibus provinciis, de ipſius obedientia, celebrabat. In quo quidem Conciliabulo per eundem Petrum facto, in diverſis ſeſſionibus, dicti Epiſcopi, & alii ſui Prælati, qui illuc convenerant, conſuluerunt finaliter in hæc verba:*

56. Sanctiſſime ac beatiſſime pater, hoc ſacrum Concilium ad id quod in ultima ſeſſione per veſtram ſanctitatem primo loco propoſitum fuit, humiliter & devotè reſpondit, quod conſideratis & diligenter attentis his, quæ pro ſervitio Dei & unione ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſalute omnium fidelium veſtra ſanctitas obtulit, acceptavit, & proſequuta fuit, non parcendo laboribus, periculis, & expenſis; conſideratis etiam injuriis, oppreſſionibus, turbationibus & impedimentis, quæ nobis aliquorum præſumptione ingeſta ſunt, necnon variationibus, cavillationibus, refutationibus ac inconſtantia intruſi moderni & ſuorum prædeceſſorum: conſideratis etiam profeſſionibus & proteſtationibus per veſtram ſanctitatem hoc ſacro Concilio & aliàs factis, quas reputat ſufficientes; quæ omnia apertè liquent ex lectione geſtorum à tempore aſſumptionis veſtræ ſanctitatis ad Apoſtolatûs apicem, uſque ad tempus præſens: pro quibus omnibus ſanctitas veſtra & hoc meritum apud Deum, & perpetuum apud homines præconium reportare meretur: ipſum ſacrum Concilium, maturâ deliberatione ſuper his habitâ, puro corde & ſincera intentione credit, tenet & reputat vos fidelem, Chriſtianum atque Catholicum ac verum Chriſti vicarium, nec credit, nec reputat vos, pater ſancte, eſſe vel fuiſſe ſchiſmaticum vel hæreticum, nec macula ſeu fautoriæ ſchiſmatis ſeu hæreſis irretitum, & quanto humilius poteſt, hoc ſacrum Concilium veſtræ ſanctitati gratias agit pro promiſſis ex cordis intimis, ſeipſum devotè offerens ad veſtræ ſanctitatis obſequia, Deum ſuppliciter exorans, ut ſanctitatem veſtram in hoc ſacro unionis negotio dirigere dignetur ad ipſius laudem & gloriam, totiuſque populi Chriſti pacem & quietem.

Sententiā hanc Niemus, habet in nonullis ampliorem quam Surita. Ex utroque perfecimus.

57. Sanctiſſime ac beatiſſime pater, hoc ſanctum generale Concilium ſupplicat & conſulit humiliter & devotè ſanctitatem veſtram, primò, quod non obſtantibus quibuſcumque tribulationibus, perſecutionibus, & impedimentis vobis datis, dignemini propter Deum & bonum Chriſtianitatis, proſequi efficaciter factum unionis ſanctæ matris Eccleſiæ, per viam renunciationis, ipſam viam omnibus aliis viis prætermittendo, nullâ tamen aliâ viâ excluſâ.

58. Item ſupplicat, & conſulit ſacrum præſatum Concilium S. V. quatenus oblationem per eandem ſanctitatem veſtram factam intruſo de renunciatione, in caſu renunciationis vel mortis dicti intruſi, dignemini extendere ad caſum dejectionis ejuſdem intruſi, ſi fiat ſecundùm fidem & obedientiam partis ſuæ, & etiam effectualiter ac de facto.

59. Item ſupplicat & conſulit præfatum ſacrum Concilium S. V. pro celebri & debita expeditione, & concluſione præmiſſorum obtinenda, dignemini certos nuntios, probos viros, Deum timentes, ad hoc idoneos, nomine & pro parte ſanctitatis veſtræ, & veſtri collegii, ac totius ſacri Concilii mittere ad intruſum, & ſuos Anticardinales cum ipſo Piſis & alibi degentes, necnon ad illos dominos Cardinales Piſis exiſtentes, & ad alios, qui in hoc ſancto unionis negotio proficere potuerunt, cum plena ac libera & ſufficienti poteſtate tractandi, concordandi, firmandi & obligandi omnia & ſingula neceſſaria & utilia, ſeu opportuna ad præmiſſa, & prout eis videbitur, tempus breve & congruum, & locum idoneum & ſecurum, ac de ſecuritatibus & libertatibus in eundo, ſtando, & redeundo, recipiendi, concordandi, & obligandi. In quo ſanctitas veſtra, illa omnia, quæ concordata, & firmata fuerint per ipſos, efficaciter exſequatur perſonaliter: vel ſi perſonaliter ire noluerit, vel infirmitate corporali impedita non potuerit, per alium ſeu alios habentes

bentes

Digitized by Google

bentes plenariam & liberam poteſtatem ad omnia, quæ ſanctitas veſtra facere poteſt & poſſet, uſque ad renunciationem incluſivè.

60. Item ſupplicat & couſulit præfatum ſacrum Concilium S.V. quatenus dignemini formam procuratorii iu prædictis caſibus faciendam mandare ordinari, pleniori & meliori modo quo fieri & ordinari poterit.

61. Item ſupplicat & conſulit præfatum ſacrum Concilium, qnatenus dignemini tales conſtitutioues facere & proviſiones adhibere, qnod ſi ante obteutam unionem (quod abſit) contingeret ſanctitatem veſtram ab hac vita ad aliam evocari, poſſit ad unionem debitè & canonicè procedi taliter, quod poſt obitum ſanctitatis veſtræ propter defectum proviſiouis non differretur, ſeu impediretur unio, aut non, quod abſit, ſcandala vel ſubſchiſmata ſequerentur.

62. Item ſupplicat & conſulit præfatum ſacrum Concilium, quod iu caſu quo aliqni, quod abſit, præmiſſis ſpretis, ſcandala ſeu ſchiſmata ſuſcitare vellent, dignetur ſanctitas veſtra per debitas conſtitutiones ſeu remedia prohibere & providere, ne ad ſimilia perpetranda procedatur, ſub pœnis, & decretis, & prohibitiouibus ad hoc neceſſariis & opportunis.

63. Subſcripta ſchedula, fuit per Concilium oblata domino noſtro, & per eum benignè & ſimpliciter acceptata. Cauſſa acceptationis & contentationis, de acceptatioue factum fuit inſtrumentum publicum, manu domini noſtri & omnium de Coucilio ſubſcriptum.

ADDITIO GABRIELIS COSSARTII

Ad Concilium Perpiniani in Aragonia celebratum.

64. V*Erùm quæ in hoc cœtu ſunt geſta, multo deſcribuntur uberiùs ab Hieronymo Surita, qui tamen Petri de Luna partibus eſt addictior: fideliùs autem ab Od. Raynaldo, ex Gregorii literis Mſs. aliiſque authenticis inſtrumentis. Et Surita quidem*, Indicum Aragonenſium *libro tertio ad annum MCDVIII.*

65. Convenerat (*inquit*) inter Benedictum & Gregorium, ut inter Lucam & Portum Venerls quædam loca ad eorum congreſſum diligereutur, quæ Gregorii dictioni parebant: & internuntiis dnobus Venetorum legatis, qui Benedictum iu Veneris Portu convenerant, Benedictus obtulit, ſe libenti animo Liburnum acceſſurum, modò Gregorius Piſas commigret: cùm ea oppida in dirione Gregorii eſſent. Eâ re denegatâ, neque publicâ fide traditâ, Cardinales Gregoriani eum, uti ſupra docuimus, deſeruerant: ac ſe Luca urbe Piſas tranſtulerant, & Beuedictum deprecati fuerant, ut eò proficiſceretur, & Liburnum accederet. Sed dum legatos præmittit, ut à Lucenſibus & Florentinis fide publica, in eorum ditionibus, ſibi ac ſuis liberi commeatus traderentur, & Benedicto denunciatum eſſet Francorum Regem, cujus fide publica in Genuenſi ditione tutò ſe commorari arbitrabatur, & tam periculoſo itineri commiſerat, ſtudioſiſſimè curâſſe, ut in eum & aliquot Epiſcopos manus injicerentur, inexſpectatâ, & repentinâ fugâ in Galliam provinciam celerem reditum dirigit. Portu Veneris vela facturus A.D. XVII. Kal. Jul. Pontificatûs anno XIV. Concilium Perpiuianum Helenenſis diœceſis oppidum indicit.

66. *Et infrà* A. D. Kal. Aug. Benedictus Helenam urbem, & poſtero die Perpinianum introiit.

67. *Et infrà* Kal. Novembris, omnium Sanctorum feſto die Benedictus Perpiniani ſolenui cœtu & frequentiſſima celebritate Concilium habet, & ſacris in aula regia Majoricenſi arcis Perpinianenſis à Pontifice peractis, Alphonſus Exea Patriarcha Conſtantinopolitanus, Hiſpalenſis Eccleſiæ adminiſtrator, celeberrimam, & gratiſſimam concionem habuit; & abſentium ratione ſacris comitiis habita, in A.D. XVII. Kalend. Decemb. Concilium prorogatur A.D. II. Id. Nov. Benedictus ſanctioris ærarii Magalonenſis præfectum, Eccleſiæ Aſtenſis adminiſtratorem, Patriarcham Antiochenum, & Franciſcum Simenium Ordinis Minorum, Valentinum, virum inſigni ſanctitate, & magna & multiplici doctrina, ac diffuſa Scriptorum copia clariſſimum, Hieroſolymitanum Patriarcham creat: qui ab Auxitano Epiſcopo Card. A. D. XII. Kal. Decemb. ſunt conſecrati. Poſtero die Benedictus ex arce regia in ædem Beatæ Mariæ regalis, ſacrorum ordinum cœtu comitatus procedit: & peractis ab eo Miſſæ ſolennibus Concilium haberi cœpit. Sabbato A.D. XV. Kal. Decemb. ſecunda Concilii aſſeſſio celebratur: & concione, ut mos eſt, habitâ, & profeſſione recitata Fidei Catholicæ, Benedictus reſponſo dato, ſe illam Fidem firmiſſimè tenere & ſimpliciter confiteri aſſeverat. Mercurii die, A.D. XI. Kal. Dec. cum tertia Concilii aſſeſſio celebraretur, præmiſsâ, ut moris eſt, concione, ſeries, & continuatio rerum à Benedicto geſtarum, ex quo in ſummam Pontificatûs dignitatem eſt evectus, uuiverſo cœtui recitatur, atque proponitur: & quot & quantas, & quàm incredibiles calamitates hauſiſſet, quantiſque in diſcriminibus verſatus eſſet, ut ſummæ pacis conjunctio Eccleſiæ Dei conciliaretur. Demum quinque aliis aſſeſſionibus varii actus, actioneſque conſiliorum & eventorum in procurandis Eccleſiaſticæ concordiæ negotiis recenſentur:

&

Digitized by Google

& quemadmodum inter Benedictum & Gregorium legatorum interventu convenerat, ut Savonæ cum ſuis collegiis feſto S. Michaëlis, aut omnium Sanctorum die, congrederentur. Concilio interſuêre Prælati penè omnes regnorum Caſtellæ, Aragoniæ, & Navarræ: & nonnulli Franciæ, provinciæ Galliæ, Vaſcitaniæ, & Sabaudiæ, omnes circiter cxx. præter eos, quorum ſuprà mentio facta eſt, Patriarcha Alexandrinus, Petrus Luna Toletanus, Garcias Ferdinandius, Heredia Cæſaraugustanus, & Petrus Zagarriga Tarraconenſis Archiepiſcopi, Concilii decretis adſedêre. Cùm Patres Benedictus conſuluiſſet quid è republica Chriſtiana eſſe cenſerent, ne in progreſſione rerum, & nova molitione, ad reliquias Eccleſiæ lacerandas & diſtrahendas pravis conſiliis converteretur, ſumma diſſenſione, atque diſſidio in contrarias partes Patrum opiniones in deliberando diſtrahuntur: quibuſdam cenſentibus à Benedicto legatis mandata danda eſſe, ut ejus nomine pontificiam dignitatem nullâ interpoſitâ morâ abrogent: aliis vero tempus ducentibus, & maximè disjuncta, atque contraria aſſerentibus. Ea opinionum & ſententiarum diſcrepantia eò rem deduxit, ut Perpiniano penè omnes diſceſſerint: & XVIII. in ſententia permanentibus, tandem ab eis tanta de re dignum eo cœtu reſponſum tulit: quod hoc in loco adnectere operæ pretium duxi.

68. Sanctam ejus congregationis commonitionem & Benedicti ipſius pollicitationem adverſarii poſtea in Piſano primùm, ac demum in Conſtantienſi Concilio in duriſſimum ejus os jure meritò retorſerunt: quamvis Benedictus ſe viam ceſſionis Savonæ amplexum ſuiſſe contenderit, & in Portu Veneris Gregorium per nuntios & literas ad eam pactionem ſuiſſe cohortatum, ac tuta conveniendi loca obtuliſſe, quæ omnia ſuerint ab adverſario refutata atque repulſa, neque ſibi poſſet objectari negligentia, aut contumacia.

69. Kal. Febr. Alphonſus Exea Patriarcha Conſtantinopolitanus Benedicto in Concilii conſenſu reſponſum à Patribus decretum offert.

70. A. D. VII. Kal. April. XIV. ſeſſio Concilii Perpinianenſi arce, cùm major pars Prælatorum à Perpiniano receſſiſſet, & per paucos res tranſigerentur, celebratur. Eo in conſeſſu à Benedicto ſeptem legati Piſas mittuntur, ut perſcrutentur, quibus conditionibus res ad concordiæ pactionem deduci poſſint. Ad ſpem obtinendæ rei, graviſſimi viri deliguntur, Petrus Zagarriga Archiepiſcopus Tarraconenſis, Seguntinus. Mimacenſis, & Senenſis Epiſcopi, Bonifacius Ferrarius, domnus Carthuſienſis, prior Cæſaraugustanus, & miniſter provinciæ Gallæciæ. Sed Tarraconenſi, ut Benedicti nomine ad Francum Regem legationem obiret, in Catalonia remanente, reliquos oratores Nemauſi, cùm illis iter longum conficiendum inſtaret, Francorum Regis miniſtri detinent, ac demorantur: & mandata, quæ Benedictus legatis dederat, intercipiuntur. Quæ res ſpem omnem adipiſcendæ concordiæ, & Benedictum ad abrogationem deducendi, contudit, atque confregit.

71. *Idem, qui ſuprà libellus ſupplex Cardinalium, editus eſt ab Odorico Raynaldo ex Ms. Cod. Vaticano: in quo hæc ſubjiciuntur:* Supràſcripta capitula fuerunt oblata domino Benedicto per Concilium ſuum, & per eum acceptata fuêre per inſtrumentum publicum ſubſcriptum per dominum Benedictum, & omnes de ſuo Concilio ut ſuprà.

72. Dominus Benedictus propoſuit in dicto ſuo Concilio hæc: videlicet primo ut provideretur ſuper infamiis ſibi datis. Secundo ſuper facto unionis. Tertio ſuper ſchiſmatibus, quæ oriri poſſunt. Quarto ſuper reformationibus Eccleſiæ: & dictum Concilium reſpondit ſibi per ſupra ſcripta capitula & ordinationes.

73. *Raynaldus verò alia ex monumentis Vaticanis edidit hujus conventûs acta in hunc modum.*

Geſta in Concilio domini Benedicti, vel domini Petri de Luna.

74. UNiverſis & ſingulis per hoc inſtrumentum publicum innoteſcat, quod cùm per ſanctiſſimum in Chriſto patrem ac dominum noſtrum Benedictum, digna Dei providentia Papam XIII. præſidentem in ſacroſancto Concilio Generali convocato per eum Perpiniani Elnenſis diœceſis, ac in Eccleſia, quæ vulgariter dicitur de regali, præſentibus infraſcriptis, die v. Decembris anno Domini MCDVIII. fuiſſet propoſitum in effectu, quod ſi quamplurimis turbationibus, perſecutionibus, & afflictionum turbinibus quateretur, illud tamen potiſſimum affligebat, quod cedebat univerſæ Chriſtianitatis diſcrimini tetrum ſchiſma, & paullò minùs, quod nonnulli, qui ad tollendum tam immanem ſciſſuram de veſtimento Domini videbantur aſtricti, ipſam ſciſſuram unicam nedum perpetuare, ſed etiam multiplicare tentabant, attonitus mirabatur, quod licet priſcis temporibus circa ea, quæ ad pacem ſunt Jeruſalem, totis viribus inſudarit, & poſſibilem operam dederit, ut unionem Eccleſiæ conſequeretur optatam, ſeque expoſuerit quamplurimis laboribus, expenſis, periculis, & ærumnis, ut ſchiſmatis expiaret opprobrium, quod indiſciſſam Domini tunicam, proh dolor! turpiter maculabatur: tamen ſatore zizaniæ, ut videbatur, peſtiferè procurante, nedum inconſtantem & varium, ſed induratum reperit Angelum dictum Corario, qui ſe facit Gregorium in parte ſchiſmaticorum nominari,

quam-

quamvis ſe monſtrâſſet à principio pro tam felici unionis negotio liberalem, in tantum quod ipſe dominus noſter apud eum proficere non potuit; propter quod ipſum non ſine aculeo doloris oportuit retrocedere ſine fructu.

75. Nec ſolùm hoc unionis impedimentum evenit, per nonnullos enim de quibus vix credebatur, tot & tanta, ut dicebat, fuerunt, prout erat per nonnullos de dominis Cardinalibus Piſis degentibus, & alios adviſatus, pericula machinata, quòd nec in Italiæ partibus, ad quas ſe contolerat pro unione ſanctæ matris Eccleſiæ, potuit cum ſuis perſonaliter remanere; ſed nec pro nuntiis ſeu procuratoribus, quos cum plena poteſtate diſpoſuerat ibi dimittere, ſalvum conductum obtinere potuit quoquo modo.

76. Aliis igitur imminentibus periculis, de conſilio reverendiſſimorum in Chriſto patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, volens idem dominus noſter in loco tuto reponere ſe & ſuos, ſed nolens dimittere unionis Eccleſiæ negotium ſic turbatum, ut provideretur exſtirpationi ſchiſmatis, & nonnullis aliis imminentibus ſcandalis, quæ videbantur in Dei Eccleſia machinari, ad generalis convocationem hîc faciendam Concilii, ad feſtum omnium Sanctorum lapſum proximè ſe convertit.

77. Concilio igitur hoc, ſancto afflante Spiritu, convocato, ipſum benevolis exhortationibus inter cætera requiſivit, quatenus adviſarent, & conſulerent, quod foret ulteriùs faciendum pro conſequenda Eccleſiæ unione, ipſos exhortans quatenus ſuper iis ſibi darent auxilium, conſilium, & favorem. Offerebat enim ſe cum conſilio dicti Generalis Concilii proceſſurum efficaciter in præmiſſis, & expoſiturum perſonam, ſtatum, & vitam, pro debita unione ſanctæ matris Eccleſiæ conſequenda. Et quia nonnulli diverſimodè impedire tam ſacrum propoſitum ſub palliatis coloribus ſatagebant, adviſarent, & conſulerent qualiter erat providendum ſcandalis, erroribus, & ſchiſmatibus, quæ proh dolor! diſponebantur in Eccleſia ſancta Dei.

78. Ad reſpondendum autem his duobus articulis, diem tunc ſequentem Mercurii, quæ fuit XII. dicti menſis, præfuit * Concilio, ut interim ſuper his duobus articulis poſſent deliberare maturè: ſed quia propter arduitatem materiæ non potuit tantum negotium ſic faciliter expediri, fuit per aliquas dilationes uſque ad diem hanc infraſcriptam præſentis ſeſſionis celebratio prorogata. Cæterùm ſuccedente quoad hoc finaliter ordinata ad hanc diem Veneris, prout jam dictum eſt, ſeſſione, præfatum ſacroſanctum Concilium per medium reverendiſſimi in Chriſto patris domini Alphonſi Patriarchæ Conſtantinopolitani præfato domino Papæ ſupplicandum duxit, ac etiam conſulendum prout in quadam ſchedula per ipſum dominum Conſtantinopolitanum, pro parte totius præſentis ibidem Generalis Concilii, præſentata, & tandem per me Guigonem Flandrini ſacræ Sedis Apoſtolicæ protonotarium lecta, continetur latiùs, cujus tenor ſequitur ſub his verbis:

* F. præfixit.

79. Sanctiſſime ac beatiſſime pater, hoc ſacrum & Generale Concilium ſupplicat, &c. *Repetitur hic ſupplex libellus ſuperiùs allatus, ſubditurq;*: Acta ſunt hæc apud Perpinianum Elnenſis ¹ diœceſis in Eccleſia, quæ vulgariter dicitur de regali. *Et infrà*: Die prima menſis Februarii, Indictione ſecunda, anno Domini MCDIX. Pontificatûs præfati domini noſtri anno XV.

¹ Al. Helenenſis.

80. Succedente iſta die dominus noſter reſpondit, quòd licet vix cautè poſſet contra perverſorum malitias provideri: tamen quia toto mentis affectu deſiderabat, quantum erat in ipſo, dare pacem & unionem Eccleſiæ ſacroſanctæ; nam unionem hactenus proſequutus fuerat cum expenſis, laboribus atque periculis manifeſtis; attendens etiam ut dicebat, zelum quem prædictum Concilium habere ad unionem Eccleſiæ cognoſcebat, & ſperans in divinæ protectionis auxilio, quod ipſorum orationibus, & ipſius ſanctæ matris Eccleſiæ meritis ipſe Deus omnipotens inclinatus, dignabitur reprimere omnes malitias perverſorum, propter Dei ſervitium, & pacem & unionem Eccleſiæ, ac ſalutem populi Chriſtiani, ſupplicationem & conſilium præfati ſacri Concilii acceptans, paratus erat, quantò celeriùs poſſet, illa exſecutioni debitæ demandare.

81. Unde pro celeri, & debita exſecutione præmiſſorum deliberaverat certos Prælatos, & alias certas perſonas nobiles mittere, quos non de una ſola natione, ſed de nationibus volebat aſſumere, de quibus convenerant in hoc ſacro Concilio Generali, quod tales, ut credebat, exiſterent, quod eſſent potentes opere & ſermone ad tantum negotium proſequendum, & quibus, ut ſperabat, Deus infunderet gratiam, & ipſe daret talem poteſtatem & confidentiam, & plenam Fidei credentiam, taliter, quòd hoc tam ſanctum opus feliciter per eos deduceretur ad unitatis concluſionem optatam. Sanè percepto ejuſdem domini noſtri reſponſo tam utili, tam grato, & tam acceptabili toti mundo, præfatus dominus Patriarcha pro parte totius Concilii ſingulis tandem annuentibus ac capitibus inclinatis, mitris depoſitis, & flexis genibus, primò Deo, demum domino noſtro præfato, actiones reddiderunt multiplices gratiarum.

82. Quibus ſic ſolenniter expeditis, magiſter capellæ dicti domini noſtri Papæ, cum cantoribus *Te Deum laudamus* cantico decantato, pro illa die fuit Concilium ſeparatum. Acta fuerunt hæc apud Perpinianum Elnenſis diœceſis in Eccleſia prædicta, quæ dicitur *De regali*, præfato domino noſtro Papa ſuum Generale Concilium celebrante præſentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ordinum Generalibus, Abbatibus, Ambaſſiatoribus, nobis protonotariis, & aliis infraſcriptis, Februarii XII. menſis, Indictione ſecunda, Pontificatûs præfati domini noſtri Papæ anno XV.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA CONCILII PISANI UNIVERSALIS,

Quod ad tollendum ſchiſma indictum, Gregorio Pontifice & Benedicto Pſeudo-papa depoſitis, Alex. V. conſenſu Cardinalium utriuſque obedientiæ electo, celebratum fuit anno Domini MCDIX.

Copia literæ convocationis Concilii Piſani, quæ dirigitur domino Benedicto XIII.

Sanctiſſimo domino noſtro Benedicto XIII. miſeratione divina ſummo Pontifici, Deo humiles & devoti oratores, Epiſcopi, presbyteri & diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nunc in Liburno Piſanæ diœceſis exiſtentes, pro nobis, & aliis reverendiſſimis patribus dominis Cardinalibus pro nunc abſentibus, nobis adhærentibus & adhærere volentibus in hac parte, cum ſupplici & devota recommendatione utriuſque hominis ſoſpitatem.

83. Qualiter hoc ſchiſma peſtiferum, totius corporis Eccleſiæ infectivum, unitatem lacerans & enervans charitatem, clerum involvens tortuoſis laqueis, & populum ſubvertens, ab erroribus qoamplurimis Eccleſiæ Fidem langentibus intromiſſis ortum habuit, & diuturnitatem adeo nocivam, veſtræ ſanctitati notum eſſe non dubitamus. Hæc enim in ſui exordio modica viſa erroris ſcintilla, cui cum per deliberationem Coucilii, ut ſanctorum Patrum moris fuit, non exſtitit obviatum, ſed duro propoſito, viâ Concilii repulsâ, fomenta adhibita per inordinatos & perniciosſos affectus, in quibus quærentes homines quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti, adeò in flammam proximam exaltavit, mundum percurrit univerſum, concutit clerum, ſubvertit populum, fidem maculat, ſacramenta profanat, Eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum indocit, Eccleſiæ libertatem omnino exſtinguit, & indevotos reddit Chriſti charactere inſignitos, ut vix dignoſci valeat quis exiſtat Catholicus, cùm plures appareant legis divinæ tranſgreſſores, & mandatorum Dei manifeſtiſſimi contemptores.

84. Et ſi hæc ..... nullatenus toleranda, quid ait vulgus de his, qui baſes & columnæ videntur Eccleſiæ, qui horum malorum & tantorum ſcelerum diſſimulatores eſſe videntur, dividentes clerum ac populum, & verſi in laqueum tortuoſum, ubique ponunt ſcandalum in ſuarum & ferè omnium perniciem animarum? Nihil aliud ajunt dici poſſe, niſi, quòd tanta ſcelera contra Deum, orthodoxam Fidem, & ſanctum Spiritum, animæ pertinaci commiſſa, inexpiabilia, teſte ſcriptura, etiam ſacrificiis reputentur: ſi Heli peccatum longè leviùs, ut ſacra refert hiſtoria: inexpiabile fuit piaculum & delictum.

85. Hæc enim, pater ſancte, ruina tam horribilis, tamque exoſa in divinæ majeſtatis conſpectu, ut habet communis exiſtimatio, in manu noſtra ludibriis plena, & utinam non blaſphemiis infecta, in noſtri reprobatione conſiſtit, qui cum ex debito debemus & tenemur, ut præmiſſa tollerentur de medio, noſtros indefeſſos adhiboiſſe labores, noſtra quæcumque exponere, etiam titulos dignitatum, animas noſtras, ut ultroneè bibere calicem Paſſionis, ambulatum eſt per devia, & non plana, & velut cæci palpantes clauſos parietes, aperta, lataque & plana janua rejecta eſt, velut ſpinoſis aculeis & venenoſis jaculis, & juxta affectionem in conſpectu Altiſſimi & hominum judicio communi, voluntariam & non ſanam, fulcitam magnis periculis latet, in illis conſiſtit ſumma ſecuritas & hominum conſcientiarumque indubia ſinceritas, ex quibus longo tempore declinata fuit ceſſionis via, in ingreſſu planæ januæ conſiſtebat ſolitaria, cum Dei gravi offenſa, innumeriſque periculis animarum.

86. Et quamvis ex poſt exactis annorum curriculis fuit hæc via ſancta & neceſſaria, & communi omnium fidelium judicio prælecta cum Angelo Corario, Gregorio nominato, per ſanctitatem veſtram recepta & etiam approbata: tot tamen & tantæ in illius habentur deſiderata exſecutione adhibitæ difficultates, variationes, dilationes ac repudia, circa locorum electionem & ſecuritates hinc inde, quod nullus effectus ſequutus eſt, nec aliunde ſperatur modo aliquo proventurus, ſed quodam receſſu perpetuo in dicto pacis tractatu, immo veriùs repudio perenni, abuſus in viam longinquam, nunquam

ad agni nuptias per unitatis vinculum,ut à multis creditur, intraturi.

87. Sed mala ſub brevi compendio conſiderantes providè, ac pia mentis conſideratione penſantes, reverendiſſimi patres nominati in parte alia Cardinales à dicto Angelo Corario, Gregorio nominato, ad omnem viam habendæ unionis pluſquam deſcribi poſſit, mente & propoſito indurato receſſerunt, juxta divina mandata, ad quos de veſtræ ſanctitatis permiſſu & voluntate expreſſa, quatuor ex nobis delecti fuerunt, & convenientibus in Liburnum, cum quatuor ex ejus Cardinalibus nominatis: & demum nos omnes & ipſi in unum convenientes, proſpeximus communi & concordi voto, & matura habita deliberatione cum multis notabilibus Prælatis & quamplurimis literatis viris Deum timentibus & pacem Eccleſiæ habentibus in fervore charitatis, fore neceſſarium, ut per Eccleſiam univerſalem congregatam huic tam peſtilenti morbo & inveterato laqueo, erroribus Fidem tangentibus pleno, ſubveniatur, & occurratur in brevi,ad ſervandas omnium fidelium conſcientias,errores ſubmovendos notorios, virtutes inferendas, animorum & Eccleſiæ reformationem debitam & ſalubrem: & quod per nos in noſtra obedientia, & alios nominatos Cardinales in ſua,Prælati & alii,qui vocandi fuerint, convocentur per nos in civitate Piſana, & per illos in eadem ad terminum 25.diei menſis Martii proximè futuri.

88. Et hunc modum convocationis communi aſſenſu aſſumpſimus propter neutrales, & illos,qui de obedientia dicti Angeli ad veſtram, ac etiam illos de veſtra, qui ad veſtram & dicti Angeli convocationem nullatenus venirent, & propter defectus aliàs habitos in convocatione Concilii, de quo ſæpiſſimè & diverſis decurſis temporum intervallis fuit per nos veſtra ſanctitas requiſita, & eidem humiliter ſupplicatum & alteri promiſſum, ſed nullatenus adimpletum.

89. Et ut omnis adhibeatur cautela, ex ſuperabundanti vobis tenore præſentium ſupplicamus, & inſtanter requirimus, quatenus quantum in vobis eſt, dictæ convocationi præbeatis aſſenſum & opem, & quod veſtræ ſanctitati placeat in dicto loco & termino perſonaliter intereſſe,& in dicto Concilio convenire, in quo nobis procurantibus plena & ſufficiens ſecuritas præſtabitur in veniendo, ſtando, & recedendo, & de qua ante dictum terminum congruo reſervato intervallo, ſanctitatem veſtram certificare curabimus; & nos, ſeu noſtrorum major pars, eandem ſanctitatem veſtram humiliter commemorare, cum omni honorificentia, quæ ſummo debetur Pontifici, & honorificè tractare, ad conſervationem unitatis & pacis, & poſt ipſius exitum felicem.

90. Hæc enim convocatio ad locum & terminum antedictos, nullo valet colore difficultari * impediri,ſeu quocumque conficto pallio differri, declinari, ſeu mutari: cùm etſi in ſanctitate veſtra corporalis infirmitas, vel aliud occurrerit impedimentum, ſeu aliàs abſentiæ juſta cauſſa, poſſit & debeat, de quo vos ſolenniter requirimus, & alias fuit per nos conſultum, hoc Dei tam neceſſarium negotium quoad illa, quæ per vos facienda exiſtunt,per deputatum à vobis quoad omnia neceſſaria vel expedientia præambula, ſufficientem auctoritatem habentem perfici, & procuratore ſufficienti & ſpirituali mandato ac irrevocabili munitum, ceſſio pro parte veſtra fieri, Angelo nominato Gregorio cedente in propria perſona, vel per procuratorem ſimilem poteſtatem habentem,& irrevocabile & ſpeciale mandatum, vel ipſo ſublato de medio, vel canonicè per Eccleſiam ejecto.

* *Ferti difficultatis.*

91. Quòd ſi dictæ convocationi opem & aſſenſum præſtare refugeritis,& in loco & termino antedictis convenire, vel deputatum procuratorem, ut præmittitur, deſtinare (cum extra terminos Italiæ nequeant partes, ſeu ipſarum altera ad conſervationem unitatis habendæ,multis conſideratis, ita commodè & utiliter convenire, attento quòd per Concilia particularia,ſi diviſim & in locis diviſis longâ diſtantiâ ſeparatis teneantur, ſchiſma exſtirpari non poſſet:) nos, & alii qui ad vocationem noſtram venerint, procedemus in negotio unionis habendæ, & ſchiſmatis tam horrendi, errorumque Fidem tangentium exſtirpatione, cum Collegio Cardinalium partis alterius, ac cum conſilio vocatorum per nos & ipſos, attentis præmiſſis juratis & conventis per ſanctitatem veſtram & dictum Angelum, ut dictaverit Spiritûs ſancti gratia, & aliàs fuit per ſanctos Patres in Romana Eccleſia ſalubriter obſervatum, veſtrâ, aut dicti Angeli, ſeu alterius abſentiâ non obſtante. Suppliciter viribus iteratis exhortantem ſanctitatem veſtram in Domino, & per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, qui Eccleſiam ſuam fundavit pretioſo ſanguine, unamque eſſe voluit, ac in unitate Spiritûs permanſuram, ſine qua & extra quam non eſt ſalus, quatenus convocationi jam dictæ in loco & termino antedictis ſiendæ opem & auxilium, ut decet zelatorem domûs Dei, adhibere velitis.

92. Ad quem, ſicuti de jure poſſumus,ſuper prædictis vos provocamus ad cauſſam: quia ſi, quod abſit, nolueritis, aut impedimenta præſtiteritis dictæ convocationi, & ad illam venientibus, ac nobis, qui ad illam tendimus, eamque modis canonicis procuravimus: talia ad impedimentum unionis Eccleſiæ & ipſius ſchiſmatis perpetuationem cenſerentur luce clarius pertinere, cùm ad veritatem contra falſitatem fuerit collata poteſtas, & ad ædificationem, non autem ad deſtructionem. Etſi, quod abſit, vellet ſanctitas veſtra impedimenta præſtare, cùm nihil ſit per quod fiendæ unitati, ad quam tendimus, poſſet per poteſtatem aliquam juſtè fieri, cùm in hoc proſequamur voluntatem divinam:Eccleſia, cujus unitati claves à Chriſto conceſſæ ſunt, talia non pateretur ſub diſſimulatione tranſire.

93. Et circa præmiſſa veſtram intentionem veſtrumque propoſitum, & quod in præmiſſis agere intenditis, præſentialiter nobis notificare dignemini, ut proinde certitudine habita, providere valeamus quantum in nobis erit, circa

veſtram

veſtram ſecuritatem & libertatem, & alia neceſſaria, & ad tantum negotium opportuna. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras literas per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, ac noſtrorum ſigillorum fecimus appenſione muniri.

94. Datum & actum in loco Liburni ſupradicto, in clauſtro Eccleſiæ dicti loci, nobis ibidem tunc Guidone Præneſtino, Nicolao Albanenſi, Petro Tuſculanenſi, Epiſcopis, Petro tituli ſanctæ Suſannæ presbytero, Amedeo ſanctæ Mariæ novæ, & Petro ſancti Angeli, diaconis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus congregatis & perſonaliter conſtitutis, ac omnia & ſingula ſupraſcripta pro nobis, & aliis dominis Cardinalibus abſentibus, nobis adhærentibus & adhærere volentibus in hac parte, approbantibus & ratificantibus, & de præmiſſis, & eorum ſingulis unum vel plura publica inſtrumenta nobis, & cuilibet noſtrûm fieri petentibus, ſub an. à Nativitate Dom. MCDVIII. Indictione 1. & die xiv. menſis Julii, præſentibus reverendis in Chriſto patribus & dominis Dei gratiâ Simeone Patriarcha Alexandrino, adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Carcaſſonenſis, Petro Epiſcopo Meldenſi, ac venerabilibus & circumſpectis viris Magiſtris Roberto de Queſnejo doctore, Joanne Franciſci Licentiato in decretis, Joanne Petro magiſtro in Medicina, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis, ſic ſubſcriptis & ſignatis.

95. Et ego Joannes Deſmarquais de Monte Acuto, clericus Laudunenſis diœceſis, & imperiali auctoritate notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, dum per reverendiſſimos in Chriſto patres, dominos ſupradictos ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales ratificarentur, & approbarentur, unà cum prænominatis teſtibus præſens fui, & de præcepto eorundem dominorum Cardinalium præſentes literas per alium ſcriptas, unà cum trium priorum Collegii dictorum dominorum Cardinalium, de mandato & requiſitione aliorum tunc dominorum Cardinalium ſupradictorum, eiſdem dominis prioribus factis ſuper hoc, ſigillorum appenſione, me hîc propria manu ſubſcribenda, ſigno meo conſueto ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

De Marchias de Monte Acuto.

Sequuntur deinde Acta Concilii Piſani, quæ in communibus editionibus exſtant: & poſt Seſſionem tertiamdecimam additur:

TENOR SENTENTIÆ DEFINITIVÆ

Contra Petrum de Luna, & Angelum Corarium, contendentes de Papatu.

ANNO CHRISTI MCDIX.

96. CHRISTI nomine invocato ſancta & Univerſalis Synodus, univerſalem Eccleſiam repræſentans, & ad quam cognitio & deciſio hujus cauſſæ noſcitur pertinere, ſancti Spiritûs gratiâ, in hac majori Eccleſia Piſana congregata, ibique pro tribunali ſedens, viſis, & diligenter exceptis omnibus & ſingulis, productis, probatis & agitatis, in præſenti cauſſa unionis Eccleſiæ, Fidei & ſchiſmatis, contra Petrum de Luna, Benedict. XIII. & Angelum Coratium, Gregorium XII. olim appellatos, quæ in præſenti proceſſu & cauſſa plenius continentur, ac quibuſcumque aliis ipſam ſanctam Synodum ad infraſcriptam definitivam ſententiam * moventem & inducentem, habitâ priùs inter ſeipſos, & denuo inter tam copioſam multitudinem magiſtrorum in Theologia ſacra, atque utriuſque juris doctorum, priuſque & pluries diligenti collatione, & tandem deliberatione matura, omneſque pariter in hanc ſententiam reperiens unanimiter concordare, omnibus, modo, viâ, & jure, quibus magis & melius poteſt in prædictis contendentibus, ſeu veriùs colludentibus de Papatu, & cujuslibet eorum contumacia, in his ſcriptis pronunciat, decernit, definit & declarat, omnia & ſingula crimina, & exceſſus, & alia cuncta neceſſaria ad infraſcriptam deciſionem præſentis cauſſæ deducta, per providos viros Henricum de Monteleone, Joannem de Scribanis, & Bertholdum Vojerdergheuſem, promotores, inſtigatores & ſollicitatores, ſeu procuratores deputatos ad perſequendum præſentem cauſſam, pro hujus deteſtandi, & inveterati ſchiſmatis hujuſmodi extirpatione, & unione atque reintegratione ſanctæ matris Eccleſiæ, contra & adversùs prælibatos Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corarium, Gregorium XII. de Papatu damnabiliter contendentes, ab aliquibus nuncupatos, in petitione coram ipſa ſacra & Univerſali Synodo præſentata

* Moventibus & inducentibus.

& exhibita, fuiſſe & eſſe vera atqoe notoria: ipſoſque Angelum Corarium, & Petrum de Lona, de Papatu, ot præfertur, contendeotes, & eorum utromque, fuiſſe & eſſe ootorios ſchiſmaticos, & antiqui ſchiſmatis nutritores, defenſores, approbatores, faotores & manotentores pertinaces, nechon notorios hæreticos, & à fide devios, notoriiſque criminibus enormibus perjurii & violationis voti irretitos, univerſalem Eccleſiam ſanctam Dei notoriè ſcandalizantes, cum incorrigibilitate, contumacia, & pertinacia, notoriis, evidentibus & manifeſtis: & ex his & aliis ſe reddidiſſe omni honore & digoitate, etiam papali, indignos: ipſoſque, & eorum utromque propter præmiſſas iniquitates, exceſſus, & crimina, ne regnent vel imperent aut præſint, à Deo & ſacris Canonibus fore ipſo facto abjectos & privatos, & etiam ab Eccleſia præciſos.

97. Et nihilominos, ipſos Petrum & Angelum, & eorum utrumque, per hanc defioitivam ſenteotiam in his ſcriptis privat, abjicit & præſciodit, inhibendo eiſdem ne eorom aliquis pro ſummo Pontifice gerere ſe præſomat, Eccleſiamque vacare Romanam, ad cautelam decerneodo, & inſuper omnes Chriſticolas quoſcumque, etiamſi imperiali, regali, vel alia qoalibet præfulgeant dignitate, declarat ab eorum, & cujuslibet eorum obedientia (non obſtante quocumque fidelitatis juramento, aut alio quovis vinculo, quo illi vel eorum alteri tenereotur aſtricti) fore perpetuò abſolutos.

98. Inhibendo iiſdem Chriſti fidelibus, ne prædictis de Papatu contendentibus, ſeu eorom alteri, quomodolibet obediant, pareant, vel intendant, aut conſilium, auxiliom, vel favorem ipſis præſtent, aut ipſos recipiant vel receptent, ſub pœna excommuoicationis, & aliis à ſanctis Patribus & ſacris Canonibus inflictis, promulgatis, & ordinatis.

99. Quodque ſi parere contempſerint hoic ordinationi & ſententiæ, ipſos & eorum fautores, defenſores, adhærentes, & ſequaces, etiam per ſæculares poteſtates fore compeſcendos, & compeſci debere, juxta præcepta divina & ſacrorum Caoonum diſpoſitiones, eadem ſancta Synodus pronunciat, decernit & definit: ac inſuper, omnes & ſingulos proceſſus & ſententias excommuoicationis, inhabilitatis, vel alterius cenſuræ & pœnæ, privationeſque ordinum & dignitatom, etiam Cardinalatûs, beneficiorum, & officiorum, ac graduom qooromcumque, qualeſcumque fuerint, & quocumque nomine nuncupentur, ſeo nominentur, contra dominos Cardinales per dictos Petrum de Luna, & Angelum Corarium latos ei fulminatos: fuiſſe & eſſe oullos, caſſos & irritos, nullas, caſſas & irritas, ac nullios roboris, efficaciæ, vel momenti: & quatenus de facto proceſſerunt, eatenus annullandos, caſſandos & irritaodos fore: ſicque etiam ad cautelam, quantum & quatenus expediat, omni modo & jure quo melios poteſt, anuollat, caſſat & irritat.

100. Et inſuper promotiones, immò potiùs profanationes quorumcumque ad Cardinalatum, per dictos contendentes de Papatu, & eorum utrumque, attentatas, videlicet per dictum Aogelum à die tertia Maji, & per Petrum antedictum, à die decimaquiota Junii anni proximè præteriti milleſimi quadringenteſimi octavi; fuiſſe & eſſe nullas, caſſas, irritas, & inanes, & quatenus de facto proceſſerunt, aonullandas, caſſandas & irritandas; & ſic etiam ad cautelam, quateous expedit, omni modo & jure, quibos melius poteſt, præfata ſancta Synodus per haoc ſeotentiam definitivam caſſat, irritat & aooullat.

101. Ad providendum aotem adversùs proceſſus, conſtitutiones & ſeotentias in præjudicium unionis, & aliàs per Petrum de Looa, & Angelum Corariom, olim contendentes de Papatu, ſeu colludeotes præfatos, factas, & latas contra Reges, Principes, Patriarchas quoque, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Eccleſiarum Prælatos, uoiverſitates quoque ſtudiorum & communitates, ac ſingulares perſooas Eccleſiaſticas & ſæculares, & certas promotiones per ipſos olim contendentes factas ad dignitates quaſcumque, & ulteriùs procedendo ſuper aliis bonum univerſalis Eccleſiæ tangentibus: ſancta Synodus ſtatuit diem Lonæ proximam pro ſeſſiooe futura, quæ erit decima menſis præſentis, & aſſignavit eandem diem Lonæ pro dicta ſeſſione, ad provideodom ſuper aliquibus quæ concernuot ſtatum & bonum regimen Eccleſiæ uoiverſalis.

102. Quo facto, omoes cantaverunt, *Te Deum laudamus*: & fuit ordinata ſolenois proceſſio ad diem craſtinam, octavam diem ſacramenti: fuitque ulteriùs ordinatom, qood nullus recedat de Synodo abſqoe licentia, & donec ſe ſobſcripſerit in ſeatentia prælibata.

CON-

CONCILIUM SALMANTICENSE

Celebratum anno Domini MCDX.

103. ANno Domini MCDX. Salmanticæ celebratum eſt Cõcilium, præſentibus Legatis Regum, & pluribus Academiæ doctoribus. In eo jus Petri de Luna examinatum & probatum fuit, ipſeque tamquam verus totius Eccleſiæ Pontifex acclamatus. Titulus Synodi in membranis Salmanticenſibus hic eſt: *Liber ſynodalis editus per dominum Fr. Gundiſalvum, Dei gratiâ Epiſcopum Salmanticenſem, magiſtrum in Theologia, ordinis Prædicatorum, ſub anno Domini MCDX. Pontificatûs D. Benedicti Papæ XIII. anno II.* (corrige XVI. nam electio Benedicti facta fuerat anno MCCCXCIV.) *Fuit publicatus eodem anno in Eccleſia Cathedrali Salmantina in Synodo.*

CONCILIUM HISPALENSE

Præſide Patriarcha Eccleſiæ Hiſpalenſis adminiſtratore, coactum anno Domini MCDXII.

104. ANno Domini MCDXII. celebratum eſt Concilium Hiſpali à Patriarcha perpetuo Eccleſiæ Hiſpalenſis adminiſtratore. Ejus acta non inveniuntur: memorantur tamen in conſtitutionibus domini D. Petro de Caſtro Quiñones, ex quibus conſtat ſtatutum fuiſſe ut clerici in Eccleſiis officio divino aliiſque rebus ſacris diligenter incumberent. Utque dies Nativitatis Deiparæ feſtus haberetur, & coleretur officio duplici ſolenni.

CONVENTUS EPISCOPORUM

SEU POTIUS COMITIA,

Apud Caſpem in Aragonia.

ANNO CHRISTI MCDXII.

105. ANno Domini MCDXII. menſe Junio, apud Caſpem oppidum in Aragonia habitus eſt Conventus ad decernendum, quiſnam ex petitoribus regni Aragoniæ jus præ aliis haberet. Delecti fuerunt ad id deliberandum Dominicus Oſcenſis Epiſcopus, Franciſcus Aranda, Berengarius Bardaxius, Aragonii omnes. Ex Catalaunis Sagariga Tarraconenſis Archiepiſcopus, Valſeca, atque Bernardus Gualbius, ſive Gualbeſius. Ex Valentinis denique dominus Bonifacius Ferrerius Prior cœnobii Carthuſianorum Portæ-cæli, & S. Vincentius Ferrerius ipſius frater germanus, Apoſtolus ejus ſæculi, ac tandem Petrus Beltrandi decretorum doctor. Vide ſingulorum elogia apud Hieronymum Blancam in Commentariis ad eundem annum.

106. Sententiam ipſam novem judicum pro Ferdinando infante Caſtellæ, à S. Vincentio Ferrerio publicata, & communi plauſu excepta, habetur integra apud eundem Blancam, quam hîc ſubjicere viſum.

107. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pateat univerſis, quòd die Sabbati intitulata viceſima quinta menſis Junii, anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo duodecimo, Hora tertiarum, vel quaſi. Exiſtentibus reverendiſſimis & honorabilibus dominis, novem perſonis infraſcriptis, ad inveſtigandum, inſtruendum, formandum, noſcendum, recognoſcendum, & publicandum ſubſcripta deputatis & electis in quadam aula caſtri villæ de Caſp. prope flumen Iberi in Aragonia conſtitutæ; perſonaliter congregatis, in præſentia noſtrorum notariorum ſubſcriptorum. Qui de auctoritate, facultate, & poteſtate dictorum dominorum deputatorum, & aliis per calendaria tactis & expreſſatis (prout nominati ſumus inferiùs) facimus authenticam & veridicam fidem. Et in præſentia etiam honorabilium dominorum teſtium infraſcriptorum præfati domini mandârunt reverendo magiſtro Vincentio Farrerii ſubſcripto, quòd ipſorum nomine legeret & publicaret quandam ſcri-

ſcripturam, quam illico dictorum dominorum ex parte reverendiſſimus in Chriſto Pater, & dominus D. Dominicus Ram Epiſcopus Oſcenſis infraſcriptus dedit, & tradidit eidem magiſtro Vincentio Ferrerii, & requiſiernnt nos infraſcriptos notarios, quòd de prædictis omnibus & ſingulis faceremus unum, & plura publicum, & publica inſtrumenta.

108. Qui qnidem reverendns dominns magiſter Vincentius Ferrerii accepit dictam ſcripturam, & eam coram omnibus legit & publicavit, cujus tenor ſequitut in hunc modum: Nos Petrus de Sagarriga Archiepiſcopns Tarraconenſis, Dominicns Ram Epiſcopus Oſcenſis, Bonifacius Ferrerii, domnus Carthuſiæ, Guillelmns de Valle-ſicca, legum doctor, frater Vincentius Ferrerii de ordine Prædicatorum, magiſter in ſancta Theologia, Berengarius de Bardaxino, dominus loci de Zayd, Franciſcus de Arranda, Donatus monaſterii Portæ-cæli ordinis Carthnſiæ, oriundus civitatis Turolii, Bernardns de Gnalbis utriuſque juris, & Petrus Beltrandi decretorum doctores; novem videlicet deputati, vel electi per generalia parlamenta: prout de noſtra electione & ſubrogatione mei Petri Beltrandi conſtat per publica inſtrumenta facta in Alcagnizio die qnartadecima Martii, anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo duodecimo, & Dertuſæ die tertiadecima dictorum meuſis & anni, & in caſtro de Caſp. ſextadecima die Madii ejuſdem anni, cum plena ac pleniſſima, generali ac generaliſſima auctoritate, facultate & poteſtate inveſtigandi, inſtruendi, informandi, noſcendi, recognoſcendi, & publicandi, cui prædicta parlamenta, & ſubditi ac vaſſalli coronæ Aragonum fidelitatis debitum præſtare; & quem in eorum verum Regem & dominum per juſtitiam, ſecundùm Deum & noſtras conſcientias habere debeant, & teneantur. Ita quòd illud, quod nos novem in concordia, vel ſex ex nobis (in quibus ſex, ſeu inter quos ſit unus de qualibet terna) publicaremus, vel aliàs pro exſequutione capitulorum inter dicta parlamenta concordatorum faceremus, aut executaremus quovis modo; haberetur pro facto juſto, conſtanti, valido, atque firmo. Prout de prædictis poteſtate & capitulis conſtat per publica inſtrumenta recepta in Alcagnizio per Bartholomæum Vincentii, Paullum Nicolai, & Raymundum Bajuli notarios, die quincadecima Februarii, anno prædicto.

109. Conſiderantes, qnòd inter cætera ſolenniter & publicè quilibet noſtrûm vovit & juravit: quòd ſimul cum aliis ſecundùm poteſtatem conceſſam cltiùs, qno rationabiliter fieri poſſet, in negotio procederet, ac verum Regem & Dominum publicaret: prout in dictis voto & juramento, de qnibus conſtat per publica inſtrumenta recepta in villa de Caſp per dominos Paullum Nicolai, Raymundum Bajuli & Jacobum de Monte-forte notarios, diebus decina ſeptima & viceſimaſeconda Aprilis, & decimaoctava Maji anni prædicti, latiùs continetur. Viſis tenore & formâ dictarnm electionis de nobis factæ, & poteſtatis nobis traditę, & juramenti & voti pręmiſſorum, & præhabitis inveſtigatione, inſtructione, informatione, notione & recognitione, qnæ per nos fienda erant, & dictis, ac datis, & communicatis per juſtitiam, ſecundùm Deum & noſtras conſcientias noſtris opinionibus dictis, atque votis; & illis ac aliis præmiſſis recognitis & conſideratis; ſolum Deum habentes præ oculis, ſecnndùm tenorem poteſtatis & jnramenti, ac voti prædictorum dicimus & pnblicamus.

110. Quòd parlamenta prædicta & ſubditi ac vaſſalli coronæ Arsgonum fidelitatem debitam præſtare debent, & tenentur Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo, & potentiſſimo Principi, & domino noſtro, Ferdinando infanti Caſtellæ, & ipſum dominum Ferdinandum in eorum verum Regem & Dominnm habere tenentur, & debent. Ex quibus omnibus ad perpetuam rei memoriam petimus & requirimus fieri unum, & plura publicum, ſeu publica inſtrumenta per vos notarios infraſcriptos. De quibus omnibus & ſingulis ſupradictis dicti Reverendiſſimi & honorabiles domini novem deputati verbo etiam requiſierunt per nos notarios ſubſcriptos fieri unum & plura, publicum, ſeu publica inſtrumenta. Quæ fuerunt acta die, anno, & locis prædictis: præſentibus honorabilibus viris, dominis Franciſco de Pau milite, Dominico Ram, Licentiato in legibns Priore Eccleſiæ Alcagnizii, Melchiore de Gualbis, milite, Dominico de la Naja, Gulielmo Zaera, & Raymundo Finallerii, caſtellanis & cuſtodibus dicti caſtri de Caſp, ad hæc pro teſtibus vocatis ſpecialiter, & aſſumptis.

111. Sig † num mei Bartholomæi Vincentii, notarii publici civitatis cæſar-auguſtæ, & auctoritate domini Regis Aragonum per totam terram & dominationem ſuam. Qui prædictis unà cum notariis infraſcriptis interfui & clauſi.

Si † gnum mei Paulli Nicolai, olim illuſtriſſimi domini Regis Aragonum ſcriptoris, auctoritateq; ejuſdem notarii publici per totam ipſius regiam ditionem. Qui prædictis interſui & clauſi.

112. Sig † num mei Franciſci Fonelleda, Illuſtriſſimi domini Regis Aragonum olim ſcriptoris, regiaque auctoritate notarii publici per totam terram & dominationem ſuam. Qui prolationi prædictę requiſitus unà cum pręnominatis, & ſubſcriptis connotariis meis interfui, eaque recepi, & per alium ſcripta clauſi.

113. Sig † num mei Raymundi Bayuli, auctoritate Illuſtriſſimi domini Regis Aragonum notarii publici per totam terram & ditionem ſuam. Qui præmiſſis unà cum connotariis meis hîc contentis pręſens fui, eaque ſcripſi & clauſi.

114. Sig † num Jacobi de Plano, auctoritate regia notarii publici per totam terram, & dominationem ſereniſſimi domini Regis Aragonum. Qui præmiſſis omnibus & ſingulis unà cũ aliis connotariis ſuis, hîc contentis interfuit.

115. Si-

115. Sig ✝ num mei Jacobi de Monte-forte, auctoritate regia notarii publici per totam terram, & dominationem Illuſtriſſimi Regis Aragonum. Qui omnibus & ſingulis ſupradictis unà cum aliis noſtris connotariis hic contentis interfui, eaque clauſi.

MARTINI PAPÆ V. DIPLOMA I.

In gratiam Joannis de Contreras Archiepiſcopi Toletani, ejuſque ſucceſſorum.

Ut tamquam Primates Hiſpaniarum, in cappella Pontificis Romani, Conciliis, Seſſionibus, Conſiſtoriis, & locis hujuſmodi, præferantur notariis & aliis quibuslibet Archiepiſcopis non Primatibus, ad inſtar Patriarcharum.

ANNO CHRISTI MCDXXIV.

116. Cum Patriarchæ & Primates unum ſint, & ſolùm nomine differant, dignum cenſemus & debitum ut eiſdem honoribus etiam potiantur. Hinc eſt quod nos de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, cujuſvis ambiguitatis ſuper hoc ortæ; vel orituræ dubium tollere volentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, venerabilem fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Toletanum, qui Hiſpaniarum Primas eſt, ejuſque ſucceſſores Archiepiſcopos Toletanos, in cappella noſtra, Conciliis Generalibus, ſeſſionibus, conſiſtoriis & locis aliis quibuslibet tam publicis, quàm privatis, quoſcumque ſedis Apoſtolicæ notarios & alios Archiepiſcopos non Primates, etiam ſi ætate & promotione priores fuerint, præcedere debere, quemadmodum venerabiles fratres noſtri Patriarchæ illos hactenus præceſſerunt & præcedunt.

Ex Mariana. lib. 20. cap. 14. De reb. Hiſp.

117. Volentes & eadem auctoritate ſtatuentes, ut idem Joannes Archiepiſcopus & ſucceſſores ſui, ac quicumque alii Primates, notariis & aliis Archiepiſcopis non Primatibus prædictis in cappella, Conciliis, ſeſſionibus, conſiſtoriis & locis hujuſmodi de cætero perpetuis futuris temporibus ad inſtar Patriarcharum prædictorum præponantur & præferantur ætate & primævis promotionibus Archiepiſcoporum non Primatum hujuſmodi, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

MARTINI PAPÆ V. DIPLOMA II.

De eadem re.

EODEM ANNO.

118. Quamquam venerabiles fratres noſtri Archiepiſcopi & Prælati in Generali Concilio conſtituti, pro ſtato proſpero univerſalis Eccleſiæ atque noſtro & conſervatione libertatis Eccleſiaſticæ, curis, vigiliis laborare, & diligenter intendere teneantur: tu tamen, quem Hiſpaniarum Primatem eſſe tenemus & aſſerimus: & propter ea quemadmodū jam pridem in noſtra curia experientia docuit: dilectis filiis noſtris & Apoſtolicæ ſedis notariis, qui Prælatis aliis præferuntur, præferebaris: ſicut in Concilio ejuſque ſeſſionibus & aliis locis publicis præferaris: eo debes ferventiùs animari & vigilantiùs intendere ad omnia concernentia ſtatum Catholicæ Eccleſiæ atque noſtrum: quo propter hujuſmodi primatiam excellentiori titulo dignitatis fore dignoſceris inſignitus.

Ex eodem Mariana ibid.

119. Quocirca fraternitatem tuam, quam fide ferventem & in bene gerendis rebus dicti Concilii circumſpectam eſſe non dubitamus, requirimus & hortamur: ut cùm Hiſpaniarum Primas exiſtas, ſicut prudenter agis juxta datam tibi à Domino ſapientiam, illa omnia in eodem Concilio circumſpicias, conſulas & provideas: quæ pro felici ſtatu Romanæ Eccleſiæ, honoreque noſtro & Apoſtolicæ ſedis tibi neceſſaria, vel utilia videbuntur: & quæ ad laudem Dei & pacem Chriſti fidelium noveris pertinere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum nonis Januarii, potificatùs noſtri anno ſeptimo.

CON-

CONCILIUM DERTUSANUM

Apud urbem quæ nunc Tortoſa dicitur, celebratum anno Chriſti MCDXXIX.

Præſide Petro de Fuxo Cardinale, Apoſtolicæ ſedis Legato: cui, ſublato Antipapa Ægidio de Munione, Benedicti XIII. ſeu Petri de Luna ſucceſſore, profiteri cœperunt nomine Martini V. Romani Pontificis obedientiam Hiſpani aliquot Epiſcopi, qui ab anno MCCCLXXVIII. euſque pernicioſo ſchiſmate diviſi fuerant ab Eccleſia.

* Hæc Abrahamus Bzovius O. P. in *Annal. Eccleſ.* ad ann. Chr. MCDXXIX.

* Dexteritate Cardinalis Fuxi funeſtiſſimum ſchiſma ſublatum.

* Immo Dertuſæ, ſeu Dertonæ.

1. FAuſtiſſimus omnium * hic annus, Martino Pontifici & Eccleſiæ univerſali fuit, ſchiſmate omnium funeſtiſſimo, dexteritate & felicitate Petri Fnxi * Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legati ſublato. Ægidius Munotius, qui Clementis VIII. nomine Pontificatum invadere præſumpſerat, Pontificatûs nomen abdicavit, inſignia depoſuit. Cardinales quos penes ſe habebat, loco moti, de gradnque dejecti, quem inauſpicatò occupaverant. Alphonſus Aragonum Rex, in Martini Poutificis gratiam; quem ut antea metu continere, ita novo nunc officio conciliare, iu parteſque traducere erat propoſitum. Peniuſula Hoſpitalariis militibus detracta, quorum in ditione ab antiquo fuerat, Regi ceſſit. Ægidius nonnulla compenſatione Balearis Epiſcopus factus eſt. Alphonſus Borgia Valentiæ Pontifex renunciatus, quæ merces navatæ operæ fuit Ægidio & ſociis ſanandis, ad ſummos & maximos honores aditus Tarracone * in Catalanis à Petro Fuxo Epiſcopi Tarraconenſis Provinciæ ad Concilium evocati, antiqnum Eccleſiaſticæ diſciplinæ morem reſumpsêre.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

2. INcomprehenſibilia Dei judicia, inveſtigabiles viæ ejus, grandem nimirum ſtnporem conſiderantibus ingerunt, & cauſſam profectò non levis admirationis inducnnt. Quis enim in illorum conſideratione non ſtupet: quis non ſtupendè miretur & timeat? illa judiciorum ſecreta cœleſtium, quorum ordinem non datur nôſſe mortalibus. quorumque myſteria mens non capit humana, nec inveſtigando comprehendere ſufficit, nec conſiderando diſcutere, vel manifeſtare loquendo, qnis inquam intelligere valet diſcretam lucem æquitatis occultæ, quâ Jeſus Chriſtus Dominus noſter, dum Eccleſiam, quam non ſolùm miſericorditer, ſed etiam mirabiliter ſuo ſanguine pretioſo ſundavit; in arce immobilis petræ firmatam ſolidè ſtabilivit, ut portæ inferi adversùs eam non prævalerent, humano judicio quodammodo derelinquens, ipſam frequentium tribulationum etiam diffuſarum vexari permittit incommodis, & in ſubveniendi exſpectatione languere, ut ſapientiſſimus ponderator, qui in ſtatera rectiſſima populorum merita & delicta appendens, vilioraque prævidens, utitur & ſi juſta, nobis tamen ignota: A tempore quidem ſanctæ memoriæ Gregorii Papæ undecimi prędeceſſoris noſtri, à quo anni 52. vel circiter eſſluxêre, prædictis exigentibns memorato judicio declinato, Eccleſia ipſa Domino permittente ſchiſmatis primo, deinde ſub ſchiſmatis velo, procurante humani generis hoſte, pleraque incommoda perpeſſa eſt, uec dum, quod amare depromimus, veræ unionis & pacis reintegratione lætatur, quæ omnia inſra noſtri arcana pectoris revolveutes, & ſinceram rectamque intentionem, quam in noſtra ad ſummi Apoſtolatûs apicem aſſumptione, ac ex tunc accuratiùs habuimus pariter & habebimus, ad hujuſmodi unionem efficaciter procurandam publicè propalantes, quamque debitum, quantum in nobis eſt, perducere ad effectum meditatione continua cupientes, totiſque affectibus anhelantes, nt per noſtræ humilitatis miniſterium adſit gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibns bonæ voluntatis, eoque ſavente, quia eſt pax vera, quique fecit utraque unum, ille videlicet lapis angnlaris, qui in ſuæ nativitatis exordio diverſos in ſe parietes copulare jam cœpit, ad ejus laudem, gloriam, & honorem, in ipſa Eccleſia ſua vera & indubitata unio & pax ſequatur, ſi divinæ ſuerit majeſtati acceptum.

3. Hinc eſt quod nos propenſiùs attendentes, quod quantò validiora, certiora, firmiora ſunt, in hujuſmodi Apoſtolatus oſſicio jura noſtra, tantò lucidabilius ea ducimus pro pace ac reiutegratione religionis Chriſtiauæ relinquere: non enim ſemper de ſummo jure diſpntandum eſt; ſæpe quidem rigor juſtitiæ, reipublicæ utilitati & tempori cedit. nam ſi mulier illa, & juri ſno renunciare, proprioque filio ſpoliare ſe voluit, ne ſectiouem illius proſpiceret, quauto magis nos, poſtquam

quam ad optatam Eccleſię unionem, ad pacem per juſtitiæ, ant mutuę ceſſionis vias, ut cupimus, pervenire non poſſimus, tanto diſcrimini ſuccurrendum miſericorditer, proque hujuſmodi reintegratione, paceque piè cedendum videtur.

4. His itaque & aliis juſtis & rationabilibus cauſſis, quas pręſentes haberi volumus pro expreſſis, omni juri Papatûs, oneri & honori, ac ejus titulo & poſſeſſioni, quod, quem, & quam in Eccleſia obtinemus pariter & habemus, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, non vi, dolo, ſeu metu, nec aliâs modo aliquo circumventi, ſed ſimpliciter, purè, liberè, & ſponte, ac ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, aſſiſtentibus nobis venerabilibus fratribus noſtris ſacræ Romanæ Eccleſię Cardinalibus, necnon pręſentibus dilectis filiis Alphonſo de Boria utrioſque Juris doctore, chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alphonſi Regis Aragonum illuſtriſſimo Conſiliario, & Pontio de Pontibus Valentinenſi, Ambaſciatoribus Regis ejuſdem ad nos ſuper præmiſſis deſtinatis, necnon Pręlatis, & aliis multis ſpectabilibus & probis viris palam & publicè die datæ pręſentium, & tenore, verbo intentioneque libera, & effectu valido atque firmo cedimus & renunciamus, & ab ipſius Papatus omnimodis uſu, adminiſtratione, ac exercitio, gratis & ſpontanea voluntate abſtinemus, & promittimus bona fide in poſterum abſtinere, Papalia deponentes inſignia ad efficacem verę deſideratiſſimæ unionis Eccleſiæ ſanctę Dei.

5. Cęterùm ne de hujuſmodi ceſſione, renunciationeque, ut pręmittitur factis, in poſterum hæſitetur, quin potiùs conſtet authenticè de eiſdem, præſentes literas motu proprio, non ad alicujus inſtantiam expeditas, ad rei geſtæ memoriam in futurum juſſimus publicari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ceſſionis, renunciationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis VII. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto —— De curia Rodericus —— Plumbum —— Sanctus Petrus —— Sanctus Paullus —— Ab alio latere —— Clemens Papa VIII.

Et ibidem etiam magiſter Alphonſus prædictus ſine aliqua alia ſolemnitate tradidit domino Legato quoddam inſtrumentum, quod pro ſerenitate conſcientiarum ſuarum domini Paniſcolæ fecerant ſub hac forma.

6. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quòd anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo nono, indictione ſeptima, die verò viceſimo ſexto menſis Julii, in die feſtivitatis Sanctæ Annæ, tunc Apoſtolica ſede vacante, per ſimplicem, puram, & liberam ceſſionem & renunciationem, depoſitionemque inſignium Papalium, tunc temporis nominati Clementis Papæ octavi, nunc verò Ægidii Sancii Munionis, palàm & publicè factas, & per me notarium infraſcriptum, ut continetur in literis inde confectis publicatas, alta & intelligibili voce in camera Parlamenti caſtri Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis, in conſiſtorio publico tento per ipſum, aſſiſtentibus ſibi reverendiſſimis in Chriſto Patribus dominis, dominis ſacrę Romanę Eccleſiæ Cardinalibus, necnon pręſentibus egregiis & circumſpectis viris, dominis Alphonſo de Boria, juris utriuſque doctore, ſereniſſimi domini Alphonſi Regis Aragonum conſiliario, & Pontio de Ponte cive Valentinenſi, ambaſiatoribus Regis ejuſdem ad ipſum tunc Clementem ſpecialiter deſtinatis, Pręlatis quoque & aliis multis notabilibus & probis viris. Paullò poſt ibidem reverendiſſimi in Chriſto Patres & domini dominus Julianus Epiſcopus Oſtienſis, Franciſcus tituli Sancti Clementis presbyter, ac Ægidius Sanctę Mariæ in Coſmedin diaconus, ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſacrum Collegium Cardinalium facientes ad Romani Pontificis electionem volentes procedere; reverendiſſimum patrem & dominum, dominum Simonem electum Antiochenum, Camerarium domini Papæ requiſiverunt, ut eis locum ad conclave tenendum aſſignaret eidem: qui quidem dominus Camerarius ipſis pro conclavi hujuſmodi certam partem dicti caſtri illicò aſſignavit, quam iidem domini Cardinales idoneam reputantes, & intrantes conclave, auditâ Miſsâ de ſancto Spiritu ibi, necnon clauſo conclavi ac cuſtodito, præfati tres domini Cardinales ſoli inibi remanentes, ad electionem Romani Pontificis, prout in teſtium, ac in mei notarii infraſcriptorum præſentia, retulerunt ſe in modum qui ſequitur, proceſſivè videlicet, quòd habentes præ oculis ſolum Deum, conſiderantes quam Chriſtianæ religionis infamiam, detrimentaque fidelium, quoque moleſtias & pericula quę hactenus emerſerunt, ac emergere veriſimile erat, attendentes ex peſtifero ſchiſmate quod longævis (proh dolor!) temporibus, in ſciſſuram Chriſtianæ fidelitatis graviſſimè perduravit, niſi ſalubriori remedio, divina favente clementia, cujus res eſt, pro integratione unitateque Chriſtianorum occurreretur, unanimiter, nemine diſcrepante, per viam Spiritus ſancti, reverendiſſimum in Chriſto Patrem & dominum, dominum Odonem de Columna in ſua obedientia nominatum Martinum V. quem ipſe dominus Clemens, die prędicta, paullò ante ſuam hujuſmodi ceſſionem tollendo ſententias & proceſſus contra ipſum ratione ſchiſmatis latos & factos habilitârat de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine uſque ad ſummum Pontificium incluſivè in Romanum Pontificem & paſtorem, ac verum Chriſti vicarium, & Beati Petri ſucceſſorem, concorditer elegerunt, ipſumque licèt abſentem, receperunt ut talem, & à Chriſti fidelibus ſic debere recipi decrevêre, eundem Martinum V. etiam nominantes, quibus ut aſſeruerunt, inter ſe, ut pręmittitur, ſic peractis, teſtes, & me notarium infrà dictos vocari fecerunt, ipſis adhuc exiſten- Inſtrumentū electionis Martini V in Pont. per Cardinales Ægidii ſequaces facta.

tibus in conclavi, ubi præmiſſa in effectu per ipſius domini Oſtienſis organu̅ referentes, voluerunt, requiſiverunt q; per me notarium infraſcriptu̅ fieri ſuper illis unum & plura publica inſtrumenta.

7. Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, menſe, & locis quibus ſuprà, præſentibus præſt antiſſimis dominis Ægidio Sancii Munionis, qui, ut præmittitur, reſignavit, & ambaſiatoribus ſupradictis, ac venerabili & circumſpecto viro domino Bernardo Torveti decretorum doctore, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

8. Et ego Antonius de Campis, literarum Apoſtolicarum abbreviator, ſcriptor & regiſtrator publicus, Apoſtolica & Imperiali auctoritate notarius, quia præmiſſis ceſſionibus, atque renunciationi, per me, ut præmittitur publicatis, necnon dictorum trium dominorum Cardinalium pro conclavi requiſitioni hac ipſius aſſignatione relationeq; ne, electioni hujuſmodi præſens fui, hoc publicu̅ inſtrumentum per alium, me diverſis occupato negotiis ſcriptum, in hanc publicam formam redegi, ſignoq; ne meo conſueto ſignavi, & hìc me propria manu ſubſcripſi ragatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium præmiſſorum, hanc electionem dominorum ſuprà in fine additam approbādo.

9. Cùm itaque locus Sancti Matthæi non diſtaret à caſtro Paniſcolæ niſi per tres leguas, idem dominus Legatus voluit & ordinavit, quòd dictus dominus Ægidius, cum omnibus ſuis in caſtro, & villa Paniſcolæ exiſtentibus, faciendo debitum ſuum & honorem, ut tenentur, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ impendendo, & domino noſtro Martino Papæ V. cujus perſonam ipſe dominus Legatus repræſentabat, perſonaliter venirent ſibi obviam, & in eadem villa Sancti Matthæi publicè præſtarent obedientiam, & conſequerentur reconciliationem, abſolutionem, & habilitatationes eis neceſſarios, quòd præfati ambaſiatores efficaciter tractàrunt, & obtinuerunt.

Ægidius cum ſuis Cardinalibus de mandato Legati ad villam S. Matthæi perſonaliter venit.

10. Itaque die ſabbathi ſequenti, quæ fuit decimatertia Auguſti, & præfatus dominus Ægidius cum ſuis prætenſis Cardinalibus, exceptis prædictis incarceratis, perſonaliter venit ad villam Sancti Matthæi de veſpere in domo rectoris dictæ villæ, prope Eccleſiam majorem collocata, & cùm in craſtinum, quod fuit dies Dominica, de mane antequam fuiſſent reconciliati dicti Paniſcolenſes divinis officiis, & in Eccleſia prædicta Sancti Matthæi ſe ingererent, dominus Legatus hoc audiens, magiſtro Alphonſo Ambaſiatori prædicto dixit, qualiter ipſe erat informatus quòd Paniſcolenſes illamet hora ſe ingerebant divinis officiis, in Eccleſia nondum reconciliati, & antequam obedientiam debitam præſtitiſſent.

Paniſcolenſes nondū reconciliati è templo exire coguntur.

11. Quod audiens prædictus Ambaſiator, eodem inſtanti ad Paniſcolenſes prædictos acceſſit, & illos, quos in Eccleſia reperit, exire fecit, & in continenti, licèt eis eſſet valdè grave, omnes exierunt, & dominus Legatus domum veniens, illis excluſis, in eadem Eccleſia cum Ambaſiatoribus prædictis, eum magno apparatu, & cum omni populo dictę villę ſolennem audivit Miſſam in ſede legationis ſuæ ſolenniter collocatus, & benedictionem ut Legatus, populo contulit, & indulgentias conſuetas.

12. Eadem die Dominica ducentibus illos præfatis Ambaſiatoribus, poſtquam dominus Legatus de veſpere Aſſumptionis Beatæ Mariæ ab Eccleſia prędicta receſſit, pręnominatus dominus Ægidius in habitu doctoris ſimplicis, unà cum prætenſis ſuis Cardinalibus prę fatis & cæteris prænominatis, perſonaliter acceſſit ad domum ſeu palatium magiſtri Monteſię, quod eſt extra muros dictæ villę Sancti Matthæi, propè conventum Prædicatorum, & omnes Paniſcolenſes bini & bini procedentes, ſimul * accedentes ſuperiùs intraverunt cameram parlamenti, ubi dominus Legatus cum omnibus ſuis conſiliariis aderat: quibus intrantibus & populi multitudine, uſque ad numerum centum & ultrà, perſonarum principalibus ad oſculum manus & oris, & cæteris Paniſcolenſibus ad manus tantùm oſculum per dominum Legatum admiſſis, præſentibus dominis Epiſcopis Dertuſenſi, Adurenſi, Segobricenſi, Bethleemitarum, & * Aurienſi Sancti Severi, & Ambaſiatoribus regiis præfatis, ac cæteris prędicti domini Legati conſiliariis, prænominatus dominus Ægidius alta & intelligibili voce dixit hęc verba, vel ſimilia in effectu: Reverendiſſime Pater ego & domini qui ſunt hìc pręſentes audivimus, &c. prout in inſtrumento inde confecto latiùs continetur, cujus tenor ſequitur in hunc modum.

* Aſcendentes.

* *Fortè*. Adurenſi, ut infrà.

Actus reverētiæ & ſummiſſionis Ægidii & ei adhærentium Card. de Fuxa Martini V. tāquam veri & indubitati Pont. Legato factæ.

13. In nomine ſanctę & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Noverint univerſi, præſentes pariter & futuri, quòd cùm jam annis ferè quinquaginta effluxis, gravis ſchiſmatica diviſio Eccleſiam Romanam invaſiſſet, illamq; e & alias pariter orbis Eccleſias (proh dolor!) afflixiſſet, nuperrimè duodecim anni vel circiter effluxere, quòd in civitate Conſtantienſi, Generali Concilio in Spiritu ſancto congregato, in quo inter alia Balthaſſar Coſſa, Joannes viceſimustertius, & Petrus de Luna, Benedictus decimustertius, ab omni jure quod in papatu dicebant ſe habere, depoſiti fuerunt & Angelus de Corario, Gregorius duodecimus in ſuis obedientiis nuncupati, etiam juri ſibi in ipſo papatu quomodolibet competenti, ceſſit & renunciavit, necnon ſanctiſſimus in Chriſto Pater & dominus noſter dominus Martinus divina providentia Papa V. ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptus extitit, dictoque Petro aliquamdiu ex poſt vita functo, & domino Ægidio Sancii Munionis eidem Petro ſuccedente, & per aliquot annos cum infra dictis, ac nonnullis aliis in caſtro Paniſcolæ Dertuſenſis diœceſis exiſtente, & ſe pro Clemente octavo à tempore hujuſmodi ſucceſſionis ſuæ gerente, pro cujus quidem domini Ægidii & aliorum cum eo in dicto caſtro exiſtentium reductione, pręfatus dominus noſter Papa de anno Domini MCDXXV. reverendiſſimum in Chriſto Patrem & dominum, dominum Petrum miſeratione divina tituli Sancti Stephani in Cœlio monte presbyterum ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem inclytæ

inclytæ domus de Fuxo, Legatum à latere ſedis Apoſtolicæ ad regna Aragonum & partes direxit, qui poſt multos & diverſos cum ſereniſſimo Principe, & domino, domino Alphonſo Aragonum Rege ſuper reductione hujuſmodi tractatus habitos hac eadem de cauſſa ad præſatum dominum noſtrum Papam, de anno Domini MCDXXVII. rediit, & idem dominus noſter Papa de anno Domini MCDXXIX. iterum eundem dominum Cardinalem Legatum ad Regem & regnum prędictum pro eadem reductione remiſit.

14. Tandem Spiritu ſancto cooperante, & Rege & Legato antedicto operam dantibus, ad reductionem deventum exſtitit...... hinc eſt quod die datæ præſentium præfato domino Cardinali Legato apud Sanctum Matthæum dictæ diœceſis, in palatio magiſtri militiæ Monreſiæ, & Sancti Georgii exiſtente præfatus dominus Ægidius, in univerſali Eccleſia Epiſcopus, & cum eo domini Julianus de Loba Cardinales Oſtienſis, Franciſcus Rovira, & Ægidius Munionis tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin Cardinalis nuncupati, Simon de Pratis Camerarius, Bernardus * Torveti decretorum doctor, protonotarius, Gerardus Gherardi ſubdiaconus, Joannes Pignerii ordinis canonicorum Sancti Auguſtini, in ſacra pagina magiſter pœnitentiarius, Guillelmus Caverii decretorum doctor, Auditor cameræ, Antonius de Campis, in decretis Baccalaureus, literarum Apoſtolicarum ſcriptor & abbreviator, Ludovicus Navarra decretorum doctor, earundem literarum ſcriptor & abbreviator, Oliverius Anglès legis doctor, ac nonnulli alii cum eiſdem comparuerunt, & inclinatis capitibus reverenter, eidem domino Legato obedientiam, reverentiam, & fidelitatem debitas per organum ipſius Ægidii exhibuerunt, ſub his verbis in effectu.

* Torreti.

15. Reverendiſſime pater, ego & iſti alii hîc mecum exiſtentes, audivimus à fide dignis, vos hîc eſſe ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & ſanctiſſimi domini noſtri domini Martini divinâ providētiâ Papæ V. Legatum à latere: ideo venimus ad impendendam & exhibendam reverentiam, præſtandamque obedientiam & fidelitatem vobis nomine præfati domini noſtri domini Marrini Papæ V. quem profitemur verum vicarium Jeſu Chriſti, & ſucceſſorem Beati Petri, & offerendum nos ipſius & veſtri & ejus Legati mandatis ſemper obedire paratos.

16. Quibus quidem verbis per eundem dominum Ægidium, ſicut præmittitur prolatis, aliiſque prædictis approbantibus ea, præſatus dominus Cardinalis ſtans, obentiam fidelitatemque hujuſmodi acceptans, ac manus ipſius domini Ægidii inter ſuas recipiens, dixit eidem domino Ægidio: Vos ergo in manibus noſtris promittitis & juratis quòd de cætero eritis fidelis & obediens ſanctiſſimo domino noſtro Martino divinâ providentiâ Papæ V. & ſuis ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Qui reſpondit: ſic ero.

17. Hoc idem omnes & ſinguli ſupradicti profeſſi fuerunt. De quibus omnibus & ſingulis prædictis præſatus dominus Cardinalis Legatus requiſivit ſibi retineri publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam: & per nos notarios infraſcriptos acta fuerunt hæc in loco ſupradicto ſub anno à Nativitate Domini MCDXXIX. indict. 7. die verò Dominicâ 14. menſis Auguſti, Pontificatûs domini noſtri Papæ anno XII. præſentibus ibidem egregiis viris Alphonſo de Boria, utriuſque Juris doctore, & Pontio de Pontibus cive Valentinenſi, præfati domini Regis Ambaſiatoribus, & reverendis in Chriſto Patribus, dominis Odone Dertuſenſi, Rogerio Adurenſi, Joanne Bethleemit. & Franciſco Segobricenſi, Epiſcopis, ac venerandis in Chriſto Patribus Joanne Abbate monaſterii Sancti Severi de Sancto Severo ordinis Sancti Benedicti Adurenſis diœceſis, egregiis viris Bernardo de Roſergio cancellario Eccleſiæ Toloſanæ, Rodulpho Rolandi canonico Aquenſi U.J.D. & ſacri Palatii cauſſarum Auditore, Philippo Gonis medicinę doctoribus, ac quāplurimis aliis teſtibus fide dignis, ad hoc ſpecialiter vocatis, atque rogatis.

Et ibidem paullò poſt, & quibus ſuprà præſentibus, præfatus dominus Alphonſus annuentibus eidem domino Ægidio & illis qui tum eo venerant, ut præmittitur, dixit hac verba in effectu.

18. Reverendiſs. Pater, ad tollendum omnē conſcientię ſcrupulum, ſupplicatur veſtræ reverendiſſimę paternitati, ut auctoritate præfati domini noſtri domini Martini divinâ providentiâ Papæ V. dominum Ægidium & omnes ſupradictos abſolvere, habilitare, & ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ recipere, ipſoſque in & ad priſtinum ſtatum reducere dignemini, & ibidem præfatus dominus Ægidius in perſona propria dixit hæc verba: Ita petimus & rogamus. Et alii qui cum eo venerant, ut præmittitur, quaſi uno contextu ſimiles abſolutionem, habilitationem, receptionem, & reductionem petierunt, dictuſque dominus Legatus auditis petitionibus & ſupplicationibus hujuſmodi, ipſum dominum Ægidium & alios ſupradictos, qui cum eo venerant, ut præfertur, auctoritate Apoſtolica per præfatum dominum noſtrum Martinum Papam V. ſibi conceſſa, ab omnibus ſententiis, pœnis, & multis, quas occaſione præmiſſorum incurrerant, abſolvit, ipſoſque habilitavit, & in priſtinum ſtatum repoſuit, ac ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium recepit auctoritate Apoſtolica per præfatum dominum noſtrum dominum Martinum Papam V. ſibi conceſſa, offerens ſe bene, piè, & benignè illos tractaturum, & pro eis facturum quæque ſibi poſſibilia; de quibus omnibus & ſingulis dictus dominus Legatus in quantum ſanctam Romanam Eccleſiam & ſedem Apoſtolicam legationemque ſibi commiſſam concernebant, unum & plura petiit ſibi dari & concedi inſtrumentum & inſtrumenta per notarios infraſcriptos ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt hæc ſub anno, indictione, menſe, die, loco, & Pontificatu proximè ſupradictis, præſentibus etiam teſtibus quibus ſuprà.

Actus abſolutionis & rehabilitationis Ægidii & ſociorum ejus.

19. Et me Petro Arnaldo de Vice-comitatu, decano Eccleſiæ Sancti Severini extra muros

Burdegalenſes, decretorum doctore, Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus notario, qui à præmiſſis omnibus & ſingulis ſupradictis; dum ſic ſucceſſivè, ut præmittitur, fierent, & agerentur, unà cum prænominatis teſtibus, ac infraſcripto notario præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc præſens publicum per alium fideliter conſcriptum inſtrumentum exinde retinui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine mei ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

20. Et ego Thomas Truteti Lucionenſis diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus notarius, qui in præmiſſis omnibus & ſingulis ſupradictis, dum ſic ut præmittitur, agerentur, dicerentur & fierent, unà cum domino Petro Arnaldo de Vice-comitatu, notario & teſtibus ſupranominatis, præſens fui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ac unà cum præfato notario, in notam ſumpſi, præſenſque publicum inſtrumentum per alium fidelem ſcriptum, in hanc publicam formam redactum retinui, ſignoque meo ſolito ſignavi, requiſitus in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Dertuſam ingrediens honorificè excipitur.

21. Die Veneris, qui fuit XXVI. Auguſti, præfatus dominus Legatus intravit Dertuſam cum proceſſionibus ſolennibus, per Epiſcopum, clerum, & populum Dertuſenſem honorificè receptus, & in domo Epiſcopali collocatus, ubi exſpectando diem decimam Septembris pro futuro Concilio remanſit, & diem decimam menſis Septembris, ad quam Concilium convocaverat, exſpectavit, quâ die adveniente, præfatus dominus Legatus videns, & attendens quòd Prælati & capitula in magno numero non venerant, obſtantibus viarum diſcriminibus & impedimentis, cum conſilio & aſſenſu eorum qui jam venerant, Concilium uſque ad diem decimam nonam ejuſdem menſis prorogavit, & interim & exinde continuè ad providendum Paniſcolenſes de Beneficiis pro ſuſtentatione vitæ ipſorum juxta facultates ſuper hoc ſpecialiter à domino noſtro Papa ſibi directas juxta qualitatem perſonarum Paniſcolenſium prædictorum intendit & laboravit.

Legatus Concilium Dertuſæ celebrat.

22. Adveniente die præmiſſa decima nona, reverendiſſimus dominus Legatus prædictus in cathedra ſuæ Legationis ſolenniter præſidens, Miſſam ſancti Spiritus pro initio Concilii in Cathedrali Eccleſia Dertuſenſi coram ſe per reverendum in Chriſto patrem dominum Joannem Rocca ſacræ paginæ eximium profeſſorem, Epiſcopum Bethleemitanum celebrari, & ad clerum in medio Miſſæ per eundem dominum Epiſcopum in Pontificalibus ſolenniter prædicare fecit, quam prædicationem idem reverendus dominus Epiſcopus Bethleemitanus, ſicut magnus ingenio, profundus eloquio ſacræ paginæ, & ſubtilitatum ejus, elevatus ſcrutator poëtarum, & metaphyſices ac philoſophorum peritiſſimus ſectator, alto ſtylo, peritiori lingua diſjecta pro patulo diſſeruit: ſicque cunctorum aſtantium mentes & alta etiam ingenia refecit, & à cunctis aſtantibus commendari ſummè promeruit ex tanto & tali ſermone ſolenni. Præſenteſque inibi pro Concilio fuere.

* ſ. vacantiũ.

*Metropolitanarum Eccleſiarum, Tarraconenſis & Cæſar-auguſtanenſis, tunc * vacantes, vicarii generales,*

Præſentes in Concilio à Legato celebrato.

1. Epiſcopus Ilerdenſis.
2. Epiſcopus Dertuſenſis,
3. Epiſcopus Valentinenſis.

Supervenerunt poſt aliquot dies demum cum domino Rege Aragonum & Regina,

4. Epiſcopus Tyraſonenſis.
5. Epiſcopus Gerundenſis.
6. Epiſcopus Oſcenſis,
7. Epiſcopus Vicenſis,
8. Epiſcopus Elnenſis,
9. Vicarius generalis Epiſcopi Barcinonenſis,
10. Vicarius generalis Epiſcopi Urgellenſis.
11. Vicarius generalis Epiſcopi Segobricenſis.
12. Vicarius generalis pro ſede vacante Majoricenſi.
13. Pro capitulo Tarraconenſi unus canonicus & decretorum doctor,
14. Pro capitulo Cæſar-auguſtanorum canonicus & decretorum doctor.
15. Pro capitulo Barcinonenſi unus canonicus & in ſacra pagina profeſſor.
16. Pro capitulo Valentinenſi unus canonicus & decretorum doctor.
17. Pro capitulo Gerundenſi unus canonicus & decretorum doctor.
18. Pro capitulo Ilerdenſi unus canonicus & decretorum doctor.
19. Pro capitulo Vicenſi unus canonicus & decretorum doctor.
20. Pro capitulo Segobricenſi unus canonicus & legum doctor.
21. Pro capitulo Oſcenſi unus canonicus & licentiatus.
22. Pro capitulo Tyraſonenſi unus magiſter in artibus & licentiatus in Theologia.
23. Pro capitulo Majoricenſi unus canonicus & doctor.
24. Pro capitulo Elnenſi unus canonicus & ſacriſta, Baccalaureus in decretis.
25. Pro capitulo Urgellenſi unus canonicus & decretorum doctor.

Cano-

Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini.

26. Abbas Agerenſis decretorum doctor.
27. Abbas Deſtangenſis.
28. Abbas Celtonæ.
29. Prior Rotenſis Ordinis Sancti Auguſtini.

Monachorum nigrorum Ordinis Sancti Benedicti.

30. Abbas Alonis Ordinis Sancti Benedicti.
31. Abbas Sancti Michaëlis de Cuſano.
32. Abbas Cardonæ.
33. Abbas Gerenſis.
34. Abbas Sancti Cucufatis Barcinonenſis.
35. Abbas de Aymerio.
36. Abbas Sancti Saturnini de Tavernolis.
37. Abbas Sancti Petri de Rodis.
38. Abbas Balneoramno.
39. Abbas Sancti Felicis Guioxelenſis.
40. Abbas Sanctæ Mariæ de Roſio.
41. Abbas de Rivo-pullo.
42. Abbas Montis-Aragonum.
43. Abbas Sancti Benedicti de Bagis.

Monachorum alborum Ciſtercienſis Ordinis.

44. Abbas Populeti.
45. Abbas de Benifaſſano.
46. Abbas Vallis-dignæ.
47. Abbas Sancti Bernardi Valentiæ.
48. Abbas de Scarpiori.
49. Abbas Lavatenſis.
50. Abbas de Petra.
51. Abbas Vallis-Bonæ.
52. Abbas Sanctæ * Fidis. * F. Fidei.
53. Abbas de Verola.

Ordinis Præmonſtratenſis.

54. Abbas de Pulchro-Podio.

Ordinis Monteſia.

55. Magiſter Monteſiæ.

Ordinis Beatæ Mariæ Mercedis.

56. Magiſter Ordinis Mercedis.
57. Prior Eccleſiæ B. Mariæ Mercedis in Barcinona.

23. Fuerunt inſuper plures Priores conventuales diverſorum Ordinum, Decani & Præpoſiti, Archidiaconi Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum ſecularium & regularium, uſque ad numerum ducentorum & ultrà, quorum plures in numero graduati in aliqua de facultatibus approbatis exiſtebant viri literati & honorabiles præſtantiores & majores in toto clero regnorum Aragoniæ, Valentiæ, & Principatûs Cataloniæ, qui ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & D. N. ſummo Pontifici D. Martino Papæ V. & mandatis domini Legati humiliter obedientes, ad Concilium hujuſmodi venerunt, & continuârunt, juſſa & mandata ſanctæ Sedis Apoſtolicæ & ejuſdem domini Legati prompto animo & obedienti recepturi: congaudentes perampliùs de ſucceſſu proſpero & felici negotiorum Eccleſia Dei, per diligentiam, humilitatem, & patientiam præfati domini Legati, per eundem dominum Legatum ſperantes de omnibus ad plenum certiores, exiſtimantes eſſe magnum Dei donum, & eis, ac toti regno ac dominio D. Aragonum Regis, ad magnam omnipotentis Dei gratiam reputantes miſericorditer fuiſſe conceſſam, quòd Eccleſia Dei, & ſancta Sedes Apoſtolica, ejuſque ſumma auctoritas, Eccleſiasum, regnorum, & dominii prædictorum libertas Eccleſiaſtica,

quæ

Digitized by Google

quæ hoſtis humani generis malitia procurante per ſæculares poteſtates in totum penè in illis partibus peſſundatæ, ſopitę, vexatę, infractę, violatę, & jura Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticorum virorum exiſtebant occupata, uſurpata, & penè in totum abſorpta, ita quòd niſi cum miraculo deſuper ex divina & ſpirituali diſpenſatione humanum judicium reparandi, & reducendi ad felicem ſtatum, priſtinum, formam, modum, & remedium diffidebat ſe poſſe aſſequi, intueri in poſterum & haberi.

24. Nunc in præſentiarum per medcinæ ejuſdem domini Legati præparacula aſſequerentur ad plenum, beatum, perpetuum, felicem, & omni laude dignum eundem dominum Legatom exiſtimantes, qui talia, tam ardua, & judicio humano penè irreparabilia, & ad effectum proſperum perduci deſperata negotia ſuâ providentiâ & prudentiâ circumſpectâ, cum invincibili longanimitate & patientiâ, & vera humilitate ultra humanum modum, divinâ ſibi ſuffragante gratiâ, ad optatum finem perduxit, per omnia admirantes tam generoſum virum de ſtirpe regia, & illuſtri domo Aragonum, & Fuxi comitatu inſigni prodeuntem, tanta & talia, tam dura & adverſa, etiam in perſona propria graviora, opprobria, indefeſſos labores, inſupportabileſque perferre potuiſſe, aut æquo animo tolerare, de tanto tamque virtuoſo in adverſis comprobato viro Apoſtolicæ ſedis pacis angelo, Deo & ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, ac domino noſtro ſummo Pontifici Martino Papæ gratias ex cuncto corde & ore perſolventes.

Sequuntur Acta Concilii.

25. Celebratâ igitur prædictâ Miſſâ & officio peracto, dominus Legatus cum ibi præſentibus introivit aulam pro Concilio juxta locum capitularem Sedis Dertuſenſis decenter præparatam, & ipſo in cathedra ſedente, ibidem in continenti aliis adſtantibus ad vitandum lites & diſſenſiones, cunctis auſcultantibus, pronunciavit ante omnia, quod quiſque ſederet ſine præjudicio Eccleſiarum, pro quibus comparebant, & quòd in poſterum quoad prærogativam ſedium ex hoc nullum præjudicium ſequeretur, de quo fecit retineri publicum inſtrumentum, & de pronunciatione hujuſmodi omnes & ſinguli fuerunt valde contenti, ita quòd ibidem ſine quacumque diſſenſione ad placitum ex curialitate unus alteri deferendo ſederunt, ut fratres habitantes in unum, in Chriſti charitate conjuncti, & ibidem duos notarios, unum pro ſe, alium pro Concilio, ad redigendum in ſcriptis actus Concilii, & unum decretorum doctorem procuratorem fiſcalem deputavit.

Prima ſeſſio.

26. Omnibuſque pacificè & ſine contentione ſedentibus & honorificè collocatis, eâdem horâ, idem dominus Legatus corde tenus ſolennem aregham propoſuit, per quam cauſſas propter quas venerat, intimavit, videlicet:

Ad exſtirpationem ſchiſmatum, & Paniſcolentium reductionem.
Ad D. Regis Aragonum cum D. N. Papa reconciliationem & pacificationem,
Ad libertatis Eccleſiaſticæ in illis partibus reparationem, & reintegrationem.
Ad Eccleſiarum & totius ſtatus Eccleſiaſtici, illarumque partium felicem reformationem.

27. Quæ cuncta idem dominus Legatus ſolenniter deduxit, etiam cum auctoritatibus ſacri eloquii & ſanctorum, intimando eis qualiter per Dei gratiam tria priora puncta fuerant jam per eum feliciter expedita, ſic, quòd non reſtabit niſi quartus punctus de reformatione, ſuper qua efficaciter vellet intendere, & ad Dei laudem, & Eccleſiaſtici ſtatus honorem ſe obtulit, illos exhortando, ut ſuper reformatione hujuſmodi vellent etiam ipſi diligenter vacare, intimando ſibi ea quæ duxerint reformatione indigere,

28. Cumque ibidem per procuratorem fiſcalem contumacia abſentium, nec comparentium, ſuiſſet ſolenniter accuſata, ſurrexit D. Dominicus Epiſcopus Ilerdenſis pro ſe & cunctis de Concilio ipſi præſentibus, ſolennem propoſitionem reverentiæ & honoris reverendo D. Legato, prout eſt, vir literatus in jure divino & humano, decretorum doctor ſolennis & eloquens, notabiliter peroravit, ſeipſom & totum clerum mandatis ejuſdem domini Legati humiliter offerendo, de tantis laboribus pro ipſis Eccleſiis & clero per eundem dominum Legatum equanimiter toleratis, gratias mulripliciter referendo ac ſupplicando eidem ut abſentes ſupportare dignaretur ad tempus ſua benignitate aſſueta: dictuſque dominus Legatus ibidem votis eorum benignè annuit, & juxta deſiderium ipſorum, prout petierunt, decrevit per quatuor dies ſequentes quoſque abſentes adhuc ſore exſpectandos.

29. Cumque multi cum procuratoriis ſe in Concilio pro abſentibus ingeſſiſſent, ad viſitandum interim hujuſmodi procuratoria an forent ſufficientia, vicarium Tarraconenſem, Abbatem Agerenſem, & vicarium Ceſar-auguſtanum ſede vacante, decretorum doctores, cum notariis Concilii, deputavit, & diem Jovis ſequentem, quæ erat quarta dies futura pro ſecunda ſeſſione ordinavit, ſicque prima ſeſſio fuit pro illa die finita.

Secunda ſeſſio.

30. Adveniente die Jovis prædictâ, quæ fuit duodecima menſis Septembris, idem dominus Legatus, qui occupatus febribus, ſeſſionem tenere nequivit, uſque ad diem ſequentem ſabbathi, & de ſabbatho uſque ad diem lunæ ſequentem prorogavit ſeſſionem, quâ die Lunæ decimâ ſextâ Septembris reverendus dominus Legatus, licèt debilis & infirmus, in loco ubi priùs, tenuit ſecundam publicam ſeſſionem, & per eundem dominum Legatum fuit propoſitum, quòd cùm ſuper pluribus, Eccleſias, clerum, & ſtatum Eccleſiaſticum concernentibus reformandis eſſet neceſſariò providendum, videbatur ſibi utile pro meliore expeditione, & cleri, quòd certi ſuper

iis

iis videndis, recolligendis, & aviſandis, dictiſque domino Legato & Concilio referendis, deputarentur. Quo audito per dominum Ilerdenſem Epiſcopum, de hoc ex parte totius Concilii eidem domino Legato fuit humiliter ſupplicatum: dictuſque dominus Legatus benignè votis eorum annuit, & certos viros notabiles & expertos de Concilio deputavit ſuper præmiſſis, ſicque ſecunda hujuſmodi ſecunda ſeſſio fuit pro illa die finita.

31. Inſupet cauſſantibus infirmitatibus gravioribus ſebrium, tumoribus etiam tibiarum, & ſciaticâ, prævalentem dictum dominum Legatum plurimum gravantibus, quas, referentibus medicis, ex laboribus exceſſivis, quos in præcedenti æſtate in proſecutione negotiorum, & legationis hujuſmodi pertulerat, abſque dubio incurrerat ipſe dominus Legatus, ampliùs in ſeſſionibus publicis eſſe nequivit, ſed de termino ad terminum factæ ſunt prorogationes uſque ad diem Martis, undecimam menſis Octobris. Interim tamen deputati per dominum Legatum recollegerunt omnia in ſcriptis, quæ eis viſa ſunt reformationibus indigere, tradideruntque ea domino Legato, & dominus Legatus juſſit ea communicari toti Concilio: & in Concilio viſum fuit quòd adhuc quædam erant addenda, quæ fuerunt addita, & ſæpiùs communiter in Concilio recenſita omnia & accuſata, ac per dominum Ilerdenſem & Valentinum Epiſcopos ex communi voto totius Concilii ſpecialiter viſitata & ſtudioſè ruminata, & cum conſenſu totius Concilii domino Legato præſentata, ſupet quibus idem dominus Legatus retinuit ſibi deliberationem. Tertia ſeſſio.

32. Adveniente igitur die Martis undecimâ Octobris, dominus Legatus infirmitatibus præmiſſis adhuc gravatus, non valens deſcendere ad Cathedralem Eccleſiam Dertuſenſem, & ad locum ſeſſionis; ideo decrevit in tinello Epiſcopalis domûs, ubi erat collocatus, tenere ſeſſiones Concilii exinde, & dicta die congregato Concilio, ibidem ſeſſionem tenuit, & ſolito more ipſo in cathedra præſidente, certis de Concilio honorificè collocatis, & ſedentibus, fuit per procuratorem fiſcalem ſolenniter accuſata contumacia abſentium qui procuratores non miſerant, vel idoneos excuſatores, licèt tamdiu fuerunt exſpectati, & dictus dominus Legatus pronunciavit illos contumaces, petitæque fuerunt literæ contra illos, & conceſſæ.

33. Quibus peractis, exinde retentis publicis inſtrumentis, prædictus dominus Legatus, licèt per infirmitates ſuas valdè vexatus & debilitatus, ut melius potuit, verba propoſuit omnibus inibi in Concilio congregatis, qualiter inveteratum ſchiſma longo tempore (proh dolor!) partibus illis viguerat, pro cujus exſtirpatione S. D. N. D. Martinus Papa V. more pii patris diverſis vicibus tam Cardinales Legatos, quàm alios Nuncios ad illas partes tranſmiſerat cum magnis ſumptibus & expenſis ad exſtirpandos Paniſcolenſes, eorumque ſequaces & complices, & ad exterminandos hujuſmodi damnati ſchiſmatis auctores efficaciter intenderat, quodque propter fortitudinem caſtri Paniſcolæ (quod eſt tam forte & inexpugnabile) licèt etiam ſereniſſimus dominus Alphonſus Aragonum ſuam ſuper hoc fecerit diligentiam; iidem ſchiſmatici in caſtro præfato incluſi, uſque nunc nequiverunt haberi, & quomodo ad eradicationem eorundem Paniſcolenſium ipſe dominus loquens ad has partes Legatus à latere per dominum noſtrum Papam fuerat deſtinatus, & pro expeditione felici negotiorum prædictorum & aliorum, ſtatum & libertatem Eccleſiarum, & totius cleri illarum partium concernentium per quinque annos continuos in legatione hujuſmodi jugiter laborandu cum eodem domino Rege eundo etiam & redeundo per mare & per terram ad urbem Romæ, pro concordandis & concludendis per D. N. Papam & Regem præfatum, prædictis negotiis efficaciter laboraverit & pervenerit cum divino auxilio per medium pacis & concordiæ domini Papæ & Regis prædictorum ad finem & effectum concupitum: addens inſuper qualiter ipſe dominus Legatus de beneplacito domini noſtri Papę, cum domino Aragonum Rege, quia idem dominus Rex diſpoſuerat dare, prout dedit, operam efficacem, quòd dicti Paniſcolenſes exirent de Paniſcola, inter cætera convenit dicto domino Regi dare centum quinquaginta millia florenorum.

34. Cumque per Dei gratiam & per mediū dicti domini Regis Paniſcolenſes pręfati de Paniſcola exiſſent, & quod eſt laudabile, ad gremium Eccleſiæ Dei, & obedientiam ejuſdem domini Martini Papæ fuiſſent reducti; non reſtabat aliud niſi ſolvere domino Regi prædicto ſummam promiſſam, ſubdens quòd cùm dominus noſter Papa tam pro guerris Bohemorum, quàm & Bononiæ, & aliis diverſis oneribus, quæ dietim occurrerunt ſanctæ Dei Eccleſiæ, non poſſet perinde ſupplere; idem dominus Legatus rogavit dominos Prælatos ibidem exiſtentes, & cæteros de Concilio, quatenus in pręmiſſis & circa ea prædictam ſummam præfato domino Regi exſolvendam pro honore Eccleſiæ Dei & domini noſtri Papæ, vellent intuitu pietatis intendere, & taliter facere, quòd pręter ęternę retributionis pręmium idem dominus noſter Papa paternam dilectionem, & reverentiam in ipſis ſuis filiis, & ſanctę Sedi Apoſtolicę obedientiam & devotionem luce clariùs cognoſcens, operis per effectum eoſdem in ſuos ſpeciales dilectos filios, & in neceſſitatibus ad ſuccurrendum ipſi Sedi Apoſtolicę promptos, propitios, & liberales recipiens ſpecialiùs habeat, recommiſſos.

35. Quantum autem ad ea quę eidem domino Legato ratione procurationum & alios per clerum regnorum & terrarum dicti domini Regis ſunt debita, idem dominus Legatus totum remiſit ipſorum in Concilio exiſtentium recognitioni. Nam licèt, ut ibidem aſſeruit idem dominus Legatus, ipſe haberet Bullam à domino noſtro Papa in effectu continentem, quòd per dictis centum quinquaginta millibus florenorum, & aliis neceſſariò eximendis & levandis, poſſet ſuper clero imponere ſubſidium; attamen ſic dixit ſe confidere de ipſis dominis Pręlatis, & cęteris in Concilio congregatis, & de eorum bona affectione, ita quòd tenebat pro firmo, quòd facerent

ſpontè

ſpontè ea quæ compulſi factori eſſent, & ideo de ulteriori execution dictæ Bullæ dixit ſe velle ſuperſedere de præſenti, volens gratioſè agere cum eiſdem: de quo in continenti omnes in Concilio exiſtentes humiliter regratiati ſunt præfato domino Legato per organum domini Tyraſſonenſis Epiſcopi, ſupplicantes eidem domino Legato, quatenus ad deliberandum ſuper præmiſſis petitis ejus tempus breviſſimum concederetur uſque ad proximam ſeſſionem die ſabbathi ſequenti tenendam; ſicque iſta ſeſſio tertia fuit finita.

36. Inſuper cauſſantibus infirmitatibus, præfatum dominum Legatum plurimum pro tunc gravantibus, ſeſſio aſſignata prorogationes obtinuit multiplices: tandem poſt feſtum omnium Sanctorum, die videlicet quarta Novembris deputati per Concilium reſponderunt domino Legato, quòd quoad ſummam pro domino Rege Aragonum petitam, volentes ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & domino noſtro Papæ de eorum paupertate, licèt plurimum gravati peſtilentiis, guerris, & ſterilitatibus, juxta poſſe, ſervire, parati erant ſubvenire; tamen Sedi Apoſtolicæ de ſexaginta millibus floreoorum, pro ipſo vero domino Legato cum humillima ſupplicatione, ut clero & Eccleſiis, regnorum & terrarum domini Aragonum Regis citra mare conſiſtentium, pluribus menſibus inſupportabilibus, & paupertate gravatis compatiendo, licèt & ipſi ad plenum cognoſcebant, & expreſsè confitebantur, ſummam quam offerre eidem intendebant, non eſſe juxta per eundem dominum Legatum labores, expenſas, & ſumptus in legatione hujuſmodi, pro honore & utilitate Eccleſiarum & cleri prædictorum ſupportatos, erogatos, & conſumptos, prout cunctis erat notorium & manifeſtum; eorum tamen omnium & ſingulorum exiſtentium in Concilio unanimi & concordi aſſenſu, merâ & ſpontaneâ voluntate ultrò cum humilitate & reverentia pro dono obtulerunt ſummam viginti triom millium florenorum auri de Aragonia, de tam parva oblatione, reſpectu laborum & ſumptuum ſuorum, & etiam majoris ſummæ multò ad cauſſam procurationum, ſibi debitarum: veniam humiliter poſtulantes, quorum bonum velle, & concordem animum, ac de eorum paupertate juxta poſſe, eidem domino Legato ſervire & complacere omnino diſpoſitum, præfatus dominus Legatus, vir generoſus, nobilis, & illuſtris, attendens & æſtimans potiùs bonam voluntatem illorum, quàm oblatam ſummam & donum, eorum precibus annuit, & oblatam ſummam prædictam gratis acceptavit.

Concilium offert Sedi Apoſtolicæ in ſexaginta millibus florenorũ ſubvenire.

Concilium offert Legato pro ſuis laboribus & expẽſis viginti tria millia florenorum mon. Aragon.

Alia ſeſſio.

Legatus octo regias literas patentes, quas ad bonum & utilitatem Eccleſiarũ & cleri à Rege per concordiam factam obtinuerat in Eccleſiarum Metropolitan. Tarraconen. & Cæſaraugustan. archivis recondendas offert & donat.

37. In craſtinum, quæ fuit dies ſabbathi, quinta Novembris, anni ſuperiùs annotati, in tinello domûs Epiſcopalis Dertuſenſis fuit congregatum Concilium, & tenta ſeſſio publicè, in qua reverendiſſimus dominus Legatus præſentibus legationis ſuæ octo Epiſcopis, videlicet, Tyraſſonenſi, Ilerdenſi, Gerundenſi, Oſcenſi, Dertoſenſi, Vicenſi, Elnenſi, Valentino Epiſcopis, Abbatibus, & cæteris ſupradictis, & aliis pluribus qui ſupervenerant, uſque ad numerum trecentorum virorum notabilium in Concilio congregatorum, primitus & ante omnia octo patentes literas regias, quas ſuper diverſas Eccleſias, & clerum illarum concernentes, à domino Rege Aragonum per concordiam factam, & ad bonum, utilitatem, & commodum Eccleſiarum & cleri prædictorum obtinuerat, ſigillo regio magno impendenti ad robur in futurum perpetuæ firmitatis ſigillatas obtulit, & donavit in Metropolitanarum Eccleſiarum Tarraconenſium, & Cæſarauguſt. archivis ad futuram rei memoriam originalibus recondendis, de quibus ſub ſigillo ſuo tranſumptum authenticum conctis Eccleſiis, præcipuè Cathedralibus, conceſſit.

Prima eſt qua Rex jurat ſe edicta non facturum contra libertatem Eccleſiarum, neque de bonis Eccleſiarum accepturum, neque in jura Cam. Apoſtol. manum appoſiturum.

38. Regia patens litera, in qua dominus Alphonſus Rex illuſtris ſuper ſancta Dei Evangelia, & evangelicè teſtatur ſe juraſſe, juratque & promittit in ſua bona fide regia, quòd à die concordiæ cum reverendiſſimo in Chriſto patre domino Petro Cardinali de Fuxo, Apoſtolicæ Sedis Legato, initæ, & abinde non faciet edicta contra libertatem Eccleſiæ, nec aliquid de bonis Eccleſiæ univerſalis, vel ejus particularis recipiet, vel recipi permittet, niſi in caſibus à Jure communi vel patriæ conceſſis, nec apponet manus in jura Cameræ Apoſtolicæ, primitus lecta fuit ibidem, tenorem qui ſequitur in ſe habens:

Nos Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barcinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, &c.

Tenor literæ.

39. Attendens inter reverendiſſimum in Chriſto patrem dominum Petrum divinâ providentiâ Cardinalem de Fuxo vulgariter nuncupatum, Legatum Apoſtolicum, nomine & vice domini Papæ, & nos plura & diverſa pacta, conventiones, & capitula fuiſſe hinc inde practicata, facta, & firmata, ut in inſtrumento publico inde facto & acto in regali palatio Valentino vigeſimâ ſeptimâ menſis Octobris, anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſeptimo, & clauſo per fideles & dilectos noſtros Franciſcum de Arnio ſecretarium & notarium noſtrum, & per Guillelmum Raymundum de Sancto Joanne clericum Caſtrenetæ diœceſis, publicum auctoritate Apoſtolica notarium, hæc & alia latiùs ſunt contenta, quæ quidem pacta & conventiones juxta reſponſiones ad ea, & omnia, & ſingula in illis contenta; cum modificatione, expreſſione, declaratione, tamen primi capituli incipiendum.

40. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis recolimus à nobis & noſtra curia dudum emanaſſe capitulũ, loquens de materia citationis & proceſſuum per dominum Papam contra nos inceptorum & attentatorum, cujus quidem modificatio, expreſſio, & declaratio continetur in quadam Bulla Apo-

Apoſtolica inter dictum dominum Papam & Ambaſſiatorem noſtrum concordata, quæ data eſt Romæ apud Sanctos Apoſtolos ſecundo Nonas Februarii, Pontificatûs domini Papæ anno XII. per dictum Franciſcum de Arnio & Thomam Troleti Apoſtolica auctoritate notarios, recepta, confirmata, approbata atque laudata fuit, ac denuò firmata pariter & jurata; ut in dicto novíſſimè recepto inſtrumento latiſſimè eſt contentum.

41. Noſque volumus, prout regiam decet majeſtatem, quæ nos tangunt efficaciter obſervare, tenore præſentium de noſtra bona fide regia: necnon juramus ſuper Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus ſancta quatuor Dei Euangelia, manibus noſtris corporaliter tacta, quòd deinde non apponemus manus ad jura Cameræ Apoſtolicæ, neque edicta contra libertatem Eccleſiaſticam faciemus, aut aliquid de bonis Eccleſiæ univerſalis vel particularis recipiemus, vel recipi permittemus in terris & ditionibus noſtris, niſi in caſibus à Jure communi ſive patriæ permiſſis.

42. Quapropter mandamus per præſentes ſub incurſu noſtræ indignationis & iræ, ac ſub fide & naturalitate, quibus nobis adſtricti ſunt, univerſis & ſingulis Vice-regibus, Gubernatoribus, Bajeciſis, Generalibus, procuratoribus juſtitiæ, Vicariis, Subvicariis, Bailivis, Alguazeriis, Subbailivis, Electoribus, & Commiſſariis, & aliis quibuſvis perſonis ſubditis noſtris, quatenus hanc præſentem noſtram proviſionem & voluntatem ſtudeant efficaciter obſervare: etſi quem ſenſerint in aliquo contraire, illum puniant & caſtigent, ac puniri & caſtigari faciant rigidè, & taliter, quòd aliis tranſeat in exemplum. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri juſſimus noſtro ſigillo communitas. Datum Calatarubii die decimâ ſeptimâ Junii, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

43. Secunda patens regia litera, per quam dominus Alphonſus Aragonum Rex illuſtris inhibet conſiliariis ſuis, & officialibus regiis crimen falſæ monetæ, vel aliud quodcumque crimen de cætero clericis illarum partium falsò imponere, & de amplius indebitè non vexare perſonas immunitate Eccleſiaſticâ gaudere debentes, ab Eccleſiis extrahere de cætero, & libertate Eccleſiaſtica ampliùs non violanda vel infringenda, ſub magnis & formidabilibus pœnis, traditæ ſunt in Concilio ſub tenore præſentium.

Secunda litera prohibens aliquod crimen clericis falsò imponi, nolens vexari, perſonas immunitate Eccleſiaſtica gaudentes ab Eccleſiis extrahi, & libertatem Eccleſiaſticam violari vel infringi. Tenor literæ.

Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corſicæ, Comes Barchinonenſis, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis, & fidelibus conſiliariis noſtris univerſis & ſingulis gerentibus vices gubernatoris generalis, Juſtitiis, Salmedinis, Vicariis, Bailivis, Subvicariis, & Subbailivis, eorumque ſucceſſoribus, ſalutem & dilectionem.

44. Recenti queruloſa expoſitione celſitudini noſtræ nuper facta pro parte venerabilium & dilectorum conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, & aliorum perſonarum Eccleſiaſticarum in Concilio per reverendiſſimum in Chriſto patrem dominum Cardinalem de Fuxo, Sedis Apoſtolicæ Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimum, in civitate Dertuſenſi de præſenti celebrato congregatorum diſplicenter percepimus, quòd vos, ſeu aliqui veſtrûm, divinam non metuentes ultionem, contra clericos & alios crimina falſæ monetæ, & alia enormia ficté imponitis, eoſque ab Eccleſiaſticis, aliiſque locis libertate & immunitate Eccleſiaſtica gaudere debentibus, extrahitis, & veſtram juriſdictionem, præter noſtram mentem, indebitè exercetis, eoſdem clericos vexando omnimodè, & Eccleſiaſticas libertates & immunitates violando, ut inde à vobis & veſtris dominationibus pecuniis ſe redimant, & tueantur: quod, nec immeritò, meæ majeſtati ſummè diſplicuit.

45. Quapropter volentes noſtros ſubditos, præcipuè clericos & perſonas Eccleſiaſticas, in earum juribus & libertatibus conſovere, & à nemine indebitè moleſtari, vobis & cuilibet veſtrûm dicimus tenore præſentium & mandamus ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnaque mille florenorum Aragoniæ de bonis veſtris, ſi contra feceritis, irremiſſibiliter habendorum, privationiſque officiorum, quatenus à talibus falſis criminum impoſitionibus contra clericos & Eccleſiaſticas perſonas, eorumque vexationibus, & libertatum, jurium, & immunitatum Eccleſiaſticarum fractionibus & violationibus vos abſtineatis & ceſſetis: ſuper prædictis taliter vos habentes, ut juriſdictio ſeu libertas Eccleſiaſtica illæſa penitùs relinquatur, & omnis materia ſcandali, vexationis, & malitiæ auferatur: hocque non mutetis, ſeu differatis aliquâ ratione ſeu cauſſa, cùm ſic fieri, ſervari, & exſequi volumus, & penitùs jubemus. Datum Dertuſæ ſub noſtro ſigillo communi die 12. menſis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

46. Tertia regia patens litera, per quam dominus Alphonſus Rex illuſtris inhibet ſub magnis & formidabilibus pœnis officiariis ſuis regiis, ne clericos incarcerent, juriſdictionem Eccleſiaſticam, libertatem, & immunitatem infringant, aut ab Eccleſiaſticis perſonis exigant vel extorqueant in poſterum. Tradita fuit in Concilio ſub tenore qui ſequitur.

Tertia litera qua inhibetur officiariis regiis, ne clericos incarcerent, immunitatem Eccleſiaſticam infringant, vel à perſonis Eccleſiaſticis aliquid exigant vel extorqueant

Tenor literarum.

Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonenſis, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, nobilibus, dilectis, & fidelibus Conſiliariis noſtris gerentibus vices gubernatoris generalis, Juſtitiis, Salmedinis, Vicariis, Baiulis, Subvicariis, & Subbaiulis, caeteriſque officialibus loca-tenentibus, præſentibus & futuris, ſalutem & dilectionem.

47. CLamoſa expoſitione pro parte venerabilium & dilectorum Conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, aliarumque Eccleſiaſticarum perſonarum, in Concilio, quod per reverendiſſimum dominum Cardinalem de Fuxo Sedis Apoſtolicæ Legatum in civitate Dertuſæ celebratur, ad præſens congregatarum, noſtræ celſitudini nuper facta diſplicenter percepimus, quòd vos, ſeu aliqui veſtrûm, non metuentes falcem veſtram in alienam meſſem immittere, ſed ſcandala & odia ſectantes, Eccleſiaſticas libertates, immunitates, & jura indiſtinctè confringatis, & violetis, religioſos, canonicos, alioſque clericos, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos, & in habitu & tonſura repertos veſtris carceribus mancipando, & ab ipſis pecunias damnabiliter extorquendo, & aliàs multimodè vexando, non ſine notoria Dei offenſa, & Eccleſiaſticæ libertatis præjodicio nimiùm manifeſto.

48. Quocirca ſupplicato ſuper his noſtræ humiliter majeſtati, ut cum inſtantia geminata dignaremur debitè providere; nos cupientes noſtrorum ſubditorum quietem, præcipuè clericorum, & volentes, quòd unuſquiſque ſuâ, & non aliena juriſdictione lætetur, & jura ac libertates Eccleſiaſticæ illæſa obſerventur; vobis & cuilibet veſtrûm dicimus, tenore præſentium, & ſub iræ ac indignationis noſtræ incurſu, pœnâque duorum millium florenorum Aragoniæ de bonis contra facientium irremiſſibiliter habendorum, expreſsè, conſultè, & de noſtra certa ſcientia jubemus, quatenus ſcandala, diſſenſiones, & jurgia inter vos & Eccleſiaſticos judices pro poſſe vitando, jura, immunitates, juriſdictiones, & Eccleſiaſticas libertates, Prælatis ac aliis perſonis Eccleſiaſticis penitùs obſervetis, & ab aliis faciatis inviolabiliter obſervari: aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiaſticæ juriſdictioni ſubmiſſas, contra jus & juſtitiam directè, vel indirectè, minimè capiatis, vexetis, ſeu modo aliquo moleſtetis, nec per quempiam moleſtari aut vexari aliquatenus permittatis. Quinimmo eoſdem charitativè & reverenter, ut Chriſtianam decet religionem, tractetis, & debitæ venerationis affectu in ſuis juribus & foro Eccleſiaſtico, libertatibus, juriſdictione, defendatis. Hoc enim Deo ſentietis acceptum, & noſtræ quamplurimum complacebitis majeſtati, qui è contrario contra vos ad dictarum pœnarum exactionem, & aliàs procedere meritò cogeremur. Datum Dertuſæ ſub ſigillo noſtro communi, die duodecimâ menſis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

Quarta litera prohibens ne quis criminoſos clericos adversùs Eccleſiaſticos judices de talibus juſtitiam debitam facere volêtes manuteneat vel defendat contra juriſdictionem Eccleſiaſticam.

49. Quarta patens litera regia, per quam dominus Alphonſus Aragonum Rex illuſtris inhibet ſub magnis & formidabilibus pœnis cunctis Ducibus, Comitibus, Baronibus, & vaſſallis ſubditis ſuis, ne in terris ſuis, caſtris, vel locis criminoſos clericos & Eccleſiaſticas perſonas criminibus . . . . . . adversùs Eccleſiaſticos judices de talibus juſtitiam debitam facere volentes non manuteneant, vel defendant, aſſecurent, vel ſuſtineant, vel guidagium tribuant contra juriſdictionem Eccleſiaſticam. Tradita fuit in Concilio ſub tenore ſequenti:

Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonenſis, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, egregiis, nobilibus, dilectis, & fidelibus Conſiliariis noſtris, quibuſcumque Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vice-comitibus, Baronibus, nobilibus, militibus, generoſiſque perſonis, & aliis dominis temporalibus in regnis & terris noſtris conſtitutis, eorumque officialibus, & loca-tenentibus, præſentibus & futuris, ſalutem & dilectionem.

50. NOveritis pro parte venerabilium & dilectorum Conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum, in Concilio, quod per reverendum in Chriſto patrem dominum Cardinalem de Fuxo, Sedis Apoſtolicæ Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimum, in civitate Dertuſæ de præſenti celebratur, maxima cum querela noſtræ fore expoſitum majeſtati, quòd nonnulli ex vobis lucra ſua cum alienis diſpendiis perquirentes, aut aliàs fragilitate humana devicti, nitentes eorum juriſdictionem & præeminentiam ultra ſuos limites ampliare, favoreſque indebitos indifferenter impendere, quibuſcum aliqui clerici,

clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, foro Eccleſiaſtico proculdubio ſubmiſſę, propriæ ſalutis immemores, varios exceſſus perpetrantes, ad caſtra, villas, baronias, & loca veſtra ſe latitant, defenduntur, atque reponuntur, ut judicium evadant debitę ultionis; voſque inibi eos manutenetis, defenditis, & ſuſtinetis, guidatis, & aſſecuratis: quod in Dei offenſam, & Eccleſiaſticæ juriſdictionis præjudicium manifeſtum noſcitur redundare.

51. Nos igitur nolentes, ſicuti nec debemus, juriſdictioni Eccleſiaſticæ in aliquo derogare, ſed eam potius confovere, & futuris ſcandalis, quæ propterea poſſunt de facili inter noſtros ſubditos evenire, debitè obviare; vobis & unicuique veſtrûm dicimus præſentium ſeriè, & jubemus ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnaque decem millium florenorum Aragoniæ de bonis contra facientium habendorum, quatenus talia ad ſtatum debitum reducentes, veſtriſque juriſdictionibus & prærogativis minimè abutentes, ſed de talento vobis tradito vos contentos....... clericos, ſeu Eccleſiaſticas perſonas, ad caſtra, baronias, villas, & loca veſtra taliter recurrentes, vos, ſeu veſtri officiales, aut ſubditi minimè recipiatis, guidetis, foveatis, ſuſtineatis, ſeu etiam aſſecuretis, receptari, guidari, foveri, ſuſtineri, aut aſſecurari ab aliquo nullatenus permittatis, quin potiùs, quoties & quando per eorum judices requiſiti fueritis, vel alter veſtrûm fuerit requiſitus, ipſos dictis eorum judicibus confeſtim tradatis, & tradi faciatis, omni favore, dilatione, & excuſatione rejectis, hocque non immutetis, ſeu differatis ratione aliqua, ſive cauſâ, ſi prædictas pœnas cupitis evitare. Datum Dertuſæ ſub ſigillo noſtro communi, die 12. Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

52. Quinta litera patens regia, perquam dominus Rex Alphonſus, Aragonum Rex illuſtris, ſub magnis & formidabilibus pœnis inhibet Vice-cancellario & omnibus Conſiliariis ſuis, ne proviſiones, vel alios proceſſus Conſtitutionum Provincialium contra invaſores Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum virorum editarum debitè inceptos quoquomodo impediant ſeu perturbent. Fuit in Concilio tradita ſub tenore ſequenti:

Quinta litera, qua Vicecancellario & Cōſiliariis inhibetur, ne proceſſus Conſtitutionum Provincialiū contra invaſores Eccleſiarum & Eccleſiaſticorū virorum editarum debitè inceptas impediant, ſeu perturbent.

Nos Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ; Comes Barchinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ; ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, &c.

53. PRoviſionis noſtræ toto ſtudio cupimus provenire ſubſidiis, ut cenſuræ Eccleſiaſticæ, & libertates eiuſdem cujuſvis temeritatis incurſu non infringantur, & unde damna ſubditorum & ſcandala poſſent de facili evenire, pro viribus obviare. Hinc eſt, quòd licèt ſuper invaſionibus, occupationibus, uſurpationibus, & læſionibus perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum, contra invaſores, raptores, occupatores, eorumque fautores, per Conſtitutiones Provinciales Concilii Tarraconenſis procedi debitè proviſum & cautum ſatis exiſtat; verumtamen clamor venerabilium & dilectorum Conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum in Concilio, quod per R. P. D. Cardinalem de Fuxo Sedis Apoſtolicæ Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimum, in civitate Dertuſæ de præſenti celebratur congregatarum, aures noſtræ majeſtatis infecit, quòd per raptores, invaſores, occupatores, & fautores prædictos, cùm contra eos per proceſſus dictarum Conſtitutionum proceditur, ad nos & noſtros officiales indebitè & injuſtè recurſus habeatur, & varias occaſiones veritati contrarias opponentes & fingentes, in præjudicium noſtrorum regalium fore, per prædictas conſtitutiones contra eos proceſſum fraudolenter interdictum à nobis & noſtris officialibus inhibitorias proviſiones obtinent ſuper proceſſibus antedictis, & ad occupationem temporalitatum contra Prælatos eoſdem injuſtè proceditur, ob quod nedum Eccleſiaſtica cenſura diſſulvitur, ſed contemnitur & enervatur, plurimaque ſcandala, diſſenſiones, & jurgia inter Prælatos prædictos, eorumque officiales, & noſtros officiales & ſubditos præparantur.

54. Implorato igitur ſuper iis pro parte Prælatorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum prædictarum à nobis remedio condecente, noſque volentes in & ſuper præmiſſis debitè providere nobilibus, dilectis, & fidelibus Conſiliariis noſtris, Vice-cancellario, ejuſque regenti, Viceſ-gerentibus Gubernatoris noſtri generalis, Juſtitiariis, Vicariis, Salmedinis, Bailivis, cæteriſque officialibus & ſubditis noſtris ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, ac pœna trium millium florenorum Aragoniæ, de illorum bonis qui contràfecerint, exigendorum, aliiſque pœnis noſtro arbitrio reſervatis, expreſsè dicimus, & de certâ noſtrâ ſcientiâ mandamus, quatenus Prælatos, eorumque officiales Eccleſiaſticos judices in eorum circa proceſſum conſtitutionum Concilii Provincialis Tarraconenſis, in caſibus ſibi permiſſis adversùs invaſores, raptores, occupatores perſonarum & rerum Eccleſiaſticarum minimè perturbetis, impediatis, ſeu moleſtetis, & ab aliquo perturbari, impediri, ſeu etiam moleſtari nullatenus permittatis: quin immo eoſdem Prælatos, judices, officiales, eorum, eâdem juriſdictione in dictis caſibus, eis ut præfertur permiſſis, eoſdem uti liberè & exercere ſinatis, ac etiam permittatis, eiſque circa exercitium & uſum hujuſmodi auxilium præſtetis debitum, & favorem ſervando, in & ſuper præmiſſis, ac etiam circa temporalium occupationem

tionem, coocordiam bonæ mem. Cardinalis Convennarum, & capitula in curia S. Cucufatis Valentin. per nos celebrata, confecta, contrarium faciendi, tollentes vobis, & cuilibet veſtrûm omne poſſe: in quorum teſtimonium, præſentes noſtras literas fieri juſſimus, noſtro ſigillo communi munitas. Datum Dertoſæ die decimâ ſecundâ menſis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

Sexta litera contra clericos & Eccleſiaſticos, qui fraudulenter literas familiaritatis regiæ obtinuerint ut de ſuis criminibus & delictis maneant impuniti & incorrecti ſub bando inſuper juſtitiariis ſuis, ne ſe talibus intromittant, ſed ad ſuum judicem remittant, prout & Rex ipſe remittit.

* F pyctacio.

55. Sexta litera patens regia, per quam dominus Alphonſus Aragonom Rex illuſtris declarat, clericos & Eccleſiaſticos viros actu in ſervitio regio non deſervientes, nec in pitaphio * Magiſtrirationum domûs ſuæ regiæ nomioatim deſcriptos, qui fraudulenter ad evitandum de commiſſis per judices Eccleſiaſticos ordinarios eorum condignam punitionem ſubire, & ut maneant de ſuis criminibus & delictis impuniti & incorrecti, literas familiaritatis regiæ obtinuerunt, vel obtinebunt, prætextu literarum hujuſmodi ſic obtentarum, non eſſe, nec haberi debere pro familiaribus, nec privilegiis familiaritatis regiæ debere gaudere; & hoc ſub magnis & formidabilibus pœnis fuit in Concilio traditum, ſicuti ſub tenore ſequitur:

Nos Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, & Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonenſis, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, &c.

56. Soleot Principes aliquando ad importunam partiom inſtantiam interdum per inadvertentiam, quandoque etiam neceſſitatis ex cauſſa, juribus ſuorum ſubditorum indebitè derogare, quæ poſtea in mentem rectè redacta, conſultò ad juſtitiæ & rationis debitum reducantur. Cùm ſicut accepimus informatione veridica venerabilium & dilectorum noſtrorum Prælatorum, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, in Concilio, quod per reverendum in Chriſto patrem dominum Cardinalem de Fuxo Apoſtolicæ Sedis Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimum, in civitate Dertuſenſi celebratur de præſente congregatarum, nonnulli perſonarum Eccleſiaſticarum vaſſalli, & foro, diſtrictui, & juriſdictioni Eccleſiaſticæ omnino ſubmiſſi, à noſtra majeſtate familiaritatis obſequium fraudulenter implorant, illudque obtinent, non ut noſtris inſiſtere proponant ſervitiis, ſed ut eis libuerit, quandoque Eccleſiaſtico, quandoque noſtro ſæculari judicio ſiot ſubjecti; ita quòd de commiſſis vel committendis per eos exceſſibus, forum variando, ad votom, à nemine punitione debita valeant coërceri; ſed potiùs evadere judicium canonicæ ultionis, qood io præjudicium Eccleſiaſticæ juriſdictionis, ad cujus examen patenter ſpectaot, ooſcitur apprimè redundare.

57. Supplicato igitur à noſtra celſitudioe ſuper iis debitè provideri; nos ſupplicatione hujuſmodi veluti conſonâ rationi, benignè admiſsâ, cupientes omniob clericorum nefarios auſus pro poſſe, compeſcere; ne ſub hujuſmodi fori & juriſdictionis temeraria & nociva variatione, crimina per eos commiſſa ſeu committenda nonnunquam tranſeant impunita; tenore præſentium dicimus, & noſtræ intentionis fuiſſe & eſſe declaramus, quòd perſona aliqua, nullus, niſi noſtris contiouè inſtiterit ſervitiis, & officio ſerviverit, quo receptus eſt, & ſcriptus in charta.

58. Scriptoris portionis domûs noſtræ pro noſtro familiari, per aonum & ultra quitationem ordinariam computando, privilegio lætari minimè valeat, vel à quo ſe tueri, quinimmo ſic obtinere quovis modo hujuſmodi familiaritatis privilegium, laïcus, vaſſallus, aut alius clericus fuerit, dicto privilegio familiaritatis fraudulenter obtento non obſtante, judicio, ſeu examini ſui Prælati, ſive domini, & ſuperioris Eccleſiaſtici ſubjiciatur omnino; & de criminibus & exceſſibus per eum commiſſis & committeodis puniatur, juſtitiâ mediante eorundem, quibuſcumque verbis derogatoriis, & non obſtantiis, in dicto privilegio appoſitis ſeu apponendis, nullatenus obſtituris, ac ſi prout antedicti privilegii obtentum judicari poterat & puniri.

59. Quocirca per hanc eandem nobilibus, dilectis, ac fidelibus Conſiliariis noſtris gereotibus vices gubernatoris, Juſtitiariis, Vicariis, Bailivis, necnon Cancellario & Vice-cancellario, cæteriſque officialibus noſtræ domûs, ad quos noſtrorum familiarium tuitio, protectio, correctio, & punitio pertinet & ſpectat, dicimus & mandamus de certa noſtra ſcientia & expreſsè, ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, privationeque officiorum quæ à nobis obtinent, pœnæque trium millium florenorum, quatenus ſe tali ficto familiari, & fraudulentosè nullatenus intromittant, quinimmo eum ſuo ordinario domino, vel Prælato, aut ipſius officiali ſeu judici remittant, omni diſpendio, excuſatione, & dilatione ceſſante.

60. Nos enim etiam ad cautelam quæcumque privilegia talibus fictis familiaribus per oos fortè commiſſa præſenti ſerie de dicta noſtra ſcientia, revocamus penitus, & annullamus, nulliuſque valoris aut firmitatis eſſe decernimus & declaramus, & ad eorum Prælatos, officiales & judices ordinarios puniendos remittimus, ſicut & prout ante * concertionem privilegii prælibati, & ſi per oos eiſdem minimè fuiſſet indultum, hocque non mutetur, ſeu differatut

* Conceſſionem.

ratut

ratur aliqua ratione, cùm ſic fieri velimus & jubeamus. In quorum teſtimonium præſentes noſtras literas fieri juſſimus, noſtro ſigillo communitas. Datum Dertuſæ die 12. menſis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

61. Septima litera regia patens, per quam D. Alphonſus Aragonum Rex illuſtris omnibus Ducibus, Comitibus, Baronibus, ſæcularibus poteſtatibus, ſubditis ſuis & ſuorum regnorum mandat, & præcipit, ut Eccleſiaſticis judicibus proceſſus ſuos contra uſurarios, & ad exſtirpationem criminis deteſtabilis uſurarum, & ad exſequendas pias voluntates teſtantium, & exercendi viſitationes ſuas facientibus aſſiſtant, favorem & auxilium præbeant: inhibendo inſuper juſtitiariis ſuis, ne in viſitationibus exercendis, & juriſdictione Eccleſiaſtica, ac teſtium receptionibus & examinationibus, in cauſſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus impedire quoquo modo præſumant: & hoc ſub magnis & formidabilibus pœnis in contrafacientes. Tradita fuit in Concilio, cujus tenor ſequitur, & eſt talis:

Septima litera, quæ Rex ſuis præcipit, ut Eccleſiaſticis judicibus proceſſus contra uſurarios, & ad exſequendas pias voluntates teſtantium, & exercendi viſitationes facientibus, aſſiſtant, nec eos impediant.

Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Corſicæ, Comes Barchinonenſis, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, egregiis, nobilibus, dilectis, ac fidelibus conſiliariis noſtris quibuſcumque, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, generoſiſq; perſonis, & aliis dominis temporalibus, in regnis & terris noſtris conſtitutis, eorumq; officialibus præſentibus & futuris, necnon gerentibus vices Gubernatoris noſtri generalis, Alguazeriis, Juſtitiariis, Salmedinis, vicariis, ſubvicariis, bailivis, ſubbailivis, ſubditis & vaſſallis noſtris, aliis quibuſcumque, & eorum loca tenentibus, præſentibus etiam & futuris, ſalutem & dilectionem.

62. PRo parte venerabilium & dilectorum conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum in Concilio quod per R. Patrem D. Cardinalem de Fuxo, ſedis Apoſtolicæ Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimũ, in civitate Dertuſę celebratur de præſenti, congregatarum, noſtræ majeſtati expoſitum exſtitit cum querela, quòd vos ſeu aliqui veſtrûm in alienam meſſem falcem ponere non verentes, Prælatos eoſdem, eorumque judices, & perſonas Eccleſiaſticas, ipſorum juriſdictionem in ipſorum ſubditos exercere volentes, & ſignanter circa Eccleſiarum ſuarum viſitationes, ſeu piorum ultimarum voluntatum fidelium defunctorum adimplendas executiones, & damnati deteſtabiliſque uſurarum criminis exſtirpationem, & aliàs multipliciter impeditis, & etiam perturbatis diverſa mandata pœnalia, inhibitiones, & banda, ac diverſas præconizationes contra libertates Eccleſiaſticas, & præjudicium Eccleſiaſticæ juriſdictionis faciendo, prohibetiſque, &...... ſeu non permittitis literas, ſeu proviſiones Eccleſiaſticorum judicum, ſuper iis quæ ad eum forum pertinent & ſpectant, in locis veſtræ juriſdictionis, ſeu veſtri dominii publicare, eas occultando, lacerando, capiendo, & alias impediendo, non ſine magno eorum præjudicio, veſtrarum animarum periculo manifeſto.

63. Ad noſtram igitur majeſtatem ſuper præmiſſis habito pro parte præfatorum Prælatorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum recurſu, & ſupplicato debita cum inſtantia debitè provideri; nos, ut noſtræ congruit regiæ dignitati, meritò toto animo intuentes quàm pium, quamque meritorium, utile, & neceſſarium fuerit, eorumque officii Prælatorum incumbere, Eccleſias dirigere & viſitare, animabuſque fidelium defunctorum ſuffragari, & ipſorum pias ultimas voluntates adimplere; cupienteſque viſcoſum contagioſumque uſurarum morbum, qui animas committentium abſorbet, à Chriſticolis, præcipuè noſtris ſubditis, radicitùs evelli; vobis & cuilibet veſtrûm dicimus, & tenore præſentium jubemus, ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnâque trium millium florenorum Aragoniæ, de bonis contrafacientium ſine remiſſionis ſpe habendorum, quatenus Prælatos quoſcumque, eorumque officiales, vicarios, & alios judices, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas in eorum officiis & juriſdictionibus exercendis, tam in iis quæ litium ordinationem reſpiciunt, quàm ipſarum deciſionem, teſtibus recipiendis, ſententiis promulgandis, eaſque ad executionem debitam deducendis, in caſibus ad eorum forum ſeu juriſdictionem pertinentibus & ſpectantibus, ac in viſitationibus faciendis, ſi & prout de jure ad eos pertinent, & ſpectant, odio vel favore alicujus minimè perturbetis, ſeu etiam impediatis, perturbarique, ſeu impediri per quempiam permittatis; quinimmo eiſdem Prælatis, eorumque officialibus & judicibus, ac perſonis Eccleſiaſticis, in præmiſſis officiis & juriſdictionibus exercendis, debitè aſſiſtatis, conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, revocando, ac voce præconia publicando per loca veſtræ juriſdictionis quaſcumque præconizationes, mãdata, inhibitiones, ſeu banda contra libertates Eccleſiaſticas, ſeu Eccleſiaſticæ juriſdictionis emanatas: revocantes, ſicut nos præſentiũ ſerie deliberatè & conſultè revocamus & caſſamus, ac pro revocatis & caſſis haberi volumus & jubemus, literaſque & proviſiones judicum Eccleſiaſticorum in iis quæ ad ipſorum forum pertinent, nullatenus impediendo: in iis taliter vos habentes, quòd apud nos per præfatos aut aliquos eorum pro præmiſſis non cogatur de cętero haberi recurſus. Sciturì quòd illos, ob cujus cauſſam, ſeu culpam,

pam, præmiſſa eorum juriſdictio & officiorum exercitium quovis modo impedietur, taliter puniemus, qoòd eis ad pœnam cedet, & aliis meritò ad exemplum, Datum Dertuſæ ſub noſtro ſigillo communi, die 12. menſis Octobris MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

Octava litera qua mandatur non permittendum quæſtores uti officio quæſtorũ, niſi habeant teſtimoniales diœceſani loca.

64. Octava litera patens regia, per quam dominus Alphonſus Aragonum Rex illuſtris cunctis nobilibus, gubernatoribus, & juſtitiis ſæcularibus regnorum ſuorum mandat, ne in eorum terris & dominiis permittant, vel ſuſtineant quoſcumque quæſtores, qui multos faciant abuſus contra honorem Dei & Eccleſiæ, uti officio quæſtorum, vel illud exercere, niſi ſecum deferant teſtimoniales literas diœceſani Epiſcopi, in cujus diœceſi quærere intendunt: & hoc mandat ſub magnis pœnis obſervari. Tradita fuit in Concilio ſub tenore ſequenti:

Nos Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ &c.

65. Quoniam ad illicita potiùs, quàm ad licita illa inſatiabilis avaritiæ vorago damnabiliter inclinatur, proinde diverſa ſcandala in gentibus oriuntur; expediens, immo neceſſarium eſſe meritò recenſemus, ut Reges, aliæque terrenæ poteſtates, nociva ab eis avellant, & viam erroris hujuſmodi pro poſſe excludant. Sanè igitur querula expoſitione noſtræ majeſtati nuper facta pro parte venerabilium & dilectorum conſiliariorum noſtrorum Prælatorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum, in Concilio, quod per reverendum in Chriſto Patrem D. Cardinalem de Fuxo, ſedis Apoſtolicæ Legatum, conſanguineum noſtrum chariſſimum, in civitate Dertuſæ celebratur, de præſenti congregatarum percepimus, quòd nonnulli eleemoſynarum quæſtores auſu temerario & damnato, ut aurum ſubtili vel fallaci ingenio potiùs extorqueant, quàm populum ad devotionem incitent, varios quæſtus pro Eccleſiis, Hoſpitalibus, & aliis diverſimodè, cum noſtris vel noſtrorum officialium literis facere ſatagunt, & ſermones collationum, & alias in populo expoſitiones varias aſtutiſſimè habere præſumunt, in quibus propter ipſorum quæſtorum inſufficientiam, & populi prædicti ſimplicitatem, errores in eo ædificant, & eum decipiunt, ac Eccleſiaſticæ religioni, ut plurimum poſſunt, detrahere non verentur.

66. Nos igitur dictorum quæſtorum abuſionibus & temerariis auſibus viam præcludere, quantum nobis eſt poſſibile, cupientes; nobilibus, dilectis, & fidelibus noſtris univerſis & ſingulis vices-gerentibus gubernatoris generalis, juſtitiis, juratis, vicariis, bailivis, Salmedinis, cæteriſque officialibus, ac univerſitatibus & ſubditis noſtris, & dictorum officialium loca-tenentibus, præſentibus & futuris, tenore præſentium de noſtra certa ſcientia, & expreſsè dicimus & mandamus ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnaque mille florenorum Aragoniæ, quatenus quæſtores ipſos in Eccleſiis, vel nomine alicujus Sancti quæſtum facere nitentes, ſi ſine obtentu literarum diœceſani, in cujus diœceſi ipſum facere volunt quæſtum, etiam ſi noſtras exhibuerint, vel noſtrorum officialium literas, aut aliorum quorumcumque, nullatenus admittatis, nec ipſius occaſione quæſtus eleemoſynas petere, ſermones aut expoſitiones verbi Dei populo minimè fieri permittatis, ſeu eiſdem literas aliquas concedatis: quinimmo per nos conceſſas, ſi à diœceſano prædicto non obtinuerint licentiam, literas quæſtûs hujuſmodi faciendi, ut præmittitur, ab eiſdem recuperetis, & eas ad nos remittere procuretis: eas verò, quas vos, ſeu aliqui veſtrûm eiſdem conceſſeritis, illicò revocetis, prout nos præſentium ſerie revocamus, & pro revocatis haberi volumus & jubemus. Hocque non mutetis, ſeu differatis aliqua ratione ſeu cauſſa. Nos enim contrarium faciendi vobis & cuilibet veſtrûm tollimus omne poſſe. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro ſigillo communi munitas. Datum Dertuſæ die 12. menſis Octobris, anno à Nativitate Domini MCDXXIX.

Rex Alphonſus.

Legatus curat publicari in Cõcilio XXII. conſtitutiones ſynodales, quæ omnes fuerũt receptæ.

67. Poſtmodum idem præfatus D. Cardinalis ſuper reformatione Eccleſiarum & ſtatus Eccleſiaſtici partium prædictarum, in Concilio præſidens, juxta capitula per Concilium ad reformandum ſibi tradita de & ſuper diverſis Eccleſias & clerum ac ſtatum Eccleſiaſticum concernentibus, edidit & publicavit, ac coram ſe per notarium publicum in Concilio præſentia omnium ſolenniter de verbo ad verbum altâ & intelligibili voce perlegi fecit viginti duas conſtitotiones, de veſtibus rubeis non deferendis, cui ſe oppoſuit pro Eccleſia & diœceſi Urgellenſi vicarius D. Epiſcopi Urgellenſis, dicens Eccleſiam Urgellenſem habere in obſervantia & conſuetudine deferendi, cui per D. Legatum, ut doceret de privilegio & jure ſpeciali, aliàs non audiretur, fuit injunctum: nec docuit: ſicque receptæ ſunt omnes, quarum tenor per ordinem ſequitur, & eſt talis.

68. Anno

68. Anno quo ſuprà, & die ſabbathi, quæ fuit, & intitulabatur quinta menſis Novembris, anni ſuperiùs annotati, in domo Epiſcopali Dertuſenſi prædicto domino Cardinali Legato præſidente, reverendiſque in Chriſto Patribus, dominis, Tyraſonenſi, Ilerdenſi, Gerundenſi, Oſcenſi, Dertuſenſi, Vicenſi, Elnenſi, & Valentino Epiſcopis, ac aliis Prælatis, ſyndicis & procuratoribus aſſiſtentibus, meque notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentibus, fuerunt lectæ & publicatæ per Cypreſſium Balaguerii conſtitutiones infraſcriptæ, quas mandavit idem dominus Legatus per univerſas civitates, diœceſes, ac loca provinciarum Tarraconenſis & Cæſar-auguſtanæ inviolabiliter obſervari, quarum quidem conſtitutionum tenor ſequitur, & talis eſt.

CAPITULA.

I. *De vita & honeſtate clericorum. Et prohibet certas veſtes & folleratas.*

69. Decet vitæ Eccleſiaſticæ profeſſores tantò præ cæteris honeſtate pollere, quantò à vulgari populo ſegregati, Dei ſunt in ſortem aſſumpti, & in domo Domini familiaribus obſequiis inſiſtentes, morum compoſitionis & honeſtatis cæteris de ſe præbeant ſpeculum & exemplum. Hinc eſt quòd circa clericorum vitam moribus adornandam, & honeſtatem geſtu, actu, & habitu exhibendam, & ab indecentibus ſæcularium rerum negociis clericos ſequeſtrando, tam à Jure communi, quàm per conſtitutiones Legatorum Apoſtolicę ſedis, ac provinciales & ſynodales plura fuerunt laudabiliter inſtituta, quorum multa præſumptuoſa transgreſſorum audacia ſauciavit. Univerſos igitur Eccleſiarum Prælatos propenſiùs exhortamur, ut circa prædicta per actuales exſecutiones rigidas & diſtrictas, conſtitutiones & jura prædicta ſolerter ſtudeant inſtaurare, & clericos beneficiatos, aut in ſacris ordinibus conſtitutos, à procurandis & adminiſtrandis bonis vel negociis laïcarum perſonarum penitùs arceant. Huic igitur adjicimus ſanctioni, quòd nullus in ſacro ordine conſtitutus, aut religioſus vel clericus Eccleſiaſticum obtinens Beneficium, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, aut conditionis exiſtat, publicè veſtiri audeat veſtibus alterius panni, quàm de lana vel ſtani, non rubei vel viridis coloris, & brevitate vel longitudine nimia non notandis, ultra tres digitos veſtium longitudo non ſuperet veſtimenti, neque folleratus deferat pellium de marthis, de fagnes, de vebres, de ludries, de ſquirole, aut vulpium, neque veſtes fiſſas in lateribus ullo modo, neque etiam retrò, præterquam in itinere itinerandi cauſâ conſitutus, neque diploïdes, aut collaria, vel manicas de panno ſerico, & quòd (Prælatis, doctoribus, magiſtris, licentiatis, & nobilibus, & Cathedralium Eccleſiarum canonicis, dignitatemque vel perſonatum obtinentibus dumtaxat exceptis) nullus audeat in veſtibus, vel capucciis folleraturam portare de vois vel griſis uſu vinctorum: quarumcumque pellium in manicis vel collariis ab omnibus & ſingulis ſupradictis penitùs rejecto. *Tenor conſtitutionũ ſynodalium.*

70. Qui verò contra aliquod ſuperiùs expreſſorum præſumpſerit facere vel venire, veſtem, quam contra noſtram prohibitionem hujuſmodi auſu temerario publicè portare præſumpſerit, fabricæ, vel ornamentis cathedralis, vel collegiatę, aut parochialis Eccleſię, vel monaſterii, ubi talis fuerit transgreſſio attentata, erogare & tradere teneatur.

71. Ad hęc inſuper adjungentes, quòd ſi quiſquam præſentis conſtitutionis transgreſſor ad ſui Prælati mandatum, veſtem contra hanc conſtitutionem delatam infra ſex dies fabricæ, vel ornamentis, ut prædicitur recuſaverit erogare, per tres annos ipſo jure à Beneficiis quæ obtinet, ſit ſuſpenſus; & non beneficiatus per idem tempus efficaciter inhabilis ad Eccleſiaſticum Beneficium obtinendum: locorum Ordinarios ſub obteſtatione divini judicii commonentes, quatenus circa hujuſmodi obſervantiam ſtatuti ſic ſe vigiles exhibeant & ſolertes, ne in diſtricto Dei judicio ſanguis ſubditorum de Prælatorum negligentium manibus requiratur. Quod ſi negligentes exſtiterint in præmiſſis, ad valorem veſtis propter eorum negligentiam non traditæ ipſi fabricę, vel ornamentis in foro conſcientiæ teneantur, aliis juris communis legatorum, & provincialibus vel ſynodalibus ſtatutis, circa quæ præſens non complectitur conſtitutio, in ſuo permanentibus robore ac valore. Per hoc tamen non intendimus præjudicare illis, qui ſuper præmiſſis, Apoſtolicæ ſedis privilegiis, de quibus legitimè conſtare poterit, fuerint muniti.

II. *Contra clericos concubinarios.*

72. Ad exſtirpandam incontinentiæ maculam, quę inter cætera vitia, & divinam provocat majeſtatem, & Eccleſiaſtici ſtatus honorem deducit in vilipendium & contemptum, plura, tam à ſacris Canonibus, quàm à conſtitutionibus, & Legatorum Apoſtolicæ ſedis, provincialiumque & ſynodalium medicaminum ſunt propria præparata fomenta; attamen (proh dolor!) penitùs eliminari nequeant, propter quod eſt jugiter inſiſtendum, ne multiplicatus invaleſcat, ut Chriſti miliriam valeat devaſtare.

73. Hinc cogimur vetera pariter & nova commemorare remedia, & ſolicita meditatione penſare, quomodo peſtem hanc exterminare radicitùs valeamus: his omnibus ſedula recogitatione digeſtis, tandem duximus providendum, univerſos & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Magi-

Digitized by Google

Magiſtratus, miniſtros, & alios ordinarios, cujuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ſive ſæcularis vitæ, ſive regularis, vel etiam ordinis militaris, eorumque vicarios & officiales, teſtes ſynodales, & procuratores fiſcales, ſub * oſtentatione divini judicii, ſtrictiſſimè commonere, ut circa exſtirpandum à clero, Eccleſiaſticiſque perſonis incontinentiæ vitium, prout inferiùs continetur, ſolicitè ac vigilanter intendant, quatenus omni libidinis fœditate repulſa, puritas fulgeat pulcherrimæ honeſtatis: quodque ſi quiſquam clericus, Eccleſiaſticave perſona recepta fuerit in concubinatu notorio permanere, ab officio & beneficio denuncietur ſuſpenſus, & inhabilis ad obtinendum Beneficium Eccleſiaſticum, gradûs vel honoris aſcenſum, & pro tali in Eccleſia in qua eſt beneficiatus, & in Eccleſia ſub qua degit, necnon in Cathedrali Eccleſia publicetur: nec ad ea à quibus ſic ſuſpenſus, & inhabilis fuerit nunciatus, unquam reſtituatur, quouſque abjectâ & ſeparatâ à ſe penitus concubinâ, ſaltem per duos menſes in caſtitate permanſerit, & pœnitentiam egerit ſui corporis, ſuperioris arbitrio indicendam: Et ſi poſtea * apertus fuerit eandem admittere, vel aliam concubinam, & notoriè in concubinatus crimen relabatur, iterum pro ſuſpenſo & inhabili conſimiliter publicetur, nec tunc reſtitui valeat à quocumque, niſi penitùs abjectâ concubinâ, ſaltem per quatuor menſes vitam in caſtitate produxerit, actâque gravi pœnitentia, quam in corpore ſuo judicis ſui arbitrio decernimus inducendam. Et ſi deinceps tertiò relapſus fuerit in concubinatu notorio, privetur omnibus Beneficiis, & aliàs carceribus affligatur, ut ſic ferro exuſta vulnera, & ſecata ſanentur, quæ fomentis nequiverunt medicinæ ſanari, taliumque gravis caſtigationis exemplo mentes teneat, & incentivos comprimat aliorũ, ſanè ſi quiſquam ordinariorum, vel officialium prædictorum, circa hæc corrigenda notabili negligentia fuerit repertus culpabilis, & per ſuperiorem ipſius negligentia ſuppleatur, & digna punitione mulctetur.

* ſ. obcæcatione.
* ſ. repertus.

74. Prohibemus inſuper, ne ab aliquo fornicario notorio in ejus damnato concubinatu permanente, aliqua pecunia, munus vel donum quiſquam ordinariorum vel officialium prædictorum publicè vel occultè recipiat: quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum ad erogandum in pios uſus, id quod receperit, ad duplum valoris ejuſdem ipſo facto etiam ſine ſuperioris mandato, pœnæ nomine teneantur, conſtitutionibus omnibus ſuper hac materia editis, & illa domini Sabinenſis (niſi in eo quod excommunicationis ſententiam adjicit) in ſuo robore permanentibus.

II. *Contra religioſos ordinis militaris concubinarios.*

75. INter * ſolicitudinis, noſtræ legationis officio incumbentes, illa * præcipuè eſt, virtutes inſerere, & vitia eradicare; licet enim ſacris Canonibus ſtrictiſſimè ſit cautum, religioſos caſtitatem ſervare, concubinam vitare, ut debitum altiſſimo valeant reddere famulatum; quorundam tamen relatione fidelium noſtris auribus eſt intimatum, quod aliqui militarium ordinum religioſi non ſolùm creatoris ſint offenſores, verum etiam famæ ſuæ prodigi & proprii perſecutores honoris, mulieres in eorum domibus paſſim admittunt, cum eis cohabitant & morantur: quod niſi celeriter adhibeatur remedium, præceptoriæ, Eccleſiæ, & conventus, ac eorum membra & bona ipſorum ad irreparabilis deſolationis opprobrium deducentur, prout jam dehiſcente Eccleſia grandem patiuntur ruinam: attendentes autem vulgatam infamiam, grave ſcandalum & vehementem ſuſpicionem exorta, cùm inter alia ſubſtantialia regulæ, omnibus religioſorum annexa ſit cuſtodia caſtitatis, porta & principium aliarum virtutum, ſitque jam noſtro ſalubri ſtatuto proviſum, ſuper continentia Eccleſiaſticarum perſonarum, quòd præcipimus tenaciter obſervari, peculiariùs tamen, prout decet, circa religioſos fœditate luxuriæ involutos, rigorem dulcioris miſericordiæ temperantes, in regulari conſtitutione ſancimus, ut quiſque religioſus ita ſtudiosè votum caſtitatis obſervet, & concubinam evitet, ut Deo animam cum fiducia valeat præſentare: ſi verò religioſus militaris exemptus, vel non exemptus, cujuſcumque dignitatis, ordinis: militiæ, vel ſtatus exiſtat, de præſenti vel in poſterum concubinarius notoriè fuerit, excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto, diſtrictè præcipiendo ordinariis locorum, quòd religioſum ordinis militaris ſic excommunicatum, tamdiu faciant publicè nunciari, donec ab hujuſmodi ſententia meruerit abſolutionis Beneficium obtinere, à qua abſolvi non valeat, niſi prius ſine fraude penitùs abjecerit concubinam, & per menſes quatuor in caſtitate vixerit, ut tenetur. Quod ſi ad * vomitum redierit ipſius vel alterius concubinæ, abſque ſpe veniæ, dignitate, officio, & Beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque perpetuò ſit privatus, & effectus inhabilis ad dignitatem, officium, vel Beneficia Eccleſiaſtica obtinendum, in virtute ſanctæ obedientiæ ſub excommunicationis pœna; eidem religioni ordinis militaris injungentes, quod honeſtis veſtibus in panno, colore, forma, & habitu utantur, prout in fundatione ipſorum ordinum, & ſecundùm ſtatuta regulæ portare, & incedere tenentur, & obligati exiſtunt.

* ſ. ſollicitudines.
* ſ. præcipua.
* ſ. ad fomitem.

IV. *Quòd conſtituti in ſacris, & beneficiati habeant propria breviaria.*

76. NE divinæ ſervitutis cenſus, quem de fructu laborum ſuorum offerre tenetur quilibet clericus, Eccleſiaſticum Beneficium poſſidens, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, dum per occupationes alias conventui Eccleſiæ intereſſe non valet ex defectu breviarii omittatur, providè duximus ſtatuendum, ut per locorum ordinarios beneficiati prædi-

prædicti, & in ſacris ordinibus conſtituti ad habendum propria breviaria infra tempus ipſorum Ordinariorum arbitrio moderandum coërcitione diſtricta cogantur, nulluſque de cætero in diaconum ordinetur, qui non habeat breviarium, & in practica & peritia divinum officium faciendi per examen reperiatur idoneus.

V. *Ut nullus non idoneus promoveatur ad ſacros ordines.*

77. NIhil eſt quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm indecens promotio indignorum, nam dum indignis ad ſacros ordines patet aſcenſus, inordinata creſcit ambitio, & proficiendi in ſcientia cura & ſtudium amputatur, & Eccleſiaſtici ordinis dignitas ducitur in contemptum.

78. Univerſos igitur Epiſcopos ſub * oſtentatione divini judicii commonemus, ut unuſquiſque tanquam ſervus fidelis & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ſic fideliter & prudenter attendant, cui divina ſacramenta committant, ne ſi ultra debitam menſuram alicui credant, aut infidelitatis ſi ſcienter, aut imprudentiæ ſi ignoranter, in diſtricto judicio valeant culpa notari: ſed providi ad ſacros ordines de ætate, moribus & ſcientia debito ſubjiciantur examini, & circa eos, quæ à ſacris Canonibus conſtitutione domini Sabinenſis, & conſtitutionibus provincialibus & ſynodalibus, & noſtra etiam ſtatuta ſunt, ſic teneantur & obſerventur, nec ſub ſpe futuri profectûs aliquis ordinetur, niſi actualiter tempore promotionis reperiatur idoneus: ſanè quia aliqui proprii Prælati notitiam fugientes, vel aliis exquiſitis modis minus idonei, immo penitùs illiterati, ſacerdotale officium ambierunt, omnibus Eccleſiarum Prælatis injungimus, eorum conſcientiam onerando, ut ſi de aliquorum inſufficientia eorum aures notabilis fama pulſaverit, tales examinationi ſubjiciant, & ſi eos ſic inſufficientes reperiant, ab officii ſacerdotalis executione ſuſpendant, uſquequo per ſtudii exercitium debitam ſufficientiam fuerint aſſecuti. Cæterùm ut addiſcendi & proficiendi in ſcientia opportunitas clericis conferatur, Eccleſiarum Prælatos, & capitula propenſiùs exhortamur, ut circa reformandas & conſervandas ſcholas artium, ſolerter ac diligenter intendant, ut tales in ſcholis clerici nutriantur, qui meritò fieri valeant ſacerdotes.

* ſ. obteſtatione.

VI. *De modo inſtruendi populum circa * Fidem neceſſaria.*

* ſ. ad Fidem.

79. SAluti animarum plurimùm dignoſcitur opportunum, ut unuſquiſque fidelis agnoſcat, & ſciat quid credere debeat, ſcilicet articulos Fidei; quid petere, ſcilicet quę in oratione Dominica Chriſtus nos docuit poſtulare: quæ ſervare, videlicet decem pręcepta legis: quæ vitare, ſcilicet ſeptem peccata mortalia: quid optare, gloriam Paradiſi * & ſperare: quid timere, pœnas inferni, quod Chriſtianæ doctrinæ breve & utile epilogum eſſe cenſeatur, quæ à multis popularibus, ut percepimus, ignorantur.

* ſ. q. opt. & ſp. Gl. Par.

80. Hac igitur conſtitutione diœceſanis omnibus, & aliis Prælatis Eccleſiaſticis ſuper his juriſdictionem Eccleſiaſticam habentibus diſtrictè præcipiendo mandamus, ut per viros literatos & probos dictari, & ſcribi faciant aliquod breve compendium, in quo prędicta omnia, quantum populare eſt ſcire neceſſe, diſtrictè comprehendantur & clarè. Quodque compendium ſic commodè dividatur inter partes, ut per ſex vel ſeptem lectiones valeat declarari, & ſic per totius anni decurſum repetitis vicibus per curatos diebus Dominicis populo taliter faciant explanari, ut excuſſis ignorantiæ tenebris populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laïcis omnem materiam de Fide Catholica diſputandi, diœceſanis aliiſque judicibus Ordinariis Eccleſiaſticis ſub interminatione divini judicii ſtrictiùs injungentes, ut contra laïcos de Fide Catholica diſputare attentantes, taliter inſurgant, ut jura communia per cenſuram Eccleſiaſticam tenaciter obſerventur.

VII. *Quòd in privatis domibus ſacramenta non adminiſtrentur, nec celebrentur Miſſæ pro nuptiis, ſepulturis, vel * novinuptiis.*

* ſ. novis nuptiis.

81. SIcut omnibus unum eſt, & æqualiter efficax Euchariſtiæ ſacramentum, ſic eſſe debet modus miniſtrandi unus omnibus & conformis, cum debita cęremonia & reverentia ſingulari. Quapropter ne ipſum aſſociare, & venerari volentium lucrandi conceſſas indulgentias meritum ſubtrahatur, ſtatuimus, quòd nemini ſano per privatas domos vel capellas ſacramentum Euchariſtiæ miniſtretur, ſed ipſis ſanis in Eccleſiis, & certis locis ad hoc deputatis, vel etiam ſpecialiter deputandis. Ad infirmos verò, ab ipſis Eccleſiis deferatur, accenſis luminibus honorificè & decenter. Cæterùm pręſenti ſalubri ſanctione prohibemus, ne in domibus privatis ſacrum baptiſma alicui conferatur, ſed Clementina ſuper hoc diſponens, efficaciter obſervetur, neque etiam Miſſa pro nuptiis, vel ſepulturis, vel * novinuptiis in domibus celebretur.

* ſ. novis nuptiis.

VIII. *Quòd ſine auctoritate Ordinarii nullum Beneficium inſtituatur nec recipiatur, niſi dos ejus ad ſuſtentationem vitæ ſufficiat.*

82. QUæ magna ſont & veneratione condigna, ſi paſſim pro quorumlibet voluntatibus exercentur, ſua numeroſitate vileſcunt, abſorbetque regendi ordinem incompoſita moltitudo: hoc ſedula meditatione penſantes, quodque pertinet ad decus Eccleſiæ, quodque vituperari vel infamari poterit prævidere, ſicque Eccleſiaſtica Beneficia conſtitui ſuper ſtabili ſundamento, ne in opprobrium Eccleſiæ facilè deſerantur volentes: horum ſerie duximus ſtatuendum, quod nullum de cætero Beneficium Eccleſiaſticum ſine auctoritate Ordinarii, ad qoem pertinet, in aliqua Eccleſia, vel cappella quomodolibet ordinetur, qui quidem Ordioarius non aliter fundationi, vel ordinationi hujuſmodi Beneficii auctoritatem præbeat aot conſenſum, niſi prius dos ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ presbyteri aſſignata fuerit in loco idoneo & ſecuro, quodque in ſua auctorizstione clauſulam adjiciat ſubſequentem: *ſalvis canonicis inſtitutis, & auctoritate providè diſpenſatis*, quam clauſulam, etiamſi omiſſa fuerit, haberi volumus pro inſerta, contra ſaciendi poteſtatem Prælatis omnibus abdicantes.

IX. *Quòd neophyti per cenſuram Eccleſiaſticam, & aliàs diſtrictè compellantur infantes ſuos infra octo dies à die nativitatis deferre ad baptiſmum.*

83. INaudita crudelitas noſtrum pulſat auditum, quòd nonnulli à judaïſmo, vel paganica cæcitate converſi, infantes ſuos, quos per ſancti baptiſmi lavacrum eripere poſſint, damnabili negligentia, vel incuria ſubeſſe permittant jugo diabolicæ ſervitutis. Icircò locorum Ordinariis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenos parentes hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, aliaque Juris remedia diſtricta coërcitione compellant, quatenus intra octo dies ab ipſorum infantium nativitate oumerandos, ſacrum eos recipere faciant baptiſmatis ſacramentum, omni prorſus excuſatione, & dilatione ſemotis: in iis diſtrictè & rigidè procedendo per aggravationem cenſuræ Eccleſiaſticæ, & etiam ſi opus fuerit, invocationem brachii ſæcularis.

84. Monemus inſuper, & ſub interminatione divini judicii obteſtamur, omnes dominos temporales quatenus Eccleſiaſticis judicibus in premiſſis aſſiſtentes adjutores, & cooperatores exiſtant auxiliis & remediis opportunis.

X. *Quòd vicarii & principales officiales Epiſcoporum ſeu Ordinariorum Eccleſiaſticorum habeant eſſe in ſacris ordinibus conſtituti.*

85. PErpetuò ordinamus edicto, vicarios generales aut principales officiales diœceſanorum ſeu Ordinariorum Eccleſiaſticorum eſſe debere in ſacris ordinibus conſtitutos, decernentes omnes actus vicarii aut principalis officialis non conſtituti in ſacris ordinibus, ſi qoos contigerit de cætero actitari, nullius eſſe roboris vel valoris.

XI. *Contra illos qui familiaritatem Regis impetrant fraudulenter.*

86. QUoniam, ut inquit Gregorius, uniuſcujuſqoe præſidentis mentem curarum denſitas vaſtat, cumque animus dividitur ad multa, fit minor ad ſingula, tantoque ei in unaqualibet re ſubripitur, quantò latiùs in multis occupatur, mirandum non eſt, ſi qoandoque contra concedentis intentum quicquam extorquet improbitas importona. Sanè licet jamdudum ſereniſſimus Aragonum Rex ſuæ juſtiſicatæ mentis intentum inſinuaverit proviſione regali decernens, quod familiaritatis ſuæ privilegiis illi tantummodo gaudere debeant, qui omni fictione ceſſante verè familiares exiſtunt.

87. Nonnulli tamen ut exceſſuum ſuorum queant debitam coërtionem evadere, familiaritatis regiæ literas impetrare, & ad eluſionem ſuorum ſuperiorum eis uti conantur. Volentes igitur morbo huic enervanti Eccleſiaſticam diſciplinam ſalubri providere medela, decernimur quòd omnes & ſinguli, qui cùm non ſint veri familiares, familiaritatis literas, ut prædicitur, impetrare, ipſiſque uti de cætero attentaverint, Beneficiis quæ obtinent, ſint privati ipſo facto, & non beneficiati per triennium ſint inhabiles ad Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum, juribus ac conſtitutionibus provincialibus circa prædicta ſalvis remanentibus & illæſis.

XII. *Contra eos, qui ſub colore miſerabilitatis, vel modis aliis exquiſitis, clericos ad vetita judicia trahere moliuntur.*

88. LIcèt contra eos qui clericos vel Eccleſiaſticas perſonas in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis trahere nitantur ad judicium ſæculare, manifeſta ſint ſacrorum Canonum ſtatuta: quorundam tamen aſtutia fraudulenta, ſub miſerabiiitatis & oppreſſionis colore ad vetita peragendum excogitatas nititur ſemitas invenire. Talium igitur abuſibus

pro

pro libertatis ac immunitatis Eccleſiaſticæ conſervatione per ſtatota jam Juris remedia diſtrictè præcipimus obviari, univerſis Eccleſiarum Prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ injuogentes, quatenus ſtatutum felicis memoriæ Bonifacii VIII. incipiens: *Qui ut intelleximus*, in ſuis ſynodis & ſuarum diœceſum Eccleſiis faciant publicari, & cootra ipſum veuientes excommunicatos declarent, & faciant publicè nuociari, ſacris Canonibus, ſtatutis provincialibus, & ſynodalibus ſalvis remanentibus & illæſis.

XIII. *Contra inflammantes animos potentum contra Eccleſiam & Eccleſiaſticam libertatem.*

89. AVaritiæ * faucibus ſucceuſi quorundam animi adeò inardeſcunt, ut propriæ ſalutis obliti, omni divioæ majeſtatis ſpreto timore, adversùs Eccleſiaſticam libertatem, Eccleſiaſticaſque perſonas temporalium * dominiorum, univerſitatumque præſidentium ioſlammare animos & accendere moliantur. Ut igitur tam deteſtabilis malignorum audacia compeſcatur, præſentis noſtræ conſtitutionis tenore ſancimus, ut quæcomqoe perſona religioſa, ſive Eccleſiaſtica cujuſvis conditionis, ſtatus, gradus, aut dignitatis exiſtat, palàm vel occultè principem, dominum temporalem, officialem, ſæcularem judicem, vel oniverſitatis rectorem, aut ipſam oniverſitatem contra Jura Eccleſiæ, vel ipſius Eccleſiaſticæ libertatis inflammaverit, vel * concilium aut patrocioium dederit, vel Eccleſiaſtica inſtromenta in præjudicium Eccleſiæ ſcienter occultaverit, vel contra ipſam Eccleſiam doloſè, ſeo volontariè exhibuerit, excommonicationis ſententiâ abſqoe ſpe veoiæ innodetur, & à Beneficiorum ſuorum froctibus, ſi beneficiatus fuerit, per trienuium ſit ſuſpenſus: ſi verò non fuerit beneficiatus, per idem tempus ſit inhabilis ad quodcomqoe Beneficium Eccleſiaſticom obtinendum: univerſis Prælatis ſub oſtentatiooe divini judicii præcipimus & mandamus, ot à prædictis ſe abſtineant, aliis pœnis à Jure commuoi, cooſtitutionibus provincialibus & ſynodalibus in ſno robore doraturis.

* l. facibus.
* f. dominorum.
* f. conſilium

XIV. *De negligentia Prælatorum regularium, circa ſubditorum corrigendos exceſſus.*

90. QUoniam ſi gubernaculum diſciplinæ contemnitur, inſtat ut religio naufragetut, & io non modicum religionis ſcandalum effrænata irreligioſitas evagetur, ſi delioquentium inſolentia debitæ correctioois verbere noo fuerit caſtigata. Iccircò religioſorum ordinum gubernationi, vel regimini præſidentes, ſub oſtentatione divini judicii commonemus, ot circa ſuorum corrigendos exceſſus, tanto magis vigilantet intendant, & conſtanter aſſurgant, quantum eorum infamia, quorum propter ſtatûs ſublimitatem, & regularis vitæ, ac ſanctimoniæ puritatem, mores & vita eſſe debent cæteris in ſpeculum & exemplum, per actus contrarios cedit in grave ſcandalum aliorum, quòd ſi talium delinquentium notorios exceſſus Prælati eorum debita caſtigatione punire neglexerint ultra divinam vindictam à ſede Apoſtolica abſque ſpe veniæ ſperent duriſſimam oltionem.

XV. *Contra judices delegatos metas ſui officii excedentes.*

91. ET ſi Apoſtolicæ ſedis providentia circumſpecta ſalobritet ſtuduerit providere, ut talibus perſonis conſervatoris, & delegati judicis officia committantur, de quibus veriſimiliter ſperetur, quod ſic injuncti ſibi officii vices expedient, quod poteſtatis eis traditæ limites uon excedent, experientia tamen rerum magiſtra docente, comperimus ex multorum talium aboſu ſæpe grandia fore illata diſcrimina, cenſurâ Eccleſiaſticâ injuſtè ligando, ac denonciaodo ipſius cenſuræ ſeotentiâ innodates, pluraque enormiâ perpetrando in perniciem Eccleſiarum, & ſcandalom plurimorum.

92. Nolentes igitur ſedis Apoſtolicæ auctoritatem per actus indiſcretos & improbos qooroudam conſervatorum vel delegatorum ipſorum exſecutorum vel ſubexſecutorum, quaſi tenebroſiſſima caligine obſcurare, ſed eorum auſus temerarios * exprimere cupientes, prçſentium tenore io virtute ſanctæ obedientię, auctoritate qua ſungimur, diſtrictè prçcipieodo mandamus eiſdem, oe ultra limites traditæ poteſtatis, aliquid facere, ſeu attentare præſumant, cùm eoucleati Juris exiſtat poteſtatem eis conceſſam excedentes, velut privatos debere, & meritò repotari, & ſit juſtum contra noo ſervantes traditam eis formam, jura, & ipſorum miniſtros taliter inſurgere, ot effræoata audacia debitâ juſtitiâ compeſcatur, & ut omnes fraudes, & figmenti materia penitus evitetor in prima litera, quæ ab aliquo conſervatore de judice delegato exſecutore, vel ab eis gerentibus vices in cauſſa aliqoa emanaverit, teoor ſuæ commiſſionis integraliter inſeratur.

* f. reprimere

XVI. *Excommunicantur quaeſtores, qui ſine literis diœceſani quæſtum facere, vel prædicare attentabunt.*

93. QUæſtores Eccleſiarum, vel aliorum quorumlibet piorum locorum ſine literis propriis diœceſani, in cujus diœceſi quæſtum faciunt, non recipi, nec ad prædicandum admitti, jam pluries repetitâ fuit conſtitutione prohibitum, ſed nondum potuit ipſorum audax præſumptio efficaciter coërceri: propterea dignum arbitramur ipſorum audaciam pœnarum adjectionibus refrænare.

94. Si quis igitur ſine literis proprii diœceſani, cujus eſt diœceſis, quæſtum exercet, aut prædicationis officium (quod nonniſi viros approbatos decet agere) auſus fuerit attentare, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & à Beneficiis Eccleſiaſticis, ſi quæ obtinet, per triennium ſit ſuſpenſus, & per idem tempus ſit inhabilis ad quodcumque Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum, pœnis aliis quibuſcumque, & ſtatutis remediis ſemper ſalvis.

XVII. *Providet adverſus exceſſus clericorum, & religioſorum, quòd ſine literis Ordinariorum ad audiendum confeſſiones non admittantur.*

95. CUm in Eccleſię corpore omnes ſicut membra locati debeant ſe invicem confovere, deviat ab ordine rationis, quòd quidam propriis commodis nimis avidè intendentes, dum quæ ſua ſunt ſtudent, non quæ Chriſti aſtutiſſimè procurare, aliorum Juribus, & quod majus eſt, famæ detrahere moliuntur. Sanè queruloſa inſinuatione noſtras pervenit ad aures, quod nonnulli clerici, ſeu religioſi, ſtatuta ſacrorum Canonum ſuper iis edita contemnentes Prælatorum Eccleſiæ famam detractionum morſibus lacerare, Eccleſiarumque Juribus detrahere, & prędicare conantur.

96. Nos igitur inſaniam hanc cupientes ab Eccleſiæ corpore totaliter extirpare, quatenus membrorum debita invicem conjunctione ſervata ſub unitatis & charitatis vinculo acceptabilis exhibeatur Altiſſimo famulatus, hoc perpetuo jubemus edicto, quòd clerici ſeu religioſi ab hujuſmodi detractionibus linguas ſuas ſtudeant refrænare, nec Eccleſiaſticis *Juris detrahant, aut ſibi ad invicem præjudicando, non populos retrahant ab Eccleſiarum parochialium frequentia vel acceſſu, ſed ſuper ſepulturis, decimis, vel primitiis, & aliis Eccleſiarum Juribus ſacros ſtudeant Canones inviolabiliter obſervare.

* f. juribus.

97. Quòd ſi quiſquam Prædicatorum deinceps Prælati alicujus famæ publicè & injurioſè detrahere, aut diffamatorios libellos dictare, ſcribere, vel in publico loco legere, vel affigere attentaverit, vel procuraverit, excommunicationis ſententiâ ipſo facto ſentiat ſe ligatum, à qua nullatenus poſſit abſolvi, niſi priùs coæquali publicatione laceratam famam ſtuduerit reparare, & à ſic offenſo veniam humiliter poſtulaverit, diſtrictiùs injungentes inviolabiliter obſervari conſtitutionem domini Bonifacii VIII. quæ incipit: *Animarum ſaluti*, & illam D. Clementis, quæ incipit: *Religioſis*: diœceſanis, aliiſque locorum Ordinariis eſſe licitum decernentes, quòd poſtquam eis conſtiterit aliquem ſeu aliquos de prædictis in excommunicationis ſententias occaſione præmiſſorum incidiſſe, ipſos excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de abſolutione eis fuerit facta fides, necnon circa prædicationis exercitium, vel audiendum confeſſiones, vel ſuper Juribus ſepulturæ, Clementinam, quæ incipit: *Super cathedram*, ſub obteſtatione divini judicii præcipimus tenaciter obſervari.

98. Cæterùm quoniam ubi periculum majus eſt, ſolertior debet adhiberi cautela, ne animarum ſaluti, per quemquam confeſſoris officio abutentem illudi valeat, aut ipſum officium debitè peragentium fama, iniquorum abuſibus maculetur, ſtatuti hujus tenore ſancimus, quòd nullus clericus ſæcularis, ſine diœceſani vel Ordinarii Eccleſiaſtici, cui hoc pertineat, vel ipſorum vicariorum, vel officialium ad hoc habentium poteſtatem, aut proprii curati licentia, in Eccleſiis parochialibus, ſine diœceſani literis admittatur, quas literas ipſi diœceſani, aut eorum vicarii generales, clericis, quos adhuc conſtabit eſſe ſufficientes & idoneos, quoſque ut præfertur, duxerint admittendos, eiſdem gratis, & ſpontanea voluntate concedere, & tradere teneantur, in quibus quidem literis caſus Epiſcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur, quos caſus, cautè in genere ac directè per curatum Eccleſiæ populo, antequam ad audiendum confeſſiones admittantur, præcipimus intimari, ut pateſiat in aliis caſibus Epiſcopalibus abſolvendi poteſtatem aliquam non habere.

99. Ut religioſi in ſacramento pœnitentiæ & confirmationis reddantur attenti hoc ſtatuto ſalubri in virtute ſanctę obedientiæ prohibemus, ne religioſi priuſquam juxta conſtitutionem Clementis, *Super cathedram*, per eorum ſuperiores electi, præſentati, & per Ordinarios ad confeſſiones admiſſi fuerint, confeſſiones ſæcularium audire præſumant: nec locorum Ordinarii aliquos admittant, niſi, ut præfertur, per eorum ſuperiores ad hoc priùs electos, & prȩſentatos; ſicque electi, preſentati, & admiſſi de caſibus ab Epiſcopo reſervatis, quemquam abſolvere audeant, niſi literas ſuper abſolutione hujuſmodi à locorum Ordinariis priùs obtinuerint, in quibus quidem literis caſus Epiſcopales, * quo eis con-

concedere voluerint, exprimantur, eaſque literas Curatis Eccleſiarum exhibeant, ut Eccleſiæ populo pateſieri valeant, ut eſt dictum: Iidemque Ordinarii gratis, ſine ſolutione aliqua tales literas eiſdem religioſis, quos ad hoc reputabant idoneos, tradere teneantur. In Domino exhortantes Prælatos, & Ordinarios Eccleſiaſticos, ut circa religioſos præfatos charitativè ſe habeant, ut teneantur: per prædictam * tamen præjudicare nolumus quibus de jure communi vel indulto Sedis Apoſtolicæ aliud competit in præmiſſis. * *F. prædicta.*

XVIII. *Quòd Eccleſiarum Prælati bona decedentium, qui de bonis ſuis debitè diſpoſuerunt, non audeant occupare.*

100. ECcleſiarum Prælati bona decedentium religioſorum, quibus permiſſum eſt ſecundum ſtatuta, vel laudabiles conſuetudines de bonis à Deo ſibi collatis diſponere, nullatenus audeant occupare, ſi per eoſdem religioſos, juxta ſtatuta, vel conſuetudines prælibatas de bonis prædictis fuerit ordinatum; donec tamen in eorum diſpoſitionibus ſuis relinquant Prælatis, quæ debentur eiſdem, ſecundum ſtatuta vel conſuetudines laudabiles memoratas. Idem eſſe cenſemus de bonis clericorum ſæcularium decedentium ſi juxta formam provincialium vel ſynodalium conſtitutionum ſua ordinâsint teſtamenta vel ultimas voluntates.

XIX. *Quòd medici non viſitent infirmum ultra tertiam vicem, qui in illa infirmitate non fuerit confeſſus.*

101. DIlectionibus debitus ordo pervertitur, ſi * medicinæ corporis priùs & diligentiùs quàm ſanandis animæ vulneribus intendatur. Sanè licèt in ſacro Concilio Generali fuerit diſtrictè præceptum, quòd medici corporis, cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, ut medicos vocent animarum, ut poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis ſalutis remedium ſalubriter procedatur; ipſum tamen ſalubre ac utile ſtatutum, aut oblivione aut contemptu, fruſtrari cernitur debito obſervationis effectu. * *F. Medicina.*

102. Propterea cupientes, quòd pro animarum ſalute tam utiliter dignoſcitur ſtatutum, debitâ exſecutione potiri, univerſis corporum medicis diſtrictè præcipimus & mandamus, ut ipſum ſtudeant fideliter obſervare: ipſis nihilominus ſub excommunicationis pœna, quam incurrere volumus ipſo facto, mandantes, ut nullum infirmum ultra tertiam vicem viſitare præſumant, de quo non ſciant, quòd in illa ægritudine ſalutare Pœnitentiæ ſacramentum * ſuſceperint, adjicientes, ut cunctis nota ſit præſens conſtitutio, quòd locorum Ordinarii ſaltem quater in anno, videlicet in feſto Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis glorioſæ, teneantur, in principalioribus Eccleſiis ſuæ diœceſis, vel territorii conſtitutionem hanc facere publicare. * *F. Suſceperit.*

XX. *Quòd circa Sarracenos obſervetur Clementina.*

103. ZElus divini honoris nos commonet, ut quod tam patenter in offenſam divini nominis cedit, & quod ot opprobrium Fidei Chriſtianæ diſperdere & evellere pro viribus enitimur, zelatorem ipſius principem veræ Fidei, vigilemque cultorem D. Aragonum Regem, omneſque ipſius ditionis Prælatos, barones, nobiles, & milites ac univeſſitates monemus, & per viſcera miſericordiæ divinæ obſecramus, quatenus Clementinam de Judæis & Sarracenis, ſic, prout ad unumquemque pertinet, obſervent: eiſdem nihilominus injungentes, quòd ſanctorum Canonum, Conciliorum Provincialium, & ſynodalium ſtatuta, ad Dei honorem & exaltationem Fidei Chriſtianæ contra Judæos & Sarracenos, & in opprobrium ipſorum edita, quatenus inviolabiliter obſerventur, opem & operam adhibeant efficacem, & ab eorum ſubditis tenaciter faciant obſervari, ut plenariè obſervationis exſecutione clareſcant, & pro tanto ſervitutis obſequio diutinę propitiationis munere potiantur, ſi divinam & Sedis Apoſtolicæ effugere volunt ultionem.

104. Publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ conſtitutiones omnes & ſingulæ in Concilio Provinciali, de mandato reverendi domini Legati, anno, die, menſe, loco prædictis, præſente me Wenando de Caſterario clerico Laſturenſis diœceſis, publico, auctoritatibus Apoſtolica & Imperiali notario, ac Actorum in dicto Concilio ſcriba: in quorum teſtimonium hîc me propria manu ſcripſi, & ſignum meum, quo utor in publicis Inſtrumentis, appoſui conſuetum.

Loco ✱ ſigni.

105. His peractis, & ſuper eis retentis publicis documentis, reverendus dominus Legatus ſicut benignus eſt, atque dulcis, cunctis ibi præſentes benignè allocutus eſt, dicens: per Dei gratiam finem adeſſe Concilii, petens ex ſua magna humilitate, & urbanitate veniam ab eiſdem, ſi cuiquam eorum particulariter, vel in communi diſplicuiſſet, vel fuiſſet ingratus, offerens ſe facturum apud dominum noſtrum Papam & Sedem Apoſtolicam pro ipſis in communi, & in parti-

particulari quicquid poſſet, dans eis licentiam liberam, quando vellent, ad propria redeundi. Tunc ibidem cuncti Epiſcopi, Prælati, Abbates, & cæteri aſſurgentes, & genua flectentes humiliter, ab eodem domino Legato, quia ita reverenter, ſicut decebat, & tenebantur, non ſe habuerunt erga eum & ſuos, veniam poſtulârunt, ſupplicantes, ut plenariam Indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum in mortis articulo cuilibet eorum, qui præſentes in Concilio fuerunt, & iis qui ad Concilium debitè miſerunt, juxta facultatem ſuper hoc ei conceſſam de ſpeciali gratia, concedere dignaretur, quod idem dominus Legatus fecit liberaliter, & conceſſit juxta facultatem in Regiſtro Sedis Apoſtolicæ Romæ deſcriptam.

106. Hanc Indulgentiam & gratiam præfati omnes & ſinguli pro ipſis, & pro illis, per quos miſſi fuerant, cum humilitate & devotione acceptârunt, & ſolenni benedictione ab eorum domino Legato recepta ad propria ſunt reverſi, ſicque Concilium hujuſmodi præſtante Domino Jeſu Chriſto ſuum finem obtinuit felicem & optatum.

D E C R E T U M

Alphonſi Regis Aragonum De non accipiendis Reſcriptis, tempore ſchiſmatis graſſantis anno MCDXLII.

Nunc primùm prodit ex Ms. archivi regni Aragonum.

Alphonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Siciliæ citra & ultra Pharum, Valentiæ, Hungariæ, Hieruſalem, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ; ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, &c.

107. Quia per alias noſtras literas infraſcripta die expeditas, decrevimus per omnem ditionem noſtram, hac Antipapæ tempeſtate, obedienter neutralitatem ſervare, obſervarique facere; dum ſcilicet inter Papam Eugenium & Felicem erit contentio de Papatu, ita quòd nec Bullis, literis, ſententiis, proceſſibus, aut reſcriptis eorum, nec ſacri etiam Baſileenſis Concilii, nobis inconſultis ac ſine noſtra licentia obtemperari, ſeu aliquatenus obediri valeant, quodque interea occupata jura univerſa Cameræ Apoſtolicæ pertinentia; ſatisfacto priùs nobis de certis Apoſtolicis aſſignationibus, & aliis debitis ſuper eiſdem, futuro, ac vero, & unico declarando Pontifici reſerventur; confiſi ad plenum de fide, prudentia, & animi probitate veſtri venerabilis in Chriſto patris J. Epiſcopi Segobricenſis, & Sanctæ Mariæ de Albarazino, conſiliarii noſtri dilecti; vos dictum venerabilem Epiſcopum Cameræ Apoſtolicæ collectorem generalem creare ſtatuimus, & ordinamus.

108. Tenore itaque præſentis chartæ noſtræ gratis de noſtra certa ſcientia, & conſultè vos dictum venerabilem Epiſcopum in regnis noſtris Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, Cathaloniæ principatu, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ, ipſius Cameræ Apoſtolicæ collectorem generalem facimus, conſtituimus, creamus, & pariter ordinamus: volentes & concedentes vobis quòd in noſtris regnis, principatu, Comitatibus, & terris noſtris prædictis dictæ Cameræ Apoſtolicæ collector generalis ſitis: videlicet ad apprehendendum & occupandum nomine, & pro parte ipſius Cameræ Apoſtolicæ quoslibet Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, dignitates, & quævis alia Beneficia cum cura vel ſine cura, quos, quas, & quæ in dictis regnis, principatu, & Comitatibus per ceſſum vel deceſſum eorum ultimorum poſſeſſorum, ſeu aliàs quovis modo primùm vacare contigerit; quorum fructus, introitus, reditus, & proventus in poſſe receptoris, ſeu theſaurarii per nos ad hoc ſtatuendi & nominandi ponatis, ſen poni & aſſignari faciatis, ut ipſe receptor ſeu theſaurarius, quicumque fuerit, de fructibus, reditibus, atque proventibus ipſorum Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, dignitatum, & Beneficiorum, ſeu illorum valore nobis, de aſſignationibus Apoſtolicis ſuper eiſdem dudum obtentis, & aliàs de actionibus ſuper eiſdem nobis pertinentibus ſatisfactis, & eos ſubinde ad proſequendam cauſſam unitatis ſanctæ matris Eccleſiæ Dei juxta voluntatis noſtræ arbitrium convertere, atque expendere poſſit, ac de eis tandem cui ſeu quibus mandabimus, habeat reddere debitum calculum rationis.

109. Illuſtriſſimam propterea Reginam Mariam Conſortem noſtram clariſſimam, & locumtenentem generalem per præſentem deprecamur; reverendos autem ac venerabiles Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Ordinum, & religionum Magiſtros, Capitula, Collegia, & Eccleſiaſticas quaſcumque perſonas requirimus, & hortamur; aliis verò univerſis, & ſingulis officialibus & ſubditis noſtris, ad quos ſpectet in dictis regnis, principatu, & Comitatibus conſtitu-

ſtituendis & conſtituendis, eorumque loca-tenentibus, præſentibus & futuris, de noſtra certa ſcientia, & expreſsà dicimus & mandamus ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnaque decem millium florenorum auri Aragonum, à quolibet contrafaciente irremiſſibiliter habendorum, noſtroque ærario applicandorum, etiam & ſub privationis temporalium veſtri contrafaciatorum pœnis, quatenus vobis dicto venerabili Epiſcopo collectori, & ſubcollectoribus veſtris etiam quibuſcumque, quos præſentis auctoritate ad veſtri arbitrium creare, & ſtatuere poſſitis, ut in præmiſſis omnibus & ſingulis aſſiſtant ope, opere, & auxilio, conſiliis & favoribus opportunis quoties fuerint requiſiti, ſeu alter eorum fuerit requiſitus, quibuſvis Bullis, literis, ſententiis, & reſcriptis, tam per dictum Papam Eugenium, quàm Felicem, ac ſacrum Baſileenſe Concilium, ſub quavis expreſſione verborum factis jam, ſeu de cætero faciendis in contrarium, quas nullatenus admitti volumus non obſtantibus quoquo modo.

110. Nos enim vobis dicto venerabili Epiſcopo collectori prædicto, veſtriſque ſubcollectoribus in præmiſſis omnibus, & quolibet præmiſſorum, cum incidentibus, emergentibus, & connexis ex eis & annexis, vices & voces noſtras omnimodas, & plenum poſſe committimus, atque conferimus cum præſentis mandantes univerſis, & ſingulis colonis, inquilinis, cenſuariis, redituariis, & aliis quibuſcumque, ad quos ſpectet, quatenus de omnibus & ſingulis fructibus, reditibus, & proventibus ſupradictis vobis dicto generali Collectori, ſeu ſubſtitutis à vobis, & nemini alteri reſpondeant, ſi pœnam noſtro arbitrio reſervatam cupiunt evitare. Dat. in civitate Surrenti die.... Aprilis anno à Nativitate Domini MCDXLII.

Rex Alphonſus.

NOTA D. DIDACI DORMER.

111. HÆc ſcriptura ſervatur originalis in archivo regni Aragonum, inter alias, qua collegit inſignis vir Hieronymus Surita, cujus rubricam tenet; & cum qua comprobavi hanc copiam. Sunt & aliæ duæ ſcripturæ ejuſdem Regis, & ſub eadem data ad propoſitum, quarum dabimus copiam aliâ occaſione. Anno ſequenti MCDXLIII. concordiam iniit Rex iſte Alphonſus cum Pontifice Eugenio IV. qui prævaluit in vera electione & obedientia, ut teſtatur idem Surita Tomo tertio *Annal. Aragonen.* lib. 15. cap. 18.

112. Epiſcopus is Segobricenſis, & Albarracinenſis prætermiſſus ab Abbate D. Martino Carillo in Catalogo horum Epiſcoporum, qui ignorans quis Epiſcopus tunc eſſet, ait fol. 368. quòd vocavit iſta ſedes aliquibus annis propter ſchiſma; ſed in hoc errore ductus eſt. DIDACUS DORMER.

CONCILIUM MATRITENSE

Præſide D. Roderico de Borgia Cardin. Legato, celebratum an. Domini MCDLXXIII.

113. IN Hiſpaniæ ſacerdotes invaſerat pudenda literarum inſcitia; uſque eò ut pauci Latinè ſcirent, ventri gulæque ſervientes: avaritia rapaces in Eccleſia Dei manos injecerat: & quod olim emere ſacerdotia ſimonia erat, tunc induſtria cenſebatur. Neque intelligebant cæci Principes, cæcioreſque Pontifices, irato Deo fieri hoc comercii genus: quod facias, an patiaris, perinde eſt. Habito *Madriti* ad principium anni MCDLXXIII. conventu Epiſcoporum ac ſacerdotum evocatorum à Roderico Cardinale Vice-cancellario, quem in Hiſpaniam miſſum vidimus pro negotio belli Turcici, & pace inter Reges concilianda; prædicto inſcitiæ malo medicinæ faciendæ ratio excogitata eſt, ut impetraretur à Pontifice Romano uti in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus bini canonicatus inſtituerentur, ſuffragiis Epiſcopi & Collegii, quorum alter Theologo, alter jure conſulto obveniret. Cujus impetrati Pontificii diplomatis præcipuam partem idem Mariana hujuſmodi narrationi ſuæ inſeruit.

114. Pertinetque ad hanc cleri ignaviam, quod ad finem anni in oppido *Aranda* ab Alphonſo Carrillo Toletano Archiepiſcopo Concilio provinciæ celebrato, ſtatutum inter cætera fuit, ne cura Eccleſiarum, aut dignitates ullis crederentur qui Latinè neſcirent: ut Epiſcopi minimum ter, minores presbyteri quater ſingulis annis Miſſam celebrarent. Addito etiam ſalubriter, ut Epiſcopi ſemper in publico linteati viſerentur: & ut viris ſacri ordinis nefas eſſet ſeſe obſequii procerum addicere, aut eorum ſtipendia facere, præter quàm Regis. SPONDANUS ex Mariana *De rebus Hiſpanis.*

CON-

CONCILIUM ARANDENSE,

In oppido Aranda celebratum ad reformandos cleri & populi mores, Præſide D. Alphonſo Carrillo Archiepiſcopo Toletano, tempore Xyſti Papæ IV.

ANNO CHRISTI MCDLXXIII.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Quòd Archiepiſcopi Provincialia in biennio, & Epiſcopi ſynodalia annuatim ſaltem Concilia celebrent.*

II. *Quòd rectores Eccleſiarum habeant in ſcriptis articulos Fidei & publicent populo.*

III. *Quòd non promoveantur ad ſacros ordines non ſcientes loqui Latinaliter.*

IV. *Quòd non admittantur clerici aliarum diœceſium ſine literis commendatitiis.*

V. *Quòd Prælati non incedant publicè ſine roquetto, nec induantur ſericis veſtibus, nec calcient ſotulares albos, & quòd ad menſam ipſorum legantur ſacra Scripturæ.*

VI. *Quòd non induantur clerici veſtibus ſericis, rubeis, vel viridibus, nec calcient ſotulares albos, vel borſeguis albos vel rubeos, niſi cum nigris deſuper ſotularibus.*

VII. *Quòd obſerventur dies Dominici & feſtivi.*

VIII. *Quòd clerici non induantur luctuoſis veſtibus.*

IX. *Proceſſus qui debet fieri contra clericos, qui publicè tenent concubinam.*

X. *Quòd non ſcienti loqui Latinaliter non conferantur Parochiales Eccleſiæ, nec Canonicatus & dignitates.*

XI. *Quòd clerici non ludant ad taxillos.*

XII. *Quòd Epiſcopi ter, & ſacerdotes quater ſaltem in anno celebrent.*

XIII. *Quòd nulli prædicent ſine licentia Prælatorum, & quòd quæſtores legant duntaxat literas, quas ſibi conceſſerint diœceſani, nihilque aliud proponant.*

XIV. *Quòd clerici in minoribus deferant tonſuram unius regalis, & habitum congruentem, alioquin perdant privilegium: & quòd literæ ordinum præſententur coram diœceſanis.*

XV. *Quòd clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, aut beneficiati non vivant cum dominis temporalibus ad auxilia armorum præſtanda.*

XVI. *Quòd non fiant nuptiæ, nec carnales commixtiones, nec ſolemnitates tempore à jure vetito.*

XVII. *Quòd qui clandeſtinè contraxerint, niſi minus quinque teſtes adfuerint, excommunicationis ſententiam incurrant.*

XVIII. *Quòd qui violenter occupaverint poſſeſſiones Beneficiorum, ſint excommunicati ipſo facto.*

XIX. *Quòd non fiant in Eccleſiis repræſentationes inhoneſtæ dum divina aguntur.*

XX. *Quòd decedentes in duello careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & non dicantur pro eis divina, nec recipiantur oblationes.*

XXI. *Quòd prohibentes tracturas decimarum &c. ſint excommunicati.*

XXII. *Quòd raptores careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ.*

XXIII. *Quòd excommunicatus in una diœceſi evitetur in aliis.*

XXIV. *Quòd civitas vel villa de qua clerici fuerint expulſi, ſubjaceant interdicto.*

XXV. *Quòd Ordines gratiosè conferantur.*

XXVI. *Quòd pœnæ ſupradictæ contra beneficiatos habeant locum etiam in rectoribus & dignitatibus.*

XXVII. *Quòd Epiſcopi in ſuis diœceſibus abſolvant à cenſuris prædictis.*

XXVIII. *Quòd hæ conſtitutiones infra duos menſes publicentur, & deinde poſt quadraginta dies obligent.*

XXIX. *Quòd ponantur teſtes ſynodales in qualibet diœceſi per Prælatos.*

Con-

Digitized by Google

Conſtitutiones reverendiſſimi in Chriſto patris ac domini Alphonſi Carrillo Archiepiſcopi Toletani, editæ in Provinciali Concilio per eum in oppido de Aranda cum ſuis ſuffraganeis celebrato.

PRÆFATIO.

1. Quoniam à naſcentis origine mundi ex ipſa humana conditio decliva ad malum fuiſſe dignoſcitur, lex ideo prodita eſt, quæ mortalium devios motus ſua virtute reprimeret, ipſoſque ſuo dirigeret conditori. Sed quia adhuc ipſa novas ſemper conatur edere formas, quibus quæque ſanctis etiam maturo digeſta conſilio non ſufficit providere, ex quo morum ſubverſio in clero & populo frequenter obrepit, fuiſſe noſcitur ſaluberrima ſuperiorum auctoritas, quæ novarum promulgationibus legum, mortalium novis machinationibus in dies occurrat, ac providi cultoris ſarculo exſtirpet vitia, virtutes inſerat, moreſque reformet.

2. Hoc ſanè cælitus edocti, intuentes Canonum conditores, providè decreverunt, ſacroſancta ipſa Provincialia Concilia per Metropolitanos Antiſtites cum eorum ſuffraganeis annis ſingulis celebranda. Sed (proh dolor!) generis inimicus humani tot calamitatum preſſuris, totque turbationibus, & ærumnis univerſam replevit Hiſpaniam, ut tam pium, ſanctumque opus efficere, ac longiſſimis citra temporibus anterioribus noſtris, & nobis penitus ſit adempta facultas, itaut eadem ſacra Concilia, illorumque auctoritates obducere penè videatur oblivio in Eccleſiæ jacturam non modicam & fidelium animarum.

3. Nunc ergo nos, quem, licèt immeritum in Patriarchali Toletana ſede, ac in univerſis Hiſpaniarum provinciis divina dignatio prætulit in Primatem, ampliſſima ipſa ſolicitudinis pars humeris noſtris impoſita, quâ nedum ſuper ſuas oves, ſed ſuper illarum paſtores ab ipſo Domino, cujus judicia imperſcrutabilia ſunt, nos conſpicimus conſtitutum. Sæpenumero pulſavit cor noſtrum, inter hujus mundi preſſuras, quibus pro tuenda juſtitiâ & republicâ dirigendâ, temporum cauſſante malitiâ inceſſanter urgemur, id modicum otii, quo negociorum moles non reſpirare concedit altiſſimo dedicare, ut in ejus vineæ cultura, præſertim circa præmiſſa, totum id quod ſit poſſibile peragamus, in ipſo non ab re fiduciam obtinentes, qui etiam in mediis fluctibus, quemadmodum eſt pollicitus, ſponſam ſuam non deſeret prædilectam; diſſidiorumque vepribus, ac vitiorum tribulis amputatis, fructus dulces ſubſcindet: quo in conſortio illorum, quorum vices gerimus, fruatur in excelſis.

4. Hæc igitur, Redemptoris noſtri poſtulato ſuffragio, effectui mancipantes, nos Alphonſus Carrillo miſeratione divinâ Archiepiſc. Toletanus, Hiſpaniar. Primas, ac regnorum Caſtellæ major Cancellarius, reverendos in Chriſto patres dominos Epiſc. Comprovinciales & ſuffraganeos noſtros, ac noſtrum & eorum Capitula, illorumque venerabiles procuratores ad oppidum hoc de Arãda noſtræ provinciæ & Oxomenſis diœceſis per noſtras patentes literas fecimus convocari, & unâ cum eiſdem ſuffraganeis, ac in ſuorum Capitulorum præſentia prædictorum, ſuper morum reformatione aliiſque Dei cultum, & ſalutem tangentibus animarum, & Concilium Provinciale deliberavimus celebrare. In conſtitutiones edidimus infraſcriptas, die videlicet quintâ menſis Decembris de anno Domini MCDLXXIII. quo die Concilium præfatum exſtitit terminatum.

CAPITULA.

I.

5. Candor æternæ lucis Chriſtus Jeſus, qui Eccleſiam ſuam novâ ſemper prole fœcundat, ſanctorum Patrum & Antiſtitum corda ſplendore ſuæ gratiæ clementer illuſtravit; eoſque in domo Domini ideò divina poteſtas cæteris proferre ab alto decrevit, ut ab eis ſalutaria prodeant ſtatuta, quibus velut uberrimis fontibus tota terra irrigata Redemptori noſtro reddat fructum ſuum.

6. Quia verò ſacrorum Canonum ſtatutis ſancitum novimus ab antiquo per Metropolitanos Antiſtites cum ſuis ſuffraganeis Provincialia Concilia annis ſingulis debere celebrari: Nos pari ratione, ſacro approbante Concilio ſtatuimus, ut iidem Metropolitani cum ſuffraganeis, per ſe vel per alios, quatenus de jure conceditur, ipſis legitimè impeditis, Concilium Provinciale loco & tempore opportunis ſaltem in biennio, & Epiſcopi noſtri ſaltem in ſuis diœceſibus ſynodale annuatim celebrent; & ſi hoc negligenter omiſerint, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi, donec negligentiam ſuam Archiepiſcopus provincialia, & Epiſcopi ſynodalia Concilia celebrando purgaverint: adjicientes, quòd Epiſcopi, qui vocati per Metropolitanum ad eadem Concilia venire neglexerint, niſi canonico, evidenti, & inevitabili impedimento fuerint præpediti, eò ipſò

ſimiliter ab ingreſſu Eccleſiæ per tres menſes ſint ſuſpenſi: & nihilominus ſic impediti, ut præmittitur, procuratores ſuos ſufficientes & inſtructos ad ea, quæ in Concilio expedienda erunt, & cum quibus de impedimento hujuſmodi fidem & probationem indubiam faciant, mittere teneantur: aliàs ipſo facto eandem ſuſpenſionem, & ducentorum florenorum pœnam incurrant, expenſis Concilii applicandam.

II.

7. ARma militiæ noſtræ adversùs ſpirituales nequitias maximè conſiſtunt in fide. Hæc enim lapis angularis eſt, & fundamentum totius noſtri operis; ideoque volentes æternam ſalutem adipiſci, oportet de fide & moribus eſſe eruditum. Quapropter univerſis & ſingulis Parochialibus Eccleſiarum rectoribus per noſtram provinciam ubilibet conſtitutis, ſacro approbante Concilio, præcipimus, ut de cætero habeant in ſcriptis articulos Fidei & præcepta Decalogi, Eccleſiæ ſacramenta, ſpecies vitiorum & virtutum; & diebus Dominicis à ſeptuageſima uſque ad Dominicam in Paſſione excluſivè, ſolenniter in ſuis Eccleſiis publicent ipſa, & publicari faciant.

8. Clerici verò contrarium facientes, duorum regalium pro qualibet Dominica, quâ prætermiſerint, pœnam incurrant, medietatem hujus pœnæ ſequenti Concilio, medietatem verò fabricæ illius Eccleſiæ, in qua publicatio debuiſſet fieri, irremiſſibiliter applicandam.

III.

9. AGri Dominici cultura non eſt indignis operariis committenda, ſed illi dumtaxat conducendi ſunt in domo Domini, qui ſecundùm Apoſtolum ſciant quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum, & inter lepram & non lepram diſcernere noverint, ideoque ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, nullum ad ſacros Ordines de cętero promovendum, niſi ſciat latinaliter loqui, quia tamen plerumque contingit ob defectum, negligentiam, vel dolum eorum, quibus ab Epiſcopis Ordinum examinatio committitur, quòd indocti, & omnino ignari, tam juris diſpoſitione, quàm earundem conſtitutionum tenore, aliaſque indigni, ut digni & idonei prædictis Epiſcopis præſentantur, ſicque per eos ad ſacros ordines promoventur.

10. Nos religionis noſtræ aditum pervigili cura cuſtodire volentes, Epiſcopos per viſcera Domini noſtri Jeſu Chriſti hortamur, & in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, quatenus ſi prædictorum Ordinum celebrationi, & promovendorum ad ſacros Ordines examini perſonaliter non adfuerint, duos ſaltem viros idoneos ſcientiâ & moribus approbatos deputent, quibus officium examinationis pariter committant, injungendo eiſdem ſub excommunicationis pœna, ut onus hoc ſibi creditum fideliter exſequantur, neque quicquam dolo, prece, negligentiâ, munere, vel aliàs indebitè agant.

11. Prælati autem ſacrum Ordinem per ſe ipſos contra prædictam prohibitionem* non ſcientes loqui latinaliter conferentes, præter pœnas à jure ſtatutas, à quorumcumque ſacrorum Ordinum, quos tali contulerint, ipſumque indignè promotum ab exſecutione ſuſcepti Ordinis: examinatores verò in præmiſſis culpabiles ab officio & Beneficio per annum noverint ſe ſuſpenſos, niſi ex cauſſa rationabili & multum neceſſaria, ut indicta conſtitutione continetur, cùm eiſdem promotis Prælati viderint diſpenſandum.

* F. Non ſcientibus.

IV.

12. UT non vituperetur miniſterium noſtrum, melius eſt in domum Dei paucos miniſtros idoneos adire, quàm plures & indignos. Quoniam autem plerumque contingit, ut clerici aliarum diœceſum excommunicati, quidam ſuſpenſi, vel interdicti, ſeu aliàs inhabiles, propriam patriam deſerentes, in noſtras ſe transferant regiones, ibique incogniti divina officia celebrare nitantur: Nos fidelium ſaluti animarum, ubi majus vertitur periculum, conſulere volentes, univerſis ac ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, vicariis, rectoribus, capellanis, clericiſque, curatis & non curatis per noſtram provinciam ubilibet conſtitutis, noſtro approbante Concilio, præcipimus, ne de cætero hujuſmodi clericos ad ſanctæ matris Eccleſiæ ſacramentorum adminiſtrationem recipiant, aut in ſuis Eccleſiis miniſtrare permittant, noſtrâ, vel Epiſcoporum, in quorum diœceſi moram traxerint, non obtentâ atque edoctâ commendationis licentiâ. Si verò ſecus fecerint, triginta regalium pœnam eò ipſò incurrant, dimidium fabricæ ſuarum Eccleſiarum, dimidium verò pro expenſis futuri ſequentis Concilii applicandum.

V.

13. GLorioſum ſacroſanctæ Eccleſiæ corpus ab æterna Dei Patris providentia admirabiliter ordinatum, nullam jure in ſe deformitatem continere debet. Nos verò qui prælationis infulâ, licèt immeriti, nutu divino altiùs evecti ſumus, tantò honeſtatis, & vitæ famâ inter alios prælucere tenemur, velut ſidera in firmamento cœli, quantò majora ſumpſimus de manu Domini, quatenus & membra per bona opera ſuo capiti correſpondeant.

14. Quia igitur per exteriorem habitum, qui qualiſve interior Prælatorum ornatus eſſe debeat, ſignificatur; prædeceſſorum noſtrorum hortamenta ſectantes, ſtatuimus, ſacro approbante Concilio, ut Archiepiſcopi, & Epiſcopi veſte lineâ ſuperiori, vulgariter *Roquetto* nuncupatâ, in publico ſemper utantur. Sericas verò veſtes qualeſcumque, aut brevitate notandas, necnon ſotulares albos ipſis præſentium tenore prohibemus.

15. Contrarium verò facientes viginti florenorum aureorum pœna qualibet vice ipſo facto in-

incurrant, dimidietatem ipſius pœnæ fabricæ ipſarum Eccleſiarum, dimidietatem verò pro expenſis Concilii ſequentis irremiſſibiliter applicandam. In menſa verò Prælatorum omnimoda ſervetur honeſtas, & ſacræ Scripturæ legantur, ita videlicet, ut fauces ſomant cibum, & aures exhauriant verbum Dei.

VI.

16. CÆterùm ne clerici poſtquam in ſacris Ordinibus fuerint conſtituti, aut beneficiati extiterint, ſericum præterquam ab interiori ſutura chlamydis aut capuciolorum, quæ vulgariter *Forratæ* appellantur, nec rubeas, ſeu claras, virides veſtes induere, aut caligas ejuſdem coloris, ſeu ſotolares albos, vel borſegues albos, vel rubeos, niſi cum nigris deſuper ſotularibus dumtaxat calciare de cætero præſentis conſtitutionis tenore prohibemus. Clerici autem contrarium facientes, ſi in Metropolitana aut in Cathedralibus Eccleſiis beneficiati fuerint, per decem dies qualibet vice eò ipsò portione ſua mulctentur.

17. Alii verò clerici extra prædictas Eccleſias beneficiati duorum florenorum pœnam qualibet vice irremiſſibilem incurrant, dimidietatem fabricæ illius Eccleſiæ, in qua beneficiati exiſtunt, dimidietatem verò pro teſte ſynodali hoc exſequente applicantes. Si tamen beneficiati non fuerint, unius floreni pro teſte prædicto pœnâ puniantur. Decani nihilominus & alii ad quos id pertinet, ſi multationem prædictam remiſerint quoquo modo, ipſo facto à divinis per menſem qualibet vice noverint ſe ſuſpenſos.

VII.

18. CÆleſtis hierarchiæ Rex, qui ſuâ mundum ineffabili providentia plaſmavit, ita quidem actus noſtros in beneplacito ſuo direxit ſanctæ majeſtatis, ut & laboris & requiei dies non immeritò deſtinaret. In illis enim Dei populus in ſudore vultûs ſui veſceretur pana ſuo, in his fatiſcentia membra à ſervili opera detracta, Deo offerre curaret. Eapropter nos prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ſacro approbante Concilio, diebus Dominicis & feſtivis ab omni ſervili opere fideles quieſcere jubemus; nec liceat cuiquam ruſticalia ſeu artificialia opera exercere aut agros colere, niſi urgente neceſſitate, vel evidenti pietatis cauſſâ, & hoc de licentia ſui ſacerdotis.

19. Infideles verò præfatis diebus officiis ſuis publicè non utantur. Contrarium verò facientes, per Judices, officiales, vel alios ad quos ſpectat, legitimè puniantur. Qui, ſi negligentes in hoc fuerint, graviter puniantur: Si verò dolo vel pretio contrarium permiſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

VIII.

20. QUamvis omnis gloria * aſpira, cùm ad æternam ſalutem ab intus eſſe debeat, verùm quia militamus illi, cum quo omnis pulchritudo agri eſt, vilibus veſtibus uti non debemus. Abſurdum ergo & reprehenſibilem quorundam clericorum abuſum, qui lugubres & luctuoſas veſtes induunt, & flebiliores quàm ſuæ congruit honeſtati, ex eo ſe reddunt, quia parentes conſanguineique eorum & amici, corruptibilem carnis noſtræ molem deponentes, ad æternam patriam de præſentis exilii miſeria convolârunt, penitus abolere volentes; cùm & ſecundùm ſententiam ore benedicto prolatam, qui credit in Chriſtum, etiam ſi mortuus fuerit, vivet; præſentis conſtitutionis ſerie, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut ulteriùs luctuoſas veſtes induere clerici in ſacris Ordinibus conſtituti vel beneficiati noſtræ provinciæ non audeant.

* Locus obſcurus.

Joann. 11.

21. Contrarium verò facientes eo ipſo à perceptione fructuum ſuorum Beneficiorum per tres menſes qualibet vice ſint ſuſpenſi; medietatem prædictorum fructuum pro expenſis ſequentis Concilii, medietatem verò pro teſte ſynodali eos accuſante applicandam. Epiſcopi autem & alii Prælati præmiſſa obſervare teneantur; & ſi contra fecerint, viginti florenorum pœnam qualibet vice eo ipſo incurrant Concilio ſequenti applicandam.

IX.

22. TRiſtiſſimo impellimur animo recenſere turpis conditionis fœdiſſimum ſcelus, quo & clerici in conſpectu populi contemptibiles redduntur, iramque divinæ ultionis ſibi theſaurizant, & reverendiſſimum illud ſereniſſimumque Chriſti corpus, omnem mundi pulchritudinem excellens, ſacerdos pollutis manibus (proh dolor!) tractare non formidat, dicente Domino: *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Et alibi: *Mundamini qui fertis vaſa Dei.* Pſal. 6.

23. Ideoque prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut quicumque clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, ſeu beneficiati, ſi poſt duos menſes, poſtquam ſuper hoc moniti aut requiſiti fuerint nominatim, concubinam, ſeu concubinas publicè tenuarint, vel dimiſſam ſeu aliam admiſerint; ſi beneficiati exiſtant, tertia parte fructuum Beneficiorum omnium quæ pro illo tempore obtinuerint, ipſo facto penitus ſint privati. Si verò per alios duos menſes, duos prædictos immediatè ſequentes, in eodem crimine continuaverint vitam fœdam, aliâ tertia parte fructuum noverint ſe privatos.

24. Quòd ſi fortè, Dei timore contempto, per alios duos menſes poſt quatuor partes immediatè ſequentes in peccato perſtiterint memorato, reliquâ tertiâ parte fructuum ipſos privamus omnimode. Antedictas verò partes fructuum, & ipſarum quamlibet in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, quoad bona quæ de communi menſa fuerint, ad communem menſam Capituli,

aliæ verò pro expenſis ſequentis Concilii : & in Parochialibus Eccleſiis medietatem fabricæ earum, alteram verò medietatem prædicto Concilio applicandam.

25. Quòd ſi fortè nec adhuc ad cor redierint, ſed præſens noſtrum contemnentes mandatum, ſe oſtenderint tam exſecrandæ turpitudinis amatores, ſuis Prælatis prædictis, & ipſorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub animarum ſuarum periculo diſtrictè præcipimus & mandamus, quòd infra quatuor menſes à ſupradictis ſex menſibus numerandos, tranſgreſſores prædictos, qui concubinas non dimiſerint, eaſdem ulteriùs non admiſſuri, nec aliam aliquam recepturi, omninò Beneficiis ſuis privent, ipſoſque in limo peccatorum tamdio fixos, donec ſe correxerint, & poſtea per quinque menſes inhabiles eſſe denuntient ad ſuperiores ordines & ad quæcumque Eccleſiaſtica obtinenda.

26. Volumus etiam, quòd ſi quis de prædictis, poſtquam Beneficio ſeu Beneficiis privatus fuerit modo prædicto, manus rapaces ad dictorum Beneficiorum fructus, ſeu ad aliam ejus partem, incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua non poſſint abſolvi, niſi de ſic occupatis reſtitutione integra, & Beneficiorum quibus privati fuerint, ut præmittitur, dimiſſione plenaria, prius factis.

27. Verùm quia peccata inulta non vult dimittere Dominus ultionum, ſtatuimus, dicto approbante Concilio, quòd clerici non beneficiati, tam ſacerdotes, quàm diaconi, & ſubdiaconi, ſeu inferiores clerici, qui non erubeſcunt concubinas publicè detinere, ſi ſacerdos fuerit, Cappellaniam perpetuam vel temporalem tenere vel habere non poſſit, & uſque ad unum annum poſtquam ſe de prædicto peccato plenè correxerit, ad obtinendum Eccleſiaſticum Beneficium ſit inhabilis & indignus. Diaconi & ſubdiaconi, ac minores clerici uſque ad annum poſt correctionem jam dictam ſint ad ſuperiores ordines, inhabiles, & ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinendum. Si verò adhuc incorrigibiles extiterint, procedatur per alia juris remedia contra ipſos.

28. Et quia majori culpæ juſto Dei judicio major debetur & pœna, ſtatuimus, ut quicumque in tam profundum peccatorum devenerint, quòd publicè concubinam ſeu concubinas detineant infideles, aut moniales; ſi beneficiati fuerint, per duos menſes à die publicationis hujus conſtitutionis in Cathedralibus Eccleſiis faciendæ, ipſo facto privati ſint Beneficiis obtentis, cujuſcumque conditionis Beneficia ipſa exiſtant, & reddantur inhabiles ad Beneficia quæcumque obtinenda.

29. Si verò beneficiati non fuerint, ad ſuſcipiendos ſacros Ordines & ad obtinenda Beneficia ſint penitus inhabiles & indigni, ac tam beneficiati, quàm non beneficiati, qui eas ſic detinere præſumpſerint, per ſuos Prælatos per biennium ad minus in carcere detrudantur, quibus per diœceſanos pœnæ graves aliæ prout diſcretioni ſuæ videbitur imponantur. Si tamen hi clerici ad cor redeuntes verè pœnituerint de peccato, concedimus, quòd ipſorum diœceſani cum eis poſt biennium dumtaxat à ſua correctione numerandum poſſint, quoad ordines & ſimplicia Beneficia, miſericorditer diſpenſare.

30. Volumus inſuper, & mandamus, quatenus Prælati omnes & ſinguli in ſuis diœceſibus per viros probos & timentes Deum diligenter inquiſitionem, quotiens expedire viderint, faciant; qui, quot, quales, & ubi fuerint præmiſſa crimina committentes; atque ad pœnas ſuprapoſitas in ipſos exſequendas inſurgant viriliter, ut domûs Dei ſtrenui zelatores; & tam ipſi clerici in publico concubinatu decedentes, quàm ipſæ concubinæ Eccleſiaſtica careant ſepultura.

31. Volumus inſuper quòd collatio cujuſcumque Beneficii facta clerico, qui tempore collationis ſibi factæ, aut ſuper duos menſes ante vel poſt fuit, eſt, aut fuerit publicus concubinarius, ſit nulla; & quòd collatores Beneficiorum in literis collationum hoc apponi faciant expreſſè: ſi tamen (quod Deus avertat) ſacri Epiſcopi & Prælati concubinas publicè tenuerint, tamdiu à fructuum ſuarum dignitatum perceptione ſint ſuſpenſi, donec eas realiter dimiſerint.

X.

32. Cum in conſtitutione noſtra, quæ incipit: *Agri Dominici*, continetur, nullum ad ſacros Ordines promovendum, niſi latinaliter ſciat loqui, id etiam ſummâ obſervantiâ cavendum eſt in collationibus Parochialium Eccleſiarum. Nam cùm ars artium ſit regimen animarum, pari ratione, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, nullum de parochiali Eccleſia debere provideri, niſi ſaltem latinaliter ſciat loqui.

33. Attendentes etiam, quòd quantò creſcunt dona, tantò etiam rationes creſcunt donorum, eandem conſtitutionem ad Canonicos tam Metropolitanarum, quàm Cathedralium noſtræ provinciæ Eccleſiarum, & ad majores poſt Canonicatûs earundem Eccleſiarum dignitates extendi tenore præſentium eodem approbante Concilio volumus & inhibemus, niſi ex cauſa multùm evidenti & neceſſaria cum ipſis Canonicis & dignitatibus Prælati viderint diſpenſandum.

XI.

34. Cedit in opprobrium noſtræ religionis, quòd miniſtri Eccleſiæ adeò vitam degere inhoneſtam non verentur, ut etiam otium amplectentes, in vilipendium ſui ordinis ſe immiſceant ludis inhoneſtis, ex quibus quanta perjuria, ſcandala, homicidia & mala ſequuntur, nemo ſanæ mentis ignorat.

35. Volentes ergo paterno conſilio, ubi diſcordiarum materiam obrepere ſentimus, diſpendiis obviare futuris, ludum taxillorum publicè vel occultè univerſis clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis, ſive etiam beneficiatis noſtræ provinciæ, ſacro approbante Concilio, prohibemus. Con-

trarium

trarium verò facientes triginta regalium qualibet vice pœnam incurrant, medietatem fabricæ ſuarum Eccleſiarum, medietatem verò expenſis ſequentis Concilii applicandam.

XII.

36. MAgna mentis amaritudine referimus, quòd nonnulli noſtræ provinciæ clerici in presbyteratûs ordine conſtituti, ſacramentum Euchariſtiæ, in quo ſpiritualis dulcedo in fonte guſtatur, poſt ſuſceptum ſacerdotalem ordinem, proot tenentur, in animarum ſuarum periculum & divini cultûs detrimentum, celebrare contemnunt.

37. Ideo ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut clerici per noſtram provinciam conſtitoti, cujuſcumque ſtatos, gradus, ordinis, ſeu conditionis exiſtant, poſtquam ad presbyteratûs ordinem aſcenderint, quater in anno Miſſam devotè per ſe ſaltem celebrent, niſi de conſilio ſui Prælati duxerint abſtinendum. Contrarium verò facientes, triginta regalium, qualibet vice pœnam incurrant, Concilio ſequenti & ſynodali teſti æqualiter applicandam. Hortamor prçterea noſtræ provinciæ Prçlatos ob reverentiam Jeſu Chriſti, ut ter in anno ad minos celebrent. Si verò ſecus egerint, graviter in ſequenti Concilio arguantur.

XIII.

38. PRædicationis officiom, quod aoimarum pabulum eſt ſpiriruale, illis dumtaxat eſt commendaudum, qui noo ambitioni temporalis ſubſtantiæ, ſed animarum zelo intendant & profectui. Verùm quia Prælatorom (ut ita dicam) in curia plures religioſi & clerici, ac alii nonnulli per Eccleſias laxatis habenis diſcurront, & plebibus varia & ridiculoſa exponunt, & gratias concedunt innomeras pro exigua quantitate, quas nec immenſa divinæ largitatis clementia, nec ſacra ſummi Pontificis aoctoritas conſuevit erogare, in noſtræ religionis vilipendium, & fidelium periculum animarum: nos hoſtiles calliditates & aſtutias in Domino præcludere copientes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ne de cætero quicumque prædicatores, tam religioſi, quàm ſeculares per noſtram provinciam gratiâ prædicationis officium exercendi diſcurrere audeant quomodolibet, noſtra & Epiſcoporum, in quorum diœceſi moram traxerint, non obtentâ & edoctâ licentiâ.

39. Quæſtores verò qui ſæpe, qoæ non Jeſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quæruot, & ſi bullas Apoſtolicas, aut gratiarum conceſſiones aſſerant ſe habere, nihilominos teneantur eas diœceſano divulgandas præſentare, qui poſtquam illas examinaverit, continentiam & veritatem ipſarum bullarum ſeu indulgentiarum pleuè deductam, per literas ſuas eiſdem quæſtoribus ſuis exhiberi curabit.

40. Iidemque quæſtores ſola lectione hujuſmodi literarum per rectores Eccleſiarum, obi eos declinare contigerit, contenti, nihil aliud verbo tenus vel ſcriptis per ſe vel per alios proponere audeant, cùm & prædicta inſtroctio ſatis ſufficiens ſit ad fidelium animos pio operi inducendum. Prælari verò, qui contra præſentis conſtitutionis tenorem prædicationis licentiam contulerint, per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & officiales ſeu vicarii eorundem in præmiſſis delinqueotes per annum ab officio ipſo facto ſint ſuſpenſi.

41. Quæſtores contrarium nihilominos facientes per tres menſes de mandato diœceſani in carcerem detrudantur, & ſic ablata duplicata reſtituant, fabricæ Eccleſiarum & cameræ, & Prælato æqualiter applicanda. Rectores præterea Eccleſiarum id obſervare teneantur, & hanc noſtram conſtitutionem in tabula patenti & præcedenti in ſuis Eccleſiis teneant, ne quiſqoam ignorantiæ præſidium ſibi paret. Qui ſi ſecus egeriot, triginta regalium pœnam, ut præmittitur, dividendam, eo ipſo incurrant.

XIV.

42. UT qoi ſuſceptæ ſuæ profeſſionis habitum dedignantur, privilegiis gaodeant ſibi conceſſis, nec noſtri juris auctoritas, nec ordo exigit rationis. Fruſtra namque auxilium legis invocat, qui committit in legem. Quia verò ſæpe contingit, ut clerici in minoribus conſtituti, tam conjugati, qoàm non conjugati, pretexta ſuorum clericatuum gravia & enormia committant, quæ in animarum ſuarum periculum, & ejuſdem ordinis opprobriom cedunt: Nos volentes cavere, ne favore Eccleſiaſticæ libertatis quicquam illicitum attentetor, quod vel divinam offendat majeſtatem, vel ſcandalom indocere poſſit, recolendæ memoriæ Petri de Luna Cardinalis & Legati veſtigiis inhærentes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimos, ut de cætero prædicti clerici, tam conjugati, quàm non conjugati, tonſuram quantitatis ejuſdem regalis, & veſtem ſuperiorem non virgatam, neque partitam, ad medietatem tibiæ, vel ferè declinantem, deferanr congsuentem. Non autem deferentes hoiuſmodi habitum, ſi conjugati fuerint, eo ipſo: ſi verò non conjugati, & exceſſivis & enormibus ſe ingeſſerint, & ea frequentaverint, privilegium omnino amittant clericale.

43. Hortamur prçterea univerſos Epiſcopos in virtute ſanctæ obedientiæ, noſtriſque & eorum officialibus, vicariis, & loca-tenentibus quiboſcumque per noſtram provinciam ubilibet conſtitutis, ſub excommunicationis pœna diſtrictè prçter pœnas à jore ſtatotas præcipiendo mandamus, ut prædictos clericos criminaliter, ut præfertur, delinquentes ad curiam Eccleſiaſticam propter privilegium clericale per ſæculares judices remiſſos, debita animadverſione, prout qualitas exegerit, puniant, & caſtigent; impunitos verò non relaxent, abſolvant, vel abire permittant.

44. Pro-

44. Promotores verò & fiſcales, qui ad cauſſandum hujuſmodi clericos jura, aut Prælati monita præponuut, ſi malitioſè ab accuſando ſe ſubtraxerint, vel negligenter fecerint, aut quicqnam dolo omiſerint, quominus hujuſmodi exſecutio tolli ſeu impediri poſſit, ſaltem vel differri, eo ipſu ab ufficio ſuo ſint privati, aliàs arbitrio ſuperiorum puuiendi. Prælati præterea noſtrę proviuciæ infra tres menſes à die præſentis publicationis teneantur facere coram ſe præſeutari litetas minorum ordinum hujuſmodi clericorum, nihil exigentes pro præſeutatione ipſarum, præterquàm unum morabetinum pro uotario pro cujuslibet tituli præſentatione.

XV.

45. UT dignè ambulemus in vocatione, quâ vocati ſumus, non ſolùm morum & vitæ alios pręcedere debemus honeſtate, ſed etiam & Eccleſiæ libertatem tueri debemus. Abſurdum nempe & uoſtræ religioni diſpar & incongruum videtur, ut regale genns ſacerdotum cum temporalibus dominis militariter vivendo, in eornm ſervitutem redigatur.

46. Ideoque ſacrornm Patrum veſtigiis inhærendo, noſtro approbante Concilio, hortamus univerſos & ſingulos uoſtrę provinciæ Epiſcopos, ob reverentiam & honorem ſuarum Pontificalinm dignitatum, cæteriſque Ecleſię in ſacris ordinibus conſtitutis, aut beneficiatis diſtrictè præcipimus, ne cum dominis ſæcularibus, cujuſcumqne gradus, ſtatus, ordinis, ſeu conditionis exiſtant, exceptis regia majeſtate, & tegiis perſonis, vitam militarem ad auxilia armorum præſtanda, ducere audeant diſſolutam, ſeu ab eis terras, ſtipeudia, & ſalaria, vel pecunias quaſcumque, ut armis per ſe vel per alios deſerviant, cum eqnitum ſen peditum gentibns, quomodolibet exigere vel levare præſumant. Qui ſecus egerint, tamdin ab officio & Beneficio & fictione à prædictia realiter ceſſaverint; fructibus Beueficiorum ſuorum medio tempore provenientinm Concilio ſequenti applicandis.

XVI.

47. CUm ſecundum legitimas ſanctiones non ſit dubium eos in legem committere, qui verba legis amplexi, contra ejus nituntur voluntatem, & quia tempore quo ſacrorum Canonum decretis nuptiarum celebratio interdicitur, & carnalis copula prohibetur, nonnullos laïcos nubere, ac carnaliter commiſceri, ac proinde convivia publica, ſtrepitus & choreas facere, parenres quoqoe & amicos invitare, & cum hiſtrionibus & joculationibns ſolenniter nuptiaa celebrare, & ad Eccleſias ſic * incidere plerumque contingit: Nos contendentes, quòd vera ſacrorum Canonum intentio fuit, non tam Eccleſiæ ſolennitates & nuptiales benedictiones, quàm carnales commixtiones prohibere, pernicioſam conſuetudinem hujuſmodi divellere cupientes, ſacro approbante Concilio, commixtiones prædictas: ſtrepitus, choreas, joculationes, & alias ſolennitates ac convivia, temporibus quibus ſolennia Eccleſiæ iuterdicnntur, & ceſſant uuptiales benedictiones, fieri de cætero prohibemus, ſtatuentes, ut qui contra hujuſmodi noſtræ conſtitntionis tenorem nupſerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & nihilominus clerici, qui præfatis nubentibus Miſſas dixerint, decem florenorum pœnâ puniantur.

* ſic incedere.

48. Hanc autem noſtram conſtitutionem qnalibet primâ Dominicâ Adventûs, & Quadrageſimæ à Rectoribus parochialium Eccleſiarum in ſuis Eccleſiis, dum populus ad divina convenerit, ſub decem regalium pœna, qualibet Dominicâ, quam prætermiſeriut, publicari mandamus, prædictis pœnis Concilio & ſynodali teſti applicandis æqualiter.

XVII.

49. UT jurgiorum materia, & dubietatis occaſio tollatur, quæ nonnunquam ex clandeſtinis deſponſationibus ſolent evenire, ſacrorum Canonum inſtitutis proinde noſcitur inſtitutum, ſponſalia publicè in facie Eccleſiæ coram populo ſolenniter celebrari. Nos verò juxta canonicas ſanctiones, ſacro approbante Concilio, deſponſationes clandeſtiuas hujuſmodi vel occultas fieri omnino de cætero prohibemus, ſtatuentes; ut qui ſponſalia hujuſmodi clandeſtina contrahere præſumpſerint, niſi adminus quinque teſtes ibidem adfuerint, per quos dum opus fuerit, ſponſalia prædicta probentur, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, & iiſdem contrahentibus nuptiales benedictiones tamdiu denegentur, donec ſententia prædicta abſolutionis Beneficium aſſequantur.

50. Clerici verò, qui tali clandeſtinæ deſponſationi interfuerint, prçterqnam ſi quinque teſtes adfuerint; aut ſic deſponſatis benedictiones contulerint nuptiales, eo ipſo ab officio & beneficio per tres menſes ſint ſuſpenſi; medietate fructuum ipſo tempore de Beneficio ſeu Beneficiis ſuis provenientium fabricis Eccleſiarum, medietate verò expenſis ſequentis Concilii applicandis.

XVIII.

51. QUoniam nonnulli terrarum Domini, & eorum loca-tenentes, necnon clerici & laïci, aliique inferioris fortnnæ viri, veræ ſalutis immemores, nedum ſuis conteuti metis, manus ſuas extendere ad iniqnitatem non formidant, Eccleſias, Dei timore neglecto, ut poſſeſſiones Beneficiorum pro tempore vacautium, ſeu vacare exſpectantium, obtineant, indebitè occupant, detinent, & incaſtellant, ipſaſque poſſeſſiones more venalium rerum vendunt, & ſuper ipſis indebitè paciſcuntur, ex qno plurima ſcandala, homicidia, & alia damna prodire ſentimus, ſed & divina officia, & Eccleſiaſtica ſacramenta impediuntur.

52. Nos pernicioſam hanc corruptelam penitus delere volentes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ne de cætero prædictas Eccleſias quiſpiam, tam laïci quàm clerici, cujuſcumque ſtatus,

grados.

gradus, ordinis, ſeu conditionis exiſtant, incaſtellare, munire, vel quovis quæſito colore per ſe vel per alios, directè, vel indirectè occupare, aut poſſeſſiones vendere vel emere, aut ſuper ipſis illicitè componere vel paciſci, vel de manu & poſſe incaſtellantium, ſeu occupantium recipere præſumant.

53. Contrarium verò facientes, tam occupatores, incaſtellatores, venditores, illicitique compoſitores hujuſmodi, etiam prætextu gratiarum expectativarum, & quarumlibet collationum, quàm qui ipſis ad hoc auxilium, conſilium, vel favorem dederint, ut præmittitur, ſententiam excommunicationis, & quinquaginta florenorum pœnam propter injuriam Eccleſiæ illatam quilibet ipſorum qualibet vice ipſo facto incurrant. In Eccleſiis verò ſic occupatis, durante occupatione hujuſmodi, clerici ſub eadem excommunicationis pœna ceſſent à divinis. Acceptantes autem, ut prefertur, delinquentes ea vice, Jure, ſi quid habebant, ad ipſa Beneficia, ſint ipſo facto privati.

54. Demum ſi conſilio, auxilio, mandato, vel favore dominorum temporalium quorumcumque, vel eorum loca tenentium, quocumque nomine cenſeantur, occupatio, incaſtellatio, munitio, venditio, ſeu compoſitio hujuſmodi fieri contingat, ultra ſententias & pœnas jam dictas, terræ ipſorum tamdiu Eccleſiaſtico ſupponantur interdicto, donec debita præcedente ſatisfactione, ab occupatione prædicta deſiſtentes, & de pœnis prędictis aliiſque ſatisfacientes, arbitrio Prælati relaxentur: dimidietatem verò prædictorum florenorum cameræ noſtrę & Epiſcoporum, in quorum diœceſi prædicta fieri contigerit, dimidietatem verò exſpenſis ſequentis Concilii applicandam.

XIX.

55. AB Eccleſia ubi redemptor noſter Jeſus, in cujus nomine omne genu flectitur, jugiter pro nobis immolatur, turpitudo quæque meritò eſt abolenda. Quia verò quædam tam in Metropolitanis, quàm in cathedralibus, & aliis Eccleſiis noſtrę provinciæ conſuetudo inolevit, & videlicet in feſtis Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sanctorum Stephani, Joannis, & Innocentium, aliiſque certis diebus feſtivis, etiam in ſolennitatibus Miſſarum novarum, dum divina aguntur, ludi theatrales, larvæ, monſtra, ſpectacula, necnon quamplurima inhoneſta & diverſa figmenta in Eccleſiis introducuntur; tumultuationes quoque & turpia carmina, & deriſorii ſermones dicuntur, adeò quòd divinum officium impediunt, & populum reddunt indevotum; nos hanc corruptelam, ſacro approbante Concilio, revocantes, hujuſmodi larvas, ludos, monſtra, ſpectacula, figmenta, & tumultuationes fieri, carmina quoque turpia, & ſermones illicitos dici, tam in Metropolitanis, quàm Cathedralibus, cæteriſque noſtræ provinciæ Eccleſiis, dum divina celebrantur, præſentium ſerie omnino prohibemus, ſtatuentes nihilominus, ut clerici, qui præmiſſa ludibria, & inhoneſta figmenta officiis divinis immiſcuerint, aut immiſceri permiſerint, ſi in præfatis Metropolitanis ſeu Cathedralibus Eccleſiis beneficiati exſtiterint, eo ipſo per menſem portionibus ſuis mulctentur; ſi verò in parochialibus fuerint beneficiati, triginta; & ſi beneficiati non fuerint, quindecim regalium pœnam incurrant, fabricis Eccleſiarum & teſti ſynodali æqualiter applicandam. Per hoc tam honeſtas repręſentationes & devotas, quæ populum ad devotionem movent, tam in præfatis diebus, quàm in aliis non intendimus prohibere.

XX.

56. PRæterea quoniam ſuadente pacis inimico, & bellorum ſatore, qui vineam Domini exterminare nititur, lites & contentiones inter nonnullos laïcos ac etiam clericos obrepere ſolent, per quas ad invicem ſe diffidiant, & bella aggrediuntur, ex illiſque temerè hinc inde certantium homicidia ſequuntur; & ſi hæc ipſa duella de jure, aliàſque regiæ majeſtatis prohibitione interdicta ſint: Nos tamen animadvertentes, quòd fratrum in fratres exarſio in divinæ majeſtatis offenſam, & evidens vergitur periculum animarum; ſanctorum veſtigiis inhærentes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut qui in pugna, certamine, torneamento hujuſmodi deceſſerint, aut à pugna evulnerati evaſerint, adeò quod poſtea ex eo ipſo ab hac luce migrare contigerit, etiamſi ante obitum receperint pœnitentiæ ſacramentum, Eccleſiaſticâ ipſo facto careant ſepulturâ, & divina officia pro ipſis non dicantur, nec oblationes admittantur.

57. Clerici verò eos ſepelientes per ſex menſes ab officio & Beneficio ſint ſuſpenſi, fructibus verò medio tempore provenientibus à Beneficiis hujuſmodi, fabricæ Eccleſiarum ſuarum & Concilio ſequenti æqualiter applicandis.

XXI.

58. QUoniam non ſumus filii ancillæ, ſed liberæ, quia mater noſtra Hieruſalem libera eſt, & ab omni ſervitute penitus exempta, libertatem noſtram tueri tenemur. In quibuſdam tamen terrarum partibus adeò quorumdam magnatum, potentum, procerum, & dominorum temporalium utriuſque ſexûs, communitatum quoque, juſtitiariorum, & aliorum laïcorum cupiditas excrevit, ut nedum quod redditus, decimæ jura Pręlatis & clero debita non recuperentur, recipiantur, arrendentur, exigantur, & leventur, diverſimodè prohibent, ſed etiam bladi, annonæ, vini, olei, leguminum, armentorum, pecorum, pecudum, & aliorum terræ fructuum, tam decimarum quàm primitiarum tracturas, exitus, redditus, necnon tranſitus de loco ad locum vetant & interdicunt in Eccleſiaſticæ libertatis derogationem, jacturam, & detrimentum.

59. Nos

59. Nos attendentes, quòd Domini eſt terra & plenitudo ejus, & ipſe in ſignum & recognitionem dominii, de terræ frugibus decimas & primitias ſibi pro ſuis miniſtris, qui habitant in domo ſua, integras reſervavit, & quòd non licet laïcos contra Regis Regum ſanctionem decimas & primitias Chriſto dedicatas ſibi ipſis vendicare, vel quomodolibet detinere, ſtatuimus, ſacro approbante Concilio, ne de cætero magiſtri ordinum, Duces, Marchiones, Comites, magnates, potentes, communitates, univerſitates, juſtitiarii, caſtellani, officiales, rectores, laïci utriuſque ſexus, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, & quacumque præfulgeant dignitate, ſeu auctoritate fungantur, tractus, ductus, exitus, redditus, ingreſſus, & regreſſus fructuum quorumcumque ad prædictas decimas & primitias ſpectantium de jure ſeu conſuetudine per ſe, vel per alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, aut quovis quæſito colore impediunt, ſeu impediri faciunt, quominus nos, Prælati noſtrę provinciæ, Eccleſiæ, decani, & capitula, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonę, & fructuum prędictorum arrendatores, poſſint & valeant de ipſis liberè uti & gaudere.

60. Contrarium verò facientes, ſi magiſtri, Duces, Marchiones, & Comites fuerint, & infra quindecim dies poſtquam eandem prohibitionem fecerint, aut fieri juſſerint, non revocaverint, & liberè fructus, decimas, atque primitias, & alios Eccleſiaſticos redditus hujuſmodi ab eorum dominiis & diſtrictibus extrahi non permiſerint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant; eademque ſententiâ cæteri inferiores prædicti in pręmiſſis culpabiles etiam innodentur, ſi infra ſex dies ab eadem publicatione, ut præmittitur, numerandos, revocationem & liberam permiſſionem præfatis non fecerint realiter & cum effectu, terræque ipſorum dominorum & magnatum, & loca, ubi hujuſmodi prohibitiones fieri contigerit, tamdiu Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, donec à præmiſſis deſiſtentes, & arbitrio Prælati ſatisfacientes, Beneficium abſolutionis & interdicti relaxationem obtinere mereantur.

XXII.

61. RAptores, quos divinus timor à malo non revocat, temporali ſaltem pœna meritò ſunt puniendi; ideoque, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut tales ſcelerati quamdiu ab hac luce migraverint, Eccleſiaſticâ careant ſepulturâ. Si verò fuerint ſepulti, exhumentur, etiamſi hujuſmodi raptores ante obitum Pœnitentiæ ſacramentum receperint, & de rapinis ſatisfecerint; nec pro eis divina dicantur, aut oblationes admittantur.

62. Adjicientes nihilominus, quòd famoſi aut publici raptores, ultra pœnas prędictas, ipſo jure ſint inteſtabiles, nec ex teſtamento capere poſſint: filiique eorum ſint inhabiles ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda. Clerici verò hanc noſtram conſtitutionem infringentes, quinque florenorum pœnam incurrant pro expenſis Concilii, & aliàs ſuperioris arbitrio puniendi.

XXIII.

63. QUia una & eadem eſt ſancta mater Eccleſia, ſtatuimus, ſacro approbante Concilio, ut ſi ſuper fractione, violatione, aut derogatione libertatis, ſeu immunitatis Eccleſiæ, & bonorum immobilium Eccleſiarum occupatione, Prelatus, ſeu officiales vel vicarii aliquem excommunicaverint, & voluerint, quòd hujuſmodi excommunicatio in aliis diœceſibus obſervetur; tunc Epiſcopi, qui per eum fuerint requiſiti, receptis literis ſuis, illas pro plena probatione quantum ad hoc habentes, nulla partis allegatione, vel exceptione admiſſa, teneantur excommunicationem prædictam in ſuis diœceſibus obſervare, & obſervari facere & publicari.

64. Si tamen decreverit ad interdictum procedere, qualecumque tale ſit interdictum, & voluerit quòd alii Prælati illud obſervent, ut puta, quia delinquentes declinat ad eorum diœceſes, vel habet in eiſdem terras, dominia, vel diſtrictus, tunc Prælatus vel judex ſeu officialis teneantur mittere ad conviciniorem Epiſcopum, vel Metropolitanum, proceſſum hujuſmodi ſuo & peritorum nominibus roboratum, qui, conſtito ſibi de legalitate proceſsûs, ſimpliciter & de plano, abſque citatione ſeu audientia partis, literas ſuas teſtimoniales exinde impendant. Quo facto, omnes Prælati ſuper hoc requiſiti teneantur interdicta hujuſmodi in ſuis diœceſibus juxta formam proceſsûs obſervare, & obſervari facere.

XXIV.

65. SAnctorum Patrum ſtatuta proclamant, laïcis diſponendi de rebus Eccleſiaſticis nullam eſſe attributam poteſtatem, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. In tantum tamen laïcorum audacia inolevit, quòd in alienam meſſem falcem ſuam mittere non formident; taliaque præſumunt, per quæ Eccleſiaſtica violatur libertas. Nam ut efficax rerum mater experientia manifeſtat, nonnulli domini temporales, juſtitiarii, rectores, civitates, vel communitates banniunt & expellunt de civitatibus, villis, & terris ſuis, & in quibus curam gubernationis exercent, clericos in Metropolitanis, Cathedralibus, & aliis Eccleſiis dignitates & Beneficia obtinentes, & aliis ingreſſum & aditum ſuarum Eccleſiarum interdicunt in divini cultus detrimentum, & Eccleſiaſticæ libertatis derogationem.

66. Ideo, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut nullus ſæcularis dominus temporalis, cujuſcumque ſtatus, aut dignitatis, ſeu conditionis exiſtat, juſtitiarius, rector civitatis vel communitatis, ſeu curam gubernationis exercens, vel quivis clericus, expellat, vel banniat clericos ſupradictos, vel venientibus aditum liberum deneget, quominus in ſuis Eccleſiis poſſint deſervire.

67. Si

67. Si verò contra prædicta vel eorum aliquod attentatum ſuerit, propter expellentium, bannientium, vel eam admittentium culpam, civitas vel villa in qua contra factum fuerit, ipſo facto ſit interdicta: & tamdiu in ea ioterdictum ſervetur; donec expulſus vel bannitus fuerit reſtitutus, & veniens admiſſus, & de injuria & damnis læſo plenè fuerit ſatisfactum.

XXV.

68. ORdinum collatio gratiosè à ſanctis Epiſcopis eſt concedenda, cùm præcipuè ordo ſit ſacramentum ſpirituale. Præcipimus igitur univerſis Epiſcopis noſtræ provinciæ, ut pro conferendis ordinibus quibuſcumque, nihil penitùs ante vel poſt, ſeu cùm iidem ordines celebrant, exigant ſeu recipiant: nec janitores, barbitonſores, & alios officiales quidquam exigere, ſeu levare permittant, etiam pro ſigillo & cera, ſed gratis & liberaliter impendant. Notarii verò pro literis ordinum & revereodis, decem dumtaxat morabetinos recipere debeant; & ſi contra fecerint, quod receperint, duplicatum reſtituant ſequenti Concilio applicandum.

XXVI.

69. AD tollendas ambiguitates, ſacro approbante Concilio, declaramus, pœnas contra beneficiatos indictas, locum ſibi etiam vindicare in obtinentibus parochiales Ecclaſias & dignitates quaſcumque, etiam majores poſt Pootificales.

XXVII.

70. COncedimus univerſis Epiſcopis noſtræ provincię, ſacro approbante Concilio, ut à ſententiis, vel cenſuris in præſentibus noſtris conſtitutionibus latis, & promulgatis, ſinguli eorum in ſuis diœceſibus, ſatisfactione debita præcedenti, poſſint & valeant innodatos abſolvere; idque nos in noſtra diœceſi modo prædicto facere valeamus.

XXVIII.

71. RUrſus Coëpiſcopis noſtris in virtote obedientiæ diſtictè jubemus, ut infra duos meoſes à die harum noſtrarum conſtitutionum præſentis publicationis immediatè numerandos, ipſas teoeantur io ſuis diœceſibus in Synodis, ſi eas celebraverint, aliàs in Eccleſiis Cathedralibus publicari facere.

72. Et nihilominus in capitibus archipresbyteratûs, vocatis rectoribus, verùm poſt quadraginta dies à die hujuſmodi publicationis immediatè computandos, volumus & decernimus, ſacro approbante Concilio, ut hæ noſtrę conſtitutiones ligent, & ad ſui veram obſervantiam omnes & ſingulos, prout in eiſdem continetur, arctent & obligent.

XXIX.

73. SAncitum novimus ſanctorum Patrum inſtitutis in provinciali Concilio per ſingulas Metropolitani & ſuffraganeorum diœceſes, ſynodales teſtes fore deputandos, qui diligenter ioquiraot quæ corrigenda & reformanda viderint, per eos in ſequanti Concilio nunciānda.

74. Nos verò ſtatuta eadem ſaluberrima reputantes, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, ut per nos & ſuffraganeos noſtros viri providi, fideles, & honeſti deputentur ultra provinciales teſtes per nos & Coëpiſcopos noſtros io Conciliis deſignandos, qui ſine judiciali cognitione ſollicitè inquirant per eaſdem diœceſes, quæ viderint corrigenda & reformanda, eaque fideliter diœceſanis denuncient, qui per promotores, & procuratores ſuos fiſcales ipſa petere, proſequi, & axſequi teneaotur, & nihilominus illa verbo vel ſcriptis in forma authentica & ſub virtute juramenti referant & denuncient, recipientes primitus ab eiſdem teſtibus & promotoribus, quòd in officii prædicti exſecutione fideliter ſe habebunt, corporale juramentum. Si verò (quod abſit) præfati teſtes & promotores fiſcales in inveſtiganda veritate eorum quę ſibi committuntur, dolo vel malitia, à denonciatione exſecutioneque prædictis ceſſaverint quoquo modo, aut pœnarum prædictarum quidquam remiſerint, aut ſuper ipſis compoſitionem vel pactum fecerint, quominus prædictæ conſtitutiones debitom ſortiantur effectum, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, aliàs arbitrio Concilii puniendi. Nos præterea & noſtræ provinciæ Epiſcopi pœnas pecuniales ſuperiòs impoſitas à delinquentibus exigi & levari facere, ipſaſque fideli cuſtodia ſequenti Concilio reſervare, præter illas, quæ juxta diſpoſitionem prædictarum conſtitutionum, fabricis, ſeu ſynodalibus teſtibus applicatæ ſunt, quas ipſis Eccleſiis & teſtibus integrè & plenariè perſolvi faciemus & facient, teneamur & teoeantur.

75. Publicatæ fuerant hæ conſtitutiones in prædicto oppido de Aranda, die, menſe, & anno quibus ſuprà, præſentibus ibidem reverendis dominis Joanne Arias Epiſcopo Segobieoſi, & Didaco de Mendoza Epiſcopo Palentinenſi, necnon Didaco Gundiſalvi canonico Giennenſi, procuratore Epiſcopi Giennenſis, & Nuoio Alvare cantore Conchenſi, procuratore Epiſcopi Conchenſis, & Joanne Gundiſalvi de Avila in decretis Baccalaoreo, procuratore Epiſcopi Oxomenſis, & Nunio Gundiſalvi cappellano majori & procuratore Eccleſiæ Seguntinenſis, & aliis pluribus Epiſcopis & procuratoribus, qui huic publicationi in Eccleſia Sancti Joannis ejuſdem oppidi voluerunt intereſſe.

A. Archiepiſcopus Toletanus.

De mandato Reverendiſſimi domini mei Archiepiſcopi, Petrus de Ponte ejuſdem domini ſecretarius.

NOTA SEVERINI BINII.

76. C*Oncilium*.] Acta hujus & quarundam aliarum Synodorum Hiſpanicarum, quas ſuprà ſuis locis inſeruimus, ex archivo Conchenſi exſcripſit in Hiſpania Valerius Serenius Belga, anno Domini MDLXV. addiditque, eadem in archivo Toletano haberi. Qua occaſione eadem ad noſtras manus devenerint. ſuprà, diverſis in locis indicavi. Synodum hactenus, ut puto, nullibi excuſſam, moribuſque reformandis aptiſſimam, necnon Hiſpanicæ Fidei ac religionis notam & indicem, huic editioni omnino inſerendam eſſe putavi. Tu verò lector amice, eâdem utere, fruere.

CONVENTUS THEOLOGORUM

Apud Complutum, tempore Xyſti IV. Papæ habitus, præſide D. Alphonſo Carrillo Archiepiſcopo Toletano, contra Petrum de Oſma.

ANNO CHRISTI MCDLXXIX.

Acta integra nondum habere licuit. Dabimus tamen fruſtatim, quæ de eo Conventu Theologorum leguntur apud varios ſcriptores.

Ex Alphonſo de Caſtro lib. 4. *contra Hæreſes*, *verbo* Confeſſio, *initio*.

77. RES quædam valde difficilis eſt confeſſio peccatorũ, per quam peccator ſacerdoti omnia peccata ſua in aurem dicit, quâ re nihil durius aut gravius in tota lege Euangelica reperitur: ideo propter operis difficultatem, multi hæretici nec ſaluti ſuæ, nec ſaluti aliorum conſulentes, conati ſunt eam funditus tollere, diverſis tamen viis id aggredi tentârunt. Primus ergo de hac re error eſt, qui negat eam eſſe à Deo inſtitutam, ſed dicit ſolâ humanâ conſtitutione ſtabilitam. Hunc errorem docuit in Hiſpania quidam Petrus Oſmenſis, doctor theologiæ Salmantinus. Et hunc errorem dominus Alphonſus Carillo Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Primas, habito priùs cum plurimis doctis viris conſilio, damnavit, & hæreticum declaravit, auctoritate Xyſti IV. tunc Pontificis maximi, ad hanc cauſſam illi ſpecialiter delegatâ: quam definitionem idem Xyſtus poſtea confirmavit: cujus confirmationem in fine hujus hæreſis, nec uno verbo mutatu, referemus.

78. Hic eſt etiam error Lutheri: immo ante Lutherum, huic errori anſam præbuerunt aliqui Juris canonici periti. Nam gloſſator decreti in principio diſtinctionis quintæ, de pœnitentia dicit, quòd melius eſt credere illam confeſſionem peccatorum auricularem, eſſe inſtitutam ex quadam univerſalis Eccleſiæ traditione, quàm ex novi aut veteris teſtamenti auctoritate.

79. Secundus error eſt qui dicit non eſſe neceſſarium confiteri ſacerdoti, ſed ſufficit ſoli Deo peccata confiteri. Hic eſt error quorundam orientalium hæreticorum, qui dicuntur Jacobitæ, & hos ſequitur Lutherus, dicens non eſſe neceſſariam hanc clancularia m confeſſionem quæ in aurem ſacerdotis fit, ſed ſufficit ſi ſoli Deo confiteatur. Hunc enim errorem ex primo deducit, velut putrem aquam ex fonte corrupto. Nam cùm adferrentur teſtimonia ſcripturæ confeſſionem peccatorum precipientis, interpretatus eſt ea de confeſſione quæ Deo fit, quam dicit eſſe divino jure præceptam, eamque ſufficientem.

80. Tertius error dicit confeſſionem eſſe ſuperfluam & inutilem ſi contritio adſit, & hujus hæreſis auctor eſt Joannes Wicleph.

81. Quartus error dicit non eſſe neceſſarium omnium peccatorum examinationem, nec eſſe omnia peccata mortalia confitenda, quoniam (ut Lutherus ait) dum volumus omnia purè confiteri, nihil aliud facimus, quàm quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum.

82. Quintus error omnino tollit confeſſionem, & iſte eſt error Waldenſium, qui coïncidit cum errore qui eſt Jacobitarum & Lutheri.

83. Sextus

83. Sextus error eſt, dicens in confeſſione non conferri gratiam, quâ homo juſtificetur: & ita negat confeſſionem poſſe dici ſacramentum. Et hunc errorem etiam docet Lutherus. Hos omnes errores ſic ex induſtria conjunxi, causſâ prolixitatis vitandæ, quoniam teſtimonia quæ contra illos citaturi ſumus, aliquando duos errores, aliquando tres eorum ſimul convincunt: ideo ne eandem auctoritatem bis aut ter repeteremus, hos errores ſimul conjunximus, ut citato alicujus teſtimonio, in eo tunc omnia quæ contra errores pugnant, annotemus. Omitto pro hac re teſtimonia quæ ex veteri teſtamento adferri poſſunt, quoniam omnia quæ inde adferri poſſunt pro hac re, adeo obſcura ſunt, ut quamvis noſtro propoſito faveant, illud tamen apertè oſtendere nequeunt.

84. Omitto etiam illa quæ in novo teſtamento ſub quadam figura, & ſub quodam velamine dicta ſunt. Verbi gratia: Chriſtus dixit decem leproſis ſalutem ab eo petentibus: *ite, oſtendite vos ſacerdotibus*. Et leproſo quem deſcendens de monte, tactu ſuæ manûs purificavit, dixit: *Vide, nemini dixeris, ſed vade oſten de te ſacerdoti, & offer munus tuum*. Ex quibus verbis etſi ſatis congruè dici poſſit confeſſionem deſignari, quoniam per lepram peccatum figuratur, quapropter per oſtenſionem lepræ ſacerdoti faciendam, oſtenditur peccatorum confeſſio ſacerdoti facienda, & quod mundatus à lepra adhuc debeat oſtendi ſacerdoti, ſignificat, quòd mundatus à peccato per contritionem, adhuc debet oſtendere peccatorum ſuorum maculas remanentes per confeſſionem ſacerdoti faciendam: hæc inquam etſi ſatis piè dicta ſint, non tamen ſunt efficacia ad hæreticum revincendum: quoniam nullus ſenſus ſacræ ſcripturæ (ut in principio hujus operis docuimus) efficax eſt ad fidem roborandam, & hæreticos revincendos, niſi ille literalis ſit. Ex ſenſu enim myſtico nunquam poteſt ſumi argumentum efficax contra hæreticos. At quòd ille ſenſus datus ſit myſticus in illa litera, apertiſſimum eſt. Simile etiam eſt illud quod Lazaro ſuſcitato Chriſtus dixit Apoſtolis: *ſolvite eum, & ſinite abire*. Ex quo etiam colligi poſſet, quòd peccator, quamvis per gratiam à Deo in contritione collatam, ſit à morte peccati ſuſcitatus, nihilominus ligatus ſacerdoti traditur, ut abſolvatur à vinculo quo tenetur ad certam pœnam, pro peccati ſatisfactione ſolvendam.

85. Hæc certè pia ſunt, & multùm Eccleſię catholicæ fidem juvant: ſed quia non tam aperta ſunt, ideo non ſunt adeò efficacia ut oporteret. Quòd ex toto ſacro inſtrumento (meâ quidem ſententiâ) efficacius & fortius poteſt adferri, eſt illud verbum quod Chriſtus poſt Reſurrectionem ſuam diſcipulis dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Quæ verba ſubtili ſunt examine diſcutienda, quoniam multa ex illis verbis nobis ſuffragantia colligere poſſumus. Primò ergo dicitur, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Quibus verbis juxta ſententiam omnium ſacrorum doctorum, poteſtatem dedit ſacerdotibus abſolvendi homines à peccatis. At ſacerdotes non poſſunt peccata remittere, niſi priùs ea cognoverint: quoniam qui ſententiam de re aliqua laturus eſt, oportet ut plenè rem eandem priùs agnoſcat, ſicut ſapiens ait: *qui judicat quæ novit, judex juſtitiæ eſt*. Peccata autem aliorum, maximè quæ ſecretò, & intra cordis latebras commiſſa ſunt, ſacerdotes non poſſunt agnoſcere, niſi ipſimet peccatores ſacerdotibus peccata ſua revelent. Qui ergo ſacerdotibus poteſtatem remittendi peccata dedit, illis eiſdem verbis peccatoribus obligationem confitendi ſua peccata injunxit.

86. Verùm huic argumentationi fortaſſe reſpondebit quiſpiam, quòd ex verbis Salvatoris ſolùm haberi poteſt confeſſionem eſſe ſub ſuo conſilio, tanquam bonum quoddam opus, & ad ſalutem maximè conducens: quâ confeſſione factâ, ſacerdotes habent poteſtatem abſolvendi, ſibi per illa verba à Chriſto collatam. Sed hæc reſponſio facilè rejicitur per id quod poſt illa verba immediatè ſubjungitur: quorum retinueritis, retenta ſunt. Nihil certè aliud eſt ſacerdotes retinere peccata, niſi non remittere. Senſus ergo literæ eſt: quorum non remiſeritis peccata, illa non ſunt remiſſa. Si ergo ad hoc ut peccata ſint remiſſa; oportet ut ea ſacerdos remittat: ergo ad hoc ut peccata ſint remiſſa, oportet etiam ut peccator illa ſacerdoti manifeſtet.

87. Quòd ſi iterum fortè quis dicat: ex illis verbis non haberi neceſſitatem confeſſionis clancularіæ, quæ nunc in aurem ſacerdotis fit: de hac re non contendo, modò concedant ex illis verbis haberi neceſſitatem confeſſionis, ſive illa clancularia ſit, ſive publica: quoniam (ut latè adverſus Lutherum diſputat Jacobus Latomus) in utraque earum poteſt conſiſtere ſacramentum pœnitentiæ. Non eſt enim ſic de neceſſitate ſacramenti pœnitentiæ, quòd confeſſio fiat ſecretè, ut ſi publicè fieret, non eſſet ſacramentum: quamvis malè ageret qui publicè confiteretur, niſi aliquâ particulari juſtâ causſâ urgente.

88. Præterea ex illis verbis: *Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt*, convincitur gratiam per abſolutionem ſacerdotis infundi à Deo. Sacerdote enim remittente miniſterialiter, Deus verè peccata tunc remittit. At cùm peccatorum remiſſio nunquam ſine gratia gratum faciente habeatur: ſequitur ut quoties ſacerdos pœnitentem à peccatis abſolvit, toties Deus gratiam infundat. Quòd ſi per illam gratia infunditur à Deo, ſequitur eam rectè dici poſſe ſacramentum, quia poſt verba ſenſibilia ſignificantia abſolutionem peccatorum, ſi peccatór obicem non ponat, efficaciter ſequitur gratiæ infuſio. Ex his ergo verbis multa colligimus, videlicet confeſſionem eſſe neceſſariam, contra Waldenſes: eamque non debere fieri ſoli Deo, ſed etiam ſacerdoti, qui abſoluturus eſt

eſt pœnitentem à peccatis, & hoc contra Jacobitas.

89. Habemus etiam per confeſſionem infondi gratiam, & ita eſſe ſacramentum, & hoc contra Lutherum. Rurſum ſi confeſſio ſolâ humanâ inventione eſt introducta, & non præcepto divino, oſtendant qui hoc dicunt, illam primævam Eccleſiæ inſtitutionem: quam cùm non ſciant nec poſſint oſtendere, oportet ut fateantur illam eſſe à Deo. Sicut enim iſti exigunt à nobis apertum ſcripturæ teſtimonium, quo probemus confeſſionem fuiſſe à Deo inſtitutam: ſic nos exigimus ab eis apertam & veracem hiſtoriam, quâ doceant primam Eccleſiæ inſtitutionem de confeſſione facienda. Nos pro noſtra fide protulimus teſtimonium ex Euangelio Joannis. Ipſi autem ut doceant fuiſſe ab Eccleſia inſtitutam, nunquam oſtendent primam Eccleſiæ inſtitutionem. Quòd ſi quis dicat eam fuiſſe inſtitutam in Concilio Lateranenſi, in quo facta eſt decretalis illa nimis vulgata quæ incipit: *Omnis utriuſque ſexus*. Hoc ſi ad confeſſionem annuatim faciendam referatur, facilè crediderim, quoniam ante illam decretalem, neſcio an fuiſſent homines obligati ad confeſſionem quolibet anno faciendam. Sed ſi de confeſſione ſimpliciter dicatur, eam cœpiſſe in Eccleſia à tempore illius Concilii: conſtat illud eſſe falſum, quoniam Innocentius Papa hujus nominis tertius, ſub quo illud Concilium Lateranenſe celebratum eſt, & decretalis illa edita: (ut Platina ait) adeptus eſt ſummum Pontificatum, circa annum Domini MCC. ante quem per multas annorum centurias fuêre Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, & alii plures, qui dicunt confeſſionem eſſe neceſſariam: & conſtat eam tempore Apoſtolorum fuiſſe exercitam. In actis ſiquidem Apoſtolorum dicitur: *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos*.

90. Deinde Eccleſia catholica errare non poteſt in his quæ ad Fidem & bonos mores ſpectant. At concors omnium ſacrorum doctorum de aliqua re ſententia (ut in principio hujus operis docuimus) manifeſtè oſtendit eam eſſe mentem & definitionem Eccleſiæ: quoniam cùm plures fuerint doctores, ſanctitate perinde ac ſcientiâ præcellentes, diverſis temporibus diverſiſque locis exiſtentes, qui eidem ſententię ſubſcripsêre, quorum ſententiam nunquam Eccleſia damnavit, ſed ad eorum aſſertionem tacuit, quæ nunquam ad hæreſes damnandas tacere ſolet, convincitur inde illam ſententiam cui omnes doctores ſubſcribunt, eſſe veram Eccleſiæ catholicæ mentem, & veram fidem. Cùm ergo omnium ſacrorum doctorum ſit concors ſententia, confeſſionem omnium peccatorum mortalium, de quibus peccator recordatur, eſſe neceſſariò ſacerdoti faciendam, & ſine ea ſalvari non poſſe, eamque à Chriſto eſſe inſtitutam: conſtat inde hanc eſſe catholicæ Eccleſiæ Fidem, confeſſionem videlicet peccatorum eſſe divino præcepto & non humano introductam.

91. Horum autem ſacrorum doctorum aliqua pauca teſtimonia adferam, ex quibus hoc perſpicuum evadet. Omitto in hac re Bernardum, Hugonem de Sancto Victore, & Richardum, Bedam, Rabanum, Iſidorum atque etiam Gregorium, quoniam horum notiſſima ſunt teſtimonia. Ad vetuſtiores accedo. Leo Papa hujus nominis primus, in Epiſtola ad Theodorum Epiſcopum Forolivienſem, quæ eſt in ordine 69. ſic ait: *Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubvenit humanis, ut non ſolùm per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æterna, & qui regenerationis donum violâſſent, proprio ſe judicio condemnantes, ad remiſſionem criminum pervenirent: ſic divina bonitatis præſidiis ordinatis, ut indulgentia Dei niſi ſupplicatione ſacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi ipſe Salvator intervenit, nec unquam ab his abeſt quæ miniſtris exſequenda commiſit, dicens*: Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi: *ut ſi quid per ſervitutem noſtram bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum*. Hæc Leo Papa.

92. In quibus verbis multa ſunt notatu digna, quæ noſtro propoſito deſerviunt. Cùm enim dixit divinæ bonitatis præſidiis ordinatis, innuit non eſſe humana conſtitutione introductam, ſed divino Jure ordinatam. Cùm verò ait, veniam non poſſe aliter haberi niſi ſupplicatione ſacerdotum, oſtendit confeſſionis neceſſitatem. Dicens autem Deum ſemper aſſiſtere abſolutioni & miniſterio ſacerdotum, ſatis apertè declaravit hujus ſacramenti efficaciam. Auguſtinus in libr. 50. homiliarum, homilia 49. ſic ait: *Qui poſt uxores veſtras vos illicito concubitu maculâſtis, ſi præter uxores veſtras cum aliqua concubuiſtis, agite pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia, ut oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat, occultè ago, apud Deum ago, novit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in corde ago. Ergo ſine cauſſa dictum eſt: Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in cælo? Ergo ſine cauſſa ſunt datæ claves Eccleſiæ Dei? fruſtramus Euangelium Dei? fruſtramus verba Chriſti? promittimus vobis quod ille negat? nonne vos decipimus?* Hæc Auguſt. Quibus verbis apertè dicit eſſe neceſſariam ſacerdotis abſolutionem, & non ſufficere ut ſecretò Deo confiteatur pœnitens. Quòd ſi neceſſaria eſt ſacerdotis abſolutio, ergo neceſſaria eſt peccatoris confeſſio; quia ſacerdos abſolvere non poteſt peccata quæ non novit. Et cùm in pluribus aliis locis hoc idem dicat, expreſſiùs tamen ſuper Joannem tractatu 49 eandem ſententiam explicat. Videat qui volet. Satis etenim mihi eſt, qui brevitatem tenere promiſi, ut lectorem

admo-

admonuerim. Hieronymus exponens illud Eccleſiaſtes 10. *Si mordeat ſerpens in ſilentio*, &c. ait: *Si quem ſerpens diabolus occultè momorderit, & nullo conſcio eum peccati veneno infecerit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat.* Hæc ibi Hieronymus. Quibus verbis apertiſſimè oſtendit confeſſionis neceſſitatem, ut ſine ea vulnus peccati curari non poſſit. Ambroſius libro primo de pœnitentia cap. 7. diſputans adverſus Novatianos negantes pœnitentiam poſſe peccantibus proficere, ſic ait: *Cur baptizatis, ſi per hominem peccata dimitti non licet? In baptiſmo utique remiſſio omnium peccatorum eſt. Quid intereſt utrum per pœnitentiam, an per lavacrum, hoc jus ſibi datum ſacerdotes vendicent? Unum in utroque miniſterium eſt. Sed dices quia in lavacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? nonne Dei nomen operatur. Quid ergo: Ubi vultis, vendicatis nobis Dei gratiam, ubi vultis repudiatis?* Hæc Ambroſius.

93. In quibus verbis Beatus Ambroſius clariſſimè docet, in pœnitentia perinde ac in baptiſmo, gratiam per ſacerdotum miniſterium conferri. Nunquam autem per miniſterium ſacerdotum pœnitentia completur, niſi cum peccatorem ſua peccata confitentem ſacerdos abſolvit. Ergo per pœnitentiæ ſacramentum, hoc eſt per confeſſionem, homo recipit gratiam: cujus oppoſitum dicit Lutherus in ſexto errore ſuprà nominato. Hujus autem ſacramenti neceſſitatem docet idem Ambroſius lib. 11. de pœnitentia capite 7. cujus verba cauſsâ prolixitatis vitandæ relinquo, ſatis putans lectorem dirigere. B. Cyprianus ſermone quinto de lapſis, loquens de illis qui corde ſolùm peccaverunt, ſic ait: *Hi quamvis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti ſunt, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſim conſcientiæ ſuæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt.* Et parum infrà: *Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres dilectiſſimi delictum ſuum; dum adhuc qui deliquit, in ſæculo eſt, dum admitti ejus confeſſio poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes, apud dominum grata eſt.* Hæc Cyprianus. Ex his Cypriani verbis duo colligimus. Unum, quòd videlicet confeſſio facienda eſt apud ſacerdotes Dei, & non ſolùm coram Deo. Alterum, quòd illa non ſit facienda ſolùm de publicis, ſed etiam de occultis, quę intra cordis latebras commiſſa ſunt. Cujus oppoſitum docet Lutherus.

94. De aliis autem occultis peccatis, quæ ſic occulta ſunt, ut ipſum peccatorem lateant, vel quia eorum non recordatur, vel quia firmiter credit, excuſabili ignorantia non eſſe peccata, de his, inquam, non diſputamus quòd ea confitenda ſint. Nullus enim fuit unquam tam demens, ut putaret illa etiam ſacerdoti in aurem fore narranda, quorum pœnitens non recordatur. Quod verò Lutherus pro ſe adducit, dicens non oportere omnia confiteri, quia (ut dicit) ſic facientes nihil relinquunt miſericordiæ Dei ignoſcendum: tale eſt ac ſi diceret, non oportere etiam laborare ut omnia opera noſtra bona & benè facta ſint, quum ſic facientes multo minus velint aliquid relinquere miſericordiæ Dei ignoſcendum: quapropter illo argumento Lutherus etiam perſuaderet hominibus ut nolint omnia benè operari.

95. Idem argumentum, quo nunc Lutherus probare nititur ſuam impiam aſſertionem, Paullus objicit ſibi ipſi, & illud velut inane ac nullius prorſus roboris contemnit, ac rejicit. Nam poſtquam dixerat Paullus multò majorem eſſe divinam Dei gratiam, quàm noſtra peccata: Ita ut ubi abundaverat delictum, dicat ſuperabundâſſe gratiam, objicit ſibi ſic inquiens: *Quid ergo dicemus? manebimus in peccata, ut gratia abundet? abſit.* Poterat fortaſſis alicui ignoranti in mentem venire, licere homini peccare, ut Deus poſtea abundantiorem impartiretur gratiam. Paullus tamen hanc ſententiam non admittit, ſed abſurdiſſimam illam putat, dicens: *abſit*. Nunquam enim (ut ipſe inferiùs ait) licet facere malum ut inde eveniat bonum. Ut autem Lutherus intelligat, hanc eſſe Paulli ſententiam, audiat Chryſoſtomum, homilia decima ſuper Epiſtolam ad Romanos, hæc Paulli verba interpretantem, qui hæc ait: *Poſtquam igitur oſtenderat, magnam eſſe gratiam ex eo quod magna curata ſint peccata, videbatur ex eo imprudentibus peccandi datum hortamentum. Si enim propterea* (dicet quiſpiam) *gratia Dei major apparet, quòd multa & magna peccata commiſimus, à peccatis non abſtineamus, ut magis appareat gratia: ne igitur iſta vel dicant, vel ſuſpicentur, vide quomodo ſubvertat objectionem. Primùm quidem forti negatione cùm dicit*, abſit, *id quod ſolet facere in illis, quæ ex confeſſo vehementer ſunt abſurda.* Hæc Chriſoſtomus.

96. Eodem modo Luthero, cum dicit, non eſſe confitenda omnia peccata, ut aliquid relinquamus divinæ miſericordiæ ignoſcendum, ego reſpondebo. Abſit. Quia non ſunt facienda mala, ut poſtea nobis illa Deus remittendo, miſericordiam ſuam oſtendat. Adde quòd etiam ſi omnia confiteantur peccatores, adhuc omnia relinquunt miſericordiæ Dei ignoſcenda: quoniam etſi peccatores omnia confiteantur peccata, immenſam tamen exercet miſericordiam Deus, omnia remittens, cùm etiam ſi omnia opera quantumlibet exactè fecerimus, magnam nobis exhibet miſericordiam, cùm ea ad vitam acceptat æternam: quoniam non ſunt condignæ paſſiones hujus ſęculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

97. Sed ne ex ſolis doctoribus Latinis teſtimonia ſumpſiſſe videamur, operæ pretium erit aliquorum Græcorum teſtimonia proferre. Cyrillus libro tertio ſuper Leviticum, exponens

illud, ſi peccaverit unum aliquid de iſtis, pronunciet peccatum quod peccavit, ſic ait: *Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quod jubet pronunciare peccatum quod peccavit*, ſic ait: *Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quod jubet pronunciare peccatum. Etenim cujuſvis generis procuranda ſunt, & in publicum proferenda cuncta quæ gerimus: ſi quid in occulto gerimus, ſi quid in ſermone ſolo, vel etiam intra cogitationem ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri. Proferri autem à nobis, aut ab illo, qui accuſator peccati eſt & incentor.* Hæc Cyrillus. Vides hîc, qualiter omnia proferri jubet, & nullum celari permittit, ſi volumus diaboli accuſationem evadere. Chryſoſtomus homilia 3. ſuper Mathæum, loquens de illis, qui baptizabantur à Joanne, confitentes peccata ſua, ſic ait: *Confeſſio peccatorum eſt teſtimonium conſcientiæ timentis Deum. Qui enim timet judicium Dei, peccata ſua non erubeſcit confiteri. Qui autem erubeſcit, non timet. Perfectus enim timor ſolvit omnem pudorem. Illic enim turpitudo confeſſionis aſpicitur, ubi futuri judicii pœna non creditur. Nunquid neſcimus quia confeſſio peccatorum habet pudorem, & quia hoc ipſum erubeſcere pœna eſt gravis? Sed ideo magis jubet Deus confiteri peccata noſtra, ut verecundiam patiamur pro pœna: nam & hoc ipſum pars eſt judicii.* Hæc Chryſoſtomus. In quibus verbis hoc advertere oportet, quod dicit juſſiſſe Deum ut confiteamur peccata noſtra, ut vel ſic verecundiam patiamur, tanquam pœnam pro peccatis noſtris ſuſceptā. Quæ verba nullatenus ad confeſſionem quæ ſoli Deo fit, referri poſſunt.

98. Plura certè de hac re adferre poſſem ſacrorum doctorum teſtimonia, verùm ne nimia prolixitate gravarem lectorem, omitto. Sed inter tam multa teſtimonia vel unum eſſe debet (meâ quidem ſententiâ) efficaciſſimum, quod nullâ humanâ auctoritate populus unquam potuiſſet adduci, ut occultiſſima ſcelera, quorum tacitam conſcientiam horrebant, in alienas aures, tanto cum pudore, tanto cum periculo, ſine ulla cunctatione effunderet. Nec ſimile eſt vero, fieri potuiſſe, ut tot presbyteri promiſcuæ multitudinis confeſſiones audientes, ſecretum ſervarent, etiam hi, qui aliàs nihil continere poſſunt, niſi Deus ipſe, qui ſacramentum inſtituit, rem tam ſalubrem ſpeciali gratia defenderet. Confeſſio peccatorum, quæ ſacerdoti fit, eſt à Deo inſtituta: in qua omnia ſunt peccata revelata, quorum pœnitens recordatur: quibus revelatis in confeſſione, & datâ à ſacerdote abſolutione, pœnitenti Deus peccata dimittit, & gratiam infundit: quæ omnia diverſis teſtimoniis probata jam ſunt. Sed de inſtitutione confeſſionis, quòd illa ſit à Deo, teſtatur Xyſtus quartus Pontifex maximus, qui de hac re definivit per hæc verba, quæ nunc ſubjiciuntur.

DIPLOMA XYSTI PAPÆ IV.

Xyſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

99. Licèt ea quæ de noſtro mandato ritè fiant, plenam obtineant roboris firmitatem: tamen illic interdum noſtri muniminis robur adjicimus: ut eò firmiùs illibata perſiſtant, quò magis noſtro fuerint præſidio communicata. Dudum ſiquidem ad audientiam noſtram deducto, quòd à modico tunc decurſo tempore citra in Hiſpaniarum regnis, & præſertim in univerſitate ſtudii Salmanticenſis, fuerant, & adhuc erant, nonnulli iniquitatis filii, qui quaſdam falſas, ſanctæ Catholicæ Fidei contrarias, erroneas, ſcandaloſas, & malè ſonantes propoſitiones, præſertim circa peccatorum confeſſionem, & Eccleſiaſtica ſacramenta in ſtudio hujuſmodi, & in frequentiſſimo hominum cœtu, veras eſſe publicè affirmare, & pertinaciſſimè ſuſtentare ac defendere: apertiſſimas ſacræ ſcripturæ auctoritates eorum erroribus repugnantes, earum rectum, clarum & apertum ſenſum, falſis eorum interpretationibus impudenter violando refellere: hujuſmodi quoque eorum falſa dogmata manifeſtè hæreticæ pravitatis labem continentia in aliorum mentes inferere, & ſimplicium animas illaqueare: & ut illa in plurium notitiam pervenirent. Et ut in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere: & in publicum, ut illos legendi omnibus eſſet facultas, tradere præſumpſerant eatenus, & præſumebant.

100. Nos tunc venerabili fratri noſtro Alphonſo Archiepiſcopo Toletano, per alias noſtras literas commiſimus, ut aſſumptis ſecum aliquibus in Theologia magiſtris, & aliis viris literatis (vocatis his qui propoſitiones ipſas veras eſſe affirmare niſi erant, & uitebantur in dies: & auditis quæ ipſi pro illarum veritate, & alii Chriſti fideles ad dilucidandam earum falſitatem deducere vellent) an quæ in propoſitionibus hujuſmodi continebantur, falſa, & Fidei præfatæ contraria, erronea, & malè ſonantia exiſteret, auctoritate noſtra declararet, & decideret: & declaratione hujuſmodi facta, illos, quos in præmiſſis culpabiles eſſe reperiret, ſi juxta Sanctorum PP. inſtituta, & canonicas ſanctiones ſe emendare, & depoſitis de cordibus eorum totaliter erroribus prædictis, ad Eccleſiæ unitatem, hæreticâ labe hujuſmodi abjuratâ redire, & juxta declarationem ſuam, tales propoſitiones eſſe ſcandaloſas, falſas, & hæreticas, ac malè ſonantes fateri, & deſuper confectum librum hujuſmodi retractare, & cum effectu refutare recuſarent, & in illis, eorumque erroribus pertinaciter inſiſtere vellent, hæreticos, ac cenſuris & pœnis in tales à jure promulgatis irretitos eſſe decerneret: plena ſibi deſuper auctoritate conceſſa, prout in noſtris inde confectis literis pleniùs continetur.

101. Poſtmodum verò, ſicut accepimus, præfatus

Digitized by Google

prȩſatus Archiepiſcopus ad exſecutionem dictarum literarum, earum formâ ſervatâ ritè procedeos, dilectos filios Petrum de Prexamo, & Petrom de Ocanna, ac Petrum de Caloca, necnon Didacum de Betonno, Martinum quoque Alphonſum de la Torre, Magiſtros, & Petrum Didaci de Conſtana, ac Joannem de Quintanapalla, Licenciatos in Theologia: necnon Tellium de Buendia Toletanum, & Vaſcum de Ribera, de Talavera, in eadem Eccleſia Archidiaconos, Thomam de Cuenca, & Joanoem de Medina decretorom doctores: ac Garſiam Ferdinandi de Alcalà in eiſdem decretis Licentiatum, & alios quamplures Magiſtros in Theologia, ac doctores, & Licentiatos in eiſdem decretis, alios qnoque qnamplurimos doctos, & literatos viros ex diverſis regnorum prædictorum locis: pariter & dilectum filium Petrum de Oſma, Propoſitionum prædictarum auctorem, ejuſque ſeqoaces, coram ſe ad ſuum oppidum de Alcalà Toletanæ diœceſis evocari fecit: ac dicto Petro de Oſma, & ſequacibus minimè comparentibus, debito tempore exſpectatis, maturâ ſuper omnibus Propoſitionibus prædictis deliberatione præhabitâ, de onanimi conſilio, & aſſeoſu Magiſtrorum, & prædictorum Doctorum declaravit illas Propoſitiones, per qnas Petrus de Oſma & ejus ſequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confeſſionem peccatorum in ſpecie, ex univerſalis Eccleſiæ ſtatoto, non divino jure compertam fore: & peccata mortalia, quoad culpam, & pœnam alterins ſæculi, abſque confeſſione, ſolà cordis contritione: pravas verò cogitationes ſola diſpliceotiâ deleri: & quòd confeſſio ſecreta ſit neceſſariò non exigi: & non peractâ pœnitentiâ confitentes abſolvi non debere, & Romanum Pontificem Purgatorii pœnam remittere, & ſuper his, quæ univerſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare non poſſe: Sacramentom quoque Pœnitentiæ, quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem inſtitutionis novi aut veteris Teſtamenti exiſtere; & alias, quas propter earum enormitatem, ot illi, qui de eis notitiam habent, obliviſcantur earum, & qus de eis notitiam oon habent, ex præſentibus non inſtruantur in eis, ſilentio prætermittendas ducimus, falſas, ſanctȩ Catholicæ Fidei contrarias, erroneas, & ſcandaloſas, ac à Fidei veritate alienas, & ſanctorum Patrum decretis, & Apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, manifeſtam hæreſim continere, dictarum literarnm, & per illas ſibi coocaſſæ facultatis vigore declaravit: & pro talibns haberi & reputari debere decrevit: prout in quibnſdam authenticis ſcriptnris deſuper confectis pleniùs continetur. Et demnm (præmiſſis ſic, ut præfertur geſtis, & propoſitis in Conſiſtorio coram nobis) oos dilectis filiis noſtris, Stephano tituli Sanctæ Mariæ in trans-Tyberim, & Joanni tituli Sanctæ Praxedis, presbyteris Cardinalibus, ut de præmiſſis geſtis per ipſum Archiepiſcopum diligenter ſe informarent: & qoæ ioveni-rent, nobis & aliis fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus referrent: qui tam zelo Fidei, quàm ut noſtris parerent mandatis, onus hujuſmodi promptâ voluntate ſuſcipientes, cuncta diligenter rimârunt, & quæ invenêrunt, nobis & aliia fratribus noſtris memoratis fideliter retulerunt: Propoſitiones præfatas, erroneas fore pluribus auctoritatibus & rationibus, præter illas, quas in Archiepiſcopi proceſſibns invenerunt, etiam demonſtrantes zelo Fidei memoratæ.

102\. Nos igitur, ad qnem ſpectat, errores hojuſmodi exſtirpare (habitâ eorundem Sanctæ Mariæ in trans-Tyberim, & Sanctæ Praxedis Cardinalium relatione prædicta) ipſius Archiepiſcopi ſolertiam & diligentiam in præmiſſis plurimòm in Domino commendantes, ex certa noſtra ſcientia Archiepiſcopi declarationem, & decretum hujuſmodi, & prout illa concernunt, omnia & ſingula in ſcripturis prædictis Archiepiſcopi ſuper præmiſſis confectis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de eorundem referentium & aliorum fratrum noſtrorum, unà cum Concilio & aſſeſſu, laudamns, confirmamus, & approbamns, ac præſentis ſcripti patrocinio commonimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem. Et nihilomions pro potioris cautelæ ſuffragio, omnes & ſingulas Propoſitiones prædictas, falſas, ſanctæ Catholicæ Fidei contrarias, erroneas, & ſcaodaloſas, & ab Evangelica veritate penitus alienas, ſanctorum quoque Patrum decretis, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, ac manifeſtam hæreſim continere, dicta auctoritate declaramus. Præfato quoqoe Archiepiſcopo ſcientia & auctoritate prædictis committimus, & mandamus, ot contra dicti Petri de Oſma ſequaces prædictos, ſi hujuſmodi hæreſim, in quam prolapſi ſunt, abjurare, & eundem Petrum prout errantem ſecuti ſunt, errores ſuos abjurantem, & ſe emendantem, ſequi recuſaverint, aut malitioſè diſtulerint, juxtà prædictarum aliarum noſtrarum literarum continentiam, tamquam hæreticos procedere non omittat. Et ut geſta per eum probè & laudabiliter zelo Fidei de mandato noſtro, & per nos meritò approbata ad omnium incolarum illarum partium notitiam faciliùs perveniant (quâ habitâ poſſint ſeipſos, ne in pſædictos prolabantur errores, liberiùs cuſtodire) præſentes noſtras literas cum proceſſu per eum habito, ac dicti Petri abjnrationem, ſingnlis illarum partium Epiſcopis ſignificare non omittat: qui poſt ſignificationem eandem, clero, & populo ſuarum civitatum, & diœceſum ea poblicari procurent: & generaliter omnia faciat, quæ pro hujuſmodi hæreſis exſtirpatione neceſſaria fuerint, ſeu ei quomodolibet opportuna videbuntur, non obſtaotibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis qnibuſcumque. Nolli ergo omnino hominom liceat, &c. Huc uſque Xyſtus IV. Pontifex.

NOTÆ

NOTÆ VARIORUM.

103. QUòd verò confeſſio ſit neceſſaria, etiam ſi contritio adſit; præter teſtimonia adducta teſtatur Concilii Conſtantienſis definitio. In quo Concilio, ſeſſ. 8. damnati ſunt quadraginta quinque articuli Joannis Wicleph: & inter cæteros is unus ſeptimo loco aſſignatur, ſub his verbis: *Si homo debitè fuerit contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inanis*. Quæ ſententia ſimul cum aliis ibidem condemnata eſt. Deinde Concilium Florentinum ſub Eugenio IV. celebratum, in definitione Fidei, quam dedit Armenis, de ſacramento Pœnitentiæ diſſerens hæc ait: *Quartum ſacramentum eſt Pœnitentia, cujus, quaſi materia, ſunt actus pœnitentis, quin tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſſio ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter*. Hæc Concilium Florentinum. Ex quibus verbis, apertiſſimè convincitur Lutherus negans omnia peccata eſſe neceſſariò confitenda: denique Concilium Tridentinum ſub Julio III. celebratum, multò apertiùs & copioſiùs ea, quæ ad confeſſionem ſacramentalem pertinent, definit. Nam ſeſſione quarta, Canone III. hæc ait: *Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in ſacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem contra inſtitutionem iſtius ſacramenti ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit*. Et Canone VI. iterùm ait: *Si quis negaverit confeſſionem ſacramentalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure divino, aut dixerit, modum ſecretè confitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia Catholica, ab initio ſemper obſervavit, & obſervat, alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, & inventum eſſe humanum, anathema ſit*. Et rurſum Canone VII. inquit: *Si quis dixerit in ſacramento Pœnitentiæ, ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure divino confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt contra duo ultima Decalogi præcepta, & circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant: ſed eam confeſſionem tantùm eſſe utilem ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem, & olim obſervatam fuiſſe, tantùm ad ſatisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle divinæ miſericordiæ ignoſcendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia, anathema ſit*: Hactenus Concilium Tridentinum. In quibus verbis omnes errores, quos ſuprà enumeravimus, de confeſſione ſacramentali, apertiſſimè damnantur. De hac materia confeſſionis contra Lutherum ſcripſit Joannes Roffenſis Epiſcopus, in eo opere, quod contra Lutheri captivitatem Babylonicam edidit. Scripſit etiam ſatis diffusè Jacobus Latomus in eo Opere, quod pro aſſertione determinationis facultatis Lovanienſis contra Lutherum compoſuit. Scripſit etiam frater Gaſpar Sagerus Ordinis Minorum. Alios autem, qui multi referuntur, non vidi. Alius eſt error ad hanc rem quodammodo ſpectans, qui dicit omnes homines cujuſcumque conditionis fuerint, poſſe andire confeſſiones, & pœnitentes abſolvere. Hic error eſt Martini Lutheri dicentis, omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Verùm de hoc errore inferiùs diſputabimus in titulo *De ſacerdotibus*, ubi (Deo duce) probabimus, non omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. ALPHONSUS DE CASTRO.

104. Nemo miretur quòd Petrus de Oſma Theologiæ doctor, & publicus Profeſſor in Academia Salmanticenſi celeberrima totius Hiſpaniæ, & una ex quatuor præcipuis totius Orbis Chriſtiani quas maximè laudat & extollit Concilium Oecumenicum Viennenſe ſub Clemente V. ceciderit in errores damnatos à Xyſto IV. Potiùs mirandum eſt, quòd in tanto doctorum numero, quotquot fuerunt in ea Academia ab anno circiter MCCC. uſque modò; nemo alius Theologiæ doctor ſeu magiſter inveniatur erràſſe circa Fidem, aut tradidiſſe quidquam ipſi contrarium, quod proinde Apoſtolica Sedes damnaverit. Quin & idem Petrus de Oſma prædictos errores humiliter atque ex animo retractavit anno ipſo MCDLXXIX. ſtatim ac damnati fuerunt in Conventu illo Theologorum, & anno immediatè ſequenti MCDLXXX. piè intra ſinum Eccleſiæ Catholicæ clauſit vitæ periodum, omni ſiniſtrâ fidei ſuæ ſuſpicione, ſi qua olim fuerat, prorſus deletâ. Unde nemo unquam illum accenſuit catalogo hæreticorum, ſed dumtaxat illorum, qui citra pertinaciam errârunt in rebus Fidei ac dogmatum.

105. Obſervandum autem eſt in honorem præſtantiſſimi Collegii S. Bartholomæi apud Salmanticam, toto Orbe celeberrimi, pleroſque Theologos in Conventu illo damnantes prædicta dogmata Petri de Oſma, nominatos à Xyſto IV. in ſuo Diplomate, & delectos ab Archipræſule Toletano ad eam cenſuram ferendam, fuiſſe ſodales ejuſdem maximi Collegii, ac doctrinâ, pietate, & dignitatibus inſignes: ut legere eſt apud D. Franciſcum Ruiz de Vergara Regium Conſiliarium in hiſtoria ejuſdem Collegii pag. 99. & ſeqq. Unde ſi Petrus de Oſma, unus ex ipſius ſodalibus impegit, aut cecidit in eos errores, plures alii ſodales illuſtres probitate vitæ, atque excellentiâ doctrinæ, ſtatim ipſum correxerunt & revocârunt ad meliorem frugem: ut propterea à Xyſto IV. nominatim laudarentur. CARDINALIS DE AGUIRRE.

DIPLOMA

DIPLOMA ALEXANDRI PAPÆ VI.

Ad Epiſcopos Hiſpaniæ, adversùs Parochos imperitos:

Ut eorum inſcitiam corrigi, aut per idoneos vicarios ſuppleri curent.

ANNO CHRISTI MCDXCIX.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis conſtitutis in regnis & dominiis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Eliſabeth Reginæ Hiſpaniarum Catholicorum ſubjectis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

106. INjuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ animarum ſaluti conſuli poſſit. Sanè pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Eliſabeth Reginę Hiſpaniarum Catholicorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd in civitatibus & diœceſibos veſtris, quamplures Parochialium Eccleſiarum rectores, & alii curam animarum habentes fore noſcuntut, qui ad exercendum curam animarum hujuſmodi, minus habiles & idonei reperiuntur. Ex quo animarom earundem cura negligitur, ac in populo magnum ſcandalum generatur. Quare pro parte Regis & Reginæ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

107. Nos igitur qui animarum ſaluti libeoter conſulimus, ac illarum periculis & ſcaodalis, ne eveniant, quantum cum Deo poſſumus, obviamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vos omnes, & veſtrûm ſingulos, quibos id maximè iocumbit, hortamur, & monemus attentè, ot rectores Parochialiom Eccleſiarum hujuſmodi, ac aliis, quibus aoimarum cura iocumbit, moneatis ad curam hujuſmodi beoè & ſalubriter, ſive per ſemetipſos, ſive per alios idoneos vicarios ad id deputandos, exercendum, ne Eccleſiæ prædictæ circa exercitium curæ animarum hujuſmodi detrimenta patiantur, ac Judices & Commiſſarii, quos ad id in eventum negligentiæ veſtræ deputamus, habeaot providere, ac illi in civitatibus & diœceſibus veſtris exſequi, ad quos vos ratione Eccleſiarum vobis commiſſarum, & Pontificalis officii obligamini, cum ignominia veſtræ Pontificalis dignitatis, & ordinariæ juriſdictionis. Quare ſtudeatis pro debito & honore veſtro omnino, prout pręmittitur, providere, ut ſic apud nos, & hanc Sedem Apoſtolicam non immeritò commendare poſſitis. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nooo. Kalend. Septembris, Pootificatûs noſtri anno octavo.

Juan Mutinez.

DIPLOMA ALIUD EJUSDEM ALEXANDRI VI.

Ad quoſdam Præſules Hiſpaniæ.

Injungit iis curam, & auctoritatem præſtat corrigendi, ac ſupplendi inſcitiam Parochorum, ſi fortè alii Hiſpanię Pręlati ea in re negligenter ſe habuerint.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus Franciſco Archiepiſc. Toletano, & Didaco Giennenſi, ac Franciſco Cathanienſi Epiſcopis, ſalutem & benedictionem.

108. INter curas multiplices, quæ nobis ex Apoſtolatûs officio iocumbere dignoſcuntur, illam libeoter amplectimur, per quam noſtræ proviſionis ope, animarum ſaluti valeat provideri. Hodie ſiquidem pro parte chariſſimi in Chriſto filii ooſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ Eliſabeth Reginę Hiſpaniarum Catholicorum nobis expoſito, quòd in regnis & dominiis ſuis quamplures Parochialiū Eccleſiarum rectores,

&

& alii animarum curam habentes fore noſcebantur, qui ad exercendum curam animarum hujuſmodi minus habiles, & idonei reperiebantur. Ex quo animarum earondem cura negligebatur, & in populum maximum ſcandalum generabatur.

109. Nos eorundem Regis & Reginæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, venerabiles fratres noſtros univerſos Archiepiſcopos & Epiſcopos in regnis & dominiis prædictis conſtitutos, per alias noſtras literas hortati fuimus, & monuimus, ut rectores Eccleſiarum, ac alios, quibus cura animarum incombit, monere deberent ad illam benè & ſalubriter per ſemetipſos, vel alios ſubſtitutos idoneos exercendum; prout in eiſdem literis pleniùs continetur. Cùm autem contingere poſſet, quòd forſan prædicti Archiepiſcopi & Epiſcopi in præmiſſis negligentes redderentur: Nos qui animarum ſaluti libenter conſulimus, ac ſcandalis, ne eveniant, quantum cum Deo poſſumus, obviamus; eorundem Regis & Reginæ nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium, in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, ut in eventum, in quem prædicti Archiepiſcopi & Epiſcopi ad præmiſſa reddantur negligentes, factâ eis, ac rectoribus Parochialium Eccleſiarum, ſuarum civitatum & diœceſum debita monitione infra certom competentem terminum, de quo vobis videbitur eis præfigendum, in præmiſſis debeant per deputationem idoneorum vicariorum debitè providere: ſi hoc facere recuſaverint, vel neglexerint, vos ipſi, vel duo aut unus veſtrûm modo præmiſſo pro deputatione dictorum vicariorum, & pro ſalubri regimine dictarum Eccleſiarum, & animarum ſalute providere curetis, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono. Kalend. Septembris Pontificatûs noſtri anno octavo.

Juan Mutinez.

BULLA ALEXANDRI VI.

In qua Academia Valentina erigitur.

ANNO CHRISTI MD.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

110. INter cæteras felicitates, quas mortalis homo in hac labili vita ex dono Domini nanciſci poteſt, non in ultimis computari meretur, quòd per aſſiduum ſtudium adipiſci valeat ſcientiæ margaritam, quæ benè beateque vivendi viam præbet, ac peritum ſuâ pretioſitate longè excellentiorem facit imperito, & ad mundi arcana cognoſcenda dilucidè inducit, ac ſuffragatur; ac ignobiles & infimo loco natos in ſublimes erigit; optimam reipublicæ gubernationem ac virtutes omnes edocet; ac tam divinarum quàm humanarum rerum cognitionem oſtendit, & orthodoxam Fidem tamquam firmiſſimum propugnaculum à perfidorum infidelium immanitate, perverſorumque hæreticorum pertinacia tuetur, & illius terminos ſalotiferis mediis extendit. Unde Sedes Apoſtolica rerum ſpiritualium ac temporalium provida adminiſtratrix; & cujuſvis laudabilis exercitii perpetua & conſtans adjutrix: ut eò faciliùs homines ad tam excelſum humanæ conditionis faſtigium acquirendum, & acquiſitum in alios cum augmento ſemper tanti boni acquiſiti transferendi faciliùs inducantur, cùm aliarum rerum diſtributio maxam minuat; ſcientiæ verò communicatio quantò in plures diffunditur, tantò magis augeatur, illos hortatur, eis loca præparat, & oportunè ad id commoditatis auxilia impartitur, præſertim cum venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium, qui partem Apoſtolicæ ſollicitudinis ſummiſſis humeris ſuſtinere noſcuntur vota, ac locorum & perſonarum qualitas, & utilitas id expoſcunt, noſque in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

111. Sanè pro parte dilectorum filiorum communitatis civitatis Valentinæ, nobis nuper exhibita petitio continebat: quòd ſi in civitate prædicta, quæ regni caput & Metropolis, ac inter alias illarum partium civitates nobilis admodum & inſignis exiſtit, & in qua diverſarum partium perſonæ tam Eccleſiaſticæ quàm ſæculares in copioſo numero converſautur, ſtudium generale vigeret literarum, in quo omnes licitæ facultates legerentur, quamplores civitatis & regni prædictorum, ac aliarum partium perſonę, literarum ſtudio hujuſmodi libenter intenderent, & eruditi efficerentur: & nedum ejuſdem civitatis ornamento & amplitudini, ac reipublicæ gubernationi & utilitati; verùm etiam animarum ſaluti quamplurimum conſuleretur: ſummopere cupiunt in eadem civitate, quæ mari propinqua exiſtit, & in qua victualium ubertas, & habitationum commoditas, aliarumque rerum ad uſum humanæ vitæ pertinentium copia reperitur, hujuſmodi ſtudium erigi gene-

generale. Quare pro parte tam dilecti filii noſtri Ludovici Sanctæ Mariæ in via lata diaconi Cardinalis, qui Eccleſiæ Valentinæ ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, quàm communitatis prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in prædicta civitate ſtudium hujuſmodi erigere & inſtituere, & quòd inibi de cætero perpetuis futuris temporibus, ſtudium ſit & vigeat generale, ſtudiiſque generalibus univerſitas exiſtat tam in Theologia & Jure Canonico & Civili, necnon Medicina & artibus liberalibus, & Latinis & Græcis literis, quàm quavis alia licita facultate, in quibus ſicut in Romanis, Bononien. & Salmanticen. ac quibuſvis aliis ſtudiis generalibus ad hoc privilegiatis, Eccleſiaſtici quæcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, ac laïci Magiſtri, Doctores, & Licentiati, ac aliàs graduati publicè legant & doceant: ac ſtudere volentes, undecumque fuerint, ſtudeant ac proficiant; benemeritique ad magiſteril, doctoratûs, licentiæ, & alios gradus promoveri, & & eorum inſignia recipere valeant, ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis oportunè prævidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

112. Nos igitur qui Catholicæ Fidei exaltationem & animarum ſalutem, ac fidelium omnium commodum & utilitatem omnibus, quibus poſſumus mediis exquirimus, ac civitatem à qua originem trahimus, & communitatem hujuſmodi præcipua quadam & ſingulari dilectione proſequimur, & in viſceribus gerimus charitatis, eorumque decus & amplitudinem ſynceris affectibus exoptamus: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati in prædicta civitate unum ſtudium generale auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, & quòd inibi de cætero perpetuis futuris temporibus vigeat ſtudium generale, ſtudiique generalis univerſitas exiſtat, tam in Theologia, ac jure Canonico & Civili, necnon Medicina, & artibus liberalibus, ac Latinis & Græcis literis, quàm quavis alia licita facultate, in quibus ſicut in Roman. Bononien. & Salmanticen. & quibuſvis aliis ſtudiis generalibus ad hoc privilegiatis, Eccleſiaſtici quæcumque & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, ac laïci Magiſtri, & Doctores, & Licentiati, ac aliàs graduati, legant & doceant, ac ſtudere volentes undecumque fuerint, ſtudeant & proficiant, ac benemeriti ad magiſterii, doctoratûs, licentiæ, & alios gradus promoveri, eorumque inſignia recipere, illaque eis impendi valeant.

113. Quodque præfatus Ludovicus Cardinalis, & Archiepiſcopus Valentinus pro tempore exiſtens, ſtudii & univerſitatis hujuſmodi Cancellarius exiſtat, qui per ſe, vel aliquis alius per eum, aut dictâ Eccleſiâ paſtore carente, per dilectos filios Capitulum ejuſdem Eccleſię ad hoc pro tempore deputamus; vicarius, ſeu locumtenens in qualibet dictarum facultatum commendabilis vitæ ſcholaribus, de conſilio & aſſenſu duorum aut trium in eadem facultate doctorum ſeu Magiſtrorum Baccalaureatûs, illis verò, quos ad hoc rector ſtudii, & regentes magiſtri, ſive doctores facultatis, in qua ſinguli ſcholares prædicti poſtulabunt etiam pro tempore exiſtentes, aut major pars eorundem idoneos reputaverint, rigoroſo præcedente examine licentiæ, necnon quibuſvis cum rigore examinis hujuſmodi promotis licentiatis, magiſterii, doctoratûs gradus, & eorum inſignia de Regentium doctorum, ſeu magiſtrorum prædictorum, vel majoris partis eorum, conſilio & aſſenſu conferat & impendat: & illi qui ad ſingulos gradus ſic promoti fuerint, & inſignia hujuſmodi receperint, reſpectivè licentiam habeant tam in prædicto, quàm quocumque alio ſtudio, & ubique terrarum abſque alio examine, vel approbatione legendi, docendi, & cætera faciendi, & exercendi quæ magiſtri & doctores ac Baccallarii in Romanis, vel Bononienſibus, aut Salmanticenſibus prædictis, ſeu quocumque alio generali ſtudiis promoti, facere & exercere poſſint, ſeu poterunt in futurum. Et inſuper quòd Cancellarius ſeu ejus vicarius prædictus ac rector ipſius ſtudii Valentin. & rectores inibi reſidentes, pro tempore vocatis ſecum aliquibus ex Canonicis dictæ Eccleſiæ providis & literatis, de quibus eis videbitur pro felici ſtatu & ſalutari directione dicti ſtudii Valentini, tam ſuper curſibus per eoſdem graduandos peragendis, quàm aliis quibuſcumque ſtudium ipſum & illius perſonas concernentibus quæcumque ſalubria ſtatuta & ordinationes, laudabilia & honeſta ſacris tamen Canonibus non contraria concedere poſſint; quodque omnes & ſinguli magiſtri, doctores, Licentiati, Baccallarii, ſcholares, & ſtudentes, ac ſtudere volentes ad dictam civitatem accedendi, & inibi legendi, docendi, & ſtudendi, ac gradus & inſignia hujuſmodi modis præmiſſis recipiendi, facultatem habeant: Necnon univerſitas & ſtudium Valentin. hujuſmodi ac inibi pro tempore legentes, & ſtudentes, ac qui gradus & inſignia hujuſmodi inibi, ut præfertur receperint, & eorum ſinguli omnibus & ſingulis privilegiis, præeminentiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, prærogativis, gratiis, indultis, & conceſſionibus, quibus Roman. Bononien. Salmanticen. prædicta & quævis alia ſtudia generalia, ac eorum univerſitates, ac ad gradus hujuſmodi in eis pro tempore promoti, & regentes, docentes, legentes, & ſtudentes, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum utantur, potiantur, gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere liberè ac licitè poſſint & valeant, eiſdem auctoritate & tenore ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dictarum univerſitatum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prǽſumpſerit,

indi-

indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo. Kalend. Februarii, Pontificatûs noſtri anno nono.

NOTA CARDINALIS DE AGUIRRE.

114. PLura alia monumenta ſacra minoris notæ prætermittimus indicata, aut exſcripta integrè ab Hiſtoricis & Chronographis Hiſpanis, probatæ fidei, & exquiſitæ induſtriæ antiquitatum, præſertim ſacrarum: veluti Ambroſio Morales, Prudentio de Sandoval, Epiſcopo Pampilonenſi, Hieronymo Zuritâ, Stephano de Garibay, Joanne Marianâ, & Antonio de Yepes: quos ſæpiſſimè laudamus propriis locis in decurſu totius Operis. Illos feliciter imitatur in ſolertia, veritatis ſtudio, & integritate hiſtoriæ, Excellentiſs. D. Marchio Mondexarenſis, præſertim in ſuis Diſſertationibus Eccleſiaſticis, quem proinde ſæpè cum laude allegamus, profitentes palam, multa Concilia, & alia priſca monumenta antiquitatis ſacrę, à nobis edita in hac Collectione, apud ipſius inſignem Bibliothecam manuſcripta fuiſſe ab antiquo tempore, ſicuti & apud Cl. virum Joannem Baptiſtam Perez, Convictorem domini Cardinalis Quirogæ, & Canonicum Toletanum, ac tandem Epiſcopum Segorbricenſem, qui ex antiquiſſimis Codicibus ea fideliter eruenda & colligenda curavit duobus voluminibus, adhuc in noſtra Bibliotheca exſtantibus. Nec plura oportet adjungere ſpectantia ad idem ſęculum XV. circa finem, cùm pauca aut nulla occurrant cujuſpiam momenti. Quę verò pertinent ad ſęculum XVI. ab anno MDXII. uſque ad MDC. circiter, exhibemus Tomo Quarto, & poſtremo hujus Collectionis. Quicquid verò in ea primò editum à nobis fuit, aut recuſſum, vel dictum, quod in publicam utilitatem aut obſequium Eccleſię Catholicę Romanę deſervire poſſit, totum Deo Authori, primo principio, & ultimo fini tribuatur, & in ipſius gloriam cedat, ac nominatim illorum ſanctiſſimorum Prętulum, qui tot veneranda Concilia in Hiſpaniis & Novo Orbe celebrârunt. Quicquid verò in Diſſertationibus, Notis, atque obſervationibus noſtris erratum fuerit, ruditati & inſcitiæ, aut negligentię noſtrę tribuatur, & imprimis correctioni Sanctę Romanę Eccleſię, deinde & quorumlibet meliùs ſentientium ſubjectum eſto.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google